

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

vR.

+

N°. 322. c.

0328.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

KW 232 L 24

~~235~~

~~G 1~~

Ex libris Ern.
Wilh. Wolfart.
Hanouiae, 1749.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

238 D 16

M. ANNÆI SENECÆ RHETORIS OPERA,

QUÆ EXSTANT,

Integris NICOLAI FABRI, ANDR. SCHOTTI, JOH. FRED. GRONOVII, & ſelectis Variorum Commentariis illuſtrata, & præterea Indice accuratiſſimo aucta.

Accedunt

JOHANNIS SCHULTINGII in eundem notæ & emendationes, hactenus ineditæ.

TOMUS III.



AMSTELODAMI,
Apud DANIELEM ELSEVIRIUM,
cIↄ Iↄc LXXII.

Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

AD

BIBLIOTHECAM

PRINCIPALEM

ARAVSIO-NASSAVIENSEM

DILLENBVRGICAM.

vR.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

NICOLAI FABRI JC.

AD

M. ANNÆI SENECÆ

RHETORIS LIBROS

PRÆFATIO.

Doctorum ſuffragio receptum eſt, hos Declamationum ſive Controverſiarum libros eſſe Senecæ Rhetoris, Lucii Annæi Senecæ philoſophi patris. Argumenta quibus ſuam ſententiam fulciunt, vir magni judicii, rariſſimæque eruditionis & doctrinæ, Juſtus Lipſius Electorum primo vulgavit: à quo elegantiſſime ſcripta peti, quam aliena huc transferre, vel invertere malui. Nec recens ac primum noſtra ætate nata opinio. Raphaël enim Volaterranus ſui operis decimonono, *Marcus*, inquit, *Annæus Seneca philoſophi pater Cordubenſis & equeſtris ordinis, ac eruditiſſimus fuit: ut cui declamationes, quæ filii dicuntur eſſe, nonnulli referant.* Tantum quæ dubitanter protulit, nos conſtanter aſſeveremus. De hoc autem Senecæ patre apud antiquos altum ſilentium. Filius apud Cornelium Tacitum ſe equeſtri, ac provinciali loco ortum profitetur: de quo tamen non eſt dubium, quin ſub Caio & initio imperii Claudii, cum primum Gallio, & Seneca filius innoteſcere cœperunt, plura dixerit, quæ cum horum temporum hiſtoria interciderunt. Neque enim veriſimile eſt exactæ diligentiæ ſcriptorem, quod in cæteris alicujus nominis executus eſt, clarorum hominum, prioreſque partes in Republica habentium genus, patriam, parentes, vitæ rationem progreſſumque omiſiſſe. Quin & libro decimo ſexto Melæ exitium traditurus, quibus Gallio & Seneca parentibus natum dicere ſatis habuit. Quintilianus in egregia illa auctorum cenſura unius tantum Senecæ Philoſophi meminit. Itemque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Statius Lucani genethliaco dum claros Cordubenſes recenſet. Niſi fortaſſe quod à Martiali ſcriptum eſt,

Duoſque Senecas, unicumque Lucanum
Facunda loquitur Corduba:

de patre & filio quis intelligere velit. Nam quod alibi ſcribit,

Atria Piſonum ſtarent cum ſtemmate toto,
Et docti Senecæ ter numeranda domus:

ad Gallionem Senecam & Melam, eodem tempore opibus & dignitate florentes, Piſonique familiares, quod iis etiam exitio fuit, quouſque Martialis una coluit, referendum judico. Quæ tamen ex Volaterrano retuli, undecunque illa mutuatus fuerit, pro certis & compertis habeo. Prænominis fidem faciunt, Marcus blandiſſimus ille puer Senecæ philoſophi, & Marcus Lucanus Melæ filii in avi honorem ita vocati. Naturali enim quodam impellente affectu, vel ſua, vel patrum prænomina liberis antiquos imponere ſolitos obſervatum eſt. Quo magis miror diligentiſſimos viros, qui faſtos digeſſerunt, Lucium Senecam Philoſophum, Lucii filium ex Dione & Tacito dixiſſe. Ac vereor ne hac in re auctoritatibus deficiantur. Patriam vero Cordubam liberi & nepotes Cordubenſes probant. Illa eſt enim colonia intra quam ſe detentum fuiſſe bellis civilibus dicit in præfatione hujus operis. Quam primam in Hiſpaniam deductam ᾤκησαν ἐξ ἀρχῆς, inquit Strabo, Ῥωμαίων τε, καὶ τῶν ἐπιχωρίων ἐπίλεκτοι ἄνδρες. Unde etiam fortaſſe Patriciæ nomen ei inditum. Nam ita ipſam cognominari Plinius capite primo libri tertii naturalis hiſtoriæ, memoriæ prodidit, & in quibuſdam nummis Auguſti à tergo inſcriptum eſt COL. PATRICIA, ejuſque cives in lapidibus antiquis Patricienſes appellantur. Ordinis vero equeſtris fuiſſe præter Tacitum ipſe de ſe ſcribit præfatione ſecunda. Ille enim eſt ordo quo contentum eſſe Melam filium jubet: & fuit. Adderem ducta uxore Helvia, ex qua tres liberos ſuſceperit, ſub Auguſto Romam veniſſe familiaremque ibi Portio Latroni, Caſſio Severo, Claudio Turrino, Montano, ceteriſque illius fœcundiſſimi elegantium ingeniorum ſæculi luminibus vixiſſe, & alia id genus, quæ ex his libris & conſolatione filii ad Helviam elici poſſunt: niſi mihi propoſitum eſſet, hos potius emendare, quam tranſcribere. Quanti autem fuerit acuminis & quam acris judicii, ſatis ſuperque hoc ſcriptum indicat, in quo plus centum auctorum tam Græcorum quam Latinorum, qui Auguſti ſæculum illuſtrarunt, acute in declamando inventa & dicta congeſſerat, congeſta inter ſe contulerat, & de ſingulis ſeveriſſime judicando, divina illa ingenia velut in tabula depicta ad poſteritatem tranſmiſerat. Sed neſcio quo fato non ſolum eorum ſcripta genio illo qui libris vitam & diuturnitatem parit, defecta fuerunt: de tot enim egregiis viris vix unius Ovidii monumenta ad nos uſque perdurarunt: ve-

rum

rum etiam noſter auctor, per quem Muſæ tantorum ingeniorum memoriæ & gloriæ providiſſe videbantur, eodem pœne fato functus eſt. Nam ex decem Controverſiarum libris quos vulgarat, quinque vix ſuperſunt: iique adeo mutili & corrupti, ut fragmentorum potius congeriei, quam alicujus integri corporis ſpeciem referant. Græca enim omnia quæ notabilem operis partem efficiebant, penitus interciderunt. Latina vero manca, confuſa, perturbata, & ubique tam male habita ſunt, ut ſi ipſe auctor rediret, ſua eſſe ejuraret. Nec unde tanta jactura facile reſarciri poſſit video, niſi Deus aliquis, velut ex machina, alicui feliciori ſidere nato integrius exemplar obtulerit. Nobis enim tam felicibus eſſe hucuſque non contigit, ut ullum nanciſceremur. Nec temere inveniri poſſe credimus, præter illud Vaticanum, ex quo primum hi libri reparatæ ſalutis quadringenteſimo & nonageſimo, deinde quingenteſimo tertio poſt milleſimum anno Venetiis editi ſunt: unde etiam cæteræ editiones quæcumque in Germania, Gallia, & alibi quibuſdam ab ingenio mutatis & interpolatis multis etiam in deterius promanarunt. Niſi fortaſſe verum eſt, quod aiunt in Hiſpania quoddam deliteſcere, ex quo P. Ciaconius magnæ eruditionis Hiſpanus aliquot locis horum librorum Græca ſuffecit, quæ nobis à doctiſſ. Vialartio Roma adlata & liberaliter communicata ſuis locis inſeruimus. Nec tamen fraudanda eſt ſua laude Romana editio recens, in qua multa præcipue Controverſiarum primo emendata & correcta, aliquot locis etiam Suaſoriarum ex illo Vaticano codice Græca reſtituta ſunt, quæ qui primis emiſſionibus horum librorum præfuerunt, rara tunc ejus linguæ cognitione, omiſerant. Quam tamen nemini dubium eſt terſiorem multo & ornatiorem futuram fuiſſe, ſi numen illud invidum magnis & egregiis conatibus intercedere ſolitum, doctiſſ. & elegantiſſ. Mureto tantum vitæ conceſſiſſet, quantum eximiæ divini ejus ingenii dotes meruerant, ſaltem quantum perfectioni ac conſummationi recenſionis horum librorum ſuſceptæ ſatis fuiſſet. Quid autem nos hac editione præſtiterimus, ex aliarum collatione quiſque perſpiciet. Tantum lectorem admonitum velimus, quicquid in textu horum librorum mutatum eſt, ex duabus illis antiquis editionibus, & epitomate hujus operis, quod hactenus L. Senecæ Declamationum nomine adſcriptum eſt, diligenter ad Mss. exemplaria, & maxime ad antiquiſſimum & emendatiſſimum P. Pithœi, ex quo ille pridem Quinctiliani & Calpurnii declamationes vulgavit, correcto, bona fide expreſſum eſſe. Conjecturas nullas admiſimus, ne pro germanis ſuppoſititia, & dubia pro veris obtrudere videremur. Quæ occurrerunt (quid enim hac in re prohibet ſibi indulgere quod non veritatis detrimento fiat?) in annotationes rejecimus, ut vel his frui, ſi modo quædam ſint tam fauſto Apolline natæ, ut quis inde fructus elici poſſit, vel ſine receptæ lectio-

nis diſpendio rejici & ablegari, prout animo libitum erit, queant. Porro Controverſiarum libros inſcripſimus, tum quia videtur ita eos denominaſſe auctor Præfatione 1. tum etiam ſuadente ratione. Nam cum duo ſint declamationum genera diverſis operibus ab hoc auctore tractata: ut alteri Suaſoriarum, ita etiam huic Controverſiarum nomen indidiſſe par eſt. Variatum tamen in hac inſcriptione prioribus ſæculis fuiſſe certum eſt. Jo. Salisberienſis ſui Polycrat. 8. decem Rhetorum libros vocat: quomodo etiam optimus ille Pithœi codex epitomen inſcribit, *Senecæ decem Rhetorum*, & quæ ſequuntur in eodem, *ex Calpurnio excerpta decem Rhetorum minorum*, quaſi quæ præcedant ſint majorum: ceteri declamationum. At declamationes non ſunt: ſed tantum ex declamationibus ſelecta. Præterea declamationis nomen Suaſorias complectitur, hîc Controverſiæ tantum ſunt. Alter ille titulus decem Rhetorum, ad Græcorum potius formam, qui decem præcipuos Rhetores celebrant, quam ad veritatem operis fictus eſt. Veteres editiones modo Controverſiarum libros, modo Controverſiarum ſententias, diviſiones, & colores vocant. Sunt etiam antiqua quædam excerpta, in quibus Cauſarum nomine citentur: quomodo initio ſui Controverſias dictas conſtat. Præponunt etiam antiquæ editiones Suaſorias Controverſiarum libris. in hoc tamen potius naturæ ordinem ſecutæ, (prius enim in iis puer exercebatur) quam temporis quo editæ ſunt. Patet enim ex Controverſia quarta libri ſecundi, Suaſorias ultimo loco ab auctore compoſitas atque emiſſas fuiſſe, quas ideo poſtponere, receptumque ordinem in recentioribus editionibus ſequi maluimus. Cetera quæ ad horum librorum intelligentiam in univerſum ſpectant, ſuis locis proſequemur.

Cla-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Clariſſimo Doctiſſimoque Viro

JUSTO LIPSIO JC. ET HISTORICO REGIO,

AND. SCHOTTUS ANTVERP. de Societ. JESU S. D.

QUæſitum ut olim, doctiſſime Lipſi, de cauſſis degenerantis Eloquentiæ, ſive à Corn. Tacito, quem legi & intelligi docuiſti, ſeu potius à M. Fabio, ſic & acquirere pace mihi liceat tua: quis enim Te citius nodum expedierit? quidnam cauſæ ſit, cur, cum Eloquentia, ejuſque ſocia atque adminiſtra DECLAMANDI *ratio à Græcis primum culta, & à Romanis excepta fuerit, quæ duæ gentes extra ſe omnes ut Barbaras faſtidirent: inde tamen ad Hiſpanos, mox ad Gallos hic potiſſimum declamandi uſus, atque etiam Poëtica veluti in coloniam commigrarit? An quia ut rerum & ingeniorum periodi quædam tempeſtivitatem habent ſuam, ſic & loci mutatione viciſſitudinem experiuntur? Quemadmodum enim gentium ex aliis in alias ſedes migrationes legimus, ſic & diſciplinæ, arteſque bonæ huc illuc velut turbine delatæ viguerunt. An quia luxurians Romæ Eloquentia longius ſe diffudit? quomodo arbor altas agens radices, ramis opaca, longas mittit umbras, aut torrens alveo egreſſus proxima quæque uti Ægyptum Nilus, irrigat? An denique quia ad ſummum perducta dicendi vi, flagranteque jam Mariano, ac Pompeiano bellis inteſtinis Italia juſtitium fuit, tacuit Eloquentia, quæ ut pacis alumna in proximas terras demigravit? Gorgias Leontinus apud Græcos ponere jubebat, de quo quis audire vellet, & contrarias in partes diſſerendo quo libitum eſſet animos audientium rapiebat. Hunc ſecuta longo poſt intervallo magna Sophiſtarum copia, quos Philoſtratus, Eunapius, & Heſychius Illuſtris celebrant, exſtantque hodie Lucianus, Libanius, Dion Chryſoſtomus, Maximus Tyrius, Ariſtides, Himerius, alii: præceptiones vero declamitandi tradidere progymnaſmatis, ſeu primis apud Rhetorem exercitationibus Aphthonius, Theon, & ex Hermogene Priſcianus. Romani vero devictis Græcis, ut armis ſuperiores belli gloriam, ſic & diſciplinarum laudem* Oratoriæ *potiſſimum, & Poëticæ, quamvis ſerius, ereptum ierunt, acceptaque ab illis fecere meliora. Unus omnium inſtar M. Tullius & juvenis exercebatur aſſidue ad Eloquentiam, & grandis natu uſum revocavit. Cumque ſit, teſte Fabio, Declamatio, quæ Græcis* μελέτη *eſt, forenſium actionum meditatio, & judiciorum conſiliorumque imago, hoc eſt, Controverſiarum, ac Suaſoriarum tractatio,*

 quibus

quibus tanquam pugnæ ſimulacris quibuſdam ad verum diſcrimen, aciemque juſtam aſſueſcimus, oppreſſa jam civilibus armis Rep. hanc Cicero animi averſionem adhibendo, in literaſque ſe, ac Bibliothecam abdendo, & Philoſophiam Latine loquentem fecit, & ſilentibus ac mutis in foro cauſis publicis, declamitavit identidem coram Caſſio, & Dolabella, ut ad P. Volumnium Eutrapelum ſcribit: Latine quidem etiam ſenior, Hircio & Panſa Coss. diſcipulos, & grandes prætextatos vocabat. Immo ad Præturam uſque Græce declamavit, ut auctor eſt Tranquillus, & ipſe adeo ad M. Titinium: Continebar, *inquit*, doctiſſimorum hominum auctoritate, qui exiſtimabant Græcis exercitationibus ali melius ingenia poſſe. *Et in Bruto, qui de claris eſt Oratoribus:* Commentabar, *ait*, declamitans ſæpe cum M. Piſone, & cum Q. Pompeio, aut cum aliquo quotidie: idque faciebam, multum etiam Latine, ſed Græce ſæpius, vel quod Græca oratio plura ornamenta ſuppeditans, conſuetudinem ſimiliter Latine dicendi adferebat: vel quod à Græcis ſummis doctoribus, niſi Græce dicerem, neque corrigi poſſem, neque doceri. *Cn. quoque Pompeium hiſtorici tradiderunt ſub ipſum civile bellum, quo facilius C. Curioni promptiſſimo juveni cauſſam Cæſaris defendenti contradiceret, repetiſſe declamandi conſuetudinem. In ipſum autem Ciceronem ſedecim amplius dies M. Antonius* III. *Vir R. P. C. quod 5 Philippica tradit, in Tiburtino Scipionis aſſidue declamitavit. Auguſtus item Cæſar, eorum æqualis, ne Mutinenſi quidem bello declamandi uſum omiſit, ut idem refert Tranquillus. Ciceronem autem ut tempore, ſic & facundia, longo ſed proximus intervallo excipit* M. ANNÆUS SENECA *Rhetor, quem ad te, Lipſi, Notis illuſtratum adfero. Se enim Ciceronem in illo atriolo, in quo duos grandes prætextatos ait ſecum declamare ſolitos, declamitantem audire potuiſſe teſtatur, niſi illum natale ſolum Corduba Patricia Colonia civilium Italiæ bellorum cauſſa continuiſſet. Viguit itaque etiam inter Iberos bene-dicendi vis, qua & Annæa potiſſimum familia in Bætica inclaruit, parens, inquam, hic M. Annæus cum liberis ex Elbia conjuge, L. Annæo Seneca Philoſopho Stoico, eodemque Tragico Poëta, (ut Delrio noſtro placet) Annæo Novato, qui & Junius Gallio putatur, & Ann. Mela. Nepos quoque ex hoc Mela Ann. Lucanus Poëta grandiloquus fuit. Adhuc L. Annæus ſeu Florus ſeu Seneca hiſtoriæ Romanæ libris quatuor declamator corpori humano Remp. Rom. comparavit. Declamator item Hiſpanus M. Porcius Latro, aliique plurimi, quorum Elogia & hic Suetonii exemplo collegimus, & uno quaſi faſce colligavimus. Petrum quoque domo Cæſar-auguſta, in Celtiberia, citerioris Hiſpaniæ provincia, circa annum Chriſti* CCCLX. *ut Rhetorem celebratum video à B. Hieronymo in Euſebiani Chronici additamentis. Quid quæris? parentum memoria Valentini duo gentis Edetanorum Ludovicus Vives, & Laurentius Palmyrenus Declamationes reli-*

liquerunt: hic quidem Senecæ Suaſoriis reſpondentes: ille vero Sullanas, quibus L. Cornelium Sullam, ut ſe Dictatura abdicare, ac privatus degere, ſine tyrannidis invidia velit, hortatur. Tertius denique in Carpetanis Joan. Petreius Toletanus, Poëta, & Rhetor Complutenſis, qui has ipſas Senecæ Declamationes poſt Ferd. Pincianum interpolavit. Nam & Poëticam aureo illo ſæculo tractaſſe Hiſpanos in vulgus notum, cum Cordubenſes Poëtæ, licet pingue quiddam & craſſum ſonantes, grande tamen carmen pangebant. In Gallia deinde Auſonium Burdigala extulit: extulit & multos ab illo, & B. Hieronymo laudatos bene-dicendi Profeſſores, ut & reliqua Gallia complures, qui poſt C. Plinium Panegyricis floruerunt. In his Latinus Pacatus, Drepanius & Nazarius, qui & ipſe Eunomiam filiam patri eloquentia parem habuit. Nam L. Plotius Gallus, jam inde à L. Craſſi temporibus Latine dicendi Romæ præceptor: ut, Auguſto rerum potito, Votienus Montanus Narbonenſis, poſt à Tiberio in Baleares inſulas relegatus: quo etiam imperante Domitium Afrum Oratorem Nemauſus, & Clodium Quirinalem Rhetorem Arelas urbi dedit. Caligulæ imperio Trogi Pompeii pater è Vocontiis claruit. Neronis quoque tyrannide L. Tatius ſive Urſulus, ſive Surculas Tholoſas Rhetoricam Romæ docuit, eademque tempeſtate Julius Florus patruus Julii Secundi, ejus, quem à facundia M. Fabius mire prædicat. Hujus quoque æqualis M. Aper naturæ vi atque ingenio excellens. Nec ſilentio prætereundi Aquitani, Paterius atque Delfidius acerrimus orator à Marcellino laudatus, Alcimus Nitiobrix, Tiberius Victor, Alethеuſque Burdigalenſis. Taceo & à Sidonio Apollinari Arvernos æquales, claroſque dicendi arte collaudatos. Adeo in exteris regionibus aureo, ac poſt etiam ſequiore ſæculo Eloquentia, licet corrupta nonnihil ætatis vitio, viguit. Sed ad SENECAM noſtrum revertor: ad quem cum fieret concurſus, ac Theſin propoſitam declamitando tum Græci, tum Latini verſarent, omnium, ut erat excellenti memoria, Sophiſtarum, qui in ejus ætatem inciderant, dicta velut in theſauro condidit, ad poſteroſque litterarum monumentis tranſmiſit. Et vero nullum antiquæ Eloquentiæ opus magis referebat integrum inviolatumque reſtare, atque hos Declamationum Senecæ libros. Verum quæ ob acumina accuratiſſime edi oportebat, ſeu majorum incuria, ſive temporum injuria, uſque eo depravata in manus noſtras pervenerunt, ut pauci admodum hos libros attingere, in manus ſumere, nedum legendo conterere ſint auſi: deterriti, credo, infinitis prope cum mendarum monſtris, tum lacunis, quibus libri illi, cetera diſerti & acuti, deformes hiabant. Diſertos dixi, quod cum à Cicerone diſceſſeris, nihil illis eruditius, aut elegantius: acutos vero, quod Græcorum natio hic declamitans ſubtiliter inventis ceteros, atque excogitatis argutiis ſuperet. Olim certe Deſiderius, & Pincianus Græce peritiſſimi è veteribus codicibus, quibus Senecam edolare aggreſſi ſunt, Græcorum dictorum nec volam nec veſtigium eruere ſe potuiſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ingenue fatentur. Noſtri quoque quatuor Codices longe antiquiſſimi calamo in membranis exarati, adeo Græce inepte à librariis ſcripti erant, ut jurare liqueat ne legere quidem, nedum intelligere, ſæculi fortaſſe vitio, ſcribas illos noviſſe. Ductus tantum litterarum utcunque ſecuti, non aſſecuti, Longobardicos potius characteres exhibent. Quid ergo? Hariolus itaque fui interdum, & Delium natatorem ad hiatus explendos, vel OEdipum potius, qui ænigmata diſſolveret, adhibui. Sortem denique SENECÆ *miſeratus, conquiſivi, fruſtra tamen, vetera exemplaria: quod filii Philoſophi Stoici ſcriptis libris plenæ ſint omnes omnium Bibliothecæ, contra vero nullus Rhetoris codex antiquus inveſtiganti offerretur: tandem Toleti Carpetanorum, cum in eum ſermonem incidiſſemus, Ant. Covarruvias, Didaci frater, excellenti vir & Antiquitatis, & Juris civilis doctrina, vetuſtum mihi codicem utendum tradidit longe optimum: ex quo eruta Græca nonnulla cum P. Ciaconio homine doctiſſimo communicarat, quæ & in Nic. Fabri J. C. clariſſimi manus, Roma ab amico miſſa, pervenerunt. Mox Tarraconem ad omnis doctrinæ principem Ant. Auguſtinum Archiepiſcopum litteris evocatus me contuli, ejuſque in contubernio ſic hæſi, ut joca, ſeria, Bibliothecam, atque adeo menſam communem eſſe vellet, ut nunquam niſi doctiorem à ſe dimiſerit, eumque merito parentis loco, dum vixit, ut & funebri laudatione teſtatum reliqui, duxerim. Hic alterum, ſed Epitomes, ſeu Excerptorum vetus exemplar nactus, & majus otium, Notas paullo uberiores conſcripſi, quod M. Ant. Muretum elegantiſſimi virum ingenii hos libros minime attigiſſe, immatura nimirum morte præreptum, animadvertiſſem: neque enim ultimis in terris verſanti mihi in mentem venire potuit, ac ne per tranſennam quidem cognoſcere licuit alios in Gallia, Germaniaque, Annotationes moliri: qui tantum abeſt ut luminibus noſtris obſtruxerint, ab edendoque deterruerint, quod præfiſcine apud te liceat, ut crebris etiam literis, quo mea foras darem, ac pœne convicio quodam efflagitarint. Quo in numero & doctiſſimus Faber, qui ſcriptis manu exemplaribus deſtitutus, primis dumtaxat editionibus inſtructus,* εὐστοχίᾳ *tamen ſumma plurima vulnera ſanavit. Comparavi itaque* SENECAM *denuo, non uno Covarruviano contentus exemplari, quod Græca ſufficere non poſſet omnia, cum tribus vetuſtiſſimis codicibus. Romæ quidem degens, cum Vaticano Pontificiæ Bibliothecæ uno de multis optimo, & venerandæ antiquitatis & cum Auguſtodunenſi, quem codicem antiquum quidem illum, ſed notæ non optimæ, Jac. Dalechampius Medicus miſerat: denique Brugenſis hominis eruditiſſimi beneficio quartum nactus, accurate invicem commiſi, & Græcis Rhetorum dictis lacunas omnes, hiatuſque quoad ejus fieri à me potuit, explevi, conſultis etiam interdum doctiſſimis amicis. Dehinc laborem noſtrum in Galliam miſeram Lugdunum Seguſianorum, exortoque jam florentiſſimo in regno fœderato bello Rothomagum partus abripitur,*

pitur, indeque in patriam tandem maritimo itinere delatus, ut belli flammam, ſic naufragium vix evaſit. Poſt in Germania lumbifragium metuens, propius factum eſt nihil, quam ut domuitionem parans in plagiarii manus incideret apud Noricos, aut funditus periret. Tandem aliquando, te hortante, maxime LIPSI, *exire patiar nominis tui auſpicio, quæ ſedecim annis, & quod excurrit, perpetuo preſſeram, diutius ſane quam vel Panegyricum Iſocrates, aut Cinna Smyram domo aſſervarunt. Quodque mihi & interiorum harum litterarum & auctor verbo, atque epiſtolis:* δᾳδοῦχος *vero exemplo exſtiteris, & conjecturas quaſdam noſtris addendas perhumaniter ſuppeditaris, cum eos libros attingere te nolle affirmares, profecto juſta cauſſa viſa eſt in tuo nomine hæc evulgandi: cum & Martinus Delrius Collega meus, multæ homo lectionis, ſuas in Senecam Tragicum* δευτέρας φροντίδας, *tibi inſcribendas exiſtimarit: Tu denique L. Annæum Senecam, Stoicum Philoſophum egregie ornandum ſuſceperis: uſque à capite Stoicæ familiæ dogmata cum Phyſica, tum Ethica arceſſens, hæc quidem ex Epicteto, ejuſque interpretibus Arriano, ac Simplicio, Plutarcho item adverſus Coloten, Muſonio apud Stobæum, Ciceronis Paradoxis: illa vero ex Cleomedis Meteorologicis, utraque autem ex Seneca ipſo, & Epitomæ vice è Diogenis Laërtii Zenone revocans. Quo fiet, ut Gallia noſtra, pro dolor!*

Belgica, civili nimium quaſſata tumultu,

Senecas duos illuſtrare tubas inter & tympana conata eſſe videatur: Tu, Belgii ocellus filium, Stoicum Philoſophum, Martinus Delrius eundem Tragicum, nos denique parentem Rhetorem, fatali quadam συμπαθείᾳ, *& cum pari, tum diſpari utriuſque caſu. Illi ſenectus oculorum aciem retuderat, aurium ſenſum hebetarat, memoriamque fidam nimium quantum antea afflixerat, ipſe quoque nuper ab oculis æger laborare cœpi, ſive ætatis malæ id vitium eſt, ſive lectio aſſidua luminis aciem hebetavit: Sic contra audio bene, memoriaque inprimis viget. Teſtabuntur id fortaſſe* Vitæ comparatæ Ariſtotelis ac Demoſthenis, *nuper auſpiciis M. Velſeri V. Cl. communis amici evulgatæ. Quamobrem te etiam atque etiam rogo obteſtorque,* LIPSI, *ut has noſtras vigilias æqui boni pro vetere noſtra neceſſitudine facias, qui amicorum me veterrimum appellare jucunde ſoles, ſinaſque hanc*

Inter victrices hederam tibi ſerpere lauros.

Equidem meas lucubrationes, quales eæ cumque ſunt, libentius docto viro conſecro dedicoque, quam τηλαυγεῖ προσώπῳ, *ut Pindari Dithyrambico verbo utar, quod hic laudet quidem, præterea nihil, ille vero ut intelligere, ſic & de ingeniis exiſtimare, calumniaſque refellere & velit, & poſſit. Vale Antverpiæ* cIↃ IↃc III.

ANDR.

ANDR. SCHOTTUS
CANDIDO LECTORI
S.

De Auctore, & declamandi ratione.

Ex editione Commeliniana anno 1603.

MAgnum ingenium M. ANNÆI SENECÆ Rhetoris, limatumque judicium; maxime vero excellens Memoria fuit: quæ ex Stoicorum ſententia, rerum eſt præteritarum, comprehenſarumque perceptio: cujus exercendæ gratia Pythagorei, quid quoque die audiſſent, vidiſſent, legiſſent, veſperi commemorare ſolebant: qua omnem ſcientiam Plato (quam recordationem eſſe definiebat, tabulæ, corporis mole obliteratæ, mentem comparans) contineri exiſtimabat. Hæc fida cuſtos, theſaurusque rerum omnium, cum Philoſophiæ, & Juriſprudentiæ, cujus propria ea eſſe creditur; tum vero maxime Oratoriæ eſt neceſſaria: quod inventis, excogitatiſque rebus, & ordine collocatis, verbis denique electis, omnia, etiam præclara, ſine memoria ſint peritura. Eam vero memoriam fuiſſe ſuam Seneca prædicat, quæ non ad uſum modo ſufficeret, ſed in miraculum uſque procederet: nec tantum ad complectenda, quæ vellet, velox eſſet, ſed ad continenda etiam, quæ acceperat, fidiſſima. Equidem dum Annales veteres evolvo, Cyri memoriam qua militum omnium nomina tenebat, celebratam memini, Cineæ quoque Pyrrhi regis legati, qui S. P. Q. R. abſque nomenclatore ſuo quemque nomine appellabat: Simonidis, qui primus Memoriæ, qua plurimum valebat, artem protulit: Themiſtoclis, qui nihil unquam audivit, quod non memoriæ penitus inſederit: Hortenſii denique, qui ea, quæ ſecum commentatus eſſet, ſine ſcripto, verbis iiſdem reddebat: tamen haud ſcio, an cujuſquam tam excellens Memoria, quam cum SENECÆ noſtri componere aut poſſim aut debeam: qui duo millia nominum recitata, quo ordine erant dicta, reddebat: quæque audiſſet, & memoriæ mandaſſet, ea facillime referebat. Cui nos quidem theſauro Suaſoriarum haſce Controverſiarumque Declamationes acceptas referimus: quod quæ juvenis memoriæ crediſſet, & tanquam depoſitum reliquiſſet, Sophiſtarum, & Rhetorum ſui temporis, diſerte, breviter, & acute dicta, ea ſenex ruminarit, atque intermiſſa longo poſt tempore revocarit. Eandem ſenii vitio, ut fit, debilitatam queritur in librum 4 Controv. præfatus. Cujus rei vel illud argumento eſt, Controv. 24. Thucydidis locum cum Salluſtio ejus æmulo componi, cum tamen Demoſthenis locum hunc ex Olynth. 2. ſubjiciat: *αἱ γὰρ εὐπραξίαι δειναὶ συγκαλύψαι, καὶ συσκιάσαι τὰ τοιαῦτα ὀνείδη.* Hiſtoricorum vero Græcorum principis verba ſunt, à nemine, quod equidem ſciam, cum Salluſtianis illis: *Secundæ res mire ſunt vitiis obtentui*, comparata libro 3. belli Peloponneſiaci in oratione Cleonis, uſu venire civitatibus, præſertim iis, quibus brevi, ex inſperato felicitas obtigit, ut ad inſolentiam convertantur. Sed Græce hæc ille diſertius: *εἴωθε δὲ τῶν πόλεων, αἷς ἂν μάλιστα, καὶ δι᾽ ἐλαχίστου ἀπροσδόκητος εὐπραξία ἔλθῃ, ἐς ὕβριν τρέπειν.* Verum magnis ingeniis hujuſcemo-

di

ai μνημονικὰ σφάλματα identidem accidere nemini mirum videri debet, cum & ingeniorum principis Ariſtotelis Ethicis, Nicomachiis, & in M. Tullio, & aliis interdum ἁμαρτήματα Critici obſervarint: qui quidem Scriptores veniam à nobis eo citius impetrabunt, quo noſtris etiam erratis impetremus. Seneca quidem noſter eo facilius, quod in Thucydidis veſtigiis oratorum ille princeps pedem ſic poſuit, ut quo exprimeret, quem ad imitandum propoſuerat, promptius, octies ſua manu tranſcripſiſſe Thucydidem auctor ſit Lucianus Samoſatenſis, & Agathias Smyrnæus.

Quanquam autem ſenilis ætatis vitio collapſam eandem ac debilitatam queratur, temporis tamen diuturnitas, quæ etiam ſolidiſſima quæque corrumpere & vaſtare, labem omnibus perniciemque adferre ſolet, longe majori his libris calamitati fuit: amiſſis pluribus vel temporis injuria, vel majorum incuria Controverſiis: Græca vero acute dicta, quibus ea natio cæteris omnibus ſemper antecelluit, quod ſequioris ævi ignorantia legi, & intelligi ea non poſſent, tot tantaque perierunt; vix ut hactenus priſtinum decus libri, ceteroquin eruditionis pleni, tueri potuerint, hiatibus denique ac labe deformes, pleroſque dicendi ſtudioſos à lectione deterruerint. Cujus, tanquam vitium ducentis parietis, adeoque ruinam minantis ædificii, cum me aſpectus ad commiſerationem commoviſſet, qualemcumque opem rutis, cæſis, ſtudio, diligentiaque adferre conatus ſum. Fulcra igitur, & ſublicas apponere, & hiantia loca explere de librariorum imperitorum litteris Gothicis potius quam Græcis, tentavi, præeunte & hortante maxime Anton. Covarruvia J C. ſingulari & humanitate & doctrina prædito, qui mihi perveterem librum longe optimum bono publico libenter utendum dedit: poſt etiam donavit. Inſpexeratque antea Pet. Ciaconius Toletanus, homo doctiſſimus: à quo & pauca Græca inde eruta, & cum eruditis Gallis Romæ communicata in manus Nic. Fabri J C. doctiſſimi venerant. In quo quidem cum iis, qui hactenus in vulgus editi ſunt, comparando, mox & cum Auguſtodunenſi, ac Brugenſi exemplaribus, quæ amicorum beneficio nactus eſſem, Vaticano item melioris notæ committendo, quantum mihi tædii abſorbendum fuerit, facile intelligent, qui in eadem ipſi veteres ſcriptores emendandi palæſtra utiliter aliquando deſudarunt, quos eo mihi æquiores, ſi quando me fugerit ratio (homo enim ſum) ob benemerendi ſtudium, fore confido. Quas quidem variantes ſcripturas, de quatuor veteribus libris membraneis, totidemque primis editionibus, & conjectanea non margini appinximus, ne legentibus impedimento eſſent, ſed in commentarium ad calcem rejecimus, librorumque ac controverſiarum diviſionem ab iiſdem codicibus, non à recentioribus mutuari placuit. Quinque enim non amplius integrarum Controverſiarum libri ſunt cum proœmiis, Controverſiæ vero 35. continenter collocatæ: non ſecus atque epiſtolæ L. Annæi Senecæ 125. libri autem 22. Græca autem nunc primum addita in eorum gratiam, qui Græcarum litterarum rudes ſunt, Latine utcunque reddita ad calcem adjecimus, eo conſilio, ut in conſpectu ſint: quis enim tranſmarinam illam Venerem acumine conſequatur? Notis autem uberioribus obſcura quæque ac corrupta, qua emendare, quoad ejus fieri potuit, viſum eſt. Minuta tamen non appendere, ſed in contextum recipere libuit. Sordidi enim & anguſti eſt animi, nihil niſi ad calculum amicis dare, & quidquid dederis, accurate nimis in libros rationum referre. Lubrica autem & feſcennina, ſi qua, ut in profanis auctoribus

accidit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

accidit, occurrant, ea data opera ſilentio præterii, ut legi nolim, nedum intelligi, ne in ætatis flexu, juventutis mores (cujus maximam habendam eſſe rationem exiſtimavi) peſſum eant: quemadmodum & pravis corrumpi colloquiis Menander comicus cenſuit, & ciborum ritu in mores abire lectionem Apollonius Molo apud Theonem tradidit. Sophiſtarum quoque Elogia Græcis, Latiniſque ſcriptoribus, potiſſimum vero è *Seneca* noſtro, quin & Poëtarum, ac Philoſophorum, præcipue vero Rhetorum, eo conſilio collegimus, ne in notis iterare eadem uſque ad faſtidium cogeremur. Nunc de auctore, more, inſtitutoque majorum, mox de Declamandi ratione, breviter agendum eſſe videtur. Ambigunt enim Critici, varianteſque ad noſtram uſque memoriam ſententiæ circumferuntur. Diribitoris igitur more, ſuffragia, ſi fas, ordine colligam poſt doctiſſimum Lipſium, Belgii noſtri ocellum, qui, ut nemini eſt paullulum modo humaniori ignotus, ita nuper libro Electorum priore eam tulit Senatus princeps ſententiam, ut qui deinceps in alia omnia concedat, eum hoſpitem admodum eſſe in his interioribus litteris cæcumque neceſſe ſit. His adjiciam, ſi potero, uſu pridem lectioneque obſervata. Primus, jam inde à retractis è fuga majorum noſtrorum memoria litteris & diſciplinis, Xicho Polento, neſcio quis, eumque ſecutus Rod. Agricola Friſius, qui aliquot Declamationes Scholiis, ut temporum Genius ferebat, illuſtravit, *L. Senecam* Philoſophum, & oratorem, eundem eſſe cenſuit: cujus tres filii Novatus, Mela Lucani poëtæ pater, & Seneca, ſolus ille Latinorum, qui exſtant, Tragicus. Sed errat, mea quidem ſententia, ignoſcant modo, quos non ſollicito, Manes Agricolæ viri optime de litteris meriti, quod ex Italia diſciplinarum parente princeps in Germaniam, depulſa barbarie, vel Hermolai Barbari, bone Deus, quanti viri, elogio, litterarum lumen attulerit.

Avia Pieridum peragrans loca, nullius ante
Trita ſolo.

Lib. Anthropol. 19. Luc. in Macrobiis. Phlegon de longævis. Plinius li. 7. c. 2. & 48. Cenſor. de die Natali c. 15. Strabo, Mela, Plinius, & Solinus, Treb. Pollio in vita Clau-

Raphaël vero Volaterranus primus ad verum evaſit, eumque ſecutus And. Alciatus JC. inſignis, cujus è ludo, tanquam ex equo Troiano, meri Heroës prodierunt, Declamationum hos libros patris eſſe, non filii Philoſophi Stoici admonuit lib. 4. Παρέργων, cap. 14. Quin Tragicum & Philoſophum eundem eſſe judicavit: quod & apud ſæculum prius Franc. Petrarcham, repugnante Boccatio in litteras miſiſſe inaudivi, tueturque diſerte Martinus Delrius collega noſter doctiſſimus. Sed Agricolam, omneſque qui vitam L. Senecæ concinnarunt, vel temporis ratio facile refellit. Quale ut liberalis Cenſor *Senecam* alterum addens, recipiam in cenſum ac natalibus reſtituam, & illuſtrem illam doctis diſertiſque hominibus Annæam gentem augebo. Principio, ut hinc ordiar, incredibile dictu centum & viginti annos natum Senecam ſibi conſtitiſſe, memoriaque, quam (ut diximus) tantopere prædicat, valuiſſe. Qualis μακροβίους vix ſingulos ſingulæ ætates ferunt: nec apud Lucianum, Phlegontem Trallianum, Plinium, Cenſorinum, Geographoſque inter prodigioſos illos longævos reperias: ac ne apud Trebellium quidem Pollionem, qui & Moyſem in longævis numerat. Deinde ut inofficioſus eum Plinius inter longævos præterire minime, vel memoria labi, potuit, qui æqualis illius fuit: cum & alibi in re minima *Senecam* nominet: præcipue vero libro 13. cap. 4. *principem eruditionis* appellans, eaque potentia, quæ poſtremo nimia fuit, rerumque inanium admiratorem fuiſſe negat. Memorat & libro 7. L. Fullonium

Satur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Saturninum, ætate proximum, qui omnibus quos in Senatu ſenten- dii Ju-
tiam rogaverat, ſuperſtes fuit. Verum enimvero, ut corpora jam inde ab venal.
Heroicis illis temporibus in dies magis magiſque decreſcere cœperunt, Sat.15.
ſic & vitæ curriculum citius ſolito interrumpi re ipſa experimur, adeoque imbecillam atque ævi brevis eſſe naturam humanam, ut rarus admodum ſit, qui ad octogeſimum uſque ætatis annum vitam produxerit. In reliquo deinceps, ut Propheta Regius ait, vel in omni potius vitæ curſu, Pſ. 89.
labor, & *dolor*. Nota in vulgus vetus illa Theophraſti querimonia, cum Cicero
Natura expoſtulantis, brutis animantibus, quorum nihil intereſſet, lon- Tuſcul.
gum, homini vero brevem admodum vitæ terminum circumſcriptum 3.
eſſe. Sed eleganter de humanæ vitæ brevitate Ariſtoteles, Salluſtius in prooemio belli Jugurthini, atque adeo L. Seneca ad Paulinum diſſeruerunt, & ex Mathematicorum diſciplina in Claudii Imper. vita idem Trebellius Pollio. Adhuc phthiſi contabeſcentem Senecam Philoſophum, III.
eoque nomine cædi C. Caligulæ Imp. quaſi mox exſpiraturus eſſet, ſubductum, ut auctor eſt Dio lib. 58. centeſimum annum, & quod excurrit, attigiſſe quis credat? Cujus periculi ipſe meminit, ſed ſubobſcure, Præf. lib. 4 Nat. Quæſt. Idem vero epiſt. ad Lucilium 119. (ut annorum ratio- IV.
nem ſubducere incipiam) ſic de Judaica religione: *In Tiberii*, inquit, *Cæſaris principatum juventæ tempus inciderat: alienigenarumque gentium ſacra movebantur: ſed inter argumenta ſuperſtitionis ponebatur quorundam abſtinentia. Patre itaque meo rogante, qui non calumniam timebat, ſed Philoſophiam oderat, ad priſtinam conſuetudinem redii, nec difficulter mihi, ut inciperem melius cœnare, perſuaſit.* Id vero factum Tacitus extremo Annali ſecundo in Tiberii ſextum annum, urbis vero conditæ ſeptingenteſimum ſeptuageſimum ſecundum retulit, M. Silano L. Norbano Coss. Atqui viva Ciceronem voce declamantem Declamator noſter audire ſe potuiſſe affirmat, in illo atrio, in quo duos grandes prætextatos ſecum declamare ſolitos ait M. Tullius: Lib. de
quos Suetonius Tranquillus, Hirtium, & Panſam nominat. Cicero vero claris
lib. 9 ad Papirium Pætum: *Hirtium*, inquit, *& Dolabellam dicendi diſcipulos Rhetoribus.*
habeo, cœnandi magiſtros. Puto enim te audiſſe illos apud me declamitare, me apud Lib. 9.
eos cœnitare. Et mox: *Tu iſtic te Hateriano jure delectato, ego me hic Hirtiano.* Et ep. 16.
rurſum: *Veniunt qui me audiunt, quaſi doctum hominem, quia paullo ſum, quam* Ep. 14.
illi doctior. De hac conſuetudine idem lib. 7. extremo earum, quæ ad fami- Ep. 20.
liares ſunt, epiſtolarum ſcribit. Et filius ipſe Tironi lib. 16. patris credo exemplo incitatus: *Declamitare*, inquit, *apud Caſſium, Græce conſtitui, Latine autem apud Brutum exerceri volo.* Sed hinc priuſquam abeam, illud curioſe obſervandum duxi, ut Ciceronis æqualem Senecam, ſic & illud commune habuiſſe: Matrem nimirum M. Tullii *Elbiam*, ſive *Helviam* eſſe dictam, ut in Chronicis Euſebianis, & Pauli Diaconi ad Eutropium additamentis, & à Plutarcho in Romanis quæſtionibus appellatur: nam in vita ejus male hodieque Ὀλϐίαν, pro Ἑλϐίαν edunt. Sic & Annæi Senecæ Philoſophi matrem Senecæ noſtri uxorem *Helbiam* dictam, in antiquis quidem, & optimis membranis; non, ut vulgo editur, *Albinam*, ad quam & filii Conſolatio, ſeu in adverſis alloquium, circumfertur. Patriam quoque *Cordubam* habuiſſe, quæ Bæticæ urbs Patricia col. indigetatur. Verum ad rem ut redeam, ne ſummo jure cum adverſariis agere, & ad vivum reſecare omnia videar, demus annos minimum decem natum Rhetorem Cordubenſem, eo nimirum anno 710. poſt U.C. quo Cicero ab Antonio eſt interfectus: excurrent, niſi me calculus fallit, ad Neronis imperii undecimum, qui eſt 818. centum & duodeviginti anni. Verum ad Tiberiani imperii ſextum, quo exacti Italia, in Sardiniamque peſtilentem inſu-

lam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Iam deportati Judæi, abſunt minimum anni duo & ſexaginta: quam
quis, obſecro, *Juventam* & non potius *Senium*, malam feſſamque ætatem
appellet? Equidem non inficior, adoleſcentes quoſdam ad triceſimum
uſque à Cicerone appellatos: ſed qui alterum tantum, & quod excurrit,
attribuat, arbitror fuiſſe neminem. Sed agite. quoniam jacta eſt alea, &
cum pervicacibus nobis res eſt, plura, ne tam numerare, quam momen-
ta rationum appendere videar, argumenta proferamus.
V. In eadem illa ad Lucilium epiſt. Tiberii ſe imperio Romæ fuiſſe ait:
non igitur in colonia Cordubenſi perpetuo ſe continuit, in ipſo bellorum
civilium furore: Quod tamen *Seneca* noſtro de ſe Præf. Controverſiarum
VI. affirmanti credere cogimur. Tacitus præterea Ann. 16. *Annæus*, inquit, *Me-
la eques R. dignitate Senatoria, quibus Gallio, & Seneca parentibus natus, petitio-
ne honorum abſtinuerat, per ambitionem præpoſteram, ut eques R. Conſularibus po-
tentia æquaretur*. Fatetur idem Seneca hic Rhetor, Annæum Melam filium
compellans, Procemio altero Declamat. quæ Cornelianis ita reſpondent,
ut ne ovum quidem ovo magis ſit ſimile. Idem teſtatur & Seneca Philo-
ſophus de fratre Mela, initio ejus, quæ alloquium continet, Conſolatio-
nis ad *Elbiam*, vulgo *Albinam* matrem. Orator itaque noſter filium An-
næum Melam appellat, quem Philoſophus fratrem, item & Tacitus: ex
quo efficitur non eundem Declamationes, & epiſtolas, ceteraque conſcri-
VII. pſiſſe. Sed ne quis tergiverſandi locus relictus eſſe videatur, magnum &
illud apud me pondus habet, quod idem refert Corn. Tacitus Annali 14.
cum à Nerone Philoſophus miſſionem flagitaret, ac ſe invidiæ ex immen-
ſis opibus contractæ ſubducere vellet, ſed invidiam tantum deprecatum
eſſe. Cui callide Imperator: *Verum*, inquit, *& tibi valida ætas, roburque &*
VIII. *fructui rerum ſufficiens: & nos prima imperii ſpatia ingredimur*. Non igitur cen-
teſimum jam annum, quæ ſilicernii ætas eſt, exceſſerat, ac ne attigerat
quidem. Stylus denique Criticis ut M. Varroni apud Latinos in Plautinis
[Agell.] fabulis dijudicandis: apud Græcos Ariſtarcho in Homericis diſcernendis,
[l.3.c.3.] non falſus de ſcriptis aliorum æſtimandis auctor: ſtylus, inquam, utriuſ-
[Noct. Attic.] que Senecæ Marci & Lucii tam diſſimilis, ut vel hoc uno argumento di-
verſos eſſe animadvertat, quiſquis eruditas aures conſulere vult. Hic e-
nim conciſus ſibique cohærens declamitat: ille ſine calce arenæ inſtar
commiſſiones meras componit, ut Caligula Imp. judicavit, & deſultorio
more in vitia ſtomachatur. Hic jocis interdum, ſalibus, dicteriiſque M.
Tullii oratoris urbani exemplo indulget: ille ſemper ſeverus, ac veluti
Cato tertius Stoica gravitate ſui ſimilis. Hic ingenii notas, ille judicii
præfert. quanquam & noſter judicat de aliorum ſcriptis dictiſque extra
cauſſam vere, & audacter. Quæ cum ita ſint, non idem Rhetor eſt, ſed
pater, & Philoſophus, qui illius filius. Ut mortuus hic noſter Tiberio,
vel Caligula, aut denique Claudio imperante videatur, modo ne in Ne-
ronis tyrannidem incidiſſe affirmes.
Objiciet contra acutior aliquis, Senecam ipſum inter Declamatores
[Contr. 11. &] *M. Lepidum*, virum egregium, Neronis præceptorem hic laudaſſe: unum
[Præfat.] igitur eundemque videri, & Philoſophum, & Oratorem. Quod mihi qui-
[lib. 4.] dem in mentem venit, breviter in medium adferam; Suo ille ſe gladio
jugulat. Si enim Neronis Tyranni, ejus qui in Chriſtianos ſæviit, præce-
ptorem nominare L. Seneca voluiſſet, ſe ipſe nominaſſet: qui præceptis
Eloquentiæ, & morum gravitate primam Imp. ætatem informavit: ut Ta-
citus ad init. lib. 13 Annal. tradit. Quare vel *Tiberii Claudii Neronis*, qui
Liviam duxit, vel potius filiĳ, qui poſt imperium adoptione Auguſti eſt
conſecutus, præceptorem Lepidum videri aio: quod ejus ante impe-
rium,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

rium, gentis Claudiæ proprium Neronis cognomentum fuerit, ut Aurelii Victoris noſtri Epitoma teſtatur. Cui vel illud argumento eſt, ob vinolentiam (de qua Plinius extremo lib. 14.) eum qui *Tiberius Claudius Nero* erat, per jocum, *Biberium Caldium Meronem* vocatum. *Neronem* autem Sabina lingua fortem, & ſtrenuum ſignificare auctor eſt Tranquillus & Agellius. Itaque ex Claudiis, quos à Sabinis oriundos accepimus, Noct. qui erat egregia atque præſtanti fortitudine, *Nero* eſt appellatus: & Horat. Attic. lib. 4. Carm. de Druſi filiis Neronibus, ad nomen vociſque etymon al- lib. 13. luſiſſe quidam monuerunt. Sic enim ille: cap. 10.

——— quid Auguſti paternus
In pueros animus Nerones:
Fortes creantur fortibus, & bonis
Eſt juvencis, eſt in equis patrum
Virtus.

Eo itaque libens in eam cum doctis hominibus ſententiam, ut Neronis Druſi præceptor M. Lepidus extiterit, quem cum Scauro declamaſſe Seneca, & Corn. Tacitus lib. 2. & Cn. Piſoni cædis Germanici reo adfuiſſe tradunt. Venio ad alteram promiſſi partem.

Declamatio nihil eſt aliud, quam oratio ſcholaſtica, quæ ſit forenſium actionum meditatio, qua ad pugnam forenſem, velut præpilatis exerceri olim ſolebant. Græci à cura & meditatione μελέτας vocant. Sic fere Fabius. Seneca alibi aliter ait declamatum ante Ciceronem, aliter à Cicerone, aliter à poſteris: quod ſtudium ait poſt ſe natum, & *Declamationis* nomen negat ante Ciceronem, & Calvum lectum. Ejus ſtudii inventionem Fabius Demetrii Phalerei ætati, aut illi ipſi tribuendum putat, fortaſſe Demochari ex Cicerone. Primum vero ejus profeſſionis magiſtrum Romæ Suetonius L. Plotium inducit, quem & inſignem maxime fuiſſe Fabius commemorat.

Idem lib. 10. primum clari nominis profeſſorem facit Porcium Latronem. Cui tamen quattuor, aut quinque proponuntur à Suetonio. M. Tullius apud eundem dolet ſibi non licere exerceri apud Plotium, auctoritate eorum qui dicerent Græcis exercitationibus melius ali ingenia: Aſiatica igitur illa ratio Plotii Galli. Cujus tamen non Democharem, neque Demetrium, ſed Æſchinem facit auctorem Philoſtratus, idque Rhodi, & eam jam ruere ſua ætate lætatur Dionyſius Halicarnaſſeus, reviviſcereque alteram illam Sophiſticam φιλοσοφουμένην, cujus parentem facit Philoſtratus Gorgiam.

Quinctilianus duos tantum gradus facit, antequam in forum prodirent, unum *Progymnaſmatum*, cum dialecticis argumentis: alterum *Declamationum*. Suetonius tres, *Progymnaſmatum* unum, alterum *Controverſiarum hiſtoricarum*, aut *verarum recentium*, tertium *fictarum*. Auctor libri de cauſis corruptæ Eloquentiæ, ſive Tacitus, ſive potius Fabius eſt, videtur, ſi attente legatur, *Declamationes à Suaſoriis & Controverſiis* diſtinguere, quod nec à mente Quinctiliani in Inſt. abhorret. Philoſtratus etiam τὰς διαλέξεις καὶ αὐτοσχεδιάσματα ſeparat ἀπὸ τῆς μελέτης. Singulari itaque libro *Suaſorias* Seneca, quinque vero libris, ut olim, & nos nunc diſtinximus, *Controverſias* complexus eſt. Ex his excerpta quædam, & centonum ritu conſarcinati ἐν ἐπιτομῇ libri decem. Quorum quinque, tertius nimirum, quartus, quinctus, ſextus, & octavus earum, quæ interciderunt Controverſiarum, Declamationes ſunt. Reliqui vero quinque, earum quæ extant. Quam nos Declamationum *Epitomen* ſeu *Excerpta* nominamus. Propius autem factum eſt nihil, quam ut de Græcis Thomam Magiſtrum

imitatus, titulis inter ſe diverſas *Controverſias* citarim, non numero aut libris diſtinguens, ut Græcas ille Libanii Declamationes ἐπιγραφαῖς in ſuo Atticorum nominum Lexico in teſtimonium perpetuo advocat. In *Suaſorias* autem eo longiores, contra atque propoſitum mihi, Annotationes evaſerunt, quo major ex his utilitas emerget, iis præſertim, qui ſe ad M. Tullii lectionem, præcipue divinæ illius, ut Satyricus vocat, Philippicæ voluerit (velle autem omnes debent) conferre: tametſi Vopiſcus in Numeriano *Declamationem* Tulliano ſtylo opponat. Has vero *Controverſiis* cenſui anteponendas, quamvis ſe poſt ſcripſiſſe Seneca ſignificet, quod ut faciliores, pueris primum proponerentur, ut ait idem ſcriptor de cauſis corruptæ Eloquentiæ. Ariſtoteles tamen lib. 3 Rhet. τὸ δημηγορεῖν facit difficilius τοῦ δικάζεσθαι.

Ceterum in his Declamationibus tanquam pugnæ ſimulacris, ad verum diſcrimen, juventus olim diligenter ingenti emolumento exercebatur, ut ex umbratili ſtudio in lucem ſolemque prodiret, & à fictis ad ſerias cauſas liteſque forenſes aliquando tranſiret. Juris igitur conſultis, vel Alciato teſtante perutilis hæc tractatio, in qua diſerte multa, & acute de legibus, cauſſiſque, & negotiorum eventis diſputantur: ne rerum gerendarum omniſque Antiquitatis rudes *Leguleii, rabulæ forenſes, & vultures togati* potius, quam Juris Sacerdotes appellentur. Oratori quoque futuro neceſſarii maxime hi libri: ſive ſermonis venuſtatem, ſive acumen, ſeu rerum inventarum copiam ſpectes. M. enim Tullius ad Præturam uſque ut nemo diutius, Romæ aſſidue, Rhodi etiam Græce apud Molonem declamitans, Senex eandem illam exercitationem, cum jam occupata à Cæſare Reſp. in otium litteraſque ſeceſſiſſet, coram ſummis viris, ut ex Sueton. Tranquillo ſupra docui, revocavit: quod θετικώτερον paulloque eruditius fuiſſe dicendi genus ait lib. 3 ad Q. Fratrem, & Tuſculanas diſputationes (cum ponere quemque juberet, de quo audire vellet) *ſenilem declamationem* ſæpius appellat. Scripſerat & juvenis volumen Prooemiorum, ex quo eligere ſe ſolitum, cum aliquod σύγγραμμα inſtituiſſet, T. Attico ſcribit lib. 16. & Demoſtheni προοίμια δημηγορικὰ attribui video: falſo, ut putant Critici: aut ſi Demoſthenis ſint, ab eo edita, cum Pythonem Byzantium admiraretur. Ciceroni vero Aſiatico nihil aptius. Verum enimvero declamitandi hæc ratio vitio generis humani, ut fit, degeneravit, cum ad plurimos ejus utilitas pertineret. Abiit in vitium, & ad ſummum evecta, mole laborans ſua, corruit, dum vel exilia nimis declamitando conſectarentur, vel in ſcholis velut ad Sirenæos ſcopulos conſeneſcerent, omnemque ætatem ibi, ſua tantum admirantes, conſumerent. Hinc Sophiſtarum appellatio, laude prius digna, poſt in odium vertit: quod ex ea quæſtum jam, ut auctor eſt Ariſtot. ſordidi homines quærerent: quorum nomina Laërtius, Philoſtratus, Eunapius Sardianus, Suidas, & Heſychius, Illuſtris, ut nomenclatores dictant, extantque Græce, quod eruditi ſæculi noſtri felicitati imputandum cenſeo, Luciani Samoſatenſis, Libanii Sophiſtæ, Dionis Pruſei cognomento Chryſoſtomi, Theonis in Progymnaſm. Ariſtidæ, Syneſii, Themiſtii, Polemonis, Himerii, aliorumque diſertæ Orationes, Declamationeſque. Quin & Philoſophorum ſcholas, optima quæque cavillando, ea labes occupavit: quorum laqueos reprehenſioneſque eludere, & tecto, quod aiunt, diſcedere latere, ſingulari lib. περὶ σοφιστικῶν ἐλέγχων Peripateticæ ſcholæ Princeps docuit, vocatque τὴν σοφιστικὴν φαινομένην σοφίαν, οὖσαν δὲ μή· καὶ τὸν Σοφιστὴν χρηματιστὴν ἀπὸ φαινομένης σοφίας, ἀλλ' οὐκ οὔσης. Exagitat eoſdem & Plato, & Iſocrates: apud Latinos vero Tacitus Cornelius, ſive is potius Fabius eſt, Petronius Arbiter,

Andr. Alciat. lib. 4 Parerg. c. 15.

Am-

Ammianus Marcellinus, ceterique inſectantur: Utrique Sophiſtæ dicti, & iidem ſæpe, genere tamen profeſſionis diſſimillimi & origine. Nam Philoſophaſtri & ἀμφοτερόγλωσσοι, à Zenone Eleate appellati, & ἐν τῷ δοκεῖν διαλέγεσθαι: *Rhetores* ab Empedocle, & ἐν τῷ λέγειν: Quamvis vero uterque è Parmenidis ſchola profecti, Zeno tamen hauſit inde diſcidium illud τῆς αἰσθήσεως καὶ λόγου. Unde origo τῆς ἀδολεσχίας διαλεκτικῆς. Empedocles vero poëtica pigmenta, à quibus primam vetuſtiſſimæ Eloquentiæ manaſſe originem Strabo refert. Latini vero Græcorum æmuli, poſt, ſed longo intervallo, pedem in his veſtigiis poſuerunt: & aliquandiu intermiſſa Declamandi ratio revocata eſt ſub Nerone, Veſpaſiano, & Domitiano. Inclinante enim imperio, paullatim etiam eloquentia degeneravit. Cœperat quippe, oppreſſa orandi in foro libertate, dicendi pariter vis, & facultas

In pejus ruere, ac retro ſublapſa referri.

Tum Porcius Latro ceteris præſtantior, & M. Fabius ſenior, homines Hiſpani mirifice à Seneca hic laudati viguerunt. Hujus primum à Thadæo Ugoleto Parmenſi, à Pet. Ærodio, nuper etiam à Pet. Pithœo J.C. inſigni in Gallia 145. (quæ de 390. fere reliquæ ſunt) editæ Declamationes circumferuntur: de quibus & Jo. Ant. Campani judicium extat non contemnendum. Item Calpurnii Flacci Declamationes ejuſdem Pithœi beneficio publici juris factæ. Quæ enim Oratoriis Quinctiliani Inſtitutionibus vulgo ſubjiciuntur, adeo jejunæ ſunt, atque à rebus, quibus Rhetor ille abundavit, inopes, ut aratoris potius, quam oratoris eſſe, nedum ejus, qui bene dicendi præcepta jucundiſſimo ſtylo acerrimoque judicio pertractaſſet, audaciter olim Philelphus judicarit. Apage ſis igitur, cum his ineptis λόγοις, qui Voluſii Annalibus, aut Antiphontis libris Somniorum plenis nihilo ſint meliores, quos legere nemo ſuſtinet, niſi qui & otio, & litteris abuti velit. Quaſi vero, qui aliis tanquam digito parandæ Eloquentiæ viam fonteſque commode oſtenderit, ingredi ipſe & haurire non poterit? Cæci igitur de cæcis legant, per me licet, me ſane rivalem non habebunt. Verum ne quid diſſimulando prævaricari videar, in eo ſcriptore variant Critici. Trebellius enim Pollio refert Poſtumium juniorem ita diſertum fuiſſe, ut cum ejus Controverſiæ acutiſſimis Quinctiliani inſererentur, non eſſet facile illas internoſcere. In veteribus libris *M. Floro* inſcribi, ſunt qui in variis affirment. Ampliandum igitur, nec tanti ea res, ob quam deſeri vadimonium debeat.

Jac. Durant. lib. 2. Variar. cap. 17.

Inter hos autem Declamatores M. Seneca Rhetor inſignis familiam ducit, ſive *Suaſorias* ab optimis dicendi magiſtris tractatas, ſive *Controverſias* memoria reconditas, depromat.

Sunt enim hæc aliud nihil, quam *laudabilia ſcholaſtica*, ſingulis auctoribus laudatis. De cujus ſcriptoris ſtylo ita judicare non dubitem, nihil eſſe in lingua Latina, cum à Cicerone, Fabioque diſceſſeris, ſcriptum purius, aut elegantius. Judicium vero, quod ſemper fuit, eritque perpaucorum hominum, & acumen in aliorum ingeniis dictiſque cenſendis, ſummum ac proprium illius. Diſſentio igitur à viro docto, qui memoria noſtra Senecam hunc Rhetorem leviter doctum, ac quaſi proletarium appellat.

Sed illud vulgo quæri video, cur *Sententias*, *Diviſiones*, *Coloreſque* hos libros inſcripſerit, quæ cum ex Rhetorum ſcholis peti, non à nobis hoc loco exſpectari debeant, ſumma attingam rerum capita, & digitum quod aiunt, ad fontes intendam. Hermagorei (à quibus *Coloris* nomen manaſſe primum ſcribit Porphyrius) potiſſimum ἐν τοῖς ἀγῶσι collocant, imo vix

eſt διαίρεσις ullius στάσεως apud Rhetoras, in quarum ſit κεφάλαιον aliquod μεταθέσεως τῆς αἰτίας, quod illis χρῶμα erat: hinc & M. Fabius Senior *declamationum* duas claſſes conſtituit, ut aliæ *Coloratæ* ſint, *Tractatæ* aliæ. Quanquam aliis aliud χρῶμα, genus ſcilicet cauſſæ figuratæ, ut obſervat Halicarn. Dionyſius ἐν τῷ περὶ ἐσχηματισμένων. Falſarum enim ex-

Lib. 4. cap. 2.

poſitionum duplex genus, inquit Fabius. Alterum quod inſtrumentis, teſtimoniiſque juvatur, alterum quod eſt tuendum dicentis ingenio: idque vel ad ſolam verecundiam pertinet, unde etiam *color* dictus, vel ad Quæſtionem. Hinc ſalſe Satyricus:

Juven. Sat. 6. & 7.

Dic aliquem, ſodes, dic Quinctiliane Colorem. Et,
Declamare doces, ô ferrea pectora, Vecti,
Quis Color, & quod ſit cauſſæ genus, atque ubi ſumma
Quæſtio.

Ad hæc *Figuratæ controverſiæ*, cum non, quod dicimus, ſed aliud latens, & auditori quaſi inveniendum, accipi volumus: ut idem Fabius docet.

Lib. 9. c. 1.

Diviſio vero, quam ſæpe adhibet Seneca, eſt inveniendi ratio τὰ σύμμετρα κεφάλαια, cuique cauſæ κατὰ τὰς στάσεις, τήν τε προηγουμένην καὶ τὰς ἐμπιπτούσας. Quæ prima exercitatio erat apud Sophiſtas poſt τὴν ὑπόθεσιν aut τὸ πρόβλημα. Ad hanc pertinet διαιρετικὴ μέθοδος, id eſt, *ars Statuum*, quam rationem τῆς διαιρέσεως maxime in oratione excellere, Galenus & Alexander Aphrodiſieus monuerunt. Ejus exercitationis exempla clariſſima αἱ διαιρέσεις τῶν ζητημάτων Sopatri Rhetori. Huic exercitationi ſuccedebat illa, *implere controverſias*: ultima erat, *Declamatio.* Hæc, ut lucem adferrent Senecæ, attuli. *Sententia* vero, pronunciatum eſt de rebus univerſis, quæ expetendæ ſunt, aut fugiendæ ad agendum. Sic Ariſt. 3 Rhetor. in quem & Γνῶμαι καὶ Θέσεις Theonis, Hermogenis & Aphtho-

Præfat. lib. 4. Contr.

nii cadunt. Sed Seneca omnium optime, quas intelligat, docet, quæ *Sententiæ propriæ*, quæ *tranſlatitiæ* dicerentur, hoc eſt, Loci communes, in quos licebat præter Cauſſam excurrere. Hæ pertinebant ad illos exceſſus, quorum idem præfando meminit. In qua Præfat. etiam *Sententiæ albæ*, quas in Albutio ſic vocabat Aſinius Pollio, hujus generis eſſe videntur.

Andr. Alciatus lib. 4 Parerg. cap. 15.

Declamandi ratio qualis, & quam hodie neceſſaria ſit tironibus juri civili operam navare volentibus, ſæpe à me prædicatum eſt. Solebant enim juvenes, poſtquam à Grammatico dimiſſi eſſent, ad Rhetorem accedere, apud quem communes diſſerendi locos addiſcebant: deinde fictas controverſias peragebant. Eæ aut ex hiſtoriis trahebantur, aut ex re, quæ forte recens contigiſſet, plurimum ad genus judiciale pertinebant, non abſimiles ſpeciebus Conſiliorum, quibus quotidie Jureconſulti noſtri dant reſponſa: adeo ut, ſi illis, quod facillimum eſſet, legum loca allegationeſque adjicerentur, nihil à conſiliis noſtratium differant. Hoc præ ſe ferunt ſpecimen, quæ etiamnum extant fragmenta *Declamationum Quinctiliani* nomine, quæ ad uſque numerum 136. Thadæus Ugoletus Parmenſis in publicum dedit. Id & deprehendi in iis poteſt, quas *Annæi Senecæ patris* eſſe ſuperiori capite cenſui: nec dubium eſt, quin recte in eis inſtitutus adoleſcens, majore profectu, nec illotis manibus Jus civile pertractaret. Sed vix obtineri hæc ratio hodie poſſet, quod rari Grammatici huic muneri apti ſint: & ſi qui alioquin eſſent, ad uberiora, utilioraque Legum & Medicinæ ſtudia pertranſire malunt, quam inter pueros conſeneſcere. Inter hodie declamatores celebre eſt *Libanii Sophiſtæ* nomen, qui horum ſtudiorum cauſa ſane quam gratus acceptuſque Juliano Impe-

ratori

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ratori fuit : ejus vitam Eunapius deſcripſit : ut *Pauli Tyrii* Sophiſtæ Suidas.

Jo. Ludovicus Vives Valentinus lib. 3. *de tradendis diſciplinis.*

Senecam Rhetorem licebit evolvere, à quo multum adjuvabitur verborum, & propriorum, & tranſlatorum vi, tum copia, & varietate: ut rem eandem crebro, & ſine faſtidio poſſint exponere: multumque alere poteſt facundiam Latinam, Metaphoris potiſſimum, præ cæteris ſcriptoribus, dextre accommodatis.

Et libro 4.

Legent juvenes *Declamationes, & Suaſorias*, quas ex Oratoribus ſui temporis *Seneca* collegit, mendoſas quidem illas & truncas: nam deſunt Græca non pauca, & Latina ſunt depravatiſſima, ſed erunt nihilominus adjumento dicentibus. Nam plurima in illis ſunt, & inventa ſubtiliter, acuteque & lepide, ac venuſte expreſſa, multæque verborum ac ſententiarum conformationes, & quaſi lumina.

De authore Suaſoriarum & Controverſiarum Opſopeus.

Juſtus Lipſius Vir Clar. Electorum 1. cap. 1. Libros qui Controverſiarum & Suaſoriarum inſcribuntur, Annæi Senecæ eſſe, illius qui Philoſophus dicitur, & qui Neroni præceptor, cenſet vulgus & errat. Pugnat enim cum ea ſententia Senecæ ætas, pugnat vita, pugnat ſtylus. Ætatis pugnam doceo, quia quicumque iis libris ſcriptor fuit, Aug. & Tiberii ævo vixit, non Claudii & Neronis. Hoc colligo ex variis ejus de ſe dictis. Ait alibi familiarem ſe fuiſſe Ceſtio Pio, Porcio Latroni, Val. Meſſalæ: alibi Ovidium poëtam declamantem audiviſſe, & Aſinium Pollionem viridem cognoviſſe & ſenem. Eas omnes faces illuſtraſſe ego ſcio medium principatum Auguſti. At Senecæ celebrior ætas in Claudium incidit & Neronem. Addit imo amplius ille ſcriptor, ea ætate ſe fuiſſe ut Ciceronem ipſum audire potuerit declamantem. Verba ejus ſunt Præfatione prima: *Omnes autem magni nominis mihi videor audiviſſe, præter Ciceronem. Nec Ciceronem quidem ætas mihi eripuerat, ſed bellorum civilium furor, qui tunc totum orbem pervagabatur. Intra coloniam meam me continui, alioqui potuiſſem eum audiſſe in illo atriolo, in quo duos grandes prætextatos ait ſecum declamare ſolitos.* Ne quis mihi, quæſo, ad hunc locum nebulas aut nugas. Ait ſe Ciceronem audire potuiſſe declamantem cum duobus grandibus prætextatis. Ii fuerunt Hirtius & Dolabella: quos ideo ludens ſic appellat, quia tunc in prætexta toga erant & in magiſtratu. Eos per bellum civile Cæſaris Cic. (ut ipſe alibi ait) dicendi diſcipulos habuit, cœnandi magiſtros. Vide quo ætatem ſuam producat ille ſcriptor. Ante Cæſaris mortem non ſolum natus fuiſſe debuit, ſed etiam annos aliquot habuiſſe legitimos ad audiendum Ciceronem. Quomodo hæc ævi, ut ſic dicam, granditas cadet in hunc noſtrum Senec. qui mortuus Silio & Attico conſulibus, extremo imperio Neronis? i. centum & 15 annis poſt illud ævum. Sed enim occurrunt huic rei, Et vixit, inquiunt, Sen. annos ad centum 14. alii etiam liberalius, centum 24. ita enim ſcribunt paſſim in hiſtoria ejus vitæ. Homines præſtigiatores! & præ quorum arte in recoquendis ſenibus nihil ſit Medea. Sed quid nugantur? cedo mihi auctorem aliquem hujus tam prodigioſæ ſenectutis. Non dabunt. Tacit. qui fautor Senecæ & ideo diligens in vita ejus narranda & morte, ſenile ejus corpus dixiſſe contentus fuit: grandem hanc, & non longe à miraculo ætatem, non attingit. Imo contra apud eum reperio, lib. 15. in oratione Neronis Sene-

eam adloquentis: *Eſt tibi*, inquit, *adhuc valida ætas, rebuſque & fructui rerum ſufficiens.* Valida, ait, ætas: & hoc paucis ante cædem ejus annis. Qui convenit hoc in ſenium tam effœtum? Sed ventilo ego, & tracto adhuc luſoria arma: quid ſi doceo Senecam natum non fuiſſe Cicerone vivo? nonne perorata hæc lis eſt? Ait ipſe de ſe. Epiſt.108. *His inſtinctus abſtinere animalibus cœpi: & anno peracto, non tantum facilis mihi erat conſuetudo, ſed dulcis. Quæris quomodo deſierim? In Tiberii Cæſaris principatum juventæ tempus inciderat. alienigena tum ſacra movebantur, & inter argumenta ſuperſtitionis ponebatur animalium quorundam abſtinentia. Patre itaque meo rogante, qui non calumniam timebat, ſed philoſophiam oderat, ad priſtinam conſuetudinem redii.* Locus clarus, & in quo arx hujus cauſæ. Ait ecce ſe juvenem ſub Tiberio, quo tempore alienigena ſacra urbe mota ſunt. Id accidit quinto Tib. imperii anno: ut colligo facile ex his Taciti verbis Ann. 2. *Actum & de ſacris Ægyptiis Judaïciſque pellendis: factumque patrum conſultum, ut quattuor millia libertini generis ea ſuperſtitione infecta in inſulam Sardiniam veherentur.* Utrum ergo digiti me fallunt: an à morte Ciceronis ad hunc diem, anni circiter ſexaginta colligunt? Quod ſi eſt, quomodo natus Ciceronis ævo Sen. fuerit: & idem juvenis adhuc ſub Tiberio? Niſi quis tam inepte deſipiens, qui ſexagenarium ſenem juvenem cenſeat appellandum. Certa res, & huic uni argumento ſi quid opponi poteſt, illi ſapiant: ego, ut poëta vetus ait, fatuus ſim, non ſolum ſtultus. Pugnat ergo ætas Senecæ: etiam vita. Nam is qui philoſophus, vitam illuſtrem egit, ad remp. acceſſit, honores geſſit, Quæſtor, Conſul fuit. De Quæſtura ſua ipſe fatetur Conſol. ad Elbiam: de Conſulatu, auctores, Faſti & Juriſconſulti. Hæc vitæ lux non cadit in meum ſenem: quem vixiſſe remotum ab omni ambitu ſcio, equeſtri ordine contentum. Teſtis ipſe in præfatione lib. ſecundi. Melam filium alloquens, *Perge*, inquit, *quo inclinat animus, & paterno contentus ordine ſubduc fortunæ magnam tui partem.* Nam ordinem intelligit non dubie equeſtrem. Denique cum vana illa opinione quid magis pugnat, quam ſtilus? Ariſtoteles apud quoſdam Libyæ populos, quoniam uxores communes ſunt, ait liberos ad formarum ſimilitudinem diſtribui. Velim idem fit in his libris, quorum profluens & copioſa dictio, tantum abeſt à Sen. arguta & conciſa eloquentia, quantum Homeri ille Neſtor à Menelai. Quis falſus ſcriptor, ſatis dictum: dicam quis verus? tam clare idipſum, ut ſi quid hac parte errem, non recuſem quin Fides averſa à me in omne ævum. L. Ann. Seneca Philoſophus patrem habuit nomine & cognomine eodem. Is domo Corduba fuit, profeſſione Rhetor. Natus ante bellum civile Cæſarianum, ſupervixit ad Claudii circiter principatum: ſine honoribus, & non aliud quam provincialis eques. Is jam ſenex non dubie filiis ſuis ſcripſit, aut dictavit potius, hos qui ſuperſunt Controverſiarum & Suaſoriarum lib. Sed ut in Plauti fabula inter duos Menæchmos: ſic inter duos Senecas confuſione nominum ortus error. Tributa illi quæ hujus erant: & claritate nimia filii, obſcurus pater hodie, imo ignotus. Memoriam boni ſenis fugitivam (impune hoc dixerim) primus retraham ego. Ejus inquam Senec. hi libri. Doceo ex ætate: quæ patri convenit, diſconvenit proli. doceo ex inſcriptione, quæ in omnib. libris, etiam ſcriptis, concipitur: L. ANNÆI SENECÆ, AD SENECAM, NOVATUM, ET MELAM FILIOS. Optime. Inter tres filios quos nominat, Seneca Philoſophus eſt: reliqui ejus fratres. Stemma tale:

L. Annæus Seneca, qui Rhetor.
Elbia, ejus uxor.

L. Annæus Seneca, qui Philoſophus.
Annæus Novatus, aliter Junius Gallio,
Annæus Mela, ſive Mella, pater Lucani.

Quid jam clarius, quam Sen. Patris eſſe hæc ſcripta? Nam quin Mela ille frater Senec. Philoſophi ſit, non ambiges ex his locis. Tacitus lib. 16 Annalium: *Mela, quibus Gallio & Seneca parentibus natus, petitione bonorum abſtinuit: per ambitionem præpoſteram, ut eques Romanus conſularibus potentia æquaretur.* Seneca ipſe in Conſolatione ad Elbiam: *Reſpice fratres meos, quibus ſalvis fas tibi non eſt accuſare fortunam. In utroque habes quod te diverſa virtute delectet. alter honores induſtriæ conſecutus eſt.* (Gallionem intelligit): *alter ſapienter contempſit.* intelligit Melam. Confer hunc locum è præfat. lib. 2 Controverſiarum, & vide quam elogia omnia conveniant in hoc Mela: *Hæc eo libentius Mela fili cariſſime refero, quia video animum tuum à civilibus officiis abhorrentem, & ab omni ambitu averſum: hoc unum concupiſcentem, nihil concupiſcere, ut eloquentiæ tantum ſtudeas. Ego vero non ſum bonæ mentis impedimentum: perge quo inclinat animus, & paterno contentus ordine, ſubduc fortunæ magnam tui partem.* Nec turbat me, quod epigraphe Novatum nominet, quem alii, & quem Senec. ipſe Gallionem. Idem enim ille per adoptionem familia exivit, & in gentem ac nomen venit Junii Gallionis. Credo illius ipſius Gallionis, qui inter Rhetoras nominatur Sen. patri: & de quo ſcriptor incertus, De cauſis corruptæ eloquentiæ: *Malim hercle C. Gracchi impetum, aut L. Craſſi maturitatem, quam calamiſtros Mæcenatis, aut tinnitus Gallionis.* At nomen Novati anterius ei fuiſſe, colligo ex Seneca in conſolatione: qui filiam hujus agnoſcit à nomine veteri Novatillam. Non item locus me movet initio lib. 2 Controv. de Fabiano Philoſ. *Scio futurum*, inquit, *ut auditis ſententiis ejus, multas cupiatis audire. ſed nec ille diu declamationibus vacabat: & ego multo minor natu quam ipſe erat, audiebam quotiens inciderat, non quotiens volebam.* Qui ſi recte haberet, vana omnia quæ dixi de ætate hujus ſenis. Fabianus enim auditor Ceſtii Pii & Arellii Fuſci fuit, ac ſub Tiberio præcipua illi fama. Quo ſi multo minor natu hic ſcriptor: cur non piſtrino trador ego atque aſino? Sed non recta lectio, & emendo, *multo major natu.* Cauſſa enim vera non auditi Fabiani, quod ille juvenis, Senec. jam grandi, ut homo ſenex frequentare declamationes adoleſcentuli honeſte non poſſet. Hæc Lipſius. Sed & ante eum Andreas Alciatus Parerg. lib. 4. cap. 14. Illud ſciendum, duos fuiſſe Senecas: Eum qui Neron. præceptor erat, cujus ſunt Epiſtolæ & Tragœd. quique patruus Lucani poëtæ, & Gallionis frater fuit. Alium ſeniorem, iſtius & Gallionis patrem: cujus ſunt Declamation. qui ſe potuiſſe Ciceronem audire atteſtatur. Ut ridicula ſit eorum ſententia qui utriuſque ætatem conjungentes, vixiſſe poſteriorem annos ſupra 120 comminiſcuntur: cum tamen Dio lib. 58. phthiſi laboraſſe hunc Senecam ſit auctor, manuſque Caii principis evaſiſſe, quod credebat fore ut quamprimum fato decederet.

A N-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ANDREAS SCHOTTUS

L E C T O R I

S.

E*Tſi non me fugit* CONTROVERSIAS *prius edidiſſe M. Annæum, quam* SUASORIAS, *has enim Controverſia 12. promittit, tamen feci libenter, ut has illis ordine anteponerem, cum tradendarum artium Methodo, quæ per faciliora notaque, ad ea, quæ difficilia magis, obſcura atque ignota ſunt, viam ſternit, tum priorum editionum exemplo. Frobenii, quæ anno ſalutis* CIↃ IↃ XII. *prima, ut opinor, in Germania typis cuſa prodiit, Hervagii quoque primæ, quam Deſiderius interpolavit. Nam in altera Cœlius Curio ordinem turbavit: denique Gryphii Lugdunenſis, & quod rei caput eſt, auctoritate vett. quatuor antiquiſſimorum codicum, Auguſtodunenſis, Brugenſis, Covarruviani, & Vaticani, qui in membranis ſcripti, ad hos libros qua emendandos qua explanandos opitulati ſunt, ne, ut ad hanc uſque diem à pleriſque (forte quod nimis & depravati eſſent, ac mutili, & lacunis pleni hiarent, Græcis omnibus ſententiis deſideratis) neglecti jacerent, neque in tenebris amplius deliteſcerent. Et vero* SUASORIÆ CONTROVERSIIS *in Rhetorum ſpatiis præmittebantur, ut illæ artis hujus propriæ, hæ Juriſconſultorum, judiciorumque: Scholarum illæ, hæ fori fuiſſe videantur. Rariores tamen deliberationes, publice quidem à Declamatoribus inſtitutæ,* CONTROVERSIÆ *vero diſceptationeſque frequentius: quibus tanquam in arena exercitata juventus in Solem tandem aſpectumque prodiret, cauſſaſque advocatione defendendas ſuſciperet. Sed hæc M. Fabius Rhetorum princeps copioſe, ut omnia, cap. 10. lib. 3. pertractavit, idemque Progymnaſmata ſeu primas apud Rhetorem exercitationes lib. 2. cap. 4. præmitti ſolere tradit, ut* Chrias, Apologos, Sententias, Theſes, *ceteraque quæ Theon, Aphthonius & Priſcianus pertractarunt, ducebantque ad Ariſtotelis, aut Hermogenis potius ſubtiliorem viam, aut M. Tullii fontes. Ad eumdem modum* Suaſionibus *ad* Controverſias *præludere Græci ſolent: Quamquam ea tota ratio à Grammaticis Romæ occupata eſt, ac relegata. Plerique enim artium finibus motis, terminos tranſilire ſatagunt. Sed nunc ad rem ipſam aggrediamur.*

M. AN-

M. ANNÆI SENECÆ RHETORIS, SUASORIARUM Liber unus.

SUASORIA I.

Deliberat Alexander, an Oceanum naviget.

FInitam cuique rei magnitudinem natura dederat, dedit & modum. nihil infinitum eſt, niſi Oceanus. *Avitus.* Fertiles in Oceano jacere terras, ultraque Oceanum rurſus alia litora, alium naſci orbem, nec uſquam naturam rerum deſinere, ſed ſemper

MAteriarum apud Rhetores Latinos duo genera tractata ſunt: Suaſoriæ, & Controverſiæ. Nam cum declamatio judiciorum & conſiliorum imago ſit, ut Controverſia forum exprimit, ita Suaſoria conſilii formam exhibet. Hæc magis puerorum fuit, à quo illi declamandi ſtudium incipiebant: illa provectiorum. Duabus autem de cauſis Suaſoriis prius exercebatur puer, quam Controverſiis: altera quia Suaſoriæ faciliores, minuſque virium & prudentiæ requirere videntur: altera etiam quia is finis Rhetori propoſitus eſt, juvenem foro potius quam conſilio præparare, cujus in imperio minor & rarior publice uſus eſt. Ea ratione velut progymnaſma ad controverſiam Suaſoria reputata eſt, quemadmodum fabulæ, chriæ, ſententiæ, loci communes, theſes, ethologiæ, quæ & ἠθοποιίαι Aphthonio dicuntur, ceteraque ejuſmodi dicendi primordia, quæ illo προγυμνασμάτων nomine comprehenduntur. At Græcis maxime, qui magis ſuorum operum onera, inquit Quinctilianus, & modum noſcentes, omnia hæc ſibi retinuerunt, non à Latinis, qui hæc contemnentes, Grammaticis neceſſaria fecerunt, ſolamque controverſiam, qua puerum myſteriis ſuis initiarent, antequam ad controverſias admitterent, ſibi receperunt. Hæc colligere licet ex Quin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ſemper inde, ubi deſiſſe videatur, novam exſurgere: facile iſta finguntur: quia Oceanus navigari non poteſt. Satis ſit hactenus viciſſe Alexandro, qua mundo lucere ſatis eſt. Intra has terras cælum Hercules meruit. Stat immotum mare, & quaſi deficientis in ſuo fine naturæ pigra moles, novæ ac terribiles figuræ, magna etiam Oceano portenta, quæ profunda iſta vaſtitas nutrit, confuſa lux alta caligine, & interceptus tenebris dies, ipſum vero grave & devium mare, & aut nulla aut ignota ſidera. Ita eſt, Alexander, rerum natura: poſt omnia Oceanus: poſt Oceanum nihil. *Argentarii.* Reſiſte, orbis te tuus revocat: vicimus qua lucet. nihil tantum eſt, quod ego Alexandri periculo petam. *Pompeii Silonis.* Venit ille dies, Alexander, exoptatus, quo tibi operæ eſt adeſſe. iidem ſunt termini & regni tui, & mundi. *Oſci.* Tempus eſt Alexandrum cum orbe & cum ſole deſinere. Quod noveram, vici: nunc concupiſco quod neſcio. Quæ tam feræ gentes fuerunt, quæ non Alexandrum poſito genu adorarint? Qui tam horridi montes, quorum non juga victor miles calcaverit? Ultra Liberi patris trophæa conſtitimus. Non quærimus orbem, ſed amittimus. Immenſum, & humanæ intentatum experientiæ pelagus, totius orbis vinculum, terrarumque cuſtodia, inagi-

ctiliano, Tacito, Aphthonio, & Theone. Suaſorias vero puerorum fuiſſe præter illos auctores indicat Juvenalis Sat. I. iis verſibus:

Et nos ergo manum ferulæ ſubduximus, & nos
Conſilium dedimus Syllæ, privatus ut altum
Dormiret.

Et Perſius 3. illis:

Sæpe oculos, memini, tingebam parvus olivo,
Grandia ſi nollem morituro verba Catoni
Dicere.

Has tamen noſter auctor controverſiis poſtpoſuit velut appendicem, promiſſioniſque ſuæ ἐπίμετρον, pluribuſque libris, an hoc ſingulari, in incerto eſt. Illud ſolum controverſiarum lib. 2 innuit, Suaſorias ſe daturum, inter quas & quandam Latronis de Theodoto per triduum declamatam, quæ tamen hic non habetur. Et ſane multa ex his intercidiſſe clarum eſt, multa ex reliquis corrupta, mutila, & trunca eſſe: quibus, defecti omni ſcriptorum librorum ope, conjecturis tantum, quantum in nobis fuit, opitulati ſumus. quas ideo ſeorſim à textu ex Romana editione, quæ nobis purior & integrior aliquanto viſa eſt expreſſo, his annotationibus incluſimus, ne tanti noſtra ſomnia facere videremur, ut ea vel invitis legenda obtruderemus. Suaſoriarum autem præcepta ſi quis requirat, legat Quinctilian. cap. 10. lib. 3. *N. Faber.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

[1] inagitata remigio vaſtitas, litora modo ſæviente fluctu inquieta, modo fugiente deſerta.[2] tetra caligo remittet fluctus. Neſcio quid humanis natura ſubduxit oculis, extrema nox obruit. *Muſæ.* Fœda belluarum magnitudo, & immobile profundum teſtantur, Alexander, nihil ultra eſſe, quod vincas; revertere. *Albutii Silii.* Terræ quoque ſuum finem habent, & ipſius mundi aliquis occaſus eſt, nihil infinitum eſt; modum magnitudini facere debes, cum forma non facit. Magni pectoris eſt inter ſecunda moderatio. Eundem fortuna victoriæ tuæ, quem natura finem facit. Imperium tuum cludit Oceanus. O quantum magnitudo tua rerum quoque naturam ſupergreſſa eſt! Alexander orbi magnus eſt, Alexandro orbis anguſtus eſt. Aliquis etiam magnitudini modus eſt. Non procedit ultra ſpatia ſua cælum. Maria intra terminos ſuos agitantur. Quicquid ad ſummum venit, incremento non reliquit locum. Non magis quicquam ultra Alexandrum novimus, quam ultra Oceanum. *Marillii.* Maria ſequimur, terras cui tradimus? Orbem quem non novi, quæro; quem vici, relinquo. *Fabiani.* Quæ iſta toto pelago infuſa caligo? Navigantem tibi videtur admittere, quæ proſpicientem quoque excludit. Non hæc India eſt, nec terribilis ferarum ille conventus. immanes propone belluas. adſpice quibus procellis fluctibuſque ſæviat, quas ad litora undas agat. tantus ventorum concurſus, tanta convulſi funditus maris inſania eſt: nulla præſens nagivantibus ſtatio eſt, nihil ſalutare, nihil notum. rudis & imperfecta natura penitus receſſit. Iſta maria ne illi quidem petierunt, qui fugiebant Alexandrum. Sacrum qui-

1 *Inagitata remis vaſtitas*] Ceteræ editiones, *inagitata remiſſio vaſtitas.* ex quo effeceram, *inagitata remigio vaſtitas.* N. Faber.

2 *Tetra caligo remittet fluctus*] Dalecampius apud Fabrum: *immites fluctus.* Schottus: *tetra caligo. Remittit fluctus.* Scribe: *Tetra caligo permiſta fluctibus.* Gronovius. Groſlotius Liſlæus raræ eruditionis, meliorisque ſpei adoleſcens per epiſtolam me monuit, Jo. Dalechampium Medicum omni doctrinæ genere excultiſſimum, hæc ita legere, *tetra caligo immites fluctus. Neſcio quid hoc eſt quod hominis naturæ ſubduxit oculis, & atra nox obruit.* quæ ſive à libris veteribus, ſive ab ingenio ſint, recta & proba judico. N. Faber.

quidem terris natura circumfudit Oceanum. Illi qui jam ſiderum collegerunt metas, & annuas hiemis atque æſtatis vices ad certam legem redegerunt, quibus ignota nulla pars mundi eſt: de Oceano tamen dubitant, utrumne terras velut vinculum circumfluat, an in ſuum colligatus orbem, & in hos, per quos navigatur ſinus, quaſi ſpiramenta quædam magnitudinis exæſtuet: ignem poſt ſe, cujus augmentum ipſe ſit, habeat, an ſpiritum. Quid agitis, commilitones? regem domitoremque generis humani, magnum Alexandrum, eo demittitis, quod adhuc quid ſit diſputatur? Memento, Alexander, matrem [3] in orbe victo adhuc magis, quam pacato relinquis.

DIVISIO. Aiebat *Ceſtius*, hoc genus ſuaſoriarum [4] aliter declamandum eſſe, quam ſuadendum. Non eodem modo

3 *In orbe victo adhuc magis quam pacato relinquis*] Forte, *relinqui*. Gronovius.

4 *Aliter declamandum eſſe quam ſuadendum*] Nic. Faber, vir ſummus, hic merito obhæſit. Qui ſuadet, ait, declamat: unde ſatis apparet locum non ſtare: ex his autem, quæ ſubjiciuntur, intelligi, velle Senecam, conditionem perſonarum efficere, ut aliter atque aliter declamemus ſuadeamuſque. Conjicit ergo: *aliter atque aliter declamandum eſſe*, inductis ſequentibus. Niſi forte: *aliter atque aliter declamandum atque ſuadendum eſſe*. Fatetur & Schottus depravatum eſſe locum; & quaſi momentum allaturus tentat leviter: *hoc genere ſuaſoriarum*. In Pal. poſt raſuram legebatur, *quam ſuccidendum*: in Voſſiano, *quam ſuadentium*. Scribe: *hoc genus ſuaſoriarum aliter declamandum eſſe quam ſententiam*. hoc eſt, ſimplicem ſuaſoriam. In genere deliberativo quidam rhetores minimum requirebant artis, plurimum prudentiæ fideique, quæ non eſt ſine libertate. Quintilianus, lib. 3 Inſtit. cap. 8. *Alia veris conſiliis ratio eſt: ideoque Theophraſtus quam maxime remotum ab omni affectatione in deliberativo genere voluit eſſe ſermonem, ſecutus in hoc auctoritatem præceptoris ſui. namque Ariſtoteles idoneam maxime ad ſcribendum demonſtrativam, proximamque ab ea judicialem putavit: videlicet quia prior illa tota eſſet oſtentationis, hæc ſecunda egeret artis, vel ad fallendum: ſi ita popoſciſſet utilitas, conſilia fide prudentiaque conſtarent.* Et quamquam non omnino aſſentiat Fabius, refert tamen & mox Ciceronis eodem pertinens dictum. Volebat igitur Ceſtius in hoc genere, ubi rex conſilium habere fingitur, plus adhibendum artis, & temperandam orationem inter illa, quæ materia ſubjiceret, quæque auribus regiis molliſſima forent. Utique cum obſervet ibidem Quintilianus, hoc fere vitio declamatores laborare, quod *& contra ſentientibus inhumane convitientur, & ita plerumque dicant, tanquam ab iis, qui deliberant, utique diſſentiant, ideoque objurgantibus ſimiliores ſint quam ſuadentibus.* Uſus vocabuli, *ſententia*, pro oratione concionalis officii, apud eundem dicto loco: *In hiſtoriis conciones atque ſententiæ plerumque ſuadendi ac diſſuadendi funguntur officio.* Et ſtatim: *Inveniet &* breviores

modo in libera civitate dicendam eſſe ſententiam, quo apud reges: quibus etiam quæ proſunt, ita tamen ut delectent, ſuadenda ſunt. Et inter reges ipſos eſſe diſcrimen: quoſdam magis aut minus rerum uſum habere. Veritatem facti Alexandrum exiſſe. Quoſdam ſuperbiſſimos, & ſupra mortalis animi modum elatos cernimus. Denique ut alia dimittantur argumenta, ipſa ſuaſoria inſolentiam ejus coarguit; orbis illum ſuus non capit: itaque nihil dicendum aiebat, niſi cum ſumma veneratione regis, ne accideret idem quod præceptori ejus Calliſtheni accidit, quem occidit propter intempeſtive liberos ſales. Nam cum Deus vellet videri, & vulneratus eſſet, viſo ſanguine ejus philoſophus mirari ſe dixerat, quod non eſſet [5] ἰχὼρ οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσι. Ille ſe ab hac urbanitate lancea vindicavit. Eleganter in C. Caſſii Epiſtola quæ ad M. Ciceronem miſſa poſitum. multum jocatur de ſtultitia Cn. Pompeii adoleſcentis, qui in Hiſpania contraxit exercitum, & ad Mundam acie victus eſt. Deinde ait: Nos quidem illum deridemus,[6] ſed timeo ne ille nos gladio ἀντιμυκτηρίσῃ. In omnibus regibus hæc urbanitas extimeſcenda eſt. Aiebat itaque, apud Alexandrum ita dicendam eſſe ſententiam, ut multa adulatione animus ejus permulceretur. Servandum tamen aliquem modum, ne nobis accideret tale aliquid, quale accidit Athenienſibus, cum publicæ eorum blandiciæ non tantum deprehenſæ, ſed & caſtigatæ ſunt. Nam cum Antonius vellet ſe Liberum patrem dici, & hoc nomen ſtatuis ſubſcribi juberet, habitu quoque & comitatu Liberum imitaretur, occurrerunt venienti ei Athenienſes cum conjugibus & liberis, &

Διόνυ-

breviores aliquanto cauſſarum orationes quam ſententiarum. Illæ judicialis, hæ deliberativi generis. *Gronovius.*

5 Ἰχὼρ, οἷός πέρ τε ῥέει] At Plutarchus ab ipſo Alexandro hoc Homeri hemiſtichium in illos prolatum fuiſſe ſcribit, qui eum Jove natum dicebant. Sed & ex eodem auctore, & Curtio, & Arriano conſtat non lancea, ſed tormentis occiſum Calliſthenem. Et mirum quot locis, in his præcipue ſuaſoriis, M. Seneca memoria lapſus videatur. N. *Faber.*

6 *Sed timeo ne ille non gladio ἀντιμυκτηρίσῃ*] Ciceronis locus in Epiſt. ad C. Caſſium, ſic habet, *Vereor ne nos ruſtice velit ἀντιμυκτηρίσῃ.* Idem.

7 Dixe-

Διόνυσον ſalutaverunt. Bene illis ceſſerat, ſi naſus Atticus ibi ſubſtitiſſet. [7] dixerunt deſpondere ipſos [8] in matrimonium Minervam ſuam, & rogaverunt ut duceret. [9] Ac Antonius ait ducturum, ſed dotis nomine imperare ſe illis mille talenta. Tum ex Græculis quidam ait: κύριε, ὁ Ζεὺς τὴν μητέρα σου Σεμέλην ἄπροικον εἶχε. Huic quidem impune fuit: ſed Athenienſium ſponſalia mille talentis æſtimata ſunt. quæ cum exigerentur, complures contumelioſi libelli proponebantur: quidam etiam ipſi Antonio tradebantur: ſicut ille qui ſubſcriptus ſtatuæ ejus fuit, cum & eodem tempore Octaviam uxorem haberet, & Cleopatram: [10] OKTABIA KAI

7 *Dixerunt deſpondere ipſos*] Lege, *ipſi*. nempe Antonio: nam *τὸ ſe*, quod reſpiceret Athenienſes, in verbo tacite continetur. Niſi fuerit, *ipſos ei*. Statim particula *Ac* non erat in ſcripto, & melius aberit. Cæterum Athenienſes eodem genere adulationis demeruerant Demetrium Poliorceten, deſponſa Tutelari ſua, qui ejus vicem cum Lamia meretrice in arce & pulvinari Minervæ cubitavit, teſte Clemente in Protreptico. *Gronovius*.

8 *In matrimonium Minervam*] Hanc hiſtoriam narrat Dio lib. 48. vide quomodo explicet hunc locum P. Faber lib. 2 Semeſtr. cap. 15. & Lipſius ad lib. 1 Annal. Taciti.

9 *At Antonius ait ducturum*] Sed Dio libro 48. Ἀντώνιος δὲ χέσθαι τε γάμον ἔφη, καὶ προῖκα μυριάδας ἑκατὸν παρ' αὐτῶν ἐξέπραξεν. Hæc autem Dionis ſumma quadragies ſeſtertium efficit, id eſt, centum ſexaginta ſex talenta, mnaſque præterea quadraginta, quæ multum à mille talentis abſunt. Sed & quod ad hanc hiſtoriam attinet, longe aliter Plutarchus. Is enim Antonium in exigendis pecuniis non fuiſſe Græcis moleſtum tradit, ſed declamationibus Rhetorum, (ita enim ἀκροάσεις φιλολόγων interpretor) & ſpectaculis certaminum, jurique dicundo intentum ingentia beneficia Athenienſium civitati contuliſſe; inde etiam φιλέλληνα, καὶ φιλαθηναῖον dictum. At vero Aſianis vectigalia duplicaſſe. Qua ratione Hybreas orator totius Aſiæ nomine ad eum delegatus eſt: cujus hæ duæ inſignes in ea oratione referuntur ſententiæ, εἰ δύνασαι δὶς λαβεῖν ἑνὸς ἐνιαυτοῦ φόρον, δύνασαι καὶ δὶς ἡμῖν ποιῆσαι θέρος, καὶ δὶς ὀπώραν. altera vero qua cum oſtendiſſet ducenta millia talentorum ab Aſianis ſoluta ſubjecit, εἰ μὴ οὐκ εἴληφας, ἀπαίτει παρὰ τῶν λαβόντων. εἰ δὲ λαβὼν οὐκ ἔχεις ἀπολώλαμεν. quibus neſcio an in his libris ullæ præſtantiores exſtent. *N. Faber*.

10 *Octavia res tuas tibi habe*] Hæc lectio ſcripturæ antiquæ ſequitur veſtigia, quæ etiam eruditiſſimo Lipſio venerat in mentem. P. tamen Ciaconius legit, Ὀκταβία καὶ Ἀθηνᾶ τῷ Ἀντωνίῳ *res tuas tibi habe*. nec male fortaſſis. Nam cum Antonius Octaviam duxiſſet, deinde Minervam Athenienſium, & in Ægyptum profectus iis ſuperinduceret Cleopatram, urbane ab illis duabus nuntium remitti Antonio fictum eſt. Sane in veteribus editionibus inter hæc verba, *Hoc tu evita*, in quibus *Octavia* vocabulum latet, & illa, *res tua tibi habe*, interſtitium aliquod vocum relictum eſt. Uxor autem eadem formula in repudii libello utebatur, qua maritus, niſi quod addidiſſe videtur, REDDE MEAS: ut

ΚΑΙ ΑΘΗΝΑ ΑΝΤΩΝΙΩ, RES TUAS TIBI HABE. Belliſſimam tamen rem Deillius dixit, quem Meſſala Corvinus [11] deſultorem bellorum civilium vocat, [12] quia ab Dolabella ad Caſſium tranſiturus, ſalutem ſibi pactus eſt, ſi Dolabellam occidiſſet: & à Caſſio deinde tranſivit ad Antonium: noviſſime ab Antonio transfugit ad Cæſarem. Hic eſt Deillius, cujus Epiſtolæ laſcivæ ad Cleopatram feruntur. Cum Athenienſes tempus peterent ad pecuniam conferendam, nec exorarent, [13] Deillius ait: Et tamen [14] ſcito illos tibi, annua, bima, trima die debere. Longius

ex Plauti loco in Amphit. ſc. 2. act. 3. colligere licet, & ex oratione prima pro Chriſtianis Juſtini Martyris ad Senatum, in eo fragmento, quod apud Euſebium exſtat lib. 4. hiſtor. Eccleſiaſt. ad quod etiam alluſit ſupra Controv. 6. lib. 1. *Vides*, ait, *quid inter duas uxores interſit, iſta ſi nos reliquerit, repetet ſua: hæc quod dedit, non auferet*. Verum non adeo omnia in iſtis jocis ad Juriſconſultorum normam exigenda ſunt. *N. Faber.*

11 *Deſultorem bellorum civilium*] Sic apud Ovidium in Cl. V. Claudii Putanei codice manuſcripto, *non ſum deſultor amoris*. Idem.

12 *Quia à Dolabella ad Caſſium tranſiturus*] Scriptus, *quia de Dolabella*. Et mox: *occidiſſet: de Caſſio deinde tranſiit ad Antonium*. Sane video hac particula veteres nonnunquam uti, ubi vulgarius, *à*, vel, *ex*, ponimus. Controv. 14. *imperator ob hoc ipſe de prælio fugit*. Præfatione quarta: *Non ſum de judicibus ſeveriſſimis*. Sic idem ſcriptus. Fabius Inſt. 6, 1. *Fugiendum de civitate, cedendum bonis*. Idem 7, 3. *Qui privatam pecuniam de templo ſurripuit*. Gronov.

13 *Deillius ait*] Δέλλιον vocant Plutarchus & Dio, quem hic etiam ἀποστῆναί ποτε Ἀντωνίου λεγόμενον tradit. *N. Faber.*

14 *Scito illos tibi annuam, bimam, trimam diem*] Recte vidit Cujacius ſcribendum eſſe: *annua, bima, trima die debere*: ex eo, quod Ulpianus: *Dos ſi pondere, numero, menſura contineatur, annua, bima, trima die reddetur*. Sed negat N. Faber hunc jocum ad juriſprudentiæ normam exactum: nam dictam dotem præſenti die debitam fuiſſe; ſoluto vero matrimonio à marito annua, bima, trima die, æqualibuſque penſionibus redditam: hic autem de præſtanda dote, non de reddenda agi. Sed hanc contradictionem elevat nobiliſſimum fragmentum Polybii nuper publicatum, l. XXXI. Κατὰ δὲ τοὺς Ῥωμαίων νόμους δέον ἐν τρισὶν ἔτεσιν ἀποδοῦναι τὰ προσοφειλόμενα χρήματα τῆς φερνῆς ταῖς γυναιξί, προσδοθέντων τῶν πρώτων ἐπιπλωρεὶς δέκα μηνῶν κατὰ τὸ παρ' ἐκείνοις ἔθος. De illis igitur jocoſus advocatus miſeris adulatoribus, cum non impetrarent tempus, tamen, inquit, memento, quia dotis nomine hanc exactionem vis impleri, debere illos tibi non ſtatim, ſed tribus penſionibus, ſeu annua, bima, trima die, moribus quidem Romanis. Itaque non dubitavi veram lectionem etiam Valeſio V. Cl. probatam auctori reſtituere. *Gronovius.* Annotaverant viri docti legendum, *annua, bima, trima die debere*, phraſi Juriſconſultis familiari. Verum ne hic jocus ad juriſprudentium normam exactus: nam dicta dos præſenti die debebatur: ſoluto vero matrimonio à marito, annua, bima, trima die, æqualibuſque penſionibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

gius me ſabellarum dulcedo produxit. Itaque ad propoſitum revertar. Aiebat Ceſtius, magnis cum laudibus Alexandri hanc ſuaſoriam eſſe dicendam: quam ſic diviſit, ut primum diceret, etiam ſi navigari poſſet Oceanus, navigandum non eſſe, ſatis gloriæ quæſitum: regenda eſſe & diſponenda, quæ in tranſitu viciſſet: conſulendum militi, totius orbis victoriis laſſo: de matre illi cogitandum: & alias cauſſas complures ſubjecit. Deinde illam quæſtionem [ſubjecit,] ne navigari quidem Oceanum poſſe. *Fabianus* philoſophus primam fecit quæſtionem eandem, Etiam ſi navigari poſſet Oceanus, navigandum non eſſe. At rationem aliam primam fecit, modum imponendum eſſe rebus ſecundis. hic dixit ſententiam: Illa demum magna eſt felicitas, quæ arbitrio ſuo conſtitit. Dixit deinde locum de varietate fortunæ; & cum deſcripſiſſet, nihil ſtabile eſſe, omnia fluitare, & incertis motibus modo attolli, modo deprimi, abſorberi terras, & maria ſiccari, montes ſubſidere, deinde exempla rerum è faſtigio ſuo devolutarum, adjecit: Sine potius rerum naturam, quam fortunam tuam, deficere. Secundam quoque quæſtionem aliter tractavit. Diviſit enim illam ſic, ut primum negaret ullas in Oceano, aut trans Oceanum, eſſe terras habitabiles: deinde ſi eſſent, perveniri tamen ad illas non poſſe. Hic difficultatem ignoti maris, naturam non patientem navigationis. Noviſſime ut poſſit perveniri, tanti tamen non eſſe. Hic dixit incerta peti, certa deſeri; deſcituras gentes, ſi Alexandrum rerum naturæ terminos ſupergreſſum notuiſſet. Hic matrem memoravit, de qua dixit, quomodo illa trepidavit, etiam quod Granicum tranſiturus eſſet. *Glyconis* celebris ſententia eſt: τοῦτο οὐκ ἔστι Σιμόεις, οὐδ' ὁ Γράνικος, [15] τοῦτο εἰ μή τι κακὸν ἦν, οὐκ ἂν ὕστατον ἔκειτο. Hoc omnes imitari voluerunt. *Plution* dixit:

reddebatur. Hic autem de præſtanda dote, non de reddenda agitur. N. *Fab.*

15 Τοῦτο εἰ μή τι κακὸν] Neſcio quid velit Schottus vertendo: *niſi quid erat, quod poſtremo loco ſuccumberet.* Immo: *Hoc niſi malum eſſet, non in poſtrema parte rerum ſitum foret.* Gronovius.

16 Τὸ

xit: Καὶ διὰ τοῦτο μέγιστόν ἐστιν, ὅτι αὐτὸ μὲν μετὰ πάντα, μετὰ δὲ αὐτὸ οὐδέν. *Artemon* dixit: βούλεσθ᾽ ὦ νεολαία πλείους ἡλίους; δύο Ἑλλησποντίαις ἠόσιν ἐφεστῶτες. οἱ δὲ ἐπὶ τῷ Παμφυλίῳ πελάγους [16] τὸν ἐμπρόθεσμον προσδοκῶμεν ἄμπωσιν; Οὐδὲ Εὐφράτης τοῦτ᾽ ἐστιν, οὐδὲ Ἰνδός, ἀλλ᾽ ἐστὶ μυστήριον, εἴτε φύσεως ὅρος, εἴτε πρεσβύτατον στοιχεῖον, εἴτε γένεσις θεῶν πρώτων ἐστὶν, ἢ καὶ ἁπλῶς ὕδωρ. *Apaturius* dixit: ἐντεῦθεν ναῦς ἐκ μιᾶς φορᾶς εἰς ἀνατολάς, ἔνθα δὲ εἰς τὰς ἀοράτους δύσεις. *Ceſtius* deſcripſit: Fremit Oceanus, quaſi indignetur, quod terras relinquas. Corruptiſſimam rem omnium, quæ unquam dictæ ſunt, ex quo homines diſerti inſanire cœperunt, putabant [17] Dorionis eſſe in metaphraſi dicta Homeri: *Tunc excæcatus Cyclops ſaxum in mare jecit.* Hæc quomodo ex corruptis eo perveniant, ut & magna, nec tamen ſana ſint, aiebat Mæcenas apud Virgilium intelligi poſſe. Tumidum eſt, [18] ὄρεος ὄρος ἀποστήσαιτε. Virgilius quidem ait:

Rapit [19] haud partem exiguam montis.—

Ma-

16 Τὸν ἐμπρόθεσμον ἄμπωσιν] Ille monſtroſe, *terminum datum æſtuarium vadoſum.* Immo *ſtatum acceſſum*, vel *æſtum.* Gronovius.

17 *Dorionis eſſe in metaphraſi dicta Homeri*] Olim legebatur, *dictum*: ſed illud ab Romana eſt editione, quæ etiam *Aoriones.* De quo nomine multa diſputat Schottus, ſed nihil adfert, cur à veteri lectione recedamus. Faber hæc quoque corruptiſſima judicat. In ſcriptis Voſſii & Aureliani libris erat, *dictam.* Scribe: *in metaphraſi Odyſſeæ Homeri.* Nam hinc depromtus, qui ſequitur, verſus. In quo miror, quod fuerit negotium Schotto. Quid enim apertius quam integrum hexametron eſſe:

Tunc excæcatus Cyclops ſaxum in mare jecit.

Eſt autem apud Homerum Ὀδυσσ. ι΄. Ἧκε δ᾽ ἀπορρήξας κορυφὴν ὄρεος μεγάλοιο. Quamquam adeo corruptam rem in verſu Latino non ſit agnoſcere: niſi *ſaxum* pro ſcopulo toto intelligas, aut vice τοῦ *ſaxum* fuerit *montem* vel ſimile quid. Poſſis & ſuſpicari poſt, *Dorionis eſſe*, lacunam, & abeſſe ſententiam quandam ejus immanem in hac ſuaſoria: poſt quam enarratam ſubjunxerit, ejuſdem Dorionis eſſe in metaphraſi Homericæ Odyſſeæ, quod ſequitur. Hoc verum: forſan & in verſu legi debere: *ſaxo mare texit.* Idem. Ceteræ editiones habent *putabant Dorionis eſſe in metaphraſi dictum Homeri.* quæ quare mutarint Romæ, non video. Omnia autem hæc valde corrupta & confuſa ſunt, à quibus ſe explicare difficile eſt. N. *Faber.*

18 Ὄρεος ὄρος ἀποστήσαιτε] In his nihil ſani: ſed refingendum ex verbis Homeri: Κορυφὴν ὄρεος ἀπορρήξατο. Quod utcumque excuſaverint Græci, tumidum Mæcenati & Senecæ viſum eſt, arguiturque comparatione prudentiæ Virgilianæ. *Gronovius.*

19 *Haud partem exiguam montis*] Hos verſus Virgilii reſpicit, qui lib. 10. leguntur:

Magnitudini ſe dat, ſed ut non impudenter diſcedat à fide. Eſt inflatum,

—— κὰρ καιρία βάλλεται μέσος.

Virgilius ait de navibus,

—— *Credas innare revulſas*
Cycladas.

Non dicit hoc fieri, ſed videri. [20] propitiis auribus accipitur, quamvis incredibile eſt, quod excuſatur, antequam dicitur. Multo corruptiorem ſententiam *Meneſtrati* cujuſdam declamatoris non abjecti ſuis temporibus, nactus ſum in hac ipſa Suaſoria, cum deſcriberet belluarum in Oceano naſcentium magnitudinem. Efficit hæc ſententia, ut ignoſcamus ei, qui dixit ipſis Charybdi & Scylla majus portentum, Charybdin ipſius maris naufragium videri, [21] & ne in mare ſemel inſaniret: quid ibi poteſt eſſe ſalvi, ubi ipſum mare perit? *Dameſeticus* induxit matrem loquentem, cum deſcriberet aſſidue prioribus periculis nova ſuperveniſſe. *Barbarus* dixit, cum introduxiſſet excuſantem ſe exercitum Macedonum, hunc ſenſum. *Fuſcus Arellius* dixit: Teſtor ante orbem tibi tuum deeſſe, quam militem. [22] *Latro* ſedens hanc

Fert ingens toto connixus corpore ſaxum,
Haud partem exiguam montis Lyrneſius Acmon.

Quos videtur noſter auctor cum Homeri verſibus Odyſſ. 9. ex Polyphemi fabula, unde imitati ſunt contuliſſe. Illa enim verba, *Tum excæcatus Cyclops ſaxum in mare rejecit*, tale quid ſubindicant. N. *Faber.*

20 *Propitiis auribus auditur*] Haud ſcio unde editiones, *videtur:* niſi forte à poſteriore Eraſmi: nam Prior, *accipitur:* ut & Pal. & Voſſianus. Nec mutandum eſt: quis enim neſcit *accipi* ſæpe eſſe audiri? Nepos Timotheo: *ut non ſolum auribus acciperetur, ſed etiam oculis cerneretur.* Fabius decl. 337. *Intelligo averſis auribus accipi hanc partem orationis.* Schottus ex illo *videtur* conjeciſſe ait ſe *cibitur* vel *auditur:* at idem totum ſe dedit lectioni codicis ſui: *promtis auribus accipitur.* Nos vero *propitiis* haudquaquam tollendum cenſemus. Eſt enim, faventibus, applaudentibus. Quid? an ſolos deos dici propitios putavit? Nepos Dione: *illi ipſi cuſtodes ſi propitia fuiſſent voluntate, foribus effractis ſervare eum potuiſſent.* Brutus ad Atticum: *Atque eo tendit, id agit, ad eum exitum properat, ut ſit illi Octavius propitius.* Controv. 21. *Propitius pater ita filiam ſuam collocavit, quemadmodum tyrannus alienas.* Curtius, lib. 9. *Præbe, quæſo, propitias aures imperium atque auſpicium tuum conſtantiſſime ſecutis.* Gronovius.

21 *Et ne in mare ſemel*] Scriptus: *& ne in una re ſemel inſaniret.* Idem.

22 *Latro ſedens*] Id eſt, in prælocutione. N. *Faber.*

23 *Da-*

hanc dixit: Non excuſavit militem, ſed dixit: Dum ſequor, quis mihi promittit hoſtem, quis terram, quis diem, quis mare? [23] Da ubi caſtra ponam, ubi ſigna ponam. Reliqui parentes, reliqui liberos, commeatum peto: numquid immature ab Oceano? Latini declamatores in Oceani deſcriptione non nimis viguerunt. nam aut tumide ſcripſerunt, aut curioſe. Nemo illorum potuit tanto ſpiritu dicere, [24] quanto Pedo, qui navigante Germanico dixit:

Jam pridem poſt terga diem ſolemque relictum,
Jam pridem notis extorres finibus orbis,
Per non conceſſas [25] audaces ire tenebras,
Heſperii metas, extremaque littora mundi.
Nunc illum, pigris immania monſtra ſub undis
Qui ferat, Oceanum, qui ſævas undique Priſtis,
Æquoreoſque canes, ratibus conſurgere prenſis.
Accumulat fragor ipſe metus, [26] jam ſidere limo

Na-

23 *Da, ubi caſtra ponam, ubi ſigna ponam*] Quis credet Latronem adeo inopem verborum fuiſſe, ut τὸ *ponam* iteraret? Etſi non addicant mss. tamen Latini ſermonis paullo peritiori liquebit olim fuiſſe: *ubi ſigna figam.* Gronovius.

24 *Quanto Pedo*] Albinovanus, quem Quinctilianus inter heroïcos Poëtas recenſet, & non indignum cognitione, ſi vacet, dicit. Martialis doctum vocat, & Epigrammata ſcripſiſſe lib. 2 tradit:

Diſce, inquit, *quod ignoras, Marſi, doctique Pedonis*
Sæpe duplex unum pagina tractat opus.

Eaque amatoria fuiſſe indicat lib. 5. Ait enim,

Sit locus & noſtris aliqua tibi parte libellis,
Qua Pedo, qua Marſus, quaque Catullus erit. N. Faber.

25 *Audaces ire tenebras*] Etſi omnes hic pulcre ſileant, etiam Scaliger in Catalectis, nullum tamen ſenſum video. Neque aſſentior Petreio verſus hos ita eſſe decerptos, ut ex iis continens elici ſententia non poſſit. Nempe poſuit eadem ſerie auctor, ſed omnis in illis eſt culpa librariorum. Illud hiulcum, *ire tenebras*, *Heſperius metas.* Libet tentare, *iſſe pigebat.* Jam pœnitebat Druſum Germanicum, vel potius ejus comites, diem ſolemque poſt terga relictum: jam pœnitebat velut exules finibus noti orbis, audaci conſilio iiſſe per non conceſſas metas & extrema littora Heſperii mundi. Nam ſubinde cogitabant timebantque illum Oceanum &c. conſurgere ratibus *prenſis.* Nam quod Scaliger edidit, *panſis*; & Schottus inclinat in *pandis*, excuſare nullo modo poſſum. Vel ob illud Catulli, *velut minuta magno Deprenſa navis in mari veſaniente ponto.* Et Maronis: *canibus deprenſa marinis.* Gronovius.

26 *Jam ſidere limo Navigia*] *Sidere* verbum pro ſubſidere atque hærere limo accipiebat Nunneſius. Melius tamen pro nomine interpreteris aſtrum ſiniſtrum: nec enim apparet quomodo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Navigia, & rapido deſertam flamine claſſem,
Seque feris credunt per inertia fata marinis
Tam non felici laniandos ſorte relinqui.
Atque aliquis [27] *prora ſpectat ſublimis ab alta*
Aëra pugnaci luctatus rumpere niſu.
Ut nil erepto valuit dinoſcere mundo,
Obſtructo taleis effundit pectore voces:
[28] *Quo ferimur? ruit ipſe dies, orbemque relictum*
Ultima perpetuis claudit natura tenebris:
Anne alio poſitas ultra ſub cardine gentes,
Atque alium libris intactum quærimus orbem?
Dii revocant, rerumque vetant cognoſcere finem
Mortaleis oculos: aliena quid æquora remis
Et ſacras violamus aquas, divûmque quietas
Turbamus ſedes?

Ex Græcis declamatoribus nulli melius hæc ſuaſoria proceſſit, quam Glyconi. Sed non minus multa magnifice dixit, quam corrupte. Utriuſque vobis faciam poteſtatem. Et

do in Oceano profundiſſimo naves limo ſubſidant. Ita Schottus, haud dubie βαλανηφαγῶν. & recte Nunneſius. Neque refert Pedo, quid fiat, ſed quid illi metu, peſſimo auctore, ignari naturæ maris, futurum credant, ac ſibi perſuadeant. Adde Curtium lib. 9 de Alexandro Oceanum navigante. Decepere Schottum interpretatio inepta cod. Pal. apud Gruterum: *limo*, id eſt, obliquo: & Petreius Toletanus, qui etiam laborat, ut ridiculæ interpretationi rationem è phyſicis adſignet. *Gronovius*.

27 *Prora ſpectat ſublimis*] Vox media nimium quantum ſuſpecta. Scriptus codex & edd. vett. *ſe dat*. Forte: *prora pendens ſublimis ab alta*. Hoc eſt, ſuſpenſus ſtans. *Idem*. Cæteræ editiones habent, *ſe dat ſublimis ab alta*. quæ lectio ferri poteſt. Et ſi quid mutandum, potius ita legerem, atque interpungerem:

Atque aliquis prora ſpectans ſublimis ab alta,
Aëra pugnaci luctatus rumpere niſu:
Ut nihil erepto, &c.

nempe ad imitationem illius proſopopeiæ apud Homerum frequentiſſimæ, Iliad. ζ.

Καί ποτέ τις εἴπῃσιν, ἰδὼν κατὰ δάκρυ χέουσαν.

Et Iliad. η.

Καί ποτέ τις εἴπῃσι, καὶ ὀψιγόνων ἀνθρώπων
Νηῒ πολυκλήϊδι πλέων.

Rurſus eod. lib.

Ὧδε δέ τις εἴπεσκεν ἰδὼν, &c. & alibi ſæpe. *N. Faber*.

28 *Quo ferimur? ruit ipſe dies*] Non ſunt huic ſimilia, quæ confert Schottus: *terram nox obruit: ruit Oceano nox*. In Voſſiano, perinde ut in Pal. erat, *rugit*. Ut forte ſcribendum ſit: *fugit ipſe dies*. Gronovius.

29 *Vale,*

Et volebam vos experiri, non adjiciendo judicium meum, nec ſeparando à corruptis ſana. potuiſſet etenim fieri, ut vos illa magis laudaretis, quæ inſaniunt, & nihilominus poteſt fieri, quamvis diſtinxerim. Illa belle dixit: ſed fecit quod ſolebat, ut ſententiam adjectione ſupervacua atque tumida perderet. Adjecit enim illud: [29] Vale terra: vale Naïs mea: jubeo enim: num ferent oculi? ὑγίαινε γῆ, ὑγίαινε Ναΐ ἐμά· κέλομαι γάρ· ἆρ' οἴσῃ τὰ ὄσσε; Quoſdam [30] judices dubios ſui habet: ego non dubito contra ſententiam ferre.

SUASORIA II.

Trecenti Lacones contra Xerxem miſſi,[1] *cum trecenti ex omni Græcia miſſi fugiſſent, deliberant, an & ipſi fugiant.*

ARELLII FUSCI PATRIS. At, puto, rudis lecta ætas, & animus qui frangeretur metu inſueto, armaque non paſſuræ manus, hebetataque ſenio, aut vulneribus, corpora. quid dicam potiſſimos Græciæ? an Lacedæmonios? an Eleos? an repetam tot acies patrum, tot excidia urbium, tot victarum gentium ſpolia? [2] Et nunc, proh dolor! concidunt, ſi remeabimus, templa. [3] Pudet conſilii

29 *Vale, terra, vale*] Haud dubie hæc Latina delenda. Ne Græca quidem bene habent. Quæ enim illa Naïs? quid, κέλομαι γάρ. Forte: Ὑγίαινε γῆ, ὑγίαινε μαῖα ἐμά· κήδομαι γάρ. Nutricem vocat terram: ut Statius, *ſolidæque pios telluris alumnos*. Gronovius.

30 *Judices dubios ſui habet*] Videtur fuiſſe: *quoſdam judices dubios, quoſdam ſuos habet*. Alii non audent damnare, alii laudant. Cicero pro Quinctio: *Utebatur populo ſane ſuo*. M. Seneca præfat. libri ultimi Controv. *quamvis aliquo tempore populum ſuum habuerit*. Idem.

SUAS. II. 1 *Cum trecenti ex omni Græcia*] Veteres editiones legunt, *cum Trœzeni ex omni Græcia*. Et ſane in hac Suaſoria exſtant aliquot ſententiæ quæ in themate ſic legendum eſſe probant. Herodotus tamen & alii hiſtorici non magis Trœzenos quam cæteros Græcos fugiſſe dicunt. Verum non mirum videri debet declamatores ab hiſtoricis diſſidere hac in re, de qua nec inter ſe conveniunt hiſtorici. N. *Faber*.

2 *Et nunc proh dolor concedunt*] Ms. *produntur recondita*. Scribe: *At nunc produntur & concidunt, ſi remeabimus, templa*. In ea maxime ſævierunt Perſæ, non contemtu religionis, ſed propria quadam religione. *Gronovius*.

3 *Pudet conſilii noſtri*] Vicem ꝙ *noſtri* ſcriptus Voſſianus exhibebat, *reum*. Scribe eleganter: *Pudet eſſe conſilii reum*. Nam, ut Mutianus ad Veſpaſianum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ſilii noſtri, pudet, etiam ſi non fugimus, deliberaſſe talia. At cum tot millibus Xerxes venit, ô Lacedæmonii, [4] non adverſus Barbaros, reveremini opera veſtra, non avos, non patres, [5] quorum vos exemplum moveat? Ab infantia ſurgit ingenium: pudet Lacedæmonios ſic adhortari: tuti ſumus. Licet totum claſſe orientem trahat, licet metuentibus explicet inutilem numerum: hoc mare, quod tantum ex vaſto patet, urgetur in minimum, inſidioſis excipitur anguſtiis, qua vix minimo aditus navigio eſt, & hujus quoque remigium arcet inquietatione, quod circumfluit, mare, fallacia curſus, vada altioribus internata, aſpera ſcopulis, & cetera, quæ navigantium vota decipiunt. Pudeat, inquam, & Lacedæmonios & armatos quærere, quemadmodum tuti ſint. Non referam Perſarum ſpolia? certe ſuper ſpolia nudus cadam. Sciet & alios nos habere trecentos, qui ſic non fugiant, & ſic cadent. Hunc ſumite animum. Neſcio an vincere poſſimus, vinci non poſſumus. Hæc non utique perituris refero, ſed etſi cadendum eſt, erratis, ſi metuendam creditis mortem. Nulli natura in æternum ſpiritum dedit, ſtatutaque naſcentibus in finem vitæ dies eſt. Imbecilla enim nos materia Deus orſus eſt, quippe minimis ſuccidunt corpora, indenuntiata ſorte rapimur: ſub eodem pueritia fato eſt, eadem juventus cauſa cadit: optamus quoque plerique mortem: adeo in ſecuram quietem receſſus eſt. At gloriæ nullus finis eſt, proximique Deo. Sic ages: ea ſatagunt. feminis quoque frequens hinc in mortem pro gloria

num dicit apud Tacitum, *qui deliberant, deſciverunt:* & ob hoc æque rei ſunt. Pudet, ipſius conſilii nomine accuſari me poſſe. *Gronovius.*

4 *Non adverſus barbaros reveremini*] Veteres libri: *& adverſus barbaros non revereri*, vel *revertimini.* Unde ſuſpicatur Schottus, *non tuemini* vel *intuemini.* At illud verbum, utpote aptiſſimum, mutandum non eſt. *Reveremur* enim *opera noſtra*, cum eorum reſpectu & recordatione cavemus, ne quid illis diſſimile vel indignum patremus. Sic etiam patres & avos reveremur. Scribe autem: *At cum tot millibus Xerxes venit. O Lacedæmonii. ſi adverſus barbaros non reveremini opera veſtra: non avos, non patres.* Alias facile poſſet effici, *recordamini.* Idem.

5 *Quorum nos exemplum moveat*] Contextus orationis requirit, ut legamus, *quorum vos exemplum moveat.* N. Faber.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

gloria iter eſt. Quid Lycurgum? [6] quot interritos omni periculo, quos memoria ſacravit, viros referam? ut unum Othryadem citem, annumerare trecentis exempla poſſum. *Triarii.* Non pudet Laconas, nec pugna quidem hoſtium, ſed fabula vinci? [7] Magnum eſt, alumnum virtutis naſci Laconem. ad certam victoriam omnes remanſiſſent; ad certam mortem tantum Lacones. Non eſt Sparta lapidibus circumdata. [8] ibi muros habet, ubi muros non habet. Melius revocabimus fugientes trecentos, quam ſequemur. Sed montes perforat: maria contegit. Nunquam in ſolido ſtetit ſuperba felicitas, & ingentium imperiorum magna faſtigia oblivione fragilitatis humanæ collapſa ſunt. Scias licet ad finem perveniſſe, quæ ad invidiam perducta ſunt. Maria, terraſque, rerum naturam ſtatione mutavit ſua. moriamur trecenti: ut hoc primum invenerit, quod mutare non poſſit. Si tandem amens placiturum conſilium erat, cur non potius in turba fugimus? *Porcii Latronis.* In hoc ſcilicet morati ſumus, ut agmen fugientium cogeremus? [9] furori terga vertitis. Sciamus ſaltem quis ſit iſte, quem fugimus. Vicit. At victoria dedecus elui poteſt. Ut omnia fortiter fiant, feliciter cadant: multum tamen nomini noſtro detractum eſt jam, Lacones, quod, an fugeremus, deliberavimus. Ut enim non moriamur, quantum ad me quidem pertinet, poſt hanc deliberationem nihil aliud timeo, quam ne revertamur. Arma nobis fabulæ excutiunt? nunc nunc pugnemus. Latuiſſet virtus inter trecentos. Ceteri quidem fuge-

6 *Quot interritos omni periculo*] Lege *quid tot interritos.* Et ſtatim, *memoria.* Gronovius.

7 *Magnum & alumnum virtutis*] Gruterus ex Pal. notat: *eſt alumnum.* In Voſſiano & Schotti libris erat: *eſt alienum.* Unde conjiciebam: *Magnum eſt alimentum virtutis naſci Laconem.* Quod & video V. Cl. Freinshemio in mentem veniſſe. Niſi potius, *adjumentum.* Tacitus de Annæo Mela: *Idem Annæum Lucanum genuerat, grande adjumentum claritudinis.* Idem.

8 *Ibi muros habet, ubi muros non habet*] Fortaſſis: *ibi viros habet, ubi muros non habet.* Idem.

9 *Furori terga vertitis*] Eſt qui legerit, *furore*, quod ſit, amentia & nullo conſilio. Scribe haud dubie: *Rumori terga vertitis.* Sic ſuperius: *Non pudet Laconas ne pugna quidem hoſtium, ſed fabula vinci.* Et infra: *ita ne bello quidem, ſed nuncio vincimur.* Idem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

fugerent. ſi me quidem interrogatis quid ſentiam: ego in noſtrum & in Græciæ patrocinium loquar: electi ſumus, non relicti. *Gavii Sabini.* Turpe eſt cuilibet viro fugiſſe: Laconi etiam deliberaſſe. *Marillii.* In hoc reſtitimus, ne in turba fugientium lateremus. Habent quemadmodum ſe excuſent trecenti Græciæ. Munitas Thermopylas ſatis putavimus, cum relinqueremus illic Laconas. *Ceſtii Pii.* Quam turpe fugere judicaſtis, Lacones, tamdiu non fugiendo? Omnibus ſua decora ſunt, Athenæ eloquentia inclytæ ſunt, Thebæ ſacris, Sparta armis. [10] Ideo hanc Eurotas amnis circumfluit, qui pueritiam indurat ad futuræ militiæ patientiam? ideo Taygeti montis difficilia niſi Laconibus juga? ideo Hercule gloriamur operibus cælum merito? ideo muri noſtri arma ſunt? O grave majorum virtutis dedecus! Lacones ſe numerant, non æſtimant. Videamus quanta turba ſit: ut habeat certe Sparta, etiamſi non fortes milites, at nuntios veros; ita ne bello quidem, ſed nuntio vincimur. Merito Hercules omnia contempſit, [11] quem Lacones audire non ſuſtinent. [12] Si vincere Xerxen non licet, videre liceat. Volo ſcire quem fugiam. Adhuc non ſum ex ulla parte Athenienſium ſimilis, non muris, nec educatione. nihil prius illorum imitabor, quam fugam? *Pompeii Silonis.* Xerxes multos ſecum adducit; Thermopylæ paucos recipiunt; erimus [13] inter hoſtes fugaciſſimi, inter fugaces tardiſſimi. Nihil refert, quantas gentes in noſtrum orbem Oriens effuderit, quantumque nationum ſecum Xerxes trahat. tot ad nos

10 *Ideo hanc Eurotas*] Hæc clauſula cum tribus ſequentibus abſque interrogatione legenda eſt. *N. Faber.*

11 *Quem Lacones audire non ſuſtinent*] Scribe potius, *quæ Lacones audire non ſuſtinent.* nec enim ad Herculem referendum. *N. Faber.*

12 *Si vincere Xerxen non licet*] Ms. *Perſen.* Gronovius.

13 *Inter hoſtes fugaciſſimi*] Supra non uno loco notare eſt Rhetores eas præcipue ſententias affectaſſe, quæ ex contrariis ducuntur, quod & facit hoc loco Silo. Nam paucos multis, fugaces tardiſſimis opponit. Hoc tamen extremum dicolon titubat. Nam hoſtes fugaciſſimis recte opponi non dixeris. Quare videndum eſt ne ſic potius concipienda ſit ſententia. *Erimus inter fortes fugaciſſimi, inter fugaces tardiſſimi.* N. Faber.

nos pertinent, quot locus ceperit. *Cornelii Hiſpani.* Pro Sparta venimus, pro Græcia ſtemus: vincamus hoſtes, ſocios jam vicimus: ſciat iſte inſolens Barbarus, nihil eſſe difficilius, quam Laconis armati latus fodere. Ego vero quod trecenti diſceſſerunt, gaudeo; liberas nobis reliquere Thermopylas. Nihil erit quod virtuti noſtræ ſe opponat, quod inſerat: non latebit in turba Laco: quocumque Xerxes adſpexerit, Spartanum videbit. *Blandi.* Referam præcepta matrum? [14] Aut in his, aut cum his. Minus turpe eſt, à bello inermem reverti, quam armatum fugere. Referam captivorum verba? captus Laco, Occide, inquit, non ſervio: potui non capi, ſi fugere voluiſſem. Deſcribite terrores Perſicos: omnia iſta, cum mitteremur, audivimus. Videat trecentos Xerxes, & ſciat, quanti bellum æſtimatum ſit, quanto aptus numero locus. [15] Revertamur ne nuntii quidem, niſi noviſſimi. Quis fugerit, neſcio. hos mihi Sparta commilitones dedit. Deſcriptio Thermopylarum. Nunc me delectat, quod fugerunt trecenti, anguſtas mihi Thermopylas fecerant.

Contra, *Cornelii Spatini.* At ego maximum dedecus futurum Reipublicæ noſtræ arbitror, ſi Xerxes nihil prius in Græcia vicerit, quam Laconas. Ne teſtem quidem virtutis noſtræ habere poſſumus. id de nobis tradetur, quod hoſtes narraverint. Habetis conſilium meum. idem autem meum, quod totius Græciæ. ſi quis aliud ſuadet, [16] non fortes vos eſſe, ſed perditos, gaudet. *Claudii Marcelli.* Non vincent nos, ſed obruent. Satis fecimus nomini: multum rei geſſimus: ante nos rerum natura victa eſt.

D I-

14 *Aut in his, aut cum his*] Dictum Lacænarum tradentium clypeum filiis in prælium proficiſcentibus, *ἢ τὰν ἢ ἐπὶ τᾶς* de armis retulit Blandus. Pleræque autem hujus Suaſoriæ ſententiæ ad Laconum apophthegmata alludunt, quæ apud Plutarch. exſtant. *N. Faber.*

15 *Revertamur ne nuntii quidem*] Fortaſſe *Revertemur ne nuntii quidem.* Idem.

16 *Non fortes vos eſſe, ſed perditos gaudet*] Idem liber: *non fortes vos eſſe gaudet, ſed prodigos.* quod poſtremum manu ſecunda correctum in *proditos.* Eamque veram ſcripturam cenſeo. Paullo ante idem: *Id de nobis credetur.* Gronovius.

DIVISIO. Hujus ſuaſoriæ feci mentionem, non quia in ea ſubtilitatis erat aliquid, quod vos excitare poſſet, ſed ut ſciretis quàm nitide *Fuſcus* dixiſſet, vel quam licenter ipſe ſententiam feram. Veſtri arbitrii erit, utrum explicationes ejus luxurioſas putetis, [17] an (ut poëta Pollio Aſinius aiebat) hoc non eſſe ſuadere, ſed invidere. ne volo nihil fuiſſe, & juvenis te amo, tamquam has explicationes Fuſci, quas nemo noſtrum non alius, alia inclinatione vocis, velut ſua quiſque modulatione cantabat. At quia ſemel in mentionem incidi Fuſci, ex omnibus ſuaſoriis celebres deſcriptiunculas ſubtexam, etiam ſi nihil occurrerit, quod quiſquam alius niſi ſuaſor dixerit. Diviſione autem hac ſuaſoria Fuſcus uſus eſt illa vulgari, ut diceret, non eſſe honeſtum fugere, etiam ſi tutum eſſet: deinde æque periculoſum eſſe fugere, & pugnare: noviſſime, periculoſum eſſe fugere, & pugnantibus hoſtes timendos: fugientibus, & hoſtes & ſuos. *Ceſtius.* Primam partem ſic tranſegit, quaſi nemo dubitaret, an turpe eſſet fugere: deinde illo tranſiit, an non eſſet neceſſe. Hæc ſunt, inquit, quæ vos confundunt hoſtes, ſociorum paucitas. Non quidem hæ ſuaſoriæ. Sed in hac materia, diſertiſſima illa fertur ſententia Dorionis, cum poſuiſſet, hoc dixiſſe trecentis Leonidam, [18] quod puto etiam apud Herodotum eſſe, ὅτως ἀριςᾶτε, ὡς ἐν ᾅδου δειπνήσοντες. *Sabinus Aſidius*, venuſtiſſimus inter rhetores ſcurra, cum hanc ſententiam Leonidæ retuliſſet, ait: Ego illi [19] ad prandium

17 *An ut poëta Pollio Aſinius*] Vel omnino delendum illud vocabulum *poëta*, vel ex eo efficiendum *poſtea*. licet enim Pollionem tragœdias ſcripſiſſe dixerimus, non tamen inde gloriam captavit, aut nominatus fuit. N. *Faber*. Faber aut tolli vult τὸ *poëta*, aut pro eo legi *poſtea*. Gruterus: *an poëticas, ut Aſinius Pollio.* Ut ex utroque aliquid trahat Schottus, vel funditus ait delendam vocem *poëta*, vel legendum, *an poëticas, ut Pollio Aſinius*. Conjiciebam: *luxurioſas putetis, an floridas.* Vet. *expolitas*. Dein: *Pollio Aſinius aiebat, hoc non eſſe ſuadere, ſed inludere. Non volo nihili fuiſſe, quæ juvenis amavi: (tanquam has* &c. *cantabat) & quia ſemel.* Gronovius.

18 *Quod puto etiam apud Herodotum eſſe*] Ego vero non puto. Plutarchus de eodem Leonida ex eodem fortaſſe fonte, ex quo noſter Seneca hauſit, παρήγγειλεν, inquit, ἀριςοποιεῖσθαι ὡς ἐν ᾅδου δειπνοποιησομένους. N. Faber.

19 *Ad prandium promiſiſſem*] Videtur L. Seneca Epiſt. 82. ad hujus ſcur-

dium promiſiſſem, ad cœnam renuntiaſſem.[20] *Attalus Stoicus*, qui ſolùm vertit à Seiano circumſcriptus, magnæ vir eloquentiæ, ex philoſophis, quos noſtra ætas vidit, longe & ſubtiliſſimus & facundiſſimus, cum tam magna & nobili ſententia certavit, ut mihi dixiſſe videatur animoſius, quam prior. Occurrit mihi ſenſus in ejuſmodi materia,[21] à Cornelio Severo dictus, tamquam de Romanis, neſcio an parum fortiter. Edicta in poſterum diem pugna, epulanteis milites inducit, & ait:

——ſtratique per herbam,
Hic meus eſt, dixere, dies.

Elegantiſſime quidem affectum animorum incerta ſorte pendentium expreſſit: ſed parum Romani animi ſervata eſt magnitudo. cœnant enim tanquam craſtinum deſperent. Quantus illis Laconibus animus erat, qui non poterant dicere: Hic dies eſt meus. Illud *Porcellus* Grammaticus arguebat in hoc verſu quaſi ſolœciſmum, quod cum plures induxiſſet, diceret: Hic meus eſt dies, non, Dies hic eſt noſter: & in ſententia optima accuſabat id quod erat optimum. muta enim, ut noſter ſit, peribit omnis verſus elo-

ræ dicterium reſpexiſſe, cum ſcripſit: *At ille Leonidas quam fortiter illos allocutus eſt? Sic, inquit commilitones prandete, tamquam apud inferos cœnaturi. Non in ore crevit cibus, non hæſit in faucibus, non elapſus eſt manibus: Alacres illi & ad prandium promiſerunt, & ad cenam.* Male in omnibus editionibus, & contra veterum exemplarium fidem ſcriptum eſt *proceſſerunt*. Sed mirum Ciceronem Græcis etiam eorum lingua diſertiſſimum Leonidæ dictum vertiſſe, *Pergite animo forti*, quaſi ἀριστᾶν, vel ἀριστοποιεῖσθαι idem quod ἀριστεύειν, ſignificaret. Nam quod quidam corrigunt, *Prandete animo forti*, citra veteres libros faciunt, & contra rationem. Quis enim ſanus fortitudinem animi in menſa conſtituit? *N. Faber.*

20 *Attalus Stoïcus*] Cujus ſententias ſæpe laudat L. Seneca in Epiſtolis, & libros de fulminibus, cap. 48. lib. 2. Nat. Quæſt. *Idem.*

21 *A Cornelio Severo*] Quem Quinctilianus verſificatorem meliorem quam poëtam dixit, ſecundum tamen locum occupaturum, ſi ad exemplar primi libri bellum Siculum perſcripſiſſet: de hoc Ovidium intelligo lib. 4 Ponti illo verſu:

Quique dedit Latio carmen regale Severus.

Hujuſne ſit carmen de Ætna quod Virgilio quidam tribuunt dubitari poteſt. & an potius inſignem Siciliæ montem non ſeparato opere deſcripſerit: ſed quemadmodum Virgilius Æneidos 3. Ovidius 15 Metamorphoſeos, ita etiam ille aliquo librorum belli Siculi. Nam L. Seneca hos tres Ætnæ ſcriptores conjungit. *Idem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

elegantia: in quo hoc eſt decentiſſimum, quod ex communi ſermone trahitur. nam quaſi proverbii loco eſt, Hic dies meus eſt. &, cum ad ſenſum retuleris, ne Grammaticorum quidem calumnia, ab omnibus magnis ingeniis ſubmovenda, habebit locum. Dixerunt enim non omnes ſimul, tamquam in chorum manu ducente Grammatico, ſed ſinguli ex his: Hic meus eſt dies. Sed ut revertar ad Leonidam & trecentos, pulcherrima illa fertur *Glyconis* ſententia. In hac ipſa ſuaſoria non ſane refero memoria ullam ſententiam Græci cujuſquam niſi *Damæ*. τί σὺ φεύγεις εἰς διπλῆ τείχη; De poſitione loci eleganter dixit *Haterius*, cum anguſtias loci facundiſſime deſcripſiſſet, Natus trecentis locus. *Ceſtius*, cum deſcripſiſſet honores, quos habituri eſſent, ſi pro patria cecidiſſent: adjecit, Per ſepulchra noſtra jurabitur. [22] *Nicetas* longe diſertius hanc phantaſiam movit, & adjecit: Niſi antiquior fuiſſet Xerxes quam [23] Demoſthenes Ciptoy, cui dicere hanc ſuam dixit ſententiam, aut certe non deprehenſam, cum deſcripſiſſet opportunitatem loci, & tuta undique pugnantium latera, & anguſtias à tergo poſitas, ſed adverſas hoſtibus. [24] *Potamon* magnus declamator fuit Mytilenis, qui eodem tempore viguit, quo *Lesbocles* magni nominis & nomini reſpondentis ingenii: in quibus quanta fuerit animorum diverſitas in ſimili fortuna, puto vobis indicandum: multo magis, quia ad vitam pertinet, quam ſi ad eloquentiam pertineret. Utrique filius iiſdem diebus deceſſit. [25] *Lesbocles* ſcholam ſolvit. nemo unquam ampliore animo

22 *Nicetas longe diſertius*] Lege Nicetes. N. Faber. Scribe: *Nicetes longe à diſertis hanc phantaſian removit: & adjecit: Niſi antiquior fuiſſet Xerxes quam Demoſthenes, potuiſſet dicere hanc ſententiam. Phantaſian*, intellige: *Per ſepulcra noſtra jurabitur. Demoſthenes:* Nam hujus eſt: μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι. Adde Schottum. *Potuiſſet*, nempe Ceſtius. *Gronovius*.

23 *Demoſthenes Cyptoy*] Vocabulum Græcum Latinis litteris ſcriptum στρτοῦ, ad differentiam Demoſthenis Δημοσθένους. Etenim ad ſemicirculi formam delineaſſe veteres litteram ſigma nulli dubium eſt. N. *Faber*.

24 *Potamon magnus declamator*] Hujus meminit præter Strabonem lib. 13. Lucianus in Longævis, quem οὐκ ἄδοξον ῥήτορα vocat, nonagintaque annos vixiſſe prodit. *Idem*.

25 *Lesbocles ſcholam ſolvit. nemo unquam ampliore animo ſe geſſit*] Locus fœde interpolatus. Nam, ut omittam

vix

animo ſe geſſit. *Potamon* à funere filii contulit ſe in ſcholam, & declamavit. Utriuſque tamen affectum temperandum puto: hic durius tulit fortunam quam patrem decebat, ille mollius. Verum *Potamon*, cum ſuaſoriam de trecentis diceret, tractabat, quam turpiter feciſſent Lacones hoc ipſum quod deliberaſſent de fuga: & ſic noviſſime clauſit. Inſanierunt in hac ſuaſoria multi circa Othryaden. *Murrhedius*, qui dixit, Fugerunt Athenienſes: non enim Othryadæ noſtri literas didicerant. *Sarconius* dixit: Othryades qui periit ut falleret, revixit ut vinceret. *Licinius Nepos.* [26] Cum exemplo vobis etiam mortuis vincendum fuit. *Antonius Atticus* inter plures ſententias videtur palmam meruiſſe. dixit enim: Othryades pene à ſepulchro victor digitis vulnera geſſit, ut trophæa [27] Laconum inſcriberet, dignum Spartano ſacramento virum, cujus ne literæ quidem fuere ſine ſanguine. [28] *Catius Criſpus.* [29] Municipalis Gatozeos dixit poſt relatum exemplum Othryadæ. dicebat municipalis: Aliud ceteros, aliud Laconas decet. Nos ſine deliciis educamur, ſine muris vivimus, ſine vita vincimus. *Senecio* fuit, cujus nomen ad vos potuit perveniſſe, ingenii confuſi ac turbulenti, qui cupiebat grandia dicere, adeo ut noviſſime hujus rei morbo & teneretur & rideretur. nam & ſervos nolebat habere, niſi grandes, & argentea vaſa, non niſi grandia.

vix Latine dici *ampliore animo ſe gerere*, ſi diceretur, contrarium ſignificaret ejus quod hoc loco dicere voluit. Mollem enim & imbecillum animum Lesboclis arguit. Et plane eadem hic hiſtoria de Potamone & Lesbocle dicitur, atque in præfatione lib. 4 Controverſiarum de Aſinio Pollione, & Q. Haterio. Quo fit ut legendum exiſtimem, *Lesbocles ſcholam ſolvit, nec quicquam amplius animo ſe geſſit.* N. Faber.

26 *Cum exemplo vobis etiam*] Sic omnes libri. Scribendum tamen: *cujus exemplo vobis etiam mortuis vincendum fuit.* De Othryade hoc merito inter inſana, licet acuta, refertur. *Gronovius.*

27 *Laconum inſcriberet, dignum*] Scriptus: *inſcriberet, Deo dignum.* Lege: *Dixit enim: Othryades pene à ſepulcro victor* &c. *inſcriberet. Et,* (puta, dixit,) *O dignum Spartano ſacramento virum?* Idem.

28 *Catius Criſpus. Municipalis gatozeos*] Forte: *Ceſtius Pius, municipalis, κακοζήλως dixit poſt relatum exemplum Othryadæ.* Dein dele illa, *dicebat municipalis.* Idem.

29 *Municipales Gatozeos*] Vocabulum hoc nihil eſt, & hæc clauſula tota confuſa eſt & perturbata, ad quam nihil adfero. N. *Faber.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

dia. Credatis mihi velim non jocanti, eo pervenit inſania ejus, ut calceos quoque majores ſumeret, ficus non eſſet niſi [30] mariſcas. concubinam ingentis ſtaturæ habebat, omnia grandia probabat: ei impoſitum eſt cognomen, vel, ut Meſſala ait, cognomentum, & vocari cœpit [31] Senecio Grandio. Is in hac ſuaſoria cum poſuiſſet contradictionem, ait: Omnes qui miſſi erant à Græcia, fugerunt. ſublatis manibus, inſiſtens ſummis digitis (ſic enim ſolebat, quo grandior fieret) exclamat, Gaudeo, gaudeo. mirantibus nobis quid tantum boni illi contigiſſet, adjecit: Totus Xerxes meus erit. Idem dixit: Ille qui claſſibus ſuis maria ſurripuit, qui terras circumſcripſit, dilatavit profundum, novam rerum naturæ faciem imperat: [32] ponat ſane contra cælum caſtra, commilitones habebo deos. *Senianus* multo potentius dixit: Terras armis obſidet, cælum ſagittis, maria vinculis: Lacones, niſi ſuccurritis, mundus captus eſt. Decentiſſimi generis ſtultam ſententiam referam *Victoris Statorii*, municipis mei, cujus fabulis memoria digniſſimis aliquis ſuaſoria occaſione contradictionem ſumpſit. At, inquit, trecenti ſumus: & ita reſpondet, Trecenti, ſed viri, ſed armati, ſed Lacones, ſed ad Thermopylas. [33] Numquam vidi plures trecen-

30 *Mariſcas*] Quas Horatius duplices ficus vocat, quo nomine etiam pudendum morbum Juvenalis Sat. 2. ſatyrice vocavit, nec enim ita à medicis vocatur. N. *Faber*.

31 *Senecio Grandio. Is in hac ſuaſoria*] Scripti hic interponunt duas voces: *aliquando invenire*. Quæ hariolatur Schottus vel eſſe tranſpoſita & ſubjungenda ſuperius illis, *cupiebat grandia dicere*: vel ſic reficienda, *quod Grandia aliquando inveniret*, *aut*, *dum grandia inveheret*. Minore molimento & aptiore ſenſu leges: *& vocare cœpit Senecio Grandio. Aliquando invenit: ut in hac ſuaſoria*. Quia ſemel dixerat, cupiiſſe illum grandia dicere, omnia probaſſe grandia, interjectis obiter quibuſdam revertitur ad conſtitutum. *Aliquando*, inquit, *invenit*. nempe grandia. incidit in ſenſus grandes & immanes. Qualis ille profecto, qui ſequitur: *totus Xerxes meus erit*. Gronov.

32 *Ponat ſane contra cælum aſtra*] Unius aut duarum litterarum additione emendabitur hic locus. Rectior enim erit ſi legamus, *Ponat ſane contra cælum caſtra, commilitones habeo Deos*, vel *habebo Deos*. Xerxes enim ſagittariorum multitudine Diis bellum indixiſſe, cælumque obſediſſe viſus eſt. Infra Controverſ. 5. *Iſta trophæa non ſunt Athenienſium, Deorum ſunt. Illorum bellum fuit, illos Xerxes vinculis, illos ſagittis perſequebatur*. N. Faber.

33 *Nunquam vidi plures trecentis*] Scribe cum Eraſmo, Pal. & ſcripto Voſſiano: *trecentos*. Significat tam exiguum

trecentos. *Latro* in hac ſuaſoria, cum tractaſſet omnia quæ materia capiebat, poſſe ipſos & vincere, poſſe certe invictos reverti, & beneficio loci, tum illam ſententiam: Si nihil aliud, erimus certe belli mora. Poſtea memini auditorem Latronis *Abronum Silonem*, patrem hujus Silonis, qui pantomimis fabulas ſcripſit, & ingenium grande [34] non tantum deſeruit, ſed polluit, recitare carmen in quo agnovimus ſenſum Latronis in his verſibus:

Ite agite, ô Danai, magnum Pæana canentes:
Ite triumphantes, belli mora concidit Hector.

Tam diligentes tum auditores erant, ne dicam tam maligni, ut unius verba ſurripi non poſſent. At nunc cuilibet orationes invertere tuto licet pro ſuis. Sed ut ſciatis, ſenſum bene dictum, dici tamen poſſe melius, notate præ cæteris quanto decentius Virgilius dixerit hoc, quod valde erat celebre:

—— Belli mora concidit Hector.

Item:

Quicquid apud duræ ceſſatum eſt mœnia Troiæ,
Hectoris Æneæque manu victoria Graium
Hæſit.

Meſſala aiebat, hic Virgilium debuiſſe deſinere: quod ſequitur,

Et in decimum veſtigia rettulit annum,

explementum eſſe. *Mæcenas* hoc etiam priori comparabat. Sed ut ad Thermopylas revertar: *Diocles Caryſtius* dixit: [35] *A. Patrius* dixit. [36] *Corvo* teſtimonium ſtuporis reddendum

guum numerum tam magno robore. Sed egregiam ſententiam ineptiſſime expreſſit. Sic dicimus, *unus mille*. Decenter vero Statius in quarto Thebaïdos: *Dat tamen hæc juvenum ter centum pectora vulgus Innumerum bello.* Cæterum ſic etiam legendum conjecerat Freinshemius. *Gronovius.*

34 *Non tantum deſeruit, ſed poſuit*] Sic etiam Eraſmus. At ſcriptus: *ſed pollius.* Lege, ut fuit in Pal. *ſed polluit.* hoc eſt, humilitate materiæ ita corrupit, dum ſe totum illi præbet, ut poſtea ne quidem, cum vellet, adſurgere potuerit. *Idem.*

35 *Apatrius*] Scribe *Apaturius*. Sic enim alibi conſtanter nominatur. *N. Faber.*

36 *Corvo teſtimonium ſtuporis*] Mss. *Corvo thore*: unde eluit Schottus, *Corvo*

dum eſt, qui dixit: Quid ſi jam Xerxes ad nos ſuo mari navigat, fugiamus antequam nobis terra ſurripiatur. Hic eſt *Corvus*, qui cum tentaret ſcholam Romæ Summo illi, qui Judæos ſubegerat, declamavit controverſiam, de ea, quæ apud matronas diſſerebat, liberos non eſſe tollendos, & ob hoc accuſatur Reipublicæ læſæ. In hac controverſia, ſententia ejus hæc ridebatur. Inter pyxides & redolentis animæ medicamina [37] conſtitit mitrata concio. Sed ſi vultis, hiſtoricum quoque vobis fatuum dabo. *Thuſcus* ille, qui Scaurum Mamercum, in quo Scaurorum familia extincta eſt, majeſtatis reum fecerat, homo quam improbi animi, tam infelicis ingenii, cum hanc ſuaſoriam declamaret, dixit: Expectemus, ſi nihil aliud, hoc effecturi, ne inſolens barbarus dicat: *Veni, vidi, vici,* cum hoc poſt multos annos Divus Julius victo Pharnace dixerit. *Durio* dixit. *Andreas* aiebat, *Nicocratis* Lacedæmonii inſignem hanc ſententiam fuiſſe futuram, ſi media interciderentur. Sed ne vos diutius infatuem, qui prædixeram me *Fuſci Arellii* explicationes ſubjecturum, finem ſuaſoriæ faciam, quarum nimius cultus, & fracta compoſitio poterit vos offendere, cum ad meam ætatem veneritis. Interim non dubito, quin nunc vos ipſa, quæ offenſura ſunt, vitia delectent.

Ebora: ut patria Luſitanum fuiſſe ſignificet. Cur non, *Eboraco?* & fuerit Thucydides Britannus. Scribe: *Corvo rhetori.* Neque otioſum additamentum putes. Controv. 2. *Obſcœne, quemadmodum Murrhedius rhetor.* Controv. 10. *Memini me videre Naſonem declamare apud rhetorem Arellium Fuſcum.* Suaſor. 2. *Apud Gellium rhetorem declamabat hanc ſuaſoriam Surdinus.* Sic enim ſcribendum: non *Prætorem*, ut vulgo, nec *præceptorem*, ut Faber & Schottus corrigunt. *Gronovius.*

37 *Conſtitit mitrata concio*] Exigit, nec tamen ſubtiliter, optimus Schottus: *myrtata*, an *myrrhata*, an *myrata*, an *mirata*, an denique *mitrata* legendum ſit. Ego ex his *myrtatam* & *myratam* non ferre Latinum ſermonem cenſeo; *miratam* in tam picta ſententia ponere frigidum: *mitratam concionem*, ut de mulierum cœtu optime dici conſtat, ita forſan quærat aliquis, quomodo inter pyxides & fœtentis animæ medicamenta ponatur. Itaque cogitabam, an fuiſſet, *myrrhata potio.* Si tamen illud malis, ut ſignificet unguentatam & mitratam concionem, vel, mitratam concionem cum maxime ſe oblinentem, conſtitiſſe, per me licet. Idque ſic redditum, ſane riſum meruit. *Idem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

SUASORIA III.

Deliberat Agamemnon, an Iphigeniam immolet, negante Calchante aliter navigari poſſe.

ARELLII FUSCI. Non in aliam conditionem Deus fudit æquora, quam ne omnis ex voto iret dies. nec ea ſors mari tantum eſt, ceterum ipſa non ſub eadem conditione ſidera ſunt. Alia negatis imbribus exurunt ſolum, & miſeri cremata agricolæ legunt ſemina, & hæc interdum anno lex eſt: aliis ſerena clauduntur; & omne cælum nubilo grave; ſubſidit ſolum, [1] & creditum ſibi terra non retinet: alias incertus ſideribus curſus eſt, & variantur tempora, neque ſoles nimis urgent, neque ultra debitum imbres cadunt: quidquid aſperatum æſtu eſt, quidquid nimio defluxit imbre, invicem temperatur altero, ſive ita natura diſpoſuit, ſive (ut ferunt) luna curſu gerit: quæ ſive plena lucis ſuæ eſt, ſplendenſque pariter aſſurgit in cornua, imbres prohibet; ſive occupata nubilo, ſordidiorem oſtendit orbem ſuum, [2] non ante finit quam in lucem redit; ſive ne lunæ quidem ipſa potentia eſt, ſed flatus, qui occupavere annum, tenent, [3] quidquid bonum eſt. Extra juſſum Dei tutum fuit adultero mare. At non potero vindicare adulteram? prior eſt ſalus pudicæ. Ne quid virginitati hujus timerem, perſequebar adulterum. Victa Troia virginibus hoſtium parcam: nihil adhuc virgo Priami timet. *Ceſtii Pii.* Vos

SUAS. III. 1 *Et creditum ſibi terra non retinet*] Ms. *terra ſuſtinet*. Recte. id eſt, differt, reliquatur: non emittit ad diem. *Gronovius.*

2 *Non ante finit quam in lucem redit*] Hæc corrupta ſunt. nam infra eadem ſententia cum Virgilii verſibus quos imitatus eſt Fuſcus, confertur iiſdem verbis repetita, quo loci non *quam in lucem redit*, ſed *quam vicem reddit*, legitur, nihilo tamen rectius. Ex verſibus autem Virgilii apparet dicere velle lunam nubilo occupatam pluvias minari. quaſi ſcribendum eſſet, *ſive occupata nubilo non ante finit, quam imbrem dedit*, aut aliquid ſimile. *N. Faber.*

3 *Quicquid bonum eſt*] Diſtingue & ſcribe: *ſed flatus, qui occupavere annum, tenent. Quicquid horum eſt, extra juſſum Dei eſt. Tutum fuit* &c. Ex Eraſmo & Pal. notavit Gruterus, *horum:* neque aliter editio Veneta. *Gronovius.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

[4] Vos ego ad hæc, dii immortales, invoco, ſic recluſuri eſtis maria? Obſtate potius. Ne Priami quidem liberos immolaturus es. Deſcribe nunc tempeſtatem. Omnia iſta patimur, nec parricidium fecimus. Quod hoc ſacrum eſt, virginis deæ templo virginem occidere? libentius hanc ſacerdotem habebit quam victimam. *Cornelii Hiſpani.* Infeſtæ, inquit, ſunt tempeſtates, & ſæviunt maria: neque adhuc parricidium feci. Iſta maria ſi numine ſuo Deus regeret, adulteris clauderentur. *Marillii.* Si non datur nobis ad bellum iter, revertamur ad liberos. *Argentarii.* Iterum in malum familiæ noſtræ fatale revolvimur, [5] propter adulteram fratris liberi pereunt. iſta mercede nollem reverti. At Priamus bellum pro adultero filio gerit.

DIVISIO. Hanc Suaſoriam ſic diviſit *Fuſcus*, ut diceret, etiam ſi aliter navigare non poſſent, non eſſe faciendum: & ſic tractavit, ut negaret faciendum, quia homicidium eſſet, quia parricidium, quia plus impenderetur, quam peteretur; peti adulteram, impendi Iphigeniam: vindicari adulterium, committi parricidium. Deinde dixit, etiam ſi non immolaſſet, navigaturum: Illam enim moram naturæ maris & ventorum eſſe, deorum voluntatem ab hominibus non intelligi. Hoc *Ceſtius* diligenter diviſit. dixit enim, deos rebus humanis non interponere arbitrium ſuum. ſi interponant, voluntatem eorum ab homine non intelligi: ut intelligatur, non poſſe fata revocari. ſi non ſint fata, ſacra profutura: ſi ſint, non poſſe mutari. *Silo Pompeius*, etiam ſi quod eſſet divinandi genus certum, auguriis negavit credendum: quare ergo, ſi neſcit Calchas, affirmat.

4 *Vos ergo ad hanc diem immortales*] Videne potius ita legendum ſit, *Vos ergo ad hæc, Dii immortales invoco*, &c. *N. Faber.*

5 *Propter adulteram fratris liberi pereunt*] Propter Helenam conjugem Menelai, qui Agamemnonis frater, inquit Schottus. Eſt aliquid, ſed non totum: addendum enim, & propter Atrei uxorem adulteram Aëropen liberi Thyeſtæ. Mox lege, *gerit*, non *gerat*. Eſt enim antitheſis. Sic apud nos fit: at apud Troiam ſic amant filios patres, ut etiam pro adulteris bella gerant. Narratio eſt, non Conceſſio. *Gronovius.*

6 *Deinde*

affirmat primum, & ſcire ſe putat? Hic communem locum dixit in omnes qui affectarent ſcientiam: [6] deinde iraſcitur ſibi, invitus militat, quærit ſibi tam magno teſtimonio apud omnes gentes fidem. In ea deſcriptione primum in hac ſuaſoria *Fuſcus Arellius* Virgilii verſus voluit imitari. Valde autem longe petit, [7] & pene repugnat materiæ, certe non deſideranti inſeruit. Ait enim de luna, quæ ſive plena lucis ſuæ eſt, ſplendenſque pariter aſſurgit in cornua, imbres prohibet: ſive occupata nubilo ſordidiorem oſtendit orbem ſuum, [8] non ante finit quam vicem reddit. At Virgilius hæc quanto ſimplicius & beatius dixit?

Luna revertentes cum primum colligit ignes,
Si nigrum obſcuro comprenderit aëra cornu,
Maximus agricolis, pelagoque parabitur imber.

Et rurſus:

Sin ortu in quarto (namque is certiſſimus auctor)
Plena, neque obtuſis per cælum cornibus ibit.

Solebat autem ex Virgilio *Fuſcus* multa trahere, [9] ut Mæcenati imputaret. Totiens enim pro beneficio narrabat, in aliqua

6 *Deinde iraſcitur ſibi*] Diſtingue & ſcribe: *Deinde* (puta, dixit Silo Pompeius), *Iraſcitur tibi, invitus militat.* Eſt enim ſermo ad Agamemnonem, cui dicitur iraſci Calchas, quod ingratiis ad expeditionem traheretur. Non enim tantum qui pugnant, militant. Curtius, lib. 7. *cum ignaviſſimo & hoc unum militiæ ſuæ uſurpante, ut alienos equos pugnaturis diſtribuat.* Etſi heroïci illi vates non omnino pugnarum immunes. *Gronovius.*

7 *Et pene repugnat materiæ, certe*] Scriptus noſter & Aureliani: *repugnante.* Scribe: *& pene repugnanti materiæ, certe non deſideranti, inſeruit.* Male Schottus, *repugnantes.* Idem.

8 *Non ante finit quam vicem reddit*] Scribe, ut recte ſuperius exſtat, *quam in lucem rediit.* Sed hoc quoque ſuſpectum Fabro, & nihilo rectius: ex verſibus enim Virgilii apparere, hoc dicere Fuſcum, lunam nubilo occupatam pluvias minari: quaſi ſcribendum eſſet, *quam imbrem dedit.* Certe dicit hoc ipſum Fuſcus, quod Virgilii verſus monſtrant eum velle dicere. Nempe dixerat ante, plenam ſuæ lucis imbres prohibere: nunc addit, nubilo occupatam non ante finire, puta imbres, quam evicerit illud nubilum, & rurſus caput honeſtum terris oſtenderit. Forte & *occultata* aut *occæcata* quam *occupata* malis. Niſi, quia ſcripti & editi veteres, *occurrit de nubilo,* reponas, *occurrente nubilo.* Idem.

9 *Ut Mæcenati imputaret*] Explicat Petreius, ut ſi quando diſplicuiſſet, poſſet illi velut exprobrare ſuum poëtam, in cujus imitatione non placuiſſet. Male: nec intellexit, quid eſſet *imputare.* Vult autem Seneca, ut Mæcenati Maronis amatori per hæc ſe venditaret. *Idem.*

10 *Cui*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

aliqua ſe Virgiliana deſcriptione placuiſſe: ſicuti in hac ipſa ſuaſoria dixit: Cur iſte inter ejus miniſterium placuit? cur hoc os Deus elegit? [10] cur hoc potiſſimum ſortitur poëſis? [11] quod tantum non impie aiebat ſe [12] imitatum Virgilium, *Plena Deo?* Solet autem Gallio noſter hoc aptiſſime ponere. Memini una nos ab auditione *Nicetis* ad Meſſalam veniſſe. Nicetes ſuo impetu valde Græcis placuit. Quærebat à Gallione Meſſala, quid illi viſus eſſet Nicetes? Gallio ait, Plena Deo: quotiens audierat aliquem ex his declamatoribus, quos ſcholaſtici, [13] caldos vocant, ſtatim dicebat, Plena Deo. Ipſe Meſſala numquam aliter eum ab hominis auditione venientem interrogabat, quam ut diceret: Numquid Plena Deo? Itaque hoc ipſi tam familiare erat, ut invito quoque excideret. Apud Cæſarem cum mentio eſſet de ingenio Haterii, conſuetudine prolapſus dixit: Et ille erit Plena Deo. Quærenti deinde quid hoc ſeſe vellet, verſum Virgilii retulit, & quomodo hoc ſemel ſibi apud Meſſalam excidiſſet; & numquam poſtea potuiſſet excidere. [14] Tiberius ipſe Theodoreus offendebatur Nicetis ingenio, atque

10 *Cur hoc potiſſimum ſortitur poëſis*] Scriptus, *poëtis*. Forte: *Phœbus*. Gronovius.

11 *Quod tantum non impie aiebat ſe imitatum Virgilium*] Lege: *quo tantum non impie aiebat ſe imitatum Virgilianum, plena deo*. Idem.

12 *Imitatum Virgilium, Deo Plena*] Verſum Virgilii in quo legantur hæc verba, fruſtra quæſivi. aliquid tale habetur ſexto Æneidos, ſed non iis verbis, nec tamen memoria labi in fabula tam celebri, & trita noſter auctor potuit: lapſumque non eſſe indicio eſt Ovidii verſus ex Medea tragœdia, quam unam illum compoſuiſſe Quinctilianus & Tacitus fidem faciunt: & Tertullianus de præſcript. adverſus hæreticos ex Virgilio pleniſſime expreſſiſſe, ut inde appareat Virgilii opera ad nos integra non perveniſſe. *N. Faber.*

13 *Caldos*] Caldum potius quam calidum dicebant Auguſti ſæculo. Ipſe etiam Auguſtus per Epiſtolam C. Cæſarem nepotem coarguit, quod is calidum ſcripſiſſet. odioſum enim eſſe hoc vocabulum, & περίεργον putavit. Quinctilianus cap. 10. lib. 1. auctor. *Idem.*

14 *Tiberius ipſe Theodoreus*] Apollodorus Pergamenus, & Theodorus Gadareus, ſive, ut dici voluit, Rhodius, ingenio & doctrina celebres dicendi profeſſores: non minus tamen hic Tiberio, ille Auguſto diſcipulis clari diverſa Rhetorices præcepta tradentes, ſuos quiſque ſectatores habuere: Apollodoreorumque, & Theodoreorum ſectas effecere, ut auctores ſunt Strabo lib. 13. & 16. Quinctilianus c. 12. lib. 1. & lib. 3. Quorum etiam contrarias opiniones idem Quinctilianus variis locis notat, & ſupra Controverſiarum lib. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

atque delectatus eſt fabula Gallionis: hoc autem dicebat Gallio, [15] Naſoni ſuo valde placuiſſe: itaque feciſſe quod in multis aliis verſibus Virgilius fecerat, non ſurripiendi cauſa, ſed palam imitandi, hoc animo ut vellet agnoſci: eſſe autem in tragœdia ejus: Feror huc illuc, ut plena Deo. Jam vultis ad *Fuſcum* revertar, & deſcriptionibus ejus vos ſatiabo. Hæc potiſſimum ex his [16] quas in ſimilitudinis tractatione poſuit, cum diceret omnino non conceſſam futurorum ſcientiam.

SUASORIA IV.

Deliberat Alexander Magnus, an Babyloniam intret, cum denuntiatum eſſet illi reſponſo auguris periculum.

ARELLII FUSCI. Quis eſt qui futurorum ſcientiam ſibi vindicet? novæ oportet ſortis ſit, qui jubente Deo canat. non eodem contentus ſit utero, quo imprudentes naſcimur: quandam imaginem Dei præferat, qui juſſa exhibeat Dei. ſic eſt. Tantum enim regem, tantique rectorem orbis eſſe in metu cogit: magnus iſte & ſupra humanæ ſortis habitum oportet ſit, cui liceat terrere Alexandrum: Ponat iſte ſuos inter ſidera patres, & originem cælo trahat: agnoſcat ſuum vatem Deus, non eodem claudatur vitæ fine, ætate magna extra omnem futurorum neceſſitatem caput ſit, quod gentibus futura præcipiat. Si vera ſunt iſta, quid ita non huic ſtudio ſervit omnis ætas? Cur non ab infantia, rerum naturam deoſque, qua licet, viſimus? cum pateant nobis ſidera, & intereſſe numinibus liceat, quid ita inutili deſidemus facundia: aut periculoſis atte-

lib. 2. de narratione legimus. Apollodori autem & Theodori præter dictos auctores meminerunt Suetonius in Auguſto cap. 89. & Tiberio c. 57. Cornelius Tacitus de Oratoribus, Lucianus in Macrobiis, & Chirius Fortunatianus in Rhetorices Scholicæ lib. 1. & 3. N. *Faber.*

15 *Naſoni ſuo*] Cujus etiam exſtat Elegia lib. 4 de Ponto ad eundem Gallionem. *Idem.*

16 *Quas in ſimilitudinis tractatione*] Lego, *quas in ſimili tractatione poſuit.* Nam quæ ſequitur Suaſoria, de Deorum providentia, ſcientiaque futuri tractat. *Idem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

atteritur armis manus? an melius alio pignore quam futuri ſcientia, ingenia ſurrexerint? Qui vero in media ſe, ut prædicant, fatorum miſere pignora, natales inquirunt, & [1] prima mediorum annorum habent nuntia, quo ierint motu ſidera, in quas diſcurrerint parteis: contrane Deus ſteterit: an placidus affulſerit ſol: an plenam lucem, an initia ſurgentis acceperint: an abdiderit in noctem obſcurum caput luna: Saturnus naſcentem, an ad bella Mars militem, an negotioſum in quæſtus Mercurius exceperit: an blanda annuerit naſcenti Venus, an ex humili in ſublime Jupiter tulerit: Exiſtimant tot circa unum caput tumultuanteis Deos? Futura nuntiant. Pleroſque dixere victuros: & nihil metuentes oppreſſit dies. aliis dedere finem propinquum: at illi ſuperfuere. Egentes inutilis animæ, felices naſcentibus annos ſpoponderunt: at fortuna in omnem properavit injuriam. incertæ enim ſortis vivimus: unicuique iſta pro ingenio finguntur, non ex ſcientiæ vi. Deerit aliquis toto orbe locus qui te victorem non viderit? Babylone cluditur, cui patuit Oceanus.

DIVISIO. In hac ſuaſoria nihil aliud tractaſſe *Fuſcum* ſcio, quam eaſdem, quas ſupra retuli, quæſtiones, ad ſcientiam futuri pertinentes. Illud quod nos delectavit, præterire non poſſum. Declamitabat *Fuſcus Arellius* controverſiam de illa, quæ poſteaquam ter mortuos pepererat, ſomniaſſe ſe dixit, ut in luco pareret. Valde in vos contumelioſus fuero, ſi totam controverſiam, [2] quam ego intelligo me dicere,

SUAS. IV. 1 *Prima mediorum annorum habent initia*] Recte, ait Schottus, neque diſſimulare in ms. fuiſſe *nuntia*, ut quivis exſculpat, quæ forte ſe fugerint. Et nobis idem in ſcripto fuit obvium, & ſenſum ejus aliquem video, qui alterius nullus. *Prima*, inquit, *annorum*, ſive exordia vitæ, *habent nuntia*, ſeu, pro nuntiis & interpretibus *mediorum* annorum per omne reliquum tempus vitæ. *Gronovius.*

2 *Quam ego intelligo me dicere*] Hæc corrupta & manca ſunt, deeſt enim verbum *poſuero*, aut aliud ſimile, & quæ deinceps ſequuntur, nullum idoneum ſenſum efficiunt. Fortaſſe emendatiora erunt ſi legamus, *valde in vos contumelioſus fuero, ſi totam Controverſiam poſuero, quam intelligo me dicere. cum Fuſcus declamaret, & à parte avi non agnoſcentis puerum tractaret locum,* &c. Hoc enim Thema quod proponit, inter vulgata & trita in ſcholis fuiſſe veriſimile eſt, quod ideo dicit non

re, *Fuſcus* declamaret, & à parte avi non agnoſcentis puerum, tractaret locum contra ſomnia, & deorum providentiam, [3] & male de magnitudine deorum dixiſſet mereri eum, qui illos circa puerperas mitteret. ſummis clamoribus dixit illum Virgilii verſum:

Scilicet is ſuperis labor eſt, ea cura quietos
Sollicitat. ——

Auditor *Fuſci* quidam, cujus pudori parco, cum hanc ſuaſoriam de Alexandro ante Fuſcum diceret, putavit æque belle poni verſum eundem. dixit:

Scilicet is ſuperis labor eſt, ea cura quietos
Sollicitat. ——

Fuſcus illi ait: Si hoc dixiſſes audiente Alexandro, ſcires apud Virgilium & illum verſum eſſe:

Capulo tenus abdidit enſem.

Et quia ſoletis mihi moleſti eſſe de *Fuſco*, quid fuerit, quare nemo videretur dixiſſe cultius, ingeram vobis Fuſcinas explicationes. Dicebat autem ſuaſorias libentiſſime, & frequentius Græcas quam Latinas. *Hybreas* in hac ſuaſoria dixit: οἷον ἔσχηκε Βαβυλὼν μάνλιν ὀχύρωμα.

SUASORIA V.

Deliberant Athenienſes, an Trophæa Perſica tollant, Xerxe minante rediturum ſe, niſi tollerentur.

ARELLII FUSCI. Pudet me victoriæ veſtræ: ſic fugatum creditis Xerxen, ut reverti poſſit? tot cæſa millia, nihil ex hac acie relictum minanti, niſi quod vix ſequi

non eſſe neceſſe totum proponere. Erat autem quantum conjicio, ejuſmodi. Quæ ter mortuos pepererat, ſomniaſſe ſe dixit vivum parituram ſi in luco pareret, in lucum profecta, remotis arbitris parit. avus cui agnoſcebatur puer, eum agnoſcere non vult, ſuppoſitumque eſſe dicit: C. D. quam Controverſiam cum à parte avi declamaret Fuſcus, locum contra ſomnia, deorumque providentiam & curam circa puerperia tractaſſe Seneca ſignificat. *N. Faber.*

3 *Et male de magnitudine deorum dixiſſet*] Scriptus: *& male de eorum magnitudine dixiſſet.* Rectius, ut puto: nam repetitio vocis ingrata eſt. *Gronovius.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

qui fugientem poſſit. totiens merſa claſſis. Quid Marathona, quid Salamina referam? Pudet dicere. dubitamus adhuc, an vicerimus. Xerxes veniet? At neſcio quomodo languet circa memoriam jacturæ animus, & diſturbata arma non repetit. [1] Prior enim metus, futuri pignus eſſet. amiſſa, ne audeat, amiſſurum monent. Ut in gaudia interdum ſurgit animus, & ſpem ex præſenti metitur, ita adverſis frangitur. [2] Omnis eſt ſic animum dies, ubi ignominia ſpem premit, ubi nullam meminit aciem, niſi quæ fugerat. errat circa damna ſua, & quæ male expertus eſt, vota deponit. Si venturus eſſet, non minaretur. Suis ira ardet ignibus, [3] & in pacta non ſolvitur. Non denuntiaret, ſi venturus eſſet, neque armaret nos nuntio, [4] nec inſtigaret victricem Græciam, nec ſollicitaret arma felicia: magis superveniret improvidis; [5] nam & arma indenuntiata movent. Quantumcumque Oriens valuit, primo in Græciam impetu effuſum eſt: hoc ille numero ferox, & in deos arma tulerat. extincta tot ante Xerxem millia, tot ſub ipſo jacent. nulli, niſi qui fugerunt, ſuperſunt. Quid dicam Salamina? [6] Quid Cynægyron referam? [7] & te, ô Polyzele? & hoc agitur, an viceris? Hæc ego trophæa depoſui, hæc in totius Græciæ conſpectu ſtatui, ne quis timeret Xerxem minantem. Me miſerum, pugnante Xerxe trophæa poſui, fugiente

SUAS. V. 1 *Prior enim metus, futuri pignus eſſet*] Fortaſſe rectius, *pignus eſt*. N. Faber.

2 *Omnis eſt ſic animum dies*] Schottus *eſt* interpretatur, edit: dein conjicit: *Omnis deſtituit ſpes*: vel, *Omnis aſtus animum premit*. Ant. Auguſtinus: *Amiſſa exeſt ſitu animum dies*. Conjiciebam: *Summittit animum clades*. Gronovius.

3 *Et impacta non ſolvitur*] Lege diviſa voce: *& in pacta non ſolvitur*. Si vere ardeſceret Xerxes, non paratum ſe paciſci oſtenderet trophæis ſublatis. Et ſic ſcriptus codex. *Idem*.

4 *Nec inſtigeret victricem Græciam*] Haud ſcio an mendum typographicum ſit: nam ms. & Eraſmus optime: *inſtigaret*. Idem.

5 *Nam & arma indenunciata moveret*] Laudat Faber veterum edd. *movent*. quod ſit, magis afficiunt & turbant. Inde Schotto perſpicue verum, *movent*. Immo *movit*. nempe Xerxes. Bellum geſſit, antequam indiceret. *Idem*.

6 *Quid Cynagiron*] Scribendum *Cynægiron*. N. Faber.

7 *Et te Polyteles*] Interſerit particulam ſcriptus: *& te ô Polyteles*. At ex Diogene præterea Schottus, *Polyzelo*. Gronovius.

fugiente tollam? Nunc Athenæ vincimur. non tantum credetur rediiſſe, ſed viciſſe Xerxes. Non poteſt Xerxes, niſi per nos, trophæa tollere. Credite mihi, difficile eſt attritas opes recolligere, & ſpes fractas novare, & pœnitenda acie in melioris eventus fiduciam ſurgere. *Ceſtii Pii.* Inferam, inquit, bellum. alia mihi trophæa promittit. Poteſt major venire quam victus eſt? *Argentarii.* Non pudet vos? pluris trophæa veſtra Xerxes æſtimat, quam vos.

DIVISIO. *Fuſcus* ſic diviſit. Etiam ſi venturus eſt Xerxes, niſi tollimus, non ſunt trophæa tollenda. Confeſſio ſervitutis eſt, juſſa facere: ſi venerit, vincemus. hoc non eſt diu colligendum. [8] de eo dico, vincemus quem vicimus. Sed nec veniet quidem. ſi venturus eſſet, nec denuntiaret. Fractus eſt & viribus & animo. *Ceſtius* & illud dicit, quod in prima parte tractavit, non licere Athenienſibus trophæa tollere: commune in illis jus totius Græciæ eſſe. communem victoriam, commune bellum fuiſſe. deinde nefas quidem eſſe: nunquam factum, ut quiſquam conſecratis virtutis ſuæ operibus manus adferret. Iſta trophæa non ſunt Athenienſium: deorum ſunt, illorum bellum fuit. illos Xerxes vinculis, illos ſagittis perſequebatur. hæc omnia ad impiam & ſuperbam Xerxis militiam pertinent. Ecquid? ergo bellum habebimus? Habebimus. etſi Xerxen removebis, invenietur alius hoſtis. Nunquam magna imperia otioſa. Omnium bellorum proſpere ab Athenienſibus geſtorum. Deinde non erit bellum. Xerxes enim non veniet. [9] multo timidiores eſſe qui ſuperbiſſimi fuerint? Noviſſime, ut veniat, cum quibus veniet? reliquias victoriæ noſtræ colliget: illos adducet, quos priore bello quaſi [10] inutiles reli-

8 *De eo dico*] Fortaſſe, *de eodem dico.* N. Faber.

9 *Multo timidiores eſſe*] Margo Eraſmi habet forte addendum: *An neſcitis.* Schottus ad extemporaneum calorem refert, quo excidant multa imperfecta. Immo intellige, dixit vel tractavit Ceſtius, ex ſuperioribus. Alioqui facile eſſet: *Multo timidiores ſunt.* Vel, *Multo timidiores ſcias.* Gronovius.

10 *Inutiles reliquias novit*] Vera, ni fallor, eſt lectio, *inutiles reliquias movit*, id eſt, in dilectu habendo rejecit. Sequi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

reliquias novit, ſi qui ex fuga conſecuti ſunt. Nullum habet militem, niſi aut faſtiditum, aut victum. *Argentarius* his duobus contentus fuit: aut non venturum Xerxen, aut non eſſe metuendum, ſi venerit. His ſolis inſtitit: & illud dixit quod excerptum eſt: Tollite, inquit, trophæa. Si viciſti, quid erubeſcis? ſi victus es, quid imperas? [11] Locum movit non inutiliter: judicare quidem ſe, neque Xerxen, neque jam quemquam Perſarum auſurum in Græciam effundere: ſed eo magis ipſis trophæa tuenda, ſi quis unquam illinc venturus hoſtis eſſet, ut conſpectu trophæorum animi militum accenderentur, hoſtium frangerentur. *Blandus* dixit: Repleat ipſe prius hiatus, & maria in antiquam faciem reducat. Apparere voluit poſteris quemadmodum venerit: appareat etiam quemadmodum redierit. *Triarius* omni dimiſſa diviſione, tantum exultavit quod audierit Xerxen venire ad ſe, ipſis novam victoriam, nova trophæa. *Silo Pompeius* venuſto genere ſententiæ uſus eſt. Niſi tollitis, inquit, trophæa, ego veniam: hoc ait Xerxes: Niſi hæc trophæa tollitis, alia ponetis. Alteram partem ſolus *Gallio* declamavit, & hortatus eſt ad tollenda trophæa: dixit, gloriæ nihil detrahi: manſuram enim memoriam victoriæ quæ perpetua eſſet: ipſa trophæa & tempeſtatibus & ætate conſumi: bellum ſuſcipiendum fuiſſe pro libertate, pro conjugibus, pro liberis. pro re ſupervacua, & nihil nocitura ſi fieret, non eſſe ſuſcipiendum. Hic dixit, utique venturum Xerxen, & deſcripſit adverſus ipſos deos tumentem: deinde habere illum magnas vires: neque omnes illum copias in Græciam produxiſſe, nec omnes in Græcia perdidiſſe: timendam eſſe fortunæ varietatem: exhauſtas eſſe Græciæ vires, nec poſſe jam pati alterum bellum. illi eſſe immenſam multitudinem hominum. Hoc loco diſertiſſimam

tur enim, *nullum habet militem niſi faſtiditum, aut victum.* N. Faber.

11 *Locum movit non utiliter*] Veteres editiones legunt, *non inutiliter*, quod & ſenſus requirere videtur: & ut paulo poſt, ita hæc interpungamus: *Sed magis ipſis trophæa tuenda ſi qui unquam illinc venturus hoſtis eſſet, ut conſpectu trophæorum,* &c. *Idem.*

SUAS.

tiſſimam ſententiam dixit, quæ vel in oratione, vel in hiſtoria ponitur: Diutius illi perire poſſunt, quam nos vincere.

SUASORIA VI.

Deliberat Cicero, an Antonium deprecetur.

Q. HATERIUS. Sciant poſteri potuiſſe Antonio ſervire remp., non potuiſſe Ciceronem. Laudandus erit tibi Antonius: in hac cauſa etiam Ciceronem verba deficient. Crede mihi, cum diligenter te cuſtodieris, faciet tamen Antonius quod Cicero tacere non poſſit. Si intelligis, Cicero, non dicit, Roga ut vivas: ſed, Roga ut ſervias. quemadmodum autem hunc ſenatum intrare poteris, exhauſtum crudeliter, repletum turpiter? Intrare autem tu ſenatum voles, in quo non Cn. Pompeium viſurus es, non M. Catonem, non Lucullos, non Hortenſium, non Lentulum atque Marcellum: non tuos, inquam, Coſſ. Hircium & Panſam? Cicero, quid in alieno ſeculo tibi? Jam noſtra peracta ſunt. M. Cato ſolus maximum vivendi moriendique exemplum, mori maluit quam rogare: nec erat Antonium rogaturus, & illas uſque ad ultimam diem puras à civili ſanguine manus, in ſe infeſtas, acerrime armavit. Scipio [1] cum gladium ponere juſſus foret, dicitur abdidiſſe in ſe. quærentibus qui in navem tranſierant militibus imperatorem: *Imperator*, inquit, *bene ſe habet.* Victus [2] vocem victoriæ miſit. [3] Vetat, inquit, Milo rogari judices:

SUAS. VI. 1 *Cum gladium poni juſſus foret, dicitur abdidiſſe ſe*] Legendum conjicio, *occidiſſe ſe*. Hiſtoria eſt vulgaris: de qua tamen vide L. Senecam Ep. 24. qui locus maxime noſtram conjecturam confirmat. N. *Faber*. Scribe, *ponere*. Dein Faber, *occidiſſe ſe*: recte, quod ad hiſtoriam. Sed declamator ſcripſerat argute: *dicitur abdidiſſe in ſe*. Sic conjeceram memor illius *capulo tenus abdidit enſem*. Nunc video dudum Grutero idem animadverſum. *Gronovius*.

2 *Vocem victoris emiſit*] Scripti & veteres edd. *vocem victoriæ miſit*. Recte tamen alios ſubjicere, *victoris*, adfirmat Schottus. Haud ego: eundem enim ſenſum & elegantius explicat vetus lectio. *Idem*.

3 *Vetat, inquit, Milo rogari judices*] Hæc verba non invenies in Miloniana, ſenſus

ces: vir clariſſimus nunc & Antonium rogat. *Porcii Latronis.* Ergo loquitur imperator Cicero, ut non timeat Antonius: loquatur unquam Antonius, ut Cicero timeat? Civilis ſanguinis Sullana ſitis in civitatem redit, & ad triumviralem haſtam pro vectigalibus, civium Romanorum mortes locantur. [4] Injuſta bella albo Pharſalica, ac Mundenſis Mutinenſiſque ruina vincitur, conſularia capita auro rependuntur. Tuis verbis, Cicero, utendum eſt: [5] *O tempora, ô mores!* videbis ardentes crudelitate ſimul ac ſuperbia oculos: videbis illum non hominis, ſed belli civilis vultum: videbis illas fauces per quas Cn. Pompeii bona tranſierunt, illa latera, illam totius corporis gladiatoriam firmitatem, videbis illum pro tribunali locum, quem magiſter equitum, cui ructare turpe erat, vomitu fœdaverat. Supplex accidens genibus deprecaberis, & ore, cui ſe debet ſalus publica, humilia in adulationem verba ſubmittes? Pudeat Verrem quoque, quia proſcriptus fortius perit. [6] *Cyri Marillii Æſernini.* Occurrat tibi Cato tuus, cujus à te laudata mors

ſenſus tamen idem habetur, initio ſtatim Epilogi ejus orationis. *N. Faber.* Vocabulum *Milo* interpretis. Scripſerat auctor: *Vetat, inquit, rogari judices vir clariſſimus: nunc & Antonium rogat. Inquit*, intellige Cicero in Miloniana, ſenſu potius quam verbis. *Vir clariſſimus*, Milo. *Gronovius.*

4 *Injuſta bella albo Pharſalica ac Mundenſis*] Nunneſius tentavit explicare diſtinctione immiſſa: *Injuſta* ſunt *bella* civilia, *ruina Pharſalica* &c. *albo vincitur.* quod ſit, proſcriptorum numero. Schottus poſt *albo* ἀπὸ κοινοῦ repetendum cenſet, *vincuntur.* Alius apud illum: *Vocatur in jus tabella.* Tu vero his omiſſis repone: *Unius tabellæ albo Pharſalica ac Mundenſis Mutinenſiſque ruina vincitur.* Neque obſit, quod credibile eſt plures fuiſſe, & certo affirmat Appianus. Nam & infra: *tota tabella tuæ morti præluditur.* Suaſor. 7. *pendet nefaria proſcriptionis tabula.* Martialis: *Et levius tabula quam Ciceronis nocens.* Dio in eadem re *album* uſurpat: *τὰς ἐν τοῖς λευκώμασι προὔθηκαν προγεγραμμένας τὸν Σύλλειον τρόπον.* Et rurſus: *οἱ μέντοι τρεῖς ἄνδρες οὐ μόνον τοὺς ἐς τὰ λευκώματα ἐγγραφέντας ἀπέκτειναν.* Denique: *τελευτῶντες δὲ λευκώματα αὖθις ἐξέθεντο, θάνατον μὲν μηδενὶ ἔτι φέροντα, τὰς δὲ οὐσίας τῶν ζώντων ἀποσυλῶντα.* Idem.

5 *O tempora, ô mores*] Martialis lib. 9.

Dixerat ô mores, ô tempora, Tullius olim,
Sacrilegum strueret cum Catilina nefas.

Porro quæ ſequuntur, in editione Romana corrupta ſunt: à qua diſcedere hic auſi ſumus, Ciceronis auctoritate in ſecunda Philippica freti: unde tranſſumpta ſunt ad verbum. *N. Faber.*

6 *Cyri Marilii Eſernini*] Error ex notis. legendum enim exiſtimo, *Claudii Marcelli Æſernini.* de quo inf. in Controverſiis. *Idem.*

mors eſt. Quicquam ergo tanti putas, ut vitam Antonio debeas? *Ceſtii Pii.* Si ad deſiderium populi reſpicis, Cicero, quandoque perieris, parum vixiſti: ſi ad res geſtas, ſatis vixiſti: ſi ad injurias fortunæ & præſentem reipublicæ ſtatum, nimium diu vixiſti: ſi ad memoriam operum tuorum, ſemper victurus es. *Pompeii Silonis.* Scias licet, tibi non expedire, vivere, ſi Antonius permittit ut vivas. Tacebis ergo proſcibente Antonio, & rempublicam laniante, & ne gemitus quidem tuus liber erit? Malo populus Romanus mortuum Ciceronem, quam vivum deſideret. *Triarii.* [7] Quæ Charybdis eſt tam vorax? Charybdin dixi; quæ ſi fuit, animal unum fuit. Vix mediusfidius Oceanus tot res tamque diverſas uno tempore abſorbere potuiſſet. Huic tu ſævienti putas Ciceronem poſſe ſubduci? *Arellii Fuſci.* Ab armis ad arma diſcurritur: foris victores, domi trucidamur. dum in ſanguine inteſtinus hoſtis incubat, quis non hoc populi Romani ſtatu, Ciceronem ut vivat, cogi putat? Rogabis Cicero turpiter Antonium, fruſtra. Non te ignobilis tumulus abſcondet: idem virtutis tuæ [8] qui finis eſt immortalium humanorum operum. cuſtos memoria quæ manſuri vita perpetua eſt, in omnia te ſecula ſacratum dabit. Nihil aliud intercidet quam corpus fragilitatis caducæ, morbis obnoxium, caſibus expoſitum, proſcriptionibus objectum. Animus vero divina origine hauſtus, cui nec ſenectus ulla, nec mors, oneroſi corporis vinculis exſolutus, ad ſedes ſuas & cognata ſidera recurret. Et tamen ſi ad ætatem, annorumque nunquam obſervatum viris fortibus numerum reſpicimus, ſexaginta ſupergreſſus es: nec potes videri non nimis vixiſſe, qui moreris reipublicæ ſuperſtes.

7 *Quæ Charybdis eſt tam vorax*] Ex eadem Ciceronis oratione, ut & alia quædam infra: quam vide. N. *Faber.*

8 *Qui finis eſt immortalium humanorum operum*] Quæ hæc *immortalia humana opera?* Varie tentat Schottus: nos tamen poſt illum: *idem virtutis tuæ, qui finis eſt mortalium. Humanorum operum cuſtos memoria, quæ manſura vita perpetua eſt, in omnia te ſecula ſacratum dabit.* Suaſoria 7. *Quoad humanum genus* (hi illic *mortales) incolume manſerit, quamdiu ſuus erit literis honos; ſummæ eloquentiæ pretium erit.* Gronovius.

perſtes. Vidimus furentia toto orbe civilia arma, & poſt Italicas Pharſalicaſque acies Romanum ſanguinem hauſit Ægyptus: quid indignamur in Ciceronem Antonio licere? [9] Sic in Pompeium Alexandrino licuit. An non occiduntur, qui ad indignos confugiunt? *Cornelii Hiſpani.* Proſcriptus eſt ille, qui tuam ſententiam ſecutus eſt: tota tabula tuæ morti præluditur, alter fratrem proſcribi, alter avunculum patitur: quid habes ſpei? Ut Cicero periret, [10] tot parricidia facta ſunt. Repete, age, tot patrocinia, tot clientelas, & maximum beneficiorum tuorum te ipſum: jam intelliges Ciceronem in mortem cogi poſſe, in preces non poſſe. *Argentarii.* Explicantur triumviralis regni delicata convivia, & popina tributo gentium inſtruitur: ipſe vino & ſomno marcidus deficienteis oculos ad capita proſcriptorum levat. Jam ad iſta non ſatis eſt dicere, O hominem nequam!

DIVISIO. Latro ſic hanc diviſit omnem ſuaſoriam. Etiam ſi impetrares vitam ab Antonio, non eſt tanti rogare: deinde impetrare non potes. In priore illa parte poſuit: Turpe eſſe cuilibet Romano, nedum Ciceroni, vitam rogare. Hoc loco omnium, qui ultro mortem apprehendiſſent, exempla poſuit: deinde inutilis illi ſua vita futura proponitur, morte gravior, detracta libertate. Hic omnem acerbitatem ſervitutis futuræ deſcripſit: deinde [11] non futurum fidei impetratæ beneficium. Hic cum dixiſſet, Aliquid erit quod Antonium offendat, aut factum tuum, aut dictum,

9 *Sic in Pompeium*] Satis placet. Tamen ſcriptus: *quid indignamur in Ciceronem Antonio licere, quod in Pompeium Alexandrino licuit?* Gronovius.

10 *Tot parricidia facta ſunt*] Hoc quoque commode, quaſi ſignificet Ciceronis quoque cædem eſſe parricidium, & quidem gravius, utpote à quo incipi non potuerit. Tamen idem codex: *tot pericula facta ſunt*. Quod eſſet, toties in aliis periculum fecerunt triumviri, toties in aliis ſe ſunt experti, & quaſi præluſerunt: ut prædictum eſt. *Idem.*

11 *Non futurum fidei impetratæ*] Sic & Eraſmus, tranſeuntque omnes. Scribe vero: *Deinde, non futurum fidele vitæ impetratæ beneficium.* Niſi potes tolerare phraſin, *eſſe fidei*, pro, conſtans & bonæ fidei eſſe. Et quid tamen *impetratæ?* Hoc enim vult, non fore fidum & perpetuum hoc beneficium; etſi nunc condonaverit, brevi aliam inventurum cauſſam, qua opprimat, cui ad tempus pepercit. *Idem.*

dictum,aut ſilentium,aut vultus: adjecit ſententiam: Haud enim placiturus es. *Albutius* aliter diviſit. primam partem fecit, moriendum eſſe Ciceroni, etiam ſi nemo proſcriberet. hæc inſectatio temporum fuit. deinde moriendum eſt: ille enim ſe ſua ſponte conficeret, quia moriendum eſſet, etiam ſi mori noluiſſet: graves odiorum cauſas eſſe: maximam cauſam proſcriptionis ipſum eſſe Ciceronem. Et ſolus ex declamatoribus tentavit dicere, non unum illi eſſe Antonium infeſtum. Hoc loco dixit illam ſententiam: Si cui ex triumviris non es inviſus, gravis es. Et illa ſententia valde excepta eſt: Roga, Cicero, exora unum, ut tribus ſervias. *Ceſtius* ſic diviſit: Mori tibi utile eſt, honeſtum eſt, neceſſe eſt, ut liber & illibatæ dignitatis conſummes vitam. Hic illam ſententiam dixit audacem: Ut numereris cum Catone, qui ſervire nec Antonio quidem nondum domino potuit. *Marcellus* hunc ſenſum de Catone melius: Uſque eone omnia cum fortuna populi Romani converſa ſunt, ut aliquis deliberet, utrum ſatius ſit vivere cum Antonio: an mori cum Catone? Sed ad diviſionem *Ceſtii* revertamur. Dixit utile eſſe, ne etiam cruciatus corporis pateretur: non ſimplici illum modo periturum, ſi in Antonii manus incidiſſet, & in hac parte cum deſcripſiſſet contumelias inſultantium Ciceroni, & verbera & tormenta, dixit illam multum laudatam ſententiam: Tu mehercules, Cicero, cum veneris ad Antonium, mortem rogabis. *Varius Geminus* ſic diviſit: Hortarer te, ſi alterutrum utique faciendum eſſet, aut moriendum, aut rogandum, ut morereris potius, quam rogares. & omnia complexus eſt, quæ à ceteris dicta erant. ſed addidit & tertium: adhortatus eſt illum ad fugam. illic eſſe M. Brutum, illic C. Caſſium, illic Sex. Pompeium. Et adjecit illam ſententiam, quam Caſſius Severus unice mirabatur: Quid deficiemus? & Reſp. ſuos triumviros habet. Deinde etiam quas petere poſſet regiones, percurrit: Siciliam dixit vindicatam eſſe ab illo, Ciliciam à Proconſule egregie adminiſtratam, familiares

ſtudiis ejus & Achaiam & Aſiam, Deiotari regnum obligatum beneficiis, Ægyptum & habere beneficii memoriam, & agere perfidiæ pœnitentiam. ſed maxime illum in Aſiam & Macedoniam hortatus eſt in Caſſii & in Bruti caſtra. Jam *Caſſius Severus* aiebat, alios declamaſſe, Varium Geminum vivum conſilium dediſſe.

Alteram partem pauci declamaverunt. nemo auſus eſt Ciceronem ad deprecandum Antonium hortari, bene de Ciceronis animo judicaverunt. *Geminus Varius* declamavit alteram quoque partem, & ait: Spero me Ciceroni meo perſuaſurum, ut velit vivere. Quod grandia loquitur, & dicit: Mors nec immatura conſulari, nec miſera ſapienti; non movet me, idiotam petit. Ego belle mores hominis novi: faciet, rogabit. nam quod ad ſervitutem pertinet, non recuſabit: jam collum tritum habet, & Pompeius illum, & Cæſar ſubjecerunt. Veteranum mancipium videtis. & complura alia dixit ſcurrilia, ut illi mos erat. Diviſit ſic, ut diceret, non turpiter rogaturum, non fruſtra rogaturum. In priori parte illud poſuit, non eſſe turpe, civem victorem rogari à victo: hic quam multi rogaſſent C. Cæſarem, [12] hic & Ligarium. deinde ne iniquum eſſe quidem Ciceronem ſatisfacere, qui prior illum proſcripſiſſet, [13] qui & judicaſſet, ab eo ſemper naſci ſatisfactionem, ac dato rogari. Deinde non pro vita illum, ſed pro republica rogaturum:

12 *Hic & Ligarium*] Melius intelligerem, ſi eſſet: *ipſum & pro Ligario*, nempe Ciceronem rogaſſe Cæſarem. Sed quis auſit abſque veterum librorum auctoritate ſic mutare? Intelligamus igitur: *Hic* poſuit *& Ligarium*, pro quo nempe ipſe Cicero deprecatus eſt. *Gronovius.*

13 *Qui & judicaſſet ab eo ſemper*] Veteres editiones legunt, *qui & cum judicaſſet ab eo ſemper naſci ſatisfactionem.* poſt quæ verba quædam deeſſe videntur. N. *Faber.* Priſca lectio: *qui & cum judicaſſet.* Unde Schottus, *Antoniumque:* vel, *qui æquum judicaſſet, ab eo naſci.* Quam bella vero ſententia? Nihil moratus ſcribe: *qui prior illum proſcripſiſſet, qui hoſtem judicaſſet.* Notum ex Philippicis & hiſtoria. Et hic abſolvitur ſententia. nam ſequens per ſe conſtat: *ab eo ſemper naſci ſatisfactionem, à quo data injuria.* Ita namque legendum: quod & Schottus vidit, ſed in vero conſiſtere non potuit. Controv. 17. *Quid ille? cum Antonium hoſtem judicaret, & omnes Antonii milites, non intelligebat, ſe & Popilium proſcripſiſſe?* Gronovius.

rum: ſatis illum ſibi vixiſſe, reip. parum. In ſequenti parte dixit, exorari ſolere inimicos, ipſum exoratum à Vatinio, C. quoque Verri affuiſſe. facilius exorari Antonium poſſe, qui cum tertius eſſet, [14] ne quis è tribus hanc tam ſpecioſam clementiæ occaſionem præriperet. fortaſſe iraſci Antonium, [15] qui ne tanti quidem putaſſet illum quem rogaret. Fuga quam periculoſa eſſet, cum deſcripſiſſet, adjecit: Quocumque perveniſſet, ſerviendum illi eſſe: ferendum aut Caſſii violentiam, aut Bruti ſuperbiam, aut Pompeii ſtultitiam. Quando in hanc ſuaſoriam incidimus, non alienum puto, indicare, quomodo quiſque ſe ex hiſtoricis adverſus memoriam Ciceronis geſſerit. [16] Namque Cicero nec tam timidus fuerit, ut rogaret Antonium, nec tam ſtultus, ut exorari poſſe ſperaret, nemo dubitat, excepto Aſinio Pollione, [17] qui infeſtiſſimus famæ Ciceronis permanſit, & is etiam occaſionem ſcholaſticis alterius ſuaſoriæ dedit. Solent enim ſcholaſtici declamatores ponere: *Deliberat Cicero,* [18] *an promittente ſalutem Antonio, orationes ſuas comburat.*

H I-

14 *Ne quis tribus hanc tam ſpecioſam*] Videtur hoc dicere, Antonium eo facilius parciturum Ciceroni, ne quis alius è ſociis illam ſibi ſervati Ciceronis gloriam præripiat, legendumque eſſe, *ne quis è tribus hanc tam ſpecioſam clementiæ occaſionem præriperet.* N.Faber.

15 *Qui ne tanti quidem*] Lege: *Quod ne tanti quidem.* Gronovius.

16 *Namque Cicero nec tam*] Repone: *Nam, quin Cicero nec tam timidus fuerit, ut rogaret Antonium, nec tam ſtultus, ut exorari poſſe ſperaret, nemo dubitat.* Idem.

17 *Qui infeſtiſſimus famæ*] Pollio Ciceronis gloriæ invidens eloquentiam ejus libris editis inimice inſectatus eſt, ut ex Quinctiliano non uno loco, Tacito & Gellio lib. 17 clarum eſt. Quod eo minus mirum eſt in Aſinio, qui non unius Ciceronis, ſed & omnium pæne magnorum hominum famæ obtrectavit. Nam & Livium Patavinitatem redolere dixit, & contra Plancum orationes ſcripſit, quas tamen niſi illo mortuo, ne reſponderet, publicari noluit. idem Quinctilianus auctor, & Plinius in præfatione naturalis hiſtoriæ. Unde etiam B. Hieronymus latentem obtrectatorem Pollionis Aſinii nomine deſignavit in apologia in Rufinum, Epiſt. 88. ad B. Auguſtinum, & commentariis in Jonam. Eandem patris malivolentiam in Ciceronem imitatus eſt Gallus filius, qui ſcriptis libris Ciceronem agitare, patremque ſuum ei præferre niſus eſt. quibus Claudius Imperator reſpondit. Idem Quinctilianus, Plinius Epiſt. 4. lib. 7. & Suetonius in Claudio. *N. Faber.*

18 *An promittente ſalutem*] Neſcio quis delevit, quod invenio in ſcripto & Eraſmica: *Deliberat Cicero, an promittente.* Nota autem hæc præſcriptio omnium ſuaſoriarum. *Gronovius.*

2 Quin

HISTORICORUM DE Cicerone Elogia; aliis

SUASORIA VII.

HÆc inepte ficta cuilibet videri poteſt. Pollio vult illam veram videri: ita enim dixit illa oratione, quam pro Lamia dedit. *Aſinii Pollionis.* Itaque nunquam perficeret, nec mora fuit, [1] quin ejuraret, ſuas eſſe, quas cupidiſſime effuderat orationes in Antonium: multipliceſque numero, & accuratius ſcriptas illi contrarias edere, ac vel ipſe palam pro concione recitare, pollicebatur: ceteraque his alia ſordidiora multo: ut tibi facile liqueret: hoc totum adeo falſum eſſe, ut ne ipſe quidem *Pollio* [2] in hiſtoriis ſuis ponere auſus ſit. Huic certe actioni ejus pro Lamia qui interfuerunt, negant eum hæc dixiſſe (nec enim mentiri ſub triumvirorum conſcientia ſuſtinebat) ſed poſtea compoſuiſſe. Nolo autem vos, juvenes mei, contriſtari, quod à declamatoribus ad hiſtoricos tranſeo. ſatisfaciam vobis, & fortaſſe efficiam, ut his ſententiis lectis ſolidis, & verum habentibus, recedatis æquiores. Hoc ſi tamen recta via conſequi non potero, decipere vos cogar, veluti ſalutarem pue-ris

1 *Quin ejuraret ſuas eſſe*] Dubito an hoc ſit Latinum ſatis. *Ejurare liberos, parentes, patriam, forum, iniquum aliquem, magiſtratum, militiam,* & ſimilia novi, magnaque copia adferre poſſem: *ejurare* aliquid *ſuum eſſe*, hactenus legiſſe non memini. Videntur igitur delenda duo vocabula, hoc modo: *quin ejuraret, quas cupidiſſime effuderat, orationes in Antonium.* Et certe à mala manu adjecta ſunt. *Gronovius.*

2 *In hiſtoriis ſuis*] Hiſtoriam bellorum civilium a conſulatu Metelli & Afranii pluribus libris ſcripſerat Pollio, cujus auctoritate utuntur Cremutius Cordus apud Tacitum, & Plutarchus in Bruto & Cæſare Julio. Valer. Maximus tertium librum laudat l. 8. Ex ea hiſtoria deſumpta ſunt quæ hic de Cicerone referuntur, ut & fortaſſe judicium illud de commentariis Julii Cæſaris, quod à Suetonio refertur. A Metello autem exorſum auctor eſt Horatius Od. 1. lib. 2. Neſcio quantum fidei Suidæ habere debeamus, qui Aſinium hunc Pollionem 17. libros hiſtoriarum edidiſſe tradit, primumque res geſtas Græcorum Latinis litteris mandaſſe, & alio loco, Aſinium Pollionem Trallianum ſophiſtam de Civili bello Pompeii & Cæſaris ſcripſiſſe dicit. Vereor ne quod Tralliani eſt, Romano tribuat, & quod Romani Tralliano. *N. Faber.*

3 *Livius*

ris daturus potionem abſinthiati poculi. [3] Livius adeo retractationis conſilium habuiſſe Ciceronem non dicit, ut neget tempus habuiſſe. Ita enim ait. *Livii.* M. Cicero ſub adventum triumvirorum ceſſerat urbe, pro certo habens id quod erat, non magis Antonio eripi ſe quam Cæſari Caſſium & Brutum poſſe: primo in Tuſculanum fugit, inde tranſverſis itineribus in Formianum, ut ab Caieta navim conſcenſurus, proficiſcitur. Unde aliquotiens in altum provectum cum modo venti adverſi retuliſſent, modo ipſe jactationem navis cæco volvente fluctu pati non poſſet, tædium tandem eum & fugæ & vitæ cepit. regreſſuſque ad ſuperiorem villam, quæ paulo plus mille paſſibus à mari abeſt, Moriar, inquit, in patria ſæpe ſervata. Satis conſtat, ſervos fortiter fideliterque paratos fuiſſe ad dimicandum, ipſum deponi lecticam, & quietos pati, quod fors iniqua cogeret, juſſiſſe. Prominenti ex lectica, præbentique immotam cervicem, caput præciſum eſt. Nec ſatis ſtolidæ crudelitati militum fuit. manus quoque, ſcripſiſſe in Antonium aliquid, exprobrantes, præciderunt. Ita relatum caput ad Antonium, juſſuque ejus inter duas manus in roſtris poſitum, ubi ille conſul, ubi ſæpe conſularis, ubi eo ipſo anno adverſus Antonium, quanta nulla unquam humana

3 *Livius adeo detrectationis*] Hæc Livii deſumpta ſunt ex lib. 120 Hiſtoriarum, quas ſi integras haberemus, ceterorum ejus temporis hiſtoricorum deſiderium levius ferre poſſemus. Huic autem plenum teſtimonium Cremutius apud Tacitum reddit, qui eum eloquentiæ & fidei præclarum imprimis dicit. L. Seneca diſertiſſimum vocat lib. 1 de Ira, & Quinctilianus hubertatem, lacteam jucunditatem, ac mirum candorem ei tribuit, variiſque virtutibus immortalem Salluſtii velocitatem aſſecutum, atque Herodoto parem cenſet. Plutarchus etiam non uno loco veritatis ſtudium in eo laudat. Plinius Epiſt. lib. 2. & B. Hieronymus Epiſt. 103. ad B. Auguſtinum quendam à Gadibus uſque fama ejus commotum, ut Livium videret, Romam veniſſe retulerunt. Præter hiſtorias, dialogos Philoſophicos compoſuit, quos poſt Ciceronis libros idem Seneca primum locum tenere exiſtimat. Quinctilianus meminit epiſtolæ ejuſdem ad filium, qua qui legendi eſſent auctores, mira brevitate definivit, Demoſthenem ſcilicet, & Ciceronem: ceteros ita ut quiſque eſſet Demoſtheni & Ciceroni ſimillimus. N. *Faber.* Recte Schottus, *retractationis.* Fabius decl. 245. *non liceret tamen tibi rem judicatam retractare.* Gronovius.

4 *Baſſus*

mana vox, cum admiratione eloquentiæ auditus fuerat. vix attollentes lacrymis oculos homines intueri trucidata membra ejus poterant. [4] *Baſſus Aufidius* & ipſe nihil de animo Ciceronis dubitavit, quin fortiter ſe morti non præbuerit tantum, ſed obtulerit. *Aufidii Baſſi.* Cicero paulum remoto velo, poſtquam armatos vidit: Ego vero conſiſto, ait: accede, veterane, & ſi hoc ſaltem potes recte facere, incide cervicem. Trementi deinde, dubitantique: Quid ſi ad me, inquit, primum veniſſetis? *Cremutius Cordus* & ipſe ait, [5] Ciceronem, cum cogitaſſet, utrumne Brutum, an Caſſium, an Sextum Pompeium peteret, omnia illi diſplicuiſſe, præter mortem. [6] *Cremutii Cordi.* Quibus viſis lætus Antonius, cum peractam proſcriptionem ſuam dixiſſet eſſe; quippe [7] non ſatiatus modo cædendis civibus, ſed defectus quoque, juſſit pro roſtris exponi. Itaque quo ſæpius ille ingenti circumfuſus turba proceſſerat, quæ paulo ante coluerat piis concionibus, quibus multorum capita ſervaverat, tum per artus ſuos latus, aliter ac ſolitus erat, à civibus ſuis conſpectus eſt, prætendenti capiti, orique ejus impenſa

4 *Baſſus Aufidius*] Fortaſſe pater illius Aufidii Baſſi, cujus mortem conſtantem narrat L. Seneca in Epiſtolis. Hunc Quinctilianus Salluſtii velocitatem expreſſiſſe in libris belli Germanici tradit genere ipſo in omnibus probabilem, ſed in quibuſdam, virilibus minorem. Præter libros Germanici belli, hiſtoriam Romanam ſcripſit, unde hæc de Cicerone deſumpta ſunt. à cujus fine Plinius Secundus ſenior ſuos de eadem re libros auſpicatus eſt. Plinius epiſtola 5. lib. 3. *N. Faber.*

5 *Ciceronem cum cogitaſſet unumne Brutum*] Lege: *Ciceroni cum dubitaſſet, Marcumne Brutum.* Accipe *dubitare* pro deliberare. Juſtinus, lib. 21. *diu dubitavit, imperium deponeret, an bello reſiſteret.* Suetonius Claudio cap. 35. *dubitavit adhibitis principibus viris. Ciceroni* autem requirit *τὸ diſplicuiſſe*, cui additum *illi* eleganter παρελκὸν, utile tamen propter interjecta. *Gronovius.*

6 *Cremutii Cordi*] De Cremutio Cordo & civ. hiſtoriis pleniſſime L. Seneca in conſolatione ad Marciam ejus filiam, Tacitus Ann. 4. & Dio lib. 57. Libros autem ejus per Ædiles crematos haberi Caligulam permiſiſſe auctor eſt Suetonius in Caligula: quorum auctoritate idem Suetonius cap. 35. Auguſti, & Plinius lib. 7. 10. & 16. uſi ſunt. *N. Faber.*

7 *Non ſatiatus modo, ſed defectus quoque*] Petreius & Schottus, *defeſſus*: ita ubique verbum illud optimum mutare ſategerunt. Eſt inſignis ὑπερβολὴ & ſenſus magnificus, quo ſignificatur, non ſuperfuiſſe, quos occideret, in quos cædendos cauſſam haberet: prius defeciſſe cauſſam ſanguinis, ſanguinemque, quam illius crudelitatem. *Gronovius.*

impenſa ſanie, brevi ante princeps ſenatus [8] Romanique nominis titulus, tum pretium interfectoris ſui. Præcipue tamen ſolvit pectora omnium in lacrymas gemituſque viſa ad caput ejus deligata manus dextera, divinæ eloquentiæ miniſtra: ceterorumque cædes privatos luctus excitaverunt, illa una communem. *Brutidii Nigri.* Elapſus interim altera parte villæ Cicero lectica per agros ferebatur, ſed, ut vidit appropinquare notum ſibi militem, Popilium nomine, memor defenſum à ſe, lætiore vultu adſpexit. at ille, victoribus id ipſum imputaturus, occupat facinus, caputque deciſum, nihil in ultimo fine vitæ facientis quod alterutram in partem poſſet notari, Antonio portat, oblitus ſe paulo ante defenſum ab illo. Et hic voluit poſiti in roſtris capitis miſerabilem faciem deſcribere, ſed magnitudine rei obrutus eſt. Item *Brutidii Nigri.* Ut vero juſſu Antonii inter duas manus poſitum in roſtris caput conſpectum eſt, quo totiens auditum erat loco, [9] dato gemitu & fletu maximi

8 *Romanique nominis titulus*] Divinabam, inquit Schottus, *tutulus.* Exſpecto, ut alius, *cuculus.* Quid opus divinatione? *Titulus*, quod huc pertineat, eſt honorata inſcriptio, elogium. *Titulus ſepulcri* apud Juvenalem. Id Calpurnio Flacco declam. 18. *Inferam majorum ſepulcris, & elogio, quod optaſti, nomen inſcribam.* Hoc eſt, in titulo filium te meum appellabo. Hinc *titulus* quo quid laudatur, cenſetur, æſtimatur, quia talia perſcribebantur in titulo, uti notum eſt ex tot lapidibus. Sic Publio Syro an Petronio Syrum imitanti, *avis exſul hiemis*, eadem, *titulus tepidi temporis* dicitur. Ovidius volucres agmenque ferarum vocat *titulum Orphei theatri*, 11 Metamorph. *Gronovius.*

9 *Dato gemitu & fletu maximi viri inferiæ*] Locus hic non eſt integer. Quid tamen velit, id eſſe puto. Nempe conſpecto Ciceronis pro roſtris capite, populum Romanum gemitu & fletu, maximo viro inferias miſiſſe, concionemque ita depoſiti corporis, non ut ſolebat laudes audiiſſe, ſed ipſam narraſſe. Morem autem attingit, quod clarorum virorum, & mulierum vita functorum corpora exponebantur in foro pro roſtris: ubi publice aſtante populo Romano defuncti laudes recitabantur. res vulgatior eſt, quam ut probatione indigeat. Nulla enim frequentior in hiſtoriis occurrit, nullumque inſigne funus abſque laudatione. Si quis tamen probationem requirat, ſufficiet quod referunt L. Seneca ad Marciam, de Druſo à Ti. patre, & Dio lib. 54 de Agrippa ab Auguſto laudatis. Vide igitur ne ita potius legi debeat, *datæ gemitu & fletu maximo viro inferiæ, nec ut ſolet ita depoſiti in roſtris corporis laudes concio audivit, ſed ipſa narravit.* Si non ſic legi, ſaltem ſic intelligi debere hunc locum exiſtimo. *N. Faber.* Suſpicabar: *claro gemitu & fletu maximo pias inferias non, ut ſolet, rite depoſiti in Roſtris corporis concio audivit, ſed ipſa narravit.* Eleganter *inferias* vocat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ximi viri inferiæ, nec ut ſolet, ita depoſiti in roſtris corporis concio audivit, ſed ipſa narravit. Nulla non pars fori aliquo actionis inclytæ ſignata veſtigio erat. Nemo non aliquod ejus in ſe meritum fatebatur: hoc certe publicum beneficium palam erat, illam miſerrimi temporis [10] ſervitutem ac lanienam dilatam in Antonium. [11] Quotiens magni alicujus mors ab hiſtoricis narrata eſt, totiens fere conſummatio vitæ, & quaſi funebris laudatio redditur. hoc ſemel atque iterum à Thucydide factum, idem in pauciſſimis perſonis uſurpatum à Salluſtio, Livius benignius omnibus magnis viris præſtitit. Sequentes hiſtorici multo id effuſius fecerunt. Ciceroni hoc, ut Græco verbo utar, ἐπιτάφιον Livius reddit. *T. Livii.* Vixit tres & ſexaginta annos, ut ſi vis abfuiſſet, ne immatura quidem mors videri poſſit: ingenium & operibus & præmiis operum felix: ipſe fortunæ diu proſperæ & in longo tenore felicitatis, magnis interim ictus vulneribus, exilio, ruina partium pro quibus ſteterat, filiæ morte, exitu tam triſti atque acerbo, omnium adverſorum nihil, ut viro dignum erat, tulit, præter mortem, quæ vere æſtimanti minus indigna videri potuit, quod à victore inimico nil crudelius paſſus erat, quam quod ejuſdem fortunæ compos ipſe feciſſet. [12] Si quis tamen virtutibus vitia

cat funebrem laudationem, ut Statius *Aonias inferias* epicedium. Eas inferias ait concionem, non, ut ſolet, poſiti pro more corporis audiſſe ab aliquo neceſſariorum pronunciatas; ſed ipſam narraſſe. Aliter Faber, Schottus, Petreius. *Gronovius.*

10 *Servitutem ac aleam*] Petreio hic aliquod verbum ſupplendum videtur: quaſi dicat; omnes dolebant eam fortunæ potentiam ad Antonium delatam. Gruterus obſervat in Pal. fuiſſe *alienam* pro *aleam:* quod & nos in ſcripto & Veneta editione offendimus. Lege igitur: *hoc certe publicum beneficium palam erat, illam miſerrimi temporis ſervitutem ac lanienam dilatam in Antonium.* Hoc omnes fatebantur, quod eadem mala, par ſervitus & cædes, non multo ante Romam obtriviſſent, (puta Catilinaria conjuratione) quodque huc uſque dilata & intercalata fuiſſet illa calamitas, Ciceroni deberi. Abſque hoc fuiſſet, jam tum olim eadem per Catilinam patienda fuiſſent. Brutus ad Ciceronem: *Tu quidem conſularis & tantorum ſcelerum vindex, quibus oppreſſis, vereor, ne in breve tempus dilata ſit abs te pernicies.* Idem.

11 *Quoties magni alicujus mors*] Excidit *viri.* Idem.

12 *Si quis tamen virtutibus vitia penſarit*] Scribendum: *Si quis tamen, virtutibus*

vitia penſarit, vir magnus, acer, memorabilis fuit, & in cujus laudes ſequendas Cicerone laudatore opus fuerit. Ut eſt natura candidiſſimus omnium magnorum ingeniorum æſtimator T. Livius; pleniſſimum teſtimonium Ciceroni reddidit. *Cordi Cremutii*, non eſt operæ, deferre etiam redditam Ciceroni laudationem. Nihil enim in ipſa Cicerone dignum eſt: ac ne hoc quidem, quod pene maximum eſt, tolerabile eſt. *Cremutii Cordi.* Privatas enim ſimultates deponendas interdum putabat, publicas nunquam. [13] Vides credendam ejus non ſolum magnitudinem virtutum, ſed multitudinem quoque conſpiciendam. *Aufidii Baſſi.* Sic M. Cicero deceſſit, vir natus ad reip. ſalutem: quæ diu defenſa & adminiſtrata, in ſenectute demum è manibus ejus elabitur, [14] non ipſius vitio læſa, quod nihil in ſalute ejus aliud illi, quam ſi caruiſſet Antonio, placuit. Vixit ſexaginta & tres annos, ita ut ſemper aut peteret alterum, aut invicem peteretur: nullamque rem rarius, quam diem illum, quo nullius intereſſet ipſum mori, vidit. *Pollio* quoque *Aſinius*, qui Verrem Ciceronis reum fortiſſime morientem tradidit, Ciceronis mortem ſolus ex omnibus maligne narrat;

tutibus vitia penſavit: diximus in 4 Obſerv. præfat. lib. 4. *Redimebat tamen vitia virtutibus.* Mox lege, *laudes exſequendas* vel *aquandas.* Gronovius.

13 *Vides credendum ejus non ſolum*] Ne hoc quidem tolerabile mihi in Cremutio Cordo. Notat ex Pal. *civis* pro *ejus*, dein *magnitudine*, & *multitudine*, Gruterus. Nos in ſcripto invenimus, *credentiam curis*, ut & *magnitudine*: in Veneta poſterius item; ante, *credendam cujus.* Lego: *Vides præſtantiam civis non ſolum magnitudine virtutum, ſed & multitudine conſpiciendam.* Vox, *civis*, non facit humiliorem ſenſum. Caſſius ad Ciceronem: *Nunc ergo vivemus liberi: nunc te, omnium maxime civis & mihi cariſſime*, &c. Paullo ante melius, *Cremutii Cordi non eſt operæ referre etiam redditam Ciceroni laudationem.* Particula *etiam* reſpicit ſupra recitatum ex eodem Cordo. *Idem.*

14 *Non ipſius vitio læſa, quod*] Scribo: *non ipſius vitio, niſi quod nihil in ſalutem ejus aliter illi, quam ſi caruiſſet Antonio, placuit.* Hic Ciceronis à quibuſdam judicatus eſt error, quod nimis offendendo Antonium, nullamque cum eo pactionem admittendo, ſibi ipſi neceſſitatem impoſuit Octavii nimis humiliter prenſandi; illum ad deſperationem redegit, & ſic in fraudem reipublicæ cum Octavio convenire coëgit. Hoc igitur ait Aufidius, nihil illum peccaſſe, niſi quod ei nulla conditio in ſalutem & tranquillitatem reipublicæ viſa eſt admittenda ſalvo Antonio. Nam illæ inexpiabiles inimicitiæ in caput Ciceronis expetiverunt. *Idem.*

15 Ob-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

narrat; teſtimonium tamen, quamvis invitus, plenum ei reddit. *Aſinii Pollionis.* Hujus ergo viri tot tantiſque operibus manſuris in omne ævum, prædicare de ingenio atque induſtria ſupervacuum eſt. Natura autem pariter atque fortuna [15] obſecuta eſt. Ei quidem facies decora ad ſenectutem, proſperaque permanſit valetudo: tum pax diutina, cujus inſtructus erat artibus, contigit. [16] namque à priſca ſeveritate judicis exacti, maximorum noxiorum multitudo provenit, quos obſtrictos patrocinio incolumes pleroſque habebat. Jam feliciſſima conſulatus ei ſors petendi: & gerendi magna munera, deûm conſilio, induſtriaque. Utinam moderatius ſecundas res, & fortius adverſas ferre potuiſſet. namque utræque cum venerant ei, mutari eas non poſſe rebatur. Inde ſunt invidiæ tempeſtates coortæ graves in eum, certiorque inimicis aggrediendi fiducia: majore enim ſimultates appetebat animo, quam gerebat. Sed quando mortalium nulli virtus perfecta contigit, qua major pars vitæ atque ingenii ſtetit, ea judicandum de homine eſt. Atque ego ne miſerandi quidem exitus eum fuiſſe judicarem, niſi ipſe tam miſeram mortem putaſſet. Affirmare vobis poſſum, nihil eſſe in hiſtoriis ejus, hoc, quem retuli, loco diſertius: ut mihi tunc non laudaſſe Ciceronem, ſed certaſſe cum Cicerone videatur. Nec hoc deterrendi cauſa dico, ne hiſtorias ejus legere concupiſcatis: concupiſcite, & pœnas Ciceroni dabitis. Nemo tamen ex tot diſertiſſimis viris melius Ciceronis mortem deploravit, quam Cornelius Severus.

COR-

15 *Obſecuta eſt. Ei quidem facies*] Lege: *Natura autem pariter atque fortuna obſecuta eſt ei. Et quidem facies decora,* &c. *Gronovius.*

16 *Namque à priſca ſeveritate judicis exacti*] Quis ille judex exactus? & quam bene *exactus à priſca ſeveritate?* Reſtitue: *Namque ad priſcam ſeveritatem judiciis exactis, maxima noxiorum multitudo provenit.* Significat finita Sullana dominatione & legibus Pompeiis latis reſtituta judicia, & pluribus laqueis innexos reos fuiſſe, tantoque plures patronorum, inter quos inſignis & impiger Cicero, defenſione opus habuiſſe. Cicero ipſe pro Sex. Roſcio Amerino: *Quanta multitudo hominum convenerit ad hoc judicium, vides: quæ ſit omnium mortalium exſpectatio, quæ cupiditas, ut acria & ſevera judicia fiant, intelligis. Longo intervallo judicium inter ſicarios hoc primum committitur, cum interea cædes indigniſſimæ maximæque factæ ſint.* Idem.

37 *Rapti*

CORNELII SEVERI.

Oraque magnanimûm ſpirantia pene virorum
In Roſtris jacuere ſuis: ſed enim abſtulit omnis,
Tanquam ſola foret, [17] *rapti Ciceronis imago.*
Tunc redeunt animis ingentia Conſulis acta,
Jurataque manus, deprenſaque fœdera noxæ,
Patriciumque nefas: [18] *eſt tunc & pœna Cethegi,*
Dejectuſque redit votis Catilina nefandis.
Quid favor aut cœtus, pleni quid honoribus anni
Profuerunt? ſacris exacta quid artibus ætas?
Abſtulit una dies ævi decus, ictaque luctu
Conticuit Latiæ triſtis facundia linguæ,
Unica ſollicitis quondam tutela ſaluſque,
Egregium ſemper patriæ caput; ille ſenatus
Vindex, ille fori, legum, rituſque, togæque.
Publica vox ſævis æternum obmutuit armis.
Informes vultus ſparſamque cruore nefando
Caniciem ſacraſque manus, operumque miniſtras
Tantorum, pedibus civis projecta ſuperbis
Proculcavit ovans: nec lubrica fata, deoſque
Reſpexit. nullo luet hoc Antonius ævo.
Hæc nec in Emathio mitis victoria Perſe,
Nec te, dire Syphax, non fecit in hoſte Philippo,

Inque

17 *Rapti Ciceronis imago*] Lege: *carpti Ciceronis imago. Carptum* dicit deſectis membris. Vomanus inter duodecim Scholaſticos in tumulo Ciceronis:

Sed Fortuna nocens miſerando funere raptum
Carpſit, & hoc voluit membra jacere toro. Gronovius.

18 *Eſt tunc & pœna Cethegi*] Scaliger in Catalectis: *etiam tum, ut pœna.* Fœcundum Barthii ingenium, *nefas & Sura & pœna:* vel, *Statili tum pœna:* vel *Sullarum & pœna:* vel *Suræ, tum pœna:* denique & Autronii nomen valde ſimile putat illis literis, quæ locum obſident. Conjicimus: *Patriciumque nefas exſtinctum, & pœna.* Ut enim Catilinam non nominat niſi *dejectum votis*, & Cethegum non ſine *pœna*, ita nec nefas patricium poſuit ſine mentione eventus reipublicæ & neceſſarii & utilis. Mox ſcriptus: *& vita quid artibus actæ?* ut Eraſmus quoque & Scaliger. Statimque, *ævi decus*, ut etiam Scaliger. Cui quoque obſecuti ſumus edendo, *ſævis æternum obmutuit armis:* cum idem nobis in mentem veniſſet: quamvis editi, *civis;* ſcriptus, *ejus.* Idem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Inque triumphato [19] *ludibria cuncta Jugurtha*
Abſuerant, noſtræque cadens ferus Hannibal iræ
Membra tamen Stygias tulit inviolata ſub umbras.

Non laudabo municipem noſtrum bono verſu, ex quo hic [20] multo melior CORNELII SEVERI proceſſit:

Conticuit Latiæ triſtis facundia linguæ.

Sextilius Hena fuit homo ingenioſus magis quam eruditus, inæqualis poëta, & pene quibuſdam locis talis, quales eſſe Cicero Cordubenſes poëtas ait, pingue quiddam ſonantes atque peregrinum. Is hanc ipſam præſcriptionem recitaturus in domo Meſſalæ Corvini, Pollionem Aſinium advocaverat; & in principio hunc verſum non ſine aſſenſu recitavit:

Deflendus Cicero eſt, [21] *Latiæque ſilentia linguæ.*

Pollio Aſinius non æquo animo tulit, & ait: Meſſala, tu quid tibi liberum ſit in domo tua, videris: ego iſtum auditurus non ſum, cui mutus videor. Atque ita conſurrexit, ne intereſſet recitationi eorum: [22] quod Cornelium ſcio, cui non æque diſplicuiſſe hunc verſum, quam Pollioni, apparet: quod meliorem quidem, ſed non diſſimilem illi &

19 *Ludibria cuncta Jugurtha fuerant*] Quomodo *cuncta*, cum ipſa triumphalis vinctorum traductio ludibrium? An ita accipiendum, poſtquam triumphatus eſt, nullum aliud ludibrium ei adhibitum? *Ludibria* autem ſunt contumeliæ in cadaver. Tacitus lib. 1 Annal. *Data utrique venia facile Segimero, contatius filio, quia Quinctilii Vari corpus inluſiſſe dicebatur.* Lib. 2 Hiſtor. *Funus maturatum ambitioſis id precibus petierat, ne amputaretur caput, ludibrio futurum.* An potius, *ludibria tanta Jugurtha.* quod omni laude exculto Schelio noſtro videbatur, & mihi quoque eſt ſimillimum veri. *Gronovius.*

20 *Multo melior Cornelii Severi*] Scriptus: *Severi Cornelii.* Et amabant ſæpe ſic tranſponere. Statim: *Pollionem Aſinium advocaverat.* Et ſupra, *Geminus Varius.* Alibi, *Latronem Porcium*, ut Controv. 19. & 23. *Hiſpanus Cornelius*, Controv. 17, & 33. *Baſſus Julius*, Controv. 30. Sic de cauſſis corruptæ eloquentiæ auctor appellat *Juſtum Fabium*, qui Plinio, lib. 1. epiſt. 11, inſcribitur *Fabius Juſtus.* Idem.

21 *Latiæque ſilentia linguæ*] Martialis lib. 5.

Quid proſunt ſacræ, Latiæque ſilentia linguæ?
Incipient omnes pro Cicerone loqui. N. Faber.

22 *Quod Cornelium ſcio*] Schottus: *Quid Cornelius? ſcio ei non diſplicuiſſe.* Videtur excidiſſe aliquid tale: *quod non feciſſe Cornelium ſcio, cui non æque* &c. *Gronovius.*

& ipſe compoſuit. Si hic deſiero, ſcio futurum, ut vos deſinatis eo loco legere, quo ego à ſcholaſticis receſſi. Ego, ut librum velitis uſque ad umbilicum revolvere, adjiciam ſuaſoriam proximæ ſimilem.

SUASORIA VII.

Deliberat Cicero an ſcripta ſua comburat, promittente incolumitatem Antonio, ſi feciſſet.

Q. HATERIUS. Non feres Antonium: intolerabilis in malo ingenio felicitas eſt: nihilque cupientes magis accendit, quam proſperæ turpitudinis conſcientia. Difficile eſt. Non feres, inquam, & iterum irritare inimicum in mortem tuam cupies. Quod ad me quidem pertinet, multum à Cicerone abſum: tamen non tædet tantum me vitæ meæ: ſed pudet: [1] ne propter hoc quidem pertinet multum à Cicerone. Ingenium tuum amas, quod illud Antonius plus odit quam te. Remittere ait ſe tibi ut vivas: commentus, quemadmodum eripiat etiam quo vixeras. Crudelior eſt pactio Antonii, quam proſcriptio. Ingenium erat, in quod nihil juris haberent triumviralia arma. Commentus eſt Antonius, quemadmodum quod non poterat cum Cicerone proſcribere, tolleret per Ciceronem. Hortarer te, Cicero, ut vitam magni æſtimares, ſi libertas ſuum in civitate haberet locum, ſi ſuum in libertate eloquentia,

SUAS. VII. 1 *Ne propter hoc quidem pertinet*] Recte divinat Schottus, ex ſuperiore verſu quædam huc eſſe tranſlata, ſed & plura, quam ſunt, ſuſpecta facit, & malè reliqua componit: *ſed pudet me: propter hoc ingenium tuum ama, illud quod Antonius:* vel, *propter hoc ingenium tuum amas.* Verba ſuperflua ſunt quatuor, *pertinet multum à Cicerone,* Nam particula *quidem,* quoniam ab auctore & ſuperius & hic poſita eſt, occaſionem aſſuendi hujus centunculi præbuit. Nunc ne litera quidem una, ſed diſtinctione mutata lege: *Ne propter hoc quidem ingenium tuum amas, quod illud Antonius plus odit quam te?* Per interrogationem extulit, quod ſimpliciter ac directe eſt: ſi nullam aliam habes cauſſam moriendi & potius ingenioſa opera tua quam corpus vel vitam ſervandi; vel hæc ſufficiat, quod haud ignoras illa pejus quam ipſum te odiſſe Antonium; quod illis quam tibi infeſtior eſt: illa enim quam te perire mavult. *Gronovius.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

quentia, ſi non civium cervicibus luderetur. nunc, ut ſcias nihil melius eſſe quam mori, vitam tibi Antonius promittit. Pendet nefariæ proſcriptionis tabula: tot prætorii, tot conſulares, tot equeſtris ordinis viri periere: nemo relinquitur, niſi qui ſervire poſſit. Neſcio an hoc tempore vivere velis, Cicero: nemo eſt cum quo velis. Merito, hercules, illo tempore vixiſti, quo Cæſar ultro te rogavit, ut viveres ſine ulla pactione: quo tempore non quidem ſtabat reſpublica, ſed in boni principis ſinum ceciderat. *Ceſtii Pii.* Numquid opinio me fefellit? intellexit Antonius, ſalvis eloquentiæ monumentis, non poſſe Ciceronem mori. ad pactionem vocaris, qua pactione melior in te pars tui petitur. Accommoda mihi pauliſper eloquentiam: Ciceronem periturum rogo. Si te audiſſent Cæſar & Pompeius, neque iniſſent turpem ſocietatem, neque diremiſſent: ſi uti unquam conſilio tuo voluiſſent, neque Pompeius Cæſarem, neque Cæſar Pompeium deſeruiſſet. Quid conſulatum ſalutarem urbi, quid exilium conſulatu honeſtius, quid provocatam inter initia adoleſcentiæ, libertate tirocinii tui Sullanam potentiam, [2] quid Antonium, avulſum à Catilina, reipublicæ redditum? Ignoſce, Cicero, ſi diu iſta narravero:

2 *Quid Antonium avulſum, Catilinam Reipubl. redditum*] Phraſis inverſa, cujus generis adeo frequentes in auctoribus occurrunt, ut vix credibile ſit non affectatas fuiſſe. Cicero enim Antonium, inquit Salluſtius, pactione provinciæ perpulit, ne contra Rempublicam ſentiret, Catilinam vero urbe exegit. Antonius igitur Reip. redditus fuit, Catilina avulſus. *N. Faber.* Petreius exponebat, Antonium Triumvirum alterum quendam Catilinam reipublicæ effectum. Antonius Auguſtinus, *reipublicæ ejectum*, vel *eductum*. Schottus modo, *Catilina rempublicam ereptam*; modo, *Q. Ligarium reipublicæ redditum:* tandem concedit in Fabri ſententiam, ſed ita verbis tranſpoſitis: *Catilinam avulſum & Antonium reipublicæ redditum.* Et ſane inverſæ iſtius phraſeos tam frequentis exemplum vel unum certum & ſanum videre velim. Neque poſſum credere, extra ironiam aut antiphraſin, per quamcumque figuram cuiquam in mentem veniſſe, ut diceret, à Cicerone propemodum adflictam rempublicam, à Catilina ſervatam. Id autem par iſti converſioni foret. Quid moror? Haterius dixit: *quid Antonium, avulſum à Catilina, reipublicæ redditum?* Sic habet hiſtoria, ſic Latina loquendi ratio, ſic mens declamatoris. Niſi malis, *quid Antonium avulſum Catilinæ & reipublicæ redditum?* Statim: *Forſitan hæc die noviſſimo audientur:* ſcilicet, abs te, utpote morituro. Male edd. *hac* aut *hæc.* Gronovius.

3 Tu

ro: forſitan hoc die noviſſimo audientur. Si occidetur Cicero, jacebit inter Pompeium patrem filiumque: & Afranium Petreiumque, Q. Catulum, M. Antonium illum indignum hoc ſucceſſore generis. Si ſervatur, vivet inter Ventidios & Canicios & Saxas. Ita dubium eſt, an ſatius ſit cum illis jacere, an cum his vivere? Pro uno homine jactura publica paciſceris. Scio omne pretium iniquum eſſe, quod ille conſtituit: nemo tanti emit Ciceronis vitam, quanti vendit Antonius. Si hanc tibi pactionem ferret, vives, ſed eruentur oculi tibi: vives, ſed debilitabuntur pedes: etiam ſi in alia damna corporis præſtares patientiam, excepiſſes tamen linguam. Ubi eſt ſacra illa vox tua? Mori enim naturæ finis eſt, non pœna. hoc tibi uni non liquet? At videris Antonio perſuaſiſſe. Aſſere te potius libertati, & unum crimen inimico adjice. Fac Antonium moriendo nocentiorem. *P. Aſpernatis.* Ut Antonius Ciceroni parcat, Cicero ipſe in eloquentiam ſuam animadvertet? Quid autem tibi ſub hac pactione promittitur? Ut Cn. Pompeius & M. Cato, & ille antiquus reſtituatur Reipublicæ Senatus digniſſimus, apud quem Cicero loquetur? Multos victuros animi ſui contemptus oppreſſit: multos perituros parati ad pereundum animi ipſa admiratio eripuit: & cauſſa illis vivendi fuit, fortiter mori. Permitte te populo Romano contra Antonium. Si ſcripta combuſſeris, Antonius paucos annos tibi promittit: at ſi non combuſſeris, populus Romanus omnes. *Pompeii Silonis.* Quale eſt ut perdamus eloquentiam Ciceronis, fidem ſequamur Antonii? miſericordiam [3] tu iſtam vocas, ſupplicium ſummum ingenio Ciceronis? Credamus Antonio, Cicero, ſi bene illi pecunias crediderunt feneratores, ſi bene pacem Brutus & Caſſius. hominem & vitio naturæ, & licentia temporum inſanientem, inter ſcenicos amores civili ſanguine luxuriantem: hominem, qui creditoribus ſuis oppignoravit rempublicam, cujus

3 *Tu iſta vocas, ſupplicium ſummum*] Forte: *Miſericordiam tu iſtam vocas, ſupplicium ſumi de ingenio Ciceronis.* Gronovius,

 4 *Igno-*

cujus gulæ duorum principum bona, Cæſaris & Pompeii, non potuerunt ſatisfacere. Tuis utar, Cicero, verbis: Cara eſt cuiquam ſalus, quam aut dare, aut eripere poteſt Antonius? Non eſt tanti ſervare Ciceronem, ut ſervatum Antonio debeam. *Triarii.* Compulſus aliquando populus Romanus in eam neceſſitatem eſt, ut nihil haberet præter Jovem obſeſſum & Camillum exulem: nullum tamen fuit Camilli opus majus, quam quod indignum putavit viro, ſalutem pactioni debere. O gravem vitam, etiam ſi ſine pretio daretur. Antonius hoſtis à republica judicatus, nunc hoſtem rempublicam judicat. Lepidus, ne quis putet illum male Antonio collegam placuiſſe, alienæ ſemper dementiæ acceſſio, utriuſque collegæ mancipium, noſter dominus. *Argentarii.* Nihil Antonio credendum eſt. mentior: quid enim iſte non poteſt, qui occidere Ciceronem poteſt: qui ſervare niſi crudelius quam occidebat, non poteſt? [4] Ignoſcentem tibi illum putas, qui ingenio tuo iraſcitur? ab hoc tu ſperas vitam, cui nondum verba tua exciderunt? Ut corpus, quod fragile & caducum eſt, ſervetur, pereat ingenium, quod æternum eſt? Ego mirabar, ſi non ſupplicio crudelior eſſet Antonii venia. [5] Publium Scipionem à majoribus ſuis deſciſcentem generoſa mors in numerum Scipionum repoſuit. Mortem tibi remittit, ut id pereat, quod ſolum in te immortale eſt. Qualis eſt pactio?

Au-

4 *Ignoſcentem tibi illum putas*] Fortaſſis, *Ignoſcere tu tibi illum putas.* Gronovius.

5 *P. Scipionem à majoribus ſuis deſciſcentem*] Quis hic in gente Cornelia Scipio, vehementer ambigo, inquit Schottus. Et commemoratis aliquot notiſſimis, quibus hoc tamen dictum convenire negat: ſed forte à declamatoribus tam accurata narratio, quod fere cauſſæ deſerviant, peti non debet: admonere tamen viſum, quid ſentirem, ut aliorum induſtria excitata fungar vice cotis. Exoſculamur probitatem, & voti compotem faciemus. Significat Argentarius illum, quem primum nominavit Schottus, Metellum Scipionem, ſocerum Cn. Pompeii. Doceat L. Seneca epiſt. 24. *ſi oſtendero, non tantum fortes viros hoc momentum efflandæ animæ contemſiſſe, ſed quoſdam ad alia ignavos in hac re exæquaſſe animum fortiſſimorum, ſicut illum Cn. Pompeii ſocerum Scipionem, qui contrario in Africam vento relatus, cum teneri navem ſuam videret ab hoſtibus, ferro ſe tranſverberavit, & quærentibus, ubi imperator eſſet, imperator, inquit, bene ſe habet.* Idem.

6 *Vivę*

Aufertur Ciceroni ingenium ſine vita: promittuntur oblivione nominis tui pauci ſervitutis anni. Non iſte te vivere vult, ſed facere ingenii tui ſuperſtitem. [6] Vive, ut Cicero audiat Lepidum, Cicero audiat Antonium, nemo Ciceronem. Pati poteris, ut quod in te optimum habes, ante te efferas? Sine durare poſt te ingenium tuum, perpetuam Antonii proſcriptionem. *Aurelii Fuſci.* Quoad humanum genus incolume manſerit, quamdiu ſuus literis honor, ſummæ eloquentiæ pretium erit: quamdiu Reip. noſtræ aut fortuna ſteterit, aut memoria duraverit, admirabile poſteris vigebit ingenium, & uno proſcriptus ſeculo proſcribes Antonium omnibus. Crede mihi, viliſſima pars tui eſt, quæ tibi vel eripi, vel donari poteſt. Ille verus eſt Cicero, quem proſcribi Antonius non putat, niſi à Cicerone, poſſe. Non ille tibi remittit proſcriptionem, ſed tolli deſiderat ſuam. Si fidem deceperit Antonius, morieris; ſi præſtiterit, ſervies. Quod ad me attinet, fallere malo. Per te, M. Tulli, per quatuor & ſexaginta annos pulchre actos, per ſalutarem Reipubl. conſulatum, per æternam, ſi pateris, ingenii tui memoriam, per Remp. quæ, ne quid te putes carum relinquere, ante te periit, oro & obteſtor, ne moriaris, confeſſus quod nolueris mori.

Hujus ſuaſoriæ alteram partem neminem ſcio declamaſſe; omnes pro libris Ciceronis ſoliciti fuerunt, nemo pro ipſo, cum adeo illa pars non ſit mala, ut Cicero, ſi hæc conditio ei lata fuiſſet, deliberaturus non fuerit. Itaque hanc ſuaſoriam nemo declamavit efficacius quam Silo Pompeius: non enim ad illa ſpecioſa ſe contulit, ad quæ *Ceſtius*: qui dixit, hoc gravius eſſe ſupplicium quam mortem, & ideo hoc Antonium eligere. brevem eſſe vitam homini, multo magis ſeni: ita memoriæ conſulendum, quæ magnis viris æternitatem promitteret. non qualibet mercede vitam redimendam: & has conditiones intolerabiles eſſe. omnia potius

6 *Vive Cicero, ut audiat*] Scribe: *Vivat Cicero, ut audiat Lepidum, audiat Antonium, nemo Ciceronem?* Gronovius.

potius ſubeunda quam monumenta ingenii ſui ipſum exurere. Injuriam illum facturum populo Romano, cujus linguam in tantum extuliſſet, ut inſolentis Græciæ ſtudia tanto antecederet eloquentia, quanto ſortuna: injuriam facturum generi humano. pœnitentiam illum acturum tam degenere ſpiritus empti, cum in ſervitute ſeneſcendum fuiſſet. in hoc unum eloquentia utendum, ut laudaret Antonium. [7] Male cum illi, ait, dare vitam, eripi ingenium. *Silo Pompeius* ſic egit. ut diceret, Antonium non paciſci, ſed illudere: non eſſe illam conditionem, ſed contumeliam. combuſtis enim libris, nihilominus occiſurum. non eſſe tam ſtultum Antonium, ut putaret ad rem pertinere, libros à Cicerone comburi, cujus ſcripta per totum orbem celebrarentur, & hoc petere eum quod poſſet ipſe facere: niſi forte non eſſet in ſcripta Ciceronis is, qui eſſet in Ciceronem. Quare nihil aliud eum agere, quam ut ille Cicero multa fortiter de mortis contemptu locutus, ad turpes conditiones perductus occideretur. Antonium illi non vitam cum conditione promittere, ſed mortem ſub infamia quærere. Itaque quod turpiter poſtea paſſurus eſſet, nunc illum fortiter debere pati. Et hæc ſuaſoria inſignita eſt. Dixit enim ſententiam cacozeliæ genere humillimo & ſordidiſſimo, quod detractu, aut adjectione ſyllabæ facit ſenſum. Pro facinus indignum! peribit ergo quod Cicero ſcripſit, manebit quod Antonius proſcripſit? [8] Apud Ceſtium rhetorem declamabat hanc ſuaſoriam *Surdinus*, ingenioſus adoleſcens, à quo Græcæ fabulæ eleganter in Latinum ſermonem converſæ ſunt. Solebat dulces ſententias dicere, frequentius tamen prædulces & infractas. In hac ſuaſoria cum jusjurandum bellis ſenſibus prioribus complexus eſſet, adjecit: Ita te legam. *Ceſtius*, homo naſutiſſimus, diſſimulavit exaudiſſe ſe,

7 *Male cum illi ait*] Scriptus, *malle.* & mox, *quam eripi.* Prius etiam habent edd. antiquæ. Fortaſſe: *malle enim illi, ait, non dari vitam, quam eripi ingenium.* Gronovius.

8 *Apud Ceſtium Prætorem*] Proculdubio legendum *apud Ceſtium præceptorem.* Sequentia enim probant loqui de Cæſtio Rhetore. N. *Faber.*

9 *Erat*

ſe, ut adoleſcentem ornatum quaſi imprudens objurgaret: quid dixiſti? quid? ita te fruar. Erat autem *Ceſtius* nullius quidem ingenii, Ciceroni etiam infeſtus: quod iſti non impune ceſſit. Nam cum M. Tullius filius Ciceronis Aſiam obtineret, homo qui nihil ex paterno ingenio habuit, præter urbanitatem, cœnabat apud eum *Ceſtius*. M. Tullio & natura memoriam dempſerat: & ebrietas ſi quid ex ea ſupererat, ſubducebat. ſubinde interrogabat, Quis ille vocaretur qui in imo recumberet: & cum ſæpe ſubjectum nomen *Ceſtii* excidiſſet, noviſſime ſervus, ut aliqua nota memoriam ejus faceret certiorem, interroganti domino, quis ille eſſet qui in imo recumberet, ait: Hic eſt Ceſtius qui patrem tuum negabat literas ſciſſe. afferri protinus flagra juſſit, & Ciceroni, ut oportuit, de corio *Ceſtii* ſatisfecit. [9] Erat autem etiam, ubi pietas non exigeret, ſcordalus. Hybreæ diſertiſſimi viri filio male apud ſe cauſam agenti ἀτίμων πατέρων, & cum in quadam poſtulatione Hybreas de paritate ſtultorum locum ad literam, omnibus agnoſcentibus, diceret: Age, inquit, non putas me ſcripta didiciſſe patris mei: *Quouſque tandem abutere, Catilina, patientia noſtra?* [10] *Gargonius*, amabiliſſimus in hac ſuaſoria dixit duas res,

9 *Erat autem etiam ibi Pietas, Niger*] Pal. Scriptus noſter, Eraſmus: *ibi pietas, non exigeret ſcordalus.* Lege igitur: *Erat autem etiam, ubi pietas non exigeret, ſcordalus.* Vox hæc ſignificat contumelioſum in vino, cui non ſit jucunda comiſſatio, niſi habeat, qui os illi præbeat. Ait ergo, M. Tullium alioquin etiam fuiſſe ſcordalum, nedum hic, ubi ut eſſet atque aliquem compotorum male mulcaret, pietas & reſpectus patris admonere videbatur. Sic etiam Cl. Scriverius, niſi quod aliter paulo diſtinguit. *Gronovius.*

10 *Gorgonius amabiliſſimus*] Scriptus: *amabillimus.* Quod annotandum duxi, quia & olim obſervavimus in Palladio mss. codices habere, *utillimus.* Cæterum huc trajiciendam exiſtimo vocem *ſtultorum*, quæ ſuperius locum non ſuum occupavit. Nam illud epitheton ſolum rem non implet, & videtur idem voluiſſe dicere, quod Controv. 34. *quod genus ſtultorum amabiliſſimum eſt.* Omnia ſic concipienda: *Hybreæ diſertiſſimi viri filio, male apud ſe cauſſam agenti* ἀτίμων πατέρων, *cum in quadam poſtulatione Hybreas patris locum ad literam omnibus agnoſcentibus diceret; age, inquit, non putas,* &c. *noſtra? Gorgonius, amabillimus ſtultorum, in hac ſuaſoria, dixit duas res, quibus ſtultiores ne ipſe quidem unquam dixerat.* In ſcripto pro illis verbis, *Hybreas de paritate,* erat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

res, quibus ſtultiores ne ipſe quidem unquam dixerat. unam in principio. nam cum cœpiſſet ſcholaſticorum frequentiſſimo jam more à jurejurando, & dixiſſet multa: Ita quamprimum tantum timeat, quantum poteſt, ita aut totus vivat Cicero, aut totus moriatur, ut ego quæ hodie pro Ciceronis ingenio dixero, nulla pactione delebo. Alteram rem dixit, cum exempla referret eorum qui fortiter perierant: Juba & Petreius, mutuis vulneribus concurrerunt, & mortes feneraverunt.

erat, *Hybreas partibus.* Adde A. Schottum. Nam qui laudat, *de patribus ſtultorum*, ideo quod Cicero fuerit ſtulti filii pater, is ipſe pater eſt infinitarum ſtultarum conjecturarum. *Grœvius.*

G R Æ C A,

Quibus hiatus omnes explentur, ut, quæ acceſſerint, appareant.

S u a s o r. I.

Ἰχὼρ οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσι. Qualis erat ſanguis manans è corpore Divum.

Ἀντιμυκτηρίσῃ. Viciſſim irrideat.

Διόνυσον. Bacchum.

Κύριε, ὁ Ζεὺς τὴν μητέρα σου Σεμέλην ἄπροικον εἶχε. Domine, Jupiter matrem tuam Semelen indotatam habuit.

ὈΚΤΑΒΊΑ ΚΑῚ ἈΘΗΝΑ͂ ἈΝΤΩΝΊΩι. Octavia & Minerva Antonio.

Τοῦτο οὐκ ἔστι Σιμόεις, οὐδὲ Γράνικος, τοῦτο εἰ μή τι κακὸν ἦν, οὐκ ἂν ὕστατον ἔκειτο. Oceanus Simois non eſt, neque Granicus, niſi malus erat, non in extremo eſſet poſitus.

Καὶ διὰ τοῦτο μέγιστόν ἐστιν, ὅτι αὐτὸ μὲν μετὰ πάντα, μετὰ δὲ αὐτὸ οὐδέν. Et ipſum propterea maximum, quia quidem poſt omnia, poſt ipſum vero nihil.

Βούλεσθ᾽ ὦ νεολαία πλείους ἡλίους; δύο Ἑλλησποντίαις ἠόσιν ἐφεστῶτες. οἱ δὲ ἐπὶ τῷ Παμφυλίῳ πελάγει τὴν ἐμπρόθεσμον προσδοκῶμεν ἄμπωσιν; Οὐδὲ Εὐφράτης τοῦτ᾽ ἔστιν, οὐδὲ Ἰνδὸς, ἀλλ᾽ ἔστι μυστήριον, εἴτε φύσεως ὅρος, εἴτε πρεσβύτατον στοιχεῖον, εἴτε γένεσις θεῶν πρώτων ἐστὶν, ἢ καὶ ἁπλῶς ὕδωρ. Vultisne, ô Juvenes, plures Soles? Duo præfecti Helleſpontiacis litoribus. Qui vero in mari Pamphylio terminum datum exſpectemus æſtuarium vadoſum? Neque Euphrates hic eſt, neque Indus, ſed arcanum quid, ſive naturæ limes, ſive antiquiſſimum Elementum, ſive ortus primorum Deorum eſt, vel ſimpliciter aqua.

Ἐντεῦθεν ναῦς ἐκ μιᾶς φορᾶς εἰς ἀνατολὰς, ἔνθα δὲ εἰς τὰς ἀοράτους δύσεις. Hinc navis ex uno curſu in Orientem, inde ad inaſpectabiles Occaſus.

Ὄρεος

Ὄρεος ὄρος ἀποστήσατε. Montis verticem auferte.

Κὰρ καιρεία βάλλεται μέσος. Caput faſcia mittitur medius.

Ὑγίαινε γῆ, ὑγίαινε Ναῒ ἐμά· κέλομαι γάρ· ἆρ' οἴσει τὰ ὄσσε; Vale terra, vale Naïs mea : jubeo enim : num ferent oculi?

SUASOR. II.

Οὕτως ἀριστᾶτε, ὡς ἐν ᾅδου δειπνήσοντες. Sic prandete, tanquam apud inferos cœnaturi.

Τί σὺ φεύγεις εἰς εὐτελῆ τείχη; Quid tu fugis in tenues muros?

SUASOR. IV.

Οἷον ἔσχηκε Βαβυλὼν μάντιν ὀχύρωμα. Qualem habuit Babylon vatem pro munimento.

SUASOR. VII.

Ἀτίμων πατέρων. al. ἀλιμήτων πατέρων. Infamium parentum. *Alii* ἀγνωμόνων, dementium, ſeu indoctorum.

INDEX CONTROVERSIARUM.

Lib. I.

Procemium ad Novatum, Senecam & Melam, filios, quo ſuam prædicat memoriam, mox & Porcium Latronem laudat.

I. *Patruus abdicatus.*
II. *Sacerdos proſtituta.*
III. *Inceſta de ſaxo.*
IV. *Vir fortis ſine manibus.*
V. *Raptor duarum.*
VI. *Archipiratæ filia.*
VII. *Tyrannicida à piratis dimiſſus.*
VIII. *Ter fortis.*

Lib. II.

Præfatio de Fabiano Philoſopho, Arellii Fuſci & Blandi diſcipulo, ad Melam F.

IX. *Adoptandus poſt tres abdicatos.*
X. *Jusjurandum mariti & uxoris.*
XI. *Raptor patrem ſuum non exorans.*
XII. *Nepos ex meretrice ſuſceptus.*
XIII. *Torta à tyranno pro marito.*
XIV. *Pater & filius luxurioſi.*
XV. *Peregrinus negotiator.*

LIB. III.

Proœmium de Albutio Silone, & quædam de Gallione.

XVI. *Ab archipirata filio dimiſſus.*
XVII. *Popilius Ciceronis interfector.*
XVIII. *Ter abdicatus venenum terens.*
XIX. *Mater cæca filium retinens.*
XX. *Quinquennis teſtis in procuratorem.*
XXI. *Dementiæ accuſatur, qui ſervo filiam junxit.*
XXII. *Cavete proditionem.*
XXIII. *Mutanda optio raptore convicto.*

LIB. IV.

Præfatio, de Montano Votieno, & Porcio Latrone, ac declamandi ratione.

XXIV. *Cimon ingratus Calliæ.*
XXV. *Flaminius inter cœnam reum puniens.*
XXVI. *Expoſitum repetens à duobus.*
XXVII. *A filio in arce pulſatus.*
XXVIII. *Privignus ab avo raptus novercæ.*
XXIX. *Filia conſcia in veneno privigni.*

LIB. V.

Proœmium de Scauro, Labieno Muſa, Oſcho, Sparſo, C. Silone, Turrio, Clodino patre & filio, & de libris exuſtis Labieni, & de Scauri orationibus.

XXX. *Lugens pauperis filius, divitem ſequens.*
XXXI. *Vir fortis non cedens forti patri.*
XXXII. *Demens quod mori coëgerit filiam.*
XXXIII. *Debilitans expoſitos, ſeu mendici debilitati.*
XXXIV. *Parrhaſii Prometheus.*
XXXV. *Fur accuſator proditoris.*

M. AN-

M. ANNÆI SENECÆ RHETORIS, CONTROVERSIARUM

LIBER PRIMUS.

Seneca Novato, Senecæ, Melæ, Filiis, ſalutem.

EXigitis rem magis jucundam mihi, quam facilem. Jubetis enim, quid de his declamatoribus ſentiam, qui in ætatem meam inciderunt, indicare, & ſi qua memoriæ meæ nondum elapſa ſunt, ab illis dicta colligere: ut quamvis notitiæ veſtræ ſubducti ſunt, tamen non credatis tantum de illis, ſed etiam judicetis. Eſt, fateor, jucundum mihi, redire in antiqua ſtudia, melioreſque ad annos reſpicere, & vobis querentibus quod tantæ opinionis viros audire non potueritis, detrahere ipſam temporum injuriam. Sed cum multa jam mihi ex me deſideranda ſenectus fecerit, oculorum aciem retuderit, aurium ſenſum hebetaverit, nervorum firmitatem fatigaverit: inter ea quæ retuli, memoria eſt, res ex omnibus partibus animi maxime delicata & fragilis: in quam primam ſenectus incurrit. Hanc aliquando in me floruiſſe, ut non tantum ad uſum ſufficeret: ſed in miraculum uſque procederet, non nego. [1] Nam & duo millia nomi-

CONTR. I. 1 *Nam & duo millia*] Idem fere B. Auguſtinus de quodam Simplicio narrat, cap. 7. lib. 4 de anima, & ejus origine ad Vincentium. *N. Faber.*

2 Quic-

nominum recitata, quo ordine erant dicta, reddebam: & ab his, qui ad audiendum præceptorem noſtrum convenerant, ſingulos verſus à ſingulis datos, cum plures quam ducenti efficerentur, ab ultimo incipiens uſque ad primum recitabam. Nec ad complectenda tantum, quæ vellem, velox erat mihi memoria: ſed etiam ad continenda, quæ acceperat. Nunc autem & ætate quaſſata, & longa deſidia, quæ juvenilem quoque animum diſſolvit, eo perducta eſt, ut etiam ſi poſſit aliquid præſtare, tamen promittere non poſſit: & diu ab illa nihil repetivi. Solebat bonæ fidei eſſe. Nunc quia jubetis, quid poſſit experiar; & illam cum cura ſcrutabor. Ex parte enim ſpero bene. Nam quæcumque apud illam aut puer, aut juvenis depoſui, quaſi recentia, & modo audita ſine cunctatione profert. At ſi qua illi intra proximos annos commiſi, ſic perdidit & amiſit, ut etiam ſi ſæpius ingerantur, totiens tanquam nova audiam. Itaque ex memoria, quantum vobis ſatis ſit, ſupereſt. Neque enim de his interrogatis, quos ipſi audiſtis: ſed de his, qui ad vos uſque non pervenerunt. Fiat quod vultis: mittatur ſenex in ſcholas. Illud neceſſe eſt impetrem, ne me quaſi certum aliquem ordinem velitis ſequi, in contrahendis quæ mihi occurrent. Neceſſe eſt enim per omnia ſtudia mea errem, & paſſim, [2] quicquid obvenerit, apprehendam.

Con-

2 *Quicquid obvenerit apprehendam. Controverſiarum ſententias*] Ita plane omnes veteres, & recte. Nec enim quis in Controverſiis diſponendis ordinem requireret, quæ cum inter ſe nullam connexitatem habeant, quomodo collocentur non multum intereſt. at ſententiis, in una eademque declamatione dictis, ut quo ordine prolatæ eſſent ponerentur, è re fortaſſe fuiſſet. quod tamen cur non præſtiterit, indicat. Porro ſententias ex Rhetorum ſcholis hoc loco & fere ſemper his libris, non γνώμας ſed lumina orationis præcipue in clauſulis poſita, velut B. Hieronymus ad Nepotianum per fines capitulorum ſingulorum acuta quædam breviterque concluſa, quæ plauſus & clamores excitent audientium, intelligit. quæ etiam idem auctor epiſt. ad Pammachium argutas ſententiolas in clauſulis ſtrictas dicit. Juvenalis Satyra 8.

Quod modo propoſui, non eſt ſententia, verum eſt.

id eſt, non ut acute dictum & aures titillans propoſui. Plura Quinctilianus cap. 5. lib. 8. N. *Faber.* Membrana Rottendorffii: *& paſſim, quicquid obvenerit controverſiarum, aſſerente memoria apprehendam. Sententias forte.* Quod cum Gruterus quoque invenerit ad

mar-

Controverſiarum ſententias forte ponam pluribus locis in una declamatione dictas. Non enim dum quæro, aliquid invenio: ſed ſæpe, quod quærenti non comparuit, aliud agenti præſto eſt. Quædam vero quæ obverſantia mihi, & jam ex aliqua parte ſe oſtendentia non poſſum occupare, eadem ſecuro & repoſito animo ſubito emergunt. Aliquando etiam ſeriam rem agenti & occupato, ſententia diu fruſtra quæſita intempeſtive moleſta eſt. Neceſſe eſt ergo me ad delicias componam memoriæ meæ, quæ mihi jam olim precario paret. Facitis autem, juvenes mei, rem neceſſariam & utilem, quod [3] non contenti exemplis ſeculi veſtri, prioris quoque vultis cognoſcere. Primum, quia, quo plura exempla inſpecta ſunt, [4] plus in eloquentiam proficitur. Non eſt unus, quamvis præcipuus ſit, imitandus: quia nunquam par fit imitator auctori. Hæc natura eſt rei: [5] Semper citra veritatem eſt ſimilitudo. Deinde ut poſſitis æſtimare, in quantum quotidie ingenia decreſcant: &, neſcio qua iniquitate naturæ, eloquentia ſe retro tulerit: quicquid Romana facundia habet, quod inſolenti Græciæ aut opponat, aut præferat, circa Ciceronem effloruit. Omnia ingenia, quæ lucem noſtris ſtudiis attulerunt, tunc nata ſunt. In deterius deinde quotidie data res eſt: ſive luxu temporum; nihil eſt enim tam mortiferum ingeniis, quam luxuria: ſive cum præmium pulcherrimæ rei cecidiſſet, tranſ-

marginem Pal. codicis eadem manu annotatum, rejicere non auſim. *Gronovius.*

3 *Non contenti exemplis ſeculi veſtri, prioris*] Membranæ Voſſii: *priores quoque vultis cognoſcere.* Quod malo: & agnoſco mutatum ab illis, qui non videbant hanc vocem ad rem intellectam referri, nempe *declamatores*, non ad vocabulum, quod præceſſit, *exemplis*: hoc enim illi ſignificantur. *Idem.*

4 *Plus eloquentiæ proficitur*] Meorum tres, *in eloquentia.* quart. *plus me loquentia.* Medium non diſplicet. Sic Gruterus. Et ſane medium illud etiam eſt in Frobeniana Eraſmi. Sed membranæ Voſ. & Hug. *plus in eloquentiam proficitur.* Et hoc mihi cum dulcius, tum verius. Quintilianus, lib. 1. Inſtit. cap. 1. *Hoc per ſingulos annos prorogatum in ſummam proficit.* Noſter, præfat. lib. 2 Controv. *Sed proderit tibi in illa, qua tota mente agitas, declamandi exercitatio.* Ovidius: *ſed adhuc in damna profectum eſt.* Tacitus ſecunda hiſtoria: *tanta mole belli nihil in ſummam profutura, ipſi exitioſa.* Idem.

5 *Semper citra veritatem eſt ſimilitudo*] Quinctilianus cap. 2. lib. 10. N. *Faber.*

tranſlatum eſt omne certamen ad turpia, multo honore quæſtuque vigentia: ſive fato quodam, cujus maligna perpetuaque in omnibus rebus lex eſt, ut ad ſummum perducta, rurſus ad infimum, velocius quidem quam aſcenderant, relabantur. Torpent ecce ingenia deſidioſæ juventutis, nec in ullius honeſtæ rei labore vigilatur. Somnus languorque, ac ſomno & languore turpior, malarum rerum induſtria, invaſit animos. [6] Cantandi, ſaltandique nunc obſcœna ſtudia effœminatos tenent: & capillum frangere, & ad muliebres blanditias vocem extenuare, mollitie corporis certare cum fœminis, immundiſſimis ſe excolere munditiis, noſtrorum adoleſcentium ſpecimen eſt. Quis æqualium veſtrorum, quid dicam ſatis ingenioſus, ſatis ſtudioſus, immo quis ſatis vir eſt? Emolliti, [7] enerveſque, quod nati ſunt, inviti manent: expugnatores alienæ pudicitiæ, negligentes ſuæ. [8] In hos nec Dii tantum mali permittant, ut cadat eloquentia: quam non mirarer, niſi animos, in quos ſe conferret, eligeret. Erratis, optimi juvenes, niſi illam vocem non M. Catonis, ſed oraculi creditis. Quid enim eſt oraculum? Nempe voluntas divina, hominis ore enuntiata. Et quem tandem antiſtitem ſanctiorem invenire ſibi divinitas potuit, quam Catonem, per quem humano generi non præciperet, ſed convicium faceret? Ille ergo vir quid ait? Orator eſt, Marce fili, [9] vir bonus, dicendi peritus. Ite nunc, & in iſtis vulſis atque expolitis,

6 *Cantandi ſaltandique nunc*] Mem. Rot. *Cantandi pſallendique.* Suetonius Tito, cap. 3. *ne Muſicæ quidem rudis, ut qui cantaret & pſalleret jucunde ſcienterque.* Gronovius.

7 *Enerveſque, quod nati ſunt*] Hieronymus in Rhetorum ſcriptis maxime verſatus, Epiſt. ad Euſt. de cuſtodienda virginitate, ad hunc locum reſpexit, cum ſcripſit, *Erubeſcunt eſſe quod natæ ſunt.* & propius lib. 1 in Jovin. *ob mei cultum quod nati ſunt eſſe noluerunt.* N. Faber.

8 *In hos nec dii tantum mali permittant*] Nec Gruteri, nec quos ego vidi, habent τὸ *permittant.* Memb. quoque Rot. *In hos*, i. *tales effeminatos. nec dii tantum mali. ſc. velint, vel permittant, ut cadat* &c. Deleatur itaque & intellectui reſervetur. Frequens hujus modi ellipſis in votis aut deteſtationibus. *Gronovius.*

9 *Vir bonus*] Quinctilianus cap. 1. lib. 12. Plato in Gorgia: τὸν γὰρ μέλλοντα ὀρθῶς ῥητορικὸς ἔσεσθαι, δίκαιον ἄρα δεῖ εἶναι, καὶ ἐπιστήμονα τῶν δικαίων. Herennius

politis, & nuſquam niſi in libidine, viris, quærite oratorem. Merito talia habent exempla qualia ingenia. Quis eſt, qui nunc memoriæ ſtudeat? Quis, qui non dico [10] magnis viribus, ſed ſuis placeat? Sententias à diſertiſſimis viris factas, facile in tanta hominum deſidia pro ſuis dicunt: & ſacerrimam eloquentiam, quia præſtare non poſſunt, violare non deſinunt. Eo libentius, quod exigitis, faciam. Et quæcumque à celeberrimæ facundiæ viris dicta teneo, ne ad quemquam privatim pertineant, populo dedicabo. [11] Ipſis quoque multum præſtaturus videor, quibus oblivio imminet, niſi aliquid tradatur poſteris, quo memoria eorum producatur. Fere enim aut nulli commentarii maximorum declamatorum extant: aut, quod pejus eſt, falſi. Itaque ne aut ignoti ſint, aut aliter quam debeant, noti, ſumma cum fide ſuum unicuique reddam. Omnes autem magni in eloquentia nominis, excepto Cicerone, videor audiſſe. Nec Ciceronem quidem [12] ætas mihi eripuerat, ſed bellorum civilium furor, qui tunc totum orbem pervagabatur, intra coloniam meam me continuit. Alioquin [13] in illo atriolo, [14] in quo duos grandes prætextatos ait ſecum

rennius tamen Senecio maluit ſatyrice hanc Catonis definitionem invertere, oratoremque definire virum malum dicendi imperitum. Plinius ep. lib. 4. *N. Faber.*

10 *Magnis viribus, ſed ſuis placeat*] Aſſentior iis quicunque ſint qui ad oram editionis Germanicæ adnotarunt forte legendum, *Magnis viris.* mollitiem igitur inertemque virilitatem juventutis perſtringit. *Idem.*

11 *Ipſis quoque multum præſtaturus videor*] Ignorat τὸ *multum*, deinde *ut* pro *niſi* Rot. hoc modo: *Ipſis quoque præſtaturus videor, quibus oblivio imminet, ut aliquid tradatur poſteris.* Gronovius.

12 *Ætas mihi eripuerat*] Probat ex hoc loco, aliiſque paſſim Lipſius, auctorem Controverſiarum iſtarum patrem potius Senecæ ſuperioris, quam ipſum Senecam; cujus videſis argumenta lector, lib. & cap. 1. Elect. ſunt enim plura quam ut exſcribam. addatur & Alciatus lib. 4. cap. 14. Parerg.

13 *In illo atriolo*] Eadem fere Suetonius de claris Rhet. *Cicero ad præturam uſque Græce declamavit: Latine vero ſenior quoque, & quidem conſulibus Hirtio, & Panſa, quos diſcipulos, & grandes prætextatos vocabat.* in aliqua fortaſſe epiſtola, quæ interciderit. nam apud Ciceronem hæc nunc quæri exiſtimo. & quidem epiſt. 16. lib. 9. ad Varronem, & alios ſcripta Julio Cæſare 3. & M. Lepido Coſſ. Hirtium & Panſam dicendi diſcipulos, cœnandi magiſtros ſe habere dicit. Quo tempore quia locus ei non erat in foro, ad declamandum ſe contulit. epiſt. 18. ejuſdem lib. & ult. lib. 7. Miror autem ſi Panſa & Hirtio Coſſ. ipſis. Reip.

cum declamare ſolitos, potui illud ingenium, quod ſolum populus Romanus par imperio ſuo habuit, cognoſcere: &, quod vulgo de alio dici ſolet, ſed de illo proprie debet, [15] potui vivam vocem audire. Declamabat autem Cicero, [16] non quales nunc Controverſias dicimus, nec tales quidem, quales ante Ciceronem dicebantur, quas theſes vocabant. Hoc enim genus materiæ, quo nos exercemur, adeo novum eſt, ut nomen quoque ejus novum ſit. Controverſias nos dicimus: Cicero cauſas vocabat. Hoc vero alterum nomen Græcum quidem eſt, [17] ſed in Latinum ita tranſ-

principibus, & Ciceroni in tanta omnium rerum & animorum perturbatione ludere vacavit. Quare vereor ne hic integra dictio pro nota accepta ſit. & cum ſcripſiſſet Suetonius, *& quidem cum Hirtio & Panſa*, exſcriptores legerint *Conſulibus*. N. Faber.

14 *In quo duos grandes prætextatos*] Membranæ Voſſ. *duo*. Recte. vide quæ ad Livium. *Gronovius*.

15 *Potui vivam vocem*] Sic Lycoſthenes Demoſthenem dicebat *μόνον τῶν ῥητόρων ἔμψυχον παρέχειν, οὐ σφυρήλατον τὸν λόγον*. Lucianus in Demoſth. Encomio. *N. Faber*.

16 *Non quales*] Veteres Rhetores in virtutum ac vitiorum, paupertatis, divitiarum, cæterarumque id genus rerum laudationibus: vituperiis quæ vel quæſtionibus generalibus ex Philoſophia morali deſumptis citra complexum perſonarum, temporum aut locorum ſeſe exercuerunt aſſumpta tamen à Dialecticis argumentandi ratione. Propria enim quæ ex perſonis, rebus, negotiorumque natura ducitur, uti non potuerunt: hancque primam & diu ſolam exercitationem habuerunt. Circa Demetrii Phalerei tempora, hoc eſt, circa Olymp. 117. annumque urbis 440. ad imitationem fori conciliorumque Suaſoriæ, judicialeſque perſonis, locis, temporibus definitæ, negotiiſque accommodatæ materiæ in ſcholis frequentari cœperunt. Quas etiam Latini tandem admiſſis puero Cicerone in urbem Rhetoribus, L. Plotio Gallio primum Latine docente, declamitarunt. Hoc declamationum genus Controverſias, ſive cauſas: illud vero theſes à propoſita materia nuncuparunt. Suetonius notat συντάξεις, vel, ut vetus Cl. V. P. Pithœi liber habet, συνθέσεις. Controverſias dictas fuiſſe, niſi potius legendum eſſet ὑποθέσεις, quo nomine à Græcis appellantur. Quæ primum autem controverſiæ declamatæ fuerunt, vel ex hiſtoriis trahebantur, vel ex veritate ac re ſi qua forte recens accidiſſet: taleſque à Cicerone, Hortenſio, Calvo, cæteriſque ejus ſæculi luminibus frequentatæ fuerunt. Hujus generis fuit illa Bruti pro Milone, Ceſtii in Milonem, ſuntque etiamnum illæ de ordinanda Rep. Salluſtio, & in Salluſtium Ciceroni attributæ declamationes, quæ & in veteribus exemplaribus ſic inſcribuntur. Quamvis legerimus Ciceronem jam in Rep. principem, theſibus etiam exerceri ſolitum. Tandem luxuriantibus ingeniis, & vulgaria conſuetaque faſtidientibus in materias à veritate & uſu forenſi abhorrentes, velut ad inania ſimulachra & mera ſomnia deflexerunt: quales in his libris, & apud utrumque Quinctilianum pleræque, & quæ ab Hermogene & Sopatro proponuntur. Hæc ex Quinctiliani cap. 1. & 3. lib. 5. lib. 10.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

tranſlatum, ut pro Latino ſit, Scholaſtica, controverſia multis recentius eſt, ſicut ipſa declamatio. apud nullum auctorem antiquum, ante ipſum Ciceronem, & Calvum, inveniri poteſt, qui declamationem diſtinguit. Ait enim, Declamare eſt, jam non mediocriter dicere. Bene alterum putat [18] domeſticæ exercitationis eſſe, alterum veræ actionis. Modo nomen hoc prodiit. Nam & ſtudium ipſum nuper celebrari cœpit. Ideo facile eſt mihi ab incunabulis noſſe rem poſt me natam. In aliis autem an beneficium vobis daturus ſim, neſcio: in uno accipio. [19] Latronis enim Porcii, cariſſimi mihi ſodalis, memoriam ſæpius cogar retractare, & à prima pueritia uſque ad ultimum ejus diem perductam familiarem amicitiam cum voluptate maxima repetam. Nihil illo viro gravius, nihil ſuavius, nihil eloquentia ſua dignius. Nemo plus ingenio ſuo imperavit: nemo plus indulſit. In utraque parte vehementi viro modus deerat: nec intermittere ſtudia ſciebat, nec repetere. Cum ſe ad ſcribendum concitaverat, jungebantur noctibus dies: & ſine intervallo gravius ſibi inſtabat, nec deſinebat, niſi defecerat. Rurſus cum ſe dimiſerat, in omnes luſus & in omnes jocos ſe reſolvebat. Cum vero ſe ſilvis montibuſque tradiderat, omnes illos agreſtes in ſilvis ac montibus

lib. 10. & aliis locis, Suetonii lib. de claris rhet. & Taciti dialogo excerpſimus. N. *Faber.*

17 *Sed in Latinum tranſlatum*] Petrus Faber, applaudente Grutero: *in Latium.* Sed illud confirmat auctor præfat. 5. *Ille Paſſieno, prima ejus ſyllaba in Græcum mutata, obſcœnum nomen impoſuit.* Controv. 24. *Fuſcum, cum hæc à diſcipulis ſententia ei objiceretur, non inficiari, tranſtuliſſe ſe eam in Latinum.* Controv. 33. *quam facilis Græcæ eloquentiæ in Latinum tranſitus ſit.* Mox error in diſtinctione eſt in omnibus libris editis, ſcribendumque: *ut pro Latino ſit, Scholaſtica, Controverſiâ multo recentius eſt, ſicut ipſa Declamatio.* De quo inferius ad Controverſiam undecimam. *Gronovius.*

18 *Domeſticæ exercitationis*] Quinctilianus cap. 2. & 11. lib. 2. declamationem judiciorum conciliorumque imaginem vocat. N. *Faber.*

19 *Latronis enim Porcii*] M. Porcius Latro genere Hiſpanus, *primus clari nominis*, inquit Quinctilianus, *profeſſor*, vel ut ait Plinius, *clarus inter dicendi magiſtros*, Judicio noſtri Senecæ tot egregiis declamatoribus qui fecundum ingeniis, Auguſti ſæculum illuſtrarunt, gloriam præripuit. Volateranus cujuſdam Maximi diſcipulum facit, vereor ne Marillium dicere voluerit, quem cum noſtro auctore audivit, ejus mors exſtat in Euſebii Chronico ad Olymp. 194. *Idem.*

bus natos, laboris patientia ac venandi ſolertia provocabat: & in tantam ſic vivendi pervenerat cupiditatem, ut vix poſſet ad priorem conſuetudinem retrahi. At cum ſibi manum injecerat, & ſe blandiendo, unde abduxerat, revocarat, tantis viribus incumbebat in ſtudium, ut non tantum nihil perdidiſſe, ſed multum acquiſiviſſe deſidia videretur. Omnibus quidem prodeſt, ſubinde animum relaxare. Excitatur enim otio vigor: & omnis triſtitia, quæ continuatione pertinacis ſtudii adducitur, feriarum hilaritate diſcutitur. Nulli tamen intermiſſio manifeſtius proderat. Quotiens ex intervallo dixerat, multo acrius violentiuſque dicebat. Exultabat enim novato & integrato robore: & tantum à ſe exprimebat, quantum concupierat. Neſciebat diſpenſare vires ſuas, ſed immoderati adverſum ſe imperii fuit. Ideoque ſtudium ejus prohiberi debebat, quia regi non poterat. Itaque ſolebat & ipſe, cum ſe aſſidua & nunquam intermiſſa contentione fregerat, ſentire ingenii laſſitudinem: quæ non minor eſt quam corporis, ſed occultior. Corpus illi erat & natura ſolidum & multa exercitatione duratum. [20] ideoque nunquam ardentis impetus animi deſeruit. Vox robuſta, ſed ſordida lucubrationibus, & negligentia, non natura, infuſcata; beneficio tamen laterum extollebatur: & quamvis inter initia parum attuliſſe virium videretur, ipſa actione accreſcebat. Nulla unquam illi cura vocis exercendæ fuit. Illum fortem, agreſtem, & Hiſpanæ conſuetudinis morem non poterat dediſcere: utcumque res tulerat, ita vivere: nil vocis cauſa facere: non illam per gradus paullatim ab imo uſque ad ſummum perducere, non rurſus à ſumma contentione paribus intervallis deſcendere, non ſudorem unctione diſcutere, non latus ambu-

20 *Itaque nunquam eum ardentis*] Corpus robuſtum cauſſa non eſt, cur impetus animi ſtet duretque: poteſt enim quamvis robuſto corpori animus impar ineſſe. Ergo recte in membranis Voſſ. & Hug. abeſt τὸ *eum*. *Itaque nunquam ardentis impetus animi deſeruit*. nempe illud ſolidum corpus. *Impetus* plurale eſt accuſandi caſu. Statius: *odi artus fragilemque hunc corporis uſum Deſertorem animi.* Gronovius.

21 *Jam*

ambulatione reparare. Sæpe cum per totam lucubraverat noctem, ab ipſo cibo ſtatim ad declamandum perveniebat. [21] Jam vero cum rem inimiciſſimam corpori faceret, vetari nullo modo poterat. Poſt cœnam fere lucubrabat, nec patiebatur alimenta per ſomnum quietemque æqualiter digeri, ſed perturbata & diſſipata in caput agebat. [22] Itaque & oculorum

21 *Jam vero cum rem*] Lege: *quin rem inimiciſſimam corporis faceret.* Gronovius.

22 *Itaque & oculorum aciem contuderat*] Sic receptum eſt, ex quo Schottus profeſſus eſt ſe multo ſic malle quam *confuderat*, ut olim legebatur. At hoc modo etiam membrana utraque: neque fuit mutandum. Lucius filius, de Ira, 3, 9. *Confuſis oculis proſunt virentia, & quibuſdam coloribus infirma acies acquieſcit, quorundam ſplendore præſtringitur.* Eoſdem Cicero vocat *conturbatos*, ut hæc duo verba in aliis quoque ſynonyma. Lib. 3. Tuſcul. *quemadmodum oculus conturbatus non eſt probe adfectus ad ſuum munus fungendum.* Cornutus in Perſium: *oculi autem oleo tacti perturbantur ad tempus: & tamen hoc tormentum nimio ſilentio ſuſtinebat, ut turbatis oculis ad ſcholam non iret.* Neque & re & vocabulo *confuſi* valde abſunt à *ſuffuſis*, quorum toties meminit. De Ira, lib. 2. cap. 36. *Alii nimio fervore rupere venas, & ſanguinem ſupra vires elatus clamor egeſſit, & luminum ſuffudit aciem in oculos vehementius humor egeſtus.* De Clementia, 2, 6. *Imbecilles oculos ſcias, qui ad alienam lippitudinem & ipſi ſuffunduntur.* Epiſt. 58. *Quomodo oculos major & perfecta ſuffuſio excæcat, ſic modica turbat.* Epiſt. 94. *Cujus curata ſuffuſio eſt, is non protinus, cum viſum recepit, aliis quoque poteſt reddere.* Nec vero *glaucoma* ſemper appellat Plinius, ut nonnullis notatum, ſed & ipſe Latino vocabulo utitur. Lib. 8, 50. *Oculos capra ſuffuſos junci puncto ſanguine exonerat, caper rubi.* Lib. 28, 8. *Lippitudini fel hyænæ prodeſſe illitum frontibus, aut ne omnino lippiatur, decoctum cum mellis Attici cyathis tribus & croci uncia illitum: ſic & caligines diſcuti & ſuffuſiones.* Ibidemque: *Crocodileam vocant, oculorum vitiis utiliſſimam, cum porri ſucco inunctam, & contra ſuffuſiones vel caligines.* Lib. 32, 4. *Terreſtrium teſtudinum carnes ſuffuſionibus proprie magiciſque artibus refutandis.* Et ſæpius. Ex quibus omnibus, credo, evincam, non aliter ſcribendum eſſe apud Ulpianum, l. 63. locati: *Si ſutor puero parum bene facienti forma calcei tam vehementer cervicem percuſſerit, ut ei oculus ſuffunderetur, ex locato eſſe actionem patri ejus.* Vulgo *effunderetur:* quod Latine foret, è capite excideret: quod quidem ictu tali fieri naturalis ratio non patitur. At in l. 5. ad L. Aquiliam, *perfunderetur*, poſſum tolerare: etſi uſitatius, *ſuffunderetur*, dixiſſet. Radulphus Fornerius, qui utrobique legendum contendit, *effoderetur*, multum laborabit, ut oſtendat nobis ullo ictu cervicis aut occipitis erui, exſculpi, effodi oculum. Percuſſio capitis poſterioris vehemens humorem egerere poteſt, ut loquebatur Seneca, in oculos, atque ita poſſunt *ſuffundi*, *perfundi*, *confundi*, non *effodi* neque educi. Marcilius ad explicandum vulgatum adfert ex Aëtio: *oculi totius prolapſio ex vehementi capitis plaga.* Sed eam plagam fieri credibile eſt in partibus oculo vicinis, non in cervice. Sane & *offunderetur* poſſet legi: quemadmodum alibi *caligo offuſa*, *terror offuſus:* ſed video, cum de morbo loquuntur oculorum, veteres altero maluiſſe uti. *Idem.*

lorum aciem confuderat, & [23] colorem mutaverat. Memoria & natura quidem felix, ſed plurimum adjuta arte. Nunquam ille quæ dicturus erat, ediſcendi cauſa relegebat. Edidicerat illa, cum ſcripſerat, cum id in illo magis mirabile videri poſſit, quod nec lente & anxie, ſed eodem pene, quo dicebat, impetu ſcribebat. At illi qui ſcripta ſua torquent, qui [24] de ſingulis verbis in conſilium eunt, neceſſe eſt, quæ totiens animo ſuo admoverint, noviſſime affigant. At quorumcumque ſtilus eſt velox, tardior memoria eſt. In illa non tantum naturalis memoriæ felicitas erat, ſed ars ſumma, & ad apprehendenda, quæ tenere debebat, & ad cuſtodienda; adeo ut omnes declamationes ſuas, quaſcumque dixerat, teneret. Jam itaque ſupervacuos ſibi fecerat codices. Aiebat ſe ſcribere in animo. Cogitata dicebat ita, ut in nullo unquam verbo eum memoria deceperit. Hiſtoriarum omnium ſumma notitia: jubebat aliquem nominari ducem, & ſtatim ejus acta curſu reddebat. Adeo quæcumque in animum ejus ſemel deſcenderant, in promptu erant. Video vos, juvenes mei, plus juſto ad hanc ejus virtutem obſtupeſcere. Alia vos in illo mirari volo. Hoc quod tam vobis mirum videtur, non operoſa poteſt tradi arte. Intra

23 *Colorem mutaverat*] Plinius cap. 14. lib. 20. hiſt. natural. ejus diſcipulos uſu cumini ſylveſtris pallorem magiſtri ſtudiis contractum imitatos notat. N. *Faber*.

24 *De ſingulis verbis in conſilium veniunt*] *Ire* & *mitti in conſilium* novi tanquam verba ſignata de judicibus, *venire* non novi. Tantiſper igitur adhæreo membranaceo Voſſ. & libris antiquis Schotti, in quibus plane, *in conſilium eunt*. Cicero pro Quinctio: *quoniam tibi inſtat Hortenſius, ut eas in conſilium*. Lib. 1 in Verrem: *ſi poſt kalendas Januarias in conſilium iretur*. Pro Cluentio: *in conſilium erant ituri judices triginta*. Ad alterum eleganter alluſit L. Seneca de Benefic. 4. 11. *Ubi mors interclusit omnia, & ad ferendam ſententiam incorruptum judicem miſit*. Ubi Lipſius, quis mittit? quæſitor. Non accurate. Haud enim quæſitor mittit in conſilium, ſed actor vel accuſator. Cicero lib. 1 in Verr. *ita mittam in conſilium, ut etiamſi lex ampliandi faciat poteſtatem, tamen iſti turpe ſibi exiſtiment, non primo judicare*. Apud Valerium Maximum Cn. Piſo cum Manilium Criſpum reum ageret, interrogatus à Pompeio Manilii advocato, cur ſe quoque non accuſaret, *da*, inquit, *prædes reipublicæ, te, ſi poſtulatus fueris, civile bellum non excitaturum: etiam de tuo prius, quam de Manilii capite in conſilium judices mittam*. Noſter, Controverſ. 15. *A duobus vos teſtamentis in conſilium mitto*. Gronovius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Intra exiguum pauciſſimorum dierum tempus, poterit quilibet facere id, quod Cineas fecit: qui miſſus à Pyrrho legatus ad Romanos, poſtero die novus homo, & ſenatum, & omnem urbanam circumfuſam ſenatui plebem, nominibus ſuis perſalutavit. Aut quod ille fecit, qui recitatum à poëta carmen novum, ſuum eſſe dixit, & protinus memoria recitavit: cum hoc ille cujús carmen erat, facere non poſſet. Aut quod fecit Hortenſius, qui à Siſenna provocatus, in auctione perſedit diem totum, & omnes res, & pretia, & emptores ordine ſuo [25] argentariis recognoſcentibus, ita ut in nullo falleretur, recenſuit. Cupitis ſtatim diſcere? Suſpendam cupiditatem veſtram, & faciam alteri beneficio locum. Interim hoc vobis, in quo jam obligatus ſum, perſolvam. Plura fortaſſe videor de Latrone meo vobis, quam audire deſideratis, expoſuiſſe. Ipſe quoque hoc prævideram futurum, ut à memoria ejus, quotiens occaſio fuiſſet, difficulter avellerer. Tamen nec his contentus ero, ſed quotiens me invitaverit memoria, libentiſſime faciam, ut illum totum & vos cognoſcatis, & ego recognoſcam. [26] Illud unum non differam, falſam opinionem de illo in animis hominum convaluiſſe. Putant enim, fortiter quidem, ſed parum ſubtiliter eum dixiſſe: cum in illo, ſi qua alia virtus fuit, etiam ſubtilitas fuerit. Id, quod nunc à nullo fieri animadverto, ſemper fecit. [27] Antequam dicere inci-

25 *Argentariis recognoſcentibus*] Auctiones coram argentariis factas, qui in tabulis pretia adjectioneſque referebant, docent præter iſta Senecæ Quintilianus lib. 11. cap. 2. & Cicero pro Cæcinna. videatur Briſſonius lib. 1. de verb. ſign. lib. 6. de formul. & Torrentius ad Suetonii Neronem cap. 5.

26 *Illum unum non differam*] Membrana Rot. *Donum unum non differam.* Ita, inquam, habet bis: in contextu, & inter ſcholia. Et pro explicatione: *Hoc dicit Donum, quod ſupra Beneficium.* Nimirum quum ait: *Cupitis ſtatim diſcere. Suſpendam cupiditatem veſtram, & faciam alteri beneficio locum.* Et, *In aliis autem an beneficium vobis daturus ſim, neſcio: in uno accipio.* Hug. *recognoſcam illum. Donum illud non differam.* Idem notavit in Aug. codice Iſacius Pontanus. *Gronovius.*

27 *Antequam dicere inciperet*] Id nunc temporis ab omnibus factitatum eſt: proprie enim fuit diviſionis munus, unde etiam nomen accepit, poſtea ſucceſſorum negligentia in deſuetudinem abiiſſe notat, cum ait: *Nunc à nemine fieri video.* Et certe in declamationibus Quintiliani, quas P. Pithœus bono veterum auctorum natus reſtau-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

inciperet, ſedens, quæſtiones ejus quam dicturus erat controverſiæ proponebat, quod ſummæ fiduciæ eſt. Ipſa enim actio multas latebras habet: nec facile poteſt, ſi quo loco ſubtilitas defuerit, apparere: cum orationis curſus judicium audientis impediat, dicentis abſcondat. At ubi nuda proponuntur membra, ſi quid aut numero, aut ordine excidit, manifeſtum eſt. Quid ergo? Unde hæc de illo fama? Nihil eſt iniquius his qui nuſquam putant eſſe ſubtilitatem, niſi ubi nihil eſt præter ſubtilitatem: & in illo cum omnes oratoriæ virtutes eſſent, hoc fundamentum tot & tantis ſuperſtructis molibus obruebatur. Nec deerat in illo, ſed non eminebat. Et neſcio an maximum vitium ſubtilitatis ſit, nimis ſe oſtendere. Magis nocent inſidiæ, quæ latent. Utiliſſima eſt diſſimulata ſubtilitas, quæ effectu apparet, habitu latet. Interponam itaque aliquibus locis quæſtiones controverſiarum, ſicut ab illo propoſitæ ſunt. Nec his argumenta ſubtexam, ne & modum excedam, & propoſitum tam meum quam veſtrum, cum vos ſententias audire velitis, & quidquid ab illis abduxerit, moleſtum futurum ſit. Hoc quoque Latro meus faciebat, ut amaret ſententias. Cum diſcipuli eſſemus apud Marillium rhetorem, hominem ſatis aridum, pauciſſima belle, ſed non vulgato genere dicentem: cum ille exilitatem orationis ſuæ imputaret controverſiæ, & diceret, Neceſſe eſt me per ſpinoſum locum ambulantem ſuſpenſos pedes ponere: aiebat Latro, Non mehercules tui pedes ſpinas calcant, ſed habent. Et ſtatim ipſe dicebat ſententias, quæ interponi argumentis cum maxime declamantis Marillii poſſent. Solebat autem & hoc genere exercitationis uti, ut aliquo die [28] nihil præter epicheremata

reſtauravit, & Labanii *μελέταις* quotus quiſque ſermo, aut quota *προθεωρία* quæſtiones propoſitæ Controverſiæ exhibet? *N. Faber.*

28 *Nihil præter epicheremata*] Auctor ad Herennium lib. 2. argumentationem, epicherema Græcis eſſe dicit: ſed hoc ἐν πλάτει, cum enim ſit argumentatio argumenti explicatio, Enthymema argumentatio erit, & Epicheremate continebitur. quod & Apſinus lib. περὶ προοιμίου, & Minutianus ſive Nicagoras lib. περὶ ἐπιχειρημάτων voluere. Melius & ad hunc locum

remata ſcriberet, aliquo die nihil præter enthymemata, aliquo die nihil præter has tranſlatitias,[29] quas proprie ſententias dicimus, quæ nihil habent cum ipſa controverſia implicitum, ſed ſatis apte & alio transferuntur: tanquam quæ de fortuna, de crudelitate,[30] de ſeculo, de divitiis dicuntur. Hoc genus ſententiarum ſupellectilem vocabat. Solebat ſchemata quoque per ſe, quæcumque controverſia reciperet, ſcribere. Et putant illum homines hac virtute caruiſſe: cum ingenium quidem ejus hac dote abundaverit, judicium autem fuerit ſtrictius. Non placebat illi orationem inflectere, nec unquam recta via diſcedere: niſi cum hoc aut neceſſitas coëgiſſet, aut magna ſuaſiſſet utilitas. Schemata negabat

cum aptius Quintilianus, qui argumentatione, intenſione, aſſumptione, & connexione, earumque probationibus conſtantem vocavit: & Commentator librorum Hermogenis de inventione συλλογισμὸν μετὰ τῆς οἰκείας τῶν μερῶν ἀποδείξεως, Enthymema vero συνεστραμμένον λόγον ἀτελῆ καθ' ἓν ἀξίωμα definit, hoc enim eſt Enthymema maxime, inquit Cicero in Top. ſi ea ratio ex contrariis ducatur, quia enim acutiſſima eſt, & ut ait Hermogenes δόξαν δεινότητος τῷ λέγοντι περιτίθησι, per excellentiam Enthymema vocatur. Proprie igitur & ſignificanter Juvenalis Sat. 6 dixit:

—— aut curtum ſermone rotato
Torqueat Enthymema.

Nam præterquam quod συνεστραμμένος ἐστὶ λόγος, ejus perfectio eſt βραχύτης κώλων, καὶ εὐρυθμία κατὰ τὴν σύνθεσιν τῶν ὀνομάτων, quæ maxime auditorum animos feriunt. In his igitur duobus argumentationis generibus exercebatur Porcius. Qui de iis diverſas auctorum ſententias ſcire deſiderabit præter Apſinum, & Minucianum, legat Quintilianum cap. 10. & ult. lib. 5. Chirium Fortunat. lib. 2 Rhet. & Hermogenem lib. 3 de invent. *N. Fab.*

29 *Quas proprie ſententias*] Hoc loco ſententiæ γνῶμαι ſunt, quas inter προγυμνάσματα Rhetores habuerunt Aphthonius, & Theon in progymnaſmat. Quandoquidem in iis puer exercitatus eſſe deberet antequam Rhetori traderetur. Quod munus Grammaticos Rhetoribus præripuiſſe, Rhetoraſque contempſiſſe conqueritur Quintilianus cap. 1. lib. 2. Tranſlatitias autem dixit, vel quod apte ſatis alio transferantur: vel quia non novæ, ſed aliunde tranſlatæ eſſent. quemadmodum Aſconius tranſlatitium edictum, quod ſinguli prætores à deceſſoribus ſuis mutuatum in ſuum transferebant, à Cicerone 3 in Verrem dictum ſcribit, & à majoribus accepta conſuetaque tranſlatitia dicimus, quæ quia, ut plurimum, ex more potius, & dicis cauſa fiunt quam ex animo, quæ perfunctorie geruntur, tranſlatitia appellamus, ſic enim Plinius epiſt. 37. lib. 9. tranſlatitia officia, Suetonius tranſlatitium funus in Nerone, & Petronius tranſlatitiam humanitatem vocarunt. *Idem.*

30 *De ſeculo, de deliciis*] Membrana utraque, quatuor Gruteri & Pinciani codices: *de divitiis.* Quod utique recipiendum fuit: nam & hic nobilis declamatorum locus: ut liquet vel ex Controv. 9. & 25. tum ex nonnullis earum, quæ Quintiliano attribuuntur. *Gronovius.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

gabat decoris cauſa inventa, ſed ſubſidii: ut [31] quod palam aures offenſurum eſſet, ſi palam diceretur, id oblique & furtim ſurreperet. Summam quidem eſſe dementiam, detorquere orationem, cui rectam eſſe liceret. Sed jam non ſuſtineo vos morari. Scio quam odioſa res ſit Circenſibus pompa. Ab ea autem controverſia incipiam, quam primam declamaſſe Latronem meum memini, admodum juvenem, in Marillii ſchola, cum jam cœpiſſet diem ducere.

CONTROVERSIA I.

Patruus abdicans.

Lex eſt. *Liberi parentes alant, aut vinciantur.* Thema. *Duo fratres inter ſe diſſidebant: alteri filius erat: patruus in egeſtatem incidit: patre vetante, adoleſcens illum aluit. ob hoc abdicatus, tacuit. adoptatus à patruo eſt. patruus, accepta hereditate, locuples factus eſt. egere cœpit pater. vetante patruo, aluit illum. abdicatur.*

PRO ADOLESCENTE. *Porcii Latronis.* Quid mihi objicis? Puto luxuriam. Quicquid unquam immodeſta largitione effudimus, id omne conſumebatur in alimentum duorum ſenum. Cum vetaret me pater, aiebat: Ipſe mihi cum egerem, alimenta non dabat. Eo jam perductus erat, ut omnem ſpem ultimorum alimentorum in ea domo poneret, in qua habebat abdicatum & inimicum. Ecce oppreſſit increſcentem. quid acturus es? pluris tibi frater efferendus quam alendus eſt. Quis rogatus eſt? aut quis [1] fratrem tam locuples frater alere non poteſt? Miſerrimus

31 *Quod palam aures offenſurum*] Dele τὸ *palam.* Gronovius.

CONTR. I. 1 *Fratrem tam locuples*] Pal. *aut quid porro tam locuples.* quod non improbaverim. nam & Eraſmus, *aut quis porro tam loc.* Sic Gruterus. Aurelius: *quis rogandus eſt, aut quis porro.* Etiam ſcriptus Voſſianus prorſus, ut Pal. Itaque optimum erit legere: *Quiſquis rogatus eſt, ait: quid porro? tam locuples frater alere non poteſt?* Eodem genere loquendi Controv. 14. *Quid porro? domus noſtra luxurioſos duos non capit?* Controv. 16. *Quid porro? inquit. ego ſi fuiſſem, ad te non miſiſſem?* Simile illi eſt quod inferius: *Quiſquis* ali-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

rimus ſenex divitias ſuas, [2] & jam extremum blandimentum in ſtipem perdidit. Ipſe, inquit, me non aluit. Imitationem alienæ culpæ innocentiam vocas? Nec eo quidem æſtimas, quanta iſta crudelitas ſit: quod ſi quis fratrem non alit, nec à filio quidem alendus eſt? Quid adoptionem jactas? Tunc ad te veni, cum haberem divitem patrem. Parcius, quæſo, fratres. [3] Præſentes habemus deos. [4] Scis tuto te facere. etiam ſi abdicaveris, alam. Fatendum eſt crimen meum, tardius miſertus ſum. Iterum do pœnas: egeo. Parentibus meis, cum in cetera odium ſit, tantum in meam notam convenit. O felix ſpectaculum, ſi vos in gratiam poſſum reducere, faciam hoc, quod vultus quoque veſtri hortantur. Surgite patres, adeſte judices. alter mihi ex parentibus ſervatus, alter ſervandus eſt. porrigite mutuas manus in gratiam; me fœderi medium pignus addite. Inter duos contendentes, medius elidar. Ergo fame morientem videbo, per cujus cineres juraturus ſum? Omnis inſtabilis & incerta felicitas eſt. Quis crederet jacentem ſupra crepidinem Marium aut fuiſſe conſulem, aut futurum? Quid porro tam longe exempla repeto? [5] tamquam modo non ſit qui illum vidit. Quid non timendum felici-

alimenta à mendico rogatus eſt, nihil amplius, quam iter ei monſtrat: vade ad fratrem. Gronovius.

2 *Et jam extremum*] Suſpicor illud *jam* factum ex *miam*, quomodo breviter ſcribebant *miſericordiam*. Voluit enim auctor: *Miſerrimus ſenex & divitias ſuas, & miſericordiam, extremum blandimentum in ſtipem, perdidit.* Idem.

3 *Judices habemus deos*] Longe melius mss. & Eraſmus: *Præſentes habemus deos.* Formula aptiſſima magnis exemplis divinæ juſtitiæ. Perinde ut, *liquet nobis deos eſſe. Præſentes* enim, ubi vim ſuam & vigiles oculos beneficio aut vindicta teſtantur ac manifeſtant. Maro: *Nec tam præſentes alibi cognoſcere divos.* Horatius, 2 epiſt. *& præſentia numina ſentit.* Petronius: *regio noſtra tam præſentibus plena eſt numinibus.* Idem.

4 *Scis tuto te facere*] Gruterus notat è ſuo: *Scis tanto te facere.* Malim legi: *ſtulte te facere*, inquit Schottus. Profecto non ſapienter. At palam ſtulte facit Aurelius: *facis tu ſtulte ſtultitiam, ſi abdicaveris, aliam:* etſi in variarum lectionum indiculo placuerit etiam Schotto. Nihil mutandum. Verba ſunt adoleſcentis ad patruum abdicantem. Scis tuto & ſine periculo tuo, etiamſi fortuna tibi intervenerit & ope mea in poſterum indigeas, te abdicare: nam licet me abdicaveris, tamen te egentem alam. Habes enim exemplum patris, quem, poſtquam me abdicavit, non tamen deſtituo. *Idem.*

5 *Tanquam modo non ſit, qui illum vidit*]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

felicibus putas? quid deſperandum infelicibus? *Junii Gallionis.* Ego indicabo, cur me abdices: tu indica, cur adoptaveris. [6] Quædam accedunt nova. Et quidem nova. Illud non miror, quod miſericordia objicitur. Illud miror, quod hic objicit. Sic enim me geſſi, ut hoc crimine duos patres obligarem. uterque me amat, uterque ali miſer deſiderat, uterque prohibet. Nec ſecum, nec mecum fortuna bene convenit. Componite aliquando bonos quidem, ſed contumaces viros. Uter diſcordiæ cauſſam præbuerit, nolite à me exigere. Uterque patruus eſt, uterque pater eſt. Tranſit ad iſtum fratris ſui & fortuna & animus. Miſericors ſum. Non mutaſſem patrem, ſi naturam mutare potuiſſem. *P. Aſpernatis.* Fortunæ eſt lex, præſtare quæ exegeris. Miſerere. Mutabilis eſt caſus: dederunt victis terga victores: & quos provexerat fortuna, deſtituit. Quid referam Marium, ſexto conſulatu [7] Carthagine mendicantem, ſeptimo imperantem? Nec circa plura inſtabilis fortunæ exempla te mittam, vide quis alimenta rogetur, & quis roget. *Othonis Junii.* Pater, timeo mutationem, & ille nihil prius ex bonis, quam filium perdidit. *Arellii Fuſci.* Pater, ecquid aperis mi penates tuos? Non ſum hoſpes gravis, unum ſenem adduco. hoc tibi vitio, pater, placui. Venit ignotus ſenex, volo tranſire jacentem. per patrem rogat. Ergo aliquis peribit fame, qui filium ſuum optat ſuperſtitem? Quid hoc eſſe dicam, quod me tam periculoſe abdicant? quod totiens iſti fortunam mutant, quotiens ego patrem? Redite in gratiam. Inter funeſtas acies armatæ manus in fœdus porriguntur. Perierat totus orbis, niſi iram finiret miſericordia.

vidit] Lego, *vicit.* nempe Marium genere ærumnarum & viciſſitudinis fortunæ. Et puto deſignari Æmilium Lepidum ex triumviro ad tantam humilitatem redactum. *Gronovius.*

6 *Quædam accedunt nova*] Lege: *accidunt nova. Et quidem novum illud non miror.* Mox videtur excidiſſe vox: *uterque alterum prohibet.* Idem.

7 *Carthagine mendicantem*] Scriptus, *Carthagini.* de quo ad Livium. Statim videtur excidiſſe vox *Romæ*, ut fuerit: *ſexto conſulatu Carthagini mendicantem, ſeptimo Romæ imperantem.* Idem.

8 *Pla-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

dia. Aut ſi tam pertinacia [8] placent odia, parcite. Jactatus inter duos patres, utriuſque filius, ſemper tamen felicioris abdicatus: poſitus inter duo pericula, quid faciam? [9] qui alunt, abdicantur: mendicant, qui non alunt. Illud tamen, pater, deos teſtor, divitem te relinquo. *Ceſtii Pii.* Tali me operi præparaveram. volebam fratres in gratiam reducere. at niſi impetravero ut boni fratres ſint, impetrabo ne mali patres ſint. Uterque me amavit, uterque pro me vota fecit: quantum eſt, ſi dixero, uterque me aluit? Quæ cauſa fuerit diſcordiæ, neſcio. [10] ne iſte prior egere cœperit. Quid objicis pater? Hoc tu objicis? ſcio quemdam in hac civitate propter iſtud crimen adoptatum. Frater me, inquit, alere noluit. Inveniſti quo poſſim me defendere. Poſſum liberos tollere, ut primum hoc illis narrem, avum illorum fame periſſe? Non feſelli. qualis eſſem, ſciviſti, & cum adoptares. Bis abdicatus ſum, volo utrumque cauſam meam agere, neutrum pro me volo. [11] adſit mihi alius. ſemper cauſa mea habebit advocatum patruum, aut patrem. Alter alterum amet: uterque me amabit. Vis illum veras pœnas dare? ſentiat, quam bono fratri injuriam

8 *Placent odia, parcite*] Gruterus jubet videre, num elegans ſit, quod eſt in ſcripto, *partite*. Lege: *Aut ſi tam pertinacia placent odia, mihi parcite*. Vel, *filio parcite*. Gronovius.

9 *Qui alunt, abdicant; mendicant, qui non alunt*] Scripti: *abdicantur*. Forſan bene, inquit Gruterus. Non forſan, ſed certe bene. Qui alunt, abdicantur, ut ego jam bis; mendicant, qui non alunt, ut pater. *Idem.*

10 *Ne iſte prior egere cœperit, Quid objicis*] Lego: *Quæ cauſa fuerit diſcordiæ, neſcio. Timeo ne iſte prior egere cœperit ob id, quod objicit.* nempe quia non aluit egentem fratrem vel conſanguineum. Deinde: *Pater, hoc tu objicis?* qui ſcilicet me adoptaſti, quia invito patre alui. *Idem.*

11 *Adſit mihi alius. ſemper*] Obſervat Schottus, hæc fere in judiciis conjungi ſolere, *adeſſe* & *advocatum venire*. Sed quis ille *alius*? Haud dubie ſubeſt vitium. Scribe, *Adſit mihi, quem alui: ſemper cauſſa mea habebit advocatum patruum aut patrem.* Scilicet utrumque aluerat; illum olim, hunc nuper. Aderit in priore cauſſa patruus, in poſteriore pater. In quibuſdam libris patrui mentio hic non eſt: placuit Aurelio & poſtea Schotto, quia uterque pater, natura alter, alter adoptione. Sed alii habent: &, ſi quid mutandum, legerem, *patruum & patrem*. Uterque enim patruus & pater: in priore cauſſa adforet natura patruus, adoptione pater: in altera patruus poſt adoptionem, natura pater. *Idem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

riam fecerit. *Pompeii Silonis.* De patre bene; quod eum per ætatem noſſe non poſſum : ſed habet & ille beneficium meum. duos ejus filios alui. Surge infelix ſenex. quid putatis illum flere ? quod eget ? [12] imo quod abdicavit; quod non aluit. *Argentarii.* Vides enim, liberalis in domo tua eſſe cœpi, ille propter me duxit uxorem, cum fortaſſe juvenem adoptare poſſet. Hæc abdicantis fuere verba: I ad illum, quem magis amas, quam patrem. Non omnibus imperiis parendum eſt: nihil interim novi facio: ſcis me & priori patri non parùiſſe. [13] Venit immiſſa barba, capilloque deformi, non ſenectute, ſed fame membris trementibus, ſemeſa & tenui atque eliſa jejunio voce, ut vix exaudiri poſſet, introrſum conditos oculos vix allevans. Alui, quomodo, quæritis ? quomodo iſtum. *Cornelii Hiſpani.* Putate me hodie non abdicari, ſed adoptari. [14] Volo quædam futura prædicere patri. Hic quem vis adoptare, inimicum patris ſui invito patre aluit: reliquit æquo animo beatam domum, ut cum mendico viveret. Noveris oportet hoc ejus vitium. ad præſtandam calamitoſis miſericordiam contumax eſt. Habeo quod de hoc vitio queri poſſim: hoc enim patrem, hoc patruum perdidi. Quam multi patres optant ſimilem filium ? Bis abdicor, Homo eſt: non vis ali hominem ? civis eſt: non vis ali civem ? amicus eſt: non vis ali amicum ? propinquus eſt: non vis ali propinquum? ſic

12 *Imo quod abdicavit, quod aluit*] Videtur deeſſe negatio. Nec enim ſenex fratrem aluit, & ſi fleret quia aluiſſet, miſericordia indignus videretur: ſed ait eum flere quia filium abdicavit, fratrem non aluit. legendum igitur, *quod non aluit.* N. Faber.

13 *Venit demiſſa barba*] Non dubitavi recipere ex mss. & Eraſmo, *immiſſa*, etiam Grutero probatum. Ovidius, lib. 12 Metam. *immiſſa protectum pectora barba Hippaſon.* Gronovius.

14 *Volo quædam futura prædicere patri*] Delenda vox *futura.* Prædicere enim eſt hoc loco, quod Ædilibus in edicto ſuo certiorem facere morbi vel vitii rei venditæ, & legem dicere Horatio lib. 2 Epiſt. ad Florum de mangone ſervum vendente:

——— ſemel hic ceſſavit, & ut fit,
In ſcalis latuit metuens pendentis habenæ.
Des nummos excepta nihil te ſi fuga lædat.
Ille ferat pretium, pœnæ ſecurus, opinor.
Prudens emiſti vitioſum: dicta tibi eſt lex.

hoc eſt prædicere. N. *Faber.* Deleri jubet Faber vocem *futura.* Mitius fiet, *futuro:* ſive is adoptet, ſive recipiat. *Gronovius.*

15 *Nihil*

ſic pervenitur ad patrem. homo eſt, civis eſt, amicus eſt, propinquus eſt. Ergo non erit vitium porrexiſſe ſtipem, niſi dixero, pater eſt? *Vibii Calvi.* Circuibo tecum, pater, aliena limina: oſtendam omnibus, & me, qui alimenta dedi, & te, qui negaſti. *Romani Hiſponis.* Scio, pater, melius eſſe quod tu dicis: iſtud ego ſi poſſem, nunquam abdicatus eſſem. Fateor vitium meum: hoc quoque prior in me emendare voluit pater, nec potuit. Impuliſti me in fraudem. qui me abdicabat, aiebat, Non oportet fieri: tu dicebas: Oportet. tibi credidi. Non dedit, inquit, mihi alimenta. defuerunt tibi? Quiſquis alimenta à mendico rogatus eſt, nihil amplius quam [15] iter ei monſtrat. Vade ad fratrem, i ad filium: jam quidem nobis eandem fortunam precantur. [16] Crede mihi, ſacrá populi lingua eſt. *Albutii Silii.* Tollite veſtras divitias, quas huc atque illuc incertæ fortunæ fluctus appellet: redite in gratiam. innocens ſum.

Pars altera, Vallii Syriaci. Creſcere ex mea propoſuit invidia: ſequemur ſenes, quo vocat ambitio juvenilis; [17] & concionem illi præbebimus. Melius ſe poteſt jactare quam defendere. Ecquid juſtus metus meus eſt? ne heredem ingratum ſcribam, inimicum relinquam. Inter cetera, quæ mihi

15 *Iter ei monſtrat*] Veteres editiones habent *miſereri monſtrat.* quæ lectio ferri poteſt, & linea ſequenti, *ſacra populi digna eſt*, legunt, *ſatra populi,* æque corrupta lectione. N. *Faber.*

16 *Crede mihi, ſacra populi digna eſt*] Emendaveram, *lingua eſt.* Sed video id olim feciſſe Ranchinum, cui ſua laus maneat. Controverſ. 11. erat in ſcripto: *quid lignua trepidas?* Et Controv. 12. *ſua lignua diſertus eſt.* Unde vides, quomodo ſit orta corruptio. L. Seneca, epiſt. 117. *Apud nos veritatis argumentum eſt, aliquid omnibus videri. Tanquam, deos eſſe, inter alia ſic colligimus, quod omnibus de diis opinio inſita eſt; nec ulla gens uſquam eſt adeo extra leges moreſque projecta, ut non aliquos deos credat. Cum de animarum æternitate diſſerimus, non levè momentum apud nos habet conſenſus hominum aut timentium inferos aut colentium. Utor hac publica perſuaſione, neminem invenies, qui non putet & ſapientiam bonum & ſapere.* Gronovius.

17 *Et concionem illi præbebimus*] An non *cognitionem?* vel *notionem?* Quintilianus Inſtit. 1, 2. *Hujus rei judicia præbebantur: ea nobis ingens palmæ contentio.* Per ironian aut interrogationem dicit: judicem eum faciemus noſtrarum diſſenſionum? Sic infra: *ad te arbitrum odia noſtra non mittimus.* Idem.

mihi cum inimico patior eſſe communia, & hoc eſt : infeliciſſimam & triſtiſſimam ambo egimus vitam , excepto uno, quod alter alterum egentem vidimus , immo fecimus. Adjice [18] iſtis verborum contumelias : riſit , ad cælum manus ſuſtulit , faſſus ſe hujus ſpectaculi debitorem : & tunc primum fratri vitam precatus eſt. Lætitiam patrimonii parati, ut ex tantarum calamitatum ſtupore , nullam percepi , niſi quod iſti daturus eram omnia , illi negaturus. Liquet nobis deos eſſe. Qui non aluit, eget : qui in domum ſuam fratrem non cepit , in publico manet. Æquavit jam potentiam meam cum illius potentia fortuna : niſi quod hæc prior facere non poſſum. Adoptavi te , cum abdicatus es. [19] cum abdicas, abdico. *Vibii Furii.* Cum egerem , aiebam : Satis ſe vindicavit , quod à diſpenſatore locupletis inimici conſors modo omnis fortunæ diurnum petam. *Marillii.* Ille autem audebit rogare , qui mori mallet , quam verba ſua ſibi dici ? Multis debeo miſericordiam : à multis tuli. quiſquis eſt qui me ulla calamitate ſimilem effinget , perinde habeo , ac ſi gradu cognationis attingat. Scio quam acerbum ſit , ſupplicare exteris : ſcio quam grave ſit , repelli à domeſticis : ſcio quam grave ſit , quotidie & mortem optare , & vitam rogare. Etiam ſi tu non odiſti eum qui mihi fecit injuriam : ego odi eum, qui fecit tibi.

[20] *Diviſio.* Diviſio controverſiarum antiqua ſimplex fuit: recens

18 *Iſtis verborum contumeliis*] Scribe : *adjice iſtis verborum contumelias : riſit , ad cælum manus ſuſtulit.* nam ſcriptus Voſſianus quoque *juſſit* ; unde bene Faber , *riſit.* Gronovius.

19 *Cum abdicas*] Aptius fortaſſe, *cum adoptas, abdico,* ut conſtet ἀντιστροφή. N. Faber.

20 *Diviſio*] Diviſio , quæ Græcis dicitur διαίρεσις, οὐ τῶν γενῶν εἰς εἴδη τομὴ , οὐδὲ τῶν ὅλων εἰς μέρη , ἀλλὰ τῶν πολιτικῶν ζητημάτων εἰς τὰ λεγόμενα κεφάλαια. Ζήτημα , præcipua Controverſiæ quæſtio, in qua cauſæ ſtatus verſitur : κεφάλαια , minores quæſtiones ex principali deſcendentes , eamque fulcientes : de quibus tantum quæritur , ut de principali ſententia feratur. Hæc Theodorus etiam εἰδικὰ κεφάλαια , ut illam de qua maxime quæri ac judicari debet γενικώτατον κεφάλαιον vocavit. Exempla ſuppeditans præter hunc noſtrum auctorem , Hermogenes περὶ στάσεων , & Sopater περὶ διαιρέσεων. Hanc Græci nimium fere in ſcientiis acuti ab inventione ſepararunt , & inventionis quidem τὴν ἐργασίαν χορηγεῖν τῶν κεφαλαίων , diviſionis vero τὴν ἐπαρίθμησιν καὶ τάξιν διδάσκειν eſſe voluerunt. Simplicius Latini

recens utrum ſubtilior, an tantum operoſior, ipſi æſtimabitis: ego exponam quæ aut veteres invenerunt, aut ſequentes aſtruxerunt. [21] *Latro* illas quæſtiones fecit: diviſit in jus & æquitatem, an abdicari poſſit, an debeat. ſic quæſit, an neceſſe fuerit illi patrem alere, & ob id abdicari non poſſit; quod fecit lege cogente. Hoc in has quæſtiones diviſit: An abdicatus non deſinat eſſe filius: an is deſinat qui non tantum abdicatus, [22] ſed etiam ab avo adoptatus eſt, etiam ſi filius erat: an quiſquis patrem non alit, puniatur, tanquam

ni utrumque inventioni tribuerunt. ſam & dividere præcipuam quæſtionem, id eſt, invenire quæ quæſtiones n eam incidant, & ex arte quamque articularium tractare, ejuſdem facultatis eſſe videtur: nec alia eſt ratio picherematum & tractationum, quæ nventionis ſunt, ad minores quæſtiones, quam earumdem quæſtionum d principalem. Ut enim hæc particularibus quæſtionibus, ita particulaes epicherematibus & tractationibus onſtant. Ab hoc inventionis munere ſermo ille qui à declamaturis elut futuræ declamationis pompa, ntequam ad dicendum conſurgerent, abebatur, diviſio dictus eſt. Solebant enim ſedentes paucis quibuſdam præmiſſis, quæ attentiorem redderent uditorem, Controverſiæ de qua dicturi erant argumentum ac thema proponere: inde quæſtionem, in qua tatus, continens, ac judicatio eſſet, eligere: deinde quæ in principalem quæionem, & quot inciderent quæſtiones quo ordine ac modo, quibus coloribus, argumentis, verbis tractari eberent, aliquando etiam quæ figuræ, & qui affectus in unamquamque uæſtionem recipi poſſent, diſſerere. æpe etiam unde exordium ſumenum, ubi, & quatenus narrandum, robandum, refellendum, deprecanum, perorandumque dicebant. Quin tiam ſi quid ab aliis in ea vel ſimili ontroverſia non recte diviſum, ſi nepto colore tractatum, ſi quid nimis antiquis, ſi novis, ſi vulgaribus aut ſordidis verbis dictum, indicabant, ſuaſque partes interponebant: tum demum ſurgentes declamabant, noſter auctor toto hoc opere: Quintilianus lib. 2. Inſt. & alter Quintilianus in declamationibus. Plinius epiſt. 3. lib. 2. & 2. lib. 4. Sopater περὶ διαιρέσεων, & Libanius ἐν μελέταις. Diviſionem autem, prælocutionem, præfationem, ſermonem, διαίρεσιν, & προθεωρίαν, unum idemque valere apud illos auctores perſpiciet, qui quæ ab illis de ea re dicuntur, diligentius penſitabit. *N. Faber.*

21 *Latro alias quæſtiones fecit*] Rectius fortaſſe, *illas quæſtiones fecit*. Idem.

22 *Sed etiam ab avo adoptatus eſt*] Puto generalius conceptam fuiſſe quæſtionem, legendumque *ſed etiam ab alio adoptatus eſt*. Nam hic non ab avo, ſed à patruo adoptatus eſt. *Idem.* Recte cenſet Faber, generalius conceptam fuiſſe quæſtionem, legendumque, *ab alio*: cum hic non ab avo, ſed à patruo ſit adoptatus. Nimirum quod objici poterat, non manere filium, qui & abdicatus & in alia ſacra tranſgreſſus fuerit, id hac quæſtione anticipans declamator refutavit, probavitque ſaltem, quantum ad jus alimentorum, nec filium nec patrem eſſe deſinere. Poſt hæc autem ponenda τελεία ὑποστιγμὴ, porroque ſcribendum: *Et jam*, (nempe, quæſivit,) *ſi filius erat*: id eſt, ſi, licet abdicatus, hactenus non deſierit eſſe filius. *Gronovius.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

[23] tanquam æger, vinctus, captus: an aliquam filii lex excuſationem accipiat: [24] an hoc accipere potuerit. An abdicari debeat: per hoc quæſivit, an etiam ſi ille indignus fuit qui aleretur, hic tamen recte fecerit qui aluit: deinde, an indignus fuerit qui aleretur. Novi declamatores Græcis auctoribus adjecerunt primam illam quæſtionem, An adoptatus abdicari poſſit. hac Ceſtius uſus eſt. adjecit quæſtionem Gallio alteram, An abdicari poſſit jam adoptatus, ob id vitium, quod antequam adoptaretur, notum fuit adoptanti. hoc autem ex æquitatis parte pendet, & [25] tractatio magis eſt quam quæſtio. *Gallio* quæſtionem primam Latronis

23 *Tanquam æger, vinctus, captus*] Quintilianus cap. 10. lib. 5. in hac quæſtione, aliis etiam exceptionibus utitur, ſi miles, ſi infans, ſi reip. cauſa abſit. N. *Faber.*

24 *An hoc accipere potuerit: an abdicari debeat*] Leviter hic & litera & diſtinctione peccatum, ita tamen, ut ſenſus non appareat, niſi reſtituta lectione. Scribe: *an hic accipere potuerit.* nempe, in hoc caſu an lex potuerit accipere excuſationem. Jam venit ad alterum membrum diviſionis, & nova incipit periodus. *An abdicari debeat, per hoc quæſivit:* &c. Ita enim diviſerat: an poſſit, an debeat: adhuc illud, nunc alterum aggreditur. Itaque & ſuperius lacunam eſſe cenſeo, ubi habetur: *Diviſit in jus & æquitatem: an abdicari poſſit, an debeat, ſic quærit.* Deeſt aliquid ante τὸ *ſic quærit:* puta hujuſmodi: *An poſſit, ſic quærit:* vel, *prius ſic quærit.* Niſi malis τὸ, *an debeat,* delere. Nam jus eſt, an poſſit; æquitas, an debeat. Fuerit ergo: *Latro illas quæſtiones fecit: diviſit in jus & æquitatem: an abdicari poſſit, ſic quærit.* Hinc autem apparet quoque Schottum pro illis, *per hoc quæſivit,* male ſubjicere, *Poſt hæc quæſivit.* Gronovius.

25 *Tractatio magis eſt quam quæſtio*] Diximus in Controverſia hæc eſſe, aut eſſe poſſe, quæſtionem generalem, de qua præcipue quæritur, & ſpeciales, de quibus ideo quæritur, ut de generali judicetur. Ipſæ etiam ſpeciales aliquando ſua membra habent quæſtionum ſpeciem habentia, quæ tamen non ut quæſtiones ſeparatim, ſed in quæſtionibus ut earum partes tractanda ſunt. hæc, vel tractationes, vel loci, prout in iis diu vel parum immorandum eſt, quod ex judicio prudentis oratoris dependet, dicuntur. Hoc loco quæſtionem fecerunt Græci, an adoptatus abdicari poſſit. recte. ejuſmodi enim eſt, ut ſuam propoſitionem, probationem, refutationem, & epilogum, quantum quæſtioni particulari ſufficiat, habere debeat. Alteram addidit Gallio. An adoptatus abdicari poſſit ob hoc vitium, quod antequam adoptaretur, adoptanti notum fuit. Male, inquit noſter auctor. nam non eſt quæſtio, ſed tractatio, id eſt, amplificatio, & velut præcedentis quæſtionis extenſio, quæ ſeparatim tractanda non eſt, ſed velut pars in præcedenti quæſtione. Nempe non poſſe abdicari qui patrem ſuum aluit, qui adoptatus fuit, & eo minus quia ejus in ſuos contumax affectus propter quem nunc abdicatur, non ignotus fuit adoptanti. addet etiam locum omni quæſtione fortaſſe fortiorem, propter hanc pertinaciam adoptionem meruiſſe & adoptatum fuiſſe, quæ, ut tractationem, & locum, id eſt, ut partes quæſtionis, non

ronis duplicavit ſic: Licuit mihi alere, etiam te vetante: deinde non licuit non alere. In priori parte hoc vindicavit, non poſſe filium ob id abdicari, quod eſſet ſuæ poteſtatis: nulli autem interdici miſericordiam. Quid ſi flere me vetes, cum vidi hominem calamitoſum? quid ſi vetes propter aliquod honeſtum factum periclitanti favere? [26] affectus noſtri in noſtra poteſtate ſunt. Quædam enim jura non ſcripta, ſed omnibus ſcriptis certiora ſunt. Quamvis filius familiæ ſim, licet mihi & ſtipem porrigere mendico, [27] & humum cadaveri. Iniquum eſt, collapſis manum non porrigere: commune hoc jus generis humani eſt. nemo invidioſum jus poſtulat, quod alteri profuturum eſt. *Latro* illud vehementer preſſit. Non feci ratione, affectu victus ſum: cum vidiſſem patrem egentem, mens non conſtitit mihi: quid vetueris, neſcio. Hoc aiebant non eſſe tractandum tanquam quæſtionem: eſſe tamen potentius quam ullam

non ut quæſtiones exſequetur. Cirus tamen περὶ διαφορᾶς στάσεων, cap. περὶ ἀποκηρύξεων, ex ea tractatione, quemadmodum Gallio, quæſtionem effecit, ſtatumque negotialem. Ejus generis autem exempla plura diſcutiuntur à noſtro auctore in ſequentibus, ex quibus hi quæſtionis, tractationis, & loci gradus clarius & apertius demonſtrantur. N. *Faber.*

26 *Affectus noſtri in noſtra poteſtate non ſunt*] Editi, quos viderim, omnes & Epitoma negative. Vetus autem adfirmate: ſed ſenſus hic non conſtabit, quamquam ea ſit diſciplina Epicteti: τῶν ὄντων τὰ μὲν ἐστὶν ἐφ' ἡμῖν, τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. ἐφ' ἡμῖν μὲν ὑπόληψις, ὁρμὴ, ὄρεξις, ἔκκλισις. Ita Schottus. Sane & Pal. & Voſſianus noſter affirmate, neque aliter ſenſus conſtat. Vindicat Gallio, non poſſe filium ob id abdicari, quod in ejus eſſet poteſtate, in quod nullum imperium patri. Adſumit ex eo genere affectus eſſe: nec præcipi illos poſſe, nec vetari: noſtros cujuſque eſſe, noſtræque poteſtatis, non parentum. Vides vim argumenti omnino everti negatione iſta. Ergo elidatur. Claudianus: *non extorquebis amari.* Statim illud *enim* eſt exterendum, ſive legas, *Quædam jura*, ſive, *Quædam in jure.* Gronovius.

27 *Et humum cadaveri*] Recte: nam cadaver hominis ejectum ſepeliendi affectus naturalis eſt: & non quidem omnibus animantibus, ſed homini ſic à natura inſitus, ut quoniam jura naturalia corrumpere civilis ratio non poteſt; ideo ne jure quidem patriæ poteſtatis, aut alio jure civili fieri poſſit, ut non liceat, aut potius, ut non cuivis neceſſe ſit, ex illo humanitatis communi jure atque officio terram homini mortuo, etiam ignoto ſepeliendi cauſa injicere. quo illud Quintiliani ſpectat Declam. 5. *Hinc & ille venit affectus, quod non notis cadaveribus humum congerimus, & inſepultum quodlibet corpus nulla feſtinatio tam rapida tranſcurrit, ut non quantulocunque veneretur aggeſtu.* Sic P. Faber lib. 2. c. 1. Semeſtr. apud quem videantur plura.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ullam quæſtionem. *Fuſcus Arellius* pater hoc movit in ultimo tanquam quæſtionem: Putavi te, quamvis vetares, nihilominus velle ali fratrem. [28] Vultu vetabas, aut mihi ita videbaris. *Ceſtius* audacius: Non fuit contentus dicere, Putavi velle te: adjecit, Voluiſti, & hodie quoque vis: [29] & ſua figura dixit omnia, propter quæ velle deberet. quare ergo abdicas? puto, indignaris præreptum tibi officium.

[30] *Color. Latro* colore ſimplici pro adoleſcente: habere, non quod excuſet, ſed, quo glorietur. Non potui, inquit, ſuſti-

28 *Vultu vetabas. aut mihi ita videbaris*] Lego: *At tu vetabas. Haud mihi ita videbaris.* quod ex ſequentibus clarum eſt. N. *Faber.*

29 *Et ſua figura dixit omnia*] Haud dubie, *ſine figura.* Apud Suetonium quoque commemorantur *cauſidicorum figuræ.* Gronovius.

30 *Color*] Color eſt apud Rhetores prætextus, quo factum minus ex ſe probabile tegitur & coloratur. Id nomen ſatis indicat, quod fucum ſubolet. Græcis eodem ſignificatu χρῶμα dicitur, quod ita definivit Marcellus in Hermogenem, ut ſit μετάθεσις τῆς αἰτίας ἢ τὸ ὑπεύθυνον εἰς τὸ ἀνυπεύθυνον μεταθεῖσαι. Hujus nominis rationem vult Quintilianus cap. ult. lib. 3. duci, quod maxime tuendus ſit color dicentis ingenio, & aliquando ad ſolam dicentis verecundiam pertineat. Vitioſus enim ille eſt, ut inquit noſter Seneca, qui ad teſtem ducit. Simplicius contra ſuum morem, hac in re Sopater in Hermogenem, qui dicit vocari, διὰ τὸ πρόφασιν παρέχειν τῆς ἀπολογίας, καὶ οἱονεὶ χρωννύναι τὸν λόγον. quemadmodum etiam hoc vocabulo uſi ſunt Valer. Maximus cap. 2. lib. 8. & Juriſconſulti, Ulpianus lib. 8. de offic. proconſul. atque Marcellus lib. 7. digeſtorum, in pandectis, ſub titulis de donationibus inter virum & uxorem, & de Abigeis. Quin & ipſe Quintilianus eam metaphoram in hoc vocabulo agnoſcit, cum ſcribit c. 8. lib. 3. dandum deformibus colorem etiam apud malos. Porro hæc definitio colori proprie ac ſtricte ſumpto convenit, ſcilicet ubi qualitas tantum facti controvertitur, & αἰτίαν cauſamque facti ceu rationem defenſionem continentem ſignificat. Id enim proprie color eſt quod & Hermogenes cap. 1. lib. περὶ στάσεων indicat θαυμάζω δὲ, inquit, εἰ μὴ κρινομένου πράγματος αἰτίαν ἀποδώσει καὶ τὸ λεγόμενον χρῶμα. quo loci notant commentatores Græci αἰτίαν καὶ χρῶμα ταὐτὸν μὲν εἶναι, ἐν διαλλήλοις δὲ κεῖσθαι. At vero ut αἰτία non obſervata Hermagoræ ſollicita diſtinctione tam pro cauſa judicii, quam pro cauſa facta ſumitur, id eſt, etiam τὸ αἴτιον complectitur & cauſativum litis quod vocat Fortunatianus, tamque ab actore eſt quam à reo: ita etiam color. Itaque color & deprecationem comprehendit, & omnem rationem tam actoris qua damnandum reum nititur, quam rei qua ſe abſolvendum. Et cum apud Græcos quædam ſint cauſæ ἄχρωμοι, in quibus nullam reus facti à ſe commiſſi excuſationem, nullum prætextum invenire poteſt: ut ſi quis ne in bellum proficiſcatur ſibi pollicem præciderit, vel in adulterio, ἄρθρα ἐν ἄρθροις deprehenſus fuerit, vel ut illa de qua Juvenalis lib. 2.

Quæ jacet in ſervi complexibus aut Equitis. dic,

Dic

ſuſtinere illud durum ſpectaculum. Offenſam mihi putas tantum excidiſſe: mens excidit, non animus mihi conſtitit: non in miniſterium ſuſtinendi corporis ſuffecerunt pedes; oculi ſubita caligine obtorpuerunt. Alioquin ego ſi tunc meæ mentis fuiſſem, exſpectaſſem dum rogaret? *Fuſcus* illum colorem introduxit, quo frequenter uti ſolebat, religionis: Movet, inquit, me natura, movet pietas, [31] movet & humanorum caſuum tam manifeſto approbata exemplo varietas. Stare ante oculos fortuna videbatur, & dicere talia: Hi ſunt, qui ſuos non alunt. *Albutius* hoc colore: Acceſſit, inquit, ad me pater; nec ſummiſſis verbis locutus eſt: non rogavit, ſed, quomodo agendum erat cum filio, alere me juſſit. recitavit legem, quam ego ſemper ſcriptam etiam

Dic aliquem ſodes heic Quinctiliane colorem.

Hæremus: dic ipſa.

tamen eum qui nullam excuſationem habet, ſolam pœnitentiam habere colorem dicit idem Quintilianus cap. 1. lib. 2. Itaque eo ſignificatu non erit Controverſia quæ deprecatione ſola nititur, nec ulla alia ἄχρωμος. Et infra toto hoc opere ſingulis Controverſiis colores tam actorum quam reorum ſubjiciuntur. Unde ergo (dicet aliquis) in illis Quintiliani declamationibus diviſio coloratarum, & tractatarum? Neſcio. & vereor ne qui primus ſic illas diſtinxit, illudere, aut crucem figere ingeniis voluerit! Nam, ut non anxie in ſingulas inquiram, quæ prima occurrit inter coloratas, tota ſcripti & voluntatis eſt: in quo quidem quæſtionis genere proprie non eſt color: & tractatarum ultima tota colore nititur. Nam qui venum dediſſe fatetur, ſi non habet quid dicat cur hoc fecerit, nulla Controverſia erit. factum enim per ſe improbum eſt. Colorem igitur oportet inveniat, nempe ſe miſericordia motum, ne tamdiu miſer cruciaretur, illudque non proditori peſſime merito, ſed humanitati dediſſe. Præterea ſatis patere nullos proditorem conſcios habuiſſe, quos ne bis quidem tortus indicarit, periculumque fuiſſe, ne ſi tertio torqueretur, in Remp. male affectus eos nominaret quos maxime Reipubl. conducere noſſet, ſuſpicionibuſque civitatem impleret. Ex quibus apparet, & quæ colorata dicitur non eſſe, & quæ tractata coloratam eſſe. Ut omittam vitioſam eſſe illam diviſionem in tractatas, & coloratas, cum toto genere color à tractatione differat. *N. Faber.*

31 *Movet & humanorum cauſa, & tam manifeſto*] Neſcio an non propius ad verum, ſi legamus, *movet & humanorum caſuum tam manifeſto approbata exemplo varietas.* Nam veritatis vocabulum minime ad locum facit: varietatis autem maxime fortunæ quadrat: cujus ſupra legem eſſe dixit præſtare quæ exegeris. *Idem.* Optime Faber, *& humanorum caſuum tam manifeſto approbata exemplo varietas.* Sed mirum eſt, virum præſtantiſſimum non etiam vidiſſe, legendum etiam: *Movit me natura, movit pietas, movit & humanorum.* Sequitur enim: *Stare ante oculos fortuna videbatur.* Narrat ergo præterita. *Gronovius.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

etiam patruo putavi. Deinde dixit, Præſtiti non quantum patri præſtare debui, ſed quantum vetanti ſurripere potui. *Blandus* colore diverſo. Venit ſubito deformis ſqualore, lacrymis. [32] O graves, fortuna, vires tuæ! Ille dives modo ſuperbius rogavit alimenta, rogavit filium ſuum, rogavit abdicatum ſuum. Interrogas, quam diu rogaverit? ne dii iſtud nefas patiantur, ut diu rogaverit: diutius tamen quam tu. Quæritis, quid fecerit? quod ſolebat. *Silo Pompeius* hoc colore. Movet, inquit, me, quod nihil ſuo jure, nihil pro poteſtate, quod tanquam patruus acceſſit: ego vero non exſpectavi verba, non preces: complexus ſum, & oſculatus patrem, dedi alimenta. hoc unum crudeliter feci, quod dixi fratrem dediſſe. Non alere, ſed exprobrare viſus ſum. *Triarius* hoc colore. Timui, inquit, ſi non aluiſſem, ne abdicarer à patre: ſciebam quomodo illi placuiſſem. *Argentarius* hoc colore: Acceſſit, inquit, ad me pater, obrutus ſordibus, tremens, deficientibus membris. rogavit alimenta. Interrogo vos, Judices, quid facere oporteat? nam iſtum non interrogo. Scit quid facturus ſim. [33] Nam patrem ut alteri patri faciam injuriam, alteri invidiam. Cum vetuiſſet me alimenta præſtare, ſi qua eſt fides, non putavi illum ex animo vetare. Lenocinatur, inquam, gloriæ meæ, ut videar etiam prohibitus aluiſſe. *Marillius* novo colore egit. Cecidit in pedes meos ſenex, ſqualidus barba capilloque. movit, inquam, neſcio quis iſte miſericordiam meam. allevavi, cum ignorarem quis eſſet: vultis repellam, quod pater

32 *O graves, fortuna, vires tuæ*] Puto, *vices*. Epitoma 5. declam. 1. *Vive, mutantur vices felicitatis humanæ.* Gronovius.

33 *Nam patrem ut alteri patri faciam injuriam*] Forte, *Non alerem, ut alteri patri facerem injuriam, alteri invidiam?* Non alendo enim famelici injuriam feciſſet, diviti invidiam. N. *Faber*. Eraſmus conjicit: *Non putaram*. Gruterus, *non patiar*. Tu lege: *Non patietur*. Narrat, quid cogitaverit rogatus, antequam vetaretur. Is, qui nunc pater eſt, non patietur, ut alteri patri faciam injuriam; intellige egenti & roganti, non dando: alteri invidiam & odium apud homines, intellige pariter, non dando, ipſi, qui nunc eſt, quaſi nolit, me dare, & inimicitias fraternas tam crudeliter exerceat. Volet igitur potius me dare alimenta. *Gronovius*.

34 *Hoc*

ter eſt? *Ceſtius* hoc colore. Hæc mecum cogitavi. Patrem meum egentem video: frater nec miſeretur, nec præſtat alimenta: [34] hoc eſt, inquam, novi vitii, eripere filio officium. Sciebam hanc fortunam meorum, has jam meas eſſe parteis. Hoc peccavi, quod non ultro ad patrem acceſſi. ſed aiebam, Nolo quicquam amplius præſtare, quam illi præſtiti. Expectavi, donec patruus ad me veniret. & nunc expectabo. [35] Venit ad me pater: quid habui facere? perducerem illum ad patruum? non feci; merito iraſcitur. Potuit enim, ſi aluiſſet, levare quidem fortunam fratris, ſed cauſam aggravare. *Buteonis* colorem non approbat Latro: præſtitiſſe ſe dixit exiguum, tantum quo ſpiritum poſſet producere, & cum deſcripſiſſet pallorem ejus & maciem, adjecit, Apparet illum ab inimicis ali. Hunc colorem cum improbaret Latro, hac ſententia uſus eſt: Non eſt, inquit, abdicato quidquam ex gloria ſui criminis detrahendum. *Hiſpanus* hunc colorem venuſtius. nam & miſerationi ejus qui benigniſſime alit, adjecit aliquid: & pietati ſuæ nihil detraxit. Quomodo, inquit, illum alo? Exiguos furtive cibos mitto: [36] & ſi quid de menſa mea detrahere

34 *Hoc eſt, inquam, novi vitii*] Neſcio unde legebatur hic aliquando, *novitii.* ad quod ſic Gruterus: Eraſmus & Pal. *novi vitii.* quod malim, utique cum non ſatis capiam, quomodo alterum hic conſiſtat. At, ô bone, qui capere potuiſti, quomodo hoc ipſum conſiſtat? Credo, quia ſuperius aliquid de vitio ejus faſſi declamatores in perſona filii. Sed nihil illud huc pertinet. Aurelius: *hoc eſſe iniquum & non vitii*, vel, *& non mei vitii:* probante Schotto in variis lectionibus. Vera lectio: *Frater nec miſeretur, nec præſtat alimenta: hoc eſt, inquam, non vult præripere filio officium.* Mihi ſervat vel cedit hunc honorem, meæ gloriæ lenocinatur. Superius in alio ſenſu eadem phraſis: *puto, indignaris ob præreptum tibi officium.* Gronovius.

35 *Venit ad me pater, quid debui facere?*] Multo melius ſcriptus & Pal. & Eraſmi, immo, credo, omnes ante conjecturam Schotti: *quid habui facere?* Cicero pro Roſcio Amerino: *Habeo etiam dicere, quem contra morem majorum minorem annis ſexaginta de ponte in Tiberim dejecerit.* Lib. 1 Famil. *De Alexandrina re cauſſaque regia tantum habeo polliceri, me tibi abſenti tuiſque præſentibus cumulate ſatisfacturum.* Livius, lib. 44. *Illud affirmare pro certo habeo audeoque; me omni ope admiſſurum eſſe.* Idem.

36 *Et ſi quid de menſa mea detrahere potui*] Elegantior erit locus ſi *de demenſo meo* ſcribatur. Terent. in Phormione:

Quod ille unciatim vix de demenſo ſuo,
Suum defraudans genium, comperſit miſer, &c.

quem locum videtur exprimere voluiſſe Hiſpanus. N. *Faber.*

 37 *Vltra*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

here potui, famelico ſeni porrigo. Non credis, quia ſcis quomodo te aluerim. Colorem ex altera parte, quæ durior eſt, [37] Latro aiebat hunc ſequendum, ut graviſſimarum injuriarum inexorabilia & ardentia induceremus odia. Thyeſteo more aiebat, patrem non iraſci tantum debere, ſed furere. Ipſe in declamatione uſus eſt ſummis clamoribus, illo verſu tragico: Cur fugis fratrem? ſcit ipſe. Hunc colorem ſecutus *Syriacus Vallius*, durum ſenſum videbatur non dure poſuiſſe in narratione ſic: Infeliciſſimam ambo & triſtiſſimam egimus vitam, excepto quod alter alterum egentem vidimus. Æque efficaciter videbatur odium expreſſiſſe fraternum, hac ſententia: Vos, Judices, audite, quam valde eguerim: fratrem rogavi. Hanc partem memini apud Ceſtium declamari ab Alfio Flavo, ad quem audiendum me fama perduxerat: qui cum prætextatus eſſet, tantæ opinionis fuit, ut P. Romano puer eloquentia notus eſſet. Semper de illius ingenio Ceſtius & prædicavit, & timuit. Aiebat tam immature magnum ingenium non eſſe vitale: ſed tanto concurſu hominum audiebatur, ut raro poſt illum auderet Ceſtius dicere. Ipſe omnia mala faciebat ingenio ſuo: naturalis tamen illa vis eminebat: quæ poſt multos annos tametſi deſidia obruta, & carminibus enervata, vigorem tamen ſuum tenuit. Semper autem eloquentiam ejus commendabat aliqua res extra eloquentiam. In puero lenocinium erat ingenii, ætas. in juvene, deſidia. Hic cum declamaret partem abdicantis, hanc ſummis dixit clamoribus ſententiam. *Alfii.* Quis es tu, [38] qui de facto patrum ſententiam feras? Ille tunc peccavit: tu nunc peccas. ad te arbitrum odia noſtra non mittimus: judices habemus deos. Et illam ſententiam: Audivimus fratrum fabuloſa

certa-

37 *Ultro aiebat hunc ſequendum*] Niſi me conjectura fallit, legendum eſt Latro *aiebat:* ut quemadmodum pro altera parte primum quibus coloribus Latro uſus eſt, exſequutus eſt: ita pro abdicantis parte faciat. N. *Faber.*

38 *Qui de facto fratrum*] Melior meo judicio epitomes lectio: *Quis es tu qui de facto patrum ſententiam feras?* majoris enim eſt ἐμφάσεως. Verum quia illa vulgaris ſuſtineri poteſt, ideo mutare nolui. *Idem.*

39 *Her-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

certamina, & incredibilia, niſi nos fuiſſemus: impias epulas, deteſtabili parricidio furvum diem. Hoc uno modo iſte frater à fratre ali meruit. Quam innocenter me contra parricidium vindico? filium illi ſuum reddo. *Ceſtius* hunc colorem tam ſtrictum non probavit, ſed dixit temperandum eſſe: & ipſe hoc colore uſus eſt, quem ſtatim à principio induxit. Miratur aliquis, quod cum duo graviſſimam acceperimus injuriam, ego & filius, ego ſolus iraſcor? non eſt quod quiſquam miretur. jam filio ſatisfactum eſt. Debuiſti me rogare, ut ipſe præſtarem: debuiſti illum ad me perducere: debuiſti reconciliationem tentare, non famam pietatis ex noſtra captare diſcordia. Fortaſſe ego cum egerem, fratrem rogaſſem, ſi tu non fuiſſes. fortaſſe ille me rogaſſet, ſi tu non fuiſſes. poterat nobis convenire, ſi non fuerit in medio, quem potius miſeri contumaces rogent. [39] *Hermagoras* in hac controverſia tranſiit à prooemio in narrationem eleganter, rariſſimo quidem genere, ut in eadem re tranſitus eſſet, ſententia eſſet, ſchema eſſet, ſed, ut Latroni placebat, [40] ſchema quod vulneret, non quod titubet. Ex altera parte tranſit à prooemio in narrationem *Gallio*, & ipſe per ſententiam ſic: Quidni filium mihi nolim cum iſto communem eſſe, cum quo utinam communem nec patrem habuiſſem? *Diocles Caryſtius* illum ſenſum à Latinis jactatum dixit breviſſime, rariſſimo genere, quod ſen-

39 *Hermagoras*] Temnæus Æoliæ, cognomine dictus Carion, Theodori diſcipulus ſub Auguſto floruit, quatuorque libros artis Rhetorices edidit. Male apud Suidam ſex ponuntur, cum quattuor tantum enumeret, nempe περὶ ἐξεργασίας, περὶ πρέποντος, περὶ φράσεως, περὶ σχημάτων. Romæ cum Q. Cæcilio docuit, ubi etiam admodum ſenex deceſſit, ut verum eſſe potuerit quod ait Quinctilianus, ſua ætate quoſdam ſuperaſſe qui Hermagoram viderant: apud quem etiam ejus hoc extat elogium: *Hermagoras*, inquit, *vir ſubtilis & in plurimis admirandus, tantum diligentiæ nimium ſolicitæ, ut ipſa ejus reprehenſio laude aliqua non indigna ſit.* Hæc cap. 1. & ultimo lib. 3. & Strabo lib. 13. ex quibus apparet alium eſſe ab Hermagora qui pariter rhetorica ſcripſit, cujus apud Ciceronem & Cornificium fit mentio. N. *Faber*.

40 *Schema quod vulneret, non quod titubet*] Non intelligo. Codex C. Schotti, *titubaret*. An, *quod vulneraret, non quod turbaret*. An potius, *titillaret*. Gronovius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ſententia verbis conſumatur. nec enim paucioribus poteſt. *Euctemon* levis declamator, ſed dulcis, dixit nove & amabiliter, illum æque ab omnibus vexatum ſenſum, quo reconciliatio fratrum tentatur.

CONTROVERSIA II.

Sacerdos proſtituta.

Lex. *Sacerdos caſta è caſtis, pura è puris ſit.* Thema. *Quædam virgo à piratis capta veniit: empta à lenone, & proſtituta eſt. Venientes ad ſe exorabat ſtipem. militem qui ad ſe venerat, cum exorare non poſſet, colluctantem & vim inferentem occidit. accuſata, & abſoluta, remiſſa ad ſuos eſt: petit ſacerdotium. Contradicitur.*

CONTRA PUELLAM. *Porcii Latronis.* [1] Sacerdos noſtra adhuc in lupanari viveret, niſi hominem occidiſſet. Inter barbaros quid paſſa ſit, neſcio: quid pati potuerit, ſcio. Sacerdoti ne purus quidem contigit dominus. Abſint ex hoc foro lenones, abſint meretrices: ne quid parum ſanctum occurrat, dum ſacerdos legitur. ſi nihil aliud, certe oſculatus eſt te, quiſquis puram putabat. O egregium pudicitiæ patrocinium: militem occidi. At hercules lenonem non occidiſti. Deducta es in lupanar, accepiſti locum, pretium conſtitutum eſt, titulus inſcriptus eſt, hactenus in te inquiri poteſt: Ceterum neſcio quid cellulam & obſcœnum lectulum voces. De pudicitia ſacerdotis hic quæritur. Nemo, inquit, mihi virginitatem eripuit, ſed omnes quaſi erepturi venerunt: ſed omnes quaſi eripuiſſent, receſſerunt. [2] Quo mihi ſacerdotem, cujus precaria eſt caſti-

CONTR. II. 1 *Sacerdos noſtra*] Epitome ſcriptum habet *veſtra*. utrumque quia ferri poteſt, quod receptum eſt retinui. N. *Faber*.

2 *Quo mihi ſacerdotem, cujus precaria*] Pincianus rectius ait eſſe in ſuis: *Quid mihi cum ſacerdote, cujus precario.* Utrumque pejus. Ac poſterius refutavit Gruterus. Alterum eſſe pravum, poterat meminiſſe ex iis, quæ notaverat ad Naturales quæſtiones. Declamatione Quintiliano adſcriptarum ſecunda;

caſtitas? cum ex illo lupanari cruenta fugeret, ſi qua tibi occurriſſet. Si mater tua proſtitiſſet, tibi noceret: propter te liberis tuis ſacerdotium non daretur. *Fulvii Sparſi.* Quid incluſa feceris, nec quærere debemus, nec ſcire poſſumus. *Cornelii Hiſpani.* Occidiſti hominem. quid reſpondes? vim afferebat mihi. Puto, ſacerdoti pro libertate vota facienda ſunt: captivæ mandabitis? Pro pudicitia vota facienda ſunt: proſtitutæ mandabitis? [3] Pro militibus vota facienda ſunt: iſti mandabitis? Id enim deerat, ut templa eas reciperent, quas aut carcer aut lupanar ejecit. *Marillii.* Ut ſciamus illam apud lenonem fuiſſe, blanda eſt: ut ſciamus apud piratas, cruenta eſt. Nemo, inquit, me attigit. [4] da mihi lenonis rationes; captura conveniet. Age, ſi quis venit pertinax? age, ſi quis hoc ipſum concupivit quod virgo eras? age, ſi quis, ne negare poſſes, ferrum appulit? *P. Vicitii.* Eam ſacerdotem facite, quæ aut honeſte maneat, quod ſemper fuit, aut pœnam ſentiat, ſi eſſe deſierit. Cujus audaciæ es, puella? etiam ſi nobis non timeremus, tu tibi metuere deberes. Aliter deorum numini ſubjecta uniuſcujuſque conſcientia eſt, aliter noſtræ æſtimationi. Nos tantum

da: *Quo cæco hæreditatem vel innocentem?* Ibidem: *Quo, per fidem, divitias juveni, apud quem omnium rerum diverſitas periit?* utque appareat idiotiſmum & in ore vulgi fuiſſe, l. 2. C. Theodoſii, quæ eſt prima in codice Juſtiniani, de Veteranis: *Adunati veterani exclamaverunt: Conſtantine Auguſte, quo nos veteranos factos, ſi nullam indulgentiam habemus?* Et ſic ſcite vetus interpres ſacri Codicis Eſaiæ, cap. 1. *Quo mihi multitudinem victimarum veſtrarum, dicit Dominus.* Gronovius.

3 *Pro militib. vota facienda ſunt: iſti mand.*] Particula *iſti*, parum apte menti auctoris convenire videtur. Quare conjectura ducor, ut ſcripſerit *hoſti*; quæ vox reſpondet duabus prioribus, *captivæ* & *proſtitutæ*. *Hoſtem* autem virginem appellat, quia militem occiderat, quod hoſtilis animi factum erat. *Juretus.*

4 *Domi lenonis rationes*] Quid ſi legamus, *Da mihi lenonis rationes: captura convincet.* id eſt tantum ab adeuntibus accepiſſe, quantum quamvis aliam meretricem, ut inde caſtiorem ceteris non eſſe clarum ſit. Ita Nicolaus Faber. Pars emendationis vera eſt, in parte excidit. non enim mutandum: *captura conveniet.* quod eſt elegantiſſime dictum pro illo; ratio capturæ conſtabit: per te non minus ſalva integraque erit: tuo nomine tantum in accepti tabulis erit, quantum cujuſquam aliarum meretricum nomine. Diverſa ſunt illa, Controverſ. 33. *Tibi captura quotidiana non reſpondet.* Et pro eodem in excerptis, lib. 10. decl. 4. *Tibi, inquit, quotidiana captura*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

tantum [5] quæ feceras palam, vidimus; illi, etiam quæ ſecreta ſunt. Indignam ſacerdotio dicerem, ſi tranſiſſes per lupanar. [6] Procedente hac lictor ſubmovere jubebitur? huic prætor via cedet? ſummum imperium conſules cedent tibi? Quæcumque meretrix proſtrata fuit, fugiet? Fas ſacerdoti non eſſet, ancillam tibi ſimilem habere: fieri te ſacerdotem fas erit? Nam quod ad ſortem pertinet, ne reliquæ virgines contaminarentur, hæc ſegregata eſt. Caſtam te putas, quia inviſa meretrix es. Nuda in litore ſtetit ad faſtidium emptoris: [7] omnes partes corporis & inſpectæ & contrectatæ ſunt. Vultis auctionis exitum audire? [8] Vendit pirata,

captura non conſtat. Sic Terentius Phormione: *Accipe, hem, lectum eſt: conveniet numerus, quantum debui.* Cicero lib. 5 ad Attic. ep. ult. *Quid opus eſt? inquam. rationes conferatis. Aſſidunt: ſubducunt: ad nummum convenit.* Gronovius.

5 *Quæ feceras palam*] Paulo melius fort. *quæ feceris palam.* N. Faber.

6 *Procedente hac lictor ſubmovere jubebitur?*] Sic quidem Lipſius de conjectura, cui ſubſcribit Schottus: ſed mss. & veteres editi, *ſubmoveri videbitur.* Itaque ob conſequentia malim: *ſubmovere vetabitur.* Intelligo lictorem, non Veſtalis, ſed prætorum & conſulum. horum lictores vetabuntur animadvertere, & ultro ipſi ſacerdoti decedent. Lib. 6. epitom. controv. 8. contra Veſtalem: *Tibi magiſtratus ſuos faſces ſubmittunt: tibi conſules prætoreſque via cedunt.* Gronovius.

7 *Omnes partes corporis*] Expoſita enim mancipia ab empturientibus, num ſana & integra eſſent, contrectabantur. Martialis lib. 6. Epigram. 82. Suetonius Octavio, cap. 69. Porro linea eadem legendum, *vultis auctionis exitum audire?* non *actionis.* N. Faber.

8 *Vendit pirata, emit leno, excipitur nihil*] Fugit ratio Lipſium, cum ſuppoſuit: *excipit fornix.* Solitas enim in venditione mancipiorum certas contumelias excipi, ex jure notum eſt. L. 10. §. 1. de in jus vocando: *Proſtituta contra legem venditionis, venditorem habebit patronum, ſi hac lege venierat, ut, ſi proſtituta eſſet, fieret libera.* Quo nihil ad hunc Marci locum ſervandum aptius commodiuſque. Sic & poſt legem Petroniam dominis in ludum beſtiarum ſervos vendere conceſſum non fuit, l. 11. §. 2. ad l. Corneliam de Sicariis. Reſcriptum Divorum Fratrum, l.42. de contr. emt. *Domini neque per ſe, neque per procuratores ſuos poſſunt ſaltem criminoſos ſervos vendere, ut cum beſtiis pugnent.* Quæ, priuſquam à principibus conſtituta eſſent, ipſius lex humanitatis privatorum pactionibus & exceptionibus ſanxit. Unde declamat. 9. Quintiliani: *Parum eſt, quod in nefarias latronum manus præda perveni, & quæ ultima malorum etiam ſervorum conditio eſt, ſine exceptione venalis.* Controv. 34. *Utinam, Philippe, hac auctionem cum exceptione feciſſes: ne quis Athenienſis emeret.* Sic & ipſi lenones interdum excipiebantur. Declamat. Quintil. 3. *Leno etiam ſervis excipitur: fortaſſe hac lege captivos vendes.* Ubi ponitur in arbitrio vendentis, quod poſtea jus factum. Nam Hadrianus Cæſar lenoni & laniſtæ ſervum ancillamve vendi vetuit, cauſſa non præſtita. *Gronovius.*

9 *Hono-*

pirata, emit leno, excipitur nihil. Eo deducta es, ubi tu aliud honeſtius nihil facere potuiſti quam mori. Quæ ſtipem rogaſti, ſacerdotium rogas? Fortuna, inquit, hoc mè coëgit pati: miſereri debent omnes mei. Et ego miſereor tui, puella. ſed non facimus miſerandas ſacerdotes. non eſt apud nos maximus honor, ultimorum malorum ſolatium. *Mentonis.* [9] Honorem habitum auribus majeſtatique velim veſtræ, quod neceſſe eſt in hac cauſa nominare lupanar, lenonem, meretricios quæſtus, homicidium. Quis credat? Inter hæc ſacerdos quæritur. At mehercules futuræ ſacerdoti nihil ex his audiendum erat. Sacerdotis veſtræ ſumma notitia eſt, quod proſtitit: ſumma virtus, quod occidit: ſumma felicitas, quod abſoluta eſt. Non poteſt in ea ſperari ſacerdos, in qua ſperari meretrix poteſt. Aliis oculis virginem leno æſtimat, aliis pontifex. *Blandi.* Virgo ſum, inquit. Interroga, ſi dubitas, archipiratam: interroga gladiatorem, an rogatus virginitati pepercerit. Non refello, dum ſcias clauſa eſſe teſtibus tuis templa. In auctione nemo voluit liceri, ut enotuit, ſerviſſe piratis. non videbatur iſte virginis vultus, iſta conſtantia, & ne armatum quidem timens audacia. *Arellii Fuſci Patris.* Ne metuas, puella; pudica es: ſed ſic te viro lauda, non templo. Meretrix vocata es, in communi loco ſtetiſti, [10] ſuperpoſitus eſt cellæ tuæ titulus,

9 *Honorem habitum auribus*] Nimirum *honorem præfari* ſolebant, ubi quid turpe & obſcœnum dictu locuturi, vel loca Ædilem metuentia nominaturi. Cic. Epiſt. 22. lib. 9 Fam. *Nos autem ridicule, ſi dicimus, Ille patrem ſtrangulavit, honorem non præfamur: ſin de Aurelia aliquid aut Lollia, honos præfandus eſt.* Vide de hac re plura apud Briſſonium lib. 8 de Formulis.

10 *Superpoſitus eſt cellæ tuæ titulus*] Qui nomen meretricis proſtantis indicaret. Juvenalis Sat. 6. de Meſſalina:

—— *titulum mentita Lyciſcæ.*

Martialis lib. 11.

Intraſti quoties inſcriptæ limina cellæ.

id eſt, titulum habentis. Hujuſmodi titulos intelligit Petronius Arbiter, cum ſcribit: *Cum ego negarem me cognoſcere domum, video quoſdam inter titulos, nudaſque meretrices furtim ſpatiantes.* Tertullianus de pudicitia ſtatim initio: *Ego & mœchiæ & fornicationis delicta pœnitentia functis dimitto. O edictum cui adſcribi non poterit bonum factum. Et ubi proponitur liberalitas iſta? ibidem opinor, in ipſis libidinum januis, ſub ipſis libidinum titulis.* N. Faber. Certa cuique meretrici *cellula* conſtituebatur, propriuſque ei titulus inſcribebatur, quo & proſtituta nomen & quantum uno concubitu mereret, deſignabatur.

titulus, venientes recepiſti. Cetera, etiam ſi in communi loco eſſem, tamen potius tacerem. *Pompeii Silonis.* Excipitur meretricum oſculis. Docetur blanditias, & in omnem motum corporis confringitur. Avertite aures petituræ ſacerdotium, dum reliqua narro: nihil ad vos deferam dubium: nihil audietis, niſi quod vicina civitas vidit. Tu ſacerdos? quid ſi tantum capta? quid ſi tantum proſtituta? quid ſi tantum homicida? quid ſi tantum rea fuiſſes? *Rom. Hiſponis.* Numquid hoc negas, colluctatam te tamen cum viro? quem in illa volutatione neceſſe eſt prius ſuper te fuiſſe. [11] Adjiciebat *Zeno:* merito occiſum militem, plus auſum, quam in proſtitutam licebat. Exoraſti populum. Nunquid & lenonem? nunquid & piratam illum, quem non poteras occidere? *Argentarii.* Armatum, inquit, occidi. Quid inermis gloriatur homicidio ejus, quem neſcio, an ſero occiderit? *Ceſtii Pii Narratio.* Ita domi cuſtodita eſt, ut rapi poſſet: ita curæ fuit ſuis, ut rapta non redimeretur: ita raptæ pepercere piratæ, ut lenoni venderetur: ſic emit leno, ut proſtituerit: ſic venientes deprecata eſt, ut ferro opus eſſet. Conjectum in urnam nomen ejus non exiit, ſed ejectum eſt. tempus erat nos ſortiri, urna purgata eſt. Stetiſti puella in lupanari: ut nemo te violaverit, locus ipſe violavit. Stetiſti cum meretricibus, ſtetiſti ſic ornata, ut populo placere poſſes, ea veſte quam leno dederat. Nomen tuum pependit in fronte: pretia ſtupri accepiſti; & manus, quæ diis datura erat ſacra, capturas tulit. cum deprecareris intrantis amplexus, ut omnia alia impetraris, oſculo rogaſti. Ancillæ ex lupanaribus ſacerdoti non emuntur: coram ſacerdote

batur. hos Tertullianus *libidinum titulos* appellat lib. de pudicitia: de quibus plura viſantur apud Briſſonium lib. de jure connub. Caſſellum Durantium lib. 1. cap. 2 Variarum, Douzam Præcidan. lib. 1. c. 4. ad Arbitrum.

11 *Adjiciebat Zeno, merito*] Quid ſi legamus *Silo?* Nam Zenonis Rhetoris Latini alibi non fit mentio. Zeno tamen Rhetor Græcus apud Strabonem lib. 14. nominatur: ſed Hiſpone paulo antiquior fuit, cui adeo adjicere non potuit. *N. Faber.* Quid ſi legas, *Silo?* inquit Faber. Immo: *Adjiciebat obſcæne.* idem nempe Romanus Hiſpo. *Gronovius.*

ſacerdote obſcœnis homines abſtinent. Non ſine cauſa ſacerdoti lictor apparet; occurrenti tibi meretricem ſubmoviſſet. Non eſt credibile, temperaſſe à libidine piratas, omni crudelitate efferatos, quibus omne fas nefaſque luſus eſt, ſimul terras & maria latrocinanteis, quibus in aliena impetus per arma eſt: jam ipſa fronte crudeles, & humano ſanguine aſſuetos, præferentes ante ſe vincula, & catenas, gravia captis onera. A ſtupris removere potuiſti, quibus inter tot tanto majora ſcelera, virginem ſtuprare, innocentia eſt? Sed lupanar excipit omnes. Sordida injurioſaque turba huc influit, nec quiſquam eo ut judicet, venit. [12] At omnes favere fabulis tuis, at omnibus perſuaſum eſt. Nemo in tanta euntium redeuntiumque turba inventus eſt, qui fortunæ tuæ vellet illudere? Ergo tu cum tam innocens quam dicis, iſta paſſa es, credis deos eſſe? nihil, inquit, paſſa ſum. hoc ſatis eſt nupturæ, ſacerdoti parum. Ubi adhuc fuiſti? diſcede, ignota es: deinde, nimum nota es. *P. Aſpernatis.* Contradico, non inimicitiis cujuſquam impulſus. Quod enim odium, quæ inimicitiæ cujuſquam eſſe poſſunt, quam nemo civium ſuorum norat antequam proſtitit? Movet me reſpectus omnium virginum, de quibus hodie gravis fertur ſententia, ſi in civitate nulla inveniri poteſt, neque meretrice caſtior, neque homicida purior. Piratæ te inviolatam ſervaverunt? à ſacerdote ſe non abſtinuiſſet pirata, leno, mango. De ſacerdotis pudicitia his ſponſoribus credendum eſt? Jacuiſti in piratæ myoparone: contrectata es alicujus manu, alicujus oſculo, alicujus amplexu. An melius pirata ſervavit, quam pater? Converſata es diutius inter humano ſanguine delibutos: inde eſt profecto quod potes hominem occidere. Proclama ingenuam eſſe te. quid expectas? cum in lupanar veneris, jam tibi omnia templa præcluſa ſunt. [13] Conſervarum oſculis inquinatur, inter ebrio-

12 *At omnes favere*] Ceteræ editiones, *Aut omnes favere fabulis tuis, aut omnibus*, &c. unde conjicio legendum, *Haud omnes favere fabulis tuis, haud omnibus perſuaſum eſt.* N. Faber.

13 *Conſervarum oculu inquinatur*] Lego,

ebriorum convivarum jocos jactatur, modo in puerilem, modo in muliebrem habitum compoſita. Iſtinc ne patri quidem redimenda es. Nulla ſatis pudica eſt, de qua quæritur. Non legerem te ſacerdotem, etiam ſi ſacerdoti ſerviſſes. Virginem eſſe ſacerdotem noſtram, cui credimus? meretrici, lenoni, piratis? hæc enim teſtium ſumma eſt. Caſtigationem ex pontificis maximi arbitrio meruerat ſacerdos, ſi te è lupanari redemiſſet. Convenit omnis libidinoſorum turba, & concurrit ad meretricem novam. Illud certe fateberis, pudicitia tua precaria eſt. Tot intraverunt cellam tuam gladiatores, tot juvenes ebrii, & omnes ante militem inermes. Ego illam dico proſtitiſſe: illa ſe dicit etiam mendicaſſe. Pudicitiam ſacerdotis meæ etiam carnifici debeo. *Junii Gallionis.* Ambitioſa lex eſt, ad ſacerdotium notæ non ſanctitatis tantum, ſed felicitatis admittit. Inquirit in majores, in corpus, in vitam. Vide tu, quemadmodum tam moroſæ legi ſatisfacias. Capta es à piratis: inter ſervos, inter homicidas, in illis myoparonis anguſtiis ſpatiata es. [14] Viderimus quid in te audere potuerit feritas hoſtium, libido barbarorum, licentia dominorum. Certum habeo, judices, cum hanc feritatem barbarorum audiatis, favetis illi, ut quamprimum mutet ſervitutem. Sic iſtam ſervaverunt piratæ, quemadmodum qui lenoni eſſent vendituri. Stare in illo ordine, ex eadem veſci menſa, in eo loco vivere, in quo etiam ſi non patiaris ſtuprum, videas. Aliquis fortaſſe inventus eſt, quem hoc ipſum irritaret,

Lego, *conſervarum oſculis inquinatur.* N. Faber.

14 *Viderimus, quid in te audere potuerit*] Puto ſcribendum: *Videbimus.* Quod Lucio alibi defendimus, alibi reſtituimus. Excerpt. lib. 3. contr. 1. *Sic circumventus eſt, inquit, injuriam perſequatur, de vi agat, talionem petat. Videbimus. Primum eſt, ut habeat, unde vivat.* Eadem labes frequens in Fabii avi declamationibus. CCCIX. *Videbimus, an in controverſiam res adducta ſit, poſtea: interim certum eſt hunc fuiſſe raptorem.* CCCXIV. *Videbimus in aliis partibus demens fuerit: hic tanquam ſanus perſeveravit.* CCCXXVI. *Quod crimen an verum ſit, poſtea videbimus: interim legi & juri conjunctum non eſt.* CCCXXXII. *Videbimus enim poſtea de judiciis: interim non dubitabitur, uter ex nobis illum magis amaverit.* Ubi & ut aliis nonnullis locis perperam editum, *viderimus:* ſalvum eſt illud declam. 327. & 350. *Gronovius.*

taret, quod rogabas. Ipſe autem leno pepercit? Ignoramus iſtos, quibus vel hoc in ejuſmodi quæſtu præcipue placet, quod illibatam virginitatem decerpunt. Servavit te leno, quam proſtituturus erat in libidinem populi? ita eſt. Sic leno tanquam non caſtam è caſtis. Omnes, inquit, exoravi. Si quis dubitat, an meretrix eſſet, audiat quam blanda ſit. Hæſiſti in complexu: oſculo pacta es, ut feliciſſima fueris: pro pudicitia impudice rogaſti. Quid faciam [15] mulieri intra crimina ſua deliteſcenti? Cum dico, Vim paſſa es: Occidi, inquit. cum dico, Hominem occidiſti: Inferebat, inquit, vim. Sacerdos noſtra ſtuprum homicidio, homicidium ſtupro defendit.

DIVISIO. *Latro* in has quæſtiones diviſit: An per legem ſacerdos fieri non poſſit: & ſi lex illi non obſtat, tamen ſacerdotio indigna ſit. An lege prohibeatur, in hæc duo diviſit: An caſta ſit, an pura ſit. An caſta ſit, in hæc diviſit: Utrum caſtitas tantum ad virginitatem referatur, an ad omnium [16] turpium obſcœnarumque rerum æſtimationem. [17] Puta enim virginem quidem eſſe te, ſed contrectatam oſculis omnium, etiam ſi citra ſtuprum, cum viris volutatam. non es caſta talis, qualis videri poteſt, cui lex nocere vult matrem quoque inceſtam? Si ad virginitatem tantum

15 *Mulieri in crimina ſua deſilienti*] Mss. & veteres editi, *deliteſcenti*. Faber ille optimus, *deſilienti*; ego, *mulieri crimina ſua diligenti*, inquit Lipſius. Nec ſenſus iſte, nec in ea voce vitium. Scribe: *mulieri in crimine ſuo deliteſcenti*. Vel, *intra crimina ſua deliteſcenti*. Hoc eſt, uno crimine alterum protegenti, uno pro umbra & ſcuto adverſus alterum utenti. Proxima explicant. Phraſis eſt Tullii pro Cæcina: *Verum, ſiquidem erit armorum judicium, tum iſta dicito: juris judicium cum erit & æquitatis, cave in iſta tam frigida, tam jejuna calumnia deliteſcas.* Gronovius.

16 *Turpium obſcœnarumque rerum æſtimationem*] Forte: *ad omnium turpium obſcœnarumque rerum abſtinentiam*. Idem.

17 *Puta enim virginem*] Locus corruptus & à verbis & ab interpunctione: qui tamen leviſſima opera curari poteſt ſi legamus, *Puta virginem quidem eſſe te, ſed contrectatam oſculis omnium etiam ſi citra ſtuprum, cum viris volutatam. An caſta talis*, &c. Nec dubito quin vera ſit hæc hujus loci lectio. Nam cum lex ſit CASTA È CASTIS, jure quæri poteſt an hæc ad mentem hujus legis caſta, quæ licet incorrupta, in lupanari tamen verſata ſit. *N. Faber.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

tantum refertur caſtitas: An hæc virgo ſit. [18] Aiebat *Apollodorus* quidem, placere, ſi fixa eſſet, hæreat & tuta: ſed hic non repugnare controverſiam huic ſuſpicioni. [19] Non enim potitur adhuc virgine: & multa ſunt propter quod credibile ſit, non eſſe. Illud adjiciebat: Denique, etiam ſi non effecero, ut credant judices non eſſe virginem: conſequar tamen, ut non putent dignam ſacerdotio, de qua dubitari poteſt, an virgo ſit. An pura ſit, in hæc diviſit. An etiam ſi merito occidit hominem, pura tamen non ſit homicidio coinquinata: deinde, An merito occiderit hominem innocentem, uti corpore proſtituto volentem. Abſoluta eſt, oſtendit non puram eſſe, ſed tutam. An idonea ſit, in tractationes quas quiſque vult diviſit: An idonea ſit tam infelix, ut caperetur, ut veniret lenoni potiſſimum, ut proſtitueretur, occidere hominem cogeretur, ut cauſſam diceret. *Ceſtius* etiam altius petit, & objicit, quod tam vilis ſuis fuiſſet, ut non redimeretur. *Silo Pompeius* dum præceptum ſequitur, quo jubemur, ut quotiens poſſumus, de omnibus legis verbis controverſiam faciamus, illam quæſtionem movit, *Caſta è Caſtis*. Lex, inquit, *è Caſtis* cum dicit, hoc non tantum ad parentes refert, ſed ad omnes quibuſcum verſata eſt virgo. Non enim adjicit, *è Caſtis Parentibus*: ſed, *è Caſtis*. vult illos à quibus virgo venit, caſtos eſſe. Intelligo, inquit, ſub hoc verbo multa. Caſtis cum dicit penatibus, tu ex inceſtis venis. intelligo caſtis diſciplinis, tu ex obſcœniſſimis venis. quid enim didiciſti? Et quæcumque hoc loco dici poterant. Idem & in illa parte fecit, *Pura è Pu-*

18 *Aiebat Apollodorus quidem placere, ſi fixa eſſet*] Locus mirum quantum vitiatus, & quem ex parte depono: videor tamen videre quid dicat. Scholæ præceptum eſt vitioſas eſſe illas quæſtiones quæ contra thema ſunt. qua ratione dubitari poteſt, num hæc ultima quæſtio, An virgo ſit, velut contra thema, ſit vitioſa. At Apollodorus negat eſſe. non enim poni virginem, ſed quæri. Quare legi poterit: *ſed hic non rep. contr. huic ſuſpicioni. Non enim ponitur adhuc virgo: & multa ſunt*, &c. & ſane in themate dicitur virgo empta, ſed non virgo ex lupanari evaſiſſe. N. *Faber*.

19 *Non enim potitur adhuc virgine*] Faber: *ponitur adhuc virgo.* Vel potius: *ponitur, adhuc virginem eſſe.* Gronovius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

è Puris. Hiſp. Romanus accuſatoris uſus pugnacitate, negavit puram eſſe, non ad eam hoc referens, ſed ad corpus: tractavit, impuram eſſe, quæ oſculum impuris dederit, quæ cibum cum impuris ceperit. *Albutius* [20] figura diviſit controverſiam. Dixit enim: Putemus tres ſacerdotium petere: unam, quæ capta eſt: alteram, quæ proſtituta: tertiam, quæ hominem occidit. Omnibus nego: & ſic cauſam contra ſingulas egit. *Fuſcus Arellius* ſic diviſit. Probabo indignam ſacerdotio: primum, etiamſi pudica ſit: deinde, quia neſcimus an pudica ſit: noviſſime, quod non ſit pudica.

Color. Fuſcus pro puella colorem hunc introduxit. Voluerunt dii immortales in hac puella vires ſuas oſtendere, ut appareret, quam nulla vis humana divinis reſiſteret: magis putaverunt miraculo eſſe in captiva libertatem, in proſtituta pudicitiam, in accuſata innocentiam. *Latro* dixit: Aliqua capta felicior fuit, nulla fortior. *Marillius* cum deſcripſiſſet, dignationem puellæ magnam fuiſſe, altius quiddam ſuperbiuſque vultu ipſo præferentem, hanc adjecit ſententiam, quam ſolebat mirari Latro, immo (ut ipſe aiebat) exoſculari: Narrate ſane omnes tanquam ad proſtitutam veniſſe, dum tanquam à ſacerdote diſceſſerint. *Albutius* dixit: Neſcio quis fero & violento animo venit, ipſis credo diis illum impellentibus ut futuræ ſacerdotis non violaret caſtitatem, ſed videret: prædixit illi, abſtineret à ſacro corpore manum. Non eſt quod audeas lædere pudicitiam, quam homines ſervant, dii expectant. Cruente, & in perniciem cruente tuam, [21] hæc, inquit, arma te neſcis tenere pro

20 *Figuram diviſit in controverſiam*] Vide num rectius legamus, *Albutius figura diviſit Controverſiam*, vel, *in figuras diviſit Controverſiam.* infra enim Controv. 5. lib. 11. dicit, *Albutius decentiſſime fecit. Solebat enim fere in aliquas figuras declamationem deſcribere, & prius egit injuſti repudii: deinde ingrati.* Porro hoc loco generalius nomine accepto figuram vocat conformationem declamationis remotam à communi & primum ſe offerente ratione. *N. Faber.*

21 *Hæc, inquit, arma quæ neſcis*] Fortaſſe, *Hæc, inquit, arma te neſcis tenere pro pudicitia?* & linea ab hac ſecunda, *accuſator enim inventus, qui judici ejus,* &c. *Idem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

pro pudicitia, & raptum gladium in pectus piratæ ſui torſit. Hoc factum ejus ne lateret, eiſdem diis immortalibus fuit curæ. [22] Accuſator ejus inventus eſt, qui judici ejus in foro teſtimonium redderet. Nemo credebat occiſum virum à femina, juvenem à puella, armatum ab inermi: majora videbantur, quam ut poſſent credi ſine deorum immortalium auxilio geſta. *Ceſtius* timuit ſe in narrationem demittere, ſed illam tranſcucurrit: hoc dixit, in ſacerdote futura maxime debere æſtimari pudicitiam, innocentiam, felicitatem. quam pudica ſit, miles oſtendit: quam innocens, judex: quam felix, reditus. Etiam habemus quandam prærogativam ſacerdoti ab ipſo numine datam. licet iſti objiciant illi, fuiſſe captivam, lenoni poſtea ſerviſſe, cauſam noviſſime dixiſſe: inter tot pericula non ſervaſſent illam dii, niſi ſibi. *Argentarius* illud in narratione dixit. Accuſator in hoc maxime premebat ream, aiebat occiſum eſſe intra verba, antequam vim afferret. *Silo Pompeius* hac figura narravit: Eam vobis ſacerdotem promitto, quam inceſtam nulla facere poſſit fortuna. Poteſt aliquid ſervitus cogere: ſervivit & barbaris & piratis: inviolata apud illos manſit. Poteſt aliquam corrumpere prolapſi in vitia ſeculi prava conſuetudo: etiam matronarum [23] notum in libidine magiſterium. licet illam ponatis in lupanari, & per hoc illi intactam pudicitiam efferre contigit. fuit in loco turpi, probroſe leno illam proſtituit: populus adoravit: nemo non plus ad ſervandam pudicitiam contulit, quam ad violandam attulerat. [24] Multum poteſt ad rectum quoque pudici animi propoſitum:

22 *Accuſator ejus inventus*] Faber, *enim.* Non hic cenſeo vitium eſſe, ſed in membro proximo. & legendum: *Accuſator ejus inventus eſt, qui pudicitiæ in foro redderet teſtimonium.* Non, *judicii ejus.* Infra: *Accuſator in hoc maxime premebat ream: aiebat occiſum eſſe antequam vim inferret.* Hoc eſt illud pudicitiæ teſtimonium. *Gronovius.*

23 *Notum in libidine*] Veteres editiones habent, *vultum in libidine magiſterium.* Ex quo elicio legendum, *multum in libidine magiſterium.* Veteres editiones cum dico, duas illas antiquas Venetianas, de quibus in præfatione loquutus ſum, intelligo: quod ſemel admonuiſſe ſufficiat. *N. Faber.*

24 *Multum poteſt ad rectum quoque*] Conjicio: *Multum poteſt ad flectendum quoque pudici animi propoſitum hoſtis gladius:*

poſitum : hoſtis gladio non ſuccumbet : immo, ſi opus fuerit, pudicitiam vindicabit. Incredibilem videor in puella rem promittere : jam præſtitit. Adoleſcentem miſericordis populi beneficium polluere tentantem gladio repulit. Fuit qui illam accuſaret cædis. abſoluta eſt. ne qua vobis poſſet eſſe dubitatio, quæ ventura erat ad ſacerdotium, an pura eſſet, an integra : jam judicatum eſt. *Triarius* dixit : Negat ſe puella feciſſe. Negat illum ſuis manibus cecidiſſe. Altior, inquit, humana viſa eſt circa me ſpecies eminere, & puellares lacertos ſupra virile robur attollere. quicumque eſtis dii immortales, qui pudicitiam ex illo infami loco cum miraculo voluiſtis emergere, non ingratæ puellæ opem tuliſtis. Vobis pudicitiam dedicat, quibus debet. *Alterius* partis color nihil habet difficultatis. [25] Apparet quas propoſui; dicendum eſt in puellam vehementer, non ſordide, nec obſcœne. Sordide *Baſilius*; qui dixit : Extra portam iſtam virginem. &, Oſtende iſtam æruginoſam manum. *Vibius Rufus*, qui dixit : Redoles adhuc fuliginem fornicis. Obſcœne, quemadmodum *Murrhedius* rhetor. qui dixit: [26] Unde ſcimus, an convenientibus pro virginitate, alio libidinis genere deciderit? Hoc genus ſenſus memini quemdam prætorium dicere, cum declamaret controverſiam de illa quæ egit cum viro malæ tractationis, quod virgo eſſet, & damnavit : poſtea petiit ſacerdotium. Novimus, inquit, iſtam

gladius : non ſuccumbet. Gronovius.

25 *Apparet quas propoſui dicendum*] Hæc quia corrupta ſunt in editione recenti Romana, omiſſa ſunt : mallem tamen ex his aliquid efficere & legere, *Alterius partis color nihil habet difficultatis. Apparet ex his quæ propoſui*, vel, *Alterius partis colorem nihil habere difficultatis apparet*, &c. *N. Faber.*

26 *Unde ſcimus an convenientibus*] Eraſmi editio, *te alio libidinis genere addixeris.* Scriptus & Pal. *dedideris.* Schottus ex optimo : *annon venientibus* &c. *decideris.* Legi tamen etiam poſſe : *te alio libidinis genere dedideris.* Sed verbum *decidendi* nimis elegans eſt, neque excludi debet. Interim, ut Latina ſit oratio, refinge : *an cum convenientibus.* Vel, *annon cum convenientibus.* Utitur enim ut Juvenalis : *cœpit decidere jactu Cum ventis.* & Martialis : *& non erit uncia tota, Decidat tecum qua pater ipſe deum.* Et L. Seneca ad Polybium, c. 29. *Pro omnium horum ſalute hac tecum portione fortuna decidit. Convenientes*, ut ſupra : *convenit omnis libidinoſorum turba.* Aurelius cum ſuo *ſcindere* ſolennia nugatur. *Gronovius.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

iſtam maritorum abſtinentiam, qui, etiam ſi primam virginibus timidis remiſere noctem, vicinis tamen locis ludunt. Audiebat illum Scaurus, non tantum diſertiſſimus homo, ſed venuſtiſſimus, qui nullius unquam impunitam ſtultitiam tranſire paſſus eſt. ſtatim Ovidianum illud,

[27] *Dum timet alterius vulnus inepta loci.*

& ille excidit, nec ultra dixit. Hoc autem vitium aiebat Scaurus è Græcis declamatoribus tractum, qui nihil non & permiſerint ſibi, [28] & penetraverint. *Hybreas*, inquit, cum diceret controverſiam de illo qui tribada deprehenderat & occiderat, deſcribere cœpit mariti affectum, in quo non deberet exigi inhoneſta inquiſitio. ἐγὼ δ' ΕΖΗΣΟΠΗΣΑΤΙΩΤΕΡΟΝ τὸν ἄνδρα. γεγόνηται, ἢ πεοστέρραπται. *Grandaus Aſianus* æque declamator, cum diceret in eadem controverſia: Num ideo occidi adulteros non paterentur, dixit: εἶδε. φιλάῤῥενα μοιχὸν ἔλαβον. in hac controverſia de ſacerdote, non minus obſcœne dixit Murrhedius. Fortaſſe dum repellit libidinem, manibus excepit. Longe recedendum ab omni obſcœnitate & verborum & ſenſuum. quædam ſatius eſt cauſæ detrimento tacere, quam verecundiæ dicere. *Vivius Rufus* videbatur quotidianis verbis uſus non male dixiſſe; Iſta ſacerdos quantum mihi abſtulit!

CON-

27 *Dum timet alterius vulnus inepta loci*] Ex Plauto verſum iſtum interpretatur Joſ. Scaliger in Priapeia. Item Durantius lib. 3. Variar. cap. 11. hincque probat, locum veteres uſurpaſſe pro natura muliebri: nam & Q. Serenus Sammonicus:

Obſcœnos ſi pone locos nova vulnera carpens,
Horrentum manſa curantur fronderuborum.

Meminit autem & Pentametri hujus Politianus cap. 59 Miſcell.

28 *Et penetraverint*] Potius legendum, *& perpetraverint*. N. Faber.

CONTROVERSIA III.

Inceſta de ſaxa.

Lex. [1] Inceſta de ſaxa dejiciatur. *Thema. Inceſti damnata, antequam dejiceretur de ſaxo, invocavit Veſtam. vixit deje-cta. repetitur ad pœnam.*

CONTRA INCESTAM. *Latronis.* Hoc expectatis, ut capite demiſſo verecundia, ſe ipſa antequam im-pelleretur, dejecerit? id enim deerat, ut modeſtior eſſet in ſaxo, quam in ſacro fuerat. conſtitit, & circumlatis in frequentiam oculis, ſanctiſſimum numen, quaſi parum violaſſet inter altaria, cœpit in ipſo quo vindicabatur vio-lare ſupplicio. Hoc alterum damnatæ inceſtum fuit. Da-mnata eſt, quia inceſta erat: dejecta eſt, quia damnata erat: repetenda eſt, quia & inceſta & damnata & dejecta eſt. Dubitari poteſt, quin uſque eo dejicienda ſit, donec efficiatur propter quod dejecta eſt? [2] Patrocinium ſuum vocat pereundi infelicitatem. Quid tibi, importuna mu-lier, imprecer, niſi ut nec bis quidem dejecta pereas? Ve-niet ad colendum Romani Imperii pignus, etiamſi non ſtupro, at certe carnificis manu inceſta. Invocavi, inquit, deos. ſtatuta in illo ſaxo deos nominaſti: & miraris, ſi ite-rum te dejici volunt? ſi nihil aliud, in loco inceſtarum ſte-tiſti. *Ceſtii Pii Narratio.* Quid agam? exponam quando ſtuprum commiſerit? cum quo? quibus conſciis? Iſta quia probavi damnata eſt. quid poſtea acceſſit, quod illam vir-ginem faceret, quod jacuit in carcere? quod ducta eſt ad ſaxum?

CONTROV. III. 1 *Inceſta de ſa-xo dejiciatur*] Lex eſt ſcholæ. Sacer-dos enim inceſta viva defodiebatur. N. *Faber.*

2 *Patrocinium ſ. v. pereundi infelici-tatem*] Juretus leg. *infacilitatem.* Nam præterquam quod *facilitas* & *felicitas*, ſæpe invicem confundi ſolent in li-bris, ea vox huc apriſſime convenit. *Infacilitatem* voco, quia virgo dejecta ſaxo, tamen facile mori non poterat, & eo proſpero eventu volebat videri innocens.

ſaxum ? quod inde projecta ? ait ſe innocentem, quia perire non potuit. Ita lex de ſacerdotum jure in judicio quæri voluit, de judicibus, in ſupplicio ? ampliatur à judicibus in pœnam. poſtulat, ut, cum contra pœnam cauſa tuta non fuerit, contra cauſam tuta pœna ſit. Non putas legem caviſſe ut perires, quæ cavit, quemadmodum perires ? Exoremus te, mulier, ut iterum abſolvaris. Aut tu ſacerdotium violaſti, [3] aut dii ſacerdotem. Male de diis exiſtimas, ſi ſacerdoti ſuæ tam ſero ſuccurrunt. lata eſt ſententia : pronuntiatum eſt : damnata es. Interrogo te hoc loco, mulier: reſponde mihi. Sunt dii ? *Arellii Fuſci patris.* Iterum experiamur : Quid times propitios deos ? Erat, inquit, præruptus locus, & immenſæ altitudinis. Dicebam tibi, Inceſtam lex mori voluit. ſtat moles abſciſſa in profundum, frequentibus exaſperata ſaxis, quæ aut elidant corpus, aut de integro gravius impellant : inhorrent ſcopulis enaſcentibus latera & immenſæ altitudinis triſtis aſpectus ; electus potiſſimum locus, ne damnati ſæpius dejiciantur. *Fulvii Sparſi.* A ſuperis dejecta, ab inferis non recepta, in cujus pœnam ſaxum extruendum eſt. *Junii Baſſi.* Nihil putabam amplius adjici poſſe audaciæ iſtius, quam quod in illa cruce Veſtam nominaverat. ab ipſo enim ſupplicio in templum uſque revoluta, quidquid ſecundum deos ſanctiſſimum eſt, contactu ſuo polluit : quam à ſaxo nuſquam reverti fas eſt, niſi ad ſaxum. Quanto minus quam in templum reſiluit ? huc potius venit, ubi damnatur, quam illo ubi abſolvitur. *Albutii Sili.* Si quis adhuc dubitabat de dejecta, veniat, & ſibi ipſi credat. Hæc impudentia virginis eſt : in urbe tam beata cum tot ſuperent virgines, cum tot principum filiæ ſint, poſtulat, ut præteritis his propemodum ab inferis eruatis ſacerdotem. Quare ergo ſi inceſta ſum, vivo ? neſcio : hoc unum ſcio, nec fieri quod non poteſt,

3 *Aut dii ſacerdotem*] A veteribus editionibus abeſt illud vocabulum, *dii*, & vereor ne recte, ejuſque loco legendum ſit *nos*, ut infra ſententiis Cornelii Hiſpani. N. *Faber.*

4 In

poteſt, nec portentum eſſe quod poteſt. Abſit, nefas eſt, ut id ſaxum abſolvat, quod tantum damnatos accipit. *Argentarii Narratio.* Pene, Judices, narrare cœpi, qualis eſſet rea. ſed quid efficiam, cum illam inceſtam probavero? nempe ut de ſaxo dejicienda videatur. jam viſa eſt. Non imitabor iſtius impudentiam, ut repetendo judicium, quod factum eſt, improbaſſe videar. quod exigebatur, probavi: quod judicaſtis, exequar. *Cornelii Hiſpani.* Deos deaſque invoco, quos priore judicio non fruſtra invocavi, inceſta quam tardiſſime pereat. Invocavi, inquit, numina. Quid invocas, mulier? Si innocens es, dii non ſunt. Videte quantum ſacerdos peccaverit, quæ nec abſolvi potuit, nec mori. Aut tu ſacerdotium violaſti, aut nos ſacerdotem. Erras ſi ſatis ad ſacerdotium putas, perire non poſſe. *Romani Hiſponis.* Ab Tarpeio ad Veſtam, cujus vittam carnifex rupit; à templo ad ſaxum, à ſaxo ad templum. hic pudicæ ſacerdotis inter ſupplicia & vota diſcurſus eſt. inter ſuperos inferoſque jactata, in novam pœnam revixiſti. *Pompeii Silonis Narratio.* Quod ad rerum expoſitionem pertinet, Judices, non committam ut deorum immortalium ultionem morer. inceſta ſaxo dejiciatur. lege damnata eſt: habetis judicium. dejecta eſt: habetis exemplum. *Vibii Galli* narratio, brevis expoſitio rerum eſt. Adverſariam inceſti poſtulavi, damnavi, carnifici tradidi: permittis jam abeam? Accuſator, recede, eamus ad abſolutionem tuam. ita dii damnatam abſolvere maluere, quam ſacerdotem? Sero innocentiam damnata concupiſti, vitam dejecta.

Altera pars. Silii Sparſi. Damnata dejecta eſt: abſoluta deſcendit. *Arellii Fuſci patris.* Putares puellam demitti, non cadere. *Ceſtii Pii.* Nullam habebat gratiam: [4] in templo vixerat. itaque tantum deos invocabat. Lex ſacerdotem non uſque ad ſaxum differret, niſi expectaret deorum ſententiam. *Cornelius Hiſpanus* deſcripſit altitudinem montis, etiam

4 *In templo dixerat*] Nemo, credo, non videt legendum eſſe, *vixerat.* N. Faber.

5 *Quæ*

etiam ſecure deſpicientibus horrendam; & adjecit: Carnifex quoque recedens impellit. nihil fecit tanquam rea, contumax eſt innocentia, turpe putabat ſacerdos rogari, niſi deos. *Marillii.* Mirandum eſt, ſi oppreſſa eſt virgo ſine gratia? Cujus enim genibus ſubmiſit manus? quem deprecata eſt, quæ tarde rogavit etiam deos?

Diviſio. Latro in has quæſtiones diviſit; Utrum lex de inceſta tantum ſit, quæ dejiciatur nec pereat: An etiam damnata, ſi innocens poſt damnationem apparuit, dejici non debeat. An hæc innocens ſit: An hæc deorum adjutorio ſervata ſit. *Ceſtius* & illa ſubjunxit huic ultimæ quæſtioni: An dii immortales humanarum rerum curam agant. Et ſi agunt, An ſingulorum agant; ſi ſingulorum agant, An hujus egerint. Improbabat Albutius, quod hæc non tanquam particulas incurrentes in quæſtionem tractaſſet, ſed tanquam problemata φιλοσοφούμενα. *Fuſcus Arellius pater* ſic diviſit: Utrum inceſtæ pœna ſit dejici, an perire: utrum providentia deorum, an caſu ſervata ſit. Si voluntate deorum ſervata ſit, an in hoc, ut credelius periret.

Color. Hic color fere ſententiis quas propoſui, permixtus eſt. Quid tamen Ceſtius ſenſerit, indicabo. Contra ſacerdotem, qui dixerunt, videri deos infeſtos illi, in hoc eam ſervaſſe, ut diutius torqueretur, aiebat Ceſtius, malle ſe caſu videri factum, quam deorum voluntate. nam ſi ſemel illos intervenire huic rei fateremur, manifeſtius erit in pœna ſervatam eſſe ſacerdotem, quam in pœnam actam. [5] Æque non probabat illa *Triarii.* Remiſſam tibi pœnam putas? ampliata eſt & ipſa, inquit, ampliatio, quæ apud judices

5 *Quæ non probabat ille*] Ex ſequentibus apparet de Ceſtio loqui noſtrum auctorem, ad finem uſque fere Controverſiæ. Quare hoc loco lubenter legerem, *Æque non probat illud Triarii: Remiſſam tibi pœnam putas? Ampliata eſt. Nam ipſa, inquit, ampliatio.* Hæc enim eſt ratio quare Ceſtius ampliatam pœnam corruptæ dici volebat. Dii enim qui omnia ſciunt, AMPLIUS vel N. L. pronuntiare non poſſunt. ſed dubito num etiam illud vocabulum AMPLIUS hoc loco reponendum ſit, legendumque, *Nam ipſa, inquit, ampliatio, quæ apud judices fieri ſolet, & verbum* AMPLIUS *in ſententia, poſitum non eſt damnantis, ſed dubitantis.* N. Faber.

6 *Tunc*

judices fieri ſolet: & verbum in ſententia poſitum, non eſt damnantis, ſed dubitantis. Declamaverat apud illum hanc ipſam controverſiam Varus Quintilius, [6] tunc Germanici gener, ut prætextatus. cum deſcripſiſſet circumſtantem turbam dolentem, [7] quod tam cito oculis pœna ſubduceretur, dixit: Exaudierunt dii immortales populi vota. Infeſtam, ne cito præceps ſupplicium tranſcurreret, revocaverunt. Ceſtius multa contumelioſe dixit in ipſam ſententiam. Sic, inquit, quomodo quadrigas, revocaverunt: nam hæc ante poſuiſti ſimilitudinem, quia & hæc de carcere exierat. Cum multa dixiſſet, noviſſime adjecit rem, quam omnes improbavimus. Iſta negligentia [8] pater tuus exercitum perdidit. filium objurgabat, patri maledixit. *Paſtor Ætius* hanc controverſiam apud Ceſtium jam Senator dixit, & hunc colorem optimum putavit: ſic veneficiis corpus induruit, ut ſaxa reverberaret. [9] Multum *Ceſtius* hanc corripuit, & dixit, Hoc eſt, quare ego auditores meos invitem ad alios audiendos ire: hoc male mihi facit ille, qui aut athleta aut pyctes eſt. Dicebat autem in Albutium, qui illis diebus dixerat in hac controverſia, durius ſaxo: & in Baſſum Julium multa, qui dixerat, Virgo de ſub ſaxo. [10] *Othonem Junium patrem* memini colorem inſulſum inducere.

6 *Tunc Germanici gener, ut prætextatus*] Fortaſſe, *adhuc prætextatus. N. Faber.*

7 *Quod tam cito oculis pœna ſubduceretur*] Cæteræ editiones, *Quod tam cito oculis pæne ſubduceretur*, habent. lego, *quod tam cito pœnæ ſubduceretur*, inducta voce *oculis*, id eſt, quod tam cito ſupplicium tranſcurreret. *Idem.* Inducit vocem *oculis* Faber, dein reſcribit *pœnæ*, me non ſecundo. Nam populus, qui fingitur, Romanus adſuetus ſanguinariis voluptatibus, ut apud Tragicum Medea optat: *Perfruere lento ſcelere, ne propera, dolor: Meus dies eſt, tempore accepto utimur:* ſic ille gaudebat lento ſupplicio, non tantopere odio damnatorum, quam in ſuorum oculorum voluptatem. Optabat igitur tam cito non expediri pœnam, ut diutius in cruciatu ſpectaretur, & circumſtantes delectaret, nonnunquam etiam ut gravius doleret aut cruciaretur noxius. Controv. 5. *Cadatur diu: toto die pereat, qui tota nocte peccavit.* Gronovius.

8 *Pater tuus*] Quinctilius Varus inſigni clade, cujus etiam pars fuit, nobilitatus. N. *Faber.*

9 *Multum Ceſtius hanc corripuit*] Potius legerem *hunc corripuit*, ut ad Paſtorem Ætium referatur, non ad ſententiam. *Idem.*

10 *Othonem Junium patrem*] Hujus Othonis pudendum elogium extat apud Tacitum lib. 3. *Junio Othoni*, inquit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

cere. quod minus ferendum eſt, quod libros colorum edidit. Fortaſſe, inquit, pœnæ ſe præparavit: & ex quo peccare cœpit, cadere condidicit. *Silo Pompeius* hunc colorem tentavit. Præſtatur, inquit, quædam damnatis ſacerdotibus verecundia. erubuimus quicquam ex damnatæ veſte detrahere. *Hiſpanus* dixit: Ita putaveras una te pœna poſſe defungi, cum in ſaxa deos nominaſſes? *Triarius* indignantium voces deſcripſit, & dicentium: Quia non potes, non vis mori. *Marillius* dixit: Conſtituta in ſaxo invocavit deos. publica indignatio exorta eſt. audet iſta nominare deos, audet hoc loco? Quid autem habet jam quod illos roget, niſi bonam mortem? *Diocles Caryſtius* dixit: τάλαινα καὶ τὸ δεύτερον (ait.) *Puton* ait: ἀεὶ ἐχθρὸν νομίσῃς ἐφ᾽ ᾧ βέβλησαι.

CONTROVERSIA IV.

Vir fortis ſine manibus.

Lex. Adulterum cum altera qui deprehenderit, dum utrumque corpus interficiat, ſine fraude ſit. *Altera.* Liceat adulterium in matre & filio vindicare. *Thema. Vir fortis in bello manus perdidit: deprehendit adulterum cum uxore, ex qua filium adoleſcentem habebat: imperavit filio ut occideret. Non occidit: adulter effugit: abdicat filium.*

CONTRA FILIUM. *Porcii Latronis.* Adulteros meos tantum excitavi. me miſerum! quamdiu jacuerunt poſtquam deprehenderam? Ego te non abdicem, quem poſſem occidere? O acerbam mihi virtutis meæ recordationem! O triſtem victoriæ memoriam! Ille onuſtus modo hoſtilibus ſpoliis vir militaris, adulteris meis tantum maledixi. ſolus ego ex omnibus maritis, nec dimiſi adulteros, nec occidi. Quid ridetis? inquam. quod non habeo manus?

quit, *litterarum ludum exercere vetus ars fuit. mox Seiani potentia Senator obſcura initia impudentibus auſis propolue*bat, vel potius *perpoluebat.* Ita enim emendatior locus videbitur. *N. Faber.*

CON-

manus? voco filium. Tu viri fortis filius, qui ſtringere ferrum non potes: [1] ne truncus quidem capi potui, niſi domi. Utcumque tamen potui, obluctatus ſum, & truncum corpus oppoſui. Exierunt adulteri, tantum meo ſanguine cruenti. *Cornelii Hiſpani.* O dignum, cui aut pudica contingat uxor, aut impudica, dum armatus eſt? Te reſpublica invoco, quæ manus meas poſſides: quis non putet aut me ſine filio fuiſſe, aut filium ſine manibus? *Ceſtii Pii.* Conceptus eſt iſte: ex quo, ſciemus, cum adulteros deprehendero. Nunquam putavi futurum ſalva republica, ut vir fortis ſentiret ſe manus perdidiſſe. *Marillii.* Adulteros meos uſque ad limen proſecutus ſum. cucurri miſer ad ferrum, quaſi manus haberem. *Triarii.* Deciderunt arma cum manibus: tunc primum ſenſi me manus perdidiſſe. [2] Deſcriptio pugnantis viri fortis. Dii boni, & has manus aliquis deriſit? *Aſprenatis.* Arceſſitus ut occideret adulteros, venit ut dimitteret. Ita ego manus etiam pro adulteris perdidi. Steti deprehenſus ab adulteris meis. Patris deſertor, matris leno, quem puto jam creditis non eſſe filium viri fortis, tertius in cubiculo deriſor ſtetit. *Fulvii Sparſi.* In bello meas,

CONTROV. IV. 1 *Ne truncus quidem capi potui, niſi domi*] Hoc eſt, etſi truncatus eram manibus, non potui tamen in acie capi, ſed domi circumventus, nempe à meis familiaribus, captus ſum. Ne audias Schottum in Variantibus dicentem ſe legere ex ſequentibus: *ne te truncus caperè potuit.* Gronovius.

2 *Deſcriptio pugnantis viri fortis*] Hæc, inquit Schottus, licet in veteribus libris compareant, ut alieno loco poſita, expungo, ut cohæreat oratio. Ego vero illa, tanquam ſuo loco poſita olim, reſtituo. Nam ne expunctis quidem illis oratio cohæret, aut cohærere debet. Sunt enim hæc vitrea fracta, & ex perpetua oratione hinc inde decerptæ ſententiæ, non perpetua oratio. Neque inſolens eſt Marco, reſpirationi ſententiarum, antequam ad diviſionem veniat, ſuam perſonam interponere. Sic ſuaſoria ſecunda in ſententiis Blandi: *Deſcriptio Thermopylarum.* Verbo notat eam exſecutum fuiſſe Blandum, ſeque eam prætermittere. Perperam hæc inde ſeparant editiones, & majuſculis literis exprimunt. Sic Controv. 3. in altera parte: *Cornelius Hiſpanus deſcripſit altitudinem montis, etiam ſecure deſpicientibus horrendam, & adjecit:* &c. Controv. 5. *Argentarius eundem ſenſum dixit, hoc adjecto.* Controv. 8. in ſententiis Ceſtii Pii. *Sic deſcendit in narrationem.* Controv. 25. in ſententiis Capitonis: *Deinde deſcripſit, qualiter in foro decolletur.* Perinde eſt igitur quaſi dixiſſet: *Triarius pugnantem virum fortem deſcripſit: poſt adjecit: Dii boni, & has aliquis manus deriſit?* Idem.

3 *Portat*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

meas, in domo etiam filii manus perdidi. Proceſſit in bellum hic unus omnium adoleſcentis filii vicarius: in acie vicit, domi captus eſt, [3] portat inter ſpolia viri fortis volutantes adulteros. Adoleſcens, venit tempus militiæ tuæ: indignare ſi deceptus es. Tam fruſtra ad filium, quam ad gladium cucurrit. ridebant adulteri truncas viri fortis manus, circa ſua arma labentis. *Argentarii.* Ante patriæ quam patri negavit manus. Libenter cauſam ejus ſuſcepi. quis enim illum non vindicet? quid hoc infelicius, quem adulteri tunc riſerunt, cum deberent mori? Vir fortis in civitate truncus, integros adulteros ſpectat. *Julii Baſſi.* Non eſt quod putetis puniri illum: [4] ad ſuos dimittitur, inquam, ad matrem ſuam: neſcio an & ad patrem. Meruit hereditatem illius, quam occidere parricidium putavit. Nulli unquam plus debuiſtis viro forti; uſque eo pro vobis pugnavit, ut pro ſe non poſſet. Adoleſcens, quos dimiſiſti, ſequere.

Pars altera. Vibii Galli. Matrem, inquit, non occidiſti. quem minus hoc crimine perdere debui quam patrem? Pater occidere juſſit: lex vetat. non comparaſſem patri legem, niſi cum illa lex fuiſſet. alterum putavi parricidium, matrem coram patre occidere. *Arellii Fuſci patris.* O miſera pietas! Inter quæ parentum vota conſtitiſti? Non ſemper ſcelera noſtri juris ſunt. atroces quoque animos miſericors natura debilitat.

Diviſio. Latro hac uſus eſt diviſione; An licuerit filio: An vindicare oportuerit: An ſi licuit, & oportuit, ignoſcendum ſit illi, ſi non potuit, indulgentia repugnante. An licuerit, in illa diviſit: An tunc liceat adulterium filio vindicare, cum maritus non eſt: An tunc liceat, ubi maritus in eo loco eſt, quaſi omnino non eſſet. An oportuerit, tractationis quidem eſt, quam ut quiſque vult variat. Latro

3 *Portat inter ſpolia*] Fortaſſe: *Patitur inter ſpolia vir fortis.* Vel, *ſpectat.* Ut mox: *integros adulteros ſpectat.* Gronov.

4 *Ad ſuos dimittitur, inquam, ad matrem ſuam*] Lege: *utique ad matrem ſuam: neſcio an & ad patrem.* Idem.

5 Gor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

tro tamen ſic ordinavit. Oportuit, etiam ſi pater non juberet, occidere adulteram, viri fortis uxorem. Oportuit jubente patre, etiam ſi ipſe poſſet, occidere. Oportuit cum & juberet, & ipſe non poſſet. Novi declamatores illam quæſtionem tentaverunt ex verbo legis natam, *Adulterum cum adultera qui deprehenderit, dum utrumque corpus interficiat, ſine fraude ſit:* An nemo poſſit occidere, niſi qui deprehenderit. Tentaverunt & illam, An non poſſit abdicari filius, ob id quod illi facere ſalva lege non licuit.

Color. Color pro adoleſcente unus ab omnibus qui declamaverunt introductus eſt: Non potui occidere: ex illa Ciceronis ſententia tractus, quam in ſimili controverſia dixit, cum abdicaretur is, qui adulteram matrem occidendam acceperat, & dimiſerat terrore. *Latro* deſcripſit ſtuporem totius corporis, in tanto inopinati flagitii ſpectaculo; & dixit: Pater, tibi manus defuerunt, mihi omnia. ſed cum oculorum caliginem, animi defectionem, membrorum omnium torporem deſcripſiſſet, adjecit: Antequam ad me redeo, exierunt. [5] *Gorgias* inepto colore, ſed dulci **. [6] *Pammenes* ex bonis declamatoribus dixit **. *Gorgias* egregie dixit **. *Pammenes* dixit **. *Fuſcus Arellius* dixit: Majus erat ſcelus quod imperabas, quam quod deprehenderas. *Albutius* non narravit, ſed hoc colore egit ab initio uſque ad finem. Ego me defendere debeo: ſi quid mihi objectum erit, aut negabo, aut excuſabo. Si quid exegeris majus viribus meis, dicam: Ignoſce, non poſſum. Ignoſcit filio pater navigationem recuſanti, ſi non ferat mare: ignoſcit non ſequenti caſtra, ſi non poteſt, quamvis pater

5 *Gorgias*] Non ille Leontinus, ſed alius Rutilio Lupo æqualis, qui de figuris quatuor libros ſcripſit, quos Lupus in unum ſuum tranſtulit. Quinctilianus cap. 2. lib. 9. Unde merito dubitari poteſt an qui vulgo duo de figuris libri Rutilii Lupi extant, ſint illius Lupi cujus meminit Quinctilianus, quem unum tantum librum ſcripſiſſe ait. Niſi fortaſſe poſtea ab exſcriptoribus ex uno duo effecti fuerint. Conſtat enim è Græco tranſlatos, titulusque à Gorgia ſumptos præfert. N. Faber.

6 *Pammenes ex bonis declamatoribus*] Suſpicor legendum, *ex novis declamatoribus*, errore in libris familiari. N. Faber.

ter ipſe militaris ſit. Non poſſum occidere. Agedum ipſam legem recita: Liceat & marito, liceat & filio. Quare tam multos nominat, niſi quod putat aliquos eſſe, qui non poſſint? Et in deſcriptione dixit: Cum me vocavit pater, hoc, inquam, putavit ſupplicium futurum morte gravius, ſi adulteram filio oſtenderet. Et illud dixit: Exierunt adulteri inter patrem debilem & filium ſtupentem. *Silo Pompeius* hoc colore narravit. Non putavi mihi licere. *Blandus* hoc colore. Utrimque filii nomen audio: pater rem petit juſtiorem, mater faciliorem. Et illud poſt deſcriptionem adjecit: Fatebor vobis, parricidium coram patre facere non potui. *Ceſtius* hoc colore egit. Proſiluit, inquit, protinus mater, & amplexu ſuo manus meas alligavit. Ago confuſioni meæ gratias, quod nihil in illo cubiculo vidi, niſi patrem & matrem. Pater rogabat, ut occiderem: mater, ut viveret. Pater, ne nocens impunita eſſet: mater, ut ego innocens eſſem. Pater recitabat legem de adulteris: mater de parricidis. Et ultimam ſententiam dixit: Occidere matrem ſi turpe eſt noluiſſe, non potui. *Argentarius* dixit: Non eſt quod me ex hoc habitu æſtimetis, quod manus habeo: tunc non habui. Et illud dixit: Dat pœnas tibi, perdidit virum, perdidit filium, ægrotanti non aſſidebo, egentem non alam, omnia mihi libera ſunt, jam vitam illi non debeo.

Ex altera parte multa ſunt pulcherrime dicta: ſed neſcio an Græcis noſtri ceſſuri ſint. In hac controverſia dixit *Amas:* Habet aliquid corrupti hæc ſententia. *Latro* dixit: Quantum ego tunc queſtus ſum cum fortuna mea, quod non & oculos perdidiſſem! *Silo Pompeius* dixit: Fili, aut oculos erue, aut manus commoda. Omnes aliquid belli dixerunt: illo loco quo deprehenſi ſunt adulteri, dimiſſi. *Latro* dixit: Adulteros meos tantum excitavi. *Fuſcus Arellius* dixit, [7] innuiſſe nuntiæ. frigidius dixit contrariam illi ſenten-

7 *Innuiſſe nuntiæ. Frigidius dixit*] Opſopœus divinat: *Brutidius dixit*. Sed quid *nuntiæ*? Lipſius: *Nicias Frigidus dixit*. Malim: *Fuſcus Arellius dixit innuiſſe*

ſententiam : Adulteros interventu meo ne excitavi quidem. *Vibius Rufus* dixit : Adulteri marito non aſſurrexerunt. *Pompeius* dixit : Adoleſcens, denique adulteros excita : poſtquam ut veniſti, ſecurius jacent. *Latro* dixit : Erratis, qui me putatis manus non habere. filium vocavi: ut intravit, ab adultero ſalutatus eſt. *Fuſcus* dixit : Fili, tuam fidem! oſtende, te integro, manus me non perdidiſſe. controverſiam mihi de te fecit adulter, veni, utrius filius ſis, indica. [8] *P. Vinicius* & pulchre dixit, & nove ſumpſit ab omnibus bene dicta. Irrupi in cubiculum adulterorum : quid mentiar miſer? aperto cubiculo expectabant adulteri. *Ceſtius* dixit : Vocavi filium. riſit adulter, tanquam qui diceret : Meus eſt. *Vibius Rufus* dixit : Adulter matris exit, & commodo ſuo. *Hybreas* hunc ſenſum optime dixit. *Dionyſius*, filius ejus Dionyſii, qui Ciceronis filium docuit, elegans magis declamator, quam vehemens, hunc ſenſum & vehementer dixit, & eleganter. *Vibius Rufus* dixit : Quam otioſi, quam ſecuri adulteri tranſierunt præter oculos meos, præter filii manus? *Latro* cum exeuntes adulteros deſcripſiſſet, adjecit : Adoleſcens, parentes tuos ſequere. [9] *Nicetes* illam ſententiam pulcherrimam, qua neſcio an noſtros [10] anteceſſerit, ſed illum Albutium, qui Græcis præeminet, cum pugnantem in acie ſe deſcripſiſſet, dixit : Me miſerum, quas manus adulter effugit : & illud Albu-

…uiſſe invicem. *Brutidius dixit contra…am illus ſententiam.* Utrique enim diverſa eſt, & dictum Arellii pene com…ar Latroniano, ut recte Lipſius. Sed quomodo compar, ſi fuit, *Adulteris …eis tantum innui?* Poterat enim in…uere immotis. Ergo fuit illud : *Ut …e viderunt adulteri, innuimus invicem.* …ut ſimile. Se innuiſſe ſignificat, ut …ui ſine manibus eas intentare non poſſet, truncaque tantum brachia attolleret; illos erigendo ſe, excitando, …ſpiciendo. *Gronovius.*

8 *Punicitius*] Scribendum reor, *P. Vinicius*, de quo plura infra. N. *Faber.*

9 *Nicetes illam ſententiam*] Non ille ſacerdos quem Smyrnæ docere, cum ſcriberet dialogum de oratoribus, ait Tacitus : ætas enim non patitur : ſed is quem ſupra ex Euſebio æqualem Hybreæ, & Theodoro diximus, quos conſtat initio principatus Auguſti celebres fuiſſe. N. *Faber.*

10 *Anteceſſerit, ſed illum Albutius*] Diſtingue & lege : *anteceſſerit.* (Hic deſunt Græca Nicetæ : dein ſcribe) *Sed illum Albutius.* Gronovius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Albutii: Non potui, inquit, matrem occidere. quo excuſatior ſis, adjice, & patrem. *Albutius* ſic narravit, ut tanquam filio ſciente factum eſſet adulterium, ſuſpectum patri, quaſi conſcium matri ſuæ fecerit. *P. Aſprenas* dixit: [11] Exiit noviſſime maritus, & dedit adulteris locum. Idem dixit: Matrem occidere non potes. adulterum certe occide. An & iſte pater eſt? dixerat Nicetes. *Murrhedius* dum hanc ſententiam imitari vult, ſtultiſſimam dixit: Reliqui in acie pugnaces manus.

CONTROVERSIA V.

Raptor duarum.

Lex. Rapta Raptoris aut mortem, aut indotatas nuptias optet. *Thema. Una nocte quidam duas rapuit: altera mortem optat, altera nuptias.*

CONTRA RAPTOREM. *Porcii Latronis.* Jam ſe parabat in tertiam, niſi nox defeciſſet. Stupri accuſatus, ſtupro defenditur. Cum altera litigat rapta, alteram advocat. Vindicate patres, vindicate fratres, vindicate mariti, fortior diſciplinæ publicæ ſeveritas ſurgat, jam binæ rapiuntur. *Mentonis.* Poſtera die erat in hujus domo fletus, lamentatio matris ſpes ſuas deplorantis: cum interim ex alia domo alia vociferatio oritur, alius tumultus. coit populus, velut publico metu exterritus, & vix credens duos tantum raptores fuiſſe, cum interim producitur publicus pudicitiæ hoſtis, quem una nocte unius virginis injuria non fatigaverat. *Ceſtii Pii.* Alteram injuriæ rapuit, alteram patrocinio. Quantum ſuſpicor, ne rapta quidem es. quæris argumentum? non iraſceris. quomodo iſtud fit? duabus injuriam fecit? una queritur. Miſericors ſum, inquit. Gaude,

11 *Exiit noviſſime maritus*] Ceteræ editiones, *ex tenuiſſime maritus, & dedit.* Ex quorum veſtigiis aliquando effeceram, *extimui maritus, & dedi adulteris locum.* N. Faber.

CON-

de, [1] habes qui te vindicet. Vide qualem habitura ſis virum: non eſt una contentus. *Argentarius* eundem ſenſum dixit, hoc adjecto: Non eſt una contentus, ne una quidem nocte. *Pompeii Silonis.* At quam bene mimum egit, quomodo raptam ſe queſta eſt, qua vociferatione, [2] quam perbene illi optionem ceſſimus. *Triarii.* Perieras, raptor, ni bis perire meruiſſes. *Junii Gallionis.* Sumatur de illo ſupplicium, conſtituatur in conſpectu publice: cædatur diu: toto die pereat, qui tota nocte peccavit. Subito faſtidioſus raptor occurrit, & ait: Jam nec nuptias volo. [3] Stulta, deciperis. dicam, ſi vis, quid dixerit tibi: idem enim dixit & huic: llum te peto, in illam incidi. *Arellii Fuſci patris.* Retro amnes luant, & ſol contrario curſu orbem revocet: confugiat ſacrilegus ad aras, raptorem rapta vindicat.

Ex altera parte. Pompeii Silonis. Poſtero die cum illi narratus eſſet nocturnus error, dum putat ſe in unam incidiſſe, huic priori ſupplices ſubmiſit manus, hanc prius deprecatus eſt: exoravit. propter hoc, puto, iſta magis raptori iraſcitur. Altera ex puellis raptorem mori vult, altera ſervari eum: alter judex damnat, alter abſolvit. inter diſpares ſententias mitior vincat. Dicam quod ſentio: magis iraſceretur, ſi unam tantum rapuiſſet, diceret, Ergo ego ſola digna

CONTROV. V. 1 *Habes qui te indicet*] Rectius fortaſſe, *habes quæ te indicet*, ſcilicet raptam quæ mortem ptavit. N. *Faber.*

2 *Quam perbene illi optione ceſſimus*] cribe: *quam pene.* Illudit in eam, uæ nuptias optavit, quaſi paſſam ſe pi non invitam, ſimulantem tamen uerela & vociferatione, quaſi nolen- vis adferretur, tanta arte, tanta ſpeie iræ & doloris, ut parum abeſſet, uin & altera rapta totum illius arbiium faceret, & ſuam optionem illi ederet, tanquam haud dubie morem petituræ. Confirmat, quod in urelii codice: *quam bene.* Gronov.

3 *Stulta deciperis, dicam ſuus*] Hæc nullius ſenſus eſſe cuivis perſpicuum. ex veſtigiis tamen corruptæ ſcripturæ ſequens lectio elici poteſt. *Stulta deciperis. Dicam ſi vis, quid dixerit tibi. Idem enim dixit & huic. Dum te peto, in illam incidi.* Sunt verba patroni ejus quæ mortem optavit, ad raptam quæ nuptias: ut eam deceptam fallacibus raptoris verbis doceat. Dicam, inquit, ſi vis, quibus verbis inducta es à raptore, nuptias optare. Iiſdem enim ipſis conatus eſt hanc cui patrocinor impellere. Hæc autem ſunt: *Dum te peto, in illam incidi.* Eadem infra Pompeius Silo pro raptore excuſatione ſe uſum dicit. N. *Faber.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

gna viſa ſum, cui injuriam faceret? *Argentarii.* Referat nunc Virginiam, referat Lucretiam: plures tamen Sabinæ ſunt. Ex tribunis potentior eſt qui intercedit: non eſt invidioſa poteſtas, quæ miſericordia vincit. Quid ceſſas, puella? pro marito roga. Hæc ſententia deridebatur à Ceſtio, quaſi improba.

DIVISIO. In hac controverſia de prima quæſtione nulli cum altero convenit. *Latro* primam fecit quæſtionem: Non poſſe raptorem, qui ab rapta mori juſſus eſſet, ſervari. Si legatus, inquit, exire debet, peribit: ſi militare debet, peribit: ſi legem dicere debet, peribit: ſi raptam ducere debet, æque peribit. [4] Si is ante te rapuiſſet, & nuptias optaſſet, interpoſito deinde tempore, antequam nuberet, hanc vitiaſſet: negares illum debere mori, rapta jubente? Atqui nihil intereſt: niſi quod dignior eſt raptor morte, cujus inter duos raptus ne una quidem nox intereſt. Si rapta nupſiſſet, deinde poſt tertium diem rapuiſſet aliam, negares illum mori debere? Atqui quid intereſt? niſi quod honeſtius tunc maritum defenderes, quam nunc raptorem defendis. Alteram fecit; an rapta, quæ nuptias optat, nihil amplius raptori præſtare poſſit, quam ne ſua lege pereat: contra alienam legem nullum jus habeat. Optaſti nuptias: non occidetur tanquam raptor tuus. at idem, ſi eadem nocte qua te rapuit, ſtationem deſeruit, fuſte ferietur, ſi ſacrilegium fecit, occidetur. Licet tu dicas, Quid? ergo ego non nubam? Tu raptori præſtas, ut illum ipſa non occidas: non potes præſtare, ne quis occidat. Quomodo ſacrilegus, quamvis à te ſervatus, periret, ſic alterius puellæ raptor à te ſervatus peribit. Si rapuiſſet te: deinde deprehenſus in adulterio adſervaretur in tormentum diutius pereundi:

4 *Si ante te rapuiſſet, & nuptias optaſſet*] Abeſt ſcriptis & Eraſmo pronomen: debet tamen intelligi, ſi abſit. & potuit coaluiſſe cum præcedente ſyllaba. *Optaſſes* autem legendum, non *optaſſet*. Alloquitur illam, quæ in hac quoque controverſia nuptias optat. Sic mox ſcribendum: *ſi rapta nupſiſſes.* Non *nupſiſſet*, ut etiam Eraſmus. Nam ad eandem dirigitur interrogatio. *Gronovius.*

5 Nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

eundi: tù interim educta nuptias optaſſes: (datur enim optio & in abſentem) vetares illum occidi à marito? Quid intereſt, qua lege pereat, niſi quod modeſtius alienam legem interpellares quam tuam? Tertiam fecit: cum, quod utraque optat, fieri non poſſit, an ea eligenda ſit optio, qua ultio ad utramque perveniat. Atqui mortem optat mea optio, & te vindicat: tua me non vindicat. [5] nec hoc tibi mea optio præſtat, quod mihi, occiſo raptore, invideam. Illa reſpondet: Optio tua me non vindicat? Vindictam tu meam putas, non fieri quod volo, fieri quod nolo? etiam mihi contumelioſum erit, te dignam videri in cujus honorem occidatur: me indignam in cujus honorem ſervetur. Illo modo & mea te vindicat. Nempe lex duas pœnas ſcripſit vitiatori: alteram paſſurus eſt. non eris inulta. jam raptor non erit impunitus: habebit pœnam, indotatam uxorem. Reſpondet eodem modo. [6] Morietur: ſed non mihi. Servabitur, ſed tibi. Quartam inde fecit quæſtionem: Si non poteſt utriuſque rata eſſe optio, utra dignior ſit. Ultimam non quæſtionem, ſed tractationem: Nullum non raptorem impunitum futurum, ſi hæc via impunitatis monſtretur, ut qui plures rapuiſſet tutior eſſet. Neminem non inventurum aliquam humilem, quæ ſe in optionem commodaret. *Fuſcus Arellius* primam quæſtionem hanc fecit: Qui duas rapuit, perire utrique debet. Lex, inquit, quæ dicit, *Rapta raptoris aut mortem optet, aut nuptias:*

5 *Nec hoc tibi mea optio*] Scriptus, Venetaque & Eraſmi: *Et hoc.* Recte. Deinde, *quod & mihi.* Senſum habebis ſic conceptis verbis: *Et hoc tibi mea optio præſtat, quod eſt mea occiſi raptoris invidia.* Tu quidem etiam vindicaberis, cum ille morietur: nec tamen ex ejus morte ad te pertinebit invidia: ego ſola illam omnem ſuſtinebo, quæ mortem optavi. Tacitus, 1 Annal. *gaudebat cædibus, tanquam ſemet abſolveret. nec Cæſar arcebat, quando nullo ipſius juſſu penes eoſdem ſævitia facti & invidia erat.* Sequenti Controv. *non eſſe tanti detrahere illi commendationem ſoluti adoleſcentis, ut detraheretur invidia relicti patris.* Gronovius.

6 *Morietur, ſed non mihi*] Lege: *Morietur & non mihi.* Hoc eſt, non tantum propter me, ſed & propter aliam. Eſt pro mortem optante. Peribit etiam non mea cauſſa, ſed & tua: nam utramque læſit: at, ſi ſervabitur, tantum tua cauſſa ſervabitur, quæ nuptias optaſti, non mea. Statim mss. & vett. edd. *Quartam inde fecit.* Idem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

nuptias: de eis loquitur, qui ſingulas rapuerunt. non putavit quemquam futurum, qui una nocte duas raperet. Non quæro, quid optetis. quod ſeveriſſime optare poteſtis, occupo. neceſſe eſt raptorem mori. Quare? utrique raptæ debet ultio contingere. Utramque enim non potes ducere, utrique mori potes. Una pars legis ad hunc raptorem pertinet, in qua mors eſt. Putate enim utramque nuptias optaſſe: quid futurum eſt? in raptoris matrimonium ambitus erit. Putate illum plures rapuiſſe quam duas: quid fiet? una nubet? Nuptiæ ad unam pertinebunt, mors ad omnes. Qui duas rapuit, utrique debet mori. quare? dicam. Quod vult, eligat. Aut nuptias optabunt; aut altera mortem, altera nuptias. Si nuptias optaverint, non poterit fieri quod utraque voluerit. Uno modo poterit fieri quod utraque volet, ſi utraque mortem optaverit. Ergo fiat id, quo uno duæ vindicari poſſunt. Hic tractavit: Ne exemplo quidem utile eſt, non utique perire eum qui duas rapuerit, [7] ne hunc morem pernicioſiſſimum introduci civitati, ut aliquis propter hoc non pereat, quia perire ſæpius meruit. Reliquam partem controverſiæ Fuſcus in hæc diviſit: Utra optio honeſtior ſit, utra juſtior, utra utilior. *Ceſtius* hanc partem controverſiæ ſic diviſit: Utra puella dignior ſit, quæ valeat: utra optione raptor dignior ſit. Ceſtius & conjecturalem quæſtionem tentavit; An hæc cum raptore colluſerit, & in hoc rapta ſit, ut huic opponeretur. *Latro* aiebat, non quicquid ſpargi poſſit ſuſpicioſe, de eo etiam dicendum. Colorem hunc eſſe, non quæſtionem: eam quæſtionem eſſe, quæ impleri argumentis poſſit. *Ceſtius* aiebat, & eam impleri poſſe argumentis. Hunc ſenſum à Latinis jactatum *Nicetes* dixit: ἐπὶ τὴν τρίτην νὺξ ἔχλινεν. *Glycon* dixit. *Diocles Caryſtius* dixit. Hunc ſenſum *Vibius Rufus* ſubtiliter dixit: Volo tibi malam gratiam cum ſponſo tuo facere. habet amicam. In hac controverſia dixit

7 *Ne hunc morem*] Immo, *& hunc morem*. Gronovius.

8 *Hoc*

xit *Albutius*, Ambulat in maſculos. adeo nullum ſine amatore vitium eſt, ut hoc quidem diſertum putaverint. ego tamen magis miror, [8] hoc Albutium potuiſſe dicere, quam aliquos potuiſſe laudare. Ex Latinis dixit *Triarius*: Gratulor vobis, virgines, quod citius illuxit. *Argentarius* dixit, Quæritis quid iſti finem rapiendi fecerit? dies.

CONTROVERSIA VI.

Archipiratæ filia.

Thema. *Captus à piratis ſcripſit patri de redemptione. non redimebatur. Archipiratæ filia jurare eum coëgit, ut duceret ſe uxorem, ſi dimiſſus eſſet. juravit. Relicto patre ſecuta eſt adoleſcentem. Rediit ad patrem, duxit illam. orba incidit. pater imperat, ut archipiratæ filiam dimittat, & orbam ducat: nolentem abdicat.*

CONTRA FILIUM. *Porcii Latronis.* Pro dii boni, & hæc puella hoſpitio patris excepta eſt! Prohibeo domo, terra prohibendam. Bonæ ſpei uxor, bonæ ſpei nurus, quæ amare poteſt captivum, odiſſe vel patrem. Captus, inquit, in tenebris jacebam. Narra, obſecro, ſoceri tui beneficia. Poſſum, Judices, eſſe ſecurus? filius meus ait ſe uxori parricidium debere. *Ceſtii Pii.* Quis interfuit nuptiis tuis? pater? Denique puellæ pater?

Ex altera parte. Silii Baſſi. Hodie captivus eſſem, niſi hæc archipiratæ filia fuiſſet. Ut dixi, Patrem habeo: inter bonos captivos ſepoſitus ſum. Archipiratæ filia vocatur, puto ex aliqua nata captiva: certe animum ejus natura à patre abduxerat: miſericors erat, deprecabatur, flebat, movebatur periculis omnium: nihil in illa deprehendi poterat piraticum. Promiſi nuptias, & quaſi aliquam ſacram teſtationem, tuum nomen inſerui. Eo loco me non deſeruit, in quem

[8] *Hoc Albutium potuiſſe dicere*] Supra enim Græcis eum præeminere dixit. N. *Faber.*

quem venire etiam patres timuerunt. Arctius nos fortuna alligavit, quam ut orba poſſit divellere. Vidiſſes tectum pannis corpus, omnia membra vinculis preſſa, [1] maciem, retractos introrſus oculos, obtritas catenis & inutiles manus. talem quis amare niſi miſericors poſſet? Decepi te, puella, alia pollicitus ſum. Venies in patriam mecum, ibi tibi referam gratiam: hic catenatus, egens, ſqualidus quid poſſum? pater meus, [2] ſocer tuus, (hoc enim jampridem te vocabat) ſocer, inquam, tibi tuus gratiam referet. Quidam avitas paternaſque flagitiis obruerunt imagines. quidam ignobiles nati fecere poſteris genus. in illis non ſervaſſe quod acceperant, maximum dedecus: in his quod nemo dederat feciſſe, laudabile. Si poſſent homines ſibi ſortem facere naſcendi, nemo eſſet humilis, nemo egens, unuſquiſque felicem domum invaderet. Sed quamdiu non ſumus, natura nos regit, & in quemcumque vult caſum nos mittit. Hinc ſumus æſtimandi, cum ſumus noſtri. Quis fuit Marius, ſi illum in ſuis inſpexerimus majoribus? humilis. In tot conſulatibus nihil habet clarius quam ſe auctorem. Pompeium ſi hæreditariæ extuliſſent imagines, nemo Magnum dixiſſet. Servium regem tulit Roma: in cujus virtutibus humilitate nominis nihil eſt clarius. Quid tibi videntur illi ab aratro citati, qui paupertate ſua beatam fecere rempublicam? Quemcumque volueris revolve nobilem: ad humilitatem pervenies. Quid recenſeo ſingulos, cum hanc urbem poſſim tibi oſtendere? Nudi ſtetere colles. Inter hæc tam effuſa mœnia, [3] nihil eſt humili caſa nobilius.

CONTROV. VI. 1 *Maciem, retractos*] Lege: *macie retractos introrſus oculos.* Controv. 1. *non ſenectute, ſed fame membris trementibus, tenui atque eliſa jejunio voce, ut vix exaudiri poſſet, retrorſum conditos oculos vix allevans.* Gronovius.

2 *Socer tuus (hoc enim jampridem te vocabat*] Sic Vaticanus. Lego ex vet. lib. & Froben. *Sic enim jam pridem:* inquit Schottus. Male, ut cognoſces ex illis, quæ diximus ad ep. 94. *Idem.*

3 *Nihil eſt humili caſa nobilius*] Gotofredus legendum putat: *nihil eſt Romuli caſa nobilius:* ingenioſe. hanc enim intelligit auctor, ſed tamen facilè ſubintelligatur Quirini nomen, licet non exprimatur.

4 *Auro*

bilius. faſtigiatis ſupra tectis [4] auro puro fulgens prælucet Capitolium. Potes objurgare Romanos, quod, cum humilitatem ſuam obſcurare poſſint, oſtendunt. Sed hæc non putant magna, niſi apparuerit ex parvis ſurrexiſſe. Miſereri illius oportet, quia orba eſt. iſta tamen habet propinquos, habet amicos paternos, habet te imbecillitatis ſuæ tutorem fortiſſimum. Omnes uxores divites ſervitutem exigunt. Crede mihi, volet in ſuis regnare divitiis: & tamen æquum eſt eam [5] poſſidere domum, quam meam agnoverit. Si cœperimus eſſe magis liberi, ſi paullo ſpecioſior animo ejus affulſerit domus, [6] ſi parum blande fecerimus, relinquet: & nunc eſt tormentum, carere divitiis, cum illas jam ſenſeris. Vides, quid inter duas uxores interſit. [7] iſta, ſi nos reliquerit, repetet ſua: hæc quod dedit, dimiſſa non auferet. Multi duxere ſine dotibus uxores: quidam dictas non accepere dotes: quidam emptis contenti fuere mancipiis: & cum poſſent accipere divitias, emere quibus libertatem darent, maluerunt, quam ſuam vendere. Aliquis in adoptionem juvenis petitur? [8] ſi volet ire, quæret, ſenex ille qui petit, quales & quos habeat majores, quanta bona, an ſatis magno ſe poſſit addicere. Aliquis captare orbos ſenes vult, & ſuas ſpes in alienas mortes diffundere? excutiat teſtamenta,

4 *Auro puro fulgens prælucet Capitolium*] At vero hæc contraria ſunt, nihil nobilius ea caſa humili: præfulgere tamen Capitolium. Quare lego, *nihil humili caſa nobilius. faſtigiatis ſupra tectis, auro puro fulgenti prælucet Capitolio.* Vult enim dicere populum Romanum pluris facere ſtramina caſæ Romuli, humilis originis monumenta, quam Capitolium auro tectum. Vitruvius cap. 1. lib. 2. *Item in Capitolio commonefacere poteſt, & ſignificare mores vetuſtatis Romuli caſa in arce ſacrorum ſtramentis tecta.* N. Faber.

5 *Poſſidere domum, quam meam agnoverit*] Lego: *in quam me adſciverit.* Gronovius.

6 *Si parum blande fecerimus, relinquit*] Conſecutio orationis exigit, ut legatur *relinquet*. N. Faber.

7 *Iſta ſi nos reliquerit, repetet ſuos*] Immo *repetet ſua*, id eſt auferet dotem & divitias quas attulerit. Sequitur enim oppoſitum, *hæc quod dedit, dimiſſa non auferet*, libertatem nempe, quam marito procuravit. *Idem.*

8 *Si volet ire, quæret ſenex ille*] Lego, *ſi volet ire, quærat, ſenex ille.* ſequitur paulo poſt, *excutiat teſtamenta:* & paucis interjectis, *videat an nuptias ſuas amet.* Poſt verbum autem *quærat*, virgulam addo: quia ad eum qui adoptari vult, non ad ſenem referendum eſt. ut *an ſalubris adoptio pupillo, intelligi poſſit*, inquit Ulpianus ad Sabinum. N. Faber.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

menta, ſcrutetur cenſus. Ubi vero quæret uxorem, videat an nuptias ſuas amet, an nihil pluris faciat marito, an miſericors ſit, an fortis ſit, an poſſit, ſi quid viro inciderit mali, una tolerare. Si his bonis fuerit inſtructa, dotata eſt. Non poſſumus una felices eſſe? quod ſolemus, una infelices erimus. Fac, inquit, quod imperat. nolo propter me patrem tuum offendas. Ibo, inquit, ſola. Tu ibis? quo, infelix? Quas petitura regiones? Eſt enim tibi aliquis locus? pater tuus nobis maria præcluſit, meus terras. *Ceſtii Pii.* Solent, qui coguntur à patribus ut uxores ducant, illa dicere: Non ſumus etiam nunc apti nuptiis. Ego contra; refugio uxorem, quia uxorius ſum. *Arellii Fuſci* patris. Inſolens malum eſt, beatą uxor. Cum immenſum pondus auri orba attulerit, cum pecunia arcas noſtras oneraverit, quid aliud quam beate ſerviemus? Altera filium dat tibi, altera patrimonium: pater, utra magis dives eſt? Locuples eſt, pater, quam mihi concilias. O ſi ſcires, [9] quam dives & hæc fuiſſet. Orba, inquit, eſt. & hæc orba eſt. Inter duas orbas ea mihi curanda eſt magis, quam orbam ego feci.

Diviſio. In hac controverſia nihil litium fuiſſe fere omnes conſentiunt. *Latro* primam quæſtionem fecit: An pater propter matrimonium filium abdicare poſſit, cum liberum cuique hujus rei arbitrium ſit. *Gallio* ſubjecit huic: Etiam ſi poteſt imperare filio, ut uxorem ducat, an ei qui jam habet? *Latro* ſecundam fecit: Si jus eſt patri, etiam propter matrimonium abdicandi; an liberum huic fuerit, non parere, cum juraſſet. Hoc in hæc diviſit: An nemo jurejurando teneatur, quo per neceſſitatem adactus eſt: An expleverit jusjurandum, ducendo illam uxorem: An etiam ſi non explevit, non teneatur religione, qui coactus aliquid contra jusjurandum fecit: hunc autem [10] cogi à patre ſuper jusjurandum facit: An poſſit parere patri. An debeat. Hic de meritis puellæ & moribus.

Color.

9 *Quam dives hæc fuiſſet*] Acutius ſcriptus: *quam dives & hæc fuiſſet?* Gronov.

10 *Cogi à patre ſuper jusjurandum*] Poſt τὸ *patre* ponenda eſt τελεία ὑποστιγμή.

Color. Colore hoc uſus eſt *Latro* pro patre: Puellam non miſericordia motam, ſed libidine: & ideo non eſſe beneficium. In argumentis eleganter hanc partem tractavit: Etiam ſi beneficium dediſſet, non eſſe ſic referendam gratiam: deinde beneficium eſſe quod judicio detur, non, quod furore aut morbo. *Hiſpo Romanus* alio colore dixit; Illam non amore adoleſcentis, ſed odio patris ſui ſecutam eſſe. Voluit ille & amoris commendationem detrahere. *Buteo* longe accerſito colore uſus eſt; [11] voluit eam nubere non invito patre, ſed ſecreto ſuadente, palam diſſimulante totum hoc geſtum. ratione illa honeſtam conditionem nuptiarum inventam, cum alio nullo modo poſſet. neque enim aliter illos effugere potuiſſe, niſi patiente patre. Sed aiebat *Latro*, non eſſe tanti, detrahere illi commendationem ſoluti adoleſcentis, ut detraheretur invidia relicti patris. *Fuſcus Arellius* egregie declamavit: Non enim propter nuptias orbæ dimittit illam, ſed quamvis orba non eſſet, ejici juſſit. non aliam ſibi magis placere, ſed illam diſplicere dixit: & hoc, quod *Latro* tranſcurrerat, preſſit. Timere ſe puellam temerariam, inter piratas natam, inter piratas educatam, impiam in patrem. *Gallio* illud, quod omnes ſcholaſtici tranſierunt, dixit: Timere ſe, ne hæc ſpeculatrix eſſet, & piratis omnes occaſiones indicaret: aut certe, ne videretur nolle ſe ſuſpectum eſſe reipublicæ illi juraſſe: timuit, ne à puella videretur improbe jusjurandum exegiſſe. Ne quid liberi ſibi eſſet, adjecit, juraſſe per patrem. *Triarius* dum ſententiam puerilem captat, inepte dixit, Juraſſe & ſe per orbam. Aiebat enim *Ceſtius*, valde hanc fieri orbam: etiam ſi juraſſet. *Latro* aiebat, quoque jusjurandum ineptum eſſe: nihil enim minus convenire, quam aliquem per patrem jurare, patrem relicturæ. Omnes honeſtam matrem puellæ dede-

γμή. eſt enim ſenſus abſolutus. Quæ ſequuntur, ſunt corrupta vel defecta: nam illa, *jusjurandum facit*, ex ſuperiore verſu huc tranſlata ſunt. *Gronov.*

11 *Voluit eam nubere non invito patre*] Hunc locum defendimus contra Schottum, lib. 2 Obſ. c. 6. *Idem.*

12 Tiy

dederunt: omnes dixerunt, eam miſericordia motam, non amore. Solus *Pollio* judicio feciſſe vult eam: etiam à miſericordia diſceſſiſſe: dixit enim, illam non potuiſſe cum piratis vivere. Ut primum honeſtam occaſionem invenerit diſcedendi, diſceſſiſſe. *Q. Haterius* à parte patris pulcherrimam imaginem movit. Cœpit enim ſubito, quo ſolebat, curſu orationis fervere, quaſi exaudiret aliquem tumultum, vaſtari omnia ac rapi, comburi incendiis villas, fugas agreſtium: & cum omnia impleſſet terrore, adjecit: Quid exhorruiſti, adoleſcens? ſocer tuus venit. *Glyconis* valde levis & Græca ſententia eſt. Tolerabilem dixit illam rem, cum jurisjurandi vim deſcriberet: hoc eſſe quod fœdera ſanciret, quo aſtringeretur exercitus. ὅρκος ἐστὶ πεῖσμα (alias πῆγμα) καὶ παρὰ πειρατοῖς νημερτὲς μόνον. *Artemon* circa eumdem ſenſum verſatus eſt à parte adoleſcentis. cum dixiſſet relictum patrem, adjecit: λοιδόρει νῦν τὸν ἀρχιπειράτην, τὸν μιαιφόνον, [12] τὸν ΠΡΟΣΕΛΟΝ, προδότες, εἰ θέλεις, καὶ τὸν ἐπίορκον.

CONTROVERSIA VII.

Tyrannicida à piratis dimiſſus.

Lex. Liberi parentes alant, aut vinciantur. *Thema. Quidam alterum fratrem tyrannum occidit: alterum in adulterio deprehenſum, deprecante patre, interfecit. A piratis captus ſcripſit patri de redemptione. Pater piratis epiſtolam ſcripſit, ſi præcidiſſent manus, duplam pecuniam ſe daturum: piratæ illum dimiſerant, patrem egentem non alit.*

PRO TYRANNICIDA. *Porcii Latronis.* Da mihi epiſtolam eſurientis iſtius. Manus, inquit, præcidantur. in quam partem corporis durius [1] ſævitia incurrat? cetera

12 Τὸν ΠΡΟΣΕΛΟΝ] Scribe: Λοιδόρει νῦν τὸν ἀρχιπειράτην, τὸν μιαιφόνον, τὸν ἱερόσυλον· προδότες, εἰ θέλεις; καὶ τὸν ἐπίορκον. Gronovius.

CONTROV. VII. 1 *Sævitia incurrat*] Veteres editiones, incurratur. N. Faber.

2 Quod

cetera membra meá ſunt, manus publicæ ſunt. Talem me dimittite, qualem à piratis recepiſtis. Non habeo quod de fortuna queri poſſim, eum, qui manus meas, configit. Si præcideritis, inquit, manus. Si iraſceris, ſcribe potius, Si occideritis. Tyrannicida, exitum tyranni rogo. Non timeo, ne manus, quas piratæ ſolverunt, judices alligent. Ex omnibus, quæ mihi fortuna terra marique privatim mala publiceque congeſſit, tyrannum, adulterum, piratas, nihil expertus ſum durius quam patrem. Tyrannus cum timeret manus meas, non præcidit. injuria matrimonii nihil abſtulit corpori. piratæ, quaſi beneficio meo viverent, gratis miſerti ſunt. Unum hoſtem inexorabilem habui, quod felici re, quod ſubito inimico, non ante tyrannidem navigavi. Genui, inquit, educavi. nempe iſtud beneficium & tyranno præſtitiſti, & adultero. Has manus ſi per te redimere non potes, rempublicam appella. Adulter cum manibus ſepultus, tyrannus cum manibus projectus eſt. Magnis ſceleribus jura naturæ intereunt. non magis tu pater, quam illi fratres. Audite novam captivi vicem. Tutus ſum, ſi pater meus nihil habet. Quicquid habes, pro redemptione filii mitte: non eſt quod timeas: non deerunt tibi alimenta, cum dixeris tyrannicidæ patrem. Pro adultero filio rogas? quærite nunc, quomodo tyranni fiant. *Ceſtii Pii.* Cedo mihi epiſtolas patris. quæris unde habeam, cum mihi nullas miſeris: Duplam dabo pecuniam: [3] apparet, pro unico filio rogat. Duplam pecuniam dabo: unam ſummam pro filio, alteram pro tyrannicida. Si manus præcideritis; hoc nec adultero fecimus, nec tyranno. Non habui pecuniam; ſed rogare illos potes, & audacter roga;

2 *Quod felici re, qui ſubito*] Locus male habitus, & de quo quicquam ſpondere non audeo. Putavi tamen aliquanto melius habiturum, ſi ſcribatur, *feliciter, quod ſublato inimico, non ante tyrannicidium navigavi.* ut ſit illud *feliciter*, Græcorum ἀγαθῇ τύχῃ. N. Faber. Lege: *quod felici republica, quod ſublato inimico, non ante tyrannicidium navigavi.* Cujus emendationis partem vidit Faber: nam pro *felici re* malebat *feliciter.* Gronovius.

3 *Apparet, pro unico filio rogat*] Lege: *Apparet pro unico filio rogare.* Idem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

roga; in miſericordes piratas incidi. Quare non alo? quia captum filium tuum, age, parum eſt, ſi dixero, non redemiſti. Alere non poſſum: perdidi manus. non credis? epiſtolam lege. Duplam pecuniam dabas, avaris dabas, piratis dabas. ſic excuſabant piratæ, ipſas mihi cum præciderent manus. Pater juſſit, aiebant. magnum facinus eſt, ſed magno licet. Egens ſum, inquit. mentiris. Cedo mihi patris mei cenſum. [4] Quid ergo alis patrem? dimiſſus fortaſſe promittam; cum rogaveris, nihil paciſcor. Etiamnum manus meas petis? nega tuam eſſe epiſtolam, & habes argumentum. dic, Ego rogare pro adultero ſoleo. Qui non aluit, inquit, patrem, alligetur. Plus de manibus meis timui. *Cornelii Hiſpani.* Quid me rogarit pater, neſcio: publica vindicta cruentum gladium privato tyranno impreſſi. Captum me piratæ nihil aliud quam alligaverunt. [5] Duplam pecuniam dabo. Plus polliceris, quam petitur. unde tantas patrimonii vires habes? etiamnum, tanquam de tyranni arca loqueris. Corrupit frater uxorem meam quam nec tyrannus violaverat. Ut pretium piratæ conſtituerunt, gaviſus ſum, inquam. locuples pater poterat dare, etiam ſi duplam popoſciſſent. Remiſerunt me reipub. cum manibus, patri cum epiſtolis. *Pompeii Silonis.* Pactus ſum de redemptione, ſcripſi patri. quicumque pro tyrannicida veſtro pependiſtis, certum habeo, ſoliciti optatis, ut hæ literæ ad patrem perveniant. Egeo, inquit. Sic ſubito? Quod ex toto emi non debet, duplo emit. *Arellii Fuſci patris.* Cauſam meam tenui apud eos qui nihil debebant manibus meis. Tunc primum egere queritur iſte, cum manus

4 *Quid ergo alis?*] Lege: *Quin ergo alis patrem? Dimiſſus fortaſſe promittam, cum rogaveris: nunc nihil paciſcor.* Gron.

5 *Q. Pius duplam pecuniam dabo*] Ceteræ editiones ſic repræſentant hunc locum, *Duplam pecuniam dabo. Q. Pius. Polliceris, inquam, petiturum te tantas patrimonii vires habes.* quem ſic emendare conor: *Duplam pecuniam dabo. Quid? plus polliceris quam petierunt. Unde tantas patrimonii vires habes. Etiamnunc tanquam de tyranni arca loqueris.* Nam Q. Pii non alibi mentio in hoc opere, & minimum diſcedit hæc noſtra conjectura à veſtigiis receptæ huc uſque lectionis. N. Faber.

6 *Quam*

manus meas vidit. Quid mirum, ſi non putaverunt turpe piratæ, accipere mercedem quam pater dabat? Ades pietas: ſi ſancte vixi & innocenter, effice ut iſte manus meas, qui odit, deſideret. Tarde mihi epiſtola ſolvi videbatur. Hoc prorſus ad fabulas, repleto ſceleribus noſtro ſeculo, deerat ut narraretur aliquis ſolutus à piratis, & alligatus à patre. *Blandus.* Hic, qui unde vivat non habet, [6] quam care tyrannicidæ veſtro ſe mancipat? Quid agis, pirata filii, piratarum magiſter, ejus crudelitatis emptor, cujus nec pirata venditor eſt? *Romani Hiſponis.* Pater piratis ſalutem. Hanc eripis filio. Duplam dabo. Quid neceſſe eſt? potui vilius ſolvi. Ut præcidatis manus. Obſtupuerunt piratæ: &, cum dimitterent, dixerunt: I, dic patri tuo, non omnia piratas vendere. *Mentonis.* Adhuc, Judices, tanquam pro manibus meis egi. verum eſt confitendum, vobis remiſſæ ſunt. Exhibeo, reſpublica, piratarum depoſitum tibi. manus hæ tuæ ſalvæ ad te perlatæ ſunt. Fac quod voles. illud unum rogo, ſi peccaverunt, cuilibet tu vinciendas trade. ſi iſti tradis, [7] ſic alligabit quomodo voluit. præcidet. [8] *Alfii Flavi.* Adhuc qualem optem patrem, neſcio. divitem? debilitat. egentem? alligat. neutrum manibus meis expedit. Duplam dabo, ut manus præcidatis. Filium minus crudelem habuiſti. *Marillii.* Ut allata eſt epiſtola, cœperuntque eam piratæ ſolvere, ut recitata dupla in epiſtola pecunia eſt: Hic eſt, inquam, pater, quem vobis laudaveram.

6 *Quam care tyrannicidæ veſtro ſe mancipat*] Hoc caret omni ſenſu. Quomodo pater ſe mancipat filio, duplum promittendo piratis? Scribe: *quam care tyrannicidam veſtrum emancat.* Quanto pretio eum debilitat, ejus debilitatem emit. Verbum elegans & rarum habes Contr. 33. *Cedo lora: gaudeo me non omnes emancaſſe.* Loquitur, qui expoſitos debilitarat. Poſſes & *emancipat:* illud malo. *Gronovius.*

7 *Sic alligabit, quomodo voluit, præcidet*] In vett. quibuſdam *præcidere.* Sed in ea voce mendum non eſt. Scribe: *quomodo ſolvit.* nempe alligatas à piratis. Cujus explicatio eſt, quod ſequitur, *præcidet.* *Sic*, intellige, hac fini, hoc voto, hac voluntate. *Idem.*

8 *Allegii Flavii*] Ubique in hoc opere Alfius dicitur: & ita hoc loco ſcribendum cenſeo. Flavii Rhetoris mentionem facit Quinctilianus cap. 4. lib. 7. Sed intelligo potius Virginium Flavium, de quo auctor lib. 11. quam hunc noſtrum. N. *Faber.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

daveram. *Triarii.* Ubi eſt patrimonium tuum illud, [9] quod tyrannos inſtruit, quod adulteros facit? ubi eſt? certe in me nil impendiſti.

Pars altera. Silii Baſſi. Infelix futura eſt etiam victoria mea. ſi non tenuero cauſam, fame moriar: ſi tenuero, hoc tantum conſequar, ne fame moriar. Duxi uxorem nimium fœcundam? peperit mihi tria, neſcio quæ prodigia, variis generibus inter ſe & me furentia: unum qui poſſet patriam opprimere, alium qui fratrem violare, alium qui patrem. Teſtor, Judices, omnes cives meos. una ſervivimus, nemo tyrannidem me uno ſenſit magis. Argumentum habeo maximum, quod vivo. Non peperciſſetis mihi, ſi putaſſetis me patrem tyranni. Dum inter ſe pugnant, vicit reſpub. Reliqui duo, quia non poterant in nos, inter ſe tyrannidem exercuerunt. Habebat iſte, neſcio quam uxorem, quam in arce cognoverat. Si alligare te poſſem, proficiſcentem alligaſſem. Non opus eſt tibi magna impenſa ad ſuſtinendum patrem. tu mecum alimenta partire. nolo me tam bene alas, quam ego te alui: nolo ignoſcas mihi quicquid paſſus es, quicquid timuiſti patrem. poſce flagella, ſcinde rugas, [10] ultores ſubjice ignes, & mortuam hanc partem, quæ tantum in contumeliam ſuam ſpirat, quia extingui non poteſt, exure. ſi parum eſt, fac quod ais ne piratas quidem feciſſe, manus præcide. exhibeo tibi. hæ ſunt illæ, quæ quidlibet ſcribunt. Ubi eſt gladius tuus? ſtringe. tyranno licuit vulnere mori: adulter uno ictu breviter confectus eſt: pater, te pro beneficio ſimilem ſortem rogo. ne tu quidem apud piratas famem timuiſti. neminem tyrannus ſic torſit. *Porcii Latronis.* Fili, nihil amplius quam famem deprecor: ſi tamen inexorabilis es, illud pro beneficio

9 *Quo tyrannos inſtruis? quo*] Ex ſcripto facies: *patrimonium tuum illud, quod tyrannos inſtruit? quod adulteros facit?* Etſi illic quoque erat, *inſtituit*: ſed illa verborum conceptio non video quare ſit ſpernenda. *Gronovius.*

10 *Vltores ſubjice ignes*] Pal. *Vltus es.* Veneta: *ultro es.* Voſſianus: *uſtus es.* Fortaſſis: *Vſturos ſubjice ignes.* Idem.

ficio peto, ut aut tanquam adulter moriar, aut tanquam tyrannus. Par erat utriuſque fortuna illo tempore. tu alligatus eras, ego ſenectute immobilis, & vincto ſimillimus: [11] tu in ſolitudine, ego in omnium meorum ſolitudine: tu lucem non videbas, ego etiam modicam. hoc unum inter nos intereſt, quod tu etiam à piratis cibum accepiſti. *Blandi.* Deprecabar non pro adultero, ſed pro domo: ne [12] fratrem occideret, tyrannicidium inquinaret, patrem reſpergeret. roganti mihi, & has interponenti manus pene præcidit. Hæc ſententia deridebatur à Latrone, tanquam puerilis. Hoc & pro iſto eſt, ut aliquem ex ſuis reliquiſſe videatur, quem non occiderit. *Vibii Rufi.* Hæ nempe ſcripſerunt epiſtolam manus. præcide, & ale. *Pompeii Silonis.* *Liberi parentes alant, aut vinciantur.* ad te legem meam transfero, licet alliges, & alas.

DIVISIO. Fere hac uſi ſunt diviſione: An lex cauſam nec patris nec filii æſtimet, ſed hominis: Pater an filio alendus ſit. Dixit legem hanc pro malis patribus ſcriptam eſſe, bonos etiam ſine lege ali. An omnes alendi ſint. An hic alendus ſit. Hanc quæſtionem *Latro* in hæc diviſit. An alendus ſit, quod filium à piratis non redemit. hoc loco quærit, An potuiſſet redimere, An voluiſſet: deinde, An alendus ſit, ſi etiam præcidi filii manus voluerit. noviſſime, An præcidi voluerit. *Hiſpo Romanus* ſeparatim quaſi juris quæſtionem fecit, An, qui non redemit filium, non poſſit ab eo alimenta petere. Sed hoc utraque quæſtio continet, ut aiebat Gallio, & prior, in qua quæritur: An omnis pater alendus ſit: dicitur enim: Quid ſi quis filium excæcaverit? quid ſi quis non redemerit? Et cum ad alteram quæſtionem ventum eſt, in qua quæritur, An hic pater alendus

11 *Tu in ſolicitudine? ego in meorum*] ...ss. & Ven. utrobique, *ſolitudine.* Re...ius. Statim conjicio: *tu lucem non ...debas, ego etiam oderam.* Pro quo vul... *modicam.* Gronovius.

12 *Fratrem occideret, tyrannicidium inquinaret*] Sic quidem & infra. Sed hic elegantius Voſſianus: *tyrannicidam inquinaret.* Puta, ſe ipſum. *Idem.*

alendus ſit: nihil aliud dici poteſt, quare non alatur, quam quod non redemit, quam quod duplam promiſit, ut manus præciderentur. Græcorum improbam quæſtionem ſatis erit in ejuſmodi controverſiis ſemel aut iterum annotaſſe, An in tyrannicidam uti pater hac lege poſſit. quaſi enim ſacras & publicas manus eſſe: in quas ne piratæ quidem licere quicquam putant. Noſtri hoc genus quæſtionis ſummoverunt. *Silo Pompeius* non eis tantum uſus eſt quibus ceteri, cum dicerent hunc patrem non debere ali, quod non redemiſſet filium, & quod præcidi manus filio voluiſſet: ſed à privatis cauſis tranſit ad publicam cauſam. dixit enim, non debere ali hominem perniciosum reip. qui tyrannum filium habuiſſet, [13] qui deſideraſſet amiſſum, quod non vindicaſſet. Sed negavit ullam aliam cauſam illi eſſe perſequendi tyrannicidam, niſi libertatem publicam: & deſcripſit mores hominis impii, cruenti: qui, quia per liberos non poſſet, per piratas [14] tyrannidem exerceret: quæ ut

13 *Qui deſideraſſet amiſſum, quod non vindicaſſet*] At vitio verti patri non poteſt, ſi non vindicaverit filium tyrannum. Quare lego *qui vindicaſſet.* nam ſequitur, *& negavit ullam aliam cauſam,* &c. N. Faber.

14 *Tyrannidem exercet: ut liberius*] Scriptus: *exercenteſque ut.* Vaticanus, *latronum*, ἀντὶ τοῦ *latrocinium.* Hinc emendavimus eleganter: *per piratas tyrannidem exerceret. quæ ut liberius diceret, patronum filio dedit.* Hoc eſt, non ipſum introduxit agentem, ſed pro illo patronum cauſſarum. Neque enim ferri poterat in filio, ut ſic patrem ſuum infamaret, & palam ſæviſſimum animum & impotentiſſimum illi exprobraret. Eodem modo loquitur inferius: *Albutius omnes colores miſcuit, & ut hoc liceret, patronum patri dedit.* Induxit perſonam patroni qui pro patre loqueretur. Apparet ex eo quod ſequitur: *Alimenta pater à filio petit.* Non enim dicit, *peto.* Et rurſus: *Hoc, inquit, reſpondeo: neſcit, quid fecerit.* Reſpondeo patronus, neſcit pater. Controv. 14. *Silo Pompeius patronum adoleſcenti dedit, quod non putabat in accuſatoris perſona Latro faciendum, ut aliquis per patronum accuſaret patrem.* Controv. 17. *Hiſpo Romanus vehementi colore uſus eſt & duro. patronum enim Popilio dedit. & dixit, aliter ſe cauſſam acturum Popilii, aliter Antonii.* M. Fabius avus declam. 250. *Patronum neceſſario dabimus: nam etiam, ut agere illi liceat, eſt tamen ignominioſus.* CCLX. *In pleriſque controverſiis plerumque hoc quærere ſolemus, utrum ipſorum perſona utamur ad dicendum, an advocati: vel propter ſexum, ſicut in feminis; vel propter aliquam alioqui vitæ, vel ipſius, de quo quæritur, facti deformitatem. Hic adoleſcens & honeſtus eſt, & cum ſit locuples quoque, nihil tam turpe commiſit, ut illi pro ſe loqui fas non ſit. Ego tamen exiſtimo dandum eſſe advocatum.* CCCXIII. *Non erit alienum, advocatum dare huic accuſatori. Fecit rem, ut parciſſime dicam, pœnitentia dignam: & fortius defendetur*

[15] ut liberius diceret, patronum filio dedit. Et illud in hac parte laudatum eſt à Silone declamante. Cœperat hoc tractare, non debere ali tyranni patrem, omnibus faventibus, illum fame necandum: &, cum diu preſſiſſet, illum tyranni patrem eſſe, adjecit: Aude poſtulare ut illud tibi proſit, quod tyrannicidæ pater es. *Blandus* hunc ſenſum, cum poſtero die declamaret, in ironiam vertit: & cum objeciſſet, quod tyranni pater eſſet, adjecit: Nolite illum averſari. habet quod opponat. & adulteri pater eſt.

Color. Colorem pro patre alius alium introduxit. *Fuſcus* iratum ſe illi confeſſus eſt fuiſſe, quod fratrem in conſpectu patris occidiſſet: & huic loco vehementer inſtitit, cum nemo hoc tyrannus, nemo pirata feciſſet. Iratus, inquit, ob hoc ipſum fui, quod hoc ſcelere etiam tyrannicidium inquinaveras. apparet, te morbo quodam adverſus tuos furere: & ſervavit hunc actionis tenorem. [16] Iratus fui, hodieque paciſcor, nec queror: nec ſe demiſit in preces, aut rogavit, ſed jure patrio uſus eſt. Illud ad excuſandam epiſtolæ crudelitatem adjiciebat: Scripſi piratis, non eo animo ut manus tibi præciderentur, ſed ut exprobrarem tibi cruentas in conſpectu patris fraterno ſanguine manus. tuto autem ſcribebam. ſciebam enim piratas non facturos, niſi pecuniam accepiſſent, quam non mittebam. Quamobrem neque præciderunt: & ſi ſperaſſent, utique præcidiſſent. Sed apparuit illas epiſtolas iraſcentis eſſe, non promitten-

fendetur ab eo: & minore cum verecundia patronus confitebitur, ſi quid confitendum eſt. Et quoties cauſſa plus juris habet quam pudoris; ad eum transferenda eſt, qui non erubeſcit. CCCXXXI. *Bis damnato huic demus oportet patronum.* Ne quem ſua laude fraudemus, potiſſimum hujus emendationis & Fabrum præcepiſſe poſtea vidi. *Gronovius.*

15 *Ut liberius diceret, latrocinium filio dedit*] Lego, *patronum filio dedit.* filium enim non decet niſi ſervata reverentia, quæ naturaliter debetur, in patrem agere: patrono plus licet. quod obſervarunt prudentes declamatores in omnibus iis perſonis quæ naturæ vel beneficentiæ vinculo inter ſe obligatæ, libere agere non poſſunt. Sic infra hac ipſa declamatione Albucius patri patronum dedit, ut liberius in filium ageret. *N. Faber.*

16 *Iratus fui, hodieque paciſcor*] Pacto hic nullus eſt locus. Quid ſi legamus? *Iratus fui, hodieque iraſcor, & queror,* &c. quod ſatis antecedentia, & conſequentia demonſtrant. *Idem.*

mittentis. In ultimo deſcripſit, quam miſer futurus eſſet, alimenta accipiens illis manibus, quas paulo ante ſpectaverit fratrem occidentes: & adjecit, quod aiebat præceptore ſuo dicente, ſumma cum admiratione exceptum, illud Homeri Priamo aptum: καὶ κύσε χεῖρας [17] Δεινὰς, ἀνδροφόνους, αἵ οἱ πολέας κτάνον υἷας. *Silo Pompeius* & ipſe iram faſſus eſt. aiebat enim, non habiturum fidem, ſi ſe negaſſet iratum fuiſſe: ſed iræ cauſam non dixit. *Q. Fuſcus* tranſeundas aiebat eas offenſas, quibus ille gloriaretur. hanc cauſam poſuit, quod relictus eſſet ab unico filio; quod invito ſe navigaſſet: cum videret ſenem orbum jam pene egentem, jam tum illum fugiſſe, ne aleret: & ad preces patrem deduxit, & rogavit in epilogo filium. Et *Sparſum* hoc colore declamaſſe memini, hominem inter ſcholaſticos ſanum, inter ſanos ſcholaſticum. *Ceſtius* alio colore uſus eſt. dixit enim, non iram illam patris fuiſſe, ſed calliditatem: Non habebam, inquit, unde redimerem. Quem rogarem pecuniam in tam avara civitate, in qua ne filii quidem patres alunt? uſus ſum conſilio, ſciebam piratas non crudeles eſſe, ſed avaros. volui efficere, ut deſperarent illum redimi, & propter hoc ſupervacuum & cum impenſa futurum dimitterent. An prudenter cogitaverim, neſcio. feliciter certe cogitavi. poſt epiſtolas illas quas accuſat, dimiſſus eſt. *Latro* ſe totum ab iſtis removit coloribus, & advocavit vires ſuas tanto totius actionis impetu, ut attonitos homines tenuerit. hoc enim colore uſus eſt: Neſcio quid ſcripſerim: olim jam mihi excuſſa mens eſt, ex quo vidi filium unum in in arce, alterum in adulterio, tertium in parricidio: ex quo reſperſus ſum ſanguine morientis filii, ex quo relictus ſum ſolus, ſenex, orbus, egens, odi meos. Hic color illius viribus approbandus eſt. Quanto enim opus eſt, ut aliquis accuſando ſe miſerabilem faciat? *Albutius* omnes colores miſcuit:

17 Δεινᾶς] Hunc Homeri verſum ex conjectura huic loco addidimus. Quod enim miſer ille ſenex Iliados ultimo de Achillis, hic de filii ſui manibus convenientiſſime dicere potuit. *N. Faber.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

icuit: &, ut hoc liberum eſſet, patronum patri dedit, nec oluit narrare. Ad propoſitionem cœpit. Alimenta pater filio petit. Deinde cum ad defendendum venit, quod cripſit duplam ſe daturum, ſi manus præcidiſſent, primum atroniano colore uſus eſt. Hoc, inquit, reſpondeo; neſcit uid fecerit, in inſaniam malis actus eſt. Hic philoſophinum locum introduxit, quomodo magnis calamitatibus nimi everterentur; deinde anthypophoram ſumpſit. Menris. Ille vero iratus fuit. Cogis, inquit, me dicere, iratum bi merito fuiſſe. Executus eſt omnia. hoc illi inter ceteta objecit, [18] quod occupans fratrem ſuum ignoraſſet, aut iſſimulaſſet: ait tyrannicidio quoque ejus commendationem facere. deinde ad illum colorem redit Ceſtianum: Sed lum puto conſilio feciſſe, quæ fecit. quid ergo? quid iſte andem dicit quare ſcripſiſſet? nihil dixit, flet; mori vult, ed non fame. In hac declamatione hanc *Albutius* ſententiam dixit dubiam inter admirantes & deridentes: [19] Panem cani das, patri non das. *Glycon* egregie dixit: ἐλεήσατε ὐτὸν, [20] ὃς κινδυνεύει πατέρα θρέψαι. *Gorgonius* fuit Buteois auditor, poſtea ſcholæ quoque ſucceſſor, vocis obtuſæ, ed pugnaciſſimæ, cui Baro ſcurra rem venuſtiſſimam dit: Centum raucorum vocem habes. Hic putavit, vaum colorem ſe excogitaſſe pro patre. Ego, inquit, dictai; *Duplam dabo, ſi manus non præcideritis.* Librario una ſyllaba

18 *Quod occupans fratrem*] Hæc nulım ſenſum habere quiſque videt. Haebunt, ſi ita legamus, *quod occupanm arcem fratrem ſuum non ignoraſſet, at ſſimulaſſet, ut tyrannicidio quoque ejus mmendationem faceret.* Audacior for: conjectura, cujuſque auctor funıſque eſſe nolim. quæ tamen ſi non erba, certe mentem auctoris exhiet. *N. Faber.*

19 *Panem quem cani das, patri non as*] Quinctilianus cap. 3. lib. 8. inter æc quæ humilia videntur apta tamen oſita gratiam habent, vimque rebus afferunt, huic prope ſimilem ſententiam ponit. *Laudari*, inquit, *me puero ſolebat: Da patri panem: & in eodem, etiam canem paſcis.* Subjungit. *Res quidem præcipe in ſcholis anceps, ſed frequenter cauſa riſus.* Unde non mirum eſt, ſi hæc Albutii ſententia ſuos amatores, deriſoreſque habuerit. *Idem.*

20 Ὃς κινδυνεύει τὸν πατέρα θρέψαι] Vertit Schottus: *qui ob alimentum patri datum periclitatur.* Male. Ironia eſt ipſius patris. Miſeremini, ſi diis placet, ejus, cujus periculum eſt, ne damnatus patrem alat. *Gronovius.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

laba excidit, *Non:* & ſcripſit, *ſi praecideritis.* Digna res, quæ voce illa diceretur. *Artemon* dixit: φιλότεκνε πάτερ, καὶ σοί τι .... [21] *Andreas* dixit: ἄξεινον σκάφος. καὶ τίς τῶν ἀντίων ἐν αὐτῷ τῷ σκάφει πατήρ ἐστι; *Nicetes* dixit: διπλᾶ δώσω, ἂν ἀποκόπτηλε τὰς χεῖρας· ἐζήτουν οἱ πειρᾶται. [22] μή τις τυραννήσας, μή τις μοιχεύσας.

CONTROVERSIA VIII.

Ter fortis.

Lex. Qui ter fortiter fecerit, militia vacet. *Thema.* [1] *Ter pater fortem in acie, quarto volentem exire retinet: nolentem abdicat.*

CONTRA TER FORTEM. *Porcii Latronis.* Miſerrimus pater jam non viderem filium, niſi abdicarem. fortis plus quam aut legi aut patri ſat eſt. Tertio mihi non redditus, ſed relatus eſt. quod patriæ ſupereſt, patri vindico. fugit me filius, & quidem ad hoſtem. Quouſque pavidus præliorum nuntios expectabo? fili, mihi vacationem peto. *Ceſtii Pii.* Abdico filium, ut habeam. minus vacatio mea reipub. profuit, quam militia. duxi uxorem. Sic deſcendit in narrationem. [2] Tertio audivi velut denuntiantis

21 *Andreas dixit*] Cujacius, quod *Andrea* vox recentior videretur, reponendum putabat *Hybreas*, cujus nomen in Controverſiis his celebre. quod à Lectio Gruterus accepiſſe fatetur.

22 Μή τις τυραννήσας, μή τις μοιχεύσας] Male Schottus: *Quærebant piratæ, ne quis tyrannidem exerceat, ne quis fornicetur.* Immo, *numquid ille, cui pater tanta mercede manus præcidi jubebat, tyrannidem tentaſſet, mæchatus eſſet.* Gronovius.

CONTROV. VIII. 1 *Ter pater fortem in acie*] Scriptus, Pal. Eraſmici: *Ter fortiter agentem pater in acie.* Recte. Infra: *quod & vir fortis eſt & toties fortiter egit.* Idem.

2 *Tertio, audivi velut denuntiantis deos*] Illud *tertio* ad ſenſum non facit. Legerem potius, *Terreor. Audivi velut denuntiantes deos.* quod ſequentia ſatis oſtendunt. N. *Faber.* Malit Faber: *Terreor.* Quod repugnat verbis ſequentibus, quæ contra Muretum egregie vindicavit ipſe. Cum tertio in pugnam iret, inquit, quaſi profecta mihi vox eſt & divinitus ad aures accidit, tempus eſſe, ut parcat fortunæ, neve porro eam fatiget. Paſſus tamen ſum, & ut omen illud averterem, petii advocationem in unam pugnam: precatus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

tis deos: Faciat adoleſcens jam felicitatis ſuæ finem. [3] Ego advocationem in unam pugnam petii. Accidat, inquam, quicquid timeo, ſi illum amplius in aciem dimiſero. Cum diis pactus ſum. Non timeo, inquit. Hoc eſt, cur timeam. Objicitur mihi, quod me filius oderit. *Arellii Fuſci Patris.* O me filio pugnante jam laſſum. [4] Magna omina ſunt. Nihil hoc putas, quod viri fortis pater timet? Miſerum me. jam hoſti nimis notus ſum, jam pro te, neſcio quid, etiam lex timet. Miraris, ſi quod legi ſatis eſt, patri nimis eſt? Numquid luxuriam, inquit, objicis? ego vero te etiam morari poſco inter voluptates. Quouſque in duro caſtrorum jacebis cubiculo? quouſque ſomnum claſſico rumpes? quouſque cruentus vives? ſimus hilares: trium victoriarum vota ſolvenda ſunt. Tot acies ſuſtinuiſti, tot vulnera: poſſum cum repub. queri. ſero dimitteris. Subinde audio te dicentem, Malo gloriam quam vitam. Hoc ergo me exanimat, quod mori tibi tam facile eſt. Denique uno quieſce bello. *Pompeii Silonis.* Cauſa abdicandi eſt, ne ſine filio

precatus ſum, ut hac etiamnum vice ſuſtinerent dii, poſthac nihil tale paſſurus nec rogaturus. *Gronovius.*

3 *Ego à diis vacationem*] Cæteræ editiones legunt, *Ego advocationem in unam pugnam petii:* quod vereor ne mutari in editione Romana non debuerit. Advocatio enim dilationem ſignificat, quæ reis dabatur ad reſpondendum. L. Seneca in Ἀποκολοκ. *Tandem procedit P. Petronius, homo Claudiana lingua diſertus, & poſtulat advocationem*, id eſt, ad præparandum ſe reſponſioni dilationem. infra præf. 3. *tanta illa perturbatio fuit, ut advocationem peteret.* Inde pro quavis dilatione acceptum vocabulum. infra Controv. 3. lib. 2. *Miſerere pater, ſcis quam brevis ſit advocatio mea*, id eſt, quam breve mihi tempus à lege conceſſum ſit, intra quod te exorare debeam. In Catalectis Joſ. Scaligeri,

Cur differs mea lux rogata ſemper?
Cur longam petis advocationem?

Quinctilianus declamator decl. 280. *Neutra res eſt quam differri oporteat: ſive is eſt raptor qui pœnam mereatur, non meretur advocationem*, &c. Non mutaſſet Muretus, qui hanc hujus vocabuli ſignificationem animadvertit in L. Seneca lib. 1 de Ira. At vacatio in unam pugnam, contrarium ejus quod vult dicere ſignificat. Nam ea pugna finiretur vacatio. Quod ſi quis dicat, vacationem in unam pugnam accipi, ac ſi dictum eſſet, poſt unam pugnam, Romæ ſic loqui ſolitos non puto. N. *Faber.*

4 *Magna omnia ſunt*] Scribe omnino: *Magna omina ſunt.* Quod perinde eſt ac ſi diceret, vera, potentia, nihil fallentia. Statius Thebaïdos lib. 7. *Cur penitus magnoque interpretor omine quercum?* Eſt hoc Arellii Fuſci, de quo inferius: *Fuſcus Arellius religioſe patrem induxit ominibus territum.* Gronovius.

ſilio vivam: quem tamdiu non viderem, niſi abdicarem. Abdicatio mea in poteſtate abdicati eſt. *Romani Hiſponis.* Quid fatigatæ felicitati moleſtus es? quid expectas, donec caſtris ejiciaris? *Mentonis.* Erubeſcit reſpub. tam cicatricoſo milite uti. Non oportet tantam virtutem ſine ſucceſſore concedere; ducenda uxor eſt. ſed jam nunc te admoneo, ne unum tollas. *Cornelii Hiſpani.* Non ante te retinere cœpi, quam dimiſit reſpubl. Nullum jam tibi vulnus, niſi per cicatricem, imprimi poteſt. adhuc diutius fuiſti cum hoſte quam apud patrem. Domi tantum ſanatus es. *Julii Othonis Patris.* Optimus virtutis finis eſt, antequam deficias, deſinere.

Ex altera parte. ***. Ter fortiter pugnantem abdicas. certe abdicatis pugnare licet. *Albutii Sili.* Quis hic ſubitus inſonuit tumultus? numquid imperator vocat? venio. Plurimum in prima acie laboravi. pudet me, ter victi militant. *P. Aſpernatis.* Quouſque, inquit, periclitaberis? Bene habet, Judices: pater me putat dignum eſſe qui ſalvus ſim. Senator poſt ſexageſimum & quintum annum in curiam venire non cogitur, nec vetatur. Prætorio licet prætexta toga uti feſtis, aut ſolennibus diebus. numquid neceſſe eſt? Quicquid aut præmii aut honoris nomine datur, in utramque partem liceat: alioquin deſinit præmium eſſe, cui neceſſitas jungitur. Pareo tibi, pater: qui gloria nos immortales fieri dicebas, qui ex acie redeuntis vulnera oſculabaris. Ad hæc nova & diverſa imperia ſubito [5] me circumagi putas poſſe? non ita eſt. Ille in nos dominatur affectus, qui animum primus intravit. Luxuria, avaritia, deſidia, injuſtitia, timor, non dediſcuntur, & quotidie hæc omnia aut caſtigantur, aut puniuntur: in tantum etiam vitiorum tenaces ſumus. Crede mihi, pater: non ſum mei juris, cum ille prælii clamor exortus eſt: invadere hoſtis libet, obſtantis

5 *Me circumagi*] Elegans verbum. Horatius lib. 1. Sat. 9. *Nil opus eſt te circumagi.* Suetonius Cæſaris cap. 70. *tam facile circumegit.* Vide ibi Torrentium.

6 *Toga*

ſtantis cuneos gladiis diducere: hic impetus, hic ardor animi, domum tuam trinis hoſtium ſpoliis adornavit: huic ſupplicationes illas debeo. propter hoc me etiam cum abdicas, diligis. non animus, non lingua conſtat: in alieno opere deprehenſus ſum: [6] toga ipſa humeris non cedit. Ad obſidendum hoſtem, ad occupandum caſtris locum, ad intercipiendos hoſtium commeatus ire juſſeris. otium imperas animo non ocioſo. Quotieſcumque tumultus aliquis exortus eſt, in me civium diriguntur oculi, meas ſpectant manus: & adhuc (verum dicendum) nihil patria debet mihi: nunquam pugnavi, niſi coactus. Crediſne, quicquid refero tibi? ſcimus quem vitæ curſum agamus. eadem pericula nos ubique circumſtant, & totidem viæ ad mortem ſunt. Interdum continuatus labor firmiores facit: ſæpe quos labor roboraverat, deſidia conſumpſit. *Marillii.* Sine me aliquod meritum in patriam conferre: adhuc militia mea legis munus eſt. Pugnabo & abdicatus: nec verebor, ne vilis ſit opera mea patriæ. Athenienſes abdicato vicerunt duce. Quantum inter illum & me intereſt? Ille abdicationem virtute delevit, ego merui.

DIVISIO. Primo quæſtio illa ab omnibus facta eſt vulgaris: An filius ob id, quod ſui juris ſit, abdicari poſſit. deinde, An debeat. Hæc tota tractationis eſt. Græci illam quæſtionem primam ſolent tentare, quam Romanæ aures non ferunt, An vir fortis abdicari poſſit. Non video autem, quid allaturi ſint, quare non poſſit. nam quod & vir fortis eſt, & totiens fortiter egit, non plus juris illi adfert, ſed plus commendationis.

Color. Colorem à parte patris quidam duriorem fecerunt: voluerunt enim videri inviſum filio patrem: itaque malle illum cum hoſtibus vivere, quam cum patre: pene omnes, eſſe

6 *Toga ipſa humeris non cedit*] Omnino *ſedet*, ut viſum etiam Grutero. Quintilianus, inſtit. 12, 3. *Pars togæ, quæ poſtea imponitur, ſit inferior: nam ita & ſedet melius & continetur.* Ovidius: *nec in lecto pallia noſtra ſedent.* Gronovius.

7 *Facit*

eſſe adoleſcentem inſatiabilem gloriæ: ſed propter ipſum patri & moderandum & continendum. Quidam ex toto ad patris indulgentiam refugerunt, & non diſputaverunt hoc modo, quo Silo Pompeius diſputavit, qui ſic diviſit, ut diceret: Etiam ſi patrem non haberes, deſinere debebas. quia patrem habes, deſinere debes, quia pater vetat. [7] Facit illo modo quo Gallio, qui ſic diviſit hanc partem: Hoc impero reipub. cauſa, tua cauſa, mea cauſa. Sequentia duo videtis quemadmodum potuerit implere: Illud, reipub. cauſa imperare, ſic tractavit: Primum, ut pluribus juvenibus pateat ad virtutem aditus, non debere omnium occaſionem fortiter faciendi ab uno occupari: Deinde expedire reipub. non videri tantum ex uno pendere: futurum ut & animi hoſtium creſcerent, & ſuorum frangerentur, ſi caſu ter fortis occidiſſet: Ad ultimum, utile eſſe reipublicæ, ter fortem ſervari, ut ſit qui oſtendatur juventuti: jam illum magis poſſe ornamentum eſſe quam præſidium. Illum ſenſum veterem, Jam pro viro forti neſcio quid etiam lex timet, [8] hoc loco *Gallus* poſuit. hoc quoque inquit: Ter viro forti aut diffidit, aut conſulit. Nec illam quidem ſecuti ſunt tractationem, qua uſus eſt *Blandus*, qui dixit: Militia tibi ſupervacua eſt, invidioſa eſt, periculoſa eſt. Supervacua eſt: quia non cogeris, immo verecunde vetaris. Gloriæ cauſa aliquis militat: conſecutus es gloriam. Vacationis cauſa: conſecutus es præmium. Tria domi præmia ſunt. Et ſic tranſiit, ut diceret, invidioſum eſſe, unum hominem totiens optare omnes honores intercipere. Quam periculoſa res eſſet invidia, quam magnos viros oppreſſiſſet. Hic exempla. Periculoſum eſſe militiam, eodem loco collegit. Illud unum adjecit de lege. Non poſſe illum jam fortiter facere, quia omnes illum hoſtes peterent: & adjecit: Ideo lex ter fortem dimiſit.

7 *Facit illo modo*] Scribendum: *Neque illo modo:* vel, *Aut illo modo.* Refertur enim ad ſuperius: *& non diſputaverunt:* item inferius: *Ne illam quidem ſecuti ſunt.* Gronovius.

8 *Hoc loco Gallus poſuit*] Vide ne legendum ſit *Gallio.* N. Faber.

9 *Æſchi-*

miſit. ſcit illum jam obſervari ab hoſte. His ergo omiſſis, illi, qui amantem patrem induxerant, hoc genere egerunt: Non poſſum pati: non poſſum deſiderium tui ſuſtinere. Hoc loco [9] *Æſchines* ex bonis declamatoribus cum diceret; Non me gloria cupidiorem tui fecit, non omnibus admiranda virtus; Confitebor, inquit, affectus patris, quos ut quiſque volet, interpretetur. ὅυτως ἂν ἢ ἄτιμον ἐφίλουν. Videbatur hic, dum indulgentiam exprimit, non ſervaſſe dignitatem patris. Placebat autem Latroni, potius ratione retineri patrem, quam affectu, cum in ratione habeat aliquem locum & affectus. *Aſprenas* colorem ſecutus eſt longe alium: dixit enim, ſe non negare reipublicæ viri fortis operas, ſed ad neceſſarios uſus reſervare. Si magnum aliquod bellum incidat, tunc & veteranos vocari ad arma. Et illa ſententia ejus hoc loco valde laudata eſt: Nunc illi militent, quibus neceſſe eſt: tu militabis, ſi erit neceſſe. Sic veniſſe populum Romanum ad Scipionem Æmilianum, cum majus bellum Numantinum apparuiſſet, quam quod alii duces ſuſtinere poſſent. Magnum intervallum inter Numantiam & Carthaginem Scipioni datum. Sic ad Pompeium, cum piratæ maria clauſiſſent. Magna præſidia non eſſe conſumenda. Hoc loco *Aſprenas* de lege dixit & ipſe ſententiam. Videlicet ad hos caſus lex ter fortem ſepoſuit. A parte filii colorem induxerunt quidam, ut illum cupidum gloriæ & bellicoſum facerent. *Nicetes* quidem hoc uſus eſt verbo: παραστησώμεθα αὐτὸν τοῖς δικασταῖς ἀρειμάνιον. & ſic egit, ut quereretur quod ceſſarent manus ſuæ, quod inermes eſſent. *Latroni* non placebat hic color: malebat adoleſcentem judicio, quam morbo militare. Hoc eſt, inquit, quod pater efficaciter dicat, [10] detrahere illum operibus ſuis gloriam, temerarium, ſanguinarium,

9 *Æſchines ex bonis declamatoribus*] Legendum, *ex novis declamatoribus*: & infra ad Controverſiæ finem, *Æſchines non ille orator: tunc enim non declamandi ſtudium erat: ſed hic ex novis declamatoribus dixit.* quo loci legitur, *ex declamatoribus dixit nobis.* Is autem eſt Mileſius, de quo ita Strabo lib. 13. καθ' ἡμᾶς δὲ Αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ, ὃ ἐν φυγῇ διετέλεσε, παρρησιασάμενος πέραν τοῦ μετρίου πρὸς Πομπήϊον Μάγνον. N. Faber.

10 *Detrahere illum operibus ſuis glo-* mera-

rium, quem nec pater poſſit retinere, nec lex dimittere. Quidam pacti ſunt cum patre, tanquam *Mento :* qui dixit, ſemel tantum ſe militare velle, ut aliquid videretur reip. ſupra legem præſtitiſſe. Quidam perpetuam denuntiaverunt militiam; quamdiu vires fuiſſent, non defuturum reip. virum fortem. Non probabat hunc colorem *Latro*. Negabat patri abſcindendam ſpem filii in perpetuum. *Vibius Rufus* hoc colore egit quo Mento : ſed illud adjecit, pervenire ad ſe voces invidorum illas : Numquid amplius pugnavit, quam quod neceſſe illi fuit? Quidam hoc compoſitum & ſimulatum inter nos putaverunt, ut ego militare vellem, tu vetares. *Latro* vehementer egit à parte patris, & adjecit : Abdicato non permittam exire, injiciam manus, tenebo. noviſſime ante limen exeuntis cadaver hoc ſternam. ut ad hoſtem pervenias, patrem calca. Putabat [11] Plancus, ſummus declamator. Latronis hunc ſenſum à Latrone fortius dictum, [12] à Lesbocle Græco tenerius, qui dixit ſic : *κείσομαι ὡς τεῖχος. τὸ τάφρον ὑπέρβηθι, καὶ πατέρα.* *Fuſcus Arellius* religioſe patrem induxit ominibus territum : aiebat præceptorem ſuum in hac controverſia deſcribentem pericula futuri prælii, [13] Homeri verſus ob hoc edidiſſe : Δαιμόνιε, φθίσει σε τὸ σὸν μένος. Glycon dixit : οὐκέτι ἐν τῷ θανάτῳ. καταφρονῶ τούτου. πατέρας ἐμή. *Diocles Caryſtius* dixit: [14] ἐὰν ἐπιτύχῃς, μίαν προσθήσεις

merarium] Monſtrum vocabuli ex duabus truncis vocibus coalitum. Suſpicor legendum, *detrahere illum operibus ſuis gloriam, temerarium, ſanguinarium.* cætera recte procedunt. N. *Faber.*

11 *Plancus, ſummus declamator*] L. Munatium Plancum intelligit, ad quem Conſulem deſignatum eſt liber decimus Epiſtolarum Ciceronis, in quibus male vulgo Cneus vocatur. Fuit autem Conſul anno proxime ſequente Ciceronis mortem, & Cenſor cum M. Lepido 22. poſt anno. de quo B. Hieronymus in Euſebii Chronologia ad annum 16 imperii Auguſti hæc habet: *Munatius Plancus, Ciceronis diſcipulus, orator habetur inſignis, qui cum Galliam Romanam regeret, Lugdunum condidit.* Idem.

12 *A Lesbocle Græco*] Mitylenenſi, Strabo lib. 13. de Mitylena verba faciens : ὕστερον δ᾽ ἐγένετο χρόνοις πολλοῖς Διοφάνης ὁ ῥήτωρ, καθ᾽ ἡμᾶς δὲ Ποτάμων, καὶ Λεσβοκλῆς. Porro Græca hæc Lesboclis à P. Chiaconio ſunt. *Idem.*

13 *Homeri verſus ob hoc edidiſſe*] Rectius fortaſſe, *Homeri verſum addidiſſe.* is autem eſt ex ejuſdem fide Chiaconii Iliados ζ. *Idem.*

14 Ἐὰν ἐπιτύχῃς, μίαν προσθήσεις] Miſere Schottus : *Si nactus eris, unam appones fortitudinem: ſin minus, tres amit-*

tes

ήσεις ἀριστείαν· ἂν δ' ἀποτύχῃς, τρεῖς ἀριστείας ἀπολέσεις. *Glyon* dixit: οὐκ ἔστιν δ' ἱκανὸν εἰς τὸ ὑποκείμενον. ΤΟΣ περιεργικόν. *Æſchines*, non ille orator, (tunc enim non declamandi ſtudium erat,) ſed hic ex declamatoribus novis dixit, cum denuntiaret filio periculum, & præſagiis tangi ſe diceret: [15] ἔστι πατήρ, ἔστι οὐ τύχη μαντικώτατον; *Diocles Caryſtius* dixit ſententiam, quæ non in declamatione tantum poſſet placere, ſed etiam in ſolidiore aliquo ſcripti genere, cum de fortunæ varietate locum diceret: μία γάρ ἐστι πρὸς τύχην ἀσφάλεια, τὸ μὴ τοσαυτάκις αὐτὴν πειρᾶσαι. *Dorion* dixit rem paullo quidem elatiorem, quam preſſa & civilis oratio recipit, ſed qua egregie attonitos patris affectus exprimeret: τί σε ποιοῦμαι, τέκνον, ἵν' ἄσμενα ποιοίην; ἀλλ' εἰ μὲν φθάνω, φοβοῦμαι μή τι οὐ παράταξις, μή τι οὐ πόλεμος. μὴ τοῦτο ἀρκεῖ; φοβοῦμαι περὶ τῆς οἰκουμένης. τί, τέκνον ἐρυθριᾷς;

L I-

es res præclare geſtas. Hoc Latinum eſt? mmo: *Si felix fueris & rem bene geſſeris, unam appones palmam tibi: ſi defuerit fortuna, tres laureas perdes.* Livius, ib. 30. *Non tantum ad id, quod data pace jam habere potes, gloriæ adjeceris, quantum ademeris, ſi quid adverſi eveniat.* Gronovius.

15 Ἔστι πατήρ. ἔστι. οὐ τύχη μαντικώτατον] Vertit Schottus: *Eſt pater. eſt maxime. nonne fortuna eſt res, quæ maxime factum præſagit.* Malim hanc reſponſionem eſſe filii, ad inanem timorem patris ex ominibus, & ſcribam: ἔστι, πάτερ, ἐστὶν ἡ τύχη μαντικώτατον. Omina mihi objicis? nihil eſt fortuna ominoſius, quæ ex præteritis animo fidenti ſpondet futura felicia. *Idem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

LIBER SECUNDUS.

Seneca Melæ, Filio, ſalutem.

CUm repeterem quos unquam bene declamantes audiſſem, occurrit mihi inter alios Fabianus Philoſophus: qui adoleſcens admodum, tantæ opinionis in declamando, quantæ poſtea in diſputando fuit. Exercebatur apud [1] Arellium Fuſcum: cujus genus dicendi imitatus, plus deinde laboris impendit, ut ſimilitudinem ejus effugeret, quam impenderat, ut exprimeret. Erat explicatio Fuſci Arellii, ſplendida quidem, ſed operoſa & implicita: cultus nimis exquiſitus: compoſitio verborum mollior, quam ut illam tam ſanctis fortibuſque præceptis præparans ſe animus pati poſſet. Summa inæqualitas orationis, quæ modo exilis erat, modo nimia licentia vaga & effuſa: principia, argumenta, narrationes aridæ dicebantur. In deſcriptionibus extra legem: omnibus verbis, dummodo niterent, permiſſa libertas. Nihil acre, nihil ſolidum, nihil horridum. Splendida oratio, & magis laſciva quam læta. [2] Ab hac cito ſe Fabianus ſeparavit:

1 A*Rellium Fuſcum*] Supra Controv. 7. Q. Fuſcum vocavit, & Controverſ. 8. atque aliis locis, Arellium Fuſcum patrem, nempe ut ab Arellio Fuſco filio rhetore ſecernat, quem Equeſtri ordine motum ob inſignem calumniam, cum celebritate aſſectarentur adoleſcentium ſcholæ, ex argento annulos habentem ſe vidiſſe Plinius ſcribit cap. 12. lib. 28. N. *Fab.*

2 *Ab hac cito ſe Fabianus ſeparavit*] De hoc præclarum extat elogium apud Senecam Philoſophum Epiſtola quadrageſima. *Fabianus*, inquit, *vir egregius & vita & ſcientia, & quod poſt iſta eſt, eloquentia.* Hujus autem ſcriptis ſæpe in ſuo opere uſus eſt Plinius. Scripſit autem libros Civilium & Philoſophiæ aliquanto plures quam Cicero, adeoque elegantes, ut poſt Ciceronem, Aſinium, & Livium locum meruerit. Seneca epiſt. 100. quam vide. in ea

vit: & luxuriam quidem cum voluit abjecit: obſcuritatem non potuit evadere. hæc illum uſque in philoſophiam proſecuta eſt. Sæpe minus, quam audienti ſatis eſt, eloquitur: & in ſumma ejus ac ſimpliciſſima facultate dicendi, antiquorum tamen vitiorum remanent veſtigia. Quædam tam ſubito deſinunt, ut non brevia ſint, ſed abrupta. Dicebat autem Fabianus fere dulces ſententias: & quotiens incidebat aliqua materia, quæ convicium ſeculi reciperet, inſpirabat magno magis quam acri animo. Deerat illi oratorium robur, & ille pugnatorius mucro: ſplendor vero velut voluntarius non elaboratæ orationi aderat. Vultus dicentis lenis, & pro tranquillitate morum remiſſus: vocis nulla contentio, nulla corporis aſſeveratio, cum verba velut injuſſa fluerent. Jam videlicet compoſitus & pacatus animus, cum veros compreſſiſſet affectus, & iram doloremque procul expuliſſet, parum bene imitari poterat quæ effugerat. Suaſoriis aptior erat: locorum habitus, fluminumque decurſus, & urbium ſitus, moreſque populorum, nemo deſcripſit abundantius. Nunquam inopia verbi ſubſtitit, [3] ſed velociſſimo curſu ac facillimo omnes res beata circumfluebat oratio. Hæc eo libentius, Mela, fili cariſſime, refero, quia video animum tuum à civilibus officiis abhorrentem, & [4] ab omni ambitu averſum, hoc unum concupiſcentem, nihil concupiſcere, ut eloquentiæ tantum ſtudeas. facilis ab hac in omnes artes decurſus eſt. Inſtruit etiam, quos non ſibi exercet. Nec eſt quod inſidias putes tibi fieri, quaſi id agam,

in ea enim egregie quæ hic pater deſiderat in Fabiano, requirenda non eſſe docet Chariſius etiam & Diomedes Fabiani librorum de animalibus, & cauſarum naturalium auctoritate aliquot locis utuntur. N. *Faber*. Codex Anglicus, *temperavit*. Recte, modo deleas τὸ *ſe*, aut ſcribas *ſibi*. Auctor ad Herennium, lib. 2. *cui mirum videbitur, iſtum à maleficio propter acerrimam formidinem non temperaſſe?* Lib. 4. *Et qui in ſermonibus & conventu amicorum verum dixerit nunquam, eum ſibi in concionibus credis à mendacio temperaturum?* Gronovius.

3 *Sed velociſſimo curſu*] Diſputabat, *inquit*, *filius*, expedite magis, quam concitate, ut poſſes dicere facilitatem eſſe illam, non celeritatem. N. *Faber*.

4 *Ab omni ambitu averſum*] Præpoſteram tamen ambitionem hoc Melæ conſilium vocavit Tacitus Ann. 15. *Idem*.

agam, ut te bene cedentis ſtudii labor teneat. Ego vero non ſum bonæ mentis impedimentum: perge quo inclinat animus: & paterno contentus ordine, ſubduc fortunæ magnam tui partem. Erat quidem tibi majus ingenium quam fratribus tuis, omnium bonarum artium capaciſſimum: eſt & hoc ipſum melioris ingenii pignus, non corrumpi bonitate ejus, ut illo male utaris. Sed quoniam fratribus tuis ambitioſæ curæ ſunt, foroque ſe & honoribus parant, in quibus ipſa quæ ſperantur, timenda ſunt: ego quoque aliquando, ejus proceſſus avidus, & hortator, laudatorque vel periculoſæ, dum honeſtæ modo, induſtriæ, duobus filiis navigantibus, te in portu retineo: Sed proderit tibi in illa quæ tota mente agitas, declamandi exercitatio, ſicut Fabiano profuit: qui, ut aliquando, cum [5] Sextium audiret, nihilominus declamabat, & tam diligenter, ut putares illum illi ſtudio parari, non per illud alteri præparari. Habuit etiam Blandum Rhetorem præceptorem, qui eques Romanus Romæ docuit. Ante illum intra libertinos præceptores pulcherrimæ diſciplinæ continebantur: & minime probabili more, turpe erat docere quod honeſtum

5 *Sextium audiret*] Male antea *Ceſtium* legebatur, contra rei veritatem, & libros veteres. Is enim eſt Sextius philoſophus Fabiani, & Socionis L. Senecæ præceptoris doctor. Duo autem fuerunt Sextii, Q. videlicet Sextius pater, qui à divo Julio latum clavum ſibi oblatum recuſavit, & ejus filius, de quo B. Hieronymus anno quo Chriſtum natum tradit, hæc refert: *Sextius Pythagoricus philoſophus naſcitur.* ita enim legunt optimi veterum. ambo inſignes philoſophi, qui etiam ſui nominis ſectam Romæ reliquerunt. Suetonius de illuſtribus Grammaticis in vita Craſſicii, *Dimiſſa*, inquit, *repente ſchola tranſiit ad Q. Sextii ſectam.* ita enim hunc locum vetus noſtri Pithœi codex exprimit. Et Plinius capite 28. lib. 17. ſcribit Sextium è Romanis ſapientiæ adſectatoribus, *praviſa olei caritate ex futuro Virgiliarum ortu, magna tum vilitate propter ſpem olivæ, coëmiſſe in toto tractu omne oleum. Atque ut apparuit cauſa, & ingens divitiarum curſus, reſtituiſſe mercedem anxiæ, & avidæ dominorum pœnitentiæ, contentum ita probaſſe opes ſibi in facili cum vellet fore.* Sextiorum præter Senecam in Epiſtolis & libris de Ira ſæpe, & cap. ult. lib. 7. naturalium quæſtionum, meminit Quinctilianus cap. 1. lib. 10. *Scripſit non parum multa*, inquit, *Cornelius Celſus, Sextios ſecutus non ſine cultu & nitore.* Male vulgo *ſcepticos ſecutus.* Sic enim docent legendum veteres codices, & præcipue antiquiſſimus doctiſſimi atque humaniſſimi noſtri Danielis. Hoc igitur dicit, nec cum Philoſophiæ ſtuderet, Fabianum declamandi ſtudium intermiſiſſe. *N. Faber.*

6 Puero

ſtum erat diſcere. Nam primus omnium Latinus rhetor Romæ fuit, [6] puero Cicerone, Plotius. Apud Blandum diutius, quam apud Fuſcum Arellium ſtuduit: ſed cum am transfugiſſet, eo tempore quo eloquentiæ ſtudebat, non eloquentiæ cauſa. Scio futurum, ut auditis ejus ſen-entiis, cupiatis multas audire. Sed nec ille diu declama-ionibus vacabat: & ego [7] tanto minorem natu quam ipſe eram,

6 *Puero Cicerone Plotius*] B. Hiero-ymus ad Euſebii Chronologiam O-ymp. 183. *L. Plotius Gallus*, inquit, *rimus Romæ Latinam Rhetoricam do-uit.* Cicero ad Titinnium, referente uetonio de claris Rhetoribus: *Equi-em memoria teneo pueris nobis primum atine docere cœpiſſe L. Plotium quen-am: ad quem quum fieret concurſus, & uod ſtudioſiſſimus quiſque apud eum exer-eretur, dolebam mihi idem non licere. Con-inebar autem doctiſſimorum virorum au-toritate, qui exiſtimabant Græcis exerci-ationibus ali melius ingenia poſſe.* de quo lura apud eundem Suetonium & Quinctilianum c.4. lib. 2. vide. quem tiam c. ult. lib. 11. de geſtu ſcripſiſſe radit. N. *Faber.*

7 *Tanto minorem natu quam ipſe erat*] ta plane duo optimi codices, nec ta-nen percuratus locus, nam cum omparatio inter duos fieri debeat, hic on fit. Idem enim ac ſi ſcriptum eſ-et, *& ego tanto minorem natus Fabia-um, quam ipſe Fabianus erat*, quod neptum eſt, nec Latinum. Infra præ-atione ſeptima de Albutio ſcribit: *Memini omnibus illum rebus omiſſis apud Fabianum Philoſophum tanto minorem uam ipſe erat, cum codicibus ſedere.* id ſt quam ipſe erat Albutius, cui ſimi-em interpretationem hic locus non dmittit. At vero pro comperto eſt Fa-ianum multo juniorem noſtro au-tore extitiſſe, quod & hic vult dice-e. Quare videri poſſet legendum, *Et go tanto minorem, quanto ipſe erat*, ut emporis ſit comparatio: vel *quam pſe eram*, ut ad Senecam referatur: eutrum tamen placet. Quid igitur? ſi quid audendum eſt, delenda potius cenſerem tria illa vocabula *quam ipſe erat*, & uno ductu legendum, *Et ego tanto minorem natu audiebam quotiens inciderat, non quotiens volueram*, quæ lectio recte procedit. *Idem.* Recte notat Faber ineptum hunc eſſe ſermonem, quo efficitur minorem natu Fabianum fuiſſe quam ipſum Fabianum: deinde pro comperto eſſe, Fabianum noſtro juniorem fuiſſe. Lipſius igitur: *multo majore natu.* Faber tentat: *quando ipſe erat*: vel, *quam ipſe eram*: ſed neutrum ait ſatis placere: delenda potius, *quam ipſe erat.* Pontanus, *tanto natu, quam ipſe erat*: Membranaceus Voſſii: *multo minor natu ipſo eram.* Pall. quoque & Pinciani codd. *multo minor.* Equidem non video, quare diſplicuerit ſummo viro: *& ego tanto* (vel *multo*) *minorem natu, quam ipſe eram, audiebam, quoties inciderat.* Omne enim ſic tollitur dubium. & hanc interpoſitionem, non alienam à ſtylo auctoris eſſe, demonſtrant verba præfationis ſeptimæ de Albutio: *Memini omnibus illum rebus omiſſis apud Fabianum philoſophum tanto juniorem quam ipſe erat, cum codicibus ſedere.* Hug. *tanto minore natu quam ipſe erat.* Ut poſſis probare: *tanto minore natu, quam ipſe eram.* Et accipies *tanto minore natu* accuſandi caſu, quaſi eſſet: *Fabianum* vel *illum tanto minore natu.* Sic enim loquebantur. Varro, lib. 1. de re ruſt. cap. 17. *Qui præſint, eſſe oportere, qui literis ſint & aliqua humanitate imbuti, frugi, ætate majore quam operarios, quos dixi. facilius enim ei quam minore natu ſunt dicto audientes.* Sic enim mss. &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

eram, audiebam quotiens inciderat, non quotiens volueram. In hunc ergo libellum quæcumque ab illo dicta teneo conferam.

CONTROVERSIA IX.

Adoptandus poſt tres abdicatos.

Thema. *Dives tres filios abdicavit. petit à paupere unicum filium in adoptionem. pauper dare vult. nolentem ire, abdicat. Contradicitur.*

PRO ADOPTANDO. *Porcii Latronis.* Hanccine meam eſſe fortunam? Eodem tempore & abdicor & adoptor. Iſta videlicet domus adoleſcentem me non capit, quæ te ſenem fecit. quietiora tempora pauperes habuimus: bella civilia aurato Capitolio geſſimus. Divitias putas aurum & argentum, ludibria fortunæ, [1] quæ inter jocum ipſis dominis veniunt? Denuntio tibi, dives, etiam ſi venero, dabo operam, quod in tua domo facillimum eſt, ut abdicer. Etiam ſi multa contra expectationem accidunt, nunquam tamen futurum putavi, ut aut pater meus liberos odiſſet, aut dives concupiſceret. Non deſidero patrimonium. Fragilis & caduca felicitas eſt, & omnis fortunæ blandientis ſpecioſus cum periculo nitor: & ſine cauſa ſæpe fluit, & ſine ratione deſtituit. Vidi ego magni exercitus ducem ſine comite fugientem: vidi ambitioſa turba clientum limina deſerta, [2] ſub domino ſectore venalia. Nam quid ex ſummis opibus ad egeſtatem devolutos loquar? Multa tibi ſuccurrent

bene notat Scaliger, *minore natu* hic eſſe dandi caſu, ei qui eſt minore natu. *Gronovius.*

CONTROV. IX. 1 *Quæ inter jocum ipſis dominis*] Fortaſſe: *quæ in jocum cum ipſis dominis veniunt*, inquit Faber. Malim: *quæ interim in odium ipſis dominis veniunt.* Nempe cum reſpectu earum ab hoſtibus aut prædonibus gravia patiuntur, aut nimio bonarum rerum fructu morbos & mala ſibi conciliant. *Interim* idem quod interdum. *Idem.*

2 *Sub domino rectore venalia*] Emendavimus olim: *ſub domino ſectore:* de quo non puto quemquam paullo humaniorem dubitaturum. Vide lib. 2. Obſerv. 6. *Idem.*

currunt exempla, etiam ſi in una domo quæras. *Ruſi Vibii.* Habendos eſſe liberos is quoque judicat, qui non libentiſſime habet. Ego illos in frivola invitavi noſtra. qui illis meam promiſi domum, ſuam eripiam? Quid faciam? [3] Si paruero, abdicabor; ſi non paruero, abdicabor. Patrem amo. hæc eſt contumacia mea. Dives filium non habet: me dabis? ſi dives reduxerit ſuos: me recipies? ita non adoptari, ſed commodari recuſo. *Ceſtii Pii.* Accipe vitæ meæ teſtem. quid magni æſtimas divitem, cui placere difficile eſt? Vultis ſcire, quare patrem non relinquam, qui genuit me, qui educavit, [4] qui non abdicavit? diu dubitavi, ille amicum tentaret, an hic filium. [5] Abdico, inquit. hoc pater verus. Quid ab eo qui adoptabit, ſperare poſſum? *Narratio Ceſtii Pii.* Dives ſuſtulit unum filium, non fuit contentus. quid enim erat diviti unus? tres ſuſtulit, poterat unum in adoptionem dare. abdicavit unum, alterum, tertium. Jam nihil diviti ſupereſſe putatis? quartum abdicat. *Arellii Fuſci Patris.* Quiſquis es avarus pecuniæ [6] cuſtos immenſæ, cum multa quæſieris, poteriſne omnibus frui? Filium quæris. ecce turba juvenum ſine patre. [7] impera quidvis. navigabo, militabo, dummodo ubicumque fuero, tuus ſim. Ita nos pauperes ſumus, qui habemus quod divites rogent? unde talem patrem? non iraſceris, niſi ut ames? [8] quid porro iſta patrimonia, in quæ male

3 *Si paruero, abdicabor*] Fortaſſis: *Quid faciam? ſi paruero, alienabor: ſi non paruero, abdicabor.* Gronovius.

4 *Qui abdicavit*] Addita negatione lego, *qui non abdicavit?* Hoc enim confert patrem ſuum cum divite, qui tres abdicaverat. N. *Faber.*

5. *Abdico, inquit. hoc pater verus*] Diſtingue, & muta: *Abdico, inquit hic pater verus: quid ab eo, qui adoptabit, ſperare poſſum?* nempe, niſi multo promtiorem ad abdicandum fore. *Gronovius.*

6 *Cuſtos immenſa*] Veteres editiones habent *immenſæ cultor ſillæ.* fortaſſe legendum: *Quiſquis es avarus pecuniæ cuſtos. immenſæ cultor Siciliæ.* N. Faber.

7 *Impera quid vis, non negabo*] Abeſt negatio à duabus veteribus editionibus. quæ ſi recte abeſt, non abſurde legi poſſet, *impera quidvis. navigabo, militabo:* & ſanæ duæ illæ ſunt præcipuæ rei faciendæ viæ. *Idem.*

8 *Quid porro iſta matrimonia*] Id eſt, *patrimonia:* Matrimonium enim pro patrimonio uſurpari docuit jampridem jureconſultorum princeps Cujacius. quare male hic, & c. 3. lib. 1. de bene-

male ſani ruitis? gaudia dominorum, an onera ſunt? 9 Mille, cum ventum inter vices ſuas, exempla referebas, & inter

beneficiis in editione Romana cujus vocabuli loco illud ſubſtitutum eſt. *N. Faber.* Scribe, *patrimonia:* & inferius, *pluris omni patrimonio.* Sed N. Faber inductus a magno ſuo magiſtro cenſet alteram vocem poſſe tolerari, & *matrimonium* dici pro bonis maternis, ut *fratrimonium* pro bonis fraternis. In eandem ſententiam diſceſſerunt & Connanus, Gruterus, Guil. Fornerius, Schottus, & ambigue Lipſius. Sed nihil certius, quam loca illa, quibus nituntur, aut corrupte legi, aut perperam accipi, ut bene monuit ad Suetonium Caſaubonus. Valerii Maximi quidem & Tranquilli veteres codices prius vulgatos ſatis refutant. At apud L. Annæum de Benef. 1, 3. *quod late patentis matrimonii ſit beneficia dividere:* omnes ad hoc uſque viſæ membranæ, fateor. Sed enim ratio ipſa mendum illarum detegit. *Patrimonium* non ſignificat paterna tantum bona, ſed quæcumque bona patrisfamilias. Itaque etſi forte primitus ab eo dictum videatur, quod a patre noſtro & ex re illius quondam apud nos eſſe incipit; tamen uſus ita interpretatus eſt, quaſi ab eo eſſet, quod nos patresfamilias facti id nanciſcimur, ejuſque arbitrium habemus. Nam filiifamilias non eſt *patrimonium*, ſed *peculium.* Itaque qui mortuis patribus creviſſent hæreditatem, iis optabat patrimonium deos fortunare. Quod Cicero facit in epiſtola ad Curionem. Huic quicquid ex peculio caſtrenſi aut alia quacumque de cauſſa addebant, id æque patrimonii pars erat. Atque hoc bene intellecto, concidit iſta analogia, quam viri docti putabant in eo eſſe, quod ſicut *patrimonium* ſignificet paterna bona, ſic *matrimonium* poſſint dici materna, & *fratrimonium* fraterna. Atqui *patrimonium* noſtrum cenſus eſt noſter, quarumcumque facultatum domini patresfamilias ſumus. Sic *ampla patrimonia* magnus cenſus. His ipſis in Marci locis nihil aliud ſunt quam divitiæ, opes, undecumque partæ; & *ruere in patrimonia*, avide appetere divitias. Sic cum Lucius ait, *late patentis patrimonii* eſſe beneficia dividere, divitis aut opulenti dicit: neque enim qui ſibi omnia ſuæque induſtriæ debet, minus debet eſſe beneficus quam qui parentibus aut imprimis dotatæ matri. Finge nunc, ſic *matrimonia* eſſe, quorum matresfamilias ſumus, *fratrimonia* quæ nacti fratres ſimus. Quis riſum teneat? *Fratrimonium* vox eſt bene barbara. neque res illa peculiare vocabulum deſideravit magis, quam avitas opes neceſſe fuit *avimonium*, aut ſororias *ſororimonium*, aut à cognatis *cognatimonium* appellari. Omnia quæ ad nos veniunt, poſtquam eorum juſti, vel crediti poſſeſſores ſumus, in patrimonio noſtro cenſentur, ſive à matre, ſive à fratre, ſive à ſorore, ſive etiam externis. Et ut maxime *patrimonium* primitus fuerit hæreditas à patre, tanquam ſtirps bonorum noſtrorum: æque tamen complexa eſt à matre accedentia, ac *patriam rem* dixere eandem omnem hæreditatem: neque magis opus fuit *patrimonio* obduci *matrimonium*, quam rei patriæ *rem matriam.* Abeat igitur hæc appellatio bonorum, ſive omnium ſive maternorum, ad eas nationes, quæ à matribus ſi forte nominantur: nam Romani omnia tribuebant patribus: illarum hic οὐ λόγος, οὐδ' ἀριθμός. *Gronovius.*

9 *Mille cum ventum inter vices ſuas*] Hæc manifeſte ſunt corrupta. Schottus ab Ant. Auguſtino refert: *Mille cum veterum inter vices.* Scriptus: *cum ventum ad vites.* Elicio, *Mille, cum ventum ad divites fuerat, exempla referebas.* Quum in eam materiam ſermo inciderat. Mox mallem: *ponebas & divitis domum.* Idem.

ter illa ponebas & divitis domum. Merito abdicaſti, an immerito? Si immerito abdicaſti, odi patrem tot ejicientem innocentes: ſi merito, odi domum tot facientem nocentes. Aliquid in domo locupletis non agendum agam. quæ apud nos frugalitas eſt, apud illos humilitas eſt. Petis iterum potius filios quam recipis. [10] Colit etiamnum in Capitolio caſam victor omnium gentium populus, cujus tantam felicitatem nemo miratur. Merito potens eſt: nemo ab ejus origine eſt, quem non reliquerit. Pater, egredientem te, certe domum redeuntem comitabor, nec niſi in limine deſeram: ero in publico filius. Amo æque paupertatem ac patrem. utrique adſuevi. Non poſſum agere in domo divitis filium. Si carum tibi ſervum venderes, quæreres quis emptor eſſet.. Non mehercule habeo, quo tibi irato ſatisfaciam. Interim pluris omni patrimonio puto hoc ſomnium. quod ſic me amittere curas, ſatis amare non poſſum. Quid faciam adoptatus? loquar filiis ejus bene de abdicatione? Ego in domum veſtram intrabo, tanquam ego vos ejecerim? ego ornamenta veſtra occupabo? Tum illic ſi quid commiſero, me nec meus recipiet pater. Quid eſt quod aut negandum mihi, aut excuſandum ſit? Non inſaniſſimum diſpendiorum malum, non erubeſcendos amores, neque luxuriantem habitum, [11] neque nepotatus objicis filio. hæc ſi non potes, aliqua ſaltem ex commentariis amici tui deſcribe: madentem unguentis heſternis, convulneratum libidinibus, incedentem, ut fœminis placeat, fœmina mollius, & cetera quæ morbi, non judicii ſunt. Abdi-

10 *Colit etiamnum in Capitolio caſam*] Et iſte locus erat cur putabam ſupra non legendum, *Romuli caſa*, ſed retinendum potius *humili caſa*. hic certe nude ponitur. probabaturque ad alterum nobiliſſimo Douzæ Præcidan. ad Arbitrum lib. 3. c. 3. qui viſatur, firmantem hanc caſam & Ovidii & Dionyſ. Halicarn. verbis.

11 *Neque potatus*] Lego, *nec nepotatus*. quod vocabulum extat apud Suetonium c. 37. Caligulæ. *Nepotatus ſumptibus*, inquit, *omnium prodigorum ingenia ſuperavit.* Et apud Plinium c. 35. lib. 9. *Subeunt luxuriæ ejus nomina, & exquiſita tædia perdito nepotatu.* Ita enim utrumque locum in veteribus libris legi, doctique viri ſic in ſuis legiſſe admonuerunt. N. *Faber.*

Abdicatio loquax eſt. Quam te, paupertas, amo, ſi beneficio tuo innocens ſum! Accuſatorem non habeo. me miſerum, etiam laudatorem habeo, & eum, cui non omnes placent; hoc enim malo dicere, quam, omnes non placent. Non tibi per multos liberos ſulta domus eſt, neque turba lateri circumerrat, nec multus intra limen heres: quamquam nec ſic quidem debuiſti dare, [12] cum deos cum votis patris vidiſſes certantes: & tutior adverſus fortunam eſt, cui aliquid poſt damnum ſupereſt: & habemus exemplum, poſſe aliquem tres filios perdere. Ille Crœſus inter reges opulentiſſimus, ad tormenta poſt tergum vinctis manibus ductus eſt. Tu Craſſe, poſt eveſtigata illa fugitivorum arma urbis Romanæ ditiſſimus, qui nunc apud Parthos eges ſepulcro quoque. Dicta præterea illa corrumpentium non fero. quoties enim inter divitias ſuas exemplo iſtam poſueritis domum, meliores perdentem divitiis ſuis liberos? hoc ſcio noſtros fuiſſe majores: hoc illum Ælium Tuberonem, cujus paupertas virtus fuit: hoc Fabricium, Samnitium non accipientem munera: hoc ceteros patres noſtros, quos apud aratra ipſa mirantes decora ſua, circumſtetere lictores. Surgite, ſurgite juvenes: meum rogando patrem, veſtrum rogare diſcite. *Blandi.* Tres genuit: quatuor abdicat. [13] Abdico, inquit; apparet unde venias. *Galli Vibii.* [14] Si quis me audit, abdicari jam putat adoptatum. quare? ne auferam patri filium, filiis patrem: nec tam vicino exemplo emendaris. Qui abdicavit ſuos, quærit alienos: nulla certa felicitas eſt. Paulo ante ego divitis filiis invidebam, modo illi mihi.

12 *Cum Deos cum votis*] Ceteræ editiones habent, *Quam Deos cum votis parentum vidiſti certantes?* unde efficio *Quando Deos cum votis*, &c. *N. Faber.*

13 *Abdico, inquit. Apparet, unde venias*] Nullo plane ſenſu, inquit Schottus: melius in epitoma: *Abdico, inquit, tantum ut vincas.* Immo ſic peſſime, & illud egregio ſenſu. Apparet unde venias. nempe à divite, in cujus domo tam frequentes abdicationes. *Gronovius.*

14 *Si quis me audit, abdicari jam putat*] Diſtinctionem muta: *Si quis me audit abdicari, jam putat adoptatum.* id eſt, jam fuiſſe in divitis domo: illius enim eſt abdicare, qui toties fecit. Qui ſequitur ſenſus, nihil habet cum hoc commune. *Idem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

mihi. laudat me pater, cum abdicet: laudo ego patrem, cum abdicer. hæc una inter nos diſputatio eſt: iſte me dignum putat beato patre, ego meo. *Fabiani Papirii.* Ecce inſtructi exercitus ſæpe civium cognatorumque conſerturi manus, conſtiterunt, & colles equis utrimque complentur, & ſubinde omnis regio trucidatorum corporibus conſternitur, illatorum multitudine cadaverum, vel ſpoliantium. Si quæſierit aliquis, quæ cauſa hominem adverſus hominem in facinus coëgit? nam neque feris inter ſe bella ſunt: nec ſi forent, eadem hominem deceant, placidum proximumque divino genus. Quæ tanta vos fert ira, cum una ſtirps, idemque ſanguis ſitis: vel quæ furiæ in mutuum ſanguinem egere? Quod tantum malum humano generi, [15] vel ſorte, vel fato invectum? an ut convivia populis inſtruantur, & tecta auro fulgeant, parricidium tanti fuit? Magna enimvero & laudanda ſunt, propter quæ menſam & [16] lacunaria ſua potius quam lucem innocentes intueri maluerint. An, ne quid ventri negetur libidinique, orbis ſervitium expetendum eſt? quid tandem ſic peſtiferæ iſtæ divitiæ expetuntur, ſi ne in hoc quidem ut liberis relinquantur? [17] quid tandem eſt quod in vitio corruperint? Primum ſi inde incipere velis, ædes ipſæ, quas in tantum exſtruxere, ut domus ad uſum & munimentum paratæ, ſint nunc periculo, non præſidio: tanta altitudo ædificiorum eſt, tantæque viarum anguſtiæ: ut neque adverſus ignem præſidium, neque ex ruinis ullum ullam in partem effu-

15 *Vel ſorte, vel fato invectum*] Schottus, *vel ſorte, vel fato vinctum.* Sane & Voſſianus *vinctum.* quod, quam elegans ſit, Schottus diſpiciat. Pall. Eraſmi & Veneta *junctum.* Quod poteſt defendi hoc ſenſu, ut alii ſolent uſurpare, additum. Cicero lib. 2 de Oratore: *inſignis improbitas, & ſcelere juncta.* Simplicius, *vel ſorte, vel fato injunctum.* Ut, *injungere onus, ſervitutem, detrimentum, inimicos,* apud Ciceronem, Cæſarem, Livium. Statim, *ut convivia populis inſtruantur,* rectius ſcriptus. *Gronovius.*

16 *Lacunaria ſua potius quam lucem innocentes*] Forte: *menſam & lacunaria ſua noxii quam lucem innocentes intueri maluerint.* Idem.

17 *Quid tandem eſt quod in vitio corruperint?*] Quid ſi, *quod non vitio corruperint,* ſcribamus? *N. Faber.*

effugium ſit. Ad delicias dementis luxuriæ lapis omnis eruitur, cæduntur que gentium ſilvæ : æris ferrique uſus, jam auri quoque, in extruendis & decorandis domibus; nempe ut anxii interdiu & nocte ruinam ignemque metuant, [18] qui tectis injectus eſt fortuitus. Hinc & vicina urbium excidia ſunt: quippe non defendis uni: ſed in communi periculo apprehendam: hoſteſque aliena & in ſua damna validiora ceduntur alia, ipſaque cum maxime flagrant, ſpolium ex alienis ruinis ferunt. In hos ergo exitus varius ille ſecatur lapis, ut [19] tenui fronte parietem tegat, quam vinctis ſevere in hoc pavimentum levatum & infuſum tectis aurum. O paupertas, quam ignotum bonum es! [20] Quin etiam montes ſilvæque in domibus marcidis & umbra fumoque viridibus. [* *Quid faciam? Si paruero, abdicabor: patrem amo, hæc eſt contumacia mea.*] ut maria amneſque mutentur, vix poſſum credere quemquam vidiſſe ſilvas patenteſque campos quos rapidus amnis ex præcipiti, vel cum in plana infuſus eſt, placidus interfluit: non maria unquam ex

18 *Qui tectus injectus eſt*] Lege cum ſcriptis: *ſubjectus*. Curtius, lib. 5. *quidam ignes, quod paullo poſt facturus hoſtis videbatur, ſubjecerant ædibus, ut cum ſuis vivi cremarentur.* Statim legebam: *Hinc & quotidiana urbium excidia ſunt: quippe nemo defendit ſua, ſed in communi periculo prædantur, hoſteſque alterni & in ſua damna validioribus cedunt aliis, ipſique, dum maxime flagrant, ſpolium ex alienis ruinis ferunt.* Aliter Schottus. *Gronovius.*

19 *Tenui fronte*] Conjicio ſcribendum *tenui fronde*, intelligit tectorium opus, quo parietes tenuibus marmoris cruſtis teguntur, quas frondes vocat hic. ad quod alludens B. Hieronymus in Eccleſ. c. 10. *Hoc aſſeverat*, inquit, *quod eloquentiæ & orationi quæ verborum ſit fronde compoſita, facile vulgus cedat ignobile.* N. Faber.

20 *Quinetiam montes*] Egregia luxuriæ deſcriptio, quæ tamen magno litterarum morumque malo corrupta eſt. quam aliqua ex parte ſic emendaſſe fortaſſe videbimur: *Quinetiam montes ſylvæque in domibus marcidis & umbra fumoque viridibus excitantur. Exiguum eſt hoc, ut maria, amneſque imitentur, littoribus quoque moles invehuntur, congeſtiſque in altum terris exaggerant ſinus: alii foſſis inducunt mare. adeo nullis gaudere veris ſciunt, ſed adverſus naturam alieno loco, aut terra, aut mari mutata ægris oblectamenta ſunt, & umbra faſtidio rerum natura laborantibus. Vix poſſum credere quenquam eorum vidiſſe ſylvas* &c. *Quis enim tam parvis oblectare animum in vita poſſit, ſi vera cognoverit? videlicet quæ*, &c. *An magna non capit? jam ne liberi quidem niſi alieni placent.* Quæ autem hic prætermitto, nempe, *Quid faciam? ſi paruero, abdicabor: patrem amo, hæc eſt contumacia mea:* ſunt Vibii Ruffi, ex initio hujus controverſiæ repetita, quæ delenda cenſeo. *Idem.*

21 *Vi-*

ex colle vidiſſe lata aut hiberna, cum ventis penitus agitata ſunt. Quis enim tam parvis oblectare animum in vita poſſit, ſi vera cognoverit? [21] Videlicet quæ inſtantibus tangi comprehendique manibus, aut ſinu poſſunt. An magna non capit? exiguum eſt & hoc, litoribus quoque moles invehuntur, congeſtiſque in altum terris exaggerant ſinus: alii foſſis inducunt mare: adeo nullis gaudere veris ſciunt, ſed adverſus naturam alieno loco, aut terra, aut mari mutata ægris oblectamenta ſunt, ut imbres faſtidio rerum naturæ laborantibus. Jam ne liberi quidem, niſi alieni placent. *Hiſpani Cornelii.* Solus omnium abdicor: quia me meus pater diligit, alienus appetit. *Vibii Rufi.* Dives filium non habet: me dabis? dives reduxerit ſuos: me recipies? Ita non adoptari, ſed commodari recuſo. Quid mihi objicitur? Meritis amoris alienum feci. Dic dives audiat: Divitem, inquit, te eſſe volo. O me abdicandum, ſi talem patrem relinquo. Laudabat mihi pater paupertatem, narrabat divitum incommoda: aiebat multos divites accuſatos: ego certe memini abdicatos. Abdico, non eſt patris mei verbum. *Triarii.* Quare abdicas? numquid dies noctesque impendo turpibus conviviis? plurimum vivo in lupanari? ſi neſcis quæ crimina objiciantur, ab amico diſce. Si omnes mali ſunt, quid iſto patre miſerius? [22] ſi boni, quid cruentius? *Romani Hiſponis.* In hanc ego domum ibo, in qua totiens aut inſanitur à patre, aut totiens peccatur in patrem? cum prodiero repente dives, dicent omnes: Quis eſt iſte, quem magna fortuna non decet? hæc eſt divitis quarta abdicatio. *Silonis Pompeii.* Quantumcumque eſt, mihi ſatis eſt: unicus ſum, fortiter fortunam meam feram. Hoc nunc mihi primum accidit: dictus ſum divitis filius, &

21 *Videlicet quæ inſtantibus*] Ms. *Videlicet ut inſtantibus quæ.* Apparet fuiſſe: *Videlicet ut infantibus quæ tangi comprehendique manibus aut ſinu poſſunt* * Deeſt aliquid, quo ſignificet, parva iſta & manu ſinuve comprehenſibilia infantibus placere, & appeti; majora & digniora ſperni. *Gronovius.*

22 *Si boni, quid cruentius*] Scribe: *crudelius*, hoc eſt, dirius, inhumanius. nam eo ſenſu quoque apud hos auctores legitur. *Idem.*

23 *Fa-*

&jam abdicor. Quid videri me velis, neſcio: innocentem? ſed abdicor: nocentem? ſed adoptor. Utcumque tamen abdicatio tolerabilior eſt; unum abdicat, adoptio tres. Non poteſt mihi dici quod ceteris abdicatis: In tua poteſtate fuit; ſi paruiſſes patri, non perdidiſſes patrem: etiamſi non abdicarer, perditurus fui.

Pars altera. Porcii Latronis. Si neſcirem quid mali eſſet pauperies, nunc intelligerem, cum abdicationem filius meus non timet. [23] Fabriciorum imagines Metellis patuerunt. Æmiliorum & Scipionum familias adoptio miſcuit: etiam abolita ſeculis nomina per ſucceſſores novos fulgent. Sic illa patriciorum nobilitas ab fundamentis urbis, uſque in hæc tempora conſtitit. Adoptio fortunæ remedium eſt. Non ignoro ego, quorum inopia per otium [24] in angulis divitiarum convictos ſtrepit, accuſatioque conſequitur, neque quieſcere ſinit. Sed nulla materia in rebus humanis virtutes clarius oſtendit cenſu. Senatorium gradum cenſus aſcendit: cenſus equitem Romanum à plebe diſcernit: [25] cenſus in caſtris ordinem promovet: cenſu Judex in foro legitur. Non perſuadeo tibi? I ergo ad illos quos mavis ſequi quam reducere. *Fuſci Arellii patris.* Facilius poſſum paupertatem laudare, quam ferre. Quid mihi Phocionem loqueris? quid Ariſtidem? Tunc paupertas erat ſeculi. Quid loqueris Fabricios? Quid Coruncanios? Pompæ iſta exempla. Fictilibus fuerunt dii faciles. tibi non noveris divitias eſſe paupertatem. Quid vos liberis veſtris optatis? Ego meo imperium.

DIVISIO. Non puto vos quærere, quomodo hæc con-

23 *Fabriciorum imagines Metellis patuerunt*] Haud dubie mendoſum, inquit Schottus, legitque *Fabiorum & Æmiliis*. Sed quia horum ſubſequitur mentio, malim: *Fabiorum imagines Serviliis patuerunt*. Propter Q. Fabium Maximum Servilianum. *Gronovius*.

24 *In angulis divitiarum*] Lege: *in angulis in divitiarum convictos ſtrepit, accuſatoſque inſequitur*. Eleganter vero, *convictos divitiarum*. Ut apud Tacitum: *damnatos fidei crimine graviſſimo inter deſciſcentes*. Et, *fidei crimen confeſſus*. Idem.

25 *Cenſus in caſtris ordinem*] Adducit locum iſtum Lipſius Comment. ad lib. 1 Annal. Taciti, ut eo oſtendat *cenſus* rationem habitam in promovendis ordinibus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ontroverſia diviſa ſit, cum habeat negotii nihil. *Fuſcus* tamen ſic diviſit: [26] Dico mihi licuiſſe adoptare: dico mihi icuiſſe recuſare adoptionem: dico etiam ut non licuerit, ecte tamen recuſaſſe: [27] & quod jure ſit, verum eſt, & quod ſine jure quoque rationem habeat, recte fit. Cum de ure diceret, dixit: Sub arbitrio, inquit, patris ſum: & oc ſubjicior patri, quia pius ſum: in hoc ſine dubio, ut pius ſim. & ad manum argumentum eſt. nempe abdicani reſpondeo. quid ita? [28] quia reſpondeo, ſcilicet id ago ne deſinam illius eſſe. quid ago, cum reſpondeo emancipanti? quid enim ad amittendum patrem intereſt, utrum ejiciar, an transferar? Si non licet recuſare, cur potius abdicas me quam tradis? Cum de officio diceret, in hæc diviſit: Dico non fuiſſe dandum ſine magna cauſſa filium in adoptionem: [29] dico multo magis à te: dico minime illi. *Silo Pompeius* ſic diviſit: [30] cœpit evertere, & exploſa quæſtione:

26 *Dico mihi licuiſſe adoptare*] Hæc à patre filii, ut ex ſequentibus apparet. quod ſi verum eſt, locus non eſt integer, potiuſque legendum videtur, *Dico tibi non licuiſſe adoptare.* Sequitur enim, *Et ut licuerit.* N. Faber.

26 *Dico mihi licuiſſe adoptare*] Faber, *tibi non licuiſſe.* At nec conſiſtebat cum divite abdicatus, ſed cum patre: nec apparet ratio, quare diviti adoptare conceſſum non fuerit. Potius totum hoc reſecem, tanquam ſuperfluum & repetitum ex ſequenti. Poſt paullo ſcribo: *Dico, ut non licuerit,* (recuſare, puta) *recte tamen recuſaſſe.* nam ſcriptus & Ven. *dico nam ut licuerit.* Volunt autem iſtud quæ ſubjiciuntur: *& quod jure ſit, verum eſt, & quod ſine jure quoque, ſi rationem habeat, recte ſit.* Poſſunt intercedere cauſſæ, cur, quando ſit, quod ordinario jure non licet, ſit excuſatum ratione officii. Atque hæc pars officii eſt. *Gronovius.*

27 *Et quod jure ſit, verum eſt*] Id eſt, æquum. N. *Faber.*

28 *Quia reſpondeo*] Et hæc duo vocabula videntur ſuperflua. *Quid ita?* inquit. quid eſt cauſſæ quod reſpondeo vel contradico abdicanti? Sequitur ratio: *ſcilicet id ago, ne deſinam illius eſſe. Atque idem ago, cum reſpondeo emancipanti:* cum emancipari, ut adopter à divite, nolo. Sic enim legendum. Scriptus: *At quid ago.* Pal. & Ven. *Ad quid ago.* Verbum, *reſpondeo,* ſic habes lib. 6. epit. Contr. 1. *Abdicato fratri frater chirographum dedit, dimidiam ſe partem hæreditatis daturum ſi non reſpondiſſet.* Gronovius.

29 *Dico multo magis à te*] Immo, *multo minus.* Idem.

30 *Cœpit evertere, & exploſa quæſtione, in omnia patri pareo dum*] Locus ſine dubio mutilus, & qui non niſi ex veteribus libris perſanari poteſt. quicquid tamen reliqui eſt commodius ſeſe habere videbitur, ſi ita legatur: *Exploſa quæſtione, An in omnia patri parendum ſit. ſi in omnia. An ibi non parendum ſit, quo efficitur ne pater ſit.* Et paulo infra, ſi horum loco, *ſi non poteſt à nobis,* ſcribatur, *ſi non poteſt: An ob id,* &c. N. *Faber.* Lege: *cœpit à parte juris & poſita quæſtione, an in omnia patri paren-*

ſtione: an in omnia patri parendum ſit: etiam ſi in omnia, an ibi tamen non ſit parendum, quo efficitur ne pater ſit. Deinde quærit, an invitus filius dari in adoptionem poſſit: ſi non poteſt à nobis abdicari, quod arbitrii ſui eſt: an poſſit, non cum contra voluntatem patris eſt, ſed cum male arbitrio ſuo utitur. hic ſubjecit, an hic bene uſus ſit. De officii parte tractavit, & ita diviſit: Turpem eſſe adoptionem, inutilem eſſe, periculoſam eſſe. Cum diceret turpem, dixit aliena bona invadere, & trium filiorum ſub ſe ſortem eſſe, & liberis ſpem reconciliationis paternæ eripere, [31] quam inhumanum eſſet. Cum inutilem diceret, dixit, patri inutilem eſſe, [32] adoptanti inutilem eſſe. Cum patri inutilem diceret, tractavit, quam grave eſſet, unico carere filio, quem alius concupiſceret: & cum diceret divitem eſſe, quodque, qui tot haberet ſolatia, filium quæreret, dixit: Tibi non erit facile adoptare. Inutilem eſſe diviti cum diceret, ſic tractavit: Futurum ut ad ſuos rediret, ſi non adoptaſſet. Hoc loco belle videbatur dixiſſe; Si animum patris intelligis, [33] dat tibi notam reconciliandi tuos, negat ſe ſolitudinem pati poſſe. Cum inutilem ſibi eſſe diceret, paupertatem laudavit, in divitias invectus eſt: dixit ſe poſſe divitiis corrumpi, quibus corrumpi poſſit exercitus. Cum in divitias inveheretur, dixit: Aiunt multa vitia divites habere iſtos, & hoc graviſſimum, quod ſuos non amant. Nec eſſe quod quiſquam ſe ſatis putet firmum ad repel-

parendum ſit, etiam ſi in omnia, an ibi tamen non ſit parendum, quo efficitur, ne pater ſit; deinde quærit. Nam ſcriptus & Ven. *non ibi tantum non ſit.* Ut & Pal. niſi quod clare, *tamen.* Partem hujus correctionis occupavit Faber. Infra ſtatim: *Latro ultimam quæſtionem poſuit.* Niſi *expoſita* mavis. Erit fortaſſe tamen, qui τὸ *exploſa* defendi putaverit illo Controv. 11. *Nemo hanc quæſtionem tractat, ſicut ne illam quidem, an quicquid pater imperat, faciendum ſit.* Gronovius.

31 *Quam inhumanum eſſet*] Scriptus & Veneta, *eſſe*? Ut ſit obliqua oratio pendens à verbo, *dixit*. hoc modo dixit, quam inhumanum eſſe aliena bona invadere, & trium filiorum ſub ſe ſortem eſſe, &c. Vide ad Livii 1, 50. *Idem.*

32 *Adoptanti inutilem eſſe*] Hic excidit: *ſibi inutilem eſſe.* nam id quoque mox exſequitur. *Idem.*

33 *Dat tibi notam reconciliandi tuos*] Lege *ſuos*, hoc eſt, tres abdicatos. *Idem.*

34 *Con-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

[r]epellenda vitia: [34] contactu ipſo nocent & tranſeunt in [b]onos. Nec peccare diſcam? Ecce tu quam cito abdicare [d]idiciſti. Dixit futurum, ut diviti diſpliceret propius in[ſ]pectus, [35] ipſum amorem paupertatis ab illis faſtidiri: di[x]it futurum, ut abdicaretur, [36] ſi adoptatus placuerit; ego [n]ec meo placeo: adjecit periculoſam ſibi futuram adoptio[n]em in domo, ſuos dominos deſiderante, & tota familia [e]xpellere inſitivum heredem cupiente. *Latro* ultimam quæ[ſt]ionem poſuit, quam fere ſolebat: Etiam ſi non recte fe[ci]t, quod adoptari à divite noluit: [37] an tamen bono id ad[v]erſus patrem animo fecerit; an ignoſcendum ſit. deinde [a]n bono adverſus patrem animo fecerit. In hac quæſtione [b]ona pars adoleſcentis eſt, patrem amantis, & opibus præ[f]erentis. *Latro* tamen negabat patrem daturum manus, bo[n]o adverſus ſe animo factum, ſed conſenſum filiorum [38] ad[v]erſus patres dicturum tacitum, neſcio quem. *Brocco* qui[d]am non male re uſus, qui dixerat adoleſcentem videri ſibi [h]abere abdita quædam vitia; male de ſe exiſtimare eum [q]ui ire [39] ad judicem diſtrictum nocens nollet. *Argentarius* [o]mnes priores tranſiens partes, ſtatim ad hoc venit, debue[r]itne patri parere, an non debuerit; & in figuram contu[l]it declamationem. Volo, inquit, alius filium abdicet, qui [p]etitur à patre paupere, ut in adoptionem divitis daretur.

Quam

34 *Contactu ipſo nocentia tranſeunti [b]ono*] Magno judicio vidit F. Pithœus [ſc]ribendum, *contactu ipſo nocent, tranſ[eu]nt in bonos.* qua ratione Thales κακίαν [ἀ]λαβερώτερον reſpondit, καὶ γὰρ τὰ χρη[σ]τὰ βλάπτει παραμενομένη. Nic. Faber. [P]ithœus: *nocent, tranſeunt in bonos.* [A]nt. Auguſtinus: *nocent tranſeunte bo[n]o.* Immo: *Contactu ipſo nocent, & [t]ranſeunt in bonos.* Gronovius.

35 *Ipſum amorem paupertatis*] Sen[ſ]us videtur potius requirere, *ut ipſum [n]omen paupertatis* ſcribatur, etſi à rece[p]ta lectione remotius id ſit. N. *Faber.*

36 *Si adoptatus placuerit, ego nec meo [p]laceo*] Lego, *Qui adoptatus placuerim? ego nec meo placeo.* Idem.

37 *An tamen bono id adverſus*] Legendum, *an tamen bono id adverſus patrem animo fecerit, ignoſcendum ſit.* Sequitur enim quæſtio, *An bono adverſus patrem animo fecerit.* Idem.

38 *Adverſus patres dicturum tacitum neſcio quem*] Acute Auguſtinum, ait Schottus: *Tacitus neſcio quis Brocco.* Forte: *ſed conſenſu filiorum adverſus patres dicturum pacta neſcio quæ.* Gronovius.

39 *Ad judicem diſtrictum innocens*] Legendum, *nocens nollet*, ex ſuperioribus. N. *Faber.*

40 Non

Quam bonam, inquit, cauſam pater habebit? Dicit hic, deinde tranſit. Sic cum declamaſſet eam controverſiam, quæ uſitata non erat: Si ille filius malam cauſam haberet, ego bonam habeo: contulit ſuam cauſam cum illo.

Color. De colore magis quæſitum eſt, an adoleſcens debeat aliquid in divitem dicere. quid enim faciet? diceret in eum qui tantum æs habet, & in amicum paternum? [40] non dicit in eum quem fugit? & illi tamen qui ſibi abſtinentiam conviciorum imperaverant, non bene præſtiterunt. aliqua ſententiæ dulcedo ſurrepſit. Aridi declamatores fidelius quos propoſuerunt colores, tuentur: nihil enim eos ſolicitat, nullum ſchema, nulla dulcedo ſententiæ ſubrepit. ſic quæ malam faciem habent, ſæpius pudicæ ſunt: non animus illis deeſt, ſed corruptor. *Fabianus Philoſophus* hoc colore uſus eſt, ut diceret: Etiam ſi ſuſtinerem, [41] at tradi diviti nollem. & in divitias dixit, non in divitem: illas eſſe quæ frugalitatem, quæ pietatem expugnaſſent, quæ malos patres, malos filios facerent. *Gallus Vibius* fuit tam magnæ olim eloquentiæ, quam poſtea inſaniæ. Hinc accidiſſe uni ſcio, ut in inſaniam non caſu incideret, ſed judicio perveniret. nam dum inſanos imitatur, dum lenocinium ingenii furorem putat, quod ſimulabat, ad verum redegit. Hic controverſiam poſtero die quam erat à Fabiano dicta, declamavit. Solebat autem ſic ad jocos pervenire, ut amorem deſcriberet, pene cantantis modo, ut diceret, Amorem deſcribere volo: tanquam, Bacchari volo. Deinde deſcribebat, & totiens cœpturus repetebat: Amorem deſcribere volo. In hac controverſia plane quod voluit, conſecutus eſt, ut divitias nobis in odium adduceret. Sæpe enim ingeſſit: Divitias deſcribere volo: [42] & multa facunde explicuit,

40 *Non dicit in eum quem fugit*] Legendum, *non diceret*. N. Faber.

41 *Ac tradi diviti nollem*] Scriptus, ut Pal. & Eraſmus, *ſuſtineret, at alicui tradi*. Scribe: *etiamſi ſuſtineret, at alicui tradi diviti nollet*. Dat patronum filio; non ipſum loquentem introducit. *Gronovius*.

42 *Et multa minus facunde & corruptius*] Longe melius Eraſmus & ſcriptus: *& multa facunde explicuit, corruptius quam Fabianus, ſed dulcius*. Idem.

43 *Pro-*

ꝑlicuit, corruptius quam Fabianus, ſed dulcius. hoc unum occurrit, in quo puſillum ineſt inſaniæ: Non me delectant ignoti domino ſervorum greges, nec ſonantia laxi ruris ergaſtula; patrem gratis amo. *Fuſcus Arellius* & hunc colorem dixit: Ominibus offendor. cum primum de adoptione iſta cogitarem, occurrerunt mihi tres abdicati: & audio in iſta domo tres fuiſſe filios. Neceſſe eſt timeam infelicem liberis domum. & alias cauſas dixit. licet enim plura abdicato dicere, q[43] propter quæ non litiget. ſed nunc refero, cui rei quiſque maxime inſtiterit. *Latro* illo colore uſus eſt, ſodalem ſe trium divitis filiis fuiſſe: ſemper, inquit, illos colui, immo adhuc colo. cum abdicati eſſent, ego illis ſuaſi, ut tacerent, & patrem cedendo mitigarent. dixi, Cum primum tempeſtivum putabitis, patrem veſtrum rogabit meus. Ecce admonent me aptiſſimum eſſe tempus. Verum eſt. non poteſt pater invenire reconciliationis aptius tempus. dives filios quærit. *Ceſtius* illo colore: Quos abdicatione non potuit terrere, putat ſe caſtigaturum adoptione. Non ille unum filium concupiſcit. ſuos corrigit: dum illos correctos putaverit, me ſtatim abdicabit. Non faciet? Atqui neminem adhuc habuit, in quo hoc aut facilius, aut juſtius faceret. *Fabianus* hoc colore, ut dixit, egit; Nolo dives eſſe. *Rufus Vibius* hoc: neſcio dives eſſe. Hæc in hoc loco cum diceret, excepta ſunt: Non eſt quod putes, omnibus divitias convenire. nihil eſt inſolentius novitio divite. Sed illud dixit: Alius animoſe loquitur, [44] ut ex contemtu divitiarum gloriam petat. ego non dico, Dives eſſe nolo: ſed neſcio. *Albutius* & ipſe divitias inſecutus eſt, & dixit pulchram de Fabricio ſententiam. Munera, inquit, regia reſpicit, [45] cum auro dominum timet accipere. & illum

43 *Propter quæ non litiget*] Negatio ...cat, ſenſumque perturbat. N. *Faber*.

44 *Ut ex contemtu divitiarum glo...m petat*] Scriptus integre: *ſenten...m petat*. Neque auſim ſpernere. Di...um ſignificat ingenioſum, elatum & laudabile. Notum illud, *ſententias loquitur carnifex*. Quintilianus, inſtit. 2. 15. *Vel facies aliqua miſerabilis, vel formæ pulchritudo ſententiam dictat*. Gronovius.

45 *Cum auro dominum timet accipere*] In

illum locum egregie tractavit; Omnes cibos habebo ſuſpectos, omnes potiones, trium pædagogia: ex illis occidere me volet, quiſquis frugaliſſimus fuerit. Non venenum pauperes timent, non heredem: adhuc nec abdicationem timebamus. *Silo Pompeius* illo colore egit: Nemo illi placere poteſt. Ne in hoc quidem aliquem retinuit, ut non omnes abdicaret. Ecce nunc, inquit, invenit novam abdicationem, ne quid de reditu ſperare poſſent. Et cum multa dixiſſet in divitem, dixit: Non eſt quod mireris ſi te oderunt, quos abdicaſti. [46] Colorem à parte patris aliquis cur hic deſideret? Quidam dixerunt, patrem cupidum divitiarum, quod invidioſum eſt, in hoc uſum: quidam ita, Divitias filio dare vult, ut filius eripiat. Itaque *Latro* optimo colore uſus eſt. In hoc, inquit, te in adoptionem volo dare, ut facilius per te abdicati reconcilientur. *Ceſtius*. Timeo, inquit, ne abdicer. vellem timeres. *Albutius* hoc colore uſus eſt: Summam ſibi amicitiam cum divite

re] In veteri non erat *timet*, ſed conjunctio *&*, ut & in Frob. editione. Verius Ant. Auguſtinus: *cum auro dominum acciperet*. Dominum, inquit, mavult capere quam pecuniam. Sic Schottus. Equidem illam interpretationem miror, quæ nihil habet ſenſui auctoris ſimile. Is enim indicat ideo regia munera ſpreviſſe Fabricium, ne auctoramenta illa ſervitutis eſſent. Id voluit etiam exprimere Auguſtinus: quaſi, ſi acciperet aurum, cum eodem & acciperet dominum. Scriptus etiam vice τȣ̃ *timet* conjunctionem offert. Aut igitur recte Auguſtinus, aut lege: *cum auro dominum ne acciperet*. Quamquam idem ſenſus in vulgata, ſi ms. habet tibicines. *Gronovius*.

46 *Colorem aperte paratius*] Fortaſſe: *Colorem à parte patris, cur hoc deſideret, quidam dixerunt: patrem cupidum divitiarum: quod invidioſum eſt: quidam ita.* deletis tribus illis voculis, *in hoc uſum*. Nihil aſſero. Sic Faber. At Gruterus: Pal. *quidam cum dixerunt*. Forte: *quidam tamen dixerunt*. Sane & Voſſianus noſter, *cum dixerunt*. Sed totum optime ſic leges: *Colorem à parte patris aliquis hic cur deſideret?* Adeo juſta eſt abdicatio & evidens jus paternum non parentem bene conſulenti punientis. Sic ſuperius, Controv. 2. *Alterius partis color nihil habet difficultatis.* Controv. 18. *Non puto vos exigere diviſionem, cum conjecturalis ſit controverſia.* Porro ſcribendum: *Quidam induxerunt patrem cupidum divitiarum.* Uti Controv. 1. *Colorem ex altera parte, quæ durior eſt, Latro aiebat hunc ſequendum, ut graviſſimarum injuriarum inexorabilia & ardentia induceremus odia.* Eadem inferius: *Ceſtius & ipſe hoc colore uſus eſt, quem ſtatim à principio induxit.* Controv. 3. *Othonem Junium patrem memini colorem inſulſum inducere.* Alias vocat *introducere*. Denique etiam lege: *quod invidioſum eſt in hoc viſum.* puta, patre abdicante. *Gronov.*

47 Niſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

...te fuiſſe: dixiſſe illum ſibi dubitanti, an filium tolleret. ...olle, inquit, in meum patrimonium; ego iſtum fratrem ...erorum judicabo. Itaque cum & tertium abdicaret, di...: [47] Quid ſic mihi illudis, tanquam unicus? etiamnum ...ium habeo: venit ad me, & ait: Redde quem educaſti ...hi: ſi emendati fuerint liberi mei, habebo hunc cum il...: ſi perſeveraverint, habebo pro illis. Tentaſti ſtatim ...um reducere in gratiam cum filiis. intempeſtivum erat. ...entavi, quotiens ſubtrahendum eum reſpondit: non tan...am poſſit diviti deeſſe filius. *Silo* dixit: [48] Amicos, in...it, abdicat. uſus ſum. quid ergo? mavis inimicum ado...et? ſi intraveris domum, videbis, an aliqui animum pa...s à filiis avertant. Si reduxerit, inquit, illos, & quid fiet? ...bit divitis domus quatuor liberos. Si illi te fratrem gra...untur, libentiſſime recipiam. Sic de me dives meruit, ...illi darem filium paratiſſime commodato. *Blandus* hoc ...ore egit, ut diceret, Divitem inexorabilem eſſe liberis: ...nia ſe feciſſe, ut illum placaret: videre ſe magnas cauſas ...graves. Itaque certam futuram adoptionem. *Otho Ju...s pater* ſolebat difficiles controverſias belle dicere, eas in ...ibus [49] inter ſilentium & actionem medio temperamento opus

...7 *Niſi mihi illudis, unicum etiam- ...filium*] Ceteræ editiones habent, ... *ſi mihi illudis tantum unicum?* un...conjicio legendum, *Quid ſic mihi ...is tanquam unicus?* Et paulo infra, ...*avi illum ſtatim reducere.* Et altera ... linea, *quotiens tentavi, ſubiraſcens ...reſpondit, num unquam poſſit diviti ...filius?* N. Faber. Si poſſent ac... hæc verba tanquam à divite ad ...perem dicta, non ea ſolicitarem. ...id non patitur, quod ſtatim ſequi... *venit ad me.* Scriptus: *quid ſi mi...udis mihi tanquam unicus.* Et ſic fe...mnes alii. Haud dubie divina eſt ...ectura Fabri: *Quid ſic mihi illudis ...uam unicus? Etiamnum filium ha...* Niſi velis amplius, ne una vox ...pereat: *Quid ſic mihi illudis, miſer, tanquam unicus?* Verba ſunt divitis ad filium, quem tertium abdicat. Sed ſtatim non ſatis feliciter idem Faber: *quoties tentavi, ſubiraſcens tum reſpondit.* Scribe: *Tentavi ſtatim illum reducere in gratiam cum filiis: intempeſtivum erat. Tentavi quoque ſubtrahere meum; reſpondit tanquam poſſit diviti deeſſe filius.* In ms. Aurelii erat: *tentavi quocere.* Gronovius.

48 *Amicos, inquit, abdicat. uſus ſum*] Fortaſſe *uſu ſit*, id eſt, ſolet fieri. *Nic. Faber.*

49 *Inter ſilentium & actionem*] Hæc ſunt quæ ἐν πλάτει figurate dicuntur. Græcis ἐσχηματισμέναι ὑποθέσεις, dum ſcilicet aliud dicitur, aliud ſignificatur. Nam ſtricte ſumpto vocabulo figurata tum demum eſt controverſia,

opus erat. Edidit quidem quatuor libros colorum, quos belle Gallio noſter [50] Antiphontis libros vocabat: tantum in illis ſomniorum eſt. & hoc vitium ab antiquis, qui artem dicendi tradebant, duxerat. Illi enim colores probant qui non poſſunt coargui, non ut omnia aſſeverent. ut non eſſe aliquo homine offenſus. Sed ridiculum eſt affectanti, quod falſum probari non poſſit. Non multum intereſt in cauſa ſua, falſum aliquis teſtem deprehenderit, an ſervum: alteri enim credi non debet, alteri non ſolet. *Otho* tamen *Junius* bene dicebat has controverſias, quæ ſuſpicioſe dicendæ erant. Item memini optime dicere illum [51] pro juvene

cum palam dicere pudor impedit. at cum aliud eſt in voluntate agentis, aliud in themate, ſi propter periculum, quo prohibemur ſimpliciter agere & κατ' εὐθὺ quod vocant Græci, obliquus erit ductus, & obliqua controverſia: ſi venuſtatis gratia, ut ipſa novitate & varietate magis delectet quam ſi recta eſſet, erit ſubtilis. Ita enim hæc diſtinguit Fortunatianus. Ceteri tamen ſimplicius omnem ejuſmodi orationis ductum figuratum appellant, à figura nempe quam præcipue tum eſſe volunt, cum aliud ſimulatur dici quam dicitur. Quinctilianus cap. 1. lib. 9. Hermogenes c. 13. περὶ εὑρέσεων. Dionyſius Halicar. in arte, qui etiam quæ obſervanda ſunt in unoquoque genere ejuſmodi controverſiarum, tradiderunt, exempliſque illuſtrarunt. Ita etiam B. Hieronymus ἐσχηματισμένον λόγον & figuratum, contempta illa ſubtili diſtinctione accepit, cum in præfatione in librum Job hæc ſcripſit: *Obliquus apud Hebræos totus liber fertur & lubricus, & quod Græci Rhetores vocant ἐσχηματισμένος, dum quis aliud loquitur, aliud agit.* Et in Epiſt. ad Ruffinum 66. *Præfatiuncula librorum περὶ ἀρχῶν ad me miſſa eſt, quam ex ſtylo intellexi tuam eſſe, in qua oblique, imo aperte ego petor. qua mente ſit ſcripta, tu videris; qua intelligatur, & ſtultis patet. Poteram & ego qui ſæpiſſime figuratas controverſias declamavi, aliquid de vetere artificio repetere, & tuo te more laudare.* Hæc enim proprie magis obliqua ſunt. Figurata igitur eſt oratio, quoties per quandam ſuſpicionem quod non dicimus, intelligi volumus, non utique aperte contrarium, ut in εἰρωνείᾳ, ſed aliud latens & auditori inveniendum. Quod autem ejuſmodi controverſias difficiles vocat, id potius ex vulgi opinione, quam rei veritate eſſe vult Quinctilianus, cum ſint multo faciliores. Nam rectum genus approbari, niſi maximis viribus non poteſt. hæc diverticula, & anfractus, ſuffragia ſunt infirmitatis. *N. Faber.*

50 *Antiphontis libros*] Athenienſis Onirocritæ, qui περὶ κρίσεως ὀνείρων ſcripſit. Suidas. *Idem.*

51 *Pro juvene adulterii reo, in quem*] Immo pro uxore videtur dixiſſe Junius, quam præjudicium petebat. & certe ceteræ editiones hic legunt, *pro hac re ne adulterii reo, in quam Syriacus Vallius.* ex quibus veſtigiis conjicio, vel legendum *pro uxore adulterii rea, in quam Syriacus*, &c. vel nomen proprium mulieris adulterii accuſatæ ſub his voculis deliteſcere. *Nic. Faber.* Scriptus quoque: *pro hac re ne adulterii reo, in quam.* Unde confirmatur ſuſpicio Fabri, aut nomen proprium latere, aut ſcribendum: *pro uxore.* Sed quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ne adulterii reo, in quem [52] *Syriacus Vallius* homo diſertus ad calumniam juraverat. [53] Erat genus judiciale. Specioſum juvenem dominus ſuus deprehendiſſe cum uxore in cubiculo ſuo teſtatus eſt, & ob id uxorem ſuam dimiſit. hoc nomine, ſervum pro adultero poſtulatum, dominus non defendebat: mulierem, quam petebat præjudicium, tuebatur. opus erat aliquo colore, cum in cubiculo viſa eſſet cum ſervo à marito. *Otho Junius* nullam rem certam poſuit, ſed tantum circumventam à viro mulierem egregie tractavit: cujus actio quam utilis fuiſſet, ſtatim apparuit, *Nigro Brutidio* dicente. qui hoc colore uſus eſt: Arceſſitum à domino ſervum, qui inter ſe medius & dominam,

cum

quod mox legitur, *ad calumniam jurare*, etſi Schotto probatum, Latinum non eſt. Itaque Opſopœus præpoſitionem delet. Scribe: *in quam Syriacus Vallius, homo diſertus, & calumniam juraverat.* Non aderat tantum accuſatori, ſed proprio nomine ſubſcripſerat. Controv. 19. *Et juravit, ſi quam injuriam Cato Pollioni Aſinio accuſatori ſuo feciſſet, ſe in eum juraturum calumniam.* Ubi ſine cauſſa ſe torquet Schottus. Cælius ad Ciceronem: *nam de divinatione Appius, cum calumniam juraſſet, contendere auſus non eſt.* Eſt inter illa, quæ ſolennia præſtabant accuſaturi: unde, quemadmodum & alia ejus generis, veluti *poſtulare*, *ſubſcribere*, & ſimilia, pro accuſare ponitur. Livius, lib. 33. eleganter: *nec ſatis habere bello viciſſe Hannibalem, niſi velut accuſatores calumniam in eum jurarent ac nomen deferrent.* At imprudenter eam phraſin inculcare Cælio epiſt. 8. ad Ciceronem voluerunt Daneſius & Fulvius Urſinus. Verba ſunt: *Scito C. Sempronium Rufum, Rufum mel ac delicias tuas, calumniam maximo plauſu tuliſſe.* Volunt illi, *juraſſe*: & dant ſcriptos auctores: qui ſi exſtiterunt, audiendi ſunt minime & ſententia & tot aliis libris repugnantibus. Nec tamen ceperunt Manutius & Turnebus. Ille explicat, ad accuſandum deſcendiſſe aut accuſaſſe de calumnia: hic, calumnioſum quiddam & aſtutum doloſumque excogitaſſe & attuliſſe. Neutrum admittendum eſt: ſed *calumniam tuliſſe* eſt calumniæ condemnatum eſſe. Ut l. 14. §. 2. D. ad l. Jul. de adulteriis: *Jure mariti qui accuſant, calumniæ periculum non evitant.* Et l. 4. D. de accuſat. *Sed & calumnia notatis jus accuſandi ademtum eſt.* Dictum autem, ut *præmium ferre*, per ironiam, vel, ut *pœnas ferre*. Juvenalis: *Ille crucem ſceleris pretium tulit, hic diadema.* Nam quod ſubjicitur: *Hæc quoque magna nunc contentio forum tenet*: referendum eſt ad caſum Servilii, de quo ſequitur, non ad id, quod præceſſit de Rufo. Ne quis illis verbis inductus exiſtimet litem adhuc pependiſſe, cum Cælius iſta ſcriberet. *Gronovius.*

52 *Syriacus Vallus homo diſertus*] De quo Dio. lib. 58. Συριακὸς οὔτ' ἀδικήσας τι, οὔτ' αἰτιαθεὶς, ἀλλὰ καὶ ὅτι παιδεία ἐλλόγιμος ὢν ἐσφάγη, διὰ τοῦτο μόνον, ὅτι φίλον αὐτὸν τοῦ Γάλλου ὁ Τιβέριος εἶπεν εἶναι. N. Faber.

53 *Erat genus judiciale*] Quis dubitat, quin omnes controverſiæ forenſes ad genus judiciale pertineant? Scribe: *Erat genus judicii tale.* Hic caſus, hæc facti ſpecies erat, ut nunc loquuntur Juriſconſulti. *Gronovius.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

cum domina rem haberet: illam non eſſe paſſam: maritum indignatum proſiluiſſe quaſi in corruptorem. Uſus eſt colore. dixit enim arceſſitum, [54] ut dominicæ libidini * paparium faceret. *Syriacus* cum ſecunda actione hunc colorem urgeret, diſerte multa dixit: inter quæ & hoc: Adulterum accuſator in cubiculum uſque perduxit, patronus in lectum, & pene cauſam abſtulit. Et illud cum Syriaco vafre & facit, & belle reſpondet. cum prima actione diceret, non poſuit cauſam, ſed argumentatus eſt: dixit probaturum ſe deprehenſam in cubiculo cum ſervo. [55] *Niger Brutidius* cum ageret, objecit Syriaco, quod cauſam non poſuiſſet, & inſtitit aſſidue, quare non appareret, quomodo ſervus ſolicitatus eſſet, quomodo perductus in cubiculum. cum reſponderet Syriacus, ait: Primum non apud eundem præceptorem ſtuduimus. [56] Tu Apollodorum habuiſti, cui ſemper

54 *Ut dominicæ libidini paparium faceret*] Lege *pararium μεσίτην*, vetus lexicon. qua voce & L. Seneca in lib. de beneficiis, duobus locis uſus eſt. Hic vero intelligitur, cum quo dominus, ut ait ille, non familiæ herciſcundæ, ſed communi dividundo egerit. N. *Faber*. Sic omnes ſcripti. Faber juſſit legi, *pararium*. qua voce Seneca Lucius in libris de beneficiis duobus locis uſus eſt: addit deinde interpretationem ænigmaticam, cujus ſenſum ut ſubodoror, ita parum hic utilem adfirmare auſim. Eandem tamen conjecturam & ſuam Schottus eſſe voluit, eo, inquit, certiorem, quod eadem voce hujus in literis alumnum filiumque uſum frequentius obſervarit: & *pararium facere*, eſſe lenocinari, conciliare: denique refert Antonii Auguſtini, *paria*, vel *par pari faceret*. Videor mihi jocoſi hujus dicti ſenſum, etſi Latiniorem, deprehendiſſe. Notum eſt illud Juvenalis: *& timidus prægustet pocula papas*. Ab hoc officio *ἰδιωτισμὸς* & phraſis in nutricum & pædagogorum contuberniis nata, *paparium facere*: quod eſt papæ vel prægustatoris munus alicui præſtare, prægustare. Nec longe petendum illud Petronii: *hæc belle cras in promulſide libidinis noſtræ militabit*. Ergo, ut dominicæ libidini *paparium faceret*, eſt Arbitri phraſi, ut in promulſide libidinis dominicæ militaret. Cornutus in Perſii Satyram tertiam: *qui ſtultam imitaris mollitiem delicatorum vel nobilium puerorum, quos ipſa magnarum divitiarum frangit luxuria, qui voces mutilas imitaris, ut papare pro comedere, & lallare pro dormire*. Gronovius.

55 *Niger Brutidius*] Sub Tiberio Ædilis, & C. Silani accuſator, cujus anceps elogium apud Tacitum lib. 3. *Brutidium*, inquit ille, *artibus honeſtis copioſum, & ſi rectum iter pergeret, ad clariſſima quæque iturum feſtinatio ſtimulabat, dum æquales, deinde ſuperiores, poſtremo ſuaſmet ipſe ſpes anteire parat, quod multos etiam bonos peſſum dedit*. N. Faber.

56 *Tu Apollodorum*] De Apollodoro & Theodoro in Suaſoriis dicemus. *Idem*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ſemper narrare placet: ego Theodorum, cui non ſemper. deinde ſi quæris, Niger, quare ego non narraverim: ut tu narrares. Tunc & [57] contra iſta Maximum Stertinium, quo premebatur, cum comes ejus fuiſſet, dixit, Per annos duodecim in officio fui: Dic quid in domo tua peccaverim? Sed hæc conſuetudo veſtra. Injuriam vocatis finem ſervitutis. Tamdiu vobis cordi ſumus, quamdiu uſui. Hæc à Syriaco dicta, magnis excepta clamoribus, cum occurrerent mihi, præterire non potui. Ad Othonem redeo, à quo longius aberravi. Solebat hos colores adhibere, qui ſilentium & ſignificationem deſiderant. Bene itaque & hanc controverſiam hoc colore dixit: [58] tanquam in emendationem abdicaturus, & reconciliationis cauſa faceret. Hoc non detegebat, ſed omnibus ſententiis utebatur ad hoc tendentibus: tanquam, Non poſſum, inquit, pati [59] ſine patre me: an ſine te putas pati poſſe quemquam, aut patrem putas pati ſine liberis poſſe? Et illud: Credite mihi, impium nihil de liberis duo patres cogitant. Et illud: Recipiat, inquit, ſuos; non poſſum ſine te pati. hoc fortaſſe illi placebit, quod ad tuum patrem reverti voles. Et illud: [60] Non amas abdicatos? domum illorum occupa. amas? ſerva. Dixit & illud: Libenter, inquit, pauper ſum: & ego. Dicit aliquis: Quare ergo in adoptionem divitis filium recipi volo? [61] Et excuſationem ſi dixero, filii mei cauſa facio: honeſtius autem nunc facio, quam ſi filium ei facerem. Et illud: Hoc aut meum conſilium eſt, aut illius, aut commune,

57 *Contra maximum Stertinium*] Qui artis Rhetoricæ præcepta compoſuit. Quintilianus c.1. lib.3. N. *Faber*.

58 *Tanquam in emendationem abdicaturus*] Lege: *abdicatorum*. Gronovius.

59 *Sine patre me: an ſine te*] Pal. & ſcriptus Voſſianus: *me autem ſine*. Rectiſſime. Totum ſic refinge: *Non poſſum, inquit, pati ſine patre. Me autem ſine te putas pati poſſe? aut quemquam patrem putas pati ſine liberis poſſe?* Ignorantia uſus & ſignificationis τοῦ *pati*, de qua ad Naturales Quæſtiones diximus, locum vitiavit. *Idem*.

60 *Non amas abdicatos? domum illorum occupa. amas? ſerva*] Non inconcinna erit complexio, ſi ita legamus: *Non amas abdicatos? domum illorum occupa. amas? ſerva.* aliter friget hic locus. N. *Faber*.

61 *Et excuſationem, ſi dixero*] Forte: *Habeo excuſationem*: vel, *Et excuſatus ero, ſi dixero*. Gronovius.

mune, conſentiatis licet duo ſenes. Jungit & illud, Temerariam adoleſcentiam, & incautam contumaciam: fortaſſe jam ſupervacua eſſet adoptio, ſi non repugnaſſet. Et illud: Non recipio, omnia licet facias: non ero pater orbo divite. Et illud in ultimo: Scis me non invitum eſſe pauperem; ego te genui, ego divitias docui contemnere. ſequere auctoritatem meam. nihil turpiter ſuadeo, nihil ſordide concupiſce; crede fidei meæ. [62] hoc fieri expedit. cui? inquit. mihi, tibi, diviti; nihil amplius dico. Totam bene dixit controverſiam, ſed hoc genere, ut putares illo dicente dicendum ſic eſſe: deinde mirarere, quid illi ſuſpicioſa actione opus fuiſſet, cum aperte liceret. Bene de hoc vitio illius Scaurus aiebat, [63] illum acta in aurem legere. [64] *Glycon Spiridion* ex altera parte ſatis dulcem dixit ſententiam: ὅτι ὡμονόησα, πονηρεύῃ, ὁμολογῶν οἷ ἐφίστανται. *Artemon* dixit: οὐ σύ γε εἶ πατὴρ τῶν βεβαίων κλημάτων; Πλουτοῦσιν, οἷς πλούσιοι προπάτορες ἀπαιλῶσιν. *Hermagoras* dixit: περιελευσόμεθα τέσαρες ἑνὸς ἀπόῤῥηλον.

CON-

62 *Hoc fieri expedit. quod, inquit, me tibi diviti*] Fortaſſe, *Hoc fieri expedit. cui? inquit. Mihi, tibi, diviti.* N. Faber.

63 *Illum acta in aurem tegere*] Aſſentior eruditiſſimo Lipſio, qui *acta in aurem legere* ſcribendum cenſet in commentariis ad Tacitum. *Idem.* Lipſius ad lib. 3 Annal. Taciti, acumen joci reddit, ſcribitque *legere*; *Acta* enim publica erant, nec aliud tam vulgo promptum notumque: adeo ut proverbii loco Seneca filius alibi dixerit, *Beneficia in acta non mitto*, id eſt, non publico, non divulgo. Quid autem magis ridiculum, quam *acta publica alicui recitare in aurem*? Subtilis ergo in id vitium hominis Jocus: quem belle æmulatus eſt Martialis:

Garris in aurem ſemper omnibus Cinna:
Garris & illud, teſte quod licet turba.
Adeone penitus hic ſedit tibi morbus,
Ut ſæpe in aurem, Cinna, Cæſarem laudes?

64 *Glycon Scyridion*] Scribe *Glycon Spiridion*, ut in præcedenti lib. de quo lepidiſſimam fabulam narrat Quinctilianus cap. 1. lib. 6. *Nec ignotum*, ſcribit ille, *quid Glyconi cui Spiridion fuit cognomen, acciderit. Huic puer quem in jus productum*, nempe ut ejus ætate, & fletu judices moverentur, *quid fleret interrogabat, ex pædagogo ſe vellicari reſpondit.* veriſimile autem eſt à pædagogo vellicatum ut fleret: à Glycone vero in orando per ἀποστροφὴν interrogatum, non ut ullam reſponſionem eliceret, ſed ut miſerandum pueri ſtatum judicibus oſtenderet, quem in ea ætate ſe intelligere lacrymis demonſtrabat. dum miſericordiam judicum movere nititur, riſum excitavit. N. Faber.

CON-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

CONTROVERSIA X.

Jusjurandum mariti & uxoris.

Thema. *Vir & uxor juraverunt, ut* [1] *ſi quid alteri obtigiſſet, alter moreretur. Vir peregre profectus miſit nuntium ad uxorem, qui diceret deceſſiſſe ſe. Uxor ſe præcipitavit. recreata, jubetur à patre relinquere virum. non vult. abdicatur.*

PORCII LATRONIS. Dii immortales, qua debetis providentia humanum genus regitis: effeciſtis ut illud non periculum eſſet amantis, ſed experimentum. *Ceſtii Pii.* Antequam juraremus, diu inter nos hæc tacita lex erat. Si abdicata fuerim, non vivam. Huic pater non credit, nec eſt novum: nec vir illi credidit. Quæris quod jusjurandum fuerit? Ita patri placeam. *Fuſci Arellii patris.* Jam, uxor, non navigabo, non peregrinabor. fides tua me timidum fecit. Mentitus, inquit, hic eſt; ſolenne eſt amantibus. ideo non niſi jurantibus credimus. Hos dividere vult ſocer, quos ne mors quidem dividet. Moriar, inquit: habeo & cauſam, & exemplum. Quædam ardentibus ſe maritorum rogis miſcuerunt: quædam vicaria maritorum ſalutem anima redemerunt. quam magna gloria brevi ſollicitudine penſata eſt! O te felicem, uxor! inter has viva numeraris. *Marillii.* Aſſiduæ contentiones erant: ego magis amo, immo ego. ſine te vivere non poſſum, immo ego ſine te. qui ſolet eſſe exitus certantium, juravimus. Hic animus ſine dubio jurantium fuit, ut vivi non diduceremur, cum illud quoque caveremus, ne morte divideremur. reſpexiſtis nos, dii. nunquam vos violavimus. *Hiſponis Romani.* Difficile eſt, Judices, eorum ſecretorum cauſas reddere,

CONTROV. X. 1 *Si quid alteri obtigiſſet*] Alii: *ſi quid alteri accidiſſet*, quomodo citat Briſſonius lib. 1. de verb. ſign. nec ineptum eſt: eo enim ſermone mors denotatur l. 25. ff. ad Trebellian. Cicero 2. de invent. *ſi quid pupillo accidiſſet.* Paterculus lib. 2. *ſi quid accidiſſet Cæſari, ſucceſſorem potentiæ ejus arbitrabantur.* Eadem vis eſt verborum, *ſi quid contigerit.* l. 39. §. Seium. ff. de leg. 3.

dere, quæ amantibus etiam ſine ratione jucunda ſunt. nec eſt quod putetis, de abdicatione hodie tantum illius agi: de ſpiritu agitur. Scitis quemadmodum ſuos amet. non magis ſine patre vivere poteſt, quam ſine viro. *Junii Gallionis.* Socer (ſic enim te appellabo quamdiu vixero) quid ſibi volunt altiores hujus gemitus, & fortiora inter lacrymas ſuſpiria? neſcio quid videris fortius, puella, promittere. non ſum tanti, ut bis pro me pericliteris. *Argentarii.* Nocet illi indulgentia ſuorum. in duo pericula mulier incidit: quorum neutrum eſſet experta, ſi aut minus amaret virum, aut minus amaret patrem. *Alſii Flavi.* Nec eſt quod putetis, illi facilius iſtius eſſe deſiderium, & patrem amat tamquam juraverit.

Pars Altera. P. Aſprenatis. Nempe ſi quid acciderit viro, peritura eſt: & ſi bene filiam meam novi, peritura eſt ſi quid genero meo acciderit. Filia mea moritura eſt: adjiciam quod ſit indignum, ſi quid filiæ meæ acciderit, vir ejus victurus eſt. Vide qua te lege conſtrinxeris: [2] ſi parueris, vives. *Blandi.* O conditionem æquam! alteri vitam debet, alteri devovit. *Papirii Fabiani.* Non poſſum, inquit, relinquere virum. Quidquam non poteſt quæ mori poteſt? pene dum falſæ mortis nuntium miſit, veræ recipit? Vir dum nimis amat uxorem, pene cauſa periculi fuit: uxor dum nimis amat virum, pene cauſa luctus fuit: pater dum nimis amat filiam, abdicat. Servate totam domum, amore mutuo laborantem. Moriar, inquit: hoc patri minaris, viro promittis. Potes ſine viro pati: peregrinationem ejus tuliſti. [3] facilius potes carere eo qui ſpiritum debet, quam eo qui impendit?

D I-

2 *Si parueris vives*] Suſpicor locum hunc aliquot voculis defectuoſum: videtur enim ſcriptum fuiſſe, *vide qua te lege conſtrinxeris. ſi parueris, non vives: ſi non parueris, vives.* Per legem pactum intelligo jurejurando ſancitum, cui ſi paruerit, moriente marito, ei quoque moriendum eſt: ſi non paruerit, vivet. N. *Faber.*

3 *Facilius potes carere eo qui ſpiritum debet*] Vide num ſcribendum ſit, *facilius carere potes eo cui ſpiritum debes, quam eo cui impendiſti?* id eſt, facilius ne abdicata carere potes patre, à quo vitam habes: quam divortens marito, cui vitam tuam impendiſti? *Idem.* Nic. Faber, *cui debes*, & *cui impendiſti.* De correctione ſilet Schottus,

&

DIVISIO. Et hic controverſia non erat [4] in diviſione. nam præter illam quæſtionem, An pater abdicare poſſet propter matrimonium, reliqua, cum ad æquitatem pertineant, tractationis ſunt. Primam tamen conjecturalem quæſtionem *Latro* fecit: propoſuit illam, An etiam ſi non malo adverſus uxorem animo maritus fuit, fecit tamen, ut tam temerarius & inconſultus relinquendus ſit. deinde, An etiam malo adverſus uxorem animo fecerit. *Fuſcus Arellius* juris quæſtiones ſubjecit, Non poſſe illam diſcedere à viro: nam & hoc jurejurando illam obligavit. hunc enim animum fuiſſe ſine dubio jurantium, ut vivi non diducerentur, cum illud quoque caverint, ne morte dividerentur. *Latroni* contrarium videbatur, onerari jurisjurandi invidiam, cum extenuari deberet: & illud jusjurandum contra fortunam videtur, hoc etiam contra patrem. *Ceſtius* contra fecit, & toto dixit jurejurando illam liberatam: illo caſu ſolutos ipſos vinculo religionis, & ideo non futurum periculum uxoris, ſi quid accidiſſet viro. *Silo Pompeius* contra dixit, illam teneri jurejurando, & adjecit, Et ſi repudio diducta fuerit, non tamen ſolvi fœderis pactionem: & ideo inquit, Honeſtum mortis titulum vindico: ne ſi quid acciderit, aut ego pro aliena uxore moriar, aut illa pro alieno viro.

Color. Hiſpo Romanus hoc colore uſus eſt: Jusjurandum jocoſum fuiſſe: ſicut multa quotidie jurarent amantes, & ipſum juraſſe: idque oblitum ſe an juraſſet, miſiſſe nuntium, ut experiretur affectus uxoris, non ut perimeret. uxorem intellexiſſe falſum nuntium eſſe, & ex eo ſe loco præcipitaſſe, ex quo præcipitata perire non poſſet: Ut quomodo ego illam, inquit, falſo nuntio terrueram, ſic illa me

& ejus ſenſum & interpretationem parum convenientem aptat vulgatæ. Nos tantum pro *debet* legimus, *dedit.* Prior eſt pater: poſterior eſt maritus, qui impendit ſpiritum uxoris, hoc eſt, prodidit, quantum in ipſo fuit, & abſumpſit. *Gronovius.*

4 *In divinatione*] Lego, *in diviſione.* N. Faber.

5 *Solu-*

me falſo periculo terreret. *Marillius* præceptor noſter licenter verbo uſus eſt. ſatis ſenſum exprimente, cum diceret, uxorem intellexiſſe mariti mendacium: &, ipſa adverſum temerarios mariti jocos reluſit. Hanc controverſiam memini me videre *Naſonem* declamare apud rhetorem Arellium Fuſcum, cujus auditor fuit. Nam Latronis admirator erat, cum diverſum ſequeretur dicendi genus. habebat enim ille conſtans & decens & amabile ingenium. Oratio ejus jam tum nihil aliud poterat videri, quam [5] ſolutum carmen. Adeo autem ſtudioſe Latronem audivit, ut multas ejus ſententias in verſus ſuos tranſtulerit. In armorum judicio dixerat *Latro:* Mittamus arma in hoſtes, & petamus. *Naſo* dixit:

Arma viri fortis medios mittantur in hoſtes,
Inde jubete peti. ——

& alium ex ſuaſoria ſenſum, quem à Latrone mutuatus eſt. memini Latronem in præfatione quadam dicere, quod ſcholaſtici quaſi carmen didicerant. Non vides, uti immota fax torpeat, & exagitata reddat ignes? mollit viros otium, ferrum ſitu carpitur & rubiginem ducit; deſidia dedocet. *Naſo* dixit:

Vidi ego jactatas mota face creſcere flammas:
Et rurſus, nullo concutiente, mori.

Tunc autem cum ſtuderet, habebatur bonus declamator. Hanc certe controverſiam ante Arellium Fuſcum declamavit, ut mihi videbatur, longe ingenioſius: excepto eo, quod ſine certo ordine per locos diſcurreret. Hæc illo dicente excepta memini. Quicquid laboris eſt, in hoc eſt, ut uxori virum, & viro uxorem diligere concedas. Neceſſe eſt deinde, jurare permittas, ſi amare permiſeris. Quod habuiſſe nos jusjurandum putas? [6] Tu nobis religioſum nomen fuiſti. Si mentiremur, illa ſibi iratum patrem invocavit,

5 *Solutum carmen*] Id de ſe teſtatum reliquit Eleg. ult. lib. 4. *Triſtium.* N. Faber.

6 *Tu nobis religioſum nomen*] Forte legendum, *numen.* Idem.

7 *Dii*

cavit, ego ſocerum. Parce pater, parce ſocer: non pejeravimus. Ecce objurgator noſter, quam effrænato amore fertur! quanquam eſſe * filiam preceris: carum quidem, quod illum ab indulgentia ſua avocet. [7] Dii boni, quomodo hic amavit uxorem? amat filiam, & abdicat! dolet periclitatam eſſe, & ab eo abducit, ſine quo negat ſe poſſe vivere: queritur periculum ejus, qua pene caruit hic qui amare caute jubet. Facilius in amore finem impetres quam modum. [8] Tune hos ponis terminos, ut nihil faciant, niſi conſiderate; nihil promittant, niſi ut jus facturi; omnia verba ratione & fide ponderent. Senes ſic amant. Pauca noſti, pater, crimina: [9] & litigavimus aliquando, & decidimus: & fortaſſe, quod non putas, pejeravimus. Quid ad patres pertinet, quod amantes jurent? Si vis credere, nec ad deos pertinet. Non eſt quod tibi placeas, uxor, tanquam [10] prima peccaveris. periit aliqua cum viro, periit aliqua pro viro: illas tamen omnis ætas honorabit, omne celebrabit ingenium. [11] Fer, ſocer, felicitatem tuam. magnum tibi quam parvo conſtat exemplum! in reliquum diligentiores facti ſumus: errorem noſtrum confitemur; exciderat jurantibus, eſſe tertium qui magis amaret: ſic, dii, ſit ſemper. Perſevera, ſocer, recipe filiam: ego qui peccavi,

7 *Dii boni? quomodo amavit uxorem*] Perſequitur tenerorum doctor amorum diverſos, immo contrarios amoris affectus, qui tamen difficile colligi ex edita lectione poſſunt. facilius certe ſi legamus, *Dii boni. Quomodo hic amavit uxorem, amat ille filiam. amat, & abdicat.* en contrarii affectus. *dolet periclitatam eſſe, & ab eo abducit, ſine quo negat ſe poſſe vivere: quærit periculum ejus, qua pæne caruit hic qui amare caute jubet.* de amoris væſania cui non dictus Hylas? ſed egregie præter ceteros apud Stobæum Plutarchus ſermone 62. ex lib. quod amor non ſit judicium. N. *Faber.*

8 *Tum hos ponis terminos*] Scriberem potius, *Tun' hos ponis terminos, ut nihil faciant niſi conſ. nihil prom. niſi ut jus fact. omnia verba ratione & fide ponderent?* cum interrogandi nota. *Idem.*

9 *Et litigavimus aliquando & cecidimus*] Scribendum eſſe, *decidimus*, credo: approbavimus, lib. 2. Obſerv. 6. *Gronovius.*

10 *Prima peccaveris*] Fortaſſe, *prima perieris*, videlicet pro marito: quod ſequentia probant. *N. Faber.*

11 *Fer, ſocer, felicitatem tuam*] Schottus in variantibus legit, *per.* eſtque, inquit, formula jurandi. Alterum melius. Sic apud Fabium: *Rogante, Cæſar, Galliæ tuæ, ut felicitatem tuam fortiter feras.* Gronovius.

12 *Qui*

vi, pœna dignus ſum, quare uxore necata, ſocero cauſa ſim orbitatis? Diſcedam è civitate, fugiam, exulabo: utcumque potero, deſiderium miſera & crudeli patientia perferam. Morerer, ſi ſolus moriturus eſſem. Declamabat autem Naſo raro controverſias, ſed non niſi ethicas: libentius dicebat ſuaſorias. moleſta illi erat omnis argumentatio: verbis minime licenter uſus eſt, niſi in carminibus, in quibus non ignoravit vitia ſua, ſed amavit. Manifeſtum poteſt eſſe, quod rogatus aliquando ab amicis ſuis, ut tolleret tres verſus, invicem petiit, ut ipſe tres exciperet, in quos nihil illis liceret. æqua lex viſa eſt. ſcripſerunt illi quos tolli vellent ſecreto, hic quos tutos eſſe vellet. in utriſque codicillis iidem verſus erant: ex quibus primum fuiſſe narrabat Albinovanus Pedo, [12] qui inter arbitros fuit:

[13] *Semibovemque virum, ſemivirumque bovem.*

Secundum:

Egelidum Borean, egelidumque Notum.

Ex quo apparet, ſummi ingenii viro judicium non defuiſſe ad compeſcendam licentiam carminum ſuorum, ſed animum. Aiebat interim, decentiorem faciem eſſe, in qua aliquis nævus eſſet.

CON-

12 *Qui inter arbitros*] Et amicos, ut patet ex elegia 9. ad eundem ſcripta, & ult. l. 4. de Ponto. quo loci etiam ſidereum appellat. L. vero Seneca epiſt. 123. etiam elegantiſſimum fabulatorem fuiſſe notat. *N. Faber.*

13 *Semibovemque virum*] Vereor ne hos duos verſus quos ſegreges ſibi fecerat ingenioſiſſimus poëta, contempto domini imperio Grammatici corruperint. De altero res clara eſt. nam extat eleg. 40. lib. 2 Amorum, quo loci ita vulgo legitur:

Et gelidum Boream, præcipitemque Notum.

Diſerte enim optimus clariſſimi Senatoris Cl. Puteani codex, *egelidumque Notum* legit. Alterum in Ovidii ſcriptis non reperiri puto. *Idem.*

CON-

CONTROVERSIA XI.

Raptor patrem ſuum non exorans.

..ex. *Raptor niſi ſuum & raptæ patrem intra trigeſimum diem exoraverit, pereat.* Thema. *Raptor raptæ patrem exoravit: ſuum non exorat. accuſatur dementiæ.*

CONTRA RAPTOREM. *Porcii Latronis.* [1] Moriar, inquit, moriar hodie: [2] ego virum non fleo. Quid ..ontremiſcis, ſenectus? quid, lingua, trepidas? quid, ocu..., obſtupuiſtis? nondum eſt trigeſimus dies. Vitam rogas? ..edi, & perdidiſti. Mori, inquis, filium vis. ego te mori ..olo? immo furor tuus, illa cæca & temeraria cupiditas: & ..nter hæc pater illius, qui nimis cito exoratus eſt. Quare ..m cito ſenex ille remiſit injuriam? Ne triſtiore quidem ..ultu expugnatam filiæ pudicitiam tulit. timeo ne verum ..t quod audio, ne novo inauditoque more [3] de nuptiis ..uellæ exoratus ſit. *Ceſtii Pii.* Quo melius de re judicare ..oſſitis, narrabo me juvenem. habui patrem ſanæ mentis: ..ec tam ſeverum ſcilicet, ut crudelis eſſet, nec tam indul-gen-

CONTROV. XI. 1 *Moriar, in..it, moriar hodie*] Quædam hic deeſſe ..dentur, nec dubito quin Latronis ..uratam illam ſententiam à Quinctili..no laudatam in hac Controverſia ..ſuerit hoc loco Seneca, qua credi..lem ſuſpicionem fecit ſe exorari poſ... Quinctiliani locus cap. 2. lib. 9. ſic ..bet: *Eſt latens & illa ſignificatio, qua ..m jus aſperius petitur à judice, ſit ei ta..en ſpes aliqua clementiæ: non palam, ne ..ciſcamur: ſed per quandam credibilem ..picionem, ut in multis Controverſiis, ſed ..hac quoque. Raptor niſi intra trigeſi..um diem, & raptæ patrem, & ſuum ..oraverit, pereat. qui exorato raptæ pa.. ſuum non exorat, agit cum eo demen... Nam ſi palam promittat hic pater, ..tollitur. Si nullam ſpem faciat, ut non demens, crudelis certe videatur, & à ſe judicium avertat. Latro igitur optime, Occidet ergo? ſi potero.* Ad idem enim ſpectant quæ in hac Controverſia ſequuntur. *Quid contremiſcis ſenectus, quid lingua trepidas? quid oculi obſtupuiſtis? nondum eſt tricesimus dies.* & plane cum illis Quinctiliani cohærere videntur. N. *Faber.*

2 *Ego virum non fleo*] Forte *vivum.* Gronovius.

3 *De nuptiis puellæ exoratus ſit*] Legendum, *ſis:* aut excidiſſe vocem judicandum, cum eſſet, *raptor exoratus ſit.* Ideo novum inauditumque morem vocat. Infra: *Impetravi, inquit, ab illo: alii aiunt, illum à te.* Et iterum: *Tu exoraſſe te dicis, ego te exoratum puto.* Idem.

4 Ita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

gentem, ut incautus. Duxi uxorem, quam pater juſſerat: & tamen nuptiarum mearum me pœnitet. Fili: nonne ſæpe excandui, ſæpe reconciliatus ſum, ſæpe quod negaveram dedi? Ipſe diſpenſaſti triginta dies: ut haberet primos ſocer, medios reus, noviſſimos pater. Ne omnia vitia ejus à prima adoleſcentia repetam, virginem rapuit, patrem accuſat. Hæc intra triginta dies. Putas me accuſatori promiſſurum, quod filio negavi? Impetravi, inquit, ab illo: alii aiunt illum à te. mediis me diebus accuſas. Rapuiſti virginem, cum tam libenter viveres? *Arellii Fuſci patris.* Moriar, inquit, etiamnum minaris: nondum rogas. Quid, inquit, rogabo? jam laſſus es, nec ullum adhuc rogaſti. Non poſſum, inquit, exorare tam diu? Novo more objicit dementiæ conſtantiam. Quid? ergo tu poteris videre morientem filium? fortaſſe non potero: & ideo iraſcor, dum licet. *Pompeii Silonis.* Hæc audacia ejus ex parte culpæ meæ eſt, nimium indulgenter nutritus eſt: omnia ſibi putat licere: nec ille unquam me rogavit. Ignovit, inquit. [4] Ita alius ante me rogatus eſt? non noſti conditionem legis tuæ: in hac qui pares ſententias habent, pereunt. ipſe ad alienam ſe miſit, lex illum miſit ad meam: *Raptor niſi & ſuum & raptæ patrem exoraverit, pereat.* Vis ſcire, lex utrum maluerit? non exoratus iraſcitur. ex duobus patribus eum raptor accuſat, qui legem ſequitur. *Arellii Fuſci.* Miraris me dubitare. ipſa lex inter mortem & nuptias dubia eſt. Quid me intempeſtivæ proditis lacrymæ? Nondum erat tempus flendi. Non eſt quod quicquam tibi promiſiſſe lacrymas putes. fleo, quod neceſſe mihi eſt ſpectare filium mo-

4 *Ita alius ante me rogatus eſt*] Gruterus aliter adducit, nimirum: *Ignovit, inquit, & alius. Alius ante me r.* Notat autem Eraſinum ſic diſtinguere: *inquit, & alius ante me.* ut & Pall. qui tamen habeant, *aliquis.* Idem quoque Voſſianus noſter & Covarr. Schotti. Lege igitur: *Ignovit, inquit. Et aliquis ante me rogatus eſt?* Verba ſunt patris. Copulativa autem ſic eleganter ponitur in initio ſententiæ per admirationem interrogantis. Sic inferius: *Demens, inquit, es. Et huic aliquis ignoſcere poteſt, qui ſic rogat?* Ovidius:

Et petitur cuiquam per tanta pericula conjux? Gronovius.

5 Ex-

morientem. Quid facturus ſim, adhuc neſcio: utique tu ante triceſimum diem neſcies. [5] Exoravi, inquis, patrem. Quid ergo mihi moleſtus es, ſi hoc tibi ſatis eſt? O dii, effregit fores? & identidem leges invocantem coëgit pati ſtuprum, niſi tam facile puellam exoravit, quam patrem. [6] Mortem vita meruit, accuſatione deprecatur. Conſumuntur interim dies. Uter noſtrum conſumit? Rogo, inquit. Non eſt tuum me rogare. Nunc ego rogare debueram, qui periclitor. *Papirii Fabiani.* Demens ſum, vides: turpiter vivo, meretricem amo, leges ignoro, dies tuos non numero: ad judicem vocatus, non adſum. Ergo moriar, inquit. hoc ſi reo dicis, non curo: ſi judici, videbo: ſi dementi, non intelligo. Demens, inquit, es. & huic aliquis ignoſcere poteſt, qui ſic rogat? Vos mei judices eſtis, iſte habet ſuum judicem. nec poteſt inexorabilem queri, quem nondum expertus eſt. *Junii Gallionis.* Rogo, inquit. Num ſic? ſi volebas rogare, admoviſſes propinquos, amicos, majorum imagines, lacrymas, repetitos alte gemitus. Teſtor deos, ſic rogaturus fui puellæ patrem. [7] Cum, inquit, vultum in ſupplicis habitum ſubmiſeris: cum dixeris; Pœnitet quod rapui, quod te priorem non rogavi: cum dixeris te dementem fuiſſe, deliberabo cum amicis, deliberabo cum propinquis, deliberabo cum tua matre. Me miſerum, quam pene promiſi? [8] anime dura. heri fortior eras: & multum habeo

5 *Exorabis, inquit*] Fortaſſe, *Exoravi, inquis, raptæ patrem.* N. Faber.

6 *Mortem vita meruit*] Scribo, *mortem vitare meruit, accuſatione deprecatus? Conſumuntur,* &c. *Idem.* Gruterus notat Eraſmum edidiſſe: *morte vitam non meruit, accuſationem deprecatus.* Pal. *morte vita meruit accuſatione deprecatus:* ſed ita, ut tres literæ, *nem* ſcilicet, adjectæ ſint voci *vita*, altius paulo quam decebat, ſi junctim ſcribendæ eſſent. Schottus ſcriptum fuiſſe vitioſe obſervat, *morte vitiationem meruit:* quendam vero conjeciſſe, *morte vita nunc meruit.* Sic illi. In ſcripto erat, *vitationem.* Tu vero ſcribe: *mortem vitiatione meruit, accuſatione deprecatur.* Verba ſunt patris ad faciendam invidiam filio comparata. Rapiendo vitiandoque virginem mortem emeruit, quam patrem dementiæ accuſando deprecari videtur. *Gronovius.*

7 *Cum, inquit, multum in ſupplicis habitum*] Lego, *Cum, inquit, vultum in ſupplicis habitum,* &c. *N. Faber.*

8 *Anime dura: heri fortior eras*] Quinctilianus lib. 9. cap. 2. legit, *dura anima hodie, dura, heri fortior fuiſti,* hancque ſententiam patri Gallioni tribuit, quem etiam Rhetoricorum li-

habeo quod deliberem. diverſi me affectus diſtringunt. inter reum & patrem diſtrahor. Hinc injuria eſt, hinc natura. Quid properas? nemo tibi præter me rogandus eſt. Ergo, inquit, miſereberis? nihil promitto ante triceſimum diem. Miſerum me, quod tantum triginta diebus iraſci poſſum. longiore tempore opus erat. Audi à demente exempla huic crimini. Denis viceniſque annis inter bella juventus conſenuit: nos triginta dies ferre non poſſumus: Deliberabo; lex nihil vult temere fieri. Magna res eſt, inquit: delibera, cogita, tempus accipe. effregiſti domum civis, ut dicis, etiam miſericordis. Morere. non eſt hoc nocenti grave. Ego nihil peccavi: propter te mori cupio. ratio à me exigitur alienæ culpæ, non meæ poteſtatis. Quid ergo facturus es? non pronuntiabo ante ſupremum. Quid ſic miraris, ſi illum citius exoraſti? Facilius eſt injuriam donare, quam crimen. Agedum in medium, ſenex, cujus miſericordia crudelis ſum: non putaſti mecum deliberandum? Unde autem ſcis, quem filium habeam? ego certe adhuc neſcio, qualem filiam habeas. Nullum tempus uni verbo anguſtum eſt. Jam, inquit, anguſtum tempus eſt: & tibi vacat accuſare? *Vibii Ruſi.* Quis unquam præter me ignoſcere juſſus eſt? jam, inquit, tempus anguſtum eſt. ita non putas me ſubducere quantum ſuperſit? Jam, inquit,

bros ſcripſiſſe c. 1. lib. 3. dicit. Duo igitur Junii Galliones Rhetores fuerunt (non enim patrem utroque loco vocaret, niſi ut à filio ejuſdem nominis, æque celebri declamatore ſecerneret) hic videlicet amicus Sen. patris, quem ideo fere ubique hoc opere noſtrum appellat, & cujus unius ſunt ſententiæ, quæ Gallioni his libris adſcribuntur: alter filius, quem non dubito quin ille ipſe ſit Gallio frater L. Senecæ, qui & Novatus, per adoptionem in nomen & familiam Juniorum receptus eſt. ut εὐστόχως conjecit J. Lipſius. Id enim indicat duplex ejus nomen. Nam Junium Annæum Gallionem B. Hieronymus in Euſebiano Chronico vocat, quod duplicem ejus familiam oſtendit, & à qua tranſit, & in quam admiſſus eſt. Fuit autem Gallio pater, quemadmodum & filius, Cordubenſis. Is enim eſt Gallio quem inter claros Cordubenſes dulcem vocat Statius, cui etiam Quinctilianus in dicendo lenitatem tribuit, cum de hac ipſa ſententia, quæ in manu eſt, ſcribit, *remiſſius, & pro ſuo ingenio Gallio pater*, &c. cujuſque Tacitus tinnitus perſtringit. quare non mirum eſt, ſi ex nominum, patriæ & ſtudii ſimilitudine, perſonarum confuſio nata ſit. *Nic. Faber.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

quit, tempus anguſtum eſt. Anguſtum erat, ſi duos rogare deberes. Anguſtum tempus eſt, exclamat: neſcio quid rogem. Roga ergo. Me priorem rogare debuiſti: non dico quia dignior ſum, qui prius roger: quia pater tuus: id quod minimum eſt, propius habito. Huc videlicet illa pars legis pertinebat, ut ſuum patrem exoret. Patrem natus ſic aliquis exorat, ſic deprecatur: Apparet nunc, te primum rogare. Demens ſum: immo ſi vis argumentum, dabo tibi. filius meus moriturus eſt. nondum teſtamentum mutavi. *Cornelii Hiſpani.* Multi me affectus diducunt: neceſſe eſt de aliis querar, de aliis erubeſcam, de aliis timeam, de omnibus etiamnum deliberem. Ne ille quidem quamvis dicatur nimis exorabilis, ignoviſſet, ſi ſic rogatus eſſet.

Pars altera. Arellii Fuſci patris. Me miſerum, pater! iræ tuæ detractum eſt nihil, & tempori multum. infelicior ſum, quam ſi neutrum exoraſſem. Mortem timeo, poſtquam mihi homines gratulati ſunt. Quid tibi, optime ſocer, pro iſta miſericordia tua, qua mihi & patri meo peperciſti, precer, niſi ſuperſtitem filiam? *Papirii Fabiani.* Non poſſum diſſimulare, pater, quod illum exoravi, tuum beneficium eſt. certe cum exoratus eſt, hoc dixit: Aliud quidem ſuadebat dolor meus: ſed quid faciam? patris tui miſereor. Miſerere, pater: ſcis quam brevis ſit advocatio mea. Miſereor, inquit (vis verum dicam, quid dixerit?) patris tui. Unde ego miſer ab hoc patre veniens timerem patrem? *Ceſtii Pii.* Timeo mortem, nec jam habeo cui pereăm. *Marillii.* Si tibi tam pertinax adverſum me odium eſt, audacter, quid ſis facturus, pronuntia. dic exorari te non poſſe; quid me incerta mortis expectatione ſuſpendis? ſolicitus inter ſomnos quoque velut admotam cervicibus meis ſecurim expaveſco. ſi non impetro ut vivam, hoc certe impetrem, ne diu moriar. Non eſt quod putetis legem in numero dierum anguſtam fuiſſe. lex illius, diu moriar. Reſponde, pater: ſi ſervaturus es filium, jam tempus fuit. ſi occiſurus, jam tempus eſt: non poſſum ſuſtinere ultra

hæc tormenta ; diebus paucis & in me mihi aliud licet. *Blandi.* Ita parum contigit tibi, quod ſolus periclitante filio non rogas?

DIVISIO. *Latro* ſic diviſit. [9] An intra triceſimum diem raptor agere poſſit: ſicut non poteſt qui in cuſtodia eſt, qui in carcere eſt. Si cum alio poteſt, An cum patre poſſit, cui vitæ mortiſque arbitrium datum eſt. cum illi accuſare eum liberum eſt, quem mortiferum eſt non exoraſſe, etiam ſi cum patre poteſt agere, An ob id poſſit, cujus faciendi poteſtatem lex patri dedit. Iſta enim ratione nihil licet, ſi aut exorari, aut accuſari ei neceſſe eſt. Deinde ſi poſſit agere, An debeat. Iraſcendi cauſam tractavit, quod alium prius rogavit, quod me non rogavit, quam etiam accuſat. [10] Si non exoravit filius, dementia eſt. tantam dementiam ferre non poſſum, cum adhuc an exoretur, incertum ſit. [11] Hic paterno affectu tractavit ſpem faciendi. non probabat Fuſcum, qui paulo apertius agebat: * eſt controverſiam promittere: poteſt nihilominus & bonus agi pater, & non exoratus. *Fabianus* eam quæſtionem fecit, & in ea multum moratus eſt: dementiæ non poſſe agi, niſi cum eo qui morbo fureret: in hoc enim latam eſſe legem, ut pater à filio ſanari deberet, non ut regi. *Latro* eleganter dicebat, quaſdam eſſe quæſtiones, quæ deberent inter res judicatas referri: tanquam, An quicquid opta-

9 *An intra triceſimum diem raptor agere poſſit*] Omnes editiones, recenti Romana excepta, legunt, *an intra triceſimum diem raptor cum filio agere poſſit.* Hæc duo vocabula *cum filio*, ut corrupta prætermiſerunt in editione Romana, quæ emendare præſtiterat, & legere, *raptor cum alio agere poſſit.* Sequitur enim, *ſi cum alio agere poſſit*, &c. N. *Faber.* Omnes editiones ante Romanam auctius, *raptor cum filio agere poſſit.* Unde Faber, *cum alio.* Ego ante vitam ejus conjecturam, *cum ullo.* Gronovius.

10 *Si non exoravit filius, dementia eſt*] Hæc quæ ſequuntur fortaſſe conſtabunt, ſi legamus, *ſi non exoravit filius? an dementia eſt? Tandem, an dementia agere poſſit, cùm adhuc an exoretur incertum ſit?* quod etſi à veſtigiis editæ lectionis recedat, ſententiæ tamen conſecutio non aliud facile admittit. *Nic. Faber.*

11 *Hic paterno affectu tractavit*] Lege omnino cum Pal. & ſcripto: *Hic paternos affectus tractavit ſpem facientis.* Intellige, patris, ſe poſſe exorari, *Gronovius.*

optaverit vir fortis, aut tyrannicida, accipere debeat: quaſi jam pronuntiatum ſit, non debere. Nemō quæſtionem hanc jam tractat, ſicut ne illam quidem, An quicquid pater imperat, faciendum ſit. Inter has putabat & hanc eſſe, An pater ob dementiam, quæ morbo fieret, tantum accuſari à filio debeat. Aiebat enim, manifeſtius eſſe de lege & officio patris quæri & fingi quaſdam controverſias, in quibus pater furioſus probari non poſſit, nec abſolvi tamen propter nimiam impietatem, libidinem fœdam. Quid ergo, aiebat, nunquam utar hac quæſtione? utar. ſed cum aliis deficiar. *Pollio Aſinius* dicebat, hoc Latronem videri tanquam forenſem facere, ut ineptas quæſtiones circumcideret. in nulla magis illum re ſcholaſticum deprehendi. Remittit, inquit, eam quæſtionem, quæ ſemper pro patribus valentiſſima eſt. Ego ſemper ſcio, nullum patri curatorem dari, quia iniquus pater ſit, aut impius; ſed quia furioſus: hoc autem in foro eſſe curatorem petere, [12] quod in ſcholaſtica dementiæ agere. *Gallio* & ſuperiore uſus eſt quæſtione, & illam adjecit: An agi cum patre dementiæ poſſit, ob id quod facturus eſſet, non ob id quod fecerit. neminem injuriarum accuſari, quod injuriam facturus ſit: non adulterii, quod adulterium commiſſurus ſit: ne dementiæ

12 *Quod in ſchola dementiæ agere*] Ex eo, quod Eraſmus & mss. *ſcholaſticam dementiam*, plane reſtituendum: *quod in ſcholaſtica dementiæ agere:* nec potuit tam male Latinus eſſe rhetor, ut accuſandi caſum affectaret: quod nec quid ſit ſcio: nec quomodo in mentem Schotto venire potuerit. *Scholaſtica* eſt idem quod controverſia declamatorum. Præfatione lib. 1 Controv. *Controverſias nos dicimus: Cicero cauſſas vocabat. Hoc vere alterum nomen Græcum quidem eſt, ſed in Latinum ita tranſlatum, ut pro Latino ſit, Scholaſtica. Controverſia multo recentius eſt, ſicut ipſa declamatio.* Ita enim ibi diſtinguendum, cum è vulgata, quod ſit illud Græcum nomen Latina civitate donatum, intelligi non poſſit. Forte & ſuperfluum prius *eſt*, continuoque ſpiritu legendum: *Græcum quidem, ſed in Latinum ita tranſlatum, ut pro Latino ſit, Scholaſtica, controverſiâ multo recentius eſt.* Controverſ. 28. *Vitium ſuum, quod in orationibus non evitabat, in ſcholaſticis quoque evitare non potuit. Sed in orationibus quia laxior eſt materia, minus earundem annotatur iteratio: in ſcholaſticis, ſi eadem ſunt, quæ dicuntur, quia pauca ſunt, notantur.* Controverſ. 34. *In ſcholaſtica, quia non duobus dicitur locis, ſemper non dicendum tantum, ſed reſpondendum eſt.* Præfatione tertii epitomarum: *In ſcholaſtica quid non ſupervacuum eſt, cum ipſa ſupervacua ſit?* Ubi male Pincianus: *in ſchola iſta.* Gron.

 13 *Ita-*

mentiæ quidem, quod demens facturus ſit aliquid. Tu vero, inquit, mecum agis, non quod non exoraſti, ſed quod exoraturus non es: puta enim me hodie exorari. ergo demens videor, qui uno me verbo ſanare poſſum? Lex triginta dies dedit: quia judicavit aliquem duriorem futurum. Etiam ſi demens eſt qui non exoratur à filio, num qui etiam vigeſimo? ergo non potes hoc nomine damnare me, quod exoratus non ſim: etiamnum enim exorari poſſum. [13] Itaque ſi quis veſtrum agere mecum hoc crimen non poteſt,

13 *Itaque ſi quis veſtrum agere mecum*] Vult dicere dementiæ ſecum à filio raptore agi non poſſe ob id quod non exoretur, hoc dilemmate: quod ante triceſimum diem intra legem adhuc ſit, ideoque agi nequeat: poſt triceſimum ſi non exoretur, raptor moriturus ſit, & ita accuſatore deficietur. quomodo autem id dicat, non video, niſi legamus: *Itaque filius agere mecum hoc crimine non poteſt. ſi quidem ante triginta dies exorari poſſum, poſt triginta queri non poteſt.* vel, *Itaque quis veſtrum agere mecum me hoc crimine poteſt?* &c. N. *Faber.* Ex mente, quam optime percepit, Faber ita conſtituit: *Itaque filius agere mecum hoc crimine non poteſt. ſiquidem ante triginta dies exorari poſſum, poſt triginta queri non poteſt.* Priori parti diffidit ipſe, & dat etiam conſiderandum: *Itaque quis veſtrum.* Nobis veriſimilius: *Itaque, ſi vis verum, agere mecum hoc crimine non potes: utique ante triginta dies exorari poſſum, poſt triginta dies queri non potes: aut crimen non habeo* (nempe dum supereſt aliquid ſpatii de triginta diebus) *aut accuſatorem.* (poſt illos videlicet, quia jam vixeris.) Formula illa ab initio etiam comparet, Controv. 18. *Deinde verum vis, quare non moriar interim? quia puto te velle.* Controv. 34. *Si verum vultis, inquis, non occidit illum, ſed deficientis & alioquin expiraturi morte uſus eſt.* Crederelne inventum iri, qui dubitaret, an recte reſtitutum eſſet, *hoc crimine?* Inventus eſt tamen optimus Schottus, vulgatum adhibens pro ſano: *agere mecum hoc crimen:* annotanſque ſic Ciceronem pro Lælio & alibi, *caput agi*, dixiſſe. At hæc immane quantum diſcrepant. *Agi caput* hominis, *fortunæ, fama, facultates* dicuntur, cujus vita, facultates, opinio in magno quocumque periculo verſatur: idque bis Livio reddidimus. At *agi cum aliquo certo nomine* vel *crimine* dicitur, qui in judicium vocatur. Non patitur Latinitas, ut *hic* ipſe dicatur *agi*, pro accuſari hoc verbo accepto: neque iſto ſenſu *cum capite, fortuna, fama* alicujus *agi* dicitur. Præterea prior ſenſus, in hoc verbo nunquam, quod meminerim, explicatur forma actionem denotante, niſi in uno *agere animam:* nam hoc eſt animam in diſcrimine habere: & qui animam agit, ejus anima ita laborat, ut, cujus fortunæ periclitantur, *fortunæ agi* pronuntiantur. Obſerva tamen delicias veterum: quem *animam agere* uſitate dixerunt, ejus, ut dicerent, *anima agitur*, abſurdum viſum eſt: cujus contra *caput* aut *fortunas agi* dixerunt, eum *caput* aut *fortunas agere* ut dicerent, induci non potuerunt. Sit tamen ut *animam agere*, ita *crimen agere:* quid erit tum, crimen in periculo habere? Quid deinde, *cum aliquo agere crimen?* Denique ſi maxime de phraſi concedatur, quomodo cohæret totum, ut pro ſano accipiatur, & alia æque futilis phraſis, *dementiam agere*, inde probetur? Plane ſimiles habent labra

eſt, ut ſi, quem ad triginta dies exorare poſſum, poſt triginta quæri non poteſt, aut crimen non habeo, aut accuſatorem. *Silo Pompeius* fecit quæſtionem, qua *Gallio* uſus eſt, nihil acturum adoleſcentem, etiam ſi damnaverit patrem. nihilominus enim periturum, quia lex nullam aliam ſalutis viam dedit raptori, quam ſi exoraverit patrem. *Latro* hæc omnia quaſi membra in aliquam quæſtionem incurrentia tractabat, non ut quæſtionem: quanquam hoc ipſum in aliam aiebat quæſtionem incurrere, in qua quæritur, An raptor poſſit accuſare patrem intra triceſimum diem. Nam cum dico, non potes accuſare eum in cujus arbitrio poſitum eſt, moriaris, an vivas; non magis quam magiſtratum in jus vocare, quam de judicibus tuis ferre ſententiam; non magis quam miles in imperatorem ſuum animadvertere: adjicio, Non potes accuſare. nihil enim tibi proderit. etiam ſi damnaveris, morieris. Lex enim, ſi non exoraveris, perire te vult. non exoras autem, etiam ſi damnas. Quare hoc non quæſtionis loco ponebat, quod imbecillum putabat. Apparet enim exigere legem ab eo, ut exoret patrem, [14] qui habet quem exoret. puta enim patrem alicujus eſſe tam palam furioſum, ut nihil intelligat: hunc exorari à filio non vult. [15] Atqui eodem loco eſt manifeſtus demens.

Juſtus

abra lactucas. Sed non hic primum dormitavit hunc ſoporem vir eximius, ſed dudum inceperat in Aurelii Victoris Tiberio Gracccho: *Dein tulit, ut ea familia, quæ ex Attali hæreditate erat, ageretur, ut populo divideretur.* Quid enim promtius quam præpoſitionem addendam vicinis utrimque literis abſorptam, ſcribendumque: *ut de ea familia.* At ille nobis ornat vulgatum, quaſi ſic Cicero *caput agi*, Terentius *pecuniam agi* dixiſſet. Nos tamen Schotti meritis & hos & alios errores facile condonamus: ut alios illis depravari ac deduci pateremur, haud viſum eſt faciundum. Nam & noſtros reprehendi malumus, quam illis & nos & alios decipi. *Gronovius.*

14 *Qui non habet quem exoret*] At quomodo patrem exorabit qui non habet? Videtur igitur legendum, *qui cum habet quem exoret*, id eſt qui exorari queat. N. *Faber.*

15 *Atqui eodem loco eſt manifeſtus. Clemens Juſtus*] Non multis verbis opus eſt ut perſuadeam, legendum eſſe, *atqui eodem loco eſt manifeſtus demens. Juſtus*, &c. quamvis, ut verum fatear, non mihi liqueat quis ille ſit Juſtus Rhetor: niſi legamus, *Junius parum hoc putabat valens eſſe.* In declamatione autem Quinctiliani 349. ejuſdem argumenti contrario errore legitur, *Quis eſt iſte tam demens* cum legendum ſit, *Quis eſt iſte tam clemens?* Idem.

Juſtus parum hoc putabat valens eſſe, tanquam quæſtionem: ſatis valens, tanquam argumentum: & illam alteram ſatis valentem quæſtionem, non poſſe cum patre agi eo nomine, quod non peccaverit: [16] ſed tractaturus iſte, iniquitatem tractationis ponebat, cum diceret: [17] Agere mecum dementiæ, etſi jam poteſt, numquid enim peccavi? non ſum exoratus, nondum tempus tranſiit, etiamnum exorari poſſum. quam iniquum eſt nondum eſſe me nocentem, eſſe jam reum!

Color. Omnes infamaverunt raptæ patrem, quaſi cum raptore colludentem. *Gallio* dixit: Ingenuus virginem rapuit, ſi tamen rapuit. *Silo Pompeius* eandem ſuſpicionem in omnia contulit. Exoravit, inquit, raptæ patrem. Ita tu, cum tam exorabilem patrem haberes, rapuiſti? *Hiſpanus* dixit: Omnia cito facta ſunt: iſte cito rapuit, ille cito ignovit. niſi demens ſum, eſt aliud ſuſpicandum. *Argentarius* dixit: Rapta eſt, & ſtatim exorata: immo neſcio an exorata, deinde rapta. ſpero te innocentiorem fuiſſe quam vis videri. Tu exoraſſe te dicis. Ego te exoratum puto: dic, quid tibi cum ſocero convenit? *Rufus Vibius* dixit: Dic mihi, quid tibi convenerit, quando tibi nuptias promiſerit. nec victum te hercules fateberis, cum dies venerit. *Aſprenas* dixit: Jam, inquit, non multum reliquum eſt ex triginta diebus: ſi ex illo dies numerarem, cum primum exoraſti. aiunt jam triginta dies præteriſſe. *Latro* dixit: Id quod inter ſententias ſcriptum eſt; [18] Moriar: dic ergo verum.

Ceſtius

16 *Sed tractaturus iſte iniquitatem tractationis*] Fortaſſe legendum eſt, *iniquitatem actionis*, vel *accuſationis*: & linea ſequenti, *Agere mecum dementiæ etiam jam potes?* aliter vacillat locus. *N. Faber.*

17 *Agere mecum dementiæ etſi jam poteſt*] Pal. Voſſianus: *etiamſi poteſt.* Faber, *etiam jam potes.* Malim: *Agere mecum dementiæ etiamnum non potes.* Gronovius.

18 *Adoriar: dic ergo verum*] Fortaſſe legendum, *Moriar? dic ergo verum.* ut ſint verba patris urgentis filium ad confeſſionem colluſionis cum raptæ patre novo more, ut ſupra dixit, de filiæ nuptiis exorato quaſi diceret, interrogas an moriturus ſis: fatere te non rapuiſſe, ſed ex compacto cum patre raptæ raptum ſimulatum, ut ducere eam cogereris. *N. Faber.*

19 *Ceſtius*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

[19] *Ceſtius* hac figura declamavit, ut rogaret patrem, tanquam exoratus eſſet raptæ pater: deinde ad hanc ſententiam tranſit: Numquid pejorem cauſam habeo, ſi apud alterum judicer? *Lucius* eadem figura declamavit, & *Hiſpo Romanus*, ſed tranſit mollius; Scio quid reſponderi mihi poſſit: Facile eſt domeſtico judici ſatisfacere. Videro te, cum ad raptæ patrem veneris. In hac controverſia *Triarius* dixerat: Non ſcies an exores, niſi ultimus dies venerit: & nunc, quoad lucebit, perſeverabo. Deinde cum ſcholaſticorum ſummo fragore: Et tu, quiſquis es carnifex, cum ſtrictam ſuſtuleris ſecurim, antequam feries, patrem reſpice. Belle deridebat hoc *Aſinius Pollio.* Filius, inquit, cervicem porrigat, carnifex manum tollat, deinde reſpiciat ad patrem, & dicat: [20] Agon' quod fieri ſolet victimis? Sed joco quoque remoto, aiebat rem veriſſimam, non poſſe carnificem venire, niſi eo tempore quo jam pater exorari non poſſet. [21] *Ceſtius* ex altera parte hoc colore uſus eſt: quia priorem rogaſſet raptæ patrem. Suſpenſum eſſe nolui, ſtatim illum ſecurum eſſe volui. De me queritur, quod illum potius cogitare de matrimonio filii, quam de periculo volui. *Latro* hoc colore uſus eſt: Scitis, periclitantes alieno arbitrio agere. illi qui circa erant ſodales, qui occurrerant amici

19 *Ceſtius hac figura declamavit*] Id eſt, hoc ductu. Ita enim modum, quo tota cauſa agenda eſt, vocat Fortunatianus. N. *Faber*.

20 *Agon? quod fieri ſolet victimis*] De hac formula vide quæ Briſſonius ſummi ordinis præſes, non magis dignitate quam ingenio, doctrina, atque eloquentia ampliſſimus lib. 1. egregii ſui operis de formulis P. R. diligentiſſime collegit. *Idem.* Quare belle Ovid. in Faſtis:

Qui calido ſtrictos tincturus ſanguine cultros,
Semper agatne rogas, nec niſi juſſus agit.

Agon? hoc eſt, agone? ex quo Agonaliorum ferias nomen inveniſſe nonnullis placuit. Videatur Politian. lib. Miſcell. cap. 60.

21 *Ceſtius ex altera parte*] Hæc Ceſtii à filio ſunt excuſante ſe cur raptæ patrem priorem rogaverit. eo nimirum colore, ut in gratiam ſui patris feciſſe videatur, ne ſcilicet diutius de filii periculo ſuſpenſus angeretur. Quare videndum, num ita legi debeat: *ſuſpenſum eſſe nolui, ſtatim illum ſecurum eſſe volui. de me queritur quod illum potius cogitare de matrimonio filii, quam de periculo volui.* Nam exorato puellæ patre de filii periculo ſolicitari nequit, cujus ipſe eſt arbiter. N. *Faber*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

amici paterni, aiebant: Eamus ſtatim ad raptæ patrem. in hujuſmodi caſu illi rogantur: nam raptoris patres rogant. *Silo Pompeius* diverſum colorem huic ſecutus eſt. [22] Non erit, inquit, duritia patris mei: item amici ſuaſerunt, ad raptæ patrem iremus, ne nocerent apud illum quod tarde ſuum exoret patrem. *Hiſpo Romanus* [23] bello dociſmo uſus eſt. Vultis, inquit, amici, eamus ad raptæ patrem? [24] occurremus. ille domi eſt. *Fuſcus Arellius* dixit: Ille prior rogatus eſt, qui magis timebatur. *Triarius* à patre adoleſcentis dixit: Timeo ne mutetur etiam exoratus. Hunc ſenſum non imprudenter *Silo Pompeius* improbabat. aiebat enim, non poſſe mutari ſemel latam ſententiam. Quidam volue-

22 *Non erit duritia patris mei: item amici ſuaſerunt*] Lego, *Amici ſuaſerunt ad raptæ patrem iremus, ne noceret apud illam quod tarde ſuum exoraremus patrem.* Ita fere habent præcedentes editiones. *N. Faber.* In illis, quæ ſequuntur, recte Faber, *noceret*, &, *exoremus.* Habetque utrumque ſcriptus. Sed præterea caret τ͂ *ſuum.* Optime, ut apparebit, ſi totum emendatum conſideraverit. Lege mecum: *Nota erat, inquit, duritia patris mei: itaque amici ſuaſerunt, ad raptæ patrem iremus, ne noceret apud illum, quod tarde exoraremus patrem.* Gronovius.

23 *Bello dociſmo uſus eſt*] Id eſt, ἐνάργεια, quæ Ciceroni de Orat. lib. 3. *evidentia* & *illuſtratio* nominatur, nempe qua, ut definit Rufinianus, formam rerum & imaginem ita in oratione ſubſtituimus, ut lectoris oculis præſentiæque ſubjiciamus. Quintilianus c. 2. lib. 6. & 9. Sic Faber. Sed quis hoc dixit, *dociſmum*? Non Cicero certe, non Rufinianus, non Quintilianus, quos Faber dat auctores. Tu vero tolle vocem nihili, & ſcribe: *bello idiotiſmo.* Hoc ipſe jubet auctor in præfatione de Albutio: *Idiotiſmus eſt inter oratorias virtutes, res quæ raro procedit. magno enim temperamento opus eſt & occaſione quadam.* Vide cetera. Ejus ſpecies eſt *anacœnoſis*, teſte Rufiniano: in primis illa, cum ſubitam deliberationem cum proximis e vulgari ſermone petitam referimus. *Idem.*

24 *Occurremus: ille domi eſt*] Pal. & Eraſmus: *hoc curemus.* Optime, inquit Gruterus. Non ego, qui ſic multum gratiæ illius idiotiſmi decedere puto: etſi ſic etiam ſcriptus. *Occurrere* interdum eſt in tempore venire. Plautus, Pſeudolo, 4, 7. *Proin tu Pſeudolo Nunties abduxiſſe alium prædam, qui occurrit prior.* Livius, lib. 21. *tranſgreſſus Iberum Haſdrubal cum octo millibus peditum, mille equitibus, tanquam ad primum adventum Romanorum occurſurus.* Lib. 31. *Concilium Ætolorum ſtatuta die futurum erat: huic ut occurrerent, legati regis iter accelerarant.* Eodemque libro, *aut peccaſſe conſulem, qui non, quum exercitum ex Etruria tranſire in Galliam juſſiſſet, ipſe Arimini occurrerit, ut bello intereſſet.* Lib. 36. *Villius ab Epheſo Apameam proceſſit: eo & Antiochus audito Romanorum legatorum adventu occurrit.* Ovidius de Ponto, 4, 9.

Miſſaque dii faciant auroram occurrat ad illam.

Noſter, Controv. 22. *Longum erat exſpectare. ad ſummam, feſtinavi, nec occurri.* Sic autem & hic accipiendum, ſatis demonſtrant ſequentia: *ille domi eſt.* Idem.

CON-

…oluerunt videri, cito exoratum raptæ patrem: quidam …rde. *Fuſcus Arellius* dixit: Magnam partem legis conſum-…i: nec de mora queror: raptæ pater rogabatur. *Ceſtius* …on probabat, & hac ſententia uſus eſt, cum hunc colorem …guendum putaret: Vult videri rogatum diu raptæ pa-…em, effecit ut videatur eum diu non rogaſſe; malo au-…m videri hoc patrem tarde exorari, quam tarde rogari. …*ermagoras* ſolebat interdum diu ſchemata proſequi, inter-…um breviter & fortius attingere: ſicut in ſententia fecit, …m ſuſpicionem facere vellet, inter raptæ patrem & rapto-…m colluſionis: πέπεισται, φησιν, ὁ τῆς φθαρείσης πατὴρ ὅδε. … ταχέως μόνον οὐ περὶ τῆς φθορᾶς. *Artemon* dixit: λέγε, σὲ τίς … πρὸς πατέρα τῆς ἐφθαρμένης; Ἀντίφωνα κεῖται, σ' ἐποπτεύει, καὶ …ωπᾷς ἀεὶ * *Glycon* dixit: Μάλα ἀπορῶ. σὲ μέσον ΕΡΗΣ-…ΤΕΗΣ εἶτ' ἔφθλω. ὦ ΚΡ. πότερον ἀπώθω μέριμναν, οὐ περὶ …τὰ τὸν ἔλεον; Hunc ſenſum commodius dixit *Lepidus*, Ne-…onis præceptor: Miſer eris, niſi etiam ultimo die egomet …m tui miſereor. *Diocles Caryſtius* à parte patris ethicos di-…it: ἐβόων ἀστοὶ, ἐβόων ἁλιεῖς· τίς ἄρ' ἥρπασέ σε; εἰς τί παρεγένου; …ς τί παρεγίνετο; καὶ ταῦτα ἤτοι ἱστὰς ἐνέδρας, ἤ τι ὅμοιον.

CONTROVERSIA XII.

Nepos ex meretrice ſuſceptus.

…hema. *Abdicavit quidam filium. abdicatus ſe contulit ad meretricem: ex ea ſuſtulit filium. æger ad patrem miſit. cum veniſſet, commendavit ei filium ſuum, & deceſſit. adoptavit puerum. ab altero filio accuſatur dementiæ.*

…RO PATRE. *Porcii Latronis.* * Qualem vidi! ipſa …fungebatur officiis, ſedula circa lectum ægrotantis in …mnia diſcurrebat miniſteria, non paſſis tantum, ſed lania-…is capillis. Ubi eſt, inquam, meretrix? Venit ad me ſedu-…o, qui diceret: Filius antequam moritur, rogat venias. …Non expectavi, dum iſte permitteret. amens cucurri. Ce-

tera

tera quemadmodum narrem, neſcio: ſteterim, an ſederim, quid loquutus ſim, quid audierim, neſcio: hoc unum ſcio, jacuiſſe me inter duos filios: accede huc, puer, depoſitum, crimen meum: non habeo miſer, cui te moriturus commendem. *Ceſtii Pii.* Recepi in ſinum nepotem. Vultis, & hunc abdicem? duos filios tuli. huic numero jam aſſuevi. Patrem accuſat, fratrem infamat, infantem perſequitur. Rogo vos. non ſatius eſt meretricem amare, quam neminem? Novi generis dementia arguitur; ſanus eram ſi non agnoſcerem meos. Tradidit infantem, & expiravit: non habui cui redderem. [1] Offerebam me propinquis, expectabam ut aliquis pro abdicato rogaret, nemo audebat propinquorum fratre ceſſante. Illi videlicet in hac cogitatione tacebant: Nos rogabimus, cum frater non audeat? Meretricis, inquit, filium recepiſti: nempe ejus quæ meum receperat. Fateor me aliquando inſanum fuiſſe. [2] Neſcio quis eſſet abdicatus: meliorem extuli. *Papirii Fabiani.* Quam nihil in domo illa meretricia fœdi vidi! aſſidebat mulier triſti vultu affecta, ægro ſimillima ipſa, demiſſis in terram oculis. Pater, inquit, nihil tecum frater locutus eſt? in ſinu meo & filium & animum depoſuit. domum pertuli. dementiam vocat, quod infantem non abdicavi. Quid facerem? negarem aliquid filio, cum ille rogaret pro filio? ignoſco tibi, quod tam durus es. ægrum fratrem non vidiſti. Ille magni ſucceſſor modo patrimonii natus, in lectulo precario moriebatur. Non ſervorum turba circumſtabat, non amicorum: inter infantem & mulierculam, deficientis adoleſcentis ſpiritus, in adventum meum ſuſtinebatur. Ut intravi, cadentes jam oculos ad nomen meum erexit,

CONTROV. XII. 1 *Offerebam me propinquis*] Latentem hic & inductam lacunam ab epitome explevimus. quæ deinde ſequuntur, *illa videlicet in hac cogitatione jacebat*, corrupta ſunt ſed curatu facilia. Nam ſi legamus, *illi videlicet in hac cogitatione tacebant: Nos rogabimus*, &c. plane conſtabit oratio. N. *Faber.*

2 *Neſcio quis eſſet abdicatus*] Scribe: *fateor me aliquando inſanum fuiſſe: neſcivi quis eſſet abdicandus: meliorem expuli.* Gronovius.

3 *Vidit*

[e]rexit, fugientemque animam retinuit. Pater, inquit, quod [a]dhuc nihil deprecatus ſum, non contumacia feci; fratri [m]andaveram. Indicabo tibi crimina mea: exſpirantem co[h]eredem tuum ad vitam volui revocari. Ut ſalvus eſſet, [r]ogavi deos: &, licet dementiam voces, ſi vixiſſet, rece[p]iſſem. *Arellii Fuſci patris.* Securior eram, quoniam puta[v]eram illi omnia præſtare fratrem, cum ſubito nuntiatum [e]ſt, in ultimis eſſe filium: nec hoc à fratre. ô me miſerum, [q]uod ſolum nepotem recepi! *Albutii Sili.* Ut vidit uxo[r]em, [3] vidit & patrem, circumſpiciebat & fratrem. *Julii [B]aſſi.* Tibi debeo, mulier, quod habuit filius meus in qua domo ægrotaret. Pudet dicere: ut nepotem agnoſcerem, [r]ogatus ſum. Non poteſt uno crimine dementia intelligi. Nemo ſine vitio eſt. in Catone moderatio, [4] in Cicerone [c]onſtantia, in Sulla clementia. ad ſummam, tres fuimus: [o]mnes peccavimus: ego, quod abdicavi; frater, quod ta[c]uit; tu, quod pro fratre non rogaſti. Non ſum uno he[r]ede contentus; duos habere volui: & quo magis concu[p]iſcam, habui. Miſit ad me affectus æger. non ibo? mihi [c]rede, [5] aliter à diis te coherede. [6] Cogitate & quis roget, & pro

3 *Vidit & fratrem, circumſpiciebat & [p]atrem*] Atqui videre fratrem abſen[t]em poterat æger? ſed tranſpoſita ſunt hæc vocabula alterum in alterius lo[c]um, legendumque, *vidit & patrem, [c]ircumſpiciebat & fratrem*, id eſt, num fratrem videret. N. *Faber.*

4 *In Cicerone conſtantia deſideratur*] Scriptus, ut & alii libri, vice verbi, *deſideratur*, habet, *in ſumma dementia.* Unde faciendum eſſe, *in Sulla clemen[t]ia*, vidit jam olim non tacente Grutero Guilelmius: & huic credas, velim, omiſſis quæ Schottus hic varie fluctuat. Catonem autem intellige Uticenſem, rigidum Stoïcum, & propterea reipublicæ tam corruptæ minus aptum, non priſcum Cenſorium: quos duos hic idem confundit. *Deſideratur* autem, ſi in mss. inventum eſſet, optimum quidem foret adjici; quando non eſt, intelligimus vel per reticentiam à Baſſo omiſſum, vel a librariis præteritum. *Gronovius.*

5 *Aliter à diis te cohærede*] Schottus annotat ex libro, *tua diis:* itaque conjicit, *aliter tu adis*, vel *adibis.* Ne ſic quidem capio. Scribe: *Mihi crede, aliter adii te cohærede.* id eſt, nondum abdicatum. Intellige, non tam miti atque exorabili animo. Mox ſcriptus, perinde ut Pal. *Cogitate, quis roget, pro quo roget, quem roget. videbitis neminem rogare non poſſe.* Quomodo in parte legendum ſuſpicari ſe ait Faber. Sed tamen, quid eſt, *neminem rogare non poſſe?* Quod ideo profecto in vulgatis mutatum, quia ſenſum non habet. Scribe: *videbitis neminem exorari non poſſe, niſi qui accuſare poſſit & patrem.* Hoc eſt, neminem niſi ipſum filium, qui accuſat, defuncti fratrem. *Idem.*

6 Co-

& pro quo roget, & quem roget. videbitis negare non poſſe, niſi qui accuſare poſſit & patrem.

Altera pars. Porcii Latronis. Quem honeſtius ſubjecit meretrix quam peperit? Pater iſtius incertus eſt. bene cum ipſo ageretur, ſi & mater. *Fuſci Arellii patris.* Errat, ſi quis ſit qui me putet pecunia moveri: primum aſſuevi coheredem habere: deinde olim jam cum puero iſto paterna diviſi, quia mulieri ille frater donavit plus quam pro ſua parte. *Romani Hiſponis.* Incidit in meretricem, inter omnia mala, fœcundam. Veræ inimicæ. Noſcis quibus ante in cubiculum rivalis venit, quam maritus. *Argentarii.* Cum abdicaret, aiebat: Hoc ſcilicet exſpectabo, donec hac è meretrice liberos tollas. Mulier, neſcio an adverſus patrem injurioſior ſis, quod abſtuliſti illi heredem, an quod dediſti. *Albutii Sili.* Sine veniant illuc amici, ſine propinqui: nunc erubeſcunt in domum meretricis accedere. Mulier, quæ ſine præfatione honeſte nominari non potes, cedo iſtum puerum nulli agnoſcendum: ſed mater afferat. Severiſſimus pater abdicavit etiam, quem ſciebat ſuum. Erat in domo puer, qui omnes vocabat patres. Adoptavit ejus filium, propter quem etiam ſuum ejecerat. *Ceſtii Pii.* Nullum genus judicum recuſo. ſi ſeveri erunt, nocebit iſti, quod receperit meretricis filium: ſi clementes, quod abdicavit ſuum. Clamavit pater: In domum ergo meam meretrix veniet, aut ([7] quod turpius eſt) filius ad illam ibit? Miſit in

6 *Cogitare & quis roget*] Melius ita hæc legi poſſe ſuſpicor, *cogitare quis roget, quem roget: videbitis neminem rogare non poſſe*, &c. N. Faber.

7 *Quod turpius eſt, filius ad illam ibit*] Non profecto turpius erat moribus Romanorum, adoleſcentem ire in lupanar, quam meretricem videri in caſta domo. Sed & ſcriptus auctior: *eſt ejus filius ad illam.* Scribe: *Clamavit pater: in domum ergo meam meretrix veniet, aut, quod turpius eſt, ejus filius? Ad illam ivit.* Oſtendit patris inconſtantiam, quæ ſpecies infirmioris eſt mentis. Clamavit, inquit, pater, nempe olim, cum ſuæ mentis eſſet, cum filium perditum non ferret: in domum ergo meam meretrix veniet pro nuru, aut, quod turpius eſt, ejus filius vulgo conceptus & omnes adventores patres ſalutare ſolitus pro nepote? Idem ille, qui hæc tum clamavit, poſtea non exſpectavit, donec ad ſe veniretur, ipſe ad meretricis domum ire ſuſtinuit. Ælianus ποικ. 12, 17. Αἰσχρὸν μὲν ἦν αὐτῷ καὶ οἴκαδε μεταπέμψα-

ſ domum noſtram publicum puerum. Quis illis nuptiis
terfuit, niſi aut abdicatus, aut abdicandus?

DIVISIO. *Latro* ſic diviſit. An pater ob illam ado-
ionem accuſari poſſit, an ob hoc debeat. omnes infama-
runt adoleſcentem, quaſi illius criminationibus factum
, ut frater abdicaretur. Et ideo ſententia laudatur *Fa-
ni.* Nihil tecum locutus ſum. Cum hoc unum puero
oceat, quod ex meretrice natus eſt, omnes operam dede-
nt, ut quantum in controverſia licebat, huic vitio me-
rentur, efficerentque ne quid in illa videretur meretricis
iſſe, niſi nomen. *Marillius* decenter hoc dixit, ſimul ob-
iens fratri impietatem. Nihil, inquis, in illa domo me-
tricium fuit: ſcires, ſi mecum fuiſſes. *Albutius* ethicos,
multi putant, dixit: certe laudatus eſt, cum diceret,
xeuntem perſecutus eſt. Non probabat hanc *Meſſalla* ſen-
ntiam: Non habebit, inquit, fiduciam, ſi mavult videri
cepiſſe puerum quam abduxiſſe: & ea ratione eum ado-
aſſe, non quia debuerit, ſed quia ſecutus eſt. Fuit autem
Meſſalla exactiſſimi ingenii in omnis quidem ſtudiorum
partis,

ψαϑαι τὴν ἄνϑρωπον· ὁ δὲ παρ' ἐκεί-
ἐποίτα φιλοφρόνως. *Gronovius.*

8 *Meſſalla exactiſſimi*] De quo egre-
um exſtat Quinctiliani elogium.
eſſalla, inquit cap. 1. lib. 10. *nitidus
candidus, & quodammodo præ ſe ferens
dicendo nobilitatem ſuam.* recte. nam
nobiliſſimus & eloquentiſſimus
t. Quandoquidem à Voluſo & Va-
io Poplicola originem per infinitos
nſulares & triumphales ducens Va-
ium Corvum ſexies conſulem, qui
ntum annos implevit, à quo Corvi-
nomen poſteris inditum, & Meſſa-
n ſenem, qui de familiis Romanis
ipſit, adoleſcens adhuc ingenio ac
dentia Triumviris formidabilis
t. App. lib. 4. belli civil. Μεσσάλας
ἐπιφανὴς νέος ἐς Βροῦτον ἔφυγε, καὶ αὐτὸν
σαντες οἱ τρεῖς, τὸ φρόνημα παρέγγρα-
ἔτως, & quæ ſequuntur. nec gra-
proſcriptionis ſibi facta uti voluit,
quam diu ſpes optimatum partibus
aliqua ſuperfuit. Rebus autem com-
poſitis, ſub Auguſto dignitate & elo-
quentia floruit. Conſul enim, Augur,
primuſque Urbis præfectus fuit: quam
tamen dignitatem paucis diebus exer-
cuit, & ejuravit *quaſi neſcius exercendi,*
inquit Tacitus. Nempe quod ita fin-
xerit, nam re vera ſexto die abdicavit
parum civilem poteſtatem conteſtans.
B. Hieronymus in Euſebii Chronico.
ea ratione Dio primum urbis Præfe-
ctum Mecænatem poſuit. Plures orà-
tiones ſcripſit & vulgavit, multos et-
iam libros compoſuit, quorum au-
ctoritate Plinius, Quinctilianus, Sue-
tonius, & Soſipater Cariſius utuntur.
quoſdam etiam de ſingulis litteris, ut
de littera S. Amatoria etiam ſcripſiſſe
Plinius junior Epiſtolarum lib. 5. te-
ſtis eſt. L. Seneca in Ἀποκολ. diſertiſſi-
mum virum vocat. Tacitus de claris

Orat

partis, Latini utique ſermonis obſervator diligentiſſimus. Idem itaque cum audiſſet Latronem declamantem, dixit: [9] Sua lingua diſertus eſt. Ingenium illi conceſſit, [10] ſermonem objecit. Non tulit hanc contumeliam Latro, & pro Pythodoro Meſſallæ orationem diſertiſſimam recitavit, [11] * quam ſuaſoriam Theodoto declamavit per triduum. quæ dixerit, ſuo loco reddam, cum ad Suaſorias venero.

Color. A parte adoleſcentis non unus omnibus color placuit. Quidam perſonam ejus, qualem acceperant, introduxerunt duram & aſperam. Ex quibus fuit & *Hiſpo Romanus*. *Junius* unum aiebat efficiendum, ut non durus videretur, ſed ſeverus. In hac parte dixit nobilem illam ſententiam, quam Fabius Maximus circumferebat: Venit aſſiduè in domum meretrix; non recedit: paulum abeſt, quin noverca ſit. *Ceſtius* bella figura egit: Dementia, inquit, res eſt ſanitati contraria. Non quæram extra exempla ſani hominis, & quod pater me rogat, ipſum ſibi comparabo. Fuit aliquando ſanus: tunc quid faciebat? Oderat luxuriam: ut

Orat. Cicerone mitiorem & dulciorem, & in verbis elaboratum magis judicat. Quinctilianus orationis dignitatem ei præ cæteris tribuit. Cujus etiam eximiæ virtutes judicio totius Senatus comprobatæ ſunt: per eum enim velut ſui ordinis principem Cæſarem Auguſtum patrem patriæ ſalutavit. Suetonius cap. 58. vir tamen tantus anno ætatis ſuæ 70. biennio antequam moreretur, omnium penitus, etiam proprii nominis oblitus eſt. Plinius lib. 7. cap. 24. B. Hieronymus ad Euſebium. N. *Faber*.

9 *Sua lingua diſertus eſt*] Sic L. Seneca: *Petronius homo Claudiana lingua diſertus*. Idem.

10 *Sermonem objecit*] Rudem nempe & pinguem, qualem eſſe Cordubenſium poëtarum dixit Cicero. Porro quæ deinceps ſequuntur, corrupta & manca judico. *Idem*.

11 *Quam ſuaſoriam Theodoto declamavit*] Locus non uno modo corruptus, de quo nihil ſpondeo. puto tamen legendum *de Theodoto*. vulgare enim Suaſoriarum thema in ſcholis fuit conſultatio apud C. Cæſarem de pœna Theodoti. Quinctilianus c. 13. lib. 3. *Idem*. Faber, *de Theodoto*. Recte hoc. Pall. & ſcriptus Voſſii: *quam compoſitam quam ſuaſoriam:* ita auctius. Puto ſic belle reſtitui: *Non tulit hanc contumeliam Latro, & pro Pythodoro Meſſallæ orationem diſertiſſimam recitavit, ſua compoſitam ſuaſoria, quam de Theodoto declamavit per triduum*. Nempe illa comparatione, quanto ipſe & diſertiſſimum Meſſallæ opus ſeriumque ludicro exercitio ſuperaſſet, probare voluit. Apparet autem ex hoc loco, aliter diſpoſuiſſe M. Senecam opus ſuum, atque nunc vulgo habetur: nempe Suaſorias Controverſiis conlocaſſe poſteriores. Sic enim ait: *quæ dixerit, ſuo loco reddam, cum ad Suaſorias venero*. Gronovius.

12 *Ut*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

[12] ut caſtigaret, nunc jam ſeverus. ſenem putabitis ſanum, ſi vobis in lupanari oſtendero? Sic declamavit, ut fratri patrem daret accuſatorem, & illum argueret ſibi ipſi comparando. *Latro* fratri pepercit; puerum preſſit, & dixit fratris filium non eſſe, & ne fratrem quidem hoc fieri voluiſſe. illa verba ab ægro impetrata. *Fabianus* ex omnibus iſtis colorem ſecutus eſt optimum; [13] qui aiebat, dicere Meſſallam non tantum bonam partem adoleſcentis fieri, ſed etiam honeſtam. objecit patri, quod fratrem abdicaſſet, [14] non ſchemate, ſed certo. Nihil, inquit, peccaverat, amat meretricem. ſolet fieri. adoleſcens eſt. expecta. emendabitur. ducet uxorem. [15] quare tunc non egiſti dementiæ? Expectabat pœnitentiam tuam, aiebat; jam reſipiet. Hoc per tranſitum objicere cœpit, quod non recepiſſet, quod vidiſſet in lupanari habitantem. Abdicaſti, inquit, ut emendares, non, ut vitia augeres in dies. [16] nullum illius vitium ætatis

12 *Ut caſtigaret, nunc jam ſeverus*] Vide num aptius legamus, *ut caſtigaret tunc, etiam ſeverius*, vel, *ut caſtigaret etiam ſeverius*, inducta dictione *nunc*. N. Faber. Olim edebatur: *ut nunc caſtigaret, nunc jam ſeverus*. Scriptus: *uti nunc caſtiget ſeverus jam ſenem*. Hæc legentes veſtigia, reponimus: *oderat luxuriam, ut in juvene caſtigaret ſeverus. Jam ſenem putabitis.* Sive malis, *ſeverius*. Statim è ſcripto […]di, *ſibi ipſi comparando*. non *comparandum*. Sed & *ipſum* à Seneca ſcriptum fuiſſe arbitror. *Gronovius.*

13 *Qui aiebat*] Rectius fortaſſe, *quo aiebat*. N. Faber.

14 *Non ſchemate*] Id eſt, ut contrarium ſignificaret, quemadmodum […]m vel per ironiam, vel figurate aliud dicitur, aliud autem ſignificatur. *Idem.*

15 *Quare tunc non egiſti dementiæ*] Verba ſunt patris, quæ ipſe filius ſibi objicit. *Tunc*, intellige, cum abdica[…]. Refutat autem hoc modo: *Exſpectabam pœnitentiam tuam: aiebam, jam reſipiet*. Puta, pater, qui improvide abdicaverat. Sic igitur lege. Niſi malis, *recipiet*, puta abdicatum. *Gronovius.*

16 *Nullum illius vitium ætatis eſt, amor eſt*] Scriptus: *amoris eſt*: ut & Pal. Optime: ſed omnia ſic diſtingue ac lege: *Abdicaſti, inquit, ut emendares, non ut vitia augeres. Vides, nullum illius vitium: ætatis eſt, amoris eſt.* Neque ſecus invenit Schottus, & tamen autumat utramque lectionem rectam eſſe Qui poteſt? Immo perverſa altera. Fatuum in primis illud *indies*. At τὸ *vides*, quod mss. Gruteri, Schotti, Voſſii præbent, ſermonis & dialogiſmi proprium. Controv. 11. *Demens ſum, vides, turpiter vivo, meretricem amo.* Et addita particula cauſali, Controv. 1. *Vides enim? liberalis in domo tua eſſe cœpi.* Lucius de vita beata, cap. 18. *virum acerrimum, & contra omnia naturæ deſideria pugnantem, negant ſatis egere. Vides enim? non virtutis ſcientiam, ſed egeſtatis profeſſus eſt.* Nat. Quæſtionum, 2, 22. *Vides enim? quantum fervorem ſenſura corpora ſunt* &c. Eodem libro, c. 29. *Vides enim? quanto vocaliora ſunt vacua quam plena, quanto intenta quam remiſſa?* M. Fabius de-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ætatis eſt. amoris eſt. recipe antequam aliquid faciat, cur mox pudore moriatur. Ad ultimum objecit illi, quod ægrum non ſuſtuliſſet. Poteſt, inquit, convaleſcere, ſi viderit penates ſuos. mitius certe morietur in paterno ſolo ſuo. Quare, inquit, tu apud fratrem non fuiſti? & ego queror. Ille cum ad te mitteret, putavit ſe ad duos mittere. Utinam tecum fuiſſem, pater: rediſſes illinc cum filio, ſed tuo. De adoptione noviſſime queſtus eſt & hac figura. Abſtuliſti mihi fratrem, cum quo natus ſum, cum quo educatus ſum, ut dares iſtum. Indignor hanc fratri meo contumeliam, ut hujus vocetur pater. Sed ut aliquid jocer, [17] *Fabius Maximus* nobiliſſimus vir fuit, qui primus foro Romano hunc vomicum morbum, quo nunc laborat, intulit: de quo Severus Caſſius, antequam ab illo reus ageretur, dixerat: Quaſi diſertus es, quaſi formoſus es, quaſi dives es. [18] unum tantum es non quaſi, alapam. * Hanc controverſiam cum declamaret *Maximus*, dixit quaſi tricolum tale, qualia ſunt quæ baſilicam infeſtant. Dicebat autem à patre: omnes aliquid ad nos imbecilli, alter alterius onera, detulimus. Accuſatur pater in ultimis annis, nepos in primis [19] abdicatur: nullus autem, * Hæc ſubinde refero, quod æque vitandarum rerum exempla ponenda ſunt, quam ſequendarum. In hac controverſia *Latro* contrariam rem

clam. 351. *Tyrannidem paro, vides enim? cum ſceleratis mihi convenit, revocari exules volo.* Et declam. 377. *Quare mori voluit? vides enim? ex voto adoleſcentiam egeram* Gronovius.

17 *Fabianus Maximus*] Scribendum *Fabius* ex præcedentibus. Maximi enim cognomen eſt Fabiorum. atque etiam vel fallor, vel is eſt Auguſti amicus ſua vel uxoris loquacitate celebris, de quo apud Tacitum lib. 1 Annal. & Plutarchum περὶ ἀδολεσχ. *N. Faber.*

18 *Unum tantum es, non quaſi, alapam*] Forte: *Quaſi diſertus es, quaſi formoſus es, quaſi dives es: unum tantum es non quaſi, vappa.* Priapeium: *Nos vappæ ſumus & puſilla culti Ruris numina.* Gronovius.

19 *Abdicatur: nullus autem. Hæc ſubinde*] Jubet Schottus legi: *nullus alit.* quod tamen ab Eraſmo eſſe, Gruterus annotarat: quo ſenſu, ipſi viderint. Certe ut tricolon abſolvatur, dicendum eſt aliquid de filio accuſante. Nihilo melius ſtatim ante corrigit Schottus, *ad nos alendum.* Nihil hic de alendo. Credibile eſt tale aliquid fuiſſe: *Accuſatur pater in ultimis annis, nepos in primis abdicatur, filius in mediis accuſat.* Idem.

20 *Nam*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

…m controverſiæ dixit, ſed ſibi. Declamabat illam, Cæ…re Auguſto audiente & Agrippa, cujus filios, nepotes …os Cæſar Lucium & Caium adoptaturus diebus illis vide…atur. Erat Agrippa inter eos qui non nati ſunt nobiles, ſed …cti. Cum diceret partem adoleſcentis Latro, & tractaret …doptionis locum, dixit: [20] Nam iſti adoptione nobilitati …erunt. [21] hæc & alia in hanc ſummam. Mæcenas innuit …tri, faſcina recuſare. finire jam quidam declamationem …tabant. [22] hanc malignam rem [Mæcenas] eſſe: effeciſſe …im nobilem, non, ut audiret quæ dicta erant à Cæſare, …d ut notaret. Tanta autem ſub divo Auguſto libertas …it, ut præpotenti tunc M. Agrippæ non defuerint, qui …nobilitatem exprobrarent. Vipſanius Agrippa fuerat. Vipſanii

…20 *Nam iſti adoptione nobilitati fue…t*] Scriptus & Eraſmus & Cov. a…d Schottum duabus vocibus ple…s: *nam iſti ex imperio adopt.* Scribe: *…lti ad imperia adoptione nobilitati fue…t.* Sic apparet imprudentem Latro…n paſſum excidere ſibi, quo ado…o Lucii & Caii Cæſarum notare… *Gronovius.*

…1 *Hæc & alia in hanc ſententiam*] … & ſcriptus: *in hanc ſummam.* Cu…alterum interpretatio eſt. Cicero, … 10. ad Attic. 5. *Curionis ſermo po…lie eandem habuit ſummam, niſi quod …tius ſignificavit, ſe harum rerum exi… non videre.* Idem pro Ligario: *quic… dixi, ad unam ſummam referri volo, …umanitatis, vel clementiæ, vel miſe…rdiæ tuæ.* Curtius, lib. 6. *Rex Cra…arceſſito, & ſermone habito, cujus …ma edita non eſt.* Idem.

…2 *Hanc malignam rem Mæcenas …*] De verbis abſque fidorum, qui… adhuc caremus, codicum ope re…endis vix poteſt quicquam ſperari. …ſum dare poſſum. Latro improvi…a dictum jecerat in nepotes Cæſa…, quorum adoptio exſpectabatur. …am poſtea ſatisfaceret ac deprecare…, pejus fecit, & offenſionem gra…rem reddidit: inde namque fa…ctum, ut quæ verba multi non animadverſa prætermiſerant, recolligerent, & jam intellecta ſermonibus differrent. Hinc ſub finem: *Latro dignus fuit miſeratione, qui ne excuſare quidem errorem ſuum potuit. Nihil eſt autem crudelius, quam ſic offendiſſe, ut magis ſis offenſurus, ſi ſatisfeceris.* Niſi tamen mavis, cum ſatisfacere vellet, ea de cauſſa prohibitum. Ergo pro illis: *Mæcenas innuit patri faſcina recuſare:* non *fas ſit ita*, vel *faſcia*, vel *faria*, vel *fuſcina recuſſo*, ut Schottus & Nunneſius voluere. totius nulla cura. ſed videtur reponendum: *Mæcenas innuit Latroni, ſatisfactionem pararet. Finita jam declamatione ſatisfecit Latro. Hanc quidam malignam monitionem Mæcenatis aiebant eſſe: effeciſſe enim rem nobilem; non ut deleret, quæ dicta erant in Cæſares, ſed ut notaret.* id eſt, notabiliora faceret. Senſum ſic habes: de verbis amplius. Exemplum ſimile, ſed atrocius, offenſionis ſatisfactione exulceratæ habes apud Tacitum lib. 13 Annalium: *Julius quidem Montanus ſenatorii ordinis, ſed qui nondum honorem capeſſiſſet, congreſſus forte per tenebras cum Principe, quia vim tentantem acriter repulerat, deinde agnitum oraverat quaſi exprobraſſet, mori adactus eſt.* Idem.

Vipſanii nomen quaſi argumentum paternæ humilitatis ſuſtulerat, & M. Agrippa dicebatur. cum defenderet reum, fuit accuſator qui diceret M. Agrippam, [23] & quod medium eſt, volebat Vipſanium intelligi. Fuit qui diceret: Concurrite; Agrippa, malum habebis, [24] reſponde diis. Ea in parte utique mihi videtur admiratione dignus divus Auguſtus, ſub quo tantum licuit. Sed horum non poſſum miſereri, qui tanti putant caput potius quam [25] dictum perdere. Latro dignus fuit miſeratione, qui ne excuſare quidem errorem ſuum potuit. Nihil eſt autem crudelius quam ſic offendere, ut magis ſis offenſurus ſi ſatisfeceris.

Controversia XIII.

Torta à tyranno pro marito.

Thema. *Torta à tyranno uxor, numquid de tyrannicidio ſciret, perſeveravit negare. poſtea maritus ejus tyrannum occidit. illam ſterilitatis nomine dimiſit, intra quinquennium non parientem. Agit illa ingrati.*

Pro Uxore. *Porcii Latronis.* Si cum liberis torta eſt, & incaſte: Eſcende, inquit, occide tyrannum. niſi occideris, indicabo. Subinjecta manu ſatelles: Quid moraris? inquit. jam expoſita tormenta ſunt. Bene eſt, inquit,

23 *Et quod medium eſt*] Veteres editiones. *& quod in medium eſt*. quod rectum eſt. N. *Faber*.

24 *Reſponde dius*] Hæc omnia miſere adfecta, & forte operam ludimus. Sed non poſſum ferre, pro ingenioſo laudari commentum Aurelii: *te ſponde:* ut ſit verſus ex priſca quadam comœdia, in qua obſtetrix inducatur adſtans parieti, & dicens ancillis: *concurrite.* Nempe opus erat obſtetrice, ut naſceretur ridiculus mus. Ne Mopſo Niſa detur, tentemus: *Concurrite: Agrippa malum habebit, reſpondit Vipſanius.* Eſt alterum dictum hominis petulantis & liberi, loquentis de uno, quaſi de duobus, ut apud Suetonium, *Julio & Cæſare Conſulibus. Reſpondit* eſt ſpopondit aut ſtipulanti ſe obligavit. Horatius, lib. 2. Sat. 6.

Poſtmodo, quod mi obſit, clare certumque locuto.

Et Thaletis nota gnome eſt. *Gronov.*

25 *Dictum perdere*] Quinctilianus cap. 4. lib. 6. *longe abſit propoſitum illud, potius amicum quam dictum perdere.* Ita enim apud eum auctorem melius hæc legentur. N. *Faber.*

Con-

nquit, [1] mulier. ad ſtuprum vocor. Inſtabat quotidie vi-o uxor, exigebat tyrannicidium. Tempus eſt: Eſcende. i nihil aliud, ut liberos habeas. niſi tyrannicidæ paritura on ſum. Miraris, ſi eo tempore matrona dicere potuit, ſcende, occide tyrannum? comes ſequerer, niſi me inuti-m dimiſiſſet tyrannus. Eſcende: ego jam feci tyrannici-ium meum. Eas nuptias tyrannicidium diducit, quas non iduxit tyrannus. *Ceſtii Pii.* Subito infelices nuptias op-reſſit tyrannus. Trahebantur matronæ, rapiebantur vir-ines: nihil tutum erat: nulli feliciores tunc videbantur, uam qui liberos non habebant. Quædam itaque eliſere onceptos: quædam fœcunditatem ſuam moratæ ſunt. Quod ad hanc pertinet, agit ſuæ fortunæ gratias, quod illo empore nihil peperit. Tyrannus ſuſpicatus eſt, iſtum, ne-io quid, de tyrannicidio cogitare: ſive iſti aliquid exci-it, [2] ſive magna conſilia non bene vultus tegit. Utique e uxoris garrulitate queri non potes, cum ſcias, quemad-odum taceat. Miſit itaque ſatellites: Attrectate, inquit, xorem, &, adjecit, ſi quos filios habet. Veniunt in do-um crudeliſſimi carnifices, in quorum vultibus erant ormenta. jactatur miſera inter ſatellitum manus, & toto inere non ducitur, ſed trahitur. Iſti de tyrannicidio au-acter jam conſilium indicemus. Jam enim, puto, licet. Nupſit iſti propter liberos: ſed infelices nuptias cito ty-annus oppreſſit. hoc publicum divortium fuit. Rapitur n arcem mulier, inter ſatellitum manus vexatur atque diſ-ahitur. Hanc aliquis, etiam ſi non torqueatur, non pa-ere miretur? impoſita in eculeum, ſæpius abſentem vi-um reſpexit, quam præſentem tyrannum. Quam multas natres audivi illo tempore. Quidnam volui, quæ peperi?

Arellii

CONTROV. XIII. 1 *Mulier. ad ſtuprum vocor*] Lege: *Bene eſt, inquit, mulier, non ad ſt. v.* Vel, *dum non ad ſtuprum vocer.* Gronovius.

2 *Sive magna conſilia non bene vultus tegit*] Pal. Schotti duo, Aurelii, chartaceus: *non benevolis exhibuit.* Quod eſſet, ſive communicavit rem cum hominibus infidis, ſive non benevolos in conſcientiam aſſumpſit. Fortaſſe verum eſt: ſecus facile poſſet fieri, *non bene vultus ſiluit.* Idem.

Arellii Fuſci patris. Explicatur totus tyrannicæ crudelitatis adverſus infelicem fœminam apparatus, & illa inſtrumenta virorum quoque animos ipſo viſu frangentia, ad excutiendam muliebri pectori conſtantiam proponuntur; inſtat tam denuntiationibus, quam tormentis tyrannus, & minando torquet. Tacet. Videt intentum tyranni vultum, videt oculos minaces, & tacet; plus tibi præſtare non potuit, ſi de te liberos ſuſtuliſſet. Cæduntur flagellis artus, verberibus corpus abrumpitur, [3] exprimiturque ipſis vitalibus. Tacet. An ſit tibi iſta datura liberos neſcio. tyrannicidium dedit. Ita eſt, mulier, non vis parere, delicata es, cruciatus puerperæ times. Fremebat indignatione captæ civitatis maritus, & conſilio ſuo, & uxoris adjutorio fortior, quomodo occidam tyrannum? Quæ pars accedenti maxime vacat? ubi cuſtodiæ ceſſant? ubi natura loci minore munimento virtutem ſubmovet? Sic vir & uxor mentem exercebant: miraris ſi tranſit quinquennium inter uxorem tortam, & virum occupatum? ſæviebat etiamnum tyrannus: torquebantur in conſpectu virorum uxores: pœnitebat matres fœcunditatis ſuæ. [4] *Hiſpo Romanus* inquit: Deſiderabas liberos, ut ſint quibus relinquas patrimonium. Ingrate, ita tu hac ſalva heredem non habes? nullum tormenti genus omiſit, omnia membra laniata, omnes partes convulſæ ſunt: ſciſſum corpus flagellis, exuſtum, convulſum tormentis. ignoſcetis puto mulierculæ, ſi dixero: Faſſa eſt. *Hiſponis Cornelii.* Contabatur ille: nec ullis adhortatio-

3 *Exprimiturque ipſis vitalibus. Tacet. An ſit*] Hæc manca eſſe nullus non videt. deeſt enim quid exprimatur ipſis vitalibus. ceteræ editiones repræſentarunt ſequentem lectionem *exprimiturque ipſis vitalibus, licet, reſtet an ſit tibi,* &c. ex cujus veſtigiis tentabam num legi poſſet, *exprimiturque ipſis vitalibus licor. Reſp. an ſit tibi iſta datura liberos neſcio. tyrannicidam dedit.* licorem ſive liquorem interpretor ſaniem, quo in ſignificatu apud Virgilium hoc reperi vocabulum Georg. 3. Peſtem enim deſcribens dixit, *Rurſus abundabat fluidus liquor*, id eſt humor ſordidus, inquit Servius. ſed non mihi plane hoc ſatisfacit. *N. Faber.*

4 *Hiſpo Romanus inquit: Deſiderabas*] Scribe: *Hiſpo Romanus. In quid deſideras liberos? ut ſint, quibus relinquas patrimonium.* Interrogatio cum reſponſione. *Gronovius.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

tionibus in tyrannicidium poterat impelli. prorſus cum xorem vidiſſet, poſſes timenti ignoſcere. Aſſidue tormen- variantur: accenduntur extincti ignes: tortor vocatur, b quo mariti uxorem prodiderant. paciſci me tecum pu- s. Ut taceam, donas quinquennium? Quid tyrannici- o gloriaris? tanquam non facilius ſit occidere tyrannum, iam ſuſtinere? Duplici beneficio uxori ſuæ obligatus: & iod non eſt occiſus, & quod occidit. Faſtidit ſterilem, ii fecit. *Junii Gallionis.* Inſtabat tyrannus. Torque. Il- pars etiam poteſt ſubjici in ignes. in illa parte jam exaruit uor: ſeca, verbera, oculos lancina, faciam ne viro placeat. *pirii Fabiani.* Deſcribam nunc ego cruciatus, & miſeram rporis patientiam inter tyrannica tormenta ſævientia: ex- ncti ſanguine refovebantur ignes: hæc deſinebat torque- aliquando, ut ſæpius poſſet. Exquiſita verbera, laminæ, quuleus, quicquid antiqua ſævitia invenerat, quicquid & ova adjecerat. quid amplius dicam? tyrannus torquebat, cum de tyrannicidio quæreret. O nos felices, quod nul- aucta puerperiis fuit. [5] Tacuit. tunc fecit tyrannicidium lentio, certe tyrannicidam. Convulſis laceratiſque mem- is, nec adhuc ſufficientibus, non dimiſſa eſt ex arce, ſed ojecta. Quid eſt quod uxorem dimiſeris? numquid pre- it cenſum oneroſa ſumptibus, &, ut ſeculi mos eſt, in de- rius luxu fluente, muliebris ambitio certamine mutuo ſque in publica damna privatim inſanit? Numquid gem- as, & ex alieno litore petitos lapillos, & aurum veſtem- ie nihil in matrona tecturam concupivit? Si talis eſſet, cile illam corrupiſſet tyrannus. Expecta. poteſt parere. on reſpondet ad propoſitum, nec ad certum diem fœcun- tas: ſui juris rerum natura eſt, nec ad leges humanas mponitur: modo properat, modo vota præcurrit, mo- o lenta eſt & demoratur. Expecta modo. pariet. Quid dicis?

5 *Acuit hanc*] Paulo confidentior o in hujus loci emendatione, quam præcedenti. puto enim legendum, *Tacuit. tunc fecit tyrannicidium ſilentio.* N. Faber.

dicis? non poteſt fieri. quare? quia torta eſt. [6] Imputat tibi quod publicata eſt. imputat tibi quod torta eſt. imputat tibi quod ſterilis eſt. *Julii Baſſi.* Aiebat tyrannus: Ure, cæde ventrem. *Argentarii.* Cæde ventrem, ne tyrannicidas pariat. *Triarii.* Non ex formula natura reſpondet, neque ad præſcriptum caſus obſequitur. ſemper expectari fortuna mavult, quam regi. Aliubi offenditur improviſa ſegetum maturitas, aliubi ſeram magno fœnore moram redemit. Licet lex dies finiat, natura non recipit. Quid faciam? Non agam gratias, quod non indicavit, uxori meæ, ne * votis in gratiam. Aiebat tyrannus: Indica. nulla tua culpa eſt. Cæditur: tacet. utrum putas mirandum eſſe, tuum tyrannicidium, an hujus ſilentium? Expectaſſe aliqua per longum tempus maritum dicitur, quanta laus eſt ſervaſſe, cum expectaſſe tanta ſit? Alia deſiderio viri attonita, in ardentem rogum ſe miſiſſe. hæc non cum viro arſiſſet, quæ pro viro arſit? alia pro incolumitate mariti vicaria morte decidit. Cedo hanc, nec in tormentis oppreſſam. morte amplius pro viro præſtitiſſet, ſi quid amplius elegiſſet tyrannus. *Marcelli.* Si tamen peccaſſet in partu, ignoſci ei poſſet. Nupſerat enim iſti occupato. Crudelior es etiam illo, quem occidiſti, tyranno. Ille torſit & dimiſit ad virum. *Albutii Sili.* Vicerat ſævitiam patientia: deerat jam ſanguis: ſuperabat fides. aliquando projecta eſt. differebatur diſtortis manibus, emotis articulis. nondum in ſua membra artus redierant. Talem uxorem tortor dimiſit ad partum. Ingratus vocabatur, quod in præmio nullam uxoris fecerat mentionem. Res tuas tibi habe: injicere debuit manum, & ipſum inter res ſuas trahere. nihil amplius patri debes quam uxori. mihi crede, majus fuit tyrannicidium pati, quam facere.

Pars altera. Argentarii. Ego torta ſum. Merito objiceres, niſi te vindicaſſem. *Fulvii Sparſi.* Vobiſcum, Judices, loquor. * *.

DI-

6 *Imputat tibi, quod publicata eſt*] Lego: *quod alligata eſt.* Gronovius.

7 *Attico*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

DIVISIO. Controverſia hæc, reum facere primum, ſi materia patitur. Non accepi quidem, & reddidi: aut accepi quidem, ſed non potui reddere, aut iſta noviſſima non tacere. Non quiſquis non reddidit beneficium, ingrati tenetur. animus æſtimandus eſt non reddentis. *Pollio Aſinius* dicebat, nunquam tentandas eſſe quæſtiones: primam manifeſto obtinere poſſe, qua negamus nos beneficium accepiſſe. Perit tota cauſa, niſi in hoc vicit. Apparet enim ingratum eſſe, qui ne fatetur quidem ſe accepiſſe beneficium. *Gallio* noſter putat, quotiens poſſit, hoc auferendum adverſario: quotiens non poſſit, concupiſcendum: quotiens ne hoc quidem poſſit, tranſeundum, quaſi donemus, & poſſimus quidem facere controverſiam, ſed nolimus. Idem Attico Vipſanio Apollodori diſcipulo placuit. Hoc illi amplius. Quotiens non potuerimus, aiebat, an beneficium acceperimus, controverſiam facere, hoc modo faciamus, non eſſe tam magnum, quam ille dicat: ſicut in criminibus facimus, quotiens negare non poſſumus, eſſe quidem crimen illud fatemur, ſed leviore pœna dignum, quam accuſator arguat. *Latro* in hac controverſia non dubitabat facere primam quæſtionem, an beneficium dederit. hoc in hæc diviſit: Etiam ſi ſciſti de tyrannicidio viri, nec indicaſti, non eſt beneficium, ſcelus non facere. deinde ne ſciſti quidem. non enim tibi indicavi, nec tam magnum conſilium, virilibus quoque animis grave, commiſi muliebri garrulitati: quæ id ſolum poteſt tacere, quod neſcit. Etiam ſi dedit beneficium, an receperit. Occidi tyrannum, libertatem mihi, tibi ultionem reddidi pleniſſimam: perſecutus ſum

7 *Attico Vipſanio*] M. Vipſanii Agrippæ generi Pomponii Attici Ciceronis amicitia & Epiſtolis clari filio. id ut credam faciunt patris nomen, & avi cognomen, quibus tanquam hereditariis ſucceſſit. Is autem Atticus Vipſanius non ſolum nomen avi materni, ſed etiam ſtudia velut crevit, adeo ut doctoris ſui Apollodori diligentiſſime præcepta Græce tradiderit. Quinctilianus cap. 1. lib. 3. niſi fortaſſe Quinctiliani locus de Dionyſio Attico Apollodori diſcipulo intelligendus eſt, καὶ γὰρ, ut ait Strabo σοφιστὴς ἦν ἱκανὸς, καὶ συγγραφεὺς, καὶ λογογράφος, quod verius eſt. N. *Faber*.

ſum nefarium hoſtem, illic occidi ubi torſerat. Dices me reip. cauſa feciſſe. & tu reip. cauſa tacuiſti. Tutus ſit, quod lege fecerit. Deinde ultima æquitatis tractatio. An, quod fecit, facere debuerit. Hoc diviſit in hæc duo: An jam certam ſterilitatem uxoris bonæ ferre debeat: an ne ſterilis quidem pro certo ſit. [8] Novi declamatores Poſmos ** cum Apollodoro, qui reus veneficii fuit, & à Pollione Aſinio defenſus, damnatus Maſſiliæ docuit, & hanc quæſtionem fecerunt in hanc controverſiam, An inter viros & uxores data beneficia, ingrati lege teneantur. Non eſt beneficium, ſed officium, facere quod debeas: ut, ſi filius patri ſe dicat beneficium dare. Hanc quæſtionem fecit & Gallio noſter. *Blandus* in ultima parte controverſiæ, qua de republica diſputatur, quæſtionem fecit, An quinquennium numerari debeat excepta tyrannide. illud tempus non debere imputari quaſi ſterili, quo matres etiam editos partus abominatæ ſunt. illud tempus imputatur fœminis in repub. quando pariunt, non plus tyranno. Huic ſubjecit, An etiam, ſi

&

8 *Novi declamatores Poſmos cum Apollodoro*] Cælius ait, forte reponendum, *Poſſidonius*. Quod ſpernit Schottus, & ipſe conjicit, *plurimos*. Quanto melius? Tu ſcribe: *Novi declamatores Pammenes cum Apollodoro.* Non enim verbum eſt, *novi:* ſed nomen. Sic Controv. 1. *Novi declamatores Græcis auctoribus adjecerunt primam illam quæſtionem.* Controv. 4 *Novi declamatores illam quæſtionem tentaverunt.* Et mox: *Pammenes ex novis declamatoribus dixit.* Ita recte Faber pro *bonis*. Controv. 8. *Hoc loco Æſchines, ex novis declamatoribus, cum diceret.* Et ſic bene Faber pro eadem voce. Neque aliter legendum, Controv. 16. *P. Aſprenas & Albutius, & præter oratores magna novorum rhetorum manus in hanc partem tranſierunt.* Ubi etiam vulgo, *bonorum*. Porro, *Pammenes cum Apollodoro fecerunt*, eſt dictum, ut reſtituimus apud Livium, lib. 21. cap. 60. *Atque ipſe dux cum aliquot principibus capiuntur.* Claudius apud Gellium, lib. 9. cap. 1. *Sagittarius cum funditore utrimque ſummo ſtudio ſpargunt fortiſſime.* Cæſar, l. 3. de bello civili: *Cilicienſis legio conjuncta cum cohortibus Hiſpanis in dextro cornu erant collocatæ.* Auctor de bello Africano: *Juba cum Labieno capti in poteſtatem Cæſaris veniſſent.* Iterumque: *Scipio interim cum Damaſippo & Torquato & Plætorio Ruſtiano navibus longis diu multumque jactati, quum Hiſpaniam peterent, ad Hipponem regium deferuntur.* Sic etiam ſcribendum apud Curtium, l. 5. cap. 10. *Sub lucis exortum Nabarzanes cum Bactrianis militibus in veſtibulo prætorii aderant, titulum ſolennis officii occulto ſceleri præferentes.* Vulgo quidem, *aderat*, & *præferens:* ſed *præferentes* habent Dan. Bong. & antiquiſſimæ membranæ Florentinæ. quarum excerpta mecum communicavit eruditiſſimus Nicolaus Heinſius. *Gronovius.*

9 *Aiebat*

aliis imputari tempus tyrannidis ſolet, huic non debeat.
tro ex ſuo more has non quæſtiones putabat, ſed membra
ius ultimæ partis, ex æquitatis quæſtione pendentia. An
erilis quidem, altius repeti: an non quæcumque quin-
ennio non peperit, ſterilis eſt. Quid enim ſi vir alicujus
fuerit toto pene quinquennio in peregrinatione? viro
putabitur. Quid ſi vir ægrotaverit? quid ſi maritus evi-
tus inutilis in concubitu uxoris ſuæ jacuiſſet, imputaturus
it? quinquennio, quæritis, quare non peperit? tyrannus
at. Nemo non cum parentibus ſuis querebatur, quod na-
s eſſet. Hæc, quod torta eſt; hæc, quod maritus occu-
tus tyrannicidio non vacavit in uxoris voluptates. *Buteo*,
idus quidem declamator, ſed prudens diviſor controver-
rum, contra Latronem ſentiebat, *Blando* accedebat. A-
d enim eſſe aiebat, quæ intra quinquennium non potuit,
n utique ſterilis eſt: aliud, quæ intra quinquennium
n peperit, non ſtatim dimitti poteſt ſterilitatis nomine.
ic quæritur de conditione juris: illic, de ſpe fœcundita-
. Sed Blandum quoque arguebat. [9] aiebat enim ſic fuiſſe
ærendum, An tyrannidis tempus excipi deberet: dein-
, etiam ſi non in aliis, an inter has gradus eſt. Sed ipſe
hanc in partes quæſtionem dividebat, An, quæcumque
inquennio non peperit, tanquam ſterilis dimitti poſſit.
oſſet enim accidere, quod Athenienſibus in bello accidit,
liberi & conjuges in aliquo tutiore loco deponantur. Im-
tabitur hoc tempus fœminis, quo viros deſtituunt, non,
o non habent. Sic tyrannus non vetuiſſet iſtam parere
in interemiſſet. Et cum hoc vehementer impleviſſet,
probaſſet, non omnes poſſe dimitti, ſi quinquennio non
periſſent, tunc illo tranſiit, An hæc poſſet. & hic etiam-
um non hoc quærebat, an deberet dimitti, ſed an poſſet.
t hoc contra Latronem dicebat: Quomodo iſtam quæ-
ſtionem

9 *Aiebat enim ſic fuiſſe quærendum*] ege: *Aiebat non ſic fuiſſe quærendum,* n *tyrannidis tempus excipi deberet? deinde etiamſi non in aliis, an in hac?* Ita enim fuerant quæſtiones Blandi. *Gronovius.*

10 *Taſ-*

ſtionem putas in æquitatis tractationem cadere, cum quid liceat quæratur, non quid oporteat? hæc enim, an hæc poſſit, per illum non poſſet, quia tyrannidem non ceperat. Aliquod tempus impune à legibus miſeriæ faciunt. Non dico quia torta eſt, ſed hoc adhuc, propter æquitatis tractationem, reſervo. Sed non peperit, quia tu maxima in cogitatione occupatus, nihil de liberis cogitaſti. [10] *Paſſienus*, vir eloquentiſſimus & temporis ſui primus orator, hanc ſubtilitatem actionis non probabat in Latrone, ſed aſſentiri dicebat, ideo quæſtiones tractandas per ſe eſſe, [11] ſi hæc mulier injuſti repudii ageret, non ingrati. Ita non quæritur an legitime, ſed an ingrate dimiſſa ſit. itaque in æquitatis tractationem cadunt, etiam quæ juris ſunt. Nam cum quæritur; An potuerit hæc dimitti, etiam ſi licuit; apparet, quod utique non oportuit, ſi ne licuit quidem. *Albutius* decentiſſime fecit. ſolebat enim fere in aliquas figuras declamationem deſcribere, & prius egit injuſti repudii, deinde ingrati: in quibus putat eſſe, an ullum beneficium viro contulerit, à quo tanquam inique dimiſſa. Hic omnes quæſtiones ad ſterilitatem & æſtimationem quinquennii pertinentes libere tractavit, deinde tranſiit in ingrati accuſationem.

Color. Ceſtius pro viro introduxit colorem. Quo tempore uxor torta eſt, nihil adhuc de tyrannicidio cogitabam: poſtea cogitavi, & hæc ipſa cogitandi cauſa fuit uxoris ultio. Utrumque ſecutum eſt, [12] ut illa marito inſolentiam imputare

10 *Paſſienus*] Pater Paſſieni oratoris Agrippinæ Neronis mariti, de quo B. Hieronymus ad Euſebium Olymp. 192. hæc refert, *Paſſienus pater, declamator inſignis, diem obiit.* Videtur autem is Paſſienus pater, patrem etiam habuiſſe eloquentia notum, obſcuri tamen nominis & meriti, ſiquidem L. Seneca exul in Epigr. ad Criſpum Paſſienum, hujus filium ſcribit:

Maxima facundo vel avo vel gloria patri:

de quo infra præf. lib. 3. plura dicemus. *Idem.*

11 *Si hæc mulier juſti repudii*] Legendum, *injuſti repudii.* Ab actione enim lis nomen accipit. Agit autem mulier, quia injuſte repudiatur vel ingrate: injuſte, ſi contra leges: ingrate, ſi contra bonos mores. *Idem.*

12 *Ut illa marito inſolentiam*] Lege: *ſilentium.* Etenim ſi necdum cogitaverat de tyranno occidendo maritus, neque conſilium hoc ſiluerat uxor, quippe

putare non poſſet, maritus illi tyrannicidium poſſet. *Latro* dixit: Si jam tum de tyrannicidio cogitaſſem, uxori non indicaſſem. *Fabianus Philoſophus* colorem magis bono viro convenientem introduxit, quam oratori callido. Dixit enim, & cogitaſſe tyrannicidium, & uxori indicaſſe: & illam tum quidem feciſſe, quod probam fœminam facere oportuit: nunc peccare, quod putet beneficium eſſe, recte facere. Hic color illi & illa parte profuiſſet: Si beneficium putas te dediſſe, quod tyrannicidium non prodidiſti: ego prior dedi, qui tibi tyrannicidium credidi, [13] repudium ex tuo. quo vis liberorum cupiditatem, quo ſemper uti tanquam vir ejus debuiſſet, poſtea magis tanquam tyrannicida? *L. Vinicius*, *Vinicii frater*, Fabiani colorem valde probabat, & aiebat, onerari uxorem uno modo poſſe, ſi nihil unquam ſecretum ab illa maritus habuiſſet. Si dixerit, inquit, poſt tormenta ſe de tyrannicidio cogitaſſe, tum tyrannicidium uxori melius deberi meruit, ſi torta tyrannicidam fecit, quam ſi tacuiſſet. Apparet, & aliquid de tyrannicidio cogitatum, de quo tyrannus uſque eo ſuſpicatus eſt, ut torqueret. Dixerit, cogitaſſe quidem ſe de tyrannicidio ante tormenta, ſed uxori non indicaſſe: augebit uxoris beneficium. Liberius enim potuit, ait, tyrannicidium indicare, quod illi commiſſum non erat. Potuit enim uxor, etiam non indicante marito, tam magni conſilii molitionem deprehendere. At ſi hunc colorem Fabiani ſequor, mutuam efficiam. Si olim de tyrannicidio cogitavi, honeſtior ſum vetus tyrannicida: & non privatis, ſed publicis malis ad ultionem impulſus. Si, cum cogitarem, non celavi uxorem: facilius perſuadebo, me malum hodie maritum non eſſe, cui ſemper tam deditus fui. Ad ultimum hoc conſequar, ſi quod audierat tacuit, non beneſi-

pe quod natum haud dum fuerat: itaque ſilentium ſuum marito expenſum ferre non poterat. *Gronovius.*

13 *Repudium ex tuo quovis liberorum cupiditatem*] Lege: *Repudium excuſavit liberorum cupiditate.* Nempe, Fabianus pro marito agens. *Idem.*

14 *Vnus*

neficium eſt, ſed fides. Hic eſt *L. Vinicius*, quo nemo civis Romanus in agendis cauſis præſentius habuit ingenium: quicquid longa cogitatio illi præſtitura erat, prima intentio animi dabat: ex tempore cauſas agebat, ſed non deſiderabat hanc commendationem, ut ex tempore agere videretur. De hoc eleganter dixit divus Auguſtus: [14] Unus Vinicius ingenium in numerato habet. *Hiſpo Romanus* maligne & accuſatorie: Nihil, inquit, ego iſti narraveram: iſta, ut erat neceſſe, aliquid ex vultu, aliquid ex nocturnis vigiliis ſuſpicata eſt. unde manaverit ſermo, ſcietis. Videtis quo veniat tyrannus, non ad amicum meum, non ad ſervum: ſed ad iſtam, quæ nihil negotii habuiſſet, ſi tacuiſſet. Tua enim cauſſa tacuiſti: ſciebat te perituram, ſi confeſſa eſſes tyrannicidium. *Hybreas* dixit.

CONTROVERSIA XIV.

Pater & filius luxurioſi.

Thema. *Quidam luxuriante filio luxuriari cœpit. accuſatur à filio dementiæ. Contradicitur.*

PRO PATRE. *Porcii Latronis.* Utriuſque tamen comparetur luxuria. Tu conſumis patrimonium patris tui; ego accuſatoris mei. naviga, milita, peregrinare, quære adoleſcens, utere ſenex. [1] Accuſator meus diverſos & inter ſe contrarios affectus habet: cupit reum damnari, crimen

14 *Unus Vinicius*] Epitome legit, *L. Vinicius ingenium in numerato habet.* Id autem dicitur de actore, facile dicente, & ex tempore, ut vult Quinctilianus cap. 5. lib. 6. Quod ſi verum eſt, multum a tarditate P. Vinicii fratris abfuit, qui, ut refert L. Seneca epiſt. 40. tractim dicebat, & tanquam dictaret, non diceret. fuere autem fratres M. Vinicii progeneri Auguſti, cui Velleius ſuos libros inſcripſit, de quibus apud eundem frequens mentio, & Tacitum lib. 6. N. Faber.

CONTROV. XIV. 1 *Accuſator meus inter ſe contrarios*] Pal. ſcriptus, Voſſianus, Eraſmus, immo omnes ante Romanam: *Accuſator meus diverſos & inter ſe contrarios affectus habet.* Recte. Cicero pro Cælio: *neque ego unquam fuiſſe tale monſtrum in terris ullum puto, tam ex contrariis diverſiſque inter ſe pugnantibus naturæ ſtudiis cupiditatibuſque conflatum.* Gronovius.

2 *Biba-*

en abſolvi. *Ceſtii Pii.* Poteſt nobis convenire. ſimiles ſu-
us. puta te patrem : dic quid me velis facere. Si tam bo-
 fide frugi es, & hoc imitor. Te ego imitor, an tu me?
go vos. ego prior cœpi : tu poſterior luxuriaris. Patri-
onium, inquit, computemus. Sed tu ſenex, inquit, hoc
icis : Luxuria tua ſerius cœpit; citius deſinet. *Arellii Fu-
patris.* Sed tu, inquit, ſenex es. unde ſcis te non futurum
xurioſum ſenem? Omnia à te vitia : quod unguento co-
a madet, tuum eſt : quod laxior uſque in pedes tunica
mittitur, tuum eſt. Quid eſt quod aliud à te ſenes diſ-
nt? quid porro? domus noſtra luxurioſos duos non ca-
? indulgentius te abdicare non potui. Ecquid mihi li-
 ſeniles annos meliore vita reficere? hoc noviſſimum
eum meritum eſt : ſed quod tibi proxime imputo, pro
etiam luxurioſus factus ſum. *Fabianus.* Noli pecuniam
ncupiſcere. quid tibi dicam? Hæc eſt quæ auget diſcor-
am, urbes & terrarum orbem in bellum agitat, humanum
nus cognatum natura, in fraudes & ſcelera mutua inſtigat:
c eſt quæ ſenes corrumpit. Quidam ſummum bonum di-
runt voluptatem, & omnia ad corpus retulerunt. nihil eſt
hi opus præcipientibus. exemplum habeo. propoſui, quic-
id tu feceris, facere. navigabo, ſi navigaris : militabo, ſi
ilitaris. dic hodie quid putes melius. Sed illud excipio, ne
jicias, quod elegeris. *Blandi.* Objicit luxuriam propriam,
hoc dicit adoleſcens : Frugaliter vixi quamdiu frugi pa-
em habui. ante me deſiſte, ante me cœperas. *Blandi.* Senex
xurias. reſpondeo tibi, Adoleſcens navigavi. Ego jam, in-
it, deſii, tu nondum. Non miror, ſi deſiſti, prior cœpe-
. *Mentonis.* Quod gaudium accepiſti, vere luxurior. *Pom-
i Silonis.* Si modo emendatus eſt filius meus (ſolet enim
am luxuria ſimulari) ſuo quiſque ordine reus ſit. Vis me
cere uxorem. ſi novercam haberes, jam abdicatus eſſes.
hii Galli. Convivæ certe tui dicunt : [2] Bibamus, morien-
dum

[2] *Bibamus, moriendum eſt*] Lipſius 1. cap. 19. Saturn. ſerm. emendat, *Vivamus.* nunquam enim hilarius ſe invitabant, quin laceſſerent lætitiam hoc

dum eſt. Si intelligo, hoc nulli magis in domo dicitur, quam mihi. Oſtendi tibi luxuriam, quam in te non videbas. Alliga me, dum te cuſtodias. *P. Aſprenatis.* Quia nihil proficiebam objurgando, volui illi vitam ſuam oſtendere. *Junii Othonis.* Malam cauſam haberem, ſi alium accuſatorem haberem. Malam cauſam haberem, ſi te filium non haberem.

Altera pars. Junii Gallionis. A laudibus patris incipiam. Hic adoleſcens temperatiſſimus, & lubricum tempus ſine infamia tranſiit: duxit uxorem, filium ſuſtulit, ad ætatem perduxit. jam ſenex factus eſt: niſi quod ſibi nondum videtur: luxuria uſque eo ſe projecit, ut accuſetur. Senex amens, ſenex ebrius, circumdatus ſertis, delibutus unguentis, & in præteritos annos ſe retro agens, & validus in voluptatibus quaſi juvenis exultans, nonne portentum eſt? Luxurioſus adoleſcens peccat: ſenex luxurioſus inſanit. ætates exhauriunt, vitia laſciviunt. *Papirii Fabiani.* Navem in portu mergis. alter ſolito tempore labitur, alter inſolito: alter alieno, alter ſuo: alter annos ſequitur, alter ſenectuti repugnat. Non eſt luxuria tua. patrem videre velimus. Non ſimulas iſta, ſed facis: nec amantem imaginaris, ſed amas: nec potantem adumbras, ſed bibis: [3] nec dedoces diſſipare bona, ſed diſſipas. Nemo vitia quæ odit, imitatur. Quis imperator ob hoc ipſe de prælio fugit, ut bene pugnaret exercitus? quis ut ambitum comprimeret, ipſe honores mercatus eſt? quis ut ſeditionem leniret, turbavit rempublicam? Non coërcet vitia, qui provocat.

DIVISIO. *Latro* ſic diviſit: An ob hoc accuſari pater poſſit:

hoc verbo: *vivamus, moriendum eſt:* quod & reſtituendum Marcellino lib. 16. ubi id ipſum ſic interpretatus erat calumniator, tanquam machinaretur dominus ille aliquid magnum, & cum exitii ſui metu conjunctum; aut tanquam id detorſiſſet in ſævitiam Imperatoris, ſub quo omnibus pereundum eſſet.

3 *Nec te doces*] Recte ad oram poſtremæ editionis Germanicæ adnotatum eſt, legendum *nec dedoces.* Aliter enim legi hujus ſententiæ contextus non patitur. *N. Faber.*

4 *Hic*

oſſit. [4] Hic illam vocalem quæſtionem poſuit, quam ſoebat faſtidire. *Seleucius.* Minime ſolere patri objici luxuiam, non magis quam avaritiam, quam iracundiam. Non itia patris accuſari ſolere, ſed morbum: & ſi poſſit aliuid præter dementiam objici patri, [5] luxuria non poſſit. lioquin filiis, inquit, abdicare permittis. hic de ſuo onſumit, [6] An, ſi ob hoc pater accuſari poteſt à filio, æc ultionum exprobratio. Si ebrietatem objicere patri ſot ebrius: ſi petulantiam, injuriæ damnatus. etiam ſi b hoc accuſari poteſt, etiam ſi à tali filio. An ſi ad caigandum filium hoc conſilio uſus eſt, damnandus ſit. it enim adoleſcens: Quolibet alio genere debuiſti me bjurgare. quid ſi adulterium vindicare vellet committeno? Turpe eſt ſic caſtigare vitia, ut imiteris. Deinde conſilio luxurietur. Non enim concedit hoc filius: ut, inquit, quare, ſi cœpiſti ſic emendare filium; cum mendaveris, non deſinis? [7] *Ceſtius pater*, patris, aiebat mulationem luxuriæ ſignificandam magis quam profiendam: Ita, inquit, adparebit illum ſimulaſſe, ſi etmnum ſimulat. ſi deſinit ſimulare, oſtendit, jam ſibi ihil prodeſſe ea conſilia, quaſi filius emendatus ſit. emenatum autem eſſe non conceſſit, & aſſidue dixit, nihil agis ſequi intervallum hoc luxuria. etiam vere interiſſa vitia vehementius ſurgere. *Latro* aperte putabat ſimula-

4 *Hic illam vocalem quæſtionem po-it*] Aptat vir doctus, quod alibi Seca: *ſententiæ vocales & ſplendidæ.* hoc , calceum capiti. Lege: *Hic illam ralem quæſtionem poſuit.* De conſuedine & more. *Gronovius.*

5 *Luxuria non poſſit*] Scribe: *&, ſi ſit aliquid præter dementiam objici pa-, luxuriam non poſſe.* Idem.

6 *An ſi ob hoc pater accuſari poteſt à o*] Nihil hæc differt quæſtio à prio-, prout hic concepta eſt. Scribe: *An b hoc pater accuſari poteſt, poſſit à tali o? hic vitiorum exprobratio.* In hac mirum quæſtione. Scriptus etiam *hic*, non *hæc*. Ut proxime: *hic de jure communi.* Ita enim legendum videtur pro illis: *hic de ſuo conſumit.* Fuiſſe autem hujuſmodi poſteriorem quæſtionem; ſatis probant illa: *etiam ſi ob hoc accuſari poteſt, etiam ſi à tali filio.* Niſi & illa refingenda: *Et jam, ſi ob hoc accuſari poteſt, etiam à tali filio*, &c. *Idem.*

7 *Ceſtius pater*] Unius Ceſtii tantum hoc toto opere fit mentio. non video cur patrem appellet, immo potius ex ſequenti effictum hoc vocabulum conjicio, ideoque delendum. *N. Faber.*

mulationem confitendam. Incipio, inquit, non tantum honeſtum ſenem, ſed prudentem defendere: ſi quod vitium videri poterat, efficio conſilium, quare potius ſignificet, quam dicat frugi eſſe. *Blandus* hac figura declamat filium, & pro abdicato reſpondit. *Ceſtius* aiebat, adoleſcentis partem diligentius colorandam: [8] facere illum rem non improbam: non ita patri remittere quod à patre ipſi remiſſum ſit. Itaque ſic narravit, ut ſuam quoque luxuriam imputaret patri. non ſeveram fuiſſe diſciplinam, non bene inſtitutæ domus legem, quæ poſſet adoleſcentis mores formare, & à vitiis ætatis abducere. Quodammodo, inquit, ad luxuriam à patre præmiſſus ſum. Unguento cani madent, & comiſſator ſenex nulli nimis luxurioſus, ſed parum ſanus videtur. Merito in adoleſcentibus non omnem luxuriam vindicant: cito deſinunt. Cum haberem luxuriæ iſtius exemplum, quæritis, quæ res mihi remedio fuerit? Ætas. Illa quæ faciebam, imputabat, me non diſcere. Hunc ſenſum ipſe *Ceſtius* ſano genere dixit. Flavium Alfium auditorem ſuum, qui eandem rem laſcivius dixerat, objurgavit. *Flavius* hoc modo dixit, [9] cum deſideria deſcripſiſſet,

8 *Facere illum rem non improbam*] Videnum delenda ſit negatio, & ſcribendum, *facere illum rem improbam, non id patri remittere*, aut, ſi quis malit, *non id patri permittere, quod à patre ipſi permiſſum ſit*. Nam ita legendum videtur, niſi forte *rem improbam* interpretemur pro *valde proba*, quo modo apud Virgilium *infracti Latini* lib. 12. dicuntur, & apud Jureconſultum *inaudire cauſam*. in L. Seneca lib. de beata vita, cap. 31. ad finem, quo loci legimus, *Nunc probemus quod prius diximus.* ſex veteres quos vidi codices habent, *Nunc improbemus quod diximus prius*. qui ſi mendo vacant, ut mihi tanto conſenſu facile perſuadeo, *improbare* hoc loco *magis*, vel, *omnino probare* ſignificabit. *Idem.* Delet negationem Faber, niſi *improbam* forte interpretemur probam valde: & ſcribit *permittere* & *permiſſum* pro *remittere* & *remiſſum*. Sed non percepit mentem Ceſtii. Is hunc colorem adhibuit à parte adoleſcentis, recte probeque illum facere, qui vitia patris ferre nolit tam turpi indulgentia, quam pater ſolitus ſit ferre vitia filii. An ideo quia pater prave indulſit filio, hunc viciſſim oportet diſſimulare luxuriam patris? Minime vero: etenim mallet ipſe filius, patrem tam diſſolutum in ſe educando non fuiſſe: itaque hac parte imitari illum, improbum putat, rectum vero ac probum, quamvis patrem, inhibere & coërcere. *Gronovius.*

9 *Cum deſideria deſcripſiſſet*] Immo *deſidiam*. Idem.

ſiſſet, paulatim ſe ad frugalitatem rediſſe, & odio ſibi vitium factum. Hoc fuit, inquit, quare deſinerem. Sentiebam, inquit, me ſenem fieri. *Ceſtius* hoc aiebat dulius quidem, [10] ſed corrupit & unam ſententiam. Incredibile eſt, inquit, cum juvenis ſit, ſenſiſſe ſe ſenem fieri: & voluiſſe videri tam diu luxuriatum, donec ſentiret ſe ſenem fieri. *Fuſcus Arellius* dixit: Non accuſaturus patrem, ſed me defenſurus ſum, ne aliena luxuria mea laudatio. Conſilio luxuriantem filium iſtum emendo. Supervacuum in narratione hunc colorem habuit: ubito furore collapſam patri mentem, meretricem dependentem collo ſenis, & paraſitorum circumfuſam regi turbam, & cum rivalibus rixas, & ebrietati nocturnæ dditum diem. Putavi initio & ego conſilium eſſe, non morbum. deſinet luxuriari: deſinet, inquam, ſi propter me cœpit. Permanet in juvenilibus vitiis: hoc turpius luxurioſus, quo diutius. Quid faciam? ſi ſuo more mendare patrem volo, luxuriandum eſt. *Silo Pompeius* tronum adoleſcenti dedit. quod non putabat in accuſaoris perſona Latro faciendum, ut aliquis per patronum ccuſaret patrem. *Rufus Vibius.* Feſtivum ſenem, qui in onorem filii ſui adoleſcentis ebrius ſit. In narratione oc uſus eſt colore: ſolutum patrem, jam mentem ejus bantem laudare cœpiſſe luxuriam. dicerem eſſe felicius, his, qui ſibi amare permitterent, neceſſarium, tanm habere, quantum acceperant: objurgarent interim, uaſi non commemorent. Ruſticum, inquit, juvenem! æmatura ſeveritas non eſt frugalitas, ſed triſtitia. Quid ſenex facies? non creditis hæc illum dixiſſe, qui dum ia etiam objurgare vult, luxuriatur? *Argentarius* hoc lore declamavit: Duo luxuriantur una in domo: alter

[10] *Sed corrupit & unam ſententiam*] c controverſia tota mendis & lacuſcatet: videtur tamen hic locus ſic itui poſſe, ſi ſcribamus: *ſed corrumpere bonam ſententiam.* Et paulo poſt, *Et voluiſſe videri tamdiu luxuriatum*, non *noluiſſe.* N. Faber.

ter juvenis, alter ſenex: alter filius, alter pater: uterque licenti cultu per publicum incedit. Alter vobis ait: Hoc conceſſum ætati. Utor, & juvenili lege fungor: id facio, quod pater meus fecit, cum juvenis eſſet. negabit? bona ergo ætate cœpit ſimul primum hoc tirocinium adoleſcentiæ, quaſi debitum ac ſolenne perſolvere. Revertar ad bonos mores qui qualem cauſam habeant, videritis. Faciant etiam, ſi non quod oportet fieri, at quod ſolet. Alter ait: Scio me novum civitatis miraculum, incedere luxurioſum ſenem: ſed hoc caſtigandi genus commovere viſum. Ut emendaret filium, ipſe peccare cœpit. at ſi avus viveret, nemo in domo luxurioſus non eſſet, tres luxurioſi fuiſſetis.

A parte Patris. [11] *Glycon Spiridion* dixit: [12] εἰ τὴν ἀρχὴν δαπανῶ, σὺ δ᾽ οὐ ἐρᾷς παύῃ; [13] *Agrotas Maſſilienſis* longe lividiorem ſententiam dixit, quam ceteri Græci declamatores, qui in hac controverſia tanquam rivales rogati ſunt. Dicebat autem Agrotas inculta, ut ſcires illum inter Græcos non fuiſſe, ſententiis fortibus, ut ſcires illum inter Romanos fuiſſe. Sententia quæ laudatur hæc fuit: ἐπὶ τῆς ἀσωτίας τούτῳ διαφωνοῦμεν. σὺ μὲν δαπανᾷς ἡδόμενος, ἐγὼ δὲ δωρούμενος. *Damos Scombrus:* σῆτε μὲν, ἣν ἐν δέοντι ἀνασωθῶσιν. *Diocles Caryſtius:* αἱ δ᾽ ἔξω φυεῖσαι σάρκες εἰς μηδὲν μεταβάλλονται. *Hermagoras* raras ſententias

11 *Glycon Syricon dixit*] Lege, *Glycon Spyridion.* N. Faber.

12 Εἰ τὴν ἀρχὴν δαπανῶ] *Si principatum decoquo*, vertit Schottus. Lege τὴν ὕπαρξιν. Gronovius.

13 *Agrotas Maſſilienſis longe lividiorem*] Sic etiam Eraſmus & ſcriptus. Quid eſt autem *livida ſententia*? Scribe omnino: *vividiorem*. Quas alibi dicit *excitatas*. Præfatione lib. 3. excerptor. *compoſitio aſpera & quæ vitaret compoſitionem ſententiæ vivæ*. Horatius, de arte: *& vivas hinc ducere voces*. Ubi ex ſcholio ſubſtituerunt, *veras*. Tacitus l. 13. *qui vividam & incorruptam eloquentiam tuendis civibus exercerent*. Mox haud dubie legendum: *qui in hac controverſia tanquam rivales nugati ſunt*. non *rogati*. Quaſi certarent, quis majores nugas blatteraret. Statim ſic diſtingue: *Dicebat autem Agrotas inculta, ut ſcires illum inter Græcos non fuiſſe; ſententiis fortibus, ut ſcires illum inter Romanos fuiſſe*. Oratio ejus non reſipiebat oleum & palæſtram, quæ à Græcis, ſed ipſa illa horrida & inculta verba & compoſitio ſenſus exprimebant fortes, qui Romanorum. *Idem.*

CON-

entias dicebat, ſed argutas, & quæ auditorem diligenem penitus afficerent, ſecurum & negligentem tranſcurerent. In hac controverſia dixit: ὦ τύχης δεινῆς! ταῦτα ἐπιτάττοντες, ἀλλήλοις ἐποιοῦμεν. *Barbarus* dixit vulgarem enſum ſatis vulgariter: Γνώσῃ, τέκνον, ὅτι νοῦς ἂν πτέβῃ ὶ, ἀναφύῃ. Elegantius hoc compoſuit *Hiſpo Romanus.* Plaet vobis frugalitas mea, quod patrimonium ſervo, quod cquiſivi, uxorem mature duxi, ſemper dilexi, quod ad mnem me tutum fabulam præſtiti. Illud affirmo, nihil ota vita frugalius feci. Rem ab omnibus dictam celeberrine *Syriacus Vallius* dixit: Fili, quando vis, deſinamus.

CONTROVERSIA XV.

Peregrinus negotiator.

Thema. *Quidam, cum haberet formoſam uxorem, peregre profectus eſt. in viciniam mulieris peregrinus mercator commigravit. ter illam appellavit de ſtupro, adjecit preces, negavit illa. deceſſit mercator: teſtamento omnibus bonis heredem eam reliquit, & adjecit elogion,* Quia pudicam comperi. *adit hereditatem; redit maritus, accuſat adulterii ex ſuſpicione.*

CONTRA UXOREM. *Porcii Latronis.* Quanquam eo prolapſi mores jam ſunt, ut nemo ad ſuſpicanda dulteria nimium credulus videri poſſit: tamen ego adeo onge ab eo vitio ſemper fui, ut etiam timeam, ne quis n me aut nimiam patientiam, aut nimium ſtuporem arguat, quod tam ſeram querelam detuli. Non accuſo adulcram, niſi divitem factam: ex ea domo ream protraho, n qua jam nihil meum eſt. cum ego tamdiu peregrinatus m, nullum periculum terra marique fugerim, plus iſta ntra unam viciniam, quam ego toto mari, quæſivit. Poſt antos impudicitiæ quæſtus, ſi tacere poſſum, confitendum abeo, hac me cauſa abfuiſſe, ut in acceſſione patrimonii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

peregrinando cum uxore certarem. Illud, Judices, mihi tormentum eſt, quod notata judicio veſtro, ut multiplicatam dotem perdat, plus tamen ex quæſtu habet, plus habitura eſt, quam quantum damnatæ perdendum eſt. Tantum in iſtam dives amator effudit, ut poſt pœnam quoque expediat fuiſſe adulteram. Quæ præceperim uxori proficiſcens, ſcio: cetera quemadmodum adoleſcens formoſus, dives, ignotus, in viciniam formoſæ, & abſentia viri nimium liberæ mulieris commigraverit, quemadmodum aſſidua ſocietate quotidianæ per diem noctemque libidinis exhauſtis viribus perierit, interrogate rumorem. Vos interrogo, Judices, quid officii mei fuerit. Poteram ego ſalvo pudore meo nihil de hereditate ſuſpicari, [1] in qua etiamnum auctor ab uxore dictus ſum? Veni, nihil aliud quam ut fortunam meam querar. nam cauſam melius vos noſtis. Tempus eſt, Judices, de uxore & marito credi, mulierem tam formoſam amari potuiſſe. Pudica forte ſic amari, ne ſolicitaretur, potuit. Neque eſt quod dicat: Non in meo iſtud arbitrio poſitum. Erratis vos, Judices, [2] ſi non maximum

CONTROV. XV. 1 *In qua etiamnum auctor*] Non potuit enim in poteſtate mariti conſtituta, niſi eo auctore hereditatem ſibi relictam cernere: ſed ea mariti auctoritas νόμυ χάριν, abſente marito, vel ignorante, interponebatur, ideoque ait ſe auctorem dictum, quia reipſa non fuit. N. *Faber*.

2 *Si non maritum*] Male hæc aliter in editione Romana, quæ nos ex veteribus editionibus reſtituimus. Vult autem dicere quod Ovidius eleg. 4. lib. 3 Amorum his verſibus expreſſit:

Quicquid ſervatur, cupimus magis: ipſaque furem
Cura vocat: pauci quod ſinit alter amant:
Nec facie placet ipſa ſua, ſed amore mariti:
Neſcio quid, quod te cœperit eſſe putant.

& quæ ſequuntur. *Idem*. Sententiam, quam fingit hic Faber, fatendum eſt bonam eſſe, ſi per ſe & extra hanc materiam ſpectetur. Sed hic & quæ præcedunt, & quæ ſequuntur, aliud exigunt. Mulier dicit, non potuiſſe impedire ſe, quo minus in ſe oculos conjiceret peregrinus. Maritus probare vult judicibus potuiſſe: matronam quippe pulcram eſſe poſſe ita, ut & ſit gravis, & ipſa comptus modeſtia, comitatu, vultu ſpem ſui præcidat illis etiam, quibus placuit. Contra & animum & ſtimulum tentandi mœchis addere maxime, quod ſperent poſſe corrumpi natura facilem & amabilem. Eam autem ſpem non præbere omnes ex eo conſtare, quod, hoc ſi foret, omnes amarentur & appellarentur, & quidem non ab uno tantum, ſed à populo quodam adulterorum. Nimirum optime Pal. adſcriptum: *ſi non maximum ad ſolicitandam*

ximum ad ſolicitandam matronam putatis irritamentum pem corrumpendi, quamvis facilem, quamvis amabilem exum. Si tantum in formoſa ſperari poteſt, quantum placere poteſt, omnes formoſæ in ſe univerſos populos converterent. Matrona [3] quæ ſe adverſus ſolicitantes aviam volet, rodeat in tantum ornata, ne immunda ſit: habeat comies ejus ætatis, qui impudicos, ſi nihil aliud, verecundia nnorum removeant: ferat jacentes in terram oculos: adverſus officioſum ſalutatorem inhumana potius quam inverecunda ſit: etiam in neceſſariam reſalutandi vicem multo ubore confuſa, longe ante impudicitiam neget ore, quam erbo. in hac ſervandæ integritatis cuſtodia nulla libido irumpet. Prodite mihi fronte in omne lenocinium compota, paulo obſcurius quam poſita veſte nudæ, exquiſito in mnes facetias ſermone, tantum non ultro blandientes, ut uiſquis viderit, non metuat accedere. Deinde miramini, , cum [4] tot argumentis pudicitiam proſcripſerit, cultu, ceſſu, facie, aliquis repertus eſt, qui incurreret, & reti dulteræ ſe non ſubduceret. Internuntium, puto ſolicitans ſe, arripi & denudari juſſit, flagella & verbera, & omne enus cruciatus popoſcit, in plagas deterrimi mancipii vix nbecillitatem muliebris manus continuit. Nemo ſic negantem iterum rogat. Quotiens, quod non una peregrinareris, queſta es? apud quem indignata es? Abunde in gumentum pudicitiæ profuturum putas, ſi ſtuprum tanum negaveris, quod plerumque etiam impudiciſſima, e uberioris præmii, de induſtria ſimulat. Quando de juria tua viro ſcripſiſti, & ne in occaſionem ſimilis injuriæ

m *matronam putatis irritamentum* m *corrumpendi*. Sed & in ſequente embro legendum aut *ſperari poſſet*, t *convertent*. Forte &, *univerſorum* ulos. Gronovius.

3 *Quæ ſe adverſus ſolicitantes aviam* let] Quis intelligit, *aviam adverſus* icitantes? Pal. ſcriptus, Eraſmus, Schotti, *laſcivia*: plerique etiam *ſolicitatos*. Sed hæc æque corrupta. Fortaſſe: *quæ ſe adverſus ſolicitantes ſalvam volet*. Livius, lib. I. *quid enim ſalvi eſt mulieri amiſſa pudicitia?* Vel etiam: *adverſus ſolicitatores tutam*. Idem.

4 *Tot argumentis pudicitiam proſcripſerit*] Lege, *proſcripſeritis*. Idem.

juriæ ſolitudo tua pateret, maturiorem reditum rogaſti? & quanto decentius contumeliam penetralium meorum uxoris epiſtola, quam teſtamento ſolicitatoris, cognoſcerem? Miſerrimus omnis ſeculi maritus, ſic contempta abſentia mea, etiam nunc injuriam meam neſcirem, ſi, qui fecerat, tacere voluiſſet. Totiens ſolicitantem in iſtam faciem qua placere poteras, convertiſti. Non omne ornamentum, veluti cauſam talis injuriæ, execrata es? Quod proximum eſt à promittente, rogata ſtuprum, tacet. Inſpicite adulteri cenſum [5] ex eo impune, ſi quod adulteris edidit, ſi eſt aliquid quod non erit. Quid ſingillatim omnia percenſeo? [6] quicquid ego non emi in mundo tibi miſer, ut maritus, cum omni cenſu meo inter munera adulteri lateo. *Sola mihi heres eſto.* Quid ita? habes, inquit. ſcripſit cauſas. quia cum ſemel appellaſſem, cum iterum, cum tertio, non corrupi. O nos nimium felices, & aureo, quod ajunt, ſeculo natos, ſi etiam qui impudicas quærunt, pudicas honorant! Omnium bonorum meorum, omnis pecuniæ meæ ſola heres eſto: quia corrumpi non potuit, quia tot ſolicitationibus expugnari non potuit, quia tam fideliter pudicitiam cuſtodivit. Tace pauliſper nomen auctoris: numquid non teſtamentum viri credetur? nullam eſſe in uxore ſuſpicatur infamiam inter mutuum ejus amorem, aut certe ita creditum. jam moriturus tabellas occupare. ſi vultis cum muneribus meis imponere, elogium ex teſtamento adulteri petendum eſt. *Sola heres eſto:* quamvis aliena, quamvis ignota: tantum quia pudica, quia incorrupta eſt. Quid? iſti tam cenſorio adultero non mater eſt? non ſoror? non propinqua? aut nulla earum pudica eſt? Idcirco, ſcilicet! cum tantis divitiis peregrinas urbes in honorem pudicitiæ incognitæ perambulabat. Illic ubi natus eſt, nulla pudica erat.

5 *Ex eo impune*] Videtur: *& meo componite.* Gronovius.

6 *Quicquid ego non emi*] Vividius erit: *Quid ego non emi in mundo tibi miſer? At maritus cum omni cenſu meo inter munera adulteri lateo.* Idem.

7 *Quod*

rat. at illic ubi negotiatus, quia nulla non proſtituta rat, vacuo teſtamento pudica heres per errorem quæſita ſt. Ego adulteram arguo, quam in matrimonium receii, qui communeis ex illa liberos precatus ſum, qui puicam libentiſſime crederem. Adeone jam ad omnem paentiam ſeculi mos abiit, ut adverſus querimoniam viri xor alieno teſte defendatur? At hercules adverſus exterorum quidem opiniones ſpecioſiſſimum patrocinium erat: *go viro placeo.* At ego, ſi hunc morem inſcribendi reſpiitis, in conſpectu veſtro ita ſcribam: *Uxor mea heres ſto; quod peregrinante me adamata eſt, quod heres ab adoleſcente alieno ac libidinoſo relicta eſt, quod tam infamem hereitatem adiit.* A duobus vos teſtamentis in conſilium mito. utrum ſecuturi eſtis? 7 quo ab adultero abſolvitur, an uo damnatur à viro? Magnus pudicitiæ fructus eſt, puicam credi, & adverſus omnes illecebras atque omnia elinimenta muliebris ingenii, eſt veluti ſolum ac firmaentum in nullam incidiſſe fabulam. novos fortaſſe, non n omnium æſtimationem occurrere. & horrenda multa, leinde ac varia daturus experimenta. fœmina quæ danum pudicitiæ * qui vis eſt, atque curandus eſt, eſſe ac ideri pudicam.

Cetera deſunt. Quæ ſequuntur, ſumpta ſunt ex Epitome.

Muliebrium vitiorum fundamentum avaritia eſt. Quæ oteſt non timere opinionem adulteri, poteſt non timee adulterium. Ex omni rupe conchylium trahitur, quo eſtis cruentetur. Infelices ancillarum greges laborant, ut dultera tenui veſte perſpicua ſit, & nihil in corpore uxois ſuæ plus maritus, quam quilibet alienus peregrinuſque agnoverit. Fruſtra æſtimabo eſſe indicia, ſi tantum qui

7 *Quod adultero abſolvitur*] Mallem, *quo ab adultero abſolvitur, an quo damnatur?* N. Faber.

qui rogat, comperit pudicam. Omnes te impudicam loquuntur, pudicam tantum unus, & peregrinus. Cui plus laudator quam accuſator nocet. Uxorem meam nuſquam audivi pudicam, niſi in adulteri elogio. Dejice in terram oculos, & aures tuas externorum vocibus claude. Sibi quiſque pro te neget. Pudicam ille dixit, ego impudicam. Puto, plus creditis civi, quam peregrino: marito, quam adultero. Ipſum elogium corruptoris animo ſcripſit. *Quia pudicam*, inquit, *comperi.* quod nulli præter me contigit. *Pars altera.* Formoſa eſt: hoc natura peccavit. Sine viro fuit: hoc maritus peccavit. Appellata eſt: hoc alius peccavit. Negavit: hoc pudice. Heres relicta eſt: hoc feliciter. Hereditatem adiit: hoc conſulto fecit.

L I-

LIBER SEPTIMUS,

qui vulgo TERTIUS.

Seneca, Novato, Senecæ, Melæ, filiis.

INSTATIS mihi quotidie [1] de Albutio: non ultra vos differam, quamvis non audierim frequenter, cum per totum annum quinquies ſexieſve populo diceret, ad ſecretas exercitationes non multi irrumperent, quos tamen gratiæ ſuæ pœnitebat. Alius erat cum turbæ ſe committebat: alius cum paucitatem contempſerat. Incipiebat enim ſedens, &, ſi quando illum produxerat calor, exſurgere audebat. Illa intempestiva in declamationibus ejus philoſophia ſine modo tunc, et ſine fine evagabatur: raro totam controverſiam implebat: Non poſſes dicere diviſionem eſſe, non poſſes declamationem. tanquam declamationi multum deerat, tanquam diviſioni multum ſupererat. Cum populo diceret, omnes vires ſuas advocabat, & ideo non deſinebat. [2] Sæpe declamante illo ter buccinavit, dum cupit in omni controverſia

DE *Albutio*] C. Albutii Sili vita extat à Suetonio deſcripta ɔ. de claris Rhetoribus, à quo penda eſt. B. Hieronymus in Chron. lonem vocat, vereor ne corrupte, nem claruiſſe anno imperii Augu. 32 ſcribit. Rhetorica etiam quæm compoſuit, quæ reprehendit uinctilianus, cap. 16. lib. 2. & c. 3. 8. lib. 3. addito tamen elogio, quo m non obſcurum profeſſorem, & ctorem dicit. Porro per *c* ſcribendum eſt Albucii nomen, non per *t*, ut hic ſcribitur, & vulgo apud auctores. id autem probant lapides & Albucillæ nomen apud Tacitum. Idem de Porcio, Vinicio, & ceteris ejuſmodi cenſendum eſt. N. *Faber.*

2 *Sæpe declamante illo ter buccinavit*] Quod fiebat appetente nocte. Tragœdia Thyeſtes:

Nondum in noctem vergente die
Tertia miſit buccina ſignum.

Quomodo etiam intelligo locum Livii

verſia dicere, non quidquid debet dici, ſed quidquid poteſt. Argumentabatur moleſte magis quam ſubtiliter; [3] argumenta enim argumentis colligebat: & quaſi nihil eſſet ſatis firmum, omnes probationes probationibus aliis confirmabat. Erat & illud in argumentatione vitium, quod quæſtionem, non tanquam partem controverſiæ, ſed tanquam controverſiam, implebat. Omnis quæſtio ſuam probationem habebat, ſuam exſecutionem, ſuos exceſſus, ſuas indignationes, epilogum quoque ſuum. [4] Ita unam controverſiam proponebat, plures dicebat. Quid igitur? omnis quæſtio per numeros ſuos implenda non eſt? Eſt quidem, ſed tanquam acceſſio, non tanquam ſumma. Nullum habile membrum eſt, ſi corpori par eſt. Splendor orationis, quantus neſcio an in ullo alio fuerit. Non lexis magna, ſed phraſis. Dicebat etiam citato & effuſo curſu, ſed præparato. Extemporalis illi facultas, ut affirmabant qui propius

vii lib. 26. *Dimittens*, inquit, *Pratorium, tribunis militum, ac præfectis ſociorum imperavit, uti duobus milibus equitum denuntiarent, ut ad tertiam buccinam præſto eſſent.* quæ malo ad diei tempeſtatem referre, quam ad ſignum militare. Sequitur enim, *cum hoc equitatu nocte Teanum profectus.* N. Faber.

3 *Argumenta enim argumentis*] Mss. tres auctius: *Argumentabatur moleſte magis quam ſubtiliter: argumenta enim.* Quæ genuina auctoris eſſe, neque abeſſe debere, quivis videt. Moleſtum eſt auditori, orantem in nullo argumento quantumvis aperto & manifeſto acquieſcere: videtur enim diffidere ingenio aut prudentiæ ejus, tanquam niſi nova ratione conſtrictus aut nolit aut neſciat adſentiri. Interitque exſpectatio dicendorum, quæ maxime attentionem parit, cum pronuntiata rē per ſe probabili ſubinde ſubjiciuntur, quæ nulla neceſſitas requirebat. Præterea omnes argumentationes facile faſtidium pariunt. Præfatione l. 5. *Qui declamationem parat, argumentationes, quia moleſta ſunt & minimum habent floris, relinquit: ſententiis explicationibuſque audientes delinire contentus eſt.* Itaque dum ſubtilis & accuratus eſſe cupiit Albutius, dum nimia ſolicitudine acervos probationum ſtruxit; moleſtus ac putidus magis viſus eſt, quam ſubtilis. Editio, quæ, in omnia utriuſque Senecæ proſa oratione ſcripta, Schotti curam neſcio quam fideliter promittit, exhibet: *argumenta cum argumentis:* à manu alicujus offenſi τοῦ *enim.* Sed hoc referebatur ad illud, quod jam adjecimus. Perperam autem vir doctus, *colligabat.* Controverſ. 32. *Ego ſanitatis meæ, ſi potuero, argumenta colligam.* Gronovius.

4 *In unam controverſiam proponebat*] Veteres quidam, in quibus optimus, habent, *Ita in unam controverſiam proponebat plures dicebat excuſationem ſuam. Quid igitur?* quam tamen lectionem non video cur editæ præferam. Quatenus autem dicendum ſit, vide elegantem Plinii Junioris ad Tacitum Epiſtolam lib. epiſt. 1. N. *Faber.*

5 *In-*

ropius norant, non deerat, ſed putabatur ipſe ſibi deſſe. ententiæ, quas optime Pollio Aſinius albas vocabat, ſimices, apertæ, nihil occultum, nihil inſperatum afferentes, d vocales & ſplendidæ. Affectus efficaciter movit, figubat egregie, præparabat ſuſpicioſe. Nihil eſt autem tam imicum, quam manifeſta præparatio. Apparet enim beſſe neſcio quid mali. ideoque moderatio eſt adhiben, ut illa ſit præparatio, non confeſſio. Locum beate imebat. Non poſſes de inopia ſermonis Latini queri cum ilm audires: tantum orationis cultæ fluebat. Numquam torſit quomodo diceret. Sufficiebat enim illi in quantum bluerat, explicandi vis. Itaque ipſe dicere ſolebat, cum ellet oſtendere, non hæſitare ſe in electione verborum: um rem animus occupavit, verba ambiunt. [5] Inæqualitem in illo mirari libebat. Splendidiſſimus erat. idem res icebat omnium ſordidiſſimas, *acetum,* & [6] *puleium, & laterus, philerotem, ſpongias:* nihil putabat eſſe, quod dici in deamatione non poſſet. Erat autem illa cauſa: timebat, ne holaſticus videretur. Dum alterum vitium devitabat, indebat in alterum: nec videbat, nimium orationis ſplenorem his admixtis ſordibus non defendi, ſed inquinari: & oc æque omnium eſt, ut vitia ſua excuſare malint, quam ffugere. Albutius enim non, quomodo non eſſet ſcholaſticus,

5 *Inæqualitatem in illo mirari libebat*] etonius in ejus vita: *Sed ex eo clas propria auditoria inſtituit, ſolitus proſita controverſia ſedens incipere, & cae demum provectus conſurgere & perare. declamavit autem genere vario mo ſplendide atque ornate, tum ne uſqueaque ſcholaſticus exiſtimaretur; circumſe & ſordide, & tantum non trivialibus erbis.* Ita enim partim veteres libri artim rei veritas legendum eſſe hunc cum comprobant. N. *Faber.*

6 *Puleium & laternas philerotem. ſpon-as*] Plerique libri: *puleium, damam, ilerotem, laternas, ſpongias.* Quod proat Turnebus, applicatque Horatii: *Viſne tegam ſpurco Damæ latus?* Schottus vel notum animal, vel liberti aut ſervi nomen intelligit: quod & de *Philerotis* vocabulo cenſet: etſi Antonius Auguſtinus, *pilam, rotam.* In membranaceo Voſſii erat, *dainnam.* Itaque ſuſpicor: *puleium, latrinam, pæderotem, laternas, ſpongias. Pæderos,* acanthi genus apud Plinium & εἶδος μύρα Heſychio, quo Demetrium Poliorceten Ælianus, Phalerea Athenæus faciem leviſſe, & pallidas meretrices fucaſſe genas Alexis apud Athenæum teſtantur: unde color *pæderotinus* & *oxypæderotinus.* De quo monuit Th. Rheinſſius, vir ampliſſimus. *Gronov.*

7 *Magno*

ſticus, quærebat, ſed quomodo non videretur. Nihil detrahebat ex ſupervacuo ſtrepitu. Hæc ſordida verba ad patrocinium aliorum afferebat. Hoc illi accidit inconſtantia judicii. Quem proxime dicentem commode audierat, imitari volebat. Memini omnibus illum rebus omiſſis apud Fabianum philoſophum tanto juniorem quam ipſe erat, cum codicibus ſedere. Memini admiratione Hermagoræ ſtupentem, ad imitationem ejus ardeſcere. nulla fiducia ingenii ſui, & ideo aſſidua mutatio. Itaque dum genera dicendi transfert, & modo exilis eſſe vult, nudiſque rebus hærere, modo horridus, & valens potius quam cultus, modo brevis & concinnus, modo nimis ſe attollit, modo nimis deprimit, ingenio ſuo illuſit, & longe deterius ſenex dixit. Nihil enim ad profectum ætas ei proderat, cum ſemper ſtudium ejus eſſet novum. Idiotiſmus eſt inter oratorias virtutes, res quæ raro procedit. [7] Magno enim temperamento opus eſt, & occaſione quadam. Hac virtute varie uſus eſt. Sæpe illi bene ceſſit, ſæpe decidit. nec tamen mirum eſt, ſi difficulter apprehenditur vitio tam vicina virtus. Hoc nemo præſtitit unquam Gallione noſtro decentius. Jam adoleſcentulus cum declamaret apte, & convenienter, & decenter, hoc genere utebatur. Quod eo magis mirabar, quia tenera ætas refugit omne, non tantum quod ſordidum, ſed & quod ſordido ſimile eſt. Raro Albutio reſpondebat fortuna, ſemper opinio: quamvis pœnituiſſet, audire libebat. Triſtis, ſolicitus declamator, & qui de dictione ſua timeret, etiam cum dixiſſet. Uſque eo nullum tempus ſecurum erat. hæc illum ſolicitudo fugavit è foro,

7 *Magno enim temperamento opus eſt*] Vulgaris artificis non eſt, quæ per ſe vilia ſunt, & ſordent, tam apte diſponere, ut cultui & ornamento ſint. hoc idiotiſmus præſtat, cum orator vulgaribus verbis & ſordidis adeo prudenter utitur, ut in hæc non incidiſſe, ſed ut neceſſaria adſciviſſe videatur. Exempla exſtant apud Quinctilianum cap. 3. lib. 8. à Cicerone, aliiſque auctoribus petita, quibus ipſam verborum humilitatem vim rebus aliquando adferre probat. Et Longinus, περὶ ὕψους, ἐστιν, inquit, ὁ ἰδιωτισμὸς ἐνίοτε τοῦ κόσμου παραπολὺ ἐμφανιστικώτερον. ἐπιγινώσκεται γὰρ αὐτόθεν ἐκ τοῦ κοινοῦ βίου. τὸ δὲ συνήθης ἤδη πιστότερον. N. Faber.

8 *Juris-*

foro, & tantum unius figuræ crudelis eventus. Nam in uodam judicio centumvirali, cum diceretur [8] jurisjurandi conditio aliquando facta ab adverſario, induxit ejuſmodi figuram, qua illi [9] omnia crimina regereret. Placet, inuit, tibi rem jurejurando tranſigi? jura, [10] ſed ego jusjundum dabo. Jura per patris cineres, qui inconditi ſunt. ura per patris memoriam. Et executus eſt locum. quo rfecto ſurrexit [11] L. Arruntius ex diverſo & ait: Accimus conditionem: jurabit. Clamabat Albutius: Non tuli conditionem, ſchema dixi. Arruntius inſtabat. Centumviri

8 *Jurisjurandi conditio aliquando fa- ab adverſario*] Quam bene dicatur *ere conditionem*, haud certo ſcio; ſed quentiſſimum eſſe ſcio *ferre*. Plau- Menæchmis: *Apud ædiles pro ejus tis plurimis peſſimiſque dixi cauſſam: ditiones tetuli tortas, confragoſas.* Cæs ad Ciceronem: *ſi exiſtimas eandem ionem fore Cæſaris in dimittendis adverſiis & conditionibus ferendis, erras.* Annius apud Ciceronem, Philipp. 13. *me præcipitem egerunt æquiſſimas conones ferentem.* Livius lib. 27. *Enimo indignum ratus Philippus, victos viri ſibi ultro conditiones ferre.* Et lib. 37. *æ conditiones eis latæ ſunt.* Ergo & hic e: *jurisjurandi conditio aliquando la-* Sic & infra malim cum Eraſmo & obus Pall. *non tuli conditionem.* Gronvius.

9 *Omnia crimina retegeret*] Magnam ciem habet, quod nonnulli libri, *garet*. Alii *detegeret*, quod Schot- verum putat eſſe. Mihi vero, quod membranaceis duobus inveni, *regeet*. Idque video de conjectura etiam tituiſſe Juretum. Sic apud Plautum, udolo: *Ingere mala multa.* Plinius, 6. epiſt. 22. *Enumeravit crimina a manifeſtaque. Ille cum diluere non et, regeſſit.* Quod ſequitur, particuluctius præbet chartaceus: *Et pla-, inquit, tibi rem jurejurando tranſigi?* ganter, uti jam ſuperius in alio dim eſt. *Idem.*

10 *Sed ego jusjurandum dabo*] *Dat jusjurandum* ipſe qui jurat: non præſcribit alteri. Forte: *Jura, ſed ego jusjurandum dictabo.* Idem.

11 *L. Aruntius ex diverſo ait*] Emenda *Arruntius* per duplex *rr*, quemadmodum faſti & auctores Græci ſcribunt: Is eſt ſenator, & conſularis frequenter Tacito ſub imperio Tiberii dictus, quem divitem, promptumque artibus egregiis, & pari fama publice Auguſtus dignum imperio, & auſurum, ſi caſus daretur, judicavit: cujus etiam ſanctiſſimas artes alibi vocat idem auctor, interque eos recenſet Suilius qui incorrupta vita & facundia ad ſumma pervenerunt. Clarior tamen morte bene uſus evaſit, quam vide apud eundem Tacitum lib. 6. In quo fortaſſe etiam lib. 2. in Piſonis judicio, *T. Arruntius* inter patronos à Piſone petitos pro *L.* male ſcribitur. Nam T. Arruntii oratoris nulla mentio exſtat; & excellentem oportet fuiſſe patronum, quem ante Aſinium Gallum & Marcellum Æſerninum, vel Piſo petiit, vel Tacitus nominavit. Celebrem autem fuiſſe hanc Albucii fabulam in ſcholis, Quinctilianus auctor eſt c. 2. lib. 9. N. *Faber.* Non ſaniora his ait Schottus ea, quæ in Epitoma habentur. Credo: ſed lege cum duobus noſtris: *quo perfecto ſurrexit L. Arruntius ex diverſo, & ait: accipimus conditionem; jurabit.* Gronov.

12 Nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

tumviri rebus jam ultimis ſe parabant. Albutius clamabat: iſta ratione ſchemata de rerum natura tolluntur. Arruntius aiebat: Tollantur, poterimus ſine illis vivere. Summa rei hæc fuit. Centumviri dixerunt, dare ipſos ſecundum adverſarium Albutii, ſi juraret ille. Juravit. Albutius non tulit hanc contumeliam, ſed iratus calumniam ſibi impoſuit: nunquam enim amplius in foro dixit, homo ſummæ probitatis, qui nec facere injuriam, nec pati ſciret. Et ſolebat dicere: Quid habeo quare in foro dicam, quum plures me domi audiant, quam quemquam in foro? Cum volo, dico quamdiu volo, aſſum utri volo. Et quamvis non fateretur, hoc delectabat illum in declamationibus, quod ſchemata ſine periculo dicebantur, [12] nec in ſcholaſticis tamen effugere contumelias poterat Ceſtii, mordaciſſimi hominis. Cum in quadam controverſia dixiſſet Albutius; Quare, calix, ſi cecidit, frangitur: ſpongia, ſi cecidit, non frangitur? aiebat Ceſtius: Ite ad illum cras: declamabit vobis, quare turdi volent, cucurbitæ non volent. Cum dixiſſet Albutius in illo, qui fratrem parricidii damnatum exarmata nave dimiſit, Impoſuit fratrem in culleum ligneum. Ceſtius eandem dicturus, ſic expoſuit controverſiam. Quidam fratrem domi à patre damnatum, noverca accuſante, cum accepiſſet ad ſupplicium, impoſuit in culleum ligneum, ut perveniret, neſcio quo terrarum. Ingens riſus omnium ſecutus eſt. Sed nec ipſi bene ceſſit declamatio. paucas enim res bene dixit. ſed cum à ſcholaſticis non laudaretur; Nemo, inquit, imponit hos in culleum ligneum, ut perveniant, neſcio quo terrarum, ubi calices franguntur ſi ceciderint, ſpongiæ non franguntur. Video quid velitis: ſententias potius audire, quam jocos. fiat. Audite ſententias in hac ipſa controverſia dictas.

CON-

12 *Nec tamen in ſcholis effugere*] Eraſmus omneſque Gruteri cum membranaceis Voſſii & Hugenii: *Nec in ſcholaſticis tamen:* id quod neminem advertit, cum ſit veriſſimum. Perinde ac ſi dixiſſet, in controverſiis hiſce luſoriis, in declamationibus. Vide quæ ad Controv. 11. diximus. *Gronovius.*

CON-

CONTROVERSIA XVI.

Ab archipirata filio dimiſſus.

hema. *Mortua quidam uxore, ex qua duos filios habebat, duxit aliam. Alterum ex adoleſcentibus domi parricidii damnatum* [1] *tradidit fratri puniendum: ille exarmato navigio impoſuit. Delatus adoleſcens ad piratas, archipirata factus eſt. Poſtea pater peregre profectus, captus eſt ab eo: & remiſſus in patriam, abdicat illum.*

ONTRA PATREM. *Albutii Sili.* De fratre nec judicare audeo, nec loqui. Uno nomine gratias ago, & tulor, quod patrem ſervare potuit mori juſſus. Tanta npeſtate confuſus, neque æſtimare quicquam, neque picere potui. [2] Plura tibi crimina, pater, fortuna torente, quam quæ videris ipſe noſſe, indicabo. ſolutum hi fratrem tradideris, an alligatum, neſcio. quantum meum ſtuporem attinet, etiam fugere potuit. nec ſatis mmineram, tale miniſterium mihi pater, an noverca, ndaſſet. miniſterium, an pœnam eſſe voluiſſet. vindim parricidii, an parricidium. Inſui fratrem culleo ju? non poſſum, pater. Non ignoſcis. an non credis? contendo nec te quidem poſſe. Si quis tibi dixiſſet tynus: Veni, tuis manibus filium inſue: in hoc opere es oculis tuis, potes manibus uti? potes audire incluſi gemitum? Si potes: timeo ne innocentem damnave- Si non potes: quid frater in fratrem non poſſit, pam teſtem dedi. Quid accuſas, quod impunitatem fratri derim? [3] in quo facto conſilium meum victum eſt? à me

ONTROV. XVI. 1 *Tradidit puniendum*] Ms. *emergendum*. Scri*mergendum*. nempe inſutum cul- *Gronovius.*

Plura timui] Sic veteres editio- quod levi mutatione corrigi, & m. III. emendari poteſt: *Plura tibi crimina pater.* N. Faber.

3 *In quo facto conſilium meum victum eſt?*] Hoc omni ſenſu caret. Eraſmus & Pal. *ſit*, ſine interrogatione, inquit Gruterus. Lege: *Quid accuſas, quod impu-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

me frater ut viveret, non impetravit: ut fugeret, non impetravit. Nihil aliud impetravit, quàm ut aliter quam in culleo moreretur. Cauſam malam habeo, [4] ut inter fratres. Ubi ſpes? in gubernaculo nulla eſt. in remigio? ne hoc quidem. in comite? nemo repertus eſt naufragii comes. in velo? in arte? omnia pene inſtrumenta circumciſa ſunt. Adminiculum in ſpe nullum eſt. patri ſum excuſandus, an fratri? de filio tuo hoc reſpondeo, quandiu [5] in patrio ſolo morari licet, civis eſt: projectus in mare quicquid poſt exilium, vel facit, vel patitur, ab omni fœdere vitæ communis abſtractus, [6] pœnarum ejus pars non eſt, nequitiæ opus eſt. ſed aliis querentibus, te ipſum teſtem dabo, non eſſe piratam. Ego illi terræ, ego lucis conſpectum, ego etiam mortis humanæ facultatem abſtuli. Fortuna ipſa, quæ miſerta ejus eſt, nihil tamen illi præter mare reliquit. Moriendum eſt mihi. pater juſſit. neque ego te deprecor, ne moriar, nec tibi licet non facere quod juſſus es. Inter patrem iratum & fratrem moriturum, arbitrium

impunitatem fratri dederim, cum fato conſilium meum victum ſit? Nam & Voſſianus *ſit*. Non ego in cauſſa, quod evaſit: quantum ad me, perierat; fato ſervatus eſt. *Gronovius.*

4 *Ut inter fratres*] Fortaſſe rectius, *vel inter fratres*, aut potius, *vel inter patres*: id eſt, vel à patribus, quorum intereſt & filios obſequentes eſſe, ut nimis hac in re obſequens, & in fratrem crudelis condemnabor. N. *Faber.*

5 *In patrio ſolo morari*] Vulgo hæc habetur lectio, quam edendam curavimus: veteres tamen editiones *quamdiu in primo ſolo morari*, repræſentant. *Idem.*

6 *Pœnarum ejus pars non eſt*] Immo vero pœnarum pars eſſe videtur, ut qui naufragus & exul ſit, cogatur etiam piraticam facere: quare vide ne delenda ſit negatio. Sic Faber. At Gruterus: Sic & Palſ. mss. itaque nihil hic mutaverim. Nam ſuſpicor longe aliud quid latere, quam putat vir doctiſſimus. de quo alias. Quicquid illud fuit, non potuit non falſum eſſe, quum mentem declamatoris unice penetraverit Faber. Sed negatio tranſponenda eſt hoc modo: *pœnarum ejus pars eſt, non nequitiæ opus eſt.* Magnam invidiam damnato faciebat pater eo, quod eſſet pirata: ex hoc argumentabatur & parricidam eſſe potuiſſe, juſteque damnatum eſſe. Eam invidiam hac reſponſione alter filius tollit, indicans, quod mare quæſtui habeat, non eſſe notam patefacti prioris animi pravi, ſed triſtiſſimam & pœnalem neceſſitatem. Alterum habes in parte patris: *Nega tu parricidam fuiſſe, quem ſcis eſſe piratam.* Alterum & in diviſione Latronis: *Et adjecit, hoc die illum pœnas dare inter barbaros incluſum, per quos neceſſe eſt illi prædari, patrem capere.* Ubi forte legendum: *hodieque illum.* Gronovius.

7 Li-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

trium pietati tuæ neceſſarium ſuſcipe. Sanguinem meum tri refer, culleum mihi remitte: volo mori, ſed pura anu tua: hoc tuæ pietatis munus ad inferos perferam, icuiſſe mihi per fratrem aliter quam parricidæ mori. *Aſinii llionis.* Æquas mihi præbete aures; dabo vobis etiam danatum abſolvendum. Vivit, inquit, frater. non credo. rvavit, inquit, me. feciſti ut crederem. Hæc eſt ſumma rum geſtarum. In ea domo, in qua tam facile parriciium creditum eſt, ego fratrem occidere non potui, frater trem. Quid mihi cum iſta tabula? ſemel mori volo. . *Haterii.* Emicabant denſis undique nubibus fulmina, terribili fragore horridæ tempeſtates abſconderant diem, ibres undique, & omnia procellis ſævientia. Expectat, quit, parricidam mare, intumuerat ſubitis tempeſtatibus are, juſtis quoque navigiis horrendum. Fateor, fateor, ixi. fratrem tibi, ſi innocens eſt, fortuna, commendo. ragmentum infelix, & jam navigaturis omen: quod ſi uis gubernator vidiſſet, iter ſuum diſtuliſſet. Naufragus è ore emittitur. *Marcelli Eſernini.* [8] Habes, inquam, frater, innocens es, navigium: ſi nocens, culleum. non potui cere parricidium, & (quam facile erramus homines!) ctum putavi. deliberabam, an parerem patri. [9] Frater, quit, tu primus in domo parricidium facies. [10] Invenire, etiam

7 *Licuiſſe mihi per fratrem aliter quam ricidæ mori*] Hæc verba neſcio quis gulis tanquam aliena circumicrit. At cauſſa nulla eſt, cum optime oximis cohæreant. Deprecatur enim lleum, & mori quidem non recu- damnatus à patre, ſed mori ut parida, cujus criminis ſe conſcium nebat. Atque hoc ipſum eſt ſenſu, quod ferius Albutio tribuitur: *Hoc unum hi præſta beneficium, ſine me non tanam parricidam mori.* Nam recte neionem addit Faber. Neque obſtat iarii: *Inſue me culleo, certe ſentiam tria, non videbo:* & Muſæ: *Impoſui ltum recuſantem, & inſui culleo poſtulantem:* nam hi alium colorem induxerunt. *Gronovius.*

8 *Habes, inquam frater, ſi innocens es*] Andromacha in Troade Tragœdia:

—— *fata ſi miſeros juvant,*
Habes ſalutem: fata ſi vitam negant,
Habes ſepulchrum. N. Faber.

9 *Frater, inquit, tu primus*] Miſere acceptus erat hic locus, cujus partem ex Epitome reſtituimus. Quæ reſtant autem corrupta, fortaſſe levius ſe habebunt, ſi legamus: *inveni relictum etiam à naufragis navigium.* Idem.

10 *Invenire etiam locum à naufragiis*] Lege: *Inveni relictum etiam à naufragis navigium.* Gronovius.

etiam locum à naufragiis, navigium. *Argentarii.* Quod juſſeras, factum eſt: periit frater. Vivit, inquit, & me dimiſit. Bono argumento probatur vivere. Utraſque ad cælum manus ſuſtulit. Si nihil unquam impie cogitavi, ſi patrem meum etiam damnatus diligo, dii immortales, rerum judices, adeſte. ſi aliter ſentiret, infelicia ſibi imprecatus eſt maria. ſic navem ſuam rexit. *Blandi.* Jacebat in litore navigium: quod etiam integrum infeliciter vexerat. Credam parricidam, ſi tibi proficiſcenti navigium ſuum reddidit. Subito mihi ferrum non ſentienti cum animo pariter excidit; torpent manus, &, neſcio qua perturbatione, tenebræ ſtupentibus offunduntur oculis. intellexi quam difficile eſſet, parricidium facere, etiam quod imperaſſet pater. Ita mihi, quæ ſola miſeros in domo noſtra reſpicis, fortuna, ſuccurras: ita mihi contingat, aut honeſte vivere, aut mori: ita ex domo noſtra ego ſim ultimus reus, ut iſte jurabat, meliorem ſe novercam habuiſſe, quam fratrem. *Cornelii Hiſpani.* Fateor, volui occidere: ſed tunc intellexi, quam difficile eſſet parricidium. Ego, inquit, occidere patrem nolui: ne nunc quidem poſſum. [11] Pater noſter navigavit ſereno die, tranquillo mari, auſpicato itinere, integra navi. Quid hoc eſt? navigavit damnatus felicius, quam qui damnaverat. Vade, inquit, patrem te habere mihi non licuit: habebo patronum, revertere. Magnum pietatis argumentum, filio carus pater, etiam poſt ſupplicium. Utrum vobis videtur, innocentiam apud piratas didiciſſe, an ne apud piratas quidem perdidiſſe? *Arellii Fuſci patris.* Potuit patrem occidere: &, [12] quem teſtem timebat, abdicatus à patre? Quo me conferam? in mare? non poſſum:

11 *Pater noſter navigavit*] Epit. *Profectus pater ſereno die.* N. Faber.

12 *Quem teſtem timebat abdicatus à patre*] Mirum ſic omnes ſervare codices, cum ſit evidens diſtingui debere, *quem teſtem timebat?* nempe cum tenebat captivum inter piratas. Sequitur alia ſententia, nihil cum priore habens commune: *Abdicatus à patre, quo me conferam? in mare? non poſſum: non natos habeo piratas.* Scilicet qui me captum ſervent, ut te ſervavit captum tuus. Sic poſſet acute legi pro *iratos.* Gronovius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

pſſum : iratos habeo piratas. Cum traditus eſt mihi fra-
r, intemperatumque ut ſumerem ſupplicium, ſi qua eſt
les, tentari me putavi, an poſſem parricidium facere. *Por-
Latronis.* Perieras, pater, niſi in parricidam incidiſſes.
tarii. In naufragio navigabat: parum eſt quod non oc-
lit patrem, imo etiam integra navi dimiſit patrem * re-
utis compagibus, infelix omen navigationis. Inſue me
lleo: certe ſentiam maria, non ea videbo. Sciſſa quoque
la fecerant ſinus, & armatas claſſes naufraga præceſſerat
is: ſcires navigare qui ſervaturus eſſet patrem. Et jam
rata dicitur: iterum falſo crimine male audit. *Ceſtii Pii.*
at navigium, immo fuerat: ſed adhuc crudelis & perti-
x noverca, poſt omnia devicta nihilominus ſævit. maria
n quieſcunt, prædones jam miſerentur, irati jam parcunt.
amus præter ſepulcrum matris, ille mortem timens, ego
lus, expecta, vide an fortuna nobis objiciat ſcelus. Ja-
bat navigium pervetus, & attritum ſalo, vix unius capax
imæ. Veni ad vos, victoriam pulcram petiturus, ut pro-
m me parricidam. Non occidiſti, inquit, fratrem, nover-
. [13] audivi jucundiſſimam vocem: fateor me parricidam,
cidi fratrem: tutus ſum, pater, ſi hoc probetur? impo-
in exarmatam navem: non eſt occidere? Novercæ qui-
m nunquam ſatis privignus occiditur. Multas rerum na-
ra mortis vias aperuit, & multis itineribus fata decurrunt:
hæc eſt conditio miſerrima humani generis, quod naſci-
ur uno modo, multis morimur: laqueus, gladius, præ-
ps locus, venenum, naufragium, mille aliæ mortes inſi-
ntur huic miſerrimæ animæ: [14] & hoc occidere voca-
r, ſed diutius: Si quis nunc ſtat in turba, [15] & hoc di-
: Huic quiſquam parcat, qui fratrem ſuum occidit, &
cidiſſe ſe probat? Componis in domo par, ut alter ſce-
lere

13 *Audivi jucundiſſimam vocem*] Le-
: *Audi.* Gronovius.
14 *Et hoc occidere vocatur*] Senſus
t: *& hoc quod vivere vocatur, occide-
re eſt, ſed diutius.* Hunc locum tractat
non ſemel in epiſtolis L. Seneca. *Idem.*
15 *Et hoc dicit: huic quiſquam par-
cat*] Dele copulativam. *Idem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

lere ſit parricida, alter miniſterio. Impoſitus eſt in navem frater: qualem navem? ſcitis, nihil eſſe periculoſius, quam etiam inſtructa navigia: parva materia ſejungit fato. Quid ſi vero non rudentibus [16] committitur illa anima, non velis, non gubernaculo defenditur? Exarmata navis, & utroque patens latere, imponitur miſer in naufragium: navigio [17] per ſe peſſum ituro, pondus inſuitur. Ecce navem divinitas armat. ſubito viſa ſunt vela, ſubito navis cœpit & regere ſe, & attollere. Magnum eſt præſidium in periculis innocentia. Sævum mare involvitur, procellæ ſpumante impetu latera navigii urgent, pulſatur undique navis periculis: innocentia tamen tuta eſt. O maria juſtiora judiciis! ô mitiores procellæ patre, [18] quam ejeciſtis animam? Nec hoc tantum divinitus geſtum eſt, quod pervenit tutus in portum, excipitur claſſe prædonum. Habeat pater mentem navigandi. [19] capietur judex, ut illum pœniteat ſententiæ ſuæ. Damnare me noverca parricidii potuit: parricidam facere nec damnando quidem potuit. Cognoſce innocentiam meam in mari, quam domi noluiſti. Complexu, oſculis proſecutus eſt: ſic patrem parricida dimiſit. *Junii Gallionis.* Multa non agnoſco: frater domi damnatus eſt, ego in publico: illi objectum eſt quod parricidium fecerit, mihi quod non fecerim. ille negabat: mihi novo patrocinio utendum eſt. Fratrem occidi: in ea domo [20] in qua parricida damnatur, hæc innocentia eſt. Video vos invitos

16 *Committitur illa anima*] Scribe: *parva materia ſejungit fato. Quid ſi vero non rudentibus committitur illa materia, non velis, non gubernaculo defenditur?* Gronovius.

17 *Per ſe peſſum ituro pondus inſuitur*] Forte: *inditur*, vel *injicitur*, vel *imponitur*. Idem.

18 *Quam ejeciſtis animam*] Sic vett. editiones; Romanam vero, *effeciſtis*, legere annotat Faber; neutram ſatisfacere; quare præſtare aſteriſco ſignari locum. Nobis vero ſatis placet vetus, *ejeciſtis*. Eſt enim proprium illud verbum de illis, qui naufragi fluctu expelluntur in terram. Plautus Rudente: *Ambo illi in ſaxo, leno atque hoſpes, ſedent ejecti.* Et rurſum: *nunc periculum eſt, ejecit alteram.* Et ſæpius illa fabula. Virgilius, 1 Æneid.

Si quibus ejectus ſilvis aut urbibus errat.

Idem lib. 4. *ejectum litore, egentem Excepi.* Idem.

19 *Capietur judex*] Fortaſſe, *capiatur judex*. N. Faber.

20 *In qua parricida damnatur*] Ms. parri-

[i]vitos audire hoc genus defenſionis: malo itaque me vo[b]is innocentem probari quam patri. Fratrem non occidi, [n]on potui fratrem occidere. Idem timuimus, idem dolui[m]us, idem flevimus: eundem patrem habuimus, eandem [m]atrem, eandem novercam: mitioris natura pectoris ſum, [m]ollioris animi. Non idem omnibus mortalibus natura [tr]ibuit ingenium: [21] animus hujus durior eſt, illius clemen[ti]or: apud piratas quoque invenitur, qui non poſſit occi[d]ere: putas me dicturum, ne alius occideret? Si mater [n]oſtra viveret: puto illi tradidiſſet. Quod proximum fuit, [m]ihi tradidit. Utrum vobis videtur, per manus patris pu[ni]re filium voluiſſe, an ablegare privignum? pudet me pa[tr]ocinii mei. Timeo, ne, cum cœpero narrare quod fece[ri]m, dicatis: Certe negabas te poſſe hominem occidere. [Exc]uſæ. Traditus eſt frater puniendus mihi potiſſimum. quo [ani]mo id propoſito, pater, feceris, apud pleroſque diſputatio[n]em habet. Ego, [22] ſi quid mitius illo tempore voluiſti fie[ri], non intellexi. Impoſui multum recuſantem, & inſui [i]lico poſtulantem. Objicis mihi molliorem animum: alius [m]itior eſt plus quam debet, alius ſeverior eſt quam neceſſe [eſ]t: mediis alius affectibus inter utrumque poſitus; totus [i]n ſua poteſtate eſt. Quidam & accuſare & damnare poſ[ſu]nt, & occidere: quidam tam mites ſunt, ut non poſſint [i]n caput ne teſtimonium quidem dicere. Non poſſum ho[m]inem occidere: hoc vitium & apud piratas invenitur. [A]lii vivere ſine reipublicæ adminiſtratione non poſſunt: [al]iis in privato latere, & extra omnem invidiam ſeceſſiſſe, [p]ræcipua tranquillitas eſt: aliis non poteſt perſuaderi, ut [m]atrimonio obligentur: aliis, ut careant: ſunt qui caſtra [a]meant, ſunt qui cicatricibus ſuis gaudeant. In tanta morum

[pa]rricidii. Suſpicor excidiſſe vocem ſi[m]ilem vicinæ. *Fratrem occidi: in ea do[m]o, in qua parricidii damnatur innocens, [hi]c innocentia eſt.* Gronovius.

21 *Animus meus durior eſt, illius*] [Q]uid ſi legamus: *animus hujus durior eſt, illius clementior:* Et linea ſequenti, *putavi me electum, ne alius occideret,* deleta interrogandi nota? N. Faber.

22 *Si quid mitius illo tempore voluit fieri*] Omnino: *voluiſti.* Gronovius.

rum varietate, videte quantulum ſit quod excuſem; non ambitioni, non inertiæ veniam peto: miſericors ſum, non poſſum occidere hominem. Gratulare, pater, naturæ meæ. nunquam ejuſmodi filius parricidium faciet. Hoc vitium à te traxiſſe videor. Non putatis miſericordem, qui quem damnavit, fratri puniendum dedit? Centurio Luculli Mithridatem non potuit occidere: dextera ſimul ac mente languit: [23] prô bone Jupiter, Mithridatem quam non dubium parricidam! *Pompeii Silonis.* Gaude, pater; neuter ex filiis tuis parricidium fecit. dimiſit in portum naufragum. Vis, pater, ſcire, accuſator nocentior ſit, an reus? Conjice in alteram navem novercam. illa faciat votum, precetur, ſi neminem innocentem accuſavit, ſi privignum immerentem non oppreſſit, in eos piratas incidat, qui neſciant captos dimittere.

Pars altera. Muſæ. Parricida meus in mari regnat. *Sepullii Baſſi.* Nega tu parricidam fuiſſe, quem ſcis eſſe piratam. *Gabii Sabini.* Facinus indignum, parricida damnatus poſt pœnam, potuit dicere patri ſuo, Morere.

DIVISIO. *Latro* in has quæſtiones diviſit: An licuerit illi quod jubebat pater, facere. Non licet, inquit, fratrem necare. [24] Ille indemnatus erat. non enim judicio publico ceciderat. ignoſce, ſi diligentior ſum, cum videam hominem tam facile damnari. Timeo ne quis me parricidii poſtulet. facile eſt, ſi dicenda ſit domi cauſa. etiam nocens abſolutionem ſperare potero. in foro quid reſpondebo? Occidi fratrem. Parricidam me quoque vocant, quod non affui

23 *Pro bene Jupiter, Mithridatem quam non dubium*] Epit. *Mithridatem, Dii boni, quam non dubium,* &c. N. *Fab.*

24 *Ille damnatus erat*] Ex ſequentibus liquet ſcribendum, *ille indemnatus erat.* Conſilio enim damnatus pro condemnato non habetur, & apud Rhetores Græcos lex, qua filios occidere parentibus licet, ἀκρίτων νόμος dicitur Sopater in διαιρέσεων opere, τρεῖς τις ἔχων παῖδας, τὸν δύο κατὰ τὸν ἀκρίτων νόμον ἀπέκτεινεν. Calpurnius Flaccus declam. 24. *lege indemnatorum, interficiendum pater filium carnifici tradidit.* Itaque & apud Fortunatianum lib. 1. duobus locis ſcribendum conjicio, *indemnatos liberos occidere liceat. tres filios lege indemnatorum,* id eſt, ἀκρίτων νόμῳ, *occidit, reus eſt uxori malæ tractationis.* Idem.

25 *Quid*

ſui reo. Si licuit, an debuerit. Nocens eſt iſte, ſed mihi
ater eſt. naturæ jura ſacra ſunt etiam apud piratas. Quid
e me judicaturus es, ſi fecero? puto difficulter poſtea in
e parricidium credes. Etiam ſi debuit parere patri, an
noſcendum ſit illi, ſi non potuit? Fatebor, inquit,[25] quod
rte offenſurum eſt aures: patri parere volui, fratrem oc-
dere non potui. Obortæ ſunt ſubito tenebræ, diriguit
nimus, ſublapſum eſt intercepto ſpiritu corpus. non poſ-
um fratrem occidere. Pone hoc loco piratam. non poterit.
uidam occidere hominem tantum non poſſunt. Quorun-
am adverſus hoſtes deficit manus. Fratris quoque bene-
cium non eſt tam magnum, pater, quam putas. Non ille
oluit occidere, ſed non potuit. Noviſſimas illas partes fe-
t: Quamvis non occiderit, ſi tamen potuit damnatum,
n abdicari debeat. Dicit enim pater, Si non poteras, ne-
aſſes, & miſiſſes ad me, non poſſe te. Hoc loco *Latro* di-
it rem valde laudatam. Dixiſſes, inquit, te non poſſe. Ita
n neſciebas? putaſti me poſſe occidere? Quid ergo ſic lo-
uebaris, tanquam unum parricidii condemnaſſes? Dein-
e, an puniverit fratrem. Hæc deſcriptio ſupplicii, quod
ixit, gravius etiam culleo fuiſſe: & adjecit, [26] hoc die
llum pœnas dare inter barbaros incluſum, per quos ne-
eſſe eſt illi [27] patre populari * capere. Sed ne per illos qui-
em neceſſe eſt parricidium facere. Hac diviſione uſi ſunt,
quibus

25 *Quid forte offenſurum eſt*] Plura
iſſe in optimo ſuo notat Schottus:
*uod fortaſſe offenſurum eſt aures, fratrem
fenſurum eſt: patri.* Quid ſi legamus,
iquit, *quod fortaſſe aures patrum eſt of-
nſurum.* Non proprie hic aliorum
atrum aures timuit declamator. Voſ-
anus quoque: *quod forte offenſurum
t aures, patri parere volui, fratrem of-
nſurum eſt, patri parere volui, fratrem
cidere non potui.* Sic ille inaniter re-
etitis quibuſdam. Quare conjicio le-
endum: *Fatebor, inquit, quod forte
fenſurum eſt aures patru, utique fratrem
offenſurum eſt: patri parere volui, fra-
trem occidere non potui.* Patris forte au-
res hæc confeſſio eſt offenſura propter
eventum, ſed utique fratrem offen-
ſura propter conſilium & voluntatem
confitentis. *Gronovius.*

26 *Hoc die*] Legendum, *hodie.*
N. Faber.

27 *Patre populari capere*] Ita omnes
editiones legunt Romana excepta,
quæ emendavit, *per quos neceſſe eſt po-
pulari, patrem capere*, aptius fortaſſe
legemus, *patriam populari, patrem ca-
pere.* Idem.

quibus placuit & illius cauſam defendere : inter quos & *Geminus Varius* fuit, qui aiebat adoleſcentem optimam cauſam habere, ſi non occidit fratrem etiam nocentem; meliorem tamen, ſi non occidit innocentem. Partitam autem materiam facit [28] erga has quæſtiones *Geminus*, & quibus idem placuit: An abdicari non debeat, etiam ſi nocentem fratrem non occidit. hic dixit, Non licuit, non debui, non potui. An innocentem non occiderit. Bellam rem Geminus hoc loco dixit, cum cœpiſſet per omneis numeros fratrem tanquam reum defendere. Dicet, inquit, aliquis, Tam ſero defendis? Non potui citius. Hodie primum res in forum delata eſt. Noviſſime, an etiam nocentem ſatis punierit.

Color. De colore inter maximos & oratores & declamatores diſputatum eſt : utrum ne aliquid deberet dici in novercam, an nihil. [29] *P. Aſprenas* & *Albutius*, & præter oratores [30] magna bonorum rhetorum manus in hanc partem tranſierunt, ut in novercam inveherentur. Fuerunt & illi qui non quidem palam dicerent, ſed per ſuſpiciones & figuras : quam rem non probabat *Paſſienus*, & aiebat, minus verecundum eſſe, aut tolerabile, infamare novercam, quam accuſare. Quidam principia tantum habuerunt in ſua poteſtate, deinde ablati ſunt impetu. Excuſatius eſt autem, in malum colorem incidere, quam tranſire. *Latro* illum introduxit colorem rectum in narratione, quo per totam actionem uſus eſt : Non potui occidere. & cum deſcripſiſſet ingenti ſpiritu titubantem, & interrogatione fratris occi-

28 *Erga has quæſtiones*] Lego, *in has quæſtiones*. N. Faber.

29 *P. Aſprenas & Albutius*] Veteres editiones, *P. Dſenus & Albutius*. Ex quibus veſtigiis ſcribendum colligo, *Paſſienus & Albutius*. Sequentia enim docent Paſſienum in novercam aperte dicendum cenſuiſſe. *Idem.*

30 *Magna bonorum rhetorum manus*] Sic quidam & Epitoma. Sed ms. Cov. *magna horum*: Voſſianus, *magna horum & rhetorum*. Ubi liquido vides, ex, *magna novorum*, poſterioris vocis prima ſyllaba ab ſimili præcedente ultima abſorpta & τοῦ *V* in *B*, quod frequentiſſimum eſt in Vett. libb. mutato, factum eſſe, *magna borum*. De *novis* autem ſuperius. Contra Controv. 20. *Memini Criſpum quendam antiquum rhetorem*. Gronovius.

31 *Et*

…cidendi concidentem, dixit: Noverca, aliud quære in …ivignum tuum crimen. hic parricidium non poteſt face…. *Ceſtius* colore alio uſus eſt. Tranſibamus, inquit, ſe…ndum matris ſepulcrum. invocare cœpit manes ejus. mo…s ſum. [31] Et puerili ſenſu colorem tranſcurrit: Quid fa…rem? inquit: occidere pater jubebat, mater vetabat. Et …m colorem dixit: Hæc mecum cogitavi. Non eſt impe…tum, ut manu occiderem, non ut laqueo, non ut mari: …igere ſupplicii genus liberum eſt. *Fuſcus Arellius* hoc colo… uſus eſt: Tentari me à patre putavi: [32] Uno, inquit, …pplicio alterum filium puniri, alterum experiri vult. *Al…tius* in argumentis plura poſuit, & omnes fere colores …ntrectavit. In narratione hoc colore uſus eſt, & dixit: …oc unum mihi præſta beneficium: [33] ſine me tanquam …rricidam mori. *Argentarius*, [34] non tanquam frater eſſet …ujus conſilii inventor, dixit, Cogitavi quid facerem. Tan…em inveni, quomodo parricidium vindicarem ſine parri…idio. *Paſſienus* hoc colore uſus eſt: Non putavi patrem …ique velle occidi filium. Videbatur mihi omnia miſeri…ordiæ adjumenta præparaſſe, quod domi cognoverat, …uod inter ſuos. Fratri, inquam, tradidit. age ſi parcere …oluiſſet, cui tradidiſſet? *Pollio Aſinius* dixit in novercam. …aque illo colore uſus: Cogitavi mecum, quid liceret, quid …porteret. ſi tantum, inquam, nefas commiſſum eſt, nullæ …eæ partes ſunt ad expiandum ſcelus. Triumviris opus eſt, …mitio, carnifice. Tanti ſceleris, non magis privatum po…ſt eſſe ſupplicium, quam judicium. *Marcellus* dixit ita. Si …te parricidium fecit, ideo & ego faciam? & illam quam ſupra

31 *Et puerili ſenſu*] Vereor ne le…ndum ſit, *& pari ſenſu.* N. Faber.

32 *Uno, inquit, ſupplicio alterum*] …s. *inquam.* Recte. nam dicitur in …rſona ipſius filii ſine patrono. *Gro…vius.*

33 *Sine me tanquam*] Addenda eſt …egatio, legendumque, *ſine me non …nquam parricidam mori.* Abſurdum enim pœnam in quam damnatus eſt, pro beneficio petere. Similis & ſupra, Albutii color: *Culeum mihi remitte, mori volo,* & quæ ſequuntur. *N. Faber.*

34 *Non tanquam frater eſſem*] Vide num ſcribendum ſit, *non tanquam frater eſſet hujus conſilii inventor, dixit.* contrario nempe præcedenti colore. *Idem.*

35 Quid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ſupra ſententiam retuli: Habes, inquam, frater. *Varius Geminus* & ipſe dixit: Nolui occidere. Egregie, inquam, noverca inter privignos diviſit odium: aliter alium aggreſſa eſt. alteri parricidium objicit, alteri mandat. & hac illum figura defendit in narratione. Interrogavi fratrem. Apud quem prætorem cauſam dixiſti? apud nullum, inquit. Quis accuſator fuit? nemo. Quis teſtis? immo qui teſtes? uni enim etiam de minore ſcelere non creditur. Nemo, inquit. Quis de te pronuntiavit? nemo. [35] Quid porro? inquit. Ego ſi reus fuiſſem, ad te non miſiſſem? *Sepullius Baſſus* hoc colore uſus eſt: Non habui parricidæ inſtrumenta, non culleum, non ſerpentes: parricidam tamen in maria projeci. *Hiſpanus* duro colore uſus eſt: Hoc, inquit, ſupplicium tanquam gravius elegi. Quid iſte, inquam, inſuetur, & ſtatim omnem ſenſum ſupplicii effugiet? immo ſolicitus pendeat, &, quod ne inſuti quidem parricidæ patiuntur, ipſe pœnam ſuam ſpectet: nihil ſperet, timeat omnia: pejus debet quam ceteri parricidæ mori. à patre damnatus eſt. Et hoc colore per totam declamationem uſus eſt, ut diceret, hoc ſe tanquam gravius elegiſſe. Diſplicebat color hic prudentibus. Quam enim ſpem habeat abſolutionis, ſi nec paruit, nec pepercit? *Haterius* hoc colore uſus eſt. Diu mecum diſputavi. Parricida eſt, quem non teſtis probavit, non judex coarguit? quid ergo? innocens, quem condemnat pater? Inveni æque pœnam ſimillimam reo, merſam, non tamen ex toto perditam ratem, quæ vel punire fratrem poſſet, vel abſolvere. *Triarius* & ipſe, quaſi ſententiam de fratre ferre voluiſſet, egit, & dixit. Tandem ad cælum manibus levatis: Quicquid eſt, inquam, quod terris imperat, quod regnat profundo, quicquid eſt quod ex

35 *Quid porro inquit*] Ceteræ editiones habent, *Quid pater?* quod non improbo, maxime ſi legamus, *Quid pater? inquit. Ego ſi reus fuiſſem, ad te non miſiſſet.* Idem. Faber, *Quid pater? inquit.* Sed nihil mutandum, præter diſtinctionem: *Quid? (porro inquit) ego ſi reus fuiſſem, ad te non miſiſſem?* Prius enim reſpondentem tantum ad interrogata induxerat: hæc ait ſponte addidiſſe. *Gronovius.*

36 Τῶν

i ſublimi res ſpectat humanas, invoco. damnatus alto ummittitur. Dii, judicate poſt patrem! Hæc ſententia icebatur ex Græco tranſlata, ſed Græca corruptior eſt: ισειδῶν, ἀμετρήτων δέσποτα βυθῶν, [36] τὴν ἀερίων καρπωσάμενε βασιλείαν, ἀνάγεται πειρατοκλόνος· μετὰ πατέρα δίκασον. parte patris, quod ab archipirata dimiſſus eſt, ſic *Ceſtius.* ienam, inquit, putavit mihi hanc eſſe morte graviorem. iſic poſuit in narratione: Rogabam ut occideret, non imtravi. *Varius Geminus* ait: In hoc me dimiſit, non quia lebat ſalvum eſſe, ſed ad patrocinium ſuum: ut quia n nunc occiderat, videtur nec ante voluiſſe. *Latro* dixit: uis porro uno me miſerior eſt, qui vitam parricidæ deo? *Diocles Caryſtius* elegantem ſenſum in proœmio pot pro adoleſcente, cum diceret cauſas ſe abdicationis non venire, luxuriæ ſe occaſionem non habuiſſe, parricidium i non objici, & contra reos ſe minime laborare: Fortaſi, inquit, queritur, quod captum non redemerit. adjecit: κ ἔχε καιρὸν παίζειν. Et cum tractaret in ultima parte, bere patrem noſſe vitia liberorum, & ferre; utique in ico adjecit: Πεπείρασαι, πάτερ. [37] ὅτι (κανὼν) καινὸν πρὸς ρεχὴ ὑός ἐστιν δυσχερής. *Artemon* in deſcriptione tempeſta- laudatus eſt, & belle acceſſit ad eam. [38] Νηῒς δ᾽ πλοήσασ- ἀναγωγή. ἄκουσον. Et cum de ipſo navigio diceret, pulre cœpit: Σκάφος ἔρημον ἀνόστου τύχης. Et ultimum deiptionis ſuæ ſententiam propoſuit: Ναυαγὸς ἀπὸ λιμένων γον. Et ad partem narrationis eleganter tranſit: αἴτησαι ῖ, πάτερ, πῶς νηΐς, ſupple, στόλος, ἀπέδυσεν, ὅπως ἀπὸ δύο εἷς. *ycon* dixit.

Soleo dicere vobis, Ceſtium Latinorum verborum inopia

6 Τῶν ἀερίων καρπωσάμενε βασι-ν] Schottus vertit: *adepte regnum rium.* Quid autem cum ætheriis ptuno? Lege: τῶν ἁλίων vel ἐνα-. Gronovius.

7 Ὅτι κανὼν πρὸς νεανεχῆ] Alii ῥν. Lege: Πεπείρασαι, πάτερ, ὅτι δεινὸν πρὸς τεκεχῆ ὑός ἐστιν δυσχερής. Idem.

38 Νηῒς δ᾽ ἀπλοήσαντος ἀναγωγή. ἄκουσον] Schottus: *Navalis claſſis bene navigantis eductio, audi.* Lege: ἀναγωγὴν ἄκουσον. Hæc præfabatur deſcripturus exarmatam navem. *Idem.*

39 *Ho-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

pia [39] hominem Græcum laboraſſe, ſenſibus abundaſſe. Itaque quotiens lætius aliquid deſcribere auſus eſt, totiens ſubſtitit: utique cum ſe ad imitationem magni alicujus ingenii direxerat, ſicut in hac controverſia fecit. Nam in narratione, cum fratrem traditum ſibi deſcriberet, placuit ſibi in hac explicatione una & infelici: Nox erat concubia, [40] & omnia, Judices, canentia ſideribus muta erant. [41] *Montanus Julius*, qui comis fuit, quique egregius poëta, aiebat illum imitari voluiſſe *Virgilii* deſcriptionem:

Nox erat, & terras animalia feſſa per omnes,
Alituum, pecudumque genus ſopor altus habebat.

[41] At Virgilii imitationem bene ceſſiſſe, qui illos optimos verſus *Varronis* expreſſiſſet in melius:

Deſierant latrare canes, urbeſque ſilebant.
Omnia noctis erant placida compoſta quiete.

Solebat *Ovidius* de his verſibus dicere, potuiſſe fieri longe meliores, ſi ſecundi verſus ultima pars abſcinderetur, & ſic deſineret:

Omnia noctis erant.

Varro, quem voluit ſenſum, optime explicuit. Ovidius in illius verſu ſuum ſenſum invenit: aliud enim interciſus verſus ſignificaturus eſt, aliud totus ſignificat.

CON-

39 *Hominem Græcum*] Smyrnæus enim erat. B. Hieronymus in Euſebii Chronico: *Ceſtius Smyrnæus Rhetor Latine Romæ docuit.* N. Faber.

40 *Et omnia, judices*] Veteres editiones, *Et omnino, judices.* Idem.

41 *Montanus Julius*] Heroicis verſibus, & elegis celebris poëta, atque etiam amicitia Tiberii, & frigore ſuo tempore notus. Seneca Philoſophus Epiſt. 123. Ovidius eleg. ult. lib. 4. de Ponto:

Quique vel imparibus numeris, Montane, vel æquis
Sufficis, & gemino carmine nomen habes.

Cujus etiam mentio fit in fragmentis Senecæ Philoſophi, quæ ante ejus opera excudi curavimus. *Idem.*

42 *At Virgilii imitationem*] Fortaſſe, *At Virgilio imitationem bene ceſſiſſe.* Porro optimi illi verſus Varronis an Atacini, quod quibuſdam videtur, an potius Romanorum doctiſſimi? quod magis puto. Nam cum Varronis ſimpliciter eſſe dixerit, intelligo ejus eſſe, qui celebrior & notior hoc nomine fuit. *Idem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

CONTROVERSIA XVII.

Popilius Ciceronis interfector.

…x. De moribus ſit actio. *Thema.* [1] *Popilium parricidii reum Cicero defendit: abſolutus eſt. proſcriptum Ciceronem ab Antonio miſſus occidit Popilius, & caput ejus ad Antonium retulit. accuſatur de moribus.*

CONTRA POPILIUM. *Baſſi Sepullii.* Si accuſaſſet Cicero Popilium, viveret. Occidit Ciceronem Po…lius. Puto jam creditis, occiſum ab iſto patrem. ut uno …tu pereat, tantum dabo. pro Cicerone ſic liceat paciſci. …bii Sabini. Quod unum potuimus, effecimus, ut veniret …mpus, quo Popilius Ciceronem deſideraret. Popili, [2] po…s, inquit, Ciceronem occidere? pro te vel patrem? *Porcii …troniſ.* Prorſus occiſurus Ciceronem, debebat incipere à …tre. Antonius, inquit, juſſit. Non pudet te, Popili? Im…rator te tuus credidit poſſe parricidium facere. Abſcidit …put, amputavit manum: effecit ut minimum in illo eſ… crimen, quod Ciceronem occidit. Facinus indignum! …liciſſime licet cedat actio, id ſolum efficiemus, ut qui …cidit Ciceronem, tantum erubeſcat. Pro dii boni! oc…ſum Ciceronem, malos mores voco. *Albutii Sili.* Cæ… cervices tanti viri, & humero tenus reciſum amputa …put. I nunc, & nega te parricidam. Hoc unum tamen feli-

CONTROV. XVII. 1 *Popilium …ricidii reum*] Plutarchus in vita Ci…onis, Appianus ἐμφυλ. lib. 6. Vale…us Max. c. 3. lib. 5. *N. Faber.*

2 *Potes, inquit, Ciceronem occidere. …ote vel patrem*] Quibus hæc lectio …isfecit, procul dubio ſtatuerunt dia…ḷiſmum eſſe inter Antonium impe…torem & Popilium: cogitaruntque …ioſam & prorſus declamatoriæ in…iæ orationem Lælii ad Cæſarem a…d Lucanum lib. 1.

Pectore ſi fratris gladium, juguloque parentis
Condere me jubeas, &c.

Sed melius eſt retineri lectionem veterem, quam Eraſmus, Pal. & Voſſianus habent: *Potes vel patrem.* Ut unius Antonii perſonæ omnia tribuantur. Et efficax ſtimulus hortandi majoris facinoris peracti recordatio. Non dubitabis occidere patronum: nam vel patrem potuiſti: nihil habes, quare imperium detrectes. *Gronovius.*

3 *Quod*

feliciter feciſti, [3] quod ante occidis patrem quam Ciceronem. [4] Facilius Cicero pro parricidio judices movit, quam pro ſe clientem. Ad vos hoc patroni [5] exemplum pertinet. nullos magis odit Popilius, quam quibus plurimum debet. Ubicumque eſtis, Judices, qui in iſtum reum ſederatis, ecquid pœnitet abſolviſſe? *Argentarius.* Impius eſt, ingratus eſt: audeo dicere, [6] parricida. Senſit qui defenderat. Reſpice forum: hic ſub Cicerone ſediſti. reſpice roſtra: hic ſupra Ciceronem ſtetiſti. Quantum eloquentia tua Cicero potuit? Popilius de moribus reus eſt. abſcidit cervices loquentis; hæc eſt abſoluti clientis poſt longum tempus ſalutatio. Parce jam quæſo, Popili. Nihil tibi niſi occidendum Ciceronem mandavit Antonius. Duo fecit parricidia: quorum alterum audiſtis, alterum vidiſtis. *Ceſtii Pii.* Si dixero, Adoleſcentia turpis eſt, infamis pueritia eſt: reſpondebit, Jam iſta Cicero defendit. Non pudet, Popili? accuſator tuus vivit. [7] quid tam commune, quam ſpiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus ejectis? [8] Parricida ſic etiam tu periſſes. *Fulvii Sparſi.* Non credi-

3 *Quod ante occidis patrem*] Puto, *occidiſti.* Gronovius.

4 *Facilius Cicero pro parricidio judices movit*] Iidem libri conſenſu, *parricida.* Recte, ut perſonam perſonæ opponat. *Idem.*

5 *Exemplum pertinet*] Epitome, *Spectat exemplum.* N. Faber.

6 *Parricida*] Fortaſſe, *parricida eſt.* Idem.

7 *Quid tam commune eſt*] Locus inſignis ad litteram ex Ciceronis oratione pro Roſcio Amerino exſcriptus. de quo quid ipſe ſenſerit ſenex, vide ejus Oratorem, & Quinctilianum cap. 6. lib. 12. Et ſane mirum Ceſtium infenſiſſimum Ciceroni, ab eo tamen hanc ſententiam mutuatum. Porro ex Cicerone colligo loco horum, *parricida ſic etiam tu periſſes*, legendum, *parricida his etiam tu caruiſſes.* Sequitur enim in ea Ciceronis oratione de parricidis, *Ita vivunt dum poſſunt, ut ducere animam de cœlo non queant: ita moriuntur, ut eorum oſſa terram non tangant, ita jactantur fluctibus, ut nunquam abluantur: ita poſtremo ejiciuntur, ut ne ad ſaxa mortui quidem conquieſcant.* Idem.

8 *Parricida ſic etiam tu periſſes*] Scriptus tantum verborum mutat ordinem: *etiam tu ſic periſſes.* Sed latet aliud. Scribe: *Parricida, hæc etiam tu perdidiſſes.* nempe culleo inſutus & merito adfectus ſupplicio. Divinus ille Faber, qui ſæpius, cum aliquid in hoc auctore reperiſſem, inſpectis ejus notis, id annotandi, ut à ſe occupatum, mihi laborem remiſit, hic quoque in ſenſus eoſdem incidit: verba tamen aliter conſtituit: *parricida, his etiam tu caruiſſes.* Quod ſi prius vidiſſem, quam mea conjectura mihi nata eſt, illa nec nata eſſet. Atque etſi illam non contemnam, liberum tamen alter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

credidiſſet facturum Popilium Antonius, niſi in mentem illi veniſſet, illum & parricidium feciſſe. Facinus indignum! à me defenditur Cicero, cum Popilium Cicero defenderit. *Mentonis.* Non magis quiſquam alius occidere Ciceronem potuit præter Popilium, quam nemo Popilium præter Ciceronem defendere. parricidam quem vivus negavit Cicero, occiſus oſtendit. Fortunam Ciceronis! Antonius illum proſcripſit, qui accuſatus eſt: Popilius occidit, qui defenſus eſt. Si damnatus eſſes, carnifex te culleo totum inſuiſſet. Video quid reſpondeat. Non credet Antonius, occiſum Ciceronem à Popilio, niſi ei ſignum attulerit. *Triarii.* Præſta Ciceroni quod propinqui Catilinæ, [9] quod amici Verri præſtiterunt. Proſcriptum tranſi. Ne à mortuo quidem manus abſtinet, lacerat occiſum. Popili, hoc parricidium tertium tuum eſt. *Pompeii Silonis.* Numquid magis exonerare te poſſum? præſta Ciceroni quod Antonius. *Cornelii Hiſpani.* Dic Antonio: Ego iſtud ſcelus facere poſſum, & patrem occidi. Securi erant amici Ciceronis, poſtquam ad illum Popilius miſſus eſt. *Arellii Fuſci patris.* Potuiſti Ciceronem occidere? at quam bene perſuaſerat nobis Cicero, parricidium te facere non poſſe! Occidiſti tu Ciceronem loquentem? Numquid, inquit, & aliquis ex tuis venerat index? an nemo Ciceroni timendus eſt, qui cum Popilio venit? *Q. Haterii.* Qui modo Italiæ humeris relatus eſt, nunc ſic à Popilio refertur? propoſito in roſtris capite Ciceronis, cum unius metu omnia tenerentur, gemitus tamen populi liber fuit. *Julii Baſſi.* Proſcriptus, inquit, erat Cicero. pater certe tuus proſcriptus non fuit. *Blandi.* Dii manes Popilii ſenis occiſi, & inultæ patris umbræ, Cicero, te perſequuntur, ut quem negaſti, parricidam ſentias. *Capitonis.* Deduxi ad vos reum omnium, quos terra

alterutram probandi arbitrium lectori relinquo. *Gronovius.*

9 *Quod amici Verri*] Legendum, *quod amici Verris.* Hoc enim ait: Ne in Ciceronem ejus cliens crudelior ſit quam amici Verris & Catilinæ ab eo damnatorum: proſcriptum tranſi. *Nic. Faber.*

terra ſuſtinet, nocentiſſimum, ingratum, impium, percuſſorem, bis parricidam: nec tamen timeo. Patroni viderint. nemo à Popilio quidem, niſi poſt beneficium occiditur. Nec damnationem tamen iſtius deſpero. non enim à Cicerone nunc defenditur. Timeo ne cauſæ non ſatisfaciam. major cauſa eſt, occiſum à Popilio Ciceronem queri, quam fuit aliquando probare, non occiſum patrem. Ciceronem quiſquam potuit occidere, qui audivit? Minturnenſis palus exulem Marium non hauſit. Cimber etiam [10] in carcere vidit imperantem, [11] prætor iter à conſpectu exulis flexit. Qui in crepidine viderat Marium, in ſella figuravit. Non poſſumus de Popilio queri: eodem loco patronum habuit, quo patrem. Pompeius terrarum mariſque domitor, Hortenſii ſe clientem libenter confeſſus eſt. Hortenſius bona Pompeii, non Pompeium defenderat. Romulus, horum mœnium conditor, & ſacratus cælo parens, non tantam urbem fecit, quantam Cicero ſervavit. Metellus in Veſtæ æde extinxit incendium: Cicero Romæ. Glorietur Hannibale Scipio, Pyrrho Fabricius, Antiocho alter Scipio, Perſe Paulus, Spartaco Craſſus, Sertorio & Mithridate Pompeius. nemo hoſtis Catilina propius acceſſit. Fert appenſum conto caput, & defluente ſanguine hunc ipſum inquinat locum, in quo pro Popilio dixerat. *Buteonis.* Quantæ fuit eloquentiæ! probavit ab eo non occiſum patrem, à quo occidi poterat etiam Cicero. *Murillii.* Si inimicus eſſem patronis, optarem ut reus abſolveretur. [12] Turpe judicavi, in ea civitate Ciceronem non defendi, in qua defendi potuit etiam Popilius.

DIVISIO. Popilium pauci ex hiſtoricis tradiderunt inter-

10 *In carcere*] Epitome legit, *Cimber in capto vidit imperatorem.* Valerius Maximus Marium in privata domo clauſum dicit: Appianus ἐν οἴκῳ ζωφώδει, ἐν σταδίῳ· Plutarchus ἐν μέρει τοῦ οἰκήματος. Plinius vero junior in carcerem conjectum, ut non multum interſit quomodo ſcribatur. *N. Faber.*

11 *Prætor iter à conſpectu exulis*] Longe aliter Plutarchus de Sextilio Prætore Africæ in vita Marii. *Idem.*

12 *Turpe judicium*] Fortaſſe rectius, *turpe judicavi.* Idem.

13 *Sed*

interfectorem Ciceronis: [13] ſed hi quoque non parricidii reum à Cicerone defenſum, ſed in privato judicio. Declamatoribus placuit, parricidam reum fuiſſe. Sic autem eum accuſant, tanquam defendi non poſſet: cum adeo poſſit abſolvi, ut ne accuſari quidem potuerit. *Latroni* non placebat illum ſic accuſari, quomodo quidam accuſaverunt: Objicio tibi, quod occidiſti hominem, quod civem, quod ſenatorem, quod conſularem, quod Ciceronem, quod patronum tuum. Hac enim ratione non aggravari indignationem, ſed fatigari. ſtatim illo veniendum eſt, ad quod properat auditor. Nam in reliquis adeo bonam cauſam habet Popilius, ut detracto eo quod patronum occidit, nihil negotii habiturus ſit. Patrocinium ejus eſt civilis belli neceſſitas. Itaque nolo per illos reum gradus ducere, quos poteſt tutius evadere. Licuit enim in bello & civem & ſenatorem & conſularem occidere: nec in hoc crimen eſt, quod Ciceronem, [14] ſed quod patronum. Naturale eſt autem,

13 *Sed hi quoque*] Fortaſſe melius, *ut hi quoque.* N. Faber.

14 *Sed quod patronum*] Recentiores editiones poſt hæc verba, *ſed quod patronum*, addunt, *Naturale eſt autem, ut quod in nullo patrono fieri oportuit, indignius ſit factum in Ciceronem patronum.* Quæ tamen clauſula à veteribus editionibus abeſt, & ab Eraſmiana prima, & vereor ne poſtea male irrepſerit in textum ex ora libri. Cum enim dixerit Latro, Popilii crimen eſſe, non quod Ciceronem occiderit, ſed quod patronum, ſtudioſus qui hoc agitare voluit, fortaſſe ad marginem hanc clauſulam addidit, quæ poſtea in textu recepta eſt: ut omittam non ſatis apte dictum illud *naturale eſſe*: quam ideo exclusimus. *Idem.* In ſcripto Voſſiano hic ſubjiciebantur illa verba: *Naturale eſt autem, ut quod in nullo patrono fieri oportuit, indignius ſit factum in Ciceronem patronum.* Quæ & aliquando in editionibus fuiſſe, noſcas ex Fabro docet, fatente ſe, quia veteribus editis (hoc eſt, Frobeniano) adfuerint, & veritum, ne poſtea male irrepſerint in textum ex ora libri ab ſtudioſo quopiam adſcripta, ideo illa excluſiſſe. A quo quidem vehementer diſſentio. Primum verba illa in ms. ante annos trecentos exarato, ſuo loco & ordine, ſine ulla ſuſpicionis nota, vidimus exſtare: nec in ullo ſuorum defuiſſe Schottus adfirmat. Deinde continent ſenſum digniſſimum, de quo ſive Latro ſive Marcus ipſe moneret; nec ita facile homini ſtudioſo obventurum, & illis conceptum verbis, ut plus in illis agnoſcam Romani, quam exponere ipſe poſſum. Denique genium dulciſſimi & minime moroſi ſenis meo judicio plane reſipiunt. Nam, quod tertium habet argumentum vir præſtantiſſimus, non ſatis apte dictum illud, *naturale*, eſſe, nihil me movet. Id enim eſt rationi conſentaneum, quod per ſe, ſua ſponte, natura conſequitur, & naturali ratione facile colligitur: phraſis Juriſconſultis antiquis

non

tem, ut quod in nullo patrono oportuit, indignius ſit factum in Ciceronem patronum. *Latro* accuſavit illum de moribus: primum, quod ſic vixiſſet, ut cauſam parricidii diceret: deinde, quod patronum ſuum occidiſſet. Et fecit has quæſtiones, An poſſet eo nomine accuſari, quo abſolutus eſt. Si quis, inquit, hodie volet me parricidii poſtulare, non poterit. Quomodo crimen, quod objici non poteſt, puniri poteſt? An in bello civili acta [15] objici non poſſint. Honeſte dixit, cum hunc locum tractaret *Varius Geminus*. Si illa, inquit, tempora in crimen vocas, dicis non de hominis, ſed de reipublicæ moribus. Si poteſt, quod civili bello actum eſt, objici, an hæc objici debeant. Hanc quæſtionem in illa diviſit: An, etiam ſi neceſſe ei fuit facere, non ſit tamen ignoſcendum. ad quædam enim nulla debet neceſſitas compellere. Hoc loco *Latro* dixit ſummis clamoribus: Ita tu, Popili, ſi Antonius juſſiſſet, patrem tuum occideres? Deinde, an non fuerit ei neceſſe: Potuiſti excuſare te, potuiſti præmittere aliquem ad Ciceronem, ut ſciret & fugeret. Neceſſe certe non fuit, manum caputque præcidere mortuo.

Color. Colorem pro Popilio *Latro* ſimplicem habuit, neceſſitate coactum feciſſe. & hoc loco illam ſententiam dixit; Miraris, ſi eo tempore neceſſe fuit Popilio occidere, quo Ciceroni mori? *Albutius* dixit, in pœnam Ciceronis electum amiciſſimum Ciceronis, quaſi exprobraturus per hoc illi ſuam fortunam eſſet. Moleſtius, inquit, feret, ſe à Popilio occidi, quam occidi. *Marcellus Eſerninus* eundem colorem aliter induxit: Cogitabat, inquit, Antonius ſecum: Quod Ciceroni excogitabo ſupplicium? Occidi juſſero? olim jam adverſus hunc metum emunivit animum. [16] Scit mortem nec

non inſolens, ut notum ex definitione juris naturalis, & ex regula, *Nihil tam naturale eſt*. Gronovius.

15 *Objici non poſſint*] Videtur ſuperflua negatio. Sequitur enim paulo poſt, *ſi poteſt quod civili bello actum eſt*. N. Faber.

16 *Scit mortem nec immaturam*] Catil. 4. & Philipp. 2. *Idem*.

17 *Cui*

nec immaturam eſſe conſulari, nec miſeram ſapienti: fiat aliquid novi quod non expectat, quod non timet: non indignabitur cervicem hoſti porrigere, indignabitur clienti. Popilium aliquis vocet, ut ſciat, quantum illi defenſi rei profuerint. *Silo Pompeius* hoc colore uſus eſt. Offendebatur, inquit, proſcriptione, & quædam liberius loquebatur. non miror. Ciceronis cliens eſt: tanto magis occide Ciceronem tuum. Et dixit, non ſuæ infirmitatis ſententiam: Uterque, inquit, ſed diverſo genere punitus eſt. Ciceronis proſcriptio fuit, occidi: mea, occidere. *Marillius*, præceptor noſter, ſic narravit: Juſſit, inquit, imperator, juſſit victor, juſſit qui proſcribebat: ego illi negare quicquam poſſem, [17] cui nihil negare poterat Reſpublica? *Blandus*. Hoc, inquit, loco, volui me excuſare. dixi, Cicero me defendit. [18] reſpondit, Scio. me accuſavit. I ergo, ut ſcias plus ſibi Antonii accuſationem nocuiſſe, quam Popilii defenſionem profuiſſe. *Buteo* hoc colore: Vocetur, inquit, ille Ciceronianus, ille cliens, amicus. Excogitavi, quomodo Cicero ſua periret manu. *Ceſtius* hoc colore: Duriſſima, inquit, mihi militia in Antonii caſtris fuit ob hoc ipſum, quod Ciceronis eram cliens: [19] difficillimæ mihi expeditiones dabantur. Tunc quoque vocatus ſum quaſi ad pœnam. I, inquit, occide Ciceronem: Nec credam, inquit, niſi attuleris caput. magiſque admiratus eſt potentiam ſuam: quod Ciceronem Popilio non licebat non occidere. *Fuſcus Arellius* hoc colore uſus eſt: Antonii ſe partes ſecutum, ut, ſi quid poſſet, Ciceroni prodeſſet: facta proſcriptione ad genua ſe Antonii procidiſſe, deprecatum pro Cicerone: offenſum Antonium, eo magis dixiſſe: Occide,

17 *Cui nihil negare poterat Reſpublica?*] Laberius apud Macrobium:

Et enim ipſi Dii negare, cui nihil potuerunt,
Hominem me denegare quis poſſet pati?
N. Faber.

18 *Reſpondit, ſcio. me accuſavit*] Fortaſſe melius, *reſpondit, ſed me accuſavit.* Idem.

19 *Difficillimæ mihi expeditiones dabantur*] Lege, *mandabantur*. Florus, 4, 12. *non mandata expeditio, ſed ſumta eſt.* Gronovius.

 20 *Hic*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

cide, quem mori non vis. [20] Hic color diſplicebat Paſſieno, [21] quia ad teſtem ducit. nam ſi hoc fecit Popilius, [22] non tantum quod defendat habet, ſed habet quod glorietur. *Hiſpo Romanus* vehementi colore uſus eſt, & duro. Patronum enim Popilio dedit. & dixit, aliter ſe cauſam acturum Popilii, aliter Antonii: pro Popilio dicturum, Occidere nolui, coactus ſum: pro Antonio dicturum, Occidi Ciceronem oportuit. & dixit locum, aliter non potuiſſe pacari remp. quam ſi ille turbator otii è repub. ſublatus eſſet. Solus ex declamatoribus in Ciceronem invectus eſt: Quid ille, inquit, cum Antonium hoſtem judicaret, & omnes Antonii milites, non intelligebat ſe & Popilium proſcripſiſſe? Hic color prima facie aſperior eſt, ſed ab illo egregie tractatus eſt. [23] *Varius Geminus* dixit: Cum imperaſſet mihi Antonius, paſſus ſum, ne aliquis P. Clodii cliens mitteretur, qui contumeliis afficeret, antequam occideret, & vivum laniaret. *Argentarius* dixit: Vocatus veni; poſt proſcriptionem Antonius terribilior erat factus etiam ſuis. Juſſus ſum Ciceronem occidere: quid facerem? Non parere uno modo poteram, ſi me occidiſſem: hoc nec Cicero poterat. A parte accuſatoris illo loco, quo Popilius venit, nemo non aliquid novi voluit dicere. *Latro* ait: Præcluſerat fores,

20 *Hic color diſplicebat Paſſieno*] Quinctilianus c. 2. lib. 4. de colore: *fingenda vero meminerimus quæ non cadunt in teſtem.* N. Faber.

21 *Quia ad teſtem ducit*] Depravatum hoc ſuſpicatur Schottus, nihil juvantibus membranis: proverbii ſpecie forte dixiſſe, *ad reſtim ducit.* Petreium explicare ait, ad petendum teſtimonium ejus rei. Vere Ant. Auguſtinum: *quia teſtem adducit.* Immo recte Petreius: hæc ſententia cogit ire ad teſtem, ſeu veritatem rei explorare per teſtem. Hoc enim factum eſſe non conſtat, niſi teſte probetur. Talia autem veris quidem judiciis conveniunt, non fictis, ut ſunt Scholaſticæ. *Fingenda meminerimus quæ non cadunt in teſtem*, ut monuit Quintilianus, quem adduxit jam Faber. Quod ſi Auguſtinus quoque voluit, nihil quidem inepte ſenſit: ſed non habebat cauſam, cur vulgatum mutaret. *Gronovius.*

22 *Non tantum quod defendat non habet*] Vide ne delenda ſit poſterior negatio. *N. Faber.*

23 *Varius quidem minus*] Lego, *Varius Geminus.* Nec enim in hoc Gemini colore quidquam eſt quod conferri cum colore Hiſponis poſſit, ut minus dixiſſe videatur. Hunc autem Varium Geminum B. Hieronymus lib. 1. adverſus Jovin. ſublimem oratorem vocat, cujus etiam dictum hoc laudat, *Qui non litigat cœlebs eſt.* N. Faber.

24 *Et*

ores, nemo ad proſcriptum recipiebatur. Popilius ut venit, admiſſus eſt. *Ceſtius* dixit: ut renuntiatum eſt Ciceroni, ait: Popilio ſemper vaco. *Hiſpanus Cornelius* fecit etiam querentem Ciceronem: Popili, tam ſero? *Albutius* dixit: Quid eſt, Popili? ecquid tuto lateo: numquid mutandus eſt locus? Inepte *Avidienus Paulus*, qui induxit Ciceronem, tum maxime orationem pro Popilio legentem. Et *Murrhedius* non eſt paſſus hanc controverſiam tranſire, ſine aliqua ſtuporis ſui nota. Deſcripſit enim ferentem manum [24] & caput Ciceronis Popilium, & Popilii manum dedit Tullio: Quanto aliter reus Ciceronis tenebas manum ejus?

CONTROVERSIA XVIII.

Ter abdicatus venenum terens.

Thema. *Ter abdicatus, ter abſolutus deprehenſus eſt à patre in ſecreta domus parte medicamentum terens. interrogatus quid eſſet? dixit venenum: & velle ſe mori, & effudit. accuſatur parricidii.*

PRO FILIO. *Ceſtii Pii.* Dic quid commiſerim. certe nec ſecreta te fallunt. [1] dimittam te: intelligetis cui paraverim. dic quid ante commiſerim: niſi forte contentus es reo objicere parricidium, parricidæ nihil. *Argentarii.* Volo

24 *Et caput Ciceronis Popillium dixit Popillio*] Libri veteres, *Popillium & Popillii manum dedit Popillio.* Quæ à mala manu eſſe, putaviſſe Ant. Auguſtinum, legiſſeque, *& dixit Popillio*, teſtis Schottus: rectius vero repoſuiſſe Junneſium, *& M. Tullii manum dedit Popillio:* ſenſu plano, & prono librariorum errore, nomina nominibus frequenter commutantium. Mirum eſt in tanta propinquitate ſcopum non tangi. Scribe: *& Popillii manum dedit Tullio.* Hoc enim poſtulat antitheſis. Pulcre ſibi viſus ineptus iſte rhetor Popillio manum caputque Tullii dare, & viciſſim Ciceroni, vivo etiamnum, manum Popillii. *Gronovius.*

CONTROV. XVIII. 1 *Dimittam te: intelligetis*] Veteres editiones, *dimittam tete.* legendum videtur, *dimittite, intelligetis cui paraverim.* N. Faber. Legendum: *Dimitte me, intelliges cui paraverim.* Faber eodem ſenſu: *Dimittite me.* Ille ad judices refert, noſtra ad patrem. *Gronovius.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Volo mori, quia reus fui. [2] quid ergo? reus vivet, quia ſordidatus aſſidebit pater? Revertar ad venenum, quando iniqua fortuna nullo me periculo defungi ſemel paſſa eſt. *Albutii Sili.* Quare ergo non moreris? Non juvat me mori, ſi quem alium juvet. Ut intervenit pater, in has cogitationes abii: Ergo quiſquam tam infelix fuit? ergo quiſquam me magis odit, quam ego? [3] miſereri mei cœpit. *Varii Gemini.* Ter, inquit, abdicatus es. Videris mihi, pater, objicere, quod tamdiu vivam, quod venio, quod pro me loquor. Nolite mirari: tam jucundum eſt innocentibus mori, quam miſeris defendi. *Cornelii Hiſpani.* Scio quoſdam periclitanteis illa jactare. Nunc primum cauſam dico. hoc ego dicere non poſſum: [4] Iterum reus fui: nec dubito, quin vobis in odium venerim, cum ipſe oderim. *Porcii Latronis.* Ter cauſam dixi: acceſſit ad hæc ſupplicia mea venenum: hoc ſi tibi ſatis non eſt, vivam.

Altera pars. Albutii Sili. Teſtor deos immortales, hoc me tribus jam caviſſe abdicationibus, ne in domo mea venenum deprehenderem. Parricidii reus vivit, qui abdicatus, mori voluit. In quam anguſto domus meæ fortuna poſita eſt? aut patri pereundum eſt, aut filio. Quid habes, quare me mori velis? Vivunt orbi, vivunt naufragi, vivunt etiam quibus contigerunt liberi. Ter abdicatus, cum ſe mori velle dicat, vitam rogat. Teneo parricidam, quod appa-

2 *Quid ergo? reus vivet*] Mss. & vett. edd. *quid ergo mori reus vivet vivet quia ſordidatus.* Fortaſſe, inquit Faber: *Quid ergo mortis reus vivit? vivit quia ſord.* Vel: *Quid ergo reus vivis? vivo quia ſord.* Quod ipſi tamen non ſatisfacit. Legebam: *Volo mori, quia ter reus fui. Quid ergo? non ter reus vivet? Vivet cui ſordidatus adſidebit pater.* Filius aiebat, volui veneno ſumto mori, quia toties fui reus. Regerit pater: itane? qui ſæpius reus fuit, eum vitæ pœnitere neceſſe eſt? hæc juſta cauſſa eſt mortis appetendæ? nemo ter accuſatus vivet? Reſpondet rurſum filius: certe vivet aliquis, ſed ille, in cujus periculo pater ſordes ſumit, quem non oderunt ſui. Nempe non talis, qualis ego, cui pater ipſe ſordes induit, cui accuſator eſt. *Idem,*

3 *Miſereri mei cœpit*] Haud dubie, *cœpi.* Ego putabam in odio mei à nemine ipſum me ſuperari: ut vidi patrem, huic illam victoriam conceſſi, & cœpi miſereri mei: ne me in mortem uſque odiſſem. *Idem.*

4 *Iterum reus fuit*] Lege, *ter jam reus fui*, ex themate. *Idem.*

oparet, etiam in ſuam mortem paratiſſimum. *Cornelii Hiſani.* Nolite mirari, ſi debitas vires dolori meo non exhiuero: tribus judiciis experti eſtis, patres accuſare non oſſe. *Vibii Ruſi.* Cum tantum eſt quod fateris, quantum t quod negas? Tu venenum quæſiſti, tu venenum emii, tu venenum intuliſti in eam domum, in qua habebas imicum patrem. recte vitam odiſſes, ſi jam tibi parriciium objeciſſem. Vis ſcire, quid peccaveris? indica, quis bi vendiderit. dicetur illi: Tu venenum vendebas cuiuam? tu ter abdicato vendebas? ſine dubio ſciebas, cui aturus eſſet. Ita hoc ego judicio filii mortem moror. Si e cum iſto includitis, moriar: ut vobis hanc faciam indiam, quam iſte mihi facere voluit. *Varii Gemini.* Quætis, filius meus venenum cui paraverit? non bibit. *Pomii Silonis.* Mihi, inquit, paravi, & hoc eſt patri parare. bſolutus mori vult: reus vivit. *Muſæ.* Habuit malum edicamentum Mithridates. Quis enim alius debebat haere, quam parricida? [5] habuit, inquit, Demoſthenes veenum, & vixit. Id eſt, ego tibi, pater, quod Demoſtheni hilippus. *Porcii Latronis.* Cum abdicarem, ſi quid objeceım, aiebat, Numquid deprehendiſti? non tamen habeitis quod multum de eo dubitetis: quod negat, parriciium eſt; quod confitetur, venenum. Mori, inquit, volo, ivo patre: & hoc parricidium eſt. Miſer æque timui ne iberet venenum, quam, ne daret. *Arellii Fuſci patris.* Mii, inquit, paravi venenum, ne quis dubitet an alium poſt occidere. *Junii Othonis patris.* Reus eſt parricidii, qui avult mori, quam patrem videre. quomodo vultis, mais probem vobis illum noluiſſe? non vult mori. Mori, quit, volui. quare? quia ter viciſti. Si mihi creditis, arricidium facere voluit: ſi iſti, à me parricidium fieri oluit. Qualis eſt reus, cujus hoc unum patrocinium eſt, indi-

5 *Habuit Demoſthenes venenum, & bit*] Sic à ſuſpicione Schotti vulgo gitur. Sed verum eſt: *& vixit. Idne ego tibi pater, quod Demoſtheni Philippus?* Vide lib. 3 Obſ. 6. *Gronovius.*

indignũm ſe vita fuiſſe? Dico, tam inviſum tibi patrem fuiſſe, ut occidere volueris: tam inviſum ipſe confiteris, ut mori volueris.

DIVISIO. Non puto vos exigere diviſionem, cum conjecturalis ſit controverſia. habet tamen diſſimilem ceteris conjecturam, & duplicem. non, quomodo ſolet aut inter duos reos, cum alterum coarguimus: aut inter duo crimina, cum alterum probamus, ut id alterius fiat probatio: tanquam cum dicimus adulteram fuiſſe, [6] ut credatur etiam propter hoc venefica. In uno homine conjectura duplex eſt. quærimus enim, utrum venenum in ſuam mortem, an in patris paraverit.

Color. Si hic color diſplicet pro adoleſcente, quo dixit Latro, ut nihil mutaret, ſed diceret: Mori volui tædio abdicationis, & infelicitatis aſſiduæ, cum in hoc tantum ſordes ponerem, ut cum majore tormento poſitas reſumerem, & abſolutio mihi uni, non finis eſſet periculi, ſed initium: incipit præter conjecturam & illa prima vulgaris in ejuſmodi controverſiis & pertrita quæſtio incurrere, an venenum habere in mortem ſuam liceat. *Albutius* illo colore pro adoleſcente dixit, non fuiſſe venenum. Cum putarem, inquit, odio eſſe patri meo, volui experiri affectum ejus, quomodo mentionem mortis meæ ferret. itaque palam, & ita, ut interveniret pater, tenui. *Fuſcus Arellius* eodem colore uſus eſt. ſed aliter: Non dixit, Experiri patrem volui, ſed, Ut miſerabilem me patri facerem. *Murrhedius* pro cetero ſtupore ſuo dixit: medicamentum ſe paraſſe ad ſomnum: quia aſſiduæ ſolicitudines, vigiliarum ſibi facerent conſuetudinem. Uſus colore eſt, & Publianam ſententiam dixit: Abdicationes, inquit, ſuas veneno diluit. Et iterum: Mortem, inquit, meam effudi. Memini nos, cum loqueretur de hoc genere ſententiarum,

quo

6 *Ut credatur etiam propter hoc venefica*] Rato M. Catonis judicio, qui nullam adulteram non inde veneficam dixit. Quinctilianus c. 11. lib. 5. *N. Faber.*

quo jam infecta erant adoleſcentulorum omnium ingenia, queri de *Publio*, quaſi jam ille hanc inſaniam introduxiſſet. *Caſſius Severus*, ſummus Publii amator, aiebat, non illius hoc vitium eſſe, ſed illorum, qui illum ex parte, qua tranſire deberent, imitarentur: mitterent ea, [7] quæ apud eum melius eſſent dicta, quam apud quemquam comicum, tragicumque, aut Romanum, aut Græcum: ut illum verſum, [8] quo aiebat unum verſum inveniri non poſſe meliorem;

Tam deeſt avaro quod habet, quam quod non habet.

& illud de eadem re dictum:

Deſunt luxuriæ multa, avaritiæ omnia.

& illos verſus, qui huic quoque ter abdicato poſſent convenire:

O vita miſero longa, felici brevis!

Et plurimos deinceps verſus referebat Publii diſertiſſimos. Deinde auctorem hujus vitii, quod ex captione unius verbi plura ſignificantis naſcitur, aiebat *Pomponium* Atellanarum ſcriptorem fuiſſe, à quo primum ad Laberium tranſiſſe hoc ſtudium imitandi, deinde ad Ciceronem, qui illud ad virtutum ſtudia tranſtuliſſet. Nam ut tranſeam innumerabilia, quæ Cicero in orationibus, aut in ſermone dixit, & nota ut non referam à *Laberio* dicta, cum Mimi ejus, quicquid modo tolerabile habent, [9] tale habeant: id quod Cicero in Laberium. Divus Julius ludis ſuis mimum produxit, deinde equeſtri illum ordini redditum, juſſit ire ſeſſum in equeſtria: omnes ita ſe coarctaverunt, ut venientem non reciperent; multoſque tunc in ſenatum legerat Cæſar, & ut repleret exhauſtum bello civili ordinem, & ut

7 *Quæ apud eum melius eſſent dicta*] Aptius fortaſſe, *Quædam apud eum melius eſſe dicta*, &c. N. *Faber*.

8 *Quo aiebat unum verſum*] Lego, *quo aiebat uno, verſum*, &c. *Idem*.

9 *Tale habeant: id quod Cicero*] Fortaſſe ſuppleri poteſt hic locus, ſi legamus: *tale habeant, quale id quod Cicero in Laberium. Laberium D. Julius* &c. Quæ autem hic confuſa erant, ex Epitome, & Hiſtoria, quæ apud Macrobium lib. 2. legitur, ſuo loco repoſui. *Idem*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ut his, qui bene de partibus meruerant, gratiam referret. Cicero in utramque rem jocatus, miſit ad Laberium tranſeuntem: Recepiſſem te, niſi anguſte ſederem. Laberius ad Ciceronem remiſit: Atqui ſoles duabus ſellis ſedere. Quia Cicero male audiebat, tanquam nec Pompeio certus amicus, nec Cæſari, ſed utriuſque adulator. Uterque elegantiſſime: ſed neuter in hoc genere ſervat modum. Ab his hujus ſtudii diffuſa eſt in plures imitatio. Sed ut ad controverſiam redeam, *Caſſius Severus* aiebat, placere ſibi illum colorem: Mori volui. Et quaſdam dixit inter diſputandum ſententias: Tertio, inquit, cum abdicaret, aiebam: Nihil tanti eſt. infelicem hanc animam, quam totiens exagitat pater & infeſtat, ſemel recipiat. Sed illud rurſus dicebat: [10] Mihi ſerva iſtum animum. facies quod voles abſolutus. Quare ergo nunc non moreris? dicet aliquis. Primum, non ſemper idem miſeris libet: nonnunquam juvat cum fortuna ſua concurrere, illam fatigare. Deinde verum vis, quare non moriar interim? quia puto te velle. *Otho Junius* ineptam ſententiam videbatur dixiſſe: Non multum intereſt mea. aut enim me, aut filium meum voluit occidere.

CONTROVERSIA XIX.

Mater cæca filium retinens.

Lex. Liberi parentes alant, aut vinciantur. *Thema. Quidam cum haberet uxorem, & ex ea filium, peregre profectus, & à piratis captus, ſcripſit de redemptione epiſtolas uxori & filio. Uxor flendo oculos perdidit. filium euntem ad redemptionem patris alimenta poſcit. non remanentem, alligari vult.*

PRO MATRE. *Ceſtii Pii.* Non eſt quod mulieris affectum lege æſtimetis, quia minatur: omnia fecit, ne filius

10 *Mihi ſerva iſtum animum*] Ex conjectura lego, *mihi ſervo iſtum animum: faciam quod voles,* &c. vel, *mihi ſerva iſtum animum: faciam quod voles,*

ſilius alligetur. Navigaturus reliquit uxori filium: nec adhuc cæca erat. *Albutii Sili.* [1] Deducite filium. itaque tene, complectere. audeo dicere, hoc par ne piratæ quidem dividerent. ſi vellet filium alligare, pateretur ire quo properat. Ergo tu, adoleſcens, matri tuæ nec decem menſium quidem alimenta reddes? ſi paſcere non vis matrem, exſpecta ſaltem ut efferas. *Triarii.* Legem attulit, qua catenas minetur, cauſam qua timet. *Marcelli Eſernini.* Si perſeveras, me quoque ad piratas trahe: impetrabo ab illis alimenta, & virum meum. *Fulvii Sparſi.* Mater ſi non paſcitur, moritura eſt. Pater etiamſi non redimitur, paſcitur tamen. *Julii Baſſi.* Patri tuo ſuperſunt & oculi & alimenta.

Pars altera. *Ceſtii Pii.* Matrem meam imitari volo. amare me docuit. Unis vinculis duos alligat. Si matris exemplo pius eſſe voluero, etiam oculos patri debeo. *Arellii Fuſci patris.* Deſertorem tuum apud patrem invenies. *Varii Gemini.* Qualis fortuna eſt, cui victo mater catenas denuntiat, victori eundum eſt ad piratas? Omnia licet patri præſtem, meliorem tamen habuit uxorem. Quam multi me putant, quia nolim ad patrem redimendum ire, cum matre colludere? *Fulvii Sparſi.* Matri nihil timeo, ſi eam apud vos relinquo: [2] patri quid timeo, ſi eum apud piratas relinquo? *Buteonis.* Oculos certe eruam mihi, ne plus marito præſtiterit uxor.

DIVISIO. *Latro* hanc controverſiam, quaſi eſſet tota officii, declamavit. nullas quæſtiones juris inſeruit, ſed comparavit inter ſe incommoda patris & matris: [3] & tanquam

les, &c. id eſt permitte me meo arbitrio mori: abſolutus. quod cupis moriar. N. *Faber.*

CONTROV. XIX. 1 *Deducite filium. itaque tene*] Quid ſi legamus, *Deduc me fili.* N. Faber.

2 *Patri quid timeo, ſi eum apud piratas relinquo*] Obſervat Faber, hæc verba à veteribus editionibus, & prima Frobeniana abeſſe. Sed exſtant in mss. & parvo mendo ſunt inquinata. Voſſianus: *quid timeo.* Virgula priori voci ſuperpoſita, quaſi vellet, *quidem.* Scribe: *Matri nihil timeo, ſi eam apud vos relinquo: patri quid non timeo, ſi eum apud piratas relinquo?* Hoc eſt, patri omnia gravia ne accidant, timeo. Controv. I. *quid non timendum felicibus putas? quid deſperandum infelicibus?* Gronovius.

3 *Et tanquam quæreret, dixit*] Videtur hoc poſtremum vocabulum non ſuo

quam quæreret, dixit: Utrum ad redimendum potius captum patrem filius ire deberet, an ad alendam cæcam matrem ſubſiſtere. Et ſic eam diviſit, ut diceret: [4] Hoc quod pater deſiderat, utile eſt patri. Noviſſime tractavit, [5] ne patrem quidem velle. utique, ſi ſciat matrem in hac eſſe fortuna, non paſſurum. In epilogis vehemens fuit. *Apollonius* Græcus & *Buteo* fatuam quæſtionem moverunt primam: An lex quæ de alendis parentibus lata eſt, ad patris tantum nomen pertineat. Illi ſunt omnia privilegia data: & ipſam pœnam non alentium eſſe ſignum, non muliebris poteſtatis. Res eſt ineptior quam ut coarguenda ſit: itaque tranſeo. Illud unum, quod dicebat *Pollio Aſinius*, referam. Nunquam tentari debere in cauſa verecunda improbam quæſtionem. *Hiſpo Romanus* illam movit quæſtionem, An lex de alendis parentibus [6] non pertineret ad matres. Ut vivis parentibus filius, inquit, familiæ nulli poterit ſervire niſi patri, omni alia ſervitute liber eſt. Puta enim, te alimenta petere ab eo, quem pater mittat peregre, quem navi-

ſuo loco poſitum, legendumque: *& tanquam quæreret utrum ad redimendum potius captum patrem filius ire deberet, an ad alendum cæcam matrem ſubſiſtere, dixit. Et ſic.* N. Faber.

4 *Hoc quod pater deſiderat, utile eſt patri*] Senſus ineptus. Quis neſcit eum deſiderare, quod utile ſit ipſi? Neque quod pater deſiderat, in controverſiam venit. Ille enim deſiderat redimi; non proprie, filium ad redimendum ire. Præterea Latronis hæc tractatio eſt pro matre, ut apparet ex eo, quod ſequitur. Scribamus igitur: *Hoc quod mater deſiderat, utile eſt & patri.* Duabus de cauſſis: primum, ne filius in periculum veniat; deinde, ne abſenti illo, matre cæca & ad curam domus non ſufficiente, res familiaris dilabatur. Statim, *ne patrem quidem velle*, ut conjecit Faber, plane legitur in ſcripto Voſſiano. *Gronovius.*

5 *Ne patri quidem utile: utique ſi ſciat*] At patris ſcientia non efficeret, ut quod ei alias utile eſſet, inutile redderetur. Veteres editiones legunt, *ne patri quidem velle, utique ſi ſciant.* rectius igitur legemus, *ne patrem quidem velle, utique ſi ſciat* &c. quod planum eſt. *N. Faber.*

6 *Non pertineret ad matres*] Hanc ipſam quæſtionem, ut fatuam & nulla mentione dignam, riſit jam in Apollonio & Buteone. Cur ergo nunc in Hiſpone repeteret, ac ſine ulla nota tranſmitteret? Credibile eſt aliam fuiſſe, & quidem hanc: *An lex de alendis parentibus non pertineret ad matres, utriſque vivis parentibus?* nempe dum uterque parens eſt ſuperſtes. Et eo pertinet ratio quæ ſequitur, videlicet, vivo patre in hujus poteſtate filiumfamilias eſſe, & quidem ſolius. Rectius deinde ab eo nova periodus incipit: *Filius, inquit, familiæ* &c. Poſſet etiam legi: *primo pertineret ad patres.* Ut mox: *primæ partes ſunt patris, ſecundæ matris.* Gronovius.

7 *Mo-*

navigare jubeat: primæ partes ſunt patris, ſecundæ matris. *Albutius* non juris fecit illam quæſtionem, ſed æquitatis: ita tamen, ut juri adjungeret, & matris prius eſſe, quam patris officium. *Silo Pompeius* illam fecit quæſtionem: An quotiens duobus communis eſſet poteſtas, ejus tota fieret, qui præſens eſſet. Puta, inquit, [te] ſervum eſſe communem; huic domino ſervies, qui præſens eſt. puta fundum eſſe communem; is fructus percipiet, qui præſens eſt. Illam quæſtionem huic duram ſubjecit: An nunc pater nullum jus in filium habeat. Quomodo, inquit, civis jura habeat, qui liberi hominis non habet? pater habet nullam in te poteſtatem: mater in totius legis poſſeſſione eſt. Eſt jam non commune illi jus in te, ſed proprium. *Varius Geminus* ſic diviſit: An non ſemper filius cogi poſſit, ut matrem alat. Deinde, An nunc cogendus non ſit. Non ſemper, inquit, filius cogitur. Tranſeo illos, qui non poſſunt, ægrotos & inutiles. Aliquis ad propellendum hoſtem proficiſcitur, in cujus unius militia poſita eſt ſalus publica: hunc retinebit mater? puta legatum de ſumma republica, puta fœderis: huic mater vincula injiciet? Per partes, comparando utrumque officium: Ille, inquit, peregre eſt, tu domi: ille captus, tu libera: ille inter piratas, tu inter cives: ille alligatus, tu ſoluta es. at tu cæca es: ille hoc infelicior quod videt. Quid enim videt? catenas ſuas, & cædes, & vulnera & cruces eorum qui non redimuntur. At periculum eſt. Quam multi nihil pro patribus periculoſum putaverunt, niſi domi manere & flere? *Latro* dixit, pro matre ſubmiſſe & leniter agendum. non enim vindictam, inquit, ſed miſericordiam quærit: & cum eo adoleſcente conſiſtit, in quo ita exigit pietatem, ut impediat. Aiebat itaque, verbis horridioribus abſtinendum, quotiens talis materia incidiſſet. ipſam orationem ad habitum ejus, quem [7] movere volumus ad affectus, molliendam. in epilogis

7 *Movere volumus ad affectus*] Dele præpoſitionem, & ſcribe: *ipſam orationem ad habitum ejus, quem movere volumus, affectus molliendam.* Nec poteſt placere

logis nos quoque vocem de induſtria infringere, & vultum dejicere, & dare operam, ne diſſimilis ſit orationi orator: compoſitionem quoque illis minorem convenire. [8] *Calvus*, qui diu cum Cicerone iniquiſſimam litem de principatu eloquentiæ habuit, uſque eo violentus accuſator & concitatus fuit, ut in media actione ejus ſurgeret [9] Vatinius reus, & exclamaret: Rogo vos, Judices, num, ſi iſte diſertus eſt, ideo me damnari oportet? Idem poſtea cum videret, à clientibus Catonis, rei ſui, Pollionem Aſinium circumventum [10] in * forecæ, (ſorite) imponi ſe ſupra cippum juſſit: (erat enim [11] parvulus ſtatura, propter quod etiam Catul-

placere ſtatim *compoſitionem minorem.* Vel, *inertem*, vel, *mitiorem* malim. *Gronovius.*

8 *Calvus, qui diu cum Cicerone iniquiſſimam litem de principatu*] C. Licinius Calvus C. Licinii Macri, ut ex Valerio Maximo didicimus, filius, magni nominis orator fuit, adeo ut quidam non dubitarint eum cunctis præponere: quod eo mirum magis, quia certum eſt circa triceſimum ætatis annum vita defunctum. Natus eſt C. Mario & Cn. Carbone III Coss. inquit Plinius, & Cicero epiſt. ult. lib. 15 Epiſtolarum ad Conſules, & alias de eo, ut qui jam vixerat, loquitur. quam tamen conſtat miſſam Cæſare II. & Servilio Iſaurico Coss. id eſt, 34 anno poſt natum Calvum, ut præproperatam mortem ei injuriam feciſſe non dubium ſit. Quinctilianus ei orationis ſanctitatem, & judicium, Cicero præter judicium, doctrinam & elegantiam tribuit, nimiam tamen religionem in oratione in eo reprehendit. Conſtat ſane nullum inſigne fere judicium extitiſſe, dum in foro viguit, cujus non pars ipſe aut cum Cicerone aut in Ciceronem fuerit. Quod attinet ad hæc tria judicia, quorum hic mentio eſt: Vatinium accuſavit Calvus, frequenti inquit Tacitus totius civitatis concurſu, vereor ne ſemel atque iterum. Plures enim accuſationes Calvi in Vatinium idem auctor laudat: in quibus illa egregia dicta fuit ſententia, *Factum eſſe ambitum omnes ſcitis, & vos hoc ſcire omnes ſciunt.* L. Seneca epiſt. 93. Vatinio in utraque cauſa Cicero adfuit. C. Catonem, & Meſſium cum Calvo tuitus eſt Cicero, accuſavit Aſinius Pollio. Meminit etiam Tacitus orationis Calvi in Druſum, quem Cicero à ſe defenſum ad Atticum ſcribit. Hæc ex Cicerone de claris orat. epiſt. 15. & 16. lib. 4 ad Atticum, Valerio Maximo c. 2. lib. 4. & 12. lib. 9. Aſconio in orat. pro Scauro, Plinio c. 49. lib. 7. Quinctiliano c. 1. & 2. lib. 10. & 10. lib. 12. & Tacito de oratoribus colligere licet. *N. Faber.*

9 *Vatinius reus*] Vatinium accuſavit Calvus paulo major 20 annis. Tacitus de orat. & Quinctilianus cap. 6. lib. 12. In qua actione Calvi idem auctor c. 4. lib. 6. refert, cum reus candido frontem ſudario tergeret, idque ipſum accuſator in invidiam vocaret, facetiſſime Vatinianum reſpondiſſe: *Quamvis reus ſum, & panem candidum edo.* Idem.

10 *In forecæ*] Veteres editiones: *inſuetæ* legunt, quod nihil eſt vocabulum. ex quo Eraſmus *in ſorite* fecit, quam lectionem ceteræ ſecutæ ſunt editiones. *Idem.*

11 *Parvulus ſtatura*] & admodum juvenis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

atullus in hendecaſyllabis [12] vocat illum *Salaputium diſer-* *m)* & juravit, ſi quam injuriam Cato Pollioni Aſinio ac- ſatori ſuo feciſſet, [13] ſe in eum juraturum calumniam: c unquam poſtea Pollio à Catone advocatiſque ejus aut , aut verbo, violatus eſt. [14] Solebat præterea excedere bſellia ſua, & impetu elatus uſque in adverſariorum par- s tranſcurrere. Et carmina quoque ejus, [15] quamvis jo- ſa ſint, plena ſunt ingentis animi. Dicit de Pompeio:

[16] *——— digito caput uno*
Scalpit, quid credas hunc ſibi velle? virum.

ompoſitio quoque ejus in actionibus ad exemplum De- oſthenis riget: nihil in illa placidum, nihil lene eſt, omnia &

venis. Unde feſtiviſſime Salaputium ctus eſt. de quo vocabulo vide quæ teratorum princeps Scaliger in Ca- llum, & Virgilii Catalecta ſcripſit. ſt aſellum enim diaria non præbeo. *Faber.*

12 *Vocat illum ſalaputium diſertum*] allucinationes ſunt meræ, quæ tot i præſtantes viri ad locum Catulli tulerunt. Solus veravit divinus Sal- aſius, reſtituendo, *ſalopygium*. de quo de ipſum in Plinianis. *Gronovius.*

13 *Se in eum juraturum calumniam*] es explicationes horum verborum fert Schottus, de quibus omnibus i, quod ipſe uſurpat ex Satyra Varro- ana, cras credas, cenſeo, hodie ni- l. Simplex ſenſus eſt, ſe Catonem, em nunc defendebat, accuſaturum. *em.*

14 *Solebat præterea excedere ſubſellia a*] In ejuſmodi oratores urbane Caſ- is Severus lineam popoſcit. Quinti- nus c. ult. lib. 11. *N. Faber.*

15 *Quamvis joca ſint*] Fortaſſe, *jo- ſa ſint*. quamvis & edita ferri poſſit. rro non ſolum ingentis animi, ſed amariſſimi fuerunt, quale eſt præ- r diſtichon infra poſitum in Pom- ium illud fragmentum apud Sueto- ium in Cæſarem,

——— Bithynia quicquid,
Et prædicator Cæſaris unquam habuit.

& Hipponacteum carmen, de quo Ci- cero epiſt. 25. lib. 7. epiſtolarum ad Marium. Quemadmodum igitur ſum- mus orator, ita optimus fuit Epigram- matum ſcriptor: ut Gellius c. 9. lib. 11. & Plinius junior epiſt. 26. lib. 5. non dubitarint eum in æquo cum Catullo ponere: cujus etiam verſum ex Hen- decaſyllabis adducit idem Gellius, cap. 12. lib. 7. Pedianus ad Ciceronis orationem in Anton. & Catullum e- legantis Hendecaſyllabi à Calvo com- poſiti in Curionem meminit. idem Plinius epiſt. 3. lib. 6. inter eos illum recenſet, qui & dignitate ornati, & moribus ſerii jocoſa nihilominus & amatoria ſcripſerunt. *Idem.*

16 *Faſciola qui crura ligat*] Morda- ciſſimum hoc diſtichon ex Catalectis veterum Poëtarum ejuſdem Scaligeri ſupplevi & emendavi. de cujus recta diſpunctione ſponſor erit Plutarchus, qui Pompeio mollitiem à Claudio ob- jectam ſcriptum reliquit, cum redem- pta, perditorum hominum multitu- dine, ipſe Claudius ex eminenti loco quæreret, τίς ἐστιν αὐτοκράτωρ ἀκόλαστος, τίς ἀνὴρ ἄνδρα ζητεῖ, τίς ἑνὶ δακτύλῳ κνᾶται τὴν κεφαλήν, illi vero in modum chori alternis canentis ad ſin- gula reſponderent, Πομπήϊος. *Idem.*

& citata & fluctuantia. Hic tamen in epilogo, quem pro Meſſio tunc tertio cauſam dicente habuit, non tantum leniter componit, ſed cum dicit: Credite mihi, non eſt turpe miſereri: & omnia in illo epilogo fere non tantum emollitæ compoſitionis ſunt, ſed infractæ. In hac controverſia Publianam ſententiam dedit *Vetus* quidam rhetor, ſtaturæ puſillæ, in quem *Euctemon*, homo venuſtiſſimi ingenii, Græce dixit: Antequam te viderem, [17] neſcio, rhetor, an ſoratos eſſes. Fuit autem *Ceſtii* ſententia; Captus eſt, inquit, pater. ſi te capti movent, & hæc capta eſt. & quaſi non intellexiſſemus, ait: Neſcitis dici, captos luminibus? & illud dixit: Mittes tamen epiſtolam infructuoſam. odiſſe illam debes. hæc eſt quæ matrem tuam excæcavit. & illam falſiſſimam, in quam multi incidunt. Propter hoc ipſum, inquit, magis flebilis eſt, quod non poteſt flere. Et iterum inquit: [18] Lacrymæ matri deſunt, cauſæ ſuperſunt: tanquam cæci flere non ſoleant. Memini *Criſpum* quemdam antiquum rhetorem, in illa controverſia viri fortis qui tertium filium retinet, cum alter filius in tyrannicidio perdidiſſet oculos, alter in acie manus: Exſurgite nunc viva cadavera, rogate pro fratre. Sed quid ego meos derideo; alter, quos roget, non videt: [19] alter, quo roget, non habet. Multis compoſitio belle ſonantis ſententiæ impoſuit. Itaque memini, *Latronem Porcium*, ut exprobraret hanc audiendi ſcholaſticis negligentiam, maxime, quia *Triarius* compoſitione verborum belle cadentium multos ſcholaſticos delectabat, omnes decipiebat, in quadam controverſia, cum magna quaſi fluerent & concitata, ſic locum

17 *Neſcio rhetor an ſorathos eſſes*] Quidam legendum conjiciunt, *an orator eſſes:* in qua lectione ſummam illam venuſtatem Euctemonis non video quare præſtat locum deponere. *N. Faber.*

18 *Lacrymæ matri deſunt*] Eadem tamen ſententia uſus eſt auctor Thebaidos Tragœdiæ, in qua cœcus OEdipus hæc loquitur,

Lacrymæ ſupererant, has quoque eripui
mihi.

niſi quis dicat magni intereſſe utrum quis erutos an extinctos oculos habeat: quod verum eſt. *Idem.*

19 *Alter quos roget non habet*] Lege, *quo roget non habet.* Operarum eſt lapſus. *Idem.*

um concluſiſſe: Inter ſepulcra monumenta ſunt. Et, cum cholaſtici magno clamore laudarent, invectus eſt in eos ut ebuit: & hoc effecit, ut in reliquum etiam, quæ bene dia erant, tardius laudarent, [20] dum inſidias vererentur. *lycon* dixit: [21] Παρεάθῃ μῆτερ. ἴθι, λαβȣ̃ τέκνȣ. ταλαίπωρε, ὲς; βαίνῃ σοι. ἐκράτησέ σ'. εἰ μέ, φησιν, ȣ̓ τρέφεις, ἐπίμεινον, ϊ θύῃς. *Hybreas* in hac controverſia dixit: Τέκνον, κἂν με ύγῃς, καζανύξομαί σ' ἐπαιδȣ̃σα. Nec quibuſdam corruum videbatur: *Romanus* tamen. *

CONTROVERSIA XX.

Quinquennis teſtis in procuratorem.

hema. *Mortua quidam uxore ex qua filium habebat, duxit aliam: ſuſtulit ex ea filium. Habebat procuratorem in domo ſpecioſum. Cum frequenter eſſent jurgia novercæ & privigni, juſſit eum ſemigrare. Ille trans parietem habitationem conduxit. Rumor erat de adulterio procuratoris & matris familiæ. Quodam tempore pater familiæ in cubiculo occiſus inventus eſt, uxor vulnerata, communis paries perfoſſus: puer jubetur percuſſorem cognoſcere, ille procuratorem digito denotavit. accuſat filius procuratorem cædis, ille filium parricidii.*

ARELLII FUSCI PATRIS. Ut audivi clamorem, ſi qua eſt fides, deprehenſos à patre adulteros tavi. Quis ferret te voluntariam teſtem in forum vententem, etiam ſi venires dictura pro filio? miſerrime puer, amvis periclitor, plus tamen pro te timeo. nimium franis inſiſtis veſtigiis: itaque jam tibi cum matre non connit. Quamdiu mater vixit, pater me fuit procuratore con-

20 *Dum inſidias vererentur*] Lege , *cum inſidias vererentur*, vel, *dum lias verentur.* Gronovius.

21 Παρεάθῃ μῆτερ] Schottus: *Ap-e mater.* Quaſi ſit à παραπίθημι, non παραθέω, *accurro*, vel *currendo adſequor.*

Statim: ἐκράτησέ σ'· εἰ μέ, φησιν, ȣ̓ τρέφεις, ἐπίμεινον, ἵνα θύῃς. *vicit te, ſi me non alis, exſpecta, ut ſacrifices.* Lego: ἵνα θάπτῃς. *Tenet te, ſi me non alis, ait, exſpecta, ut ſepelias.* Idem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

contentus. Non facile fit parricidium. Vis ſcire, quantum natura poſſit? etiam infans pro patre loquitur. *Triarii.* Vivo patre adultera, moriente conſcia, mortuo teſtis. Aliquis uno teſte contentus eſt? dabo puerum. aliquis uno teſte non contentus eſt? dabo populum. Objicit privigno parricidium, filio mendacium. Intrat procurator, qua ſolebat. Dic, puer, quis patrem tuum occiderit. dic audaciter. eundem nominas, quem populus. Nox placet ſceleri: prorſus adulteri tempus. Habui patrem tam bonum, ut, cum uxorem habere vellet, tamen me novercam habere noluerit. Quo mihi lumen? tantum admiſſuro nefas optanda nox eſt. Quid, inquit, ante peccavi? diſſimile eſt. [1] memento enim, de homicida quæri. poteſt tirocinium eſſe homicidium, parricidium non poteſt. Lumen attuliſti ut diſcerneres. erat illic, quam leviter vulnerare deberes. Videmus adactum in præcordia gladium. ſic ego novercam vulneraſſem. Frater, quæro an videris procuratorem proxima nocte: nihil de prioribus quæro. *Vibii Galli.*

Ego

Controv. XX. 1 *Memento enim de homicida quæri*] Deeſſe videtur negatio, legendumque, *non quæri.* Non enim hic de homicida tantum quæritur, ſed de parricida. De parricidio autem non æque facile creditur ac homicidio. Cicero pro Roſcio Amerino in hoc totus eſt. Sic infra in præfatione lib. 10. *Omnia,* inquit, *uſque ad ultimum tumorem perducta, ut non extra ſanitatem ſed extra naturam eſſent.* id eſt, non tantum extra ſanitatem, ſed etiam, &c. *N. Faber.* Deeſſe videtur negatio, inquit Faber, & legendum, *non quæri.* Non enim hic de homicida tantum quæritur, ſed de parricida. Pari ratione permotus Petreius non dubitat, *parricida*, legendum: ab ipſa enim atrocitate probari, non potuiſſe illud eſſe primum. Hæc quidem vera ſunt in actione procuratoris adverſus filium: ſed non ſunt vera in actione filii adverſus procuratorem. Accuſat procurator filium parricidii; filius procuratorem homicidii. Et hæc pro parte filii dicuntur: Inducitur dicere procurator: quid ante peccavi, ut veroſimile ſit ab hac cæde me non abhorruiſſe? Reſpondet filius, hoc ſibi convenientius eſſe dicere quam procuratori: hunc enim homicidii arceſſi, ſe parricidii: at poſſe, qui nihil antea peccavit, incipere & tirocinium ſcelerum ponere in homicidio; non poſſe in parricidio. Etenim nemo repente fuit turpiſſimus. Albutius infra in perſona filii: *Quid ante peccavi? cujus uxorem corrupi?* (quod ſcilicet rumor eſt feciſſe procuratorem) *quod ſi feciſſem, hominem occidere poſſem,* (quod arguitur procurator) *patrem non poſſem.* Triarius: *Aliquis parricidio puras manus ſervat, & incipit, quo pervenire difficile eſt?* Si quid tentandum, poſſet legi: *Memento etiam de homicida quæri.* Gronovius.

2 Non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

go taceam de adulterio, quod perſequitur etiam popu-is? ego taceam de parricidio, quod perſequitur etiam uer? Teſtor vos, Judices, ſalvum patrem reliqui. O ma-nam in contrarium ſeculi noſtri perverſitatem! inventus t qui patrem poſſet occidere, & novercam non poſſet. Et-m ſi quis occidere patrem non poteſt, novercam poteſt. *pullii Baſſi.* Dum perfodio parietem, aliquis ſentiet. Cu-s vis leviſſimum ſomnum? pueri, an ſenis, an mediæ æ-tis? Pueri? frater ſentiet. ſenis? pater. mediæ ætatis? overca. Quærerem, quam ſordida domo natus eſſet, ſi lam habuiſſet: nunc inquiſitionem noſtram humilitate fugit. [2] Non miror ſi neſcis, quam difficile ſit patrem oc-dere, cum incertum habeas patrem. *Albutii Sili.* Quæro te, mulier, an filio tuo credendum putes? Liceat mihi trire puerum: ne cum matre illi, [3] ne cum tutore queat nvenire. Tres in cubiculo ſunt. patrem occidis; puerum ntemnis; adulteram non times. Singuli ſe ſervi liberti-ue offerebant: puer ſtabat ante omnes: percuſſor latebat ſt adulteram. Quid ante peccavi? cujus uxorem corru-? quod ſi feciſſem, hominem occidere poſſem: patrem n poſſem. [4] Bonos habeo teſtes. [5] timet hunc in aliena teſtate. Aſpice corpus patris, quam gravis plaga, quam e adactus eſt gladius! ſic ego novercam percuſſiſſem. *ſtii Pii.* Adulterum te eſſe, non unum teſtem dabo, non rruptum. dabo multos, dabo etiam pueros. Patrem tam aviter percuſſi, quam debui novercam: novercam ne ſic quidem,

2 *Non miror ſi neſcis*] Cicero in ea-n oratione, *Si tibi fortuna non dedit erto patre naſcerere, ex quo intelligere ſes qui animus patrius in liberos eſſet: at ura certe dedit, ut humanitatis non pa-n haberes.* N. Faber.

3 *Nec cum tutore queat convenire*] rtaſſe legendum, *ne cum procuratore at convenire.* Tutoris enim nulla mentio. *Idem.*

4 *Bonos habeo teſtes*] Veteres editio-nes, *bonis habeo præteſtes.* Idem.

5 *Timet hunc in aliena poteſtate*] Su-ſpicor legendum eſſe: *timeo.* Intelli-git puerum, cui etiam ſe, conſilium cauſſæ, teſtimonium ſignificat remit-tere. *Bonos teſtes* accipe populum. Ut ſupra: *Aliquis uno teſte non contentus eſt? dabo populum.* Mox: *adulterum te eſſe, non unum teſtem dabo, non corru-ptum: dabo multos.* Gronovius.

quidem, quemadmodum patrem. *Julii Baſſi.* Tibi fuit neceſſarium lumen, ne eam occideres, propter quam occidebas: mihi ſupervacuum erat, ne inſtrumento parricidii, detegerem parricidium. Si rerum natura pateretur, obliviſcendum mihi erat patris, dum occiderem. Majore licentia, quæ non videmus, agimus: & quamvis non minor ſit atrocitas facinoris, formido minor eſt. Si patrem occidi, totus mihi lectus purgandus eſt: cui parcam non habeo. Non poſſum gloriari ultione patris: frater illam meus occupavit. *Blandi.* [6] Quam difficile eſt filio, patrem vulnerare; quam facile privigno, novercam occidere! *Varii Gemini.* Patrem, inquit, occidiſti. Teſtor vos & Judices, nihil leviter hæ manus faciunt. [7] utrum non habui poteſtatem? atqui vulnerata es. hui! nolui te occidere? atqui vulnerata es. leviter vulnerata es. quam diligenter ſervata es! Tu teſtimonium dic, & oſtende non vulnus, ſed argumentum. percuſſor ille quam timuit, ne occideret! *Porcii Latronis.* Quare lumen affero? fortius parricidium faciam ſi non videro patrem. Occidere aliquis patrem, antequam novercam, poteſt? novercam, ne poſt patrem quidem poteſt? *Triarii.* Aliquis parricidio puras manus ſervat, & inde incipit, quo pervenire difficile eſt?

DIVISIO. Has controverſias, quæ & accuſationem habent, non eodem ordine omnes declamaverunt. quidam fuerunt, qui ante defenderent quam accuſarent: ex quibus

Latro

6 *Quam difficile eſt filio*] Aliquantulo rectius fortaſſe, *tam difficile eſt filio patrem vulnerare quam,* &c. N. Faber.

7 *Utrum non habui poteſtatem? atqui*] Aliquanto melius hic ſe locus habiturus videtur Fabro, ſi ſcribatur: *poteſtatem, vel nolui te occidere? atqui vulnerata es.* Quaſi hinc det intelligendum: potui ergo te occidere. Alterum enthymematis membrum vel intercidiſſe vel ideo omiſſum, quia nulla ratio eſt, cur novercam infeſtam & adulterii ſuſpectam privignus occidere noluerit. Ne dicam de Latinitate, *utrum vel*, multo etiam melius ſenſu habet vulgata. Eodem enim argumento vulneris & voluntatem & poteſtatem occidendi fuiſſe ſibi demonſtrat, ſi quidem ipſe facinus commiſiſſet. *Utrum non habui poteſtatem? atqui vulnerata es.* Potui ergo eodem momento te tam facile occidere quam vulnerare. *Nolui te occidere? atqui vulnerata es.* Volui igitur. nam cur te peterem telo, niſi ut occiderem? *Gronovius.*

8 *Quod*

ætro fuit. *Fuſcus Arellius:* Debet, inquit, reus in epilogum eſinere. optime autem epilogum contexit defenſioni: & omines magis defendenti quam accuſanti favent. Ultima t pars, quæ judicem faventem poſſit admittere. Quidam ermiſcuerunt accuſationem ac defenſionem, ut per comrationem duorum reorum irent, & crimen, ſimul repuſſent, ſtatim transferrent: ex quibus fuit *Ceſtius.* Hoc non mper expedit. utique qui imbecilliorem partem habent, on eſt utile, cominus congredi: facilius latent quæ non mparantur. In hac controverſia duo vel tres rei. noverca im procuratori conjungitur. Itaque à filii parte utique, ebat, prius accuſandum: quia unum debebat crimen dendere, duo objicere, & adulterii & cædis. ſi qua ſunt ex raque parte difficilia, non colorem, ſed argumentationem ſiderant. Itaque ne modum excedam, prætеribo. Circa ulnus novercæ quidam bellas res dixerunt, quidam ineptas, mmo multi ineptas. Prius illa, quæ belle dicta ſunt, refem. *Fuſcus.* Ut diſtricta levi vulnere eſt cutis! non credas ctum manu privigni, credas amatoris. *Paſſienus* ait: Tam viter te vulneravit dextera illa, cui nec paries obſtitit, nec ater? *Varius Geminus* dixit: Da ferrum teſti meo: fortius riet. *Ceſtius* dixit: cum deſcripſiſſet quam leve vulnus eſt: Nocueras, inquit, mihi, ſi amicæ tuæ nocere potuiſſes. *iger Brutidius* quotidiano verbo ſatis ſignificanter uſus eſt. ivalem, inquit, occidit: amicam ſauciavit. *Hiſpo Romanus* uſdem generis rem dixit: Oſtende, noverca, oſtende id uod amator tuus vellicavit. *Baſſus Sepullius* dixit: Maritum cidit, adulteram ſtrinxit. Ex illis qui res ineptas dixerant, imus ibi ante omnes *Muſa* veſter: cum vulnus novercæ deripſiſſet, adjecit: At Hercules, pater meus tanquam paries rfoſſus eſt. *Murrhedius:* patrocinium putat eſſe, [6] quod uſæ ſuæ ſanguinem miſit. *Nepos Licinius* ait: Non eſt iſtud vulnus,

8 *Quod cauſæ ſuæ ſanguinem miſit*] uid ſi ſcribatur? *quod amicæ ſuæ ſaninem miſit.* voce enim ſanguinis in obſcœnis uſus eſt infra hac controverſia, *Facit quod facere ſolet, pro amatore ſanguini ſuo non parcit.* Petronius: *Nun-*

 quam

vulnus, ſed ludentis adulteri morſus. *Senianus* ex illa ſtultorum nota ſententiam protulit. Non vulneravit, inquit, novercam, ſed viri ſui ſanguine aſperſit: cum illic vulnerata ponatur. *Vinitius* exactiſſimi vir ingenii, qui nec dicere res ineptas, nec ferre poterat, ſolebat hanc ſententiam Seniani deridere, & ſimilem illi referre in oratione dictam Montani Votieni. *Senianus* in hac eadem controverſia dixerat: Nihil puero eſt teſte certius, utique quinquenni. Nam & ad eos pervenit annos, ut intelligat: & nondum ad eos, quibus fingat. Et hæc definitio, inquit, ridicula eſt, nihil eſſe puero teſte certius, utique quinquenni: puta, nec ſi quadrimus puer, teſtis eſt. nec ſi ſex annorum. Illud vetuſtiſſime adjiciebat: Putes, inquit, aliquid agi. omnia in hac ſententia circumſpecti hominis ſunt, finitio, exceptio. Nihil eſt autem inamabilius, quam diligens ſtultitia. *Montani Votieni* ſententiam huic aiebat eſſe ſimilem, & deridebat. Acre omnino & experrectum eſt animal canis, utique catenarius paratus. Erat autem non æquus ipſi Montano. accuſaverat illum apud Cæſarem, [9] à colonia Narbonenſi

quam finies hunc ignem, niſi ſanguine extinxeris. Juvenalis Satyra 1. *Accipiat ſane mercedem ſanguinis.* nempe ex medicorum doctrina, non Ariſtotelis. N. *Faber.* Quid ſi ſcribatur, inquit Faber, *quod amicæ ſuæ ſanguinem miſit.* Voce enim *ſanguinis* in nuptis uti ſolere veteres, & uſum infra ipſum Murrhedium. Sed ego minime concedam ſolicitari vulgatam, niſi quod prava diſtinctione laborat: non enim verbum *putat* de Murrhedio eſt intelligendum, ſed de uxore aut procuratore. Dixit enim Murrhedius: *Patrocinium putat, quod cauſſæ ſuæ ſanguinem miſit.* Hoc eſt, ſperat hoc ſibi patrocinaturum, quod aſtute & dedita opera, cauſſæ ſuæ, ad aliquem colorem & ſpeciem dandam cauſſæ ſuæ, nonnihil ſanguinis impendit, paullulum ſanguinis fudit. Nam *mittere* & parvum modum & arbitrium ſignificat. Cicero: *Miſſus eſt ſanguis invidiæ ſine dolore.* Ut apud Livium Appius: *dandus eſt invidiæ ſanguis.* Ita hic miſſus ſanguis cauſſæ. Illic ad invidiam placandam, hic ad cauſſam colorandam. Iterum Cicero, 6 ad Att. ep. 1. *cum* ἐξ ἀφαιρέσεως *provinciam curarit, ſanguinem miſerit.* Controv. 3. *Patrocinium ſuum putat pereundi infelicitatem.* Gronovius.

9 *A colonia Narbonenſi*] Unde ipſe erat. Martialis lib. 9.

Quem pulcherrima jam redire Narbo,
Docti patria Narbo Votieni,
Ad leges jubet.

Et B. Hieronymus in Euſebii Chronico: *Votienus Montanus Narbonenſis orator in Balearibus inſulis moritur, illic à Tiberio relegatus.* Et hæc ad annum Tiberii 14. retulit B. Hieronymus. Tacitus autem biennio ante. Cornelio Coſſo & Aſinio Agrippa Coss. eundem

…ponenſi rogatus. [10] at Montanus adeo toto animo ſchola-…ſticus erat, ut eodem die, quo accuſatus à Vinitio decerta-…verit, in Vinitii actionem ſententias ſuas referebat. Elegan-…ter illud dixit *Surdinus:* Rogo, numquid putas illum alte-…ram partem declamaſſe? Gravis ſcholaſticos morbus in-…vaſit: exempla cum dixerunt, volunt & illa ad aliquod …controverſiæ thema redigere. Hoc ut aliquando facien-…dum eſt, cum res patitur, ita ineptiſſimum eſt luctari cum …materia, & longe arceſſere, ſic, quomodo fecit in hac con-…troverſia *Muſa*, qui, cum diceret pro filio locum de in-…dulgentia liberorum in parentes, venit ad filium Crœſi, …& ait, Mutus in periculo patris naturalia vocis impedimen-…ta rupit, qui plus quam quinquennio tacuerat. quia quin-…quennis puer ponitur, putavit ubicunque nominatum eſſet …quinquennium, ſententiam fieri. quia Latroni bene ceſſe-…rat, qui cum diluiſſet vulnus exiguum, dixit: Aſpicite iſtam …vix adparentem cicatricem: rogo vos, non putetis puerulum …feciſſe, & ne puerulum quidem quinquennem? *Gallus Vibius* …improbam dixit ſententiam, cum cædem deſcriberet. Occi-…dit, inquit, maritum; novercam læſit; puero pepercit. etiam …nunc putabat ſuum. Valde enim puero *Ceſtius* aiebat parcen-…dum. Itaque dixit, cum laudaret ejus teſtimonium: [11] Procu-rator

…em Votienum cognitione habita ob …contumelias in principem dictas pœ-…nis majeſtatis adfectum lib. Annal. 4. …notavit. quod ad deportationem cum …publicatione bonorum refero. Ita illa …immanis bellua omnium inſignium …virorum, qui felix Auguſti imperium …doctrina & eruditione illuſtrarunt, …exitio fuit. N. *Faber*.

10 *At Montanus adeo toto animo …ſcholaſticus*] Vel omnia fallunt, vel hoc …dicit, Montanum adeo ſcholaſticum …fuiſſe, ut cum accuſatori Vinicio re-…ſponderet, ſententias ab eo in accu-…ſatione dictas in ſuam actionem tam …aperte transferret, ut recte Surdinus …dixerit videri accuſatoris partem de-…clamaſſe. Scholaſticum enim vitium eſt, cum imitari ſtudueris, eadem di-cere. Quod ſi verum eſt, videretur non incommode legi poſſe, *at Montanus adeo toto animo ſcholaſticus erat, ut eodem die quo accuſatus à Vinicio, decertaverit: in ſuam actionem Vinicii ſententias referret. Eleganter illud dixit.* Niſi fortaſſe hæc ἀντιστρόφως dicta ſint, qualia apud auctores non pauca deprehendimus. *Idem*.

11 *Procurator natus es*] Hæc eſt lectio veterum editionum. Ceteræ, *procuratori natus es*, vel, *procuratore natus es*, corrupte. Nam ſi ſcriptum eſſet, *procuratore natus es*, Ceſtius contra præceptum faceret. quo jubet puero parcendum: nec procuratori natus dici poteſt, qui ejus malo natus eſt. quod

rator * natus es. [12] *Hermagoras* hunc ſenſum decentius poſuit: Μάταιον ἀδιαφόρημα. *Blandi* ſententia laudabatur, cum deſcripſiſſet à puero demonſtratum procuratorem: O digitum multa ſignificantem! *Euctemon* dixit: Μητρυιᾷ χρηστὸν ἔμπνουν μάρτυρα, ὦ νανίον δυσεβὲς, ὦ παιδίον ἄξιον σῆς μητρὸς ὅλον καὶ πατρός. *Murrhedius* mimico genere fatuam ſententiam dixit, cum dixiſſet, novercam diſputare contra filii ſui teſtimonium: [13] Facit, inquit, quod ſolet. pro amatore ſanguini ſuo non parcit. *Nicocrates Lacon* aridus & exſuccus declamator dixit: Τοῦ μὲν ἰδίου μάρτυρος ἐφείσατο, τοῦ δ' ἐμοῦ κατεφρόνησεν. *Hermagoras*, cum miſerabilem dixiſſet pueri conditionem eſſe, qui infeſtus novercæ & procuratori redderetur, dixit, jam procuratorem clamare; οὐκ ἔστιν ἡμέτερος.

CON-

ſi conjicere licet potius, cenſerem legendum, *procuratore natus non es*. N. *Fab*. Hanc veterum editionum lectionem eſſe teſtatur Faber. Schottus tamen mavult: *procuratore natus eſt*. Cui ſatisfacere debuiſſet ratio Fabri veriſſima: ſi ſic dixiſſet Ceſtius, contra præceptum facturum fuiſſe, quo jubebat puero parcendum. Idem recte colligit, *procuratori*, non poſſe ferri: quia procuratoris malo exſtiterit puer. Conjicit tandem: *procuratore natus non es*. Certe melius quam quidquam ceterorum, & habet venerem propter ſuſpicionem adulterii. Vide tamen, an non ſit magis declamatorium: *Procuratori nothus es*. Neque audacius eſt, quam, quod inter belle dicta refertur Brutidii Nigri: *Rivalem occidit, amicam ſauciavit*. Et ſic Hermagoras: jam procuratorem clamare, οὐκ ἔστιν ἡμέτερος. Gronovius.

12 *Hermagoras hunc ſenſum*] Forte: *Hermagoras hinc ſenſum decentius petiit*: Ἀβυσηνὸν ἐπιφόρημα. Vide Zenobium. Græcarum litterarum ductus non ſunt ab hoc remoti, & aptum eſt materiæ proverbium, ſed pro parte procuratoris teſtimonium pueri elevantis. Hermagoræ tamen ſit hoc ipſum, an exciderit illius dictum, & hoc alterius ſub nomine fuerit propoſitum, nequeo decernere. *Idem*.

13 *Facit quod facere ſolet: pro amatore ſanguini ſuo non parcit*] Petronius: *Nunquam finies hunc ignem, niſi ſanguine exſtinxeris*. Juvenalis Sat. 1. *Accipiat ſane mercedem ſanguinis*. nempe ex medicorum doctrina, non Ariſtotelis.

CON-

CONTROVERSIA XXI.

Dementiæ accuſatur, qui ſervo filiam junxit.

Thema. *Tyrannus permiſit ſervis, dominas ſuas rapere. Profugerunt principes civitatis. Inter eos, qui filium & filiam habebat, profectus peregre. cum omnes ſervi dominas ſuas vitiaſſent, ſervus ejus virginem ſervavit. occiſo tyranno reverſi ſunt principes, in crucem ſervos ſuſtulerunt. Ille manumiſſo filiam junxit. accuſatur dementiæ.*

CONTRA PATREM. *Argentarii.* Haberemus ſolatium, ſi has nuptias feciſſet tyrannus, non pater. habe nunc illi honorem: fac dotalem: ſine dominam cuſtodiat. Sanum putatis eſſe, qui mavult tyrannum imitari quam ſervum? pater noſter honeſtis parentibus natus. qui enim aliter conditionem matris noſtræ habere potuiſſet, ſi tantum ingenuus fuiſſet? *Ceſtii Pii.* Soror, opto tibi perpetuam ſterilitatem. Cum dicerem, Manumittamus ſervum, aiebat: Expectemus ſororias nuptias. Ergo tibi, ſoror, ut honeſtos habeas liberos, adulterandum eſt? Fecit ſe ſimilem tyranno, filiam raptis, libertum cruciariis. Plus ſervo dominus permiſit, quam tyrannus. Qui fecit has nuptias, inſanus eſt, aut tyrannus. Quis hoc poteſt credere, optandum filiæ fuiſſe, ne finiretur tyrannis, ne rediret pater? Si interrogavero patrem, quod graviſſimum in tyrannide fuerit ſcelus: ſi ſanus eſt, reſpondebit, Quod dominæ ſervis collocatæ ſunt. *Fulvii Sparſi.* Eligitur maritus, quem ſanus pater dotalem dediſſet. gener tuus ipſis nuptiis crucem meruit. Egregium generum, cui nihil eſt glorioſius, quam quod inter cruciarios non eſt! Graviſſima quoque ipſi ſervo facta eſt injuria. dominam ſuam non licuit illi ſervare virginem. *Blandi.* Fecit etiam ſervo injuriam, cum detraxit abſtinentiæ gloriam: nuptiis ſuis manumiſſus eſt. O matrimonium omni adulterio turpius!

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Julii Baſſi. Liberata rep. quod me triſtem vidiſtis, nolite mirari. etiamnum vivit tyrannus. Virginitatem, quam ſub tyranno ſervaverat, perdidit ſub patre. Dic, furcifer, cui ſororem meam virginem ſervaſti? dic, ſi placet, Mihi. Non vitiavit, inquit, cum liceret illi. Itane dignus eſt nuptiis, quia indignus eſt cruce? ex cella migrabit in cubiculum ſuæ dominæ, vel domina ex cubiculo ſuo migrabit in cellam? *Cornelii Hiſpani.* Melioris conditionis ſunt vitiatæ quam virgo: illis mutare nuptias contigit. Quare, tyrannicida, præmium accepiſti? etiamnum aliqua ex edicto tyranni nupta eſt. qui edictum tyranni fugerat, redit cum edicto. Dementia hoc patris factum eſt, ne tyrannum accuſare poſſet. Quod ille, inquit, filiam meam virginem alteri ſervavit. Nunc maritus eſt, qui ſub tyranno quoque nihil aliud potuit quam raptor eſſe. Is, qui dotalis deſtinatus eſt, cuſtos relictus eſt. propoſitum eſt edictum, quod ne ferremus, fugimus. nihil per totum publicæ ſervitutis ſpatium indignius viſum eſt, nihil diis hominibuſque minus ferendum. itaque tyrannus poſt hoc occiſus eſt. Deſponſa eſt puella: omnia ex edicto tyranni facta ſunt. *Albutii Sili.* Egregius gener, cujus hæc una gloria eſt, quod comparatus cruciariis frugalior eſt. Melius ſervus cuſtodivit dominam, quam pater filiam. Propitius pater ita filiam ſuam collocavit, quemadmodum iratus tyrannus alienas. Inimici tibi nepotes precantur. Cum ſanus pater fuit, ne has videret nuptias, fugit. Parum putatis magnum argumentum dementiæ, quod egit tyrannum in mortem, patres in exilium, ſervos in crucem? quomodo, qui ſic fugis, ſic collocas? Honeſtius exul es, quam ſocer. Si voles invenire generi tui propinquos, ad crucem eundum eſt. *Arellii Fuſci patris.* Ex ſervo gener, & ex domina uxor, ex domino ſocer eſt factus. quis has nuptias non tyranni putet? Patrem tyranni criminibus accuſo, tyrannum patris. Quid de tyranno loquor? patri ſimilis eſt. Quid de patre non querar? tyranno ſimilis eſt. Miſerrima ſoror, ſub ty-

ranno

anno patrem deſiderabas, ſub patre tyrannum deſideras. n filia tua coëgiſti, quod tyrannus tantum permiſerat. Nunc nobis, pater ſi ſanus es, exulandum eſt. Quid enim niſerius accidere poteſt, quam is ſtatus in libertate, quem eteri vix ferunt in ſervitute? fugimus, ne ſerviremus. Fe- citatem noſtram in calamitatem convertit. Aliquanto e- im fuit ſatius, cum ceteris contumeliam ferre, quam li- eratis omnibus, ſolos in tyrannidem rejici. Servo liber- atem dedit, filiæ ſervitutem. Servo filiam dedit, inno- entiam abſtulit. Neſcio quid ſibi velit, quod ſervi meri- um laudat: tyrannum enim laudare debebat. Servus non cultus tergum & caput ſuum deliciis præſentibus prætulit. i dicit, ſe timuiſſe tantum, laudabo, & hanc illi etiam unc optabo mentem. [1] Ceteræ honeſtos invenerunt ſer- os: hæc talem habet, quales illæ in tyrannide habuerunt. oror mea ancillulæ pellex eſt, ſed ut domina nuberet, onſervula de cellula exacta eſt. Nullum in tyranno ma- us ſcelus fuit, quam quod tibi libuit imitari. O te, ſoror, niſeram, quod iſta non ſub tyranno paſſa es! jam enim ati deſiſſes. Hoc tu putas præmium eſſe. Quia dominam on violavit, violet quantum volet. Iſte vero, ut dicis, in- uriam tibi fecit, qui affinitatem tuam moratus eſt. Si non eſſaſſet, jam fortaſſe ex illo nepotes haberemus. Habeamus enerum, ſi poſſumus, parem: ſin minus, non erubeſcen- um, cui cognatus ſit aliquis, cui ſacra aliqua & penetralia, quæ deducatur uxor: quem adjungamus ad domum, non quem ex cenſu deleamus. *Porcii Latronis.* Qui omnia tule-

CONTROV. 1 *Ceteræ honeſtos in- nerunt ſervos*] Scribe: *honeſtius con- nerunt ſervis.* Tacitus: *adhibitis, qui ſignarent, velut ſuſcipiendorum libero- m cauſſa conveniſſe.* Vel, *honeſtius in- nerunt maritos ſervos.* Nam hoc quo- ıe ſignatum in ea re verbum. Teren- ıs: *domus, uxor, liberi inventi invito tre.* Cicero adverſus competitores: *eodem ſtupro tibi & uxorem & filiam inveniſti.* Suetonius, Caligula: *matri- monium ſibi repertum exemplo Romuli & Auguſti.* Controv. 6. *ratione illa hone- ſtam conditionem nuptiarum inventam.* Juſtinus, lib. 28. *qui uxores, cum pro- pter originis dehoneſtamenta non inveni- rent, vi publica rapuerint.* Alterutrum certe Latini ſermonis ratio expoſcit. *Gronovius.*

2 *Non quem ex cenſu deleamus*] Præ- clare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

tuleramus, hoc ſugimus. Vocat ſervum: & quia crucem non meruerat, mereri jubet. Itane, furcifer, tu potuiſti dominam complecti? [3] putaſti autem te per tyrannum victurum, aut ſemper futurum patrem? Feliciſſimi videbuntur, quibus contigerit [4] raptus tyrannus. Ita ſine dubio beneficium dedit, qui cuſtodivit dominam à ſtupro, ſe à cruce. Cum infelici face ad dotalem ſuum nova nupta deduceretur, ſi qua fides eſt, exhorrui, quaſi repoſitum eſſet edictum. Cogitabam, quem ſorori virum eligerem. ſimpliciter fatebor; faſtidiebam jam eas conditiones, quæ ante profectionem fuerant. aiebam: Illo tempore & aliæ virgines erant. Non vitiavit, inquit, ſub tyrannide. O nos felices, ſi ne nunc quidem. *Triarius.* Age, hoc non eſt præmium, unum ſpectare omnium cruces? Certum habeo, ſi habuiſſet tyrannus filiam, non ſcripſiſſet edictum. Indicit feſtum diem, aperire jubet majorum imagines, cum maxime tegendæ ſunt. *Varii Gemini.* Eadem hora & libertum fecit, & generum. hoc fecit quod tyrannus non cogit, niſi cum iraſcitur, ſervus ne tunc quidem facit cum cogitur. Generum habes, qualem? ut illi laudationem ſuam reddam: nempe frugi ſervum. Servis tuis paritura fratres. Quantum ad expoſitionem rerum pertinet, ſunt quidem acerba tyrannidis mala, tamen triſtiora exponam, quæ poſt tyrannidem geſta ſunt. non dubitabam, quin eſſet tyrannicidæ nuptura. [5] ſi ſub tyranno vitiata eſſet, haberemus. Hoc non tibi uni accidit. Nondum tyrannum occiſum puto, etiam nunc tyrannicas nuptias video. *Marillii.*

clare ſic reſtitutum eſt, quum ineptiſſime legeretur: *quem extenſum doleamus.* Hoc tamen Schottus interpretatur. Fruſtra: ex cenſu dominorum delentur ſervi, qui manumittuntur: deſinunt enim in bonis & patrimonio eſſe, ſuique fiunt mancipii. *Gronov.*

3 *Putaſti autem te per tyrannum*] Vide ne legendum ſit, *putaſti aut ſemper tyrannum victurum.* N. Faber.

4 *Raptus tyrannus*] Lego, *feliciſſimæ videbuntur quibus contigerit raptus Tyranni*, id eſt, à tyranno rapi. ſic ſupra: *O te ſoror. miſeram, quod iſta non ſub tyranno paſſa es.* Idem.

5 *Si ſub tyranno vitiata eſſet, haberemus*] Excidit vox, *ſolatium.* Eſt enim id ipſum: *Hoc non tibi uni accidit.* Ut infra: *Tunc tamen ſolatium fuiſſet, cum multu pati.* Gronovius.

6 Quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

llii. Nunc ſciam, an merito libertatem acceperis, ſi liber on merueris crucem. hoc, quod objicio, qui in pluribus ecit, occiſus eſt. *L. Vinitii.* Nunc in domo noſtra matrionium eſt: cujus me puderet, etiam ſi raptus eſſet. Quam iſeros putatis, judices, eſſe eos, quibus quidem duo, quæ iſerrima fuerunt, optanda ſunt, tyrannus & raptor? Una eneri tui commendatio eſt, quod ſe aliquando iſta puella utavit indignum. *Vallii Syriaci.* In eadem conditione, Juices, ſumus, ut conſolari debeamus ſororem, quod aut rata non ſit, aut nupſerit; & tamen quid ille meruit, quamiu per dominum licuit, innocentiſſimus ſervus? *Sepullii aſſi.* Nuptias clauſa domo fecimus. in contubernium deucta ſervi domina eſt: ita iſte dexteram ſororis meæ, niſi um manumittitur, non contigit. *Pollionis Aſinii.* Inter nutiales feſcenninos in crucem generi noſtri jocabantur. Mirrimum egiſſe me diem memini, quo ſervire cœpit reſublica. Miſerrimum diem egiſſe memini, quo ne exilium gimus. inter hos dies ſororis nuptias numero. Miſerrima ror, fortaſſe vernularum tuorum noverca es. Pater, vo- ducere uxorem: dic, quam mihi ex ancillis deſponeas.

Contra. *Albutii Sili.* Servavit dominam. ſi quis tyranno dicaſſet, ſolus in cruce pependiſſet.

DIVISIO. *Latro* in has quæſtiones diviſit: An, etiam non debuit filiam ſic collocare, damnari tamen ob hoc on poſſit dementiæ. Licet, inquit, mihi filiam meam cui elim collocare. iſto modo & repudium remiſero genero. ccuſor: Male collocaſti filiam. & multi alii. Quid tibi dentur hi, qui abdicant filias ſuas? avari. Sed mala cau- eſt. nec ob hoc damnabor. Tu patrem debes dementem cuſare, non ſanum regere. Ego iſtud an ſine ratione ferim, videbimus: ſatis eſt, ſi ſana mente feci. Deinde, n ſic filiam collocare debuerit. Hoc in hæc diviſit. An, iam ſi meruit ſervus, non tamen ſic illi referenda fuerit atia. Deinde, An bene meruerit. De facto ſervi primum

diſpu-

diſputavit: deinde de animo. Factum quale? Non dominam conſtupravit. Auge beneficia: nec dominum occidit, nec domino venenum dedit. Non eſt beneficium, ſcelere abſtinere. Et tyrannus permiſit dominam rapere, non coëgit. De hoc beneficio non eſt quod laudes ſervum: alioquin injuriam fecit, ſi non ſubducta eſt injuriæ, ſed reſervata: tunc tamen ſolatium fuiſſet, cum multis pati. Denique, quod aliæ in tyrannide paſſæ ſunt, hæc in libertate: ceteræ abſentibus ſuis, hæc præſentibus. In aliis ſtuprum vocabatur, in hac matrimonium: in aliis finis expectabatur injuriæ, in hac nullus. denique illarum ſtupratores ſuffixi ſunt, hujus manumiſſus. Deinde de animo ſervi.

Color. Latro colorem à parte filii, quare non vitiaſſet ſervus, hunc fecit: timuiſſe illum ſupplicium, ſciſſe futurum, ut liberata rep. omnes pœnas, qui contaminaſſent dominas ſuas, darent: & adventare jam tempus ultimum tyrannidis videbatur, cum ad ſummam eſſet perducta rabiem: quæ nunquam niſi ex deſperatione fit. Itaque cum videret, inquit, ſuffigi cruci ſervos, clamabat: Hoc ego futurum ſciebam. In ultima oratione *Latro* dixit: Servi quoque nomine tecum queri poſſum: quem, qui frugi fuerat, nequam feciſti. *Albutius* hoc colore uſus eſt. Immatura etiamnum puella, nec adhuc injuriæ idonea: & ideo illam non abduximus, quia ætatis beneficio tyrannidem ſentire non poterat. *Ceſtius* dixit: Ego plane non ſum detracturus ſervo ſuam laudem. habuit bonam mentem. ſperavit poſſe fieri, ut, ſi virginem ſervaſſet, nuptiis dominæ manumitteretur. *Varius Geminus* ait: Fortaſſis amicam habebat. hac delectatus abſtinuit. nam quidam virginum concubitum refugiunt. fortaſſis ſcivit illam non eſſe paſſuram. & illud, quod nequam quoque ſervos interdum frugi facit, malam fortunam timuit. Et hanc ſententiam, quæ valde circumlata eſt, adjecit: An etiam furcifer auderet cum domina concumbere, niſi illi pater permiſiſſet? & illud dixit: Ad hoc, pater, ab exilio redibas? In exilium ergo quid

uid fugimus? *Buteo* voluit videri, revera mente lapſum atrem. & in narratione hoc dixit: Quam mœſtus venit omum ab edicto tyranni! quantum in ſinu filiæ flevit! ito, illo tempore mentem eſſe concuſſam. *Varius Geminus* ixit de abſtinentia: Sic contaminare dominam ſuam, & hhere in cellam non eſt auſus. niſi forte hoc modo ma- s narrem: Jam tunc ſperare ſororis nuptias cœperat. A rte patris magis defenſione opus eſſe dicebat *Latro*, quam olore. *Varius Geminus* factum ipſum defendit, magnos vi- s feciſſe, ut libertinas uxores ducerent. M. Cato, inquit, oni ſui filiam duxit uxorem. Sed ingenuam. Reſpon- am: Sed Cato. plus intereſt inter te & Catonem, quam ter libertum & colonum. Quam multa bona haberet ſub- tus, & obſequens maritus. Non petulantiam timebit, n verborum contumeliam, non pellicem, non repudium. iam meam ſemper domi habeo: quam eo magis deſide- , [6] quod habeo, diva illa fide. Inde factum liberti lau- vit. [7] *Albutius* & philoſophatus eſt. dixit neminem natum liberum

Quod habeo diva illa fide] Locus à s depoſitus, quem malui bona fide eteribus editionibus edere, quam nterpolatus eſt in ceteris, quæ ita unt: *quam eo magis deſidero quod ha- e deinde fide factum liberti.* nihilo ce ſanius, imo ſi quo deterius, quod um nihilo integriorem reddit, & nnitatem veſtigia perturbat, & con- dit. N. *Faber*. Poſt hunc locum ubro depoſitum auſus conjectare ottus, *fidele factum:* quod ſatis Fabro in mentem nunquam ve- t. At inſpecto optimo codice aliam e interpunctionem ſe ait obſer- : *quod abeo, digna illa fide. Inde um.* Sed nec lectio hæc, neque in- unctio, unius aſſis. Tu ſcribe: *Fi- meam ſemper domi habeo: quam eo is deſidero, quod habeo cum invidia. factum liberti laudavit.* Priora ver- unt Varii Gemini in perſona pa- Hoc quoque ex his nuptiis com- lum habeo, quod in aliam do- mum ducta non eſt, quod mecum ma- net: & eo magis illam dimittere ex oculis vereor, quod illam habeo cum invidia, tanquam ſolam exſortem pu- blicæ calamitatis. Idem ſenſus infe- rius Actii Poſtumi: *Nihil eſt, inquit, in- vidia pericloſius.* Et mox: *oderant fi- liam meam feminæ, me patres, quaſi pu- blici mali ſegregem exprobratorem*, &c. Quæ ſequuntur, Senecæ ſunt, de Vario tractante illam perſonam. *Gronovius.*

7 *Albutius hac philoſophatus eſt. di- xit*] Libri *&*, non *hac*. Schottus au- tem delet τὸ *eſt*. Ego minime. Vera le- ctio: *Albutius & philoſophatus eſt.* Et- iam locum è philoſophia induxit. *Di- xit, neminem natum liberum* &c. Vidit etiam Gruterus. Solenne hoc Albutio fuiſſe ex aliis auctoris locis conſtat. Ut Controv. 7. *Hic philoſophicum locum introduxit, quomodo magnis calamitati- bus animi everterentur.* Præfatione hu- jus libri: *Illa intempeſtiva in declama- tionibus ejus philoſophia ſine modo tunc &*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

liberum eſſe, neminem ſervum: hæc poſtea nomina ſingulis impoſuiſſe fortunam. Denique, inquit, ſcis & nos nuper ſervos fuiſſe. Retulit Servium regem. *Silo Pompeius* hoc colore uſus dixit: Exhauſtum tyrannidis injuriis patrimonium. non habuiſſe ſe dotem quam daret. *Argentarius* voluit videri, puella volente ſe feciſſe. Viſa eſt, inquit, indulgere illi: certe debuit. *Gabius Sabinus* hoc colore uſus eſt, ut in quantum poſſet dignitatem ſuam deſtrueret, & humilitatem confiteretur. [8] Et ideo, inquit, facilius potuit non vitiari, quia nemo in domum noſtram oculos dirigebat: & ſciveram, inquit, facere cui collocarem: quærendus mihi erat gener aliquis libertinus. quid ergo? alieno potius liberto? hunc jam novi. ſcio, cujus affectus in nos ſit. ſi moriar, ſcio me meam filiam apud hunc tutorem relicturum. Et hanc ſententiam adjecit, quæ valde excepta eſt. Eum non contempſi generum, qui tyrannum contempſerat. *Actius Poſtumus* hoc colore uſus eſt: Nihil eſt, inquit, invidia periculoſius. hanc ſapientes viri veluti peſtiferam vitandam eſſe præcipiunt. hanc ita vincens invidiam

ſine fine evagabatur. At Controverſ. 3. idem reprehendebat in Ceſtio, quod quædam non tanquam particulas incurrentes in quæſtionem tractaſſet, ſed tanquam problemata φιλοσοφούμενα. Gronovius.

8 *Et ideo facilius potuit. Non vitiavi*] Sabinus pro patre colorem ex ſuæ fortunæ tenuitate ſumpſit, ſe pauperem, nulloque unquam in numero habitum, ut non difficile fuerit ſervo in domo non notabili & inobſervata, edicto tyranni non parere, virginemque filiam conſervare: extincto autem tyranno, ſe de collocanda filia cogitaſſe, cui ingenui hominis conditionem re ex exigua invenire non potuit, libertini quærenda fuit, nec ullum alium extitiſſe, cujus exploratiores haberet mores, quam ſervi à ſe manumiſſi, quem ideo ceteris prætulerit, hæc ait. quæ tamen loco corrupto non ſatis expreſſa ſunt, niſi manus ei adhibeatur. Vide igitur ne ita legi debeat: *Et ideo, inquit, facilius potuit non vitiare: quia nemo in domum noſtram oculos dirigebat, nec fueram inventurus facile, cui collocarem: quærendus mihi erat gener aliquis libertinus.* & linea ſequenti, *ſcio me meam filiam apud hunc tuto relicturum.* N. Faber. Bene animadvertit Faber, ab diſtinctione locum laborare, ſed *vitiari*, & de puella intelligere, quam *vitiare*, de ſervo, malim. Poſtea bene Gruterus: *haud fuerat facile.* Habe igitur ſic totum: *Et ideo, inquit, facilius potuit non vitiare, quia nemo in domum noſtram oculos dirigebat: haud fuerat, inquit, facile cui collocarem.* Vir doctus conjectandi laborem poſt illos potuiſſet alio tranſtuliſſe. Nam, per Muſas, quid eſt: *fueram, inquit, facere, cui collocarem?* Sed ἄλλοις μὲν ἐσθλοῖς. Gronovius.

9 *For-*

um eram. Hic nunc nobis objicit fortunam liberorum oſtrorum. oderant filiam meam fœminæ, me patres, quaipublici mali ſegregem exprobratorem: quo uno modo oneſte potui, feci filiam meam ceteris ſimilem. [9] fortu-a mea publicæ partis. detracta omnis invidia eſt: filiam n habeo honeſtiorem quam vos, ſervum frugaliorem hai quam vos. *Hiſpo Romanus* dixerat: Maritum autem ego ium vocem, raptorem ſerotinum. [10] verbum hoc quaſi aucu-

Fortunâ mea publicæ partis] Faber t, *fortuna mea publicæ par. detracta is invidia eſt.* Malo: *Quo uno modo ſte potui, feci filiam meam ceteris ſim, fortunam meam publicæ parem: tracta omnis invidia eſt.* Vel, *publicæ* . N. Faber.

o *Verbum hoc quaſi amputanti*] Eras, *amputandi.* De quo ſic vir erus: Retineo uſitatam lectionem ex vet. libri: quod eſt agricolarum, demiarum tempore vites ſecann & racemos amputantium. *Serom* enim mere ruſticum vocabu. Et, ut ſit facetus, fugiſſe ait raem eos, qui hic *occupantis* ad oram ere ſunt auſi, & aliena occupare, vacua, tentarint. Nec ſolus tam æ obſervationis eſt reus, ſed ante n annotaverat optio ejus: fortaſſis demiantibus & amputantibus raos, qui durioris acini uvas atque ſero matureſcentes relinquant. idem viris bonis & doctis inſultan eſt noſtrum: ſed quis tantam itatem ferat? Quid audio? *Serom* eſt verbum *amputandi.* Nimia : ſed cur, quæſo? quia eſt ruſtim, & ruſtici ſecant vites vindeum tempore. Si ſoli amputant ci, & omne, quod faciunt, eſt amre, ſit ſane *ſerotinum* verbum *amdi.* Sed ſi unum hoc eſt ruſtico operum: & melius ſit tempori n ſero: qui minus ſit verbum ſei, pangendi, inſerendi, metendi, ndi, vellendi, paſcendi, vindeidi? Quid porro? *Serotinum* magis eſt ruſticum quam *tempeſtivum, præcoquum, hornum, anniculum, bimum:* Quis tamen illa dixerit *verba amputandi?* Aut multo magis erunt *amputandi verba* amineæ, duracinæ, ſtephanitæ, rubellianæ, baſilicæ, helvolæ, amethyſti: hæ enim putantur. Immo & malleoli, palmites, ſtirpes, reſeces, racemi. At quid in hoc genere manemus? totum rus nihil habet niſi verba *amputandi.* Ne dicam, quod potiſſimum vindemiarum tempore ait ſecari vites, cum putationem aliam intelligant vinitores, aliam vindemiam: etſi quædam ſit putatio autumnalis. Non eſſet finis. exagitandi tam abſurdum commentum, ſi tanti foret. Nec ſubtilior altera ratio. Si enim quia cum vindemiantur, ſero matureſcentes uvas relinquunt, ideo *ſerotinum* inde deducendum, erit potius verbum *relinquendi* quam *amputandi.* Hæc paullo acrius caſtigavimus, non ut bonis viris convitium faceremus, ſed & nos ipſos & ſimiles noſtri excitaturi, hortaturique, ut vigilantes ac ſobrii ſcribamus, & revereamur lecturos. Gratias Eraſmo, qui cujuſcumque libri lectionem minus corruptam, *occupantis*, perire noluit. Abſque quo tamen eſſet, quis Latine peritus ambigat non poſſe aliter legi quam hoc modo? *Verbum hoc, quaſi aucupantis, quod non erat uſurpatum.* Hoc eſt, non in tali re familiare & uſitatum captantis & longe arceſſentis. Et ſane, quia Grutero jam venit in mentem, *aucupanti*, (etſi ſecundum caſum requirat reliqua oratio)

aucupantis, quod non erat uſurpatum, quibuſdam diſplicebat. Ejuſdem verbi explicatione, ut extra reprehenſionem eſſet, uſus eſt [11] *Gabius Sabinus*, cum diceret, nondum eſſe conſummatam adverſus ſervos publicam vindictam: Etiamnum in domo noſtra reſiduus raptor eſt. *Saturninus Furius*, qui volens vel condemnavit, majus nomen in foro quam in declamationibus habuit: ſolebat tamen tam honeſte declamare, ut ſcires, illum huic materiæ non minus idoneum eſſe, ſed minus familiarem. Is in hac controverſia cum L. Lamiæ filio declamaret, dixit ſententiam: ὁ μὲν πατὴρ χείρων γέγονεν τυράννου, ὁ δὲ δοῦλος ἑαυτοῦ. Ex tabellis emptionis multi ſententiam trahere tentaverunt. *Albutius* dixit: Profer mihi tabellas. quid hoc eſt? generum ſocer mancipio accepit. *Triarius* dixit: Fugitivum, erronem, non eſſe: Ita, ſi malum auctorem habemus, [12] gener noſter fugi-

tio) minus excuſabilis eſt vir cetera egregius. Cicero pro Sextio: *Non ſum tam ignarus, judices, cauſſarum, non tam inſolens in dicendo, ut omni ex genere orationem aucuper, & omnes undique floſculos carpam atque delibem.* Columella, lib. 3 de re ruſt. cap. 2. *Ideoque in hac ipſa Italia, ne dicam in tam diffuſo terrarum orbe, vicinæ etiam nominibus earum diſcrepant, variantque vocabula: quare prudentis magiſtri eſt ejuſmodi nomenclationis aucupio ſtudioſos non demorari.* Suetonius, Octavio: *Sed nec Tiberio parcit exoletas interdum & reconditas voces aucupanti.* Rurſum Cicero, de perfecto oratore: *ſic minime animadvertetur delectationis aucupium & quadrandæ orationis induſtria.* Quod Ciceroni & aliis *inſolens* verbum, id Senecæ *non uſurpatum*: & *aucupari verba*, hic eſt ſectari & conquirere verba inſolentia. Aliter eſt verbis & literis inhærere magis, quam ſenſum ſpectare & æquum ac bonum. Ut pro Cæcina: *ſermo, hercle, & familiaris & quotidianus non cohærebit, ſi verba inter nos aucupabimur.* Et rurſus: *tum aucupia verborum & literarum tendiculas in invidiam vocant.* Græcis λέξεις τηρεῖν, ut apud Gellium, lib. 3. cap. 9. Quibus & eleganter λεξιθῆραι & ὀνοματοθῆραι. Gronovius.

11 *Gabius Sabinus cum diceret*] Nomen declamatoris bene reſtituit Schottus. Sed in editionibus diſtinctio eſt turbata. Scribe: *Verbum hoc, quaſi aucupantis, quod non erat uſurpatum, quibuſdam diſplicebat. Ejuſdem verbi explicatione, ut extra reprehenſionem eſſet, uſus eſt Gabius Sabinus, cum diceret*, &c. Nam quem inſolenter *ſerotinum* Hiſpo, Sabinus commode *reſiduum* raptorem dixit, ſenſu eodem, ſed verbo decentiori. *Idem.*

12 *Gener noſter non fugitivus eſt*] Pal. ſcriptus Voſſianus, Veneta, Eraſmus, negandi particulam ignorant. Et certe delenda eſt, quicquid pilum injiciat Gruterus. *Bonus auctor*, quod pollicetur, præſtat, fugitivum, erronem, non eſſe. *Malus auctor*, dum lucro potiatur, vitioſum pro frugi ſervo mancipat; fugitivus, fur, noxius ſit, an non ſit, nihil curat. Cicero, lib. 5 in Verrem: *Tum illi intellexerunt, ſe id, quod à malo auctore emiſſent, diutius obtinere non poſſe.* Pro Cæcina: *P. Ceſennius,*

fugitivus eſt. *Blandus* dixit: Relegamus auctoritatis tabellas; furtis noxaque ſolutus. hæc generi noſtri laudatio eſt? *Gallio* dixit: Furtis noxaque ſolutus eſt. *Sparſus* dixit: Oſtende tabellas. quid nobis cum iſto genero? prior dominus promiſit, fugitivum non eſſe. Gratulor vobis, poſteri. patrem fugitivum non habebitis. *Varius Geminus* dixit: Erronem non eſſe: adjicio, fugitivum non eſſe: adjicio, furtis noxaque ſolutum. numquid de generi tui nobilitate detraxi? *Pollio* aiebat ridere ſe quod declamatores decreviſſent hunc utique emptitium eſſe. Mirari vos puto, quod in hac controverſia omnes declamatores mentis ſuæ fuerint. *Nepos Mamilius*, cum hortaretur libertum ad repudium ſororis, dixit: Refer nobis gratiam, & tu ſororem meam manumitte. Nepos Licinius illi non ceſſit. dixit enim: Sub illa ſubſellia [13] tranſite ſervi, tranſite liberti, empta cognatio. & cum illum ſenſum elegantem, & [14] ab omnibus jactatum, ſubripuiſſet: Soror, opto tibi ſterilitatem: adjecit: Nec eſt quod mireris, me timere partum tuum: audio ſic naſci tyrannos.

CONTROVERSIA XXII.

Cavete proditorem.

Lex. Proditionis ſit actio. *Thema. Pater & filius imperium petierunt. Prælatus eſt patri filius. Bellum commiſit cum hoſte: captus eſt. miſſi ſunt decem legati ad redimendum imperatorem. euntibus iſtis occurrit pater cum auro: dixit, ſero ſe aurum ad redemptionem tuliſſe. filium ſuum crucifixum eſſe. illi perve-*

...*us*, *auctor fundi, non tam auctoritate* ...*avi, quam corpore.* Nec melius *habet* ...uam *habemus* legatur, etſi viſum ita ...chotto. *Gronovius.*

13 *Tranſite ſervi, tranſite liberi*] Epi...ome, *Convenite ſervi, convenite liber-*... N. Faber.

14 *Ab omnibus jactatum ſurripuiſſet*] Si omnes jactaverunt, cur hic potiſſimum ſurripuit? Eraſmus, *corrupit.* Pal. & ſcriptus cum Veneta: *corripuit.* Lege: *corripuiſſet.* hoc eſt, ipſe quoque invaſiſſet, ſuum feciſſet. *Gronov.*

perveniunt ad crucifixum imperatorem. quibus ille dixit: Cavete proditorem. *Accuſatur pater proditionis.*

CONTRA PATREM. *Albutii Sili.* Quid deſideratis ultra? imperator ſupplicium tulit, proditor pretium. Triſtiorem iſtum vidimus, cum filius imperator renuntiatus eſt, quam cum captus. Redde rationem, quemadmodum redieris tutus, ſenex, ſolus, cum auro; cum etiam imperatores capiantur. Imperator adoleſcens renuntiatus eſt, omnibus lætis, præter patrem. *Ceſtii Pii.* Plus accepit auri, quam quod poſſet abſcondi, nolite mirari. & imperatorem, & filium vendiderat. *Cavete proditorem.* Jam comitiis cavimus. Abſtuliſſent tibi aurum hoſtes, niſi dediſſent. Cum de redemptione ageretur, omnes in curia fuerunt, præter competitorem. Indicium fuit, morientis breve, filii verecundum. *Blandi.* Quomodo te dimiſerunt? ſi nihil aliud; & ducem genuiſti, & dux eſſe voluiſti. Si non decreveramus, conſilium noſtrum expectari debuit: ſi decreveramus, officium. *Arellii Fuſci patris.* Unde tam graves paterni ſinus? numquid oſſa filii reportant? Expectat videlicet judicia veſtra reus: tanquam neſciat, quid de illo ſentiatis. Non tu ſemel apud hoſtem fuiſti, ſed nos ſemel legatos miſimus: Imperator non audet nominare te, tanquam patrem. *Junii Gallionis.* Fuit adoleſcens optimus, verecundiſſimus: qui patri ſuo ceſſiſſet, ſi ſalva pietate potuiſſet. Iterum vobis inter patrem & filium judicandum eſt. Candidatus proceſſit contra Patrem: ſi ſilentium ejus intelligere ſciſſetis, & tunc vobis verecunde indicaverat. Habebas apud hoſtes auctoritatem: apparebat te reip. iraſci. Legati noſtri [1] aurum ferebant: pater afferebat. Dixeras illos ſero venturos: nonne pervenerunt? ſero imperatorem noſtrum convenerunt. Imperator iſtum accuſat, nos ſubſcribimus. hoc fuit imperatoris noſtri teſtamentum. Objice,

CONTROV. XXII. 1 *Aurum ferebant, pater afferebat*] Puto, *referebat*, vel, *auferebat*. Gronovius.

2 *Quem-*

jice, inquit, aliqua anteactæ vitæ crimina. non poſſum. Verecundum competitorem habuiſti, multum tacebat. quod poſſum tibi majus crimen objicere? filius tibi tuus credi rempublicam noluit. Non eſt quod dicas, Quem miſi ad hoſtes: tanquam ipſe ire non poſſes. cur tam cito reverteris? Diutius nos contra filium rogaſti, quam pro filio hoſtem. Num immobilis diriguiſti? num illi, quaſi & ipſe affixus, hæſiſti? quid tam cito recedis? etiamnum vivit, etiamnum loquitur. receſſurus interroga, ſi quid velit mandare. Voce proditionem coarguit, ſilentio proditorem. Intelligo quanto periculo iſtum offendam. [2] quemadmodum enim iſte accuſationem vindicavit? cruce. Omnibus argumentis premitur. dabo qui viderint, dabo qui audierint, dabo aurum, dabo teſtem, & ne quid de dignitate dubitari poſſit, imperatorem. De hoc utrum volet, dicat: inimicus eſt, hunc indicavit. Aurum tantum habuerat, ut appareret etiam non quærentibus: tantum ſuſpectus erat, ut quemvis potius quam vos admoneret. *Proditorem cavete.* Optimus adoleſcens, optimus imperator, qui reipub. curam agere ne in cruce quidem deſiit. Tibi non dixit, dignum te non putavit filius, cui diceret: *Cave proditorem.* *Varii Gemini.* Nolite omnia expectare [3] ab accuſatore, & occupato & verecundo. rem intelligite. crimina audiſtis. quæritis anteactæ vitæ crimina? non habet. nihil unquam tibi filius objicere voluit. Tam cito laſſatæ preces tuæ ſunt. quid faciet miſer? Nec imperator poteſt tacere proditionem, nec filius loqui proditorem. *Porcii Latronis.* Quid abitis? itaque non pervenit uſque ad crucem. Vereor ne tam ſero caveamus, quam imperator noſter: qui non ante intellexit proditionem, quam proditus eſt: nec unquam præ-

2 *Quemadmodum enim iſte accuſationem vindicavit*] Lege, *accuſatorem*. Intellige filium. *Gronovius.*

3 *Ab accuſatore & occupato & verecundo*] Quæ occupatio in cruce ſuffixi? An potius eſt otium podagricis pedibus multo moleſtius graviuſque? Vide an fuerit, *alligato*. Lucius de providentia: *bonum virum debilitari, configi, alligari.* Idem.

præſentius periculum fuit. Reſpublica ſine imperatore eſt, proditor ſine cuſtode. Quid eſt quare tibi hoſtes pepercerint? Et imperatoris noſtri pater es, & aurum habes, & legatus non es. Si tibi dicam; Expecta dum legati mittuntur: filius tibi publice remittetur: dices; Paternus affectus non ſuſtinet moram: rapit me deſiderium filii: etiam ſi redimere vivum non potero, mortuum redimam. Nunquam tam durus hoſtis fuit, ut paternis lacrymis non flecteretur. Ut ignoſcam tibi, quod tam cito iſti: objiciam, quod tam cito rediſti. dic quid dixerit tibi. an nihil cum patre loqui voluit? *Cavete proditorem.* hoc dixit: Videte ne quis nocte inſciis cuſtodibus exeat: ne quis rep. ignorante ad hoſtem perveniat: ne quis ex hoſtium caſtris gravis auro revertatur. Nihil deeſt indicio. Si quid de proditione quæritis, imperator vobis dicet: ſi quid de proditore, legati.

Pars altera. Arellii Fuſci patris. Quantum eſt pretium, quo vendo, ut filium pater ſpectem in cruce, filius patrem de cruce? [4] tanti & imperatorem & parricidium vendidi. Gratulabantur omnes repulſo magis quam deſignato nimis ambitioſe. Nunc pœnitet. & filium & patriam vendidit: tam exiguum auri accepit, ut unus ſenex portare poſſet.

DIVISIO. In hac controverſia, etiam ſi conjecturalis eſt, habetque quaſi certum tritumque iter: fuit tamen aliqua inter declamantes diſſenſio. *Latro* ſemper contrahebat, & quidquid poterat tuto relinquere, præteribat. Itaque & quæſtionum numerum minuebat, & locos nunquam attrahebat: illos quoque quos occupaverat, non diu dicebat, ſed valenter. Hoc erat itaque præceptum ejus, quædam declamatorem tanquam prætorem facere debere, minuendæ litis cauſa. quod in hac controverſia fecit: non enim curavit dicere nullam eſſe factam proditionem, ſed ſe proditorem non eſſe. Et ſuſpectus, inquit, judici eſt, qui plus quam

4 *Tanti & imperatorem & parricidium vendidi*] Lege: *Tantillo.* Gronov.

5 *Nega-*

quam ſe defendit: & nolo cum filii voce pugnare, ut imperatorem & filium mentitum dicam: præſertim cum odium adverſus filium objiciatur patri. *Albutius* in duas partes declamationem diviſit. primum [5] negavit ullam eſſe proditionem: deinde ut eſſet, ad ſe non pertinere.

Color. Colorem contra patrem *Silo Pompeius* hunc introduxit, odio illum Reipublicæ à qua repulſus erat, feciſſe, & odio ipſius filii quem oderat: & quia competiverit, & quia vicerit. *Varius Geminus* dixit ſtatim petiiſſe patrem hoc propoſito imperium, ut proderet: hominem avarum & lucro inhiantem, & quia noti mores ejus erant, victum ab eo competitore, à quo vinci fas non erat, niſi hominem turpiſſimum. Ante comitia, inquit, paratus erat & pecuniam accipere, & filium prodere: poſt comitia paratus erat pecuniam dare, ut filium proderet. Ut captus eſt dux: aiebamus, inquit, Non poteſt hoc ſine proditione fieri. excuſavimus nos imperatori. diximus perſeveraſſe ad redemptionem, quamvis deterruiſſet pater. Hoc loco ille reſpondit: *Cavete proditorem.* *Blandus* dixit, ægre ferentem pudorem repulſæ, voluiſſe occidi filium, ut in ejus locum ſubſtitueretur ipſe. *Hiſpo Romanus.* Ultionem, inquit, ſuam hoſti vendidit. tam facile, inquit, exiit. nocte pervenit ad hoſtes, rediit: ut ſcires illum non tunc primum feciſſe. *Argentarius* dixit: Perfer ad ſenatum mandata filii tui. neceſſe eſt tibi multa dixerit. legatis quoque aliqua mandavit. fortaſſe proditoris nomen patri dixit. Indica nobis. Nihil, inquit, dixit mihi. Sublata omnis quæſtio eſt. Quæritis quem dixerit? videte, cui nihil dixerit. Pro patre de comitiis hic color *Latronis* fuit. Ne quis filium meum vinceret, timui. itaque profeſſus ſum, ut auctoritate mea deterrerem futuros competitores: deinde ipſe filio meo ceſſi. *Albutius* hoc colore uſus eſt. [6] Aiebat, inquit, talem,

5 *Negavit illam eſſe proditionem*] Melius fortaſſe, *negavit ullam eſſe proditionem.* N. Faber.

6 *Aiebat, inquit, talem imperatorem fieri debere*] Apparet ex oppoſito, fuiſſe: *talem juvenem imperatorem fieri debere, qualis Scipio fuiſſet.* Gronovius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

talem imperatorem fieri debere, qualis Scipio fuiſſet: talem ſenem, qualis Maximus fuit: ſenem nihil temere facturum. utriuſque populo copiam fecit. *Ceſtius* hoc colore uſus eſt. Noveram vitia filii mei: ſciebam eſſe acrem adoleſcentem, fortem, ſed inconſideratum, temerarium. Itaque petii imperium reipublicæ cauſa filii mei, quem idoneum ad tantum ſuſtinendum onus non putabam. *Fuſcus Arellius* dixit, in hoc ſe competiſſe, ut hoſtium animi frangerentur, cum audiſſent, poſſe rempublicam vel in una domo duos eligere. *Hiſpo Romanus* ſimpliciter putavit agendum. Inepti, inquit, hi colores ſunt; componantur competitores. Hoc itaque egit colore, ut quereretur de exitu comitiorum; adoleſcentulos omnes conſpiraſſe, quaſi de ætatis comparatione ageretur: facile itaque victum ſenem non ambientem. De me, inquit, queri non poteſtis: clamavi, Non eſt vobis utilis hujus ætatis imperator. Manſit itaque illi & poſt comitia eadem contumacia: nihil referebat ad patrem; nihil communicabat: itaque captus eſt. Et cum deſcripſiſſet, quam imperite diſpoſuiſſet aciem, quemadmodum inexploratis locorum inſidiis oppreſſa ejus temeritas eſſet; adjecit: Hoc erat quod vobis clamabam, Ducem ſenem eligite. *Otho Junius pater*; Præſagiis quibuſdam, & inſomniis hanc fortunam prænuntiantibus [7] agitatum ſe competiſſe dixit. [8] erat autem ex ſomniatoribus totus. ubicumque illum defecerat color, ſomnium narrabat. De eo quod inſcio ſenatu egreſſus eſt, *Latro* ſic coloravit: decretum non exſpectaſſe, amentem & attonitum protinus præcurriſſe. *Albutius* hoc colore uſus eſt: Semper de duce cito conſtitui: longum erat exſpectare: ad ſummam feſtinavi, nec occurri. *Varius Geminus* dixit: Maluiſſe ſolum ire. hoſtes enim auctoritate legatorum non moveri, ad lacrymas patrum

7 *Agnita re, comperiſſe dixit*] Veteres editiones, *agitatur te:* ceteræ, *agitatur re comperiſſe:* ἀδὲν ὑγιές. N. Faber.

8 *Erat autem ex ſomniatoribus totus*] Quod coloris genus ſua facilitate auctoritatem perdidiſſet, dicit Quinctilianus. *Idem.*

CON-

trum ſæpe flecti. *Silo Pompeius* ait: Putavi utilius eſſe, privata illum pecunia redimi. minoris enim poſſe æſtimari, quam ſi tanquam imperator redimeretur. *Argentarius* ait: Nihil tam iniquum erat, quam legatos ad redemptionem mitti. nunquam enim reddidiſſent, quem ſic deſiderari publice judicaſſent. Itaque præcurri rogaturus, & hoc dicturus: Exercitus contemnit illum, reſp. relinquit. *Blandus* ait: Cogitanti mihi quid facerem, contentuſne eſſem paternis lacrymis, an comitatu publico preces meas adjuvarem: tandem venit in mentem, Trojanum regem ad redemptionem filii ſine legatis iſſe, & cum auro. *Sepullius Baſſus* ait, non exſpectaſſe ſe curiam, quia putaverit futuros, qui redimendum negarent, quod factum apud Romanos ſæpius erat: itaque ante ſe voluiſſe redimere, quam poſſet aliquid de non redimendo conſtitui. *Ceſtius* dixit: Non quæſivi ſecretos tramites, & occultum iter, proditor ſcilicet eadem via veni, qua legati. De voce filii, colorem *Albutius* hunc fecit: Pudebat illum, inquit, quod captus erat: quærebat aliquod fortunæ ſuæ patrocinium: voluit videri non culpa ſua, ſed proditione hoc ſibi accidiſſe, itaque nomen adjicere non potuit. *Fuſcus Arellius* dixit, alienatum jam ſuppliciis animum, & errantem has voces effudiſſe ſine argumentis, ſine reo. *Varius Geminus* omnia complexus eſt: Poteſt, inquit, propter hoc, poteſt propter illud: ego vobis idem ſuadeo. *Cavete proditorem.* hoc ſi cavere vultis, imperatores ſenes facite. Illud & in hac controverſia & in omni vitandum aiebat *Ceſtius*, quotiens aliqua vox poneretur, ne ad illam quaſi ad ſententiam decurramus, ſicut in hac apud *Ceſtium* quidam auditor hoc modo cœpit: *Ut verbis ducis veſtri ſcilicet, Judices, incipiam, Cavete proditorem.* ſic finivit declamationem, ut diceret: *In quibus vitam finit imperator, Cavete proditorem.* Hoc ſententiæ genus *Ceſtius* ἠχὼ vocabat, & dicenti diſcipulo ſtatim exclamabat: ὑπὲρ τὴν ἠχώ. ut in illa Suaſoria, in qua deliberat Alexander, an Oceanum naviget, cum exaudita

vox

vox eſſet, *Quouſque invicte?* ab ipſa voce quidam cœpit declamare, & in hanc deſiit. Ait illi Ceſtius deſinenti: ἐν σοὶ μὲν λήξω; σέο δ' ἄρξομαι. Et alter, cum deſcriptis Alexandri victoriis, gentibus perdomitis, noviſſime poneret: *Quouſque invicte?* exclamavit Ceſtius: *Et tu quouſque? Otho Pater* hoc colore uſus eſt pro patre. dixit enim, moleſtum fuiſſe imperatori, quod illum ſuffixum legati intuebantur. Itaque, ut ab hoc illos ſpectaculo arceret, & exoneraret verecundiam ſuam, id dixiſſe, quo audito feſtinarent. Itaque dixiſſe illum, non, *Caveant proditorem:* ſed, *Cavete:* quaſi ipſis legatis eſſet periculum, ne proderentur.

CONTROVERSIA XXIII.

Mutanda optio raptore convicto.

Lex. Raptor raptoris aut mortem, aut indotatas nuptias optet. *Thema. Rapta producta, nuptias optavit. Qui dicebatur rapuiſſe, raptorem ſe negavit. Convictus eſt. Illa optionem petit. Contradicitur.*

CONTRA RAPTAM. *Albutii Sili.* Præterquam quod in omni diſcrimine periculoſa libertas eſt, meruit puella, ut taceremus: miſericors in nos, etiam antequam rogaremus, fuit. Inhumana libertas eſt, [1] ſi vincimus adverſus judices. Non oportet tibi amplius quam ſemel licere optare. omnis nimia potentia ſaluberrima brevitate conſtringitur. qui poteſt condemnare, poſſit ſemel: qui poteſt occidere, poſſit ſemel: aut ſi quæ iteratio recipi poteſt, in pœnitentiam mortis recipienda eſt. Proponite vobis jam ſupplicii faciem, carnificem, ſecurim. alicui hoc ſemel licere, nimium eſt. exorata ſum, conde gladium:

irata

CONTROV. XXIII. 1 *Si vincimus adverſus judices*] Petreius interpretatur, quorum ſententia convicti ſumus. At quomodo poterat fieri? non enim cum illis conſiſtebat. Scriptus & Schotti, *judicem.* Recte. Intelligitur enim rapta. Infra: *Utinam non hoc illum liberaret metu, quod judicis ſuæ novit clementiam.* Gronovius.

2 Non

irata ſum; repeto optionem. & non ſemel mori ſatius eſt? occide jam non vitiatorem, ſed virum. *Porcii Latronis.* Periculoſius eſt negare raptum, quam commiſiſſe. in hanc perturbationem adoleſcens perductus erat, ut ignoraret, quid feciſſet: non refugiebat tamen puellæ nuptias. favebat tantum ſibi, ut innocens duceret. Itaque nihil aliud petit quam libertatem, ut honeſtius duceret. Ita apud vos, Judices, tutius eſt peccare quam erubeſcere? Dignior pœna erat, ſi id peccaſſet, quod meminiſſe poſſet. Exſurge, adoleſcens, & ſine ullo reſpectu pudoris ad pedes te puellæ demitte: accedite & vos, amici propinquique, & tu, mater & pater: quid tu, puella? ecquid te horum lacrimæ movent? Non eo, inquit, ad illum magiſtratum. non diſſimulo. metuo te, puella, ſi nuſquam rogari vis, niſi ubi occidere potes. Gravius punior nunc, cum me peccaſſe pudet, quam cum peccavi. Quæ poſt injuriam ignoſcit, perdidit miſericordiam. *Ceſtii Pii.* Venit ad vos, veſtro beneficio retenturus puellæ beneficium. optavit nuptias: neque adhuc ſciebat, quam verecundum maritum eſſet habitura. Vitiatorem demiſiſti: virum occides? aiebat judex: Quid habes, quod tam pertinaciter neges? nuptias optat. minus eſt ergo quod vitiavit, quam quod negavit? *Q. Haterii.* Non ſum, inquit, optatura mortem, ſed volo mihi licere mortem optare. quam poteſtas iſta delectat, crudelis eſt. *Blandi.* Ergo nos injuriam periculoſius negavimus, quam fecimus. *Junii Gallionis.* Quadam nocte, quid dicam: [2] Non negare jam non audeo. Nox, vinum, error. quid iraſceris, puella? jam non negat. Non diligenter cauſa mea acta eſt. dum nihil timetis, facilius me puellæ credidiſtis. Confitendum eſt vitium noſtrum: nos nuptiis fecimus moram: Sive adhuc eſſet vitiata, ſive non eſſet, viſa indigna matrimonio, quæ hominem poſſet occidere. Tibi conſulebam, ne dicereris vitiatori nupta. ſi per

2 *Non negare jam non audeo*] Veneta & Froben. *Jam negare non audeo.* An iterata negatio fortius negat, diſtinguendumque: *Non negare jam, non audeo.* An ſcribendum: *nam negare jam non audeo.* Gronovius.

3 *Quia*

per te licuiſſet, honeſtiorem maritum habuiſſes. Tu negaſti? O hominem impudentem! ita tu non ante magiſtratus tribunal, in conſpectu populi, in medio foro clamitaſti: Ego virginem rapui? Neminem habere tam obſequentem maritum potes. hic jam nihil negavit. *Varii Gemini*. Exponam vobis rerum ordinem ſic, tanquam ab eo didicerim, qui, quid fecerit, neſcit. *Vibii Galli.* Ubi eſtis qui dicebatis: Nihil intereſt tua; Confitere, confitere: [3] quia honeſtius putaſti raptori nubere. Sit, inquit, mihi heres, ſi quis intra decem menſes natus fuerit. numquid negat? Surge adoleſcens: dic, Rapui, vitiavi: incipe ſcire quod neſcis: miraris ſi tibi non credit, multum eſt de quo timet.

Pars altera. P. Aſprenatis. Neſcio utro judicio adverſarius fuerit improbior. priore id egit, ne quam omnino pœnam ſtupri penderet: hoc id agit, ut ipſe optet, ex duobus à lege conſtitutis ſuppliciis, utrum velit pendere: Fatetur enim impune ſe habere maluiſſe, quam ducere uxorem: uxorem ducere malle, quam mori. antea legem vitiationis evertere conatus eſt, nunc transferre vult: advocatos rogat, judices rogat, omnes potius quam vitiatam. Utinam non hoc illum liberaret metu, quod judicis ſui novit clementiam. nobis clamabat ſe innocentem: ſi quid peccaſſet, mori non recuſare. Aderat raptori populus: nec quicquam magis ſuſpectam faciebat vitiatæ cauſam, quam lenitas optionis. Si tibi jam de ſtupro tuo liquet, eſt quædam proxima innocentiæ verecundia, præbere ſe legibus: tu vero meruiſti quidem mortem illa inficiatione. ignoraſti, an peccaſſes; innocens eſſe voluiſti. cauſam haberes: revertere ad partes, puella, quandoquidem totiens jam rogas, quæ rogari ipſa debueras.

DIVISIO. *Latro* tres fecit quæſtiones, an illa optio juſta fuerit. Non fuit, inquit, juſta: non enim conſtabat te raptorem eſſe. Nihil refert, inquit, an negaverit. erat enim raptor, etiam ita ſi negabat, & juſta fuit optio. An ſi injuſta optio

3 *Quia honeſtius putaſti raptori nubere*] Lege: *putat.* Nempe, puella. Alloquitur autem raptorem. *Gronovius.*

optio fuit, revocari poſſit. Optio, inquit, ſemel puellæ datur: immutabilis eſt, ſemel emiſſa. Judex, quam tulit de reo tabellam, revocare non poteſt; quæſitor non mutabit pronuntiationem ſuam. Nihil tam civile, tam utile eſt, quam brevem poteſtatem eſſe, quæ magna eſt. ſi volet & alteram ſuam optionem revocare, & deinde tertiam, nunquam conſtabit quid futurum ſit: cum illa, quid optaverit, poſſit ſequenti ſemper optione reſcindere. Tertiam fecit quæſtionem. An, ſi poſſit aliquando revocari optio, nunc debeat. Hæc defenſio adoleſcentis, qui negavit ſe vitiaſſe. *Fuſcus* & ordinem mutavit quæſtionum, & numerum auxit. Fecit enim primam quæſtionem, An rapta non poſſit amplius optare quam ſemel. Poteſt, inquit. lex enim non adjecit, quotiens optet, ſed, ex quibus. Aut hoc, inquit, aut illud. Non adjicit, Neque amplius, quam ſemel. Contra ait: Lex jubet te alterutrum optare. Tu hodie, ſi mortem optaris, facies quod nunquam factum eſt: utrumque optaveris. Etiam ſi non licet, inquit, amplius quam ſemel, & mortem optabis & nuptias. Ego nondum optavi: optio eſt enim, quæ legitime fit: illa non eſt facta legitime: [4] ſi prætor defuiſſet, numquid optionem vocares? Si rapta defuiſſet, raptor non fuit. Non eſt illa optio: ſermo eſt. An proximo judicio confirmata ſit optio. Rapta ait: [5] Agebatur apud judices, utrum deberet raptæ eſſe optio: non judicatum eſt, raptam eſſe debere?

4 *Si prætor defuiſſet, numquid*] P. Faber interpretatur inde, quod actus legitimi fierent ut plurimum imminente ipſo prætore. At ego *Prætoris* hic Fuſcum partes deſideraſſe nullas exiſtimo. Scripſerat enim: *ſi raptor defuiſſet*. Pro puella hoc. Nondum ait optaſſe, quia ea eſt habenda optio, quæ legitime fit, nempe cum de raptu conſtat: iſta non eſt facta legitime, quia facta eſt dum etiamnum dubitatur. Si non inventus fuiſſet raptor, non diceres optionem: nec dices ergo, quæ facta eſt, dum etiam quæritur, fuerit raptum necne. *Idem.*

5 *Agebatur apud judices*] Hæc corrupta eſſe nemo eſt qui non videat, nec enim proximo judicio agi potuit, utrum raptæ deberet eſſe optio, quam ei lex tribuit: ſed an quæ educta fuerat, & ex lege raptarum optaverat, rapta fuiſſet. nam niſi rapta fuerit, jus optandi non habet. negabat autem raptam fuiſſe reus. Quare ſi quid audaciuſcule tentare liceat, libenter ſcriberem, *Raptor ait, agebatur apud judices utrum raptæ eſſet optio: judicatum raptæ eſſe. rapta ſit, Non, inquit puella: quæſitum eſt enim*, &c. quare cum ait actum eſſe utrum raptæ eſſet optio, id eſt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

debere? rapta ſit. Non, inquit: puella: quæſitum eſt enim, an ego in raptorem jus haberem. judicatum eſt, habere me: uti debeo. Non poſſum ante legem habere, quam raptorem. Noviſſimam quæſtionem fecit æquitatis, An raptæ debeat eſſe optio. *Paſſienus* hanc ultimam partem ſic dividebat: An, ſi adoleſcens malo adverſus puellam animo inficiatus eſt raptum, ut nuptias effugeret, dignus ſit qui iterum fortunam ſubeat optionis recuſatæ. deinde, an malo animo fecerit. *Varius Geminus* ultimæ quæſtioni vel parti, in qua quid debeat fieri, quæritur, duo hæc adjiciebat, quæ per ſe quæri putabat: An ſi puella pro certo adoleſcentis mortem optatura eſt, non debeat illi permitti optio, tam crudeliter uſuræ ſua poteſtate: Deinde, An mortem optatura ſit. Quid eſt, inquit, quare velis optare, niſi quod nuptias non vis? Hoc non tantum patimur, ſed rogamus.

Color. Color pro adoleſcente introductus eſt à *Latrone* talis, ut diceret, ſe ebrium fuiſſe, & ignorare quid fecerit: hoc die magis credere de facto ſuo, quam ſcire: recuſaſſe autem, non, ne duceret uxorem, ſed, ut ſua voluntate duceret, & judices non audiſſe ſolicitos: faciles fuiſſe quaſi de nuptiis ageretur. *Varius Geminus* raptum confeſſus eſt, & dixit, nihil tam contrarium eſſe adoleſcenti, quam etiamnum negare:

eſt, verumque quæ optaverat rapta fuiſſet. ut ei optandi jus fuerit. *N. Faber.* Hæc corrupta eſſe recte ratiocinatur Faber. Itaque reſcribit: *Raptor ait: Agebatur apud judices, utrum raptæ eſſet optio. judicatum raptæ eſſe. rapta ſit.* In quibus bene: *Raptor ait:* nam & ſic Cov. cum noſtro ſcripto: & contradictio puellæ oſtendit hæc pro raptore dici: bene quoque negandi particula à verbo, *judicatum*, ablata, quæ nullum illuc locum habet. Cetera non ſane pro raptore: etenim ſi diſputatum eſt, utrum raptæ ſit optio, &, ſi judicatum eſt, eſſe; multo magis poteſt illa dicere, priorem non fuiſſe legitimam, & nunc demum per ſententiam judicis ſibi jus optandi factum. Quod & mox ex intentione puellæ profertur. Aliter igitur raptor judicium illud interpretari debet. Petreius: *non agebatur.* deinde, *non judicatum eſt raptæ eſſe debere, ſed quod rapta ſit.* Non malo ſenſu, ſi pro rapta, nôn pro raptore (quod tamen & ſcripti & contextus reliquus jubent) iſta dicerentur. Scribe: *Raptor ait: Agebatur apud judices, utrum deberet rata eſſe optio, annon. judicatum eſt ratam eſſe debere. rata ſit.* Hoc, inquit ille, certabatur, an valere deberet optio facta, nec ne. Pronunciatum eſt validam & legitimam eſſe. Sit igitur ſane, neque ultra poteſtas optandi tibi fiat. *Gronov.*

6 Nec

negare: ne non tantum raptam, ſed etiam judicem offendat. Ceſtius nec Latronem ſecutus eſt dicentem, neſciſſe ſe; hodieque neſcire: [6] nec Varium Geminum, confitentem ſe rapuiſſe. apertius negavit: Virum, inquit, invenire non poterat, Judices. Tertiam ſententiam ſecutus eſt. Si rapuit, indignum eſt puellam invitam raptam eſſe: ſi non rapuit, nonne indignum eſt, fieri illum maritum? *Silo Pompeius* dixit, adoleſcentem verecundum natura, & ruſtici pudoris, non ſuſtinuiſſe confeſſionem. Non placebat Latroni color. Minus, inquit, ignoſcetur illi, ſi ſcit ſe rapuiſſe, & ſciens mentitus eſt. Contradicebat Silo, poſſe ulli fidem fieri, aliquem neſcire an rapuerit. *Hiſpanus Cornelius.* Non abducere illi, inquit, maritum volui, ſed honeſtiorem dare. Digna eſt, inquit, tam miſericors puella, quæ non videatur nupſiſſe raptori. *Hiſpo Romanus* ait, illos ſodales, qui ipſum impulerant, circumſtetiſſe, & dixiſſe: Non eſt hæc quam rapuiſti. timuit, ne illi, quam rapuerat, faceret injuriam. *Argentarius* dixit: Vellem mortem optaſſes. non eſſet hic raptor judicatus. Non cauſa tua illum premit, ſed optio. Dum unuſquiſque judex dicit, quid habet quod tantopere recuſet: putat de capite agi: & ipſe ait, [7] ſe non nolle ducere uxorem: ſed titulum recuſet. Nempe victus ducet uxorem. Non eſt ſolicite de eo judicandum, cui damnato gratulandum. *Silo* hoc colore uſus eſt: Confuſum adoleſcentem ſubito, & tanto tumultu parum ſibi conſtitiſſe, & negaſſe, quia perturbatus erat: perſeveraſſe, quia negaverat.

L I-

6 *Nec Varium Geminum confitentem non rapuiſſe*] At hoc negare eſt. & tamen ſupra Varius Geminus faſſus eſt rapuiſſe. removenda igitur negatio, legendumque, *confitentem ſe rapuiſſe.* Quæ autem deinde ſequuntur, mutila ſunt. N. *Faber.*

7 *Se non velle ducere uxorem*] In editione Romana negationem abſtulerunt. Fortaſſe levior erit mutatio, & aptior lectio, ſi legamus, *ſe non nolle uxorem ducere.* Idem.

LIBER OCTAVUS,
qui vulgo QUARTUS.

Seneca Filiis.

IAM videbar promiſſum meum impleſſe. Circumſpiciebam tamen, numquid me præteriret. Ultro Votieni Montani mentionem intuliſtis: & velim vos ſubinde aliqua nomina mihi offerre, quibus advocetur memoria: quæ, quando ſenilis per ſe marcet, admonita, & aliquando laceſſita, facile ſe colliget. *Montanus Votienus* adeo nunquam oſtentationis declamavit cauſa, [1] ut ne exercitatus quidem declamaverit. Rationem quærenti mihi ait: Utram vis? honeſtam, an veram? Si honeſtam, næ male aſſueſcam. [2] Qui declamationem parat, ſcribit, non ut vincat, ſed ut placeat. Omnia itaque lenocinia ita conquirit: argumentationes, quia moleſtæ ſunt, & minimum habent floris, relinquit; ſententiis expli-

1 UT *ne exercitatus quidem*] Quid ſi, *ut ne exercitationis quidem declamaverit*, legamus. N. *Faber.* Scripti, *excitatus*. Fortaſſe bene: & foret, appellatus, juſſus, rogatus. Curtius, lib. 8. *Nolo ſingulos veſtrum excitare, ne inviſam liberalitatem meam faciam, ſi pudori veſtro gravem fecero.* Reſtituimus & filio hujus. Faber tamen *exercitationis:* nec male, ſi præterea aut adderetur *cauſſa* aut detraheretur τὸ *declamaverit*. Gronovius.

2 *Qui declamationem parat*] Corruptam illam declamandi rationem eleganter expreſſerunt Petronius Arbiter initio ſuorum fragmentorum, Quinctilianus cap. 11. lib. 2. & c. 5. lib. 10. in quo etiam Porcii exemplum, quod hic narratur, recitat: item Tacitus dialogo de oratoribus, & Plinius epiſt. 14. lib. 2. Miror tamen cur Plinius dixerit illam corruptionem à Licinio Largo originem ſumpſiſſe, qui ſub Claudio vixit, quo tempore in foro viguit Domitius Afer: cum ex his libris appareat ſub Auguſto & populum admiſiſſe declamatores, & à puritate illa qua ſub Cicerone fuit, jam tum illud ſtudium plurimum deflexiſſe. N. *Faber.*

3 *Lau-*

xplicationibuſque audienteis delinire contentus eſt. Cupit nim ſe approbare, non cauſam. Sequitur autem hoc uſque in forum declamatores vitium, ut neceſſaria deſerant, lum ſpecioſa ſectantur. Accedit etiam illud, quod adverrios quamvis fatuos fingunt: reſpondent illis & quæ volunt, & cum volunt. Præterea nihil eſt quod errorem aliuo damno caſtiget: ſtultitia eorum gratuita eſt. Vix itaue in foro futurus periculoſus ſtupor diſcuti poteſt: qui revit, dum tutus eſt. Quid, quod [3] laudationibus creris ſuſtinentur, & memoria illorum aſſuevit certis interallis quieſcere? Cum ventum eſt in forum, & deſiit illos d omnem geſtum plauſus excipere, aut deficiunt, aut lant. Adjice nunc, quod ab aliis nullius interventu excutur. Nemo ridet, nemo ex induſtria obloquitur: famiares ſunt omnium vultus. In foro, ut nihil aliud, ipſum os forum turbat. hoc, quod vulgo narratur an verum t, tu melius potes ſcire. Declamatoriæ virtutis *Latrom Porcium* unicum exemplum, cum pro reo in Hiſpania uſtico Porcio propinquo ſuo diceret, uſque eo eſſe conſum, ut à ſolœciſmo inciperet: nec ante potuiſſe confirari, tectum ac parietes deſiderantem, quam impetravit, judicium ex foro in baſilicam transferretur. Uſque eo genia in ſcholaſticis exercitationibus delicate nutriuntur, clamorem, ſilentium, riſum, cælum denique pati neant. [4] Non eſt autem utilis exercitatio, niſi quæ operi ſimil-

3 *Laudationibus crebris*] Declamanus enim ad finem cujuſque clauſub auditoribus ut plurimum vel recœna, vel ſportula redemptis acmabatur, EUGE, BELLE, ô MINEM LITTERATUM, Y SOPHOS: nec declamanti ſolum, verum etiam recitantibus ſcripta, atque orantibus in foro tonis: ſed his parcius & modeſtius. præter auctores proxime præcedenti ratione à nobis memoratos probant ratius epiſt. 19. lib. 1. Perſius Sat. 1. Martialis lib. 3. & 8. & L. Sen. ep. 89. Inſignis ejus rei locus apud Tertullianum contra Valentinianos. *In Eſclis*, ſcribit ille, *Carthaginienſibus fuit rigidiſſimus Rhetor Latinus Phoſphorus nomine: cum virum fortem peroraret, Venio, inquit, ad vos, optimi cives, de prælio cum victoria mea, cum felicitate veſtra ampliatus, glorioſus, fortunatus, maximus, triumphalis, & Scholaſtici ſtatim familiæ Phoſphori* φεῦ *acclamant*. N. Faber.

4 *Non eſt autem utilis exercitatio*] Ita Quinctilianus declamationibus ad veritatem

ſimillima eſt illi ad quod exercet: itaque durior ſolet eſſe vero certamine. Gladiatores gravioribus armis diſcunt, quam pugnant: diutius illos magiſter armatos, quam adverſarius ſuſtinet. Luctantes binos ſimul ac ternos fatigant, ut facilius ſingulis reſiſtant. Curſores, quod intra exiguum ſpatium de velocitate eorum judicetur, id ſæpe in exercitatione decurrunt, quod ſemel decurſuri ſunt in certamine. Multiplicatur ex induſtria labor quo condiſcimus, ut levetur quo decernimus. In ſcholaſticis declamationibus contra evenit: omnia molliora, & ſolutiora ſunt. in foro partem accipiunt, in ſchola eligunt. Illic judici blandiuntur: [5] hic inſerviunt. illic inter fremitum circumſonantis turbæ intendendus animus eſt, vox ad aures judicis perferenda eſt: hic ex vultu dicentis pendent omnium vultus. Itaque velut ex umbroſo & obſcuro prodeuntes loco, claræ lucis fulgor obcæcat: ſic iſtos à ſcholis in forum tranſeuntes, omnia tanquam nova & inuſitata perturbant: nec ante in oratorem corroborantur, quam multis perdomiti contumeliis, puerilem animum, ſcholaſticis deliciis languidum, vero labore durarunt. [6] *Lepidus*, vir egregius, & qui declamatorio, non ſtudio **

CON-

ritatem accommodatis adoleſcentem exerceri præcipit ſubditque: *tum cauſas vel eaſdem quas agi audierit, ſtilo & ipſe componat. vel alias veras modo, & utrumque tractet: & quod in gladiatoribus fieri videmus, retiariis exerceatur, ut feciſſe Brutum diximus pro Milone.* Quid ſit retiariis exerceri, ut hanc mendam eximam, quemadmodum Brutus pro Milone fecit, nemo credo dicet. Nam quod hoc loco de retiariis & mirmillonibus narrant, ἀπροσδιόνυσον eſt. corruptum locum docent vetera exemplaria, quæ *derectoriis*, vel *de Rhetoricis* ſcriptum exhibent. Melius fortaſſe legemus, *decretoriis exerceatur*, id eſt, ſeriis, & ad verum certamen aptis, quibus luſoria arma opponuntur. L. Seneca epiſt. 117. *Remove iſta luſoria arma: decretoriis opus eſt.* Idem illud vocabulum apud eundem Quinctilianum, cap. 5. lib. 6. corruptum erat, quo loci hæc habentur, *pugnamque illam decertatoriam imperitis ac pullatæ turbæ relinquunt.* Legendum enim, ut in manuſcriptis, & antiquis editionibus, *decretoriam illam pugnam*, id eſt, veram & ſeriam. N. *Faber.*

5 *Hic inſerviunt*] Quid *blandiri* & *inſervire* hic loci differant, non percipio: Diverſum omnino Votienus voluit dicere, nempe in ſcholis judicem ſive auditorem inſervire declamanti. Scriptus, *hic inſerant.* Lege: *Illic judici blandiuntur, hic imperant.* Vide tertia præfatione extrema de Albutio, & mox de Ceſtio: tum dialogum de cauſſis corruptæ eloquentiæ. *Gronov.*

6 *Lepidus, vir egregius*] M. Lepidum accipio præceptorem Neronis Druſi,

CONTROVERSIA XXIV.

Cimon ingratus Calliæ.

ex. Adulterum cum adultera qui deprehenderit, dum utrumque interficiat, ſine fraude ſit. Ingrati ſit actio. *Thema.* [1] *Miltiades peculatus damnatus, in carcere alligatus deceſſit. Cimon filius ejus, cum ſepeliret, vicarium ſe pro corpore patris dedit. Callias dives, ſordide natus, redemit eum à republica, & pecuniam ſolvit, eique filiam ſuam collocavit, quem ille deprehenſam in adulterio, deprecante patre occidit. Ingrati reus eſt.*

RO CIMONE. *Albutii Sili.* Non me movet periculum meum. ſemper nos in malis noſtris non fortunam, d cauſam ſpectavimus. Non dubito, quin Callias redemurus Miltiadem, ſi jam habuiſſet filiam nubilem. *Muſe.* liud alius pati non poteſt. mihi adulterium carcer eſt. *ellii Fuſci patris.* Nihil, inquit, filiæ plus poſſum dare uam Cimonem virum. quando mihi contingent ex eo netes ? Ferrum à lege mihi traditum, ad vindictam pudiiæ, projiciam ? Perdidiſti pecuniam, Callias, ſi tales ſolti manus. Damnatus peculatus, nihil aliud heredi ſuo requit, quam ſe patrem. *Ceſtii Pii.* Non poteſt generoſus mus contumeliam pati. Merito tu ex Cimone nepotes bere concupiſti. Quid magis in me probaſti quam carcem ? non ſum innocentior quam pater, [2] ne felicior quim. Hoc unum intereſt inter parentis & filii fortunam, od illius calamitatum exitus fuit carcer, mearum initium.

ſi, quem in præfat. lib. 10. cum uro declamaſſe, & C. Tacitus lib. 2. Piſoni cædis Germanici reo adſe tradunt. *N. Faber.*

ONTROV. XXIV. 1 *Miltiades latus damnatus*] Contra hiſtoriam thema: Callias enim Cimonem à Repub. redemit non data ei filia, ſed ejus accepta ſorore Elpinice. Plutarchus & Probus. *Idem.*

2 *Ne felicior*] Veteres editiones repræſentant ſequentem lectionem: *nec liceor qua liceor quidem.* Idem.

tium. Exponam vobis, quam in neminem meorum ingratus ſim. Unus Miltiadis cenſus inventus eſt, Cimon filius: nec hic quidem quicquam habuit, quod dare pro patre, præter ſeipſum, poſſet. In Cynægiri domo ſperare nuptias poteram, in Callimachi: nec verebar, ne [3] Cynægirus pluris ſuas æſtimaret manus. Redemptus Cimon redemptoris felicitas eſt. *Votieni Montani.* [4] Faciam, dicat, non accepi beneficium. alter reddidit. Certe beneficium reddam, cum tam honeſtum deſideraris, quam dediſti. Ego adulteros dimittam? quia aliud facerem, ſi adhuc alligatas haberem manus? egit me attonitum dolor. Non mehercule ſic exoraſſet Miltiades pater. Nihil Calliæ debeo, niſi liber ſum. Eſt vir egregius Callias, eſt miſericors. ſed utinam tantum adverſus bonos. Major injuria eſt, ſi nunc manus Cimonis alligantur, quam fuit beneficium quo tunc ſolutæ ſunt. Non iſte iniquiore animo filiam amiſit, quam ego uxorem; ſed æquiore animo impudicam pati voluit. [5] Vis tu divitias tuas abſcondere, cum in eos inciderint qui men-

3 *Cynegyrus*] Scribe, *Cynægyrus*. Græce Κυναίγειρος. de quo Herodotus lib. 6. N. *Faber*.

4 *Faciam, dicat, non accepi*] Hic eſſe quid corruptionis vidit Petreius: & ſi ad Calliam referatur, cenſet emendandum: *non accepi beneficium, ante reddidi:* hoc ſenſu, ne Cimon dicat, ſe mihi dediſſe beneficium, filiam meam domum ducendo; antequam id faceret, ego jam reddideram, illum ſolvendo: ſin referatur ad Cimonem, quod etiam commodius putat, ſcribendum: *non accepi beneficium, alterum reddidi:* ob hoc ipſum, quod reddidi, videor non accepiſſe. Certe melius eſt, in perſona Cimonis dicta accipi, ſed ſic emendanda ſunt: *Facis, ut dicam: non accepi beneficium, aut reddidi.* Tu importuna tua exprobratione & jactatione liberationis eo me redigis, ut mihi ſit dicendum, quod nollem: Non accepi beneficium, aut, ſi me accepiſſe concedam, reddidi. Prius quo jure dicere poſſit, habes in duabus quæſtionibus Brutidii Nigri ſub Diviſione: *ſi ſua cauſſa fecit hoc Callias, ut redimeret Cimonem, an ſit beneficium: deinde, an ſua cauſſa fecerit Callias.* Poſterius in Colore Ceſtii: *reddidiſſe ſe beneficium, quod talem ſocerum habere ſuſtinuiſſet:* & paſſim in hac Controverſia. *Gronovius.*

5 *Vis divitias tuas abſcondere*] Suſpicatur eximius ille Faber mendum eſſe in verbo *abſcondere*, legendumque *oſtendere* vel *oſtentare*. Quaſi diceret: ita tu mihi divitias, quas cum filia dediſti, oſtentas & imputas, cum nulla re, quam paupertate, clarior ſim. Sed tamen diffiſus nihil ſe adfirmare fatetur. Merito. neque enim in illa voce mendum eſt. Sed ſcribendum cum codice Cov. & Voſſiano: *Vis tu divitias tuas abſcondere?* Et intelligendum, ut complura Lucii loca, in quibus hanc formulam loquendi primi vindicavimus indicavimuſque. Poteſt à te obtineri, ut amoveas divitiarum tuarum pompam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

mendicitate cenſentur? Nihil habet domus noſtra melius quod oſtendat, quam paupertatem. Da pecuniam Miltiadi, qua damnationem luat, nocens erit; da Cimoni, qua patrem redimat, pius non erit. *Vibii Galli.* Nullo mihi felicior videor, quam quod Miltiadis pretium fui. [6] Alligatus jacebat Perſicæ potentiæ vindex: libertatis publicæ aſſertor alligatus jacebat, crimen ingratæ civitatis. Adulteram dimittam patri? [7] adulteram, cui non tam glorior, quod filius ſim Miltiadis, quam quod vicarius. Quid? tu pœnam putas pro Miltiade alligari? Si adulterum ſolum occidero, exulandum eſt. quid faciam? non occidam? plus quam præſtitiſti exigis; pro carcere exilium. Neutrum occidam? plus quam præſtitiſti exigis. unum beneficium dediſti; duo petis. Magnum uterque beneficium, [8] dum datis, recepiſtis. Cimon, quod Miltiadem redemit: tu, quod Cimonem. Videbatur mihi omnis majorum meorum circa me turba fremere, dicentium; Ubi ſunt illæ manus, quæ

...m inde, ubi fruſtra eam explicas? ...non vis abſcondere illas? Ut Con...ov. 27. *Vis tu pudorem habere, nec im...are reipublicæ idem quod tyranno?* Ea...mque reſtituenda eſt, Controv. 25. ... *tu ſcire, non à quo fiat, ad rem pertine-... ſed quid fiat?* Ubi vulgo pronomen ...eſt. Neque parum intereſſe putes, ...abſit an adſit: nam ſi abſit juſte & ...uſu auctorum, & alius efficitur ſen-..., & alius eſt orationis contextus. ... in illo apud Quintilianum, 8 In...5. *Vis ſcire venenum eſſe amatorium? ...veret homo, niſi illud bibiſſet.* Perinde ...ac ſi diceret: ſi vis ſcire, ex hoc no...s licet. Lib. 6. Exc. Controverſ. 1. ... *ſcire, cujus fidei ſis? nec frater qui-... tibi ſine chirographo credidit.* Et ſe...tente: *Vis ſcire notum fuiſſe? ſoror ac-...ata eſt.* Centies hoc quoque apud ...hecas occurrit, ut neceſſe non ſit ...ſcribere loca. Iis collatis, differen...a facile patebit. *Gronovius.*

6 *Alligatus jacebat Perſicæ potentiæ ...dex*] Credo fuiſſe: *Perſicæ impotentiæ.* hoc eſt, ſuperbiæ, inſolentiæ, immoderationis. *Idem.*

7 *Adulteram, cui non tam glorior*] *Cui* non poteſt referri niſi ad adulteram. Et ſic omnes, quas vidi, editiones. Gruterus tamen adducit, *qui*, & alterum ait eſſe in Pal. & Eraſmica. Sit ſane: at vel cæcus videat legendum eſſe, *qui*: nam de ſe ipſo Cimon effert, quod ſequitur. Petreius quoque dicit retineri poſſe dativum *cui*, pro, apud quam. Scilicet hic locus erat palam faciendi, quid de ſe apud uxorem jactaſſet. *Idem.*

8 *Dum datis, recepiſtis*] Scriptus, ut Pal. & Covar. & Eraſmica: *Magnum uterque beneficium dediſtis: tantumdem datis recepiſtis.* Poteſt defendi, ut *tantumdem datis* ea ſyntaxi dictum ſit, qua *idem illi.* Horatius: *idem facit occidenti.* Si tamen durius videtur, lege: *tantumdem, dum datis, recepiſtis.* Nam quod Schottus ſubjicit: *tantum dum damus recepimus*: alienum eſt. *Idem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

quæ ſolvêre Miltiadem? Non mihi occurrit indulgentia uxoris; non Callias ſocer; non ullius aut rei, aut beneficii memoria: feci quod ſoleo, nihil aliud aſpexi quam patrem. *Mentonis.* Cogita adulteros eſſe pro quibus rogas, cogita qualium miſereri ſoleas. Turpe eſt, ab eodem dimitti & adulteros & Cimonem. Ego ſum, qui referre gratiam ne mortuis quidem deſino. Ita mihi veros habere liberos contingat. quod quantum ſit, Miltiades expertus eſt. *Porcii Latronis.* Ego adulteros dimittam? ardet cupiditate vindictæ animus. Has manus continere non poſſet Miltiades, quas alligare potuit. Si in hoc ſolutus ſum, redde me carceri. Ille Græciæ ſervator, & Perſarum vindex, Orientiſque domitor, cui modo tam inſignem triumphum fortuna de hoſte detulerat, damnatus eſt peculatus, ob hoc videlicet ipſum, ut innocentia ejus, quæ alioquin latere potuerat, ipſa damnatione oſtenderetur. damnatus eſt innocens. Quis in civitate miſericors eſt? nunc occaſio miſericordiæ venit. Miltiades redimendus eſt. Redemi corpus tuum, Miltiades, ne funeri quidem interfuturus, in quod me ipſum impenderem. Miſereor accuſatoris mei, non quia perdidit filiam, ſed quia habuit. Dignus erat Callias habere tales, quales redemit. Quod ſi me in hanc ſtuprorum patientiam redemiſti, matrimonio carcerem præfero. Honeſtius patri alligor, quam adultero ſolvor. Ut audivi eſſe qui pecuniam numeraret, miratus ſum fuiſſe in civitate noſtra quenquam, qui Cimonem redimere quam Miltiadem maluiſſet. Ego ne patrem quidem meum, niſi innocens fuiſſet, redemiſſem. *Blandi.* Objiciat licet vincula: nunquam tamen efficiet, ut non magis carcere glorier quam matrimonio. Diverſi ſunt hominum affectus. tu fortaſſe, Callia, vincula ferre non potes: ego adulteram uxorem. Effugient ergo adulteri, tanquam alligatas Cimonis manus? *Argentarii.* Redemptum me protinus appellare cœpit de filiæ nuptiis. Statim, inquam, Callias experitur an gratus ſim: habe filiam ſine Cimone. pro una rogat, duos eripit. *Fulvii Sparſi.*
Dic

Dic nunc, Ego te carcere exemi: dum ego reſpondeam, Ego me carceri tradidi. Nunquam effici poterit, ut melius actum putem quod à Callia redemptus ſum, quam quod pro Miltiade alligatus. Filia tua abſtulit tibi generum Cimonem. Ductus eſt pater meus in carcerem, etiamnum captivis ſuis plenum. *Junii Gallionis.* Beneficium, inquit, tibi dedi, quod filiam tibi collocavi. Nunc vero, Miltiade, graviorem fortunam carcere ſuſtines. Callias tecum communicare dignatus eſt. Ego me redemptum putabam, filiæ iſtius emptus ſum. Steterunt ante oculos meos majorum imagines, [9] immiſſuſque ſede ſua Miltiades, majeſtate imperatoria, & iterum meas invocavit manus. *Junii Baſſi.* Calliæ filiam uxorem duxi. hanc tibi, pater, injuriam feci, illum ingratus eſſe nolo. Placeas tibi licet, & iſtas jactes divitias: tantidem tamen redemi patrem, quanti à te redemptus ſum.

DIVISIO. *Latro* in has quæſtiones diviſit; An, quiſquis gratiam non retulit, cum poſſit, ingrati teneatur. Multa, inquit, interveniunt, propter quæ non debeam facere, etiam ſi poſſum. Si non tenetur, quiſquis non retulit gratiam, cum poſſet, an hic teneatur. Hoc in hæc diviſit. An poſſit ob id damnari, quod lege fecit: deinde, an facere debuerit. Noviſſime, an, ſi affectu & indignatione ablatus, non fuit in ſua poteſtate, ignoſcendum illi ſit. Hoc non tanquam quæſtionem, ſed, ut illi mos erat, pro tractatione aut loco. *Montanus Votienus* quæſtionem hanc adjecit: An gratiam retulerit Cimon Calliæ. Tuli, inquit, filiam tuam uxorem; filia tua Miltiadis nurus facta eſt. non putas beneficium, habere communes cum Miltiade nepotes? *Gallio* illam quæſtionem duram movit, ſed diligenter exſecutus eſt, quæ ſolet eſſe in ingrati controverſiis prima, an beneficium acceperit. Non erat, inquit, mihi pœna, in carcere eſſe;

9 *Immiſſuſque ſede ſua*] Immo, *emiſſuſque*, ut ſcriptus & Eraſmus. Statius epicedio in Glauciam: *ades huc emiſſus ab atro Carcere.* Gronovius.

eſſe; mea voluntate illo perveneram. ita me putas libentius in cubiculo jacuiſſe? Nullus tum erat locus Athenis honeſtior, quam qui Miltiadem habuerat. Deinde & illam ſubjunxit quæſtionem, [10] An teneatur is, qui beneficium acceperit, quod non petivit. Non rogavi, inquit, te. [11] dediſti iſtud jactationi tuæ. putaſti ad gloriam tuam pertinere. ita tu non accepiſſes beneficium, ſi tibi ſolvere Miltiadem contigiſſet? *Silo Pompeius* à parte Calliæ duo beneficia dixit ſe dediſſe. quod redemiſſet, & quod egenti filiam collocaſſet. hoc, quod ſecundum poſuit, nemo alius pro beneficio imputavit, in quo adeo non eſt dubium, an beneficium non dederit, ut dubium ſit an acceperit. *Niger Brutidius* illas præterea quæſtiones fecit. An, ſi ſua cauſa fecit hoc Callias, ut redimeret Cimonem, an ſit beneficium. Beneficium enim eſt, inquit, quod totum ejus cauſa præſtatur, in quem confertur. Ubi aliquis ex eo aut ſperat quid, aut præparat, non eſt beneficium, ſed conſilium. Et diu exſecutus eſt, & argumentis & exemplis. Deinde, an ſua cauſa fecerit Callias. Voluiſti, inquit, opinionem ſordium illuſtri facto effugere. petiſti ex hoc æternam memoriam. Non magis poterat ignotum eſſe, à quo Cimon ſolutus eſſet, quam pro quo alligatus. Voluiſti habere generum nobilem, pium. *Hiſpo Romanus* duram quæſtionem fecit: An retulerit gratiam hoc ipſo, quod occidit. Liberavi, inquit, te dedecore ſummo. invito tibi beneficium dedi. non eſt quod mireris. [12] Nam & me tu non rogantem redemiſti. Hoc loco commemoravit illos patres, qui filias vitiatas occiderunt, qui incluſerunt.

Color.

10 *An teneatur is qui beneficium acceperit, quod non petivit*] Id eſt, quod is qui dedit ſua, non ejus cui dedit, cauſa contulit. Nam qui beneficium non petenti dedit, ejus tamen cui dedit cauſa, duplici nomine eum adſtringit, nempe quia accepit, & quia rogandi neceſſitate liberavit. De hac autem quæſtione & illa quæ à Brutidio infra mota eſt, L. Seneca c. 12. & ſequentib. lib. 6 de Benef. N. *Faber*.

11 *Dediſti illud jactationi tuæ*] Hoc eſt quod L. Seneca dicit, *morbo ſuo morem geſſit, ambitioni dedit*. Idem.

12 *Nam & me tu non rogantem*] Scriptus, ut & Pal. *nam & me tamen non rogantem*

Color. Color & *Gallioni* & *Latroni* & *Montano* placuit, ut nihil in Calliam diceretur contumelioſe, & redemptorem, & ſocerum, & infelicem. *Ceſtius* multa in avarum, & in fœneratorem, & menſularium, & lenonem dixit, dum vult illud probare, reddidiſſe ſe beneficium, quod talem ſocerum habere ſuſtinuiſſet. *Latro* dixit: Filiam tuam dimittam. quid adultero faciam? pro una rogas, duos eripis. Hanc *Hybreas* aliter dixit ſententiam: σοὶ δ', μοιχὲ, τί ποιήσω; μὴ καὶ σοῦ Καλλίας πατήρ ἐστι; Hæc tota diverſa ſententia eſt à priore, etiamſi ex eadem eſt petita materia. Illa non eſt ſimilis, ſed eadem quam dixit prior *Addeus* rhetor, ex Aſianis non projecti nominis: deinde *Arellius Fuſcus*; ἀχάριστός σοι δοκῶ, Καλλία. οὐκ οἶδας πῶς μοι τὴν χάριν ἔδωκας ἤδη. Hanc ſic tractavit *Arellius Fuſcus*: Non dices me, Callia, ingratum: unde redemeris, cogita. Memini deinde Fuſcum, cum hæc à diſcipulis ſententia ei objiceretur, non inficiari, tranſtuliſſe ſe eam in Latinum: & aiebat, non commendationis ſe id, aut furti, ſed exercitationis cauſa facere. Do, inquit, operam, ut cum optimis ſententiis certem: nec illas corrumpere conor, ſed vincere. [13] Tum deinde retulit quandam Thucydidis ſententiam: Δειναὶ γὰρ αἱ εὐπραξίαι συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰ ἑκάστων ἁμαρτήματα. deinde

gantem redemiſti. Veriſſime. Senſus: & me, quamvis non rogarim, tu tamen redemiſti. *Gronovius.*

Tum deinde retulit quandam Thucydidis ſententiam] Hæc Græca ab optimo P. Pithœi codice ſupplevimus, quæ etiam Lud. Carrio in doctis ſuis & laborioſis lectionibus antiquis ſuos codices ex parte habuiſſe notavit: fruſtra tamen in iis quæ Thucydidis ſuperſunt, quærentur, ut ἁμάρτημα prodigioſæ memoriæ ſenis videatur. Apud Demoſthenem extant duobus locis, nempe Olynth. 2. & in orat. ad epiſt. Philippi, niſi quod in hac loco horum verborum, τὰ ἑκάστων ἁμαρτήματα, habetur τὰς ἁμαρτίας εἰσὶ τῶν ἀνθρώπων. in illa vero τὰ τοιαῦτα ὀνείδη. Et fortaſſe à Thucydide præclaram ſententiam ex quodam opere quod interciderit, ſumptam pauculis immutatis, mutuari ſummus oratorum potuit. Salluſtii autem ſententia in Marci Lepidi oratione inter fragmenta Salluſtiana reperietur. Nec enim veriſimile eſt Livium tentaſſe Salluſtium cum Demoſthene componere, à quo ut ſtudio, ita dicendi genere toto cœlo diſtat: aut in inſigni fabula tam craſſe impegiſſe Senecam, ut pro Thucydidis loco à Livio collato locum Demoſthenis ſumpſerit. Reliqua quæ in hujus Controverſiæ fine Græca ſunt à Vialartio accepimus. *N. Faber.*

14 *Cum*

deinde Salluſtianam, *Res ſecundæ mire ſunt vitiis obtentui.* [14] cum ſit præcipua in Thucydide virtus brevitatis: hac eum Salluſtius vicit, & in ſuis illum caſtris cecidit. Nam in ſententia Græca tam brevi habes, quæ ſalvo ſenſu detrahas. deme vel συγκρύψαι, vel συσκιάσαι. deme ἑκάστων. conſtabit ſenſus, etiam ſi non æque comptus, æque tamen integer. At ex Salluſtii ſententia nihil demi ſine detrimento ſenſus poteſt. Titus autem Livius tam iniquus Salluſtio fuit, ut hanc ipſam ſententiam & tanquam tranſlatam, & tanquam corruptam dum transfertur, objiceret Salluſtio. Nec hoc amore Thucydidis facit, ut illum præferat: laudat, quem non timet: & facilius putat poſſe à ſe Salluſtium vinci, ſi ante à Thucydide vincatur. *Ceſtius* colorem hunc pro Callia habuit. objecit ultro Cimoni, quod paſſus eſſet uxorem ſuam adulteram fieri, quod non cuſtodiſſet, quod expectaſſet dum ſuperveniret pater, ut ſpectator calamitatis ſuæ fieret: Jam, inquit, etiam ſi dimiſeris, ingratus es. ego non expectaveram dum rogarer. *Hiſpo Romanus* hunc colorem ſecutus eſt, & dixit, adoleſcentem tumidum, & nobilitatis ſuæ cogitatione inſolentem, inviſa habuiſſe beneficia ſua, moleſte ferentem ſocerum ſuum dici Calliam. Item omnem operam dediſſe, ut mores puellæ in vitia non tantum labi pateretur, ſed ipſe impelleret, ut haberet juſtam dimittendi cauſſam. Nactum eam occaſionem non intermiſiſſe, ſed expectaſſe etiam dum ſuperveniret pater: hoc ſe cogitaſſe, Expectat me: vult mecum pares rationes facere. feciſſet, ſi non oſtendiſſet patri adulteram filiam. *Gorgonius* in hac controverſia fœdo genere cacozeliæ uſus; dixit: Iſtud publicum adulterium eſt, ſub Miltiadis trophæis concumbere. *Dorion* cum deſcripſiſſet, gloriæ ſibi fuiſſe carcerem, nunquam non ſe illam fortunam oſtentaſſe, dixit: ὅτ' εἰσῆλθεν Καλλίας τὰς πέδας, ἀπεκάλυψα. *Hybreas* dixit: Συγγνώμην ἔχω μοι.

CON-

14 *Cum ſit præcipua in Thucydide virtus brevitatis*] Forte: *brevitas.* Ut eſt in Excerptis. *Gronovius.*

CON-

CONTROVERSIA XXV.

Flamininus inter cœnam reum puniens.

Lex. Majeſtatis læſæ ſit actio. [1] *Thema. Flamininus prætor inter cœnam à meretrice rogatus, quæ aiebat ſe nunquam decollari hominem vidiſſe, unum ex damnatis occidit. Accuſatur majeſtatis.*

CONTRA FLAMININUM. *Mentonis.* Jam etiam perituri dormiebant. peragitur totus ordo ſupplicii, ne quid ſe meretrix negaret vidiſſe. O miſerum, ſi quis meretricem offendit! O miſeram matrem familiæ, ſi cujus formæ meretrix invidit! nihil petenti prætor negaturus eſt. *Muſæ.* Hic eſt Flamininus qui exiturus in provinciam, uxorem à porta dimiſit. *Argentarii.* Non objicio luxuriam, non objicio hiſtrionum jocos. apud vos refrixerunt. in convivio nihil aliud quam occiditis. Qui in carcere vixerunt, in convivio perierunt. *Blandi.* Feriatur in foro. omnes videant, meretrix audiat. Reliquiæ prætoris unco trahebantur. Majeſtatem læſam dixiſſem, ſi exeunti tibi lictor à conſpectu meretricem non ſummoviſſet. *Vibii Ruſi.* Paratus erat accuſator cum commentariis, [2] aiebat, Quid ſi meretrix deſideravit? In hoc te cum uxore non miſimus? Ut ſalva provincia

CONTROV. XXV. 1 *Thema. Flamininus prætor*] Ex hiſtoria petitum thema, prout narratur à Valerio Antiate apud Livium, & Valerio Maximo. Ceteri enim longe aliter factum exponunt: omnes tamen Proconſulem fuiſſe, non Prætorem, conveniunt, niſi ex notis hic ſit natus error. vide Ciceronem de Senectute, Livium lib. 39. & Plutarchum in M. Catonis, & T. Flaminii vitis. *N. Faber.* Scriptus & Eraſmi præponunt: *Majeſtatis læſæ ſit actio.* Forma igitur, ut alibi quoque: *LEX. Majeſtatis læſæ ſit actio. THEMA. Flamininus* &c. Nam ut hoc ſemel dicam, non poſſum induci, adeo ignaros & hiſtoriæ & gentium Romanarum fuiſſe tum Senecam, tum tot diſertos viros, ut *Flaminium* pro *Flaminino* ponerent. *Gronovius.*

2 *Aiebat, quid ſi meretrix deſiderarit*] Quis aiebat? an accuſator? an proconſul? an reus? Nemini quidem horum verba ſic concepta conveniunt. Scribe: *aiebat, quicquid meretrix deſiderabat.* Nempe accuſator vel commentarienſis cum elogio dicebat ea, quæ in caput miſeri expeterent, ut voluerat meretrix. *Idem.*

vincia ſit, [3] optemus meretrici bonam mentem. Dedimus tibi legatum, dedimus quæſtorem, ut tu cum meretrice cœnares; meretrix uxoris loco accubuit: immo prætoris. *P. Aſprenatis.* Uni fortaſſe oſculo donavit homicidium. Etiam carnifices cœnaturi manus abluunt. *Porcii Latronis.* Ne à ſobrio quidem lictore percuſſus eſt. Non inquiro in totum annum, una nocte contentus ſum. Bibe, lictor, ut fortius ferias. Ecquid intelligitis, quomodo damnatus ſit, qui ſic occiſus eſt? quid ſcio an, in cujus gratiam occiſus eſt, in ejuſdem etiam damnatus ſit? [4] Quantum tibi perdiderat, tantum tu meretrici dediſti. Si negaret, quos teſtes haberem? quis enim in illo convivio fuit, [5] cui tecum ſit credendum? Facilius eſt, ut, qui meretrici multa dederit, homicidium neget; quam ut, qui hoc quoque dedit, quicquam denegarit. Nunquam iſtud mulierum oculis oſtendi ſolet, aut iſta jam ſæpe vidiſſet. *Julii Baſſi.* Inter temulentas reliquias ſumptuoſiſſimæ cœnæ, & faſtidioſos ſub ebrietate cibos, modo exciſum caput humanum fertur. Inter purgamenta

3 *Optemus meretrici bonam mentem*] Enimvero ſuaves hic ſunt doctiſſimi viri: docent nos hoc dici ſolitum illis, quibus deos infeſtos iratoſque credebant, & *optare bonam mentem* eſſe deos propitios optare. Igitur huic meretrici dii fuerunt irati: credo, quia capturæ non conſtabant, aut aliquis damnoſus amator dominam mutaverat. Et ideo interpres deos illi optat propitios. Quomodo? An ut Laidi? & ſalva fuerit provincia, ſi tota ad fores ejus jacuerit? an ut illis, quæ è cellis in pulvinaria conceſſerunt, & factæ ſunt reginæ? Quid inde ſalvi provinciæ? Quid argutum in ſenſu Vibii Rufi? Quin omiſſis ambagibus dicimus ſimpliciter, *optare bonam mentem* eſſe idem, quod ſive Ageſilaus ſive Philippus Menecrati medico ſcripſit, jubere ὑγιαίνειν, optare ne inſaniant. Certe ſic Demea optat Micionis familiæ *meliorem mentem dari*, apud Terentium, ut inſanire deſinat. Sic Poſtumius conſul, Bacchanalium furore urbem turbante, *unicuique optandum* ait, *ut bona mens omnibus ſuis fuerit*, apud Livium: id eſt, ne inſanierint. Sic elegantiſſime hic indicatur, in eum ſtatum recidiſſe provinciam, ut ſalva eſſe non poſſit, ſi quo genere ſceleris aut flagitii cœperit inſanire meretrix; quippe Proconſulis, in cujus tum ditione provincia erat, domina. Sane Deum iratum hominibus improbis juſtiſſime ſanam mentem eripere verum eſt, nec illi ignorabant: ſed hoc nihil ad hanc ſententiam. *Gronovius.*

4 *Quantum tibi perdiderat*] Scribe: *Quantum tibi P. R. dederat.* Hoc eſt, *populus Romanus*, juris nimirum & poteſtatis. Vidit hoc quoque Petreius. *Idem.*

5 *Cui tecum ſit credendum?*] Fortaſſe melius, *Quis enim in illo convivio fuit tecum, cui ſit credendum?* N. Faber.

6 *Alii*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

gamenta & jactus cœnantium, & ſparſam in convivio ſcobem, humanus ſanguis everritur. Gratulor ſorti tuæ, Provincia, quod deſiderante tale ſpectaculum meretrice, plenum carcerem damnatis habuiſti. Servum ſi verberare voluiſſes, extra convivium abduxiſſes. *Romani Hiſponis.* Quis ferret te, ſi in triclinio tuo judicium coëgiſſes? Scelus eſt, in convivio damnari hominem? quid occidere? ad arbitrium meretricis de reo pronuntiaſti: niſi forte facilius in honorem ejus decollas, quam judicas. *Fulvii Sparſi.* Contactam ſanguine humano menſam loquor, ſtrictas in triclinio ſecures. Quis credat iſta aut concupiſſe meretricem, aut feciſſe prætorem? Cadaver, ſecures, ſanguinem loquor. Quis inter hæc de convivio cogitat? Hominem, inquit, occidi nunquam vidi. [6] alio quam Flaminino prætore omnia alia vidiſti? *Silonis Pompeii.* Virum nobiliſſimum, & tantis honoribus functum turpiter meretrix clementem feciſſet, crudelem fecit. [7] Nunquam vidi. adjice ſi vis: nec alio prætore videre potes. *Albutii Sili.* Si quis autem eſt, Judices, qui deſideret, ut prætoris referam crudelitatem, quot præter hunc jugulaverit, quot innoxios damnaverit, quot carcere incluſerit: huic ego me ſatisfacturum polliceor, uno convivio, cum ſua prætura reum evolvam. Inſtituuntur ab iſto in provincia epulæ, & magnifico apparatu extruitur convivium. diſtinguuntur argenteis poculis aurea. quid multa?

6 *Alio quam Flaminio prætore*] Hæc fficere rectitudini orationis videntur abro, ſed iis rejectis in tertium poſt erſum fore ut ſenſus conſtet. Cujus erba deinde cum poſuiſſet, hic inſe- o, inquit, quæ notatione proxima de- nda duxi, & lego, *adjice, ſi vis, nec io prætore quam Flaminino videre poſ- um.* Mihi vero nihil mutandum vi- etur: ſunt enim duæ diverſæ ſenten- æ, & utraque ſine altera eſt integra. ominem occidi, ait meretrix, nun- uam vidi. Credo, non hoc tantum io quam Flaminino prætore non vidiſti, ſed etiam alia omnia vidiſti. hoc eſt, non amores, luxum, convivia, licentiam circa magiſtratum populi Romani; ſed ſeveritatem, gravitatem, diſciplinam, temperantiam &c. Altera ſic habet: Nunquam vidi: adjice, ſi vis, nec alio prætore videro. neque enim quiſquam tantum in ſe turpitudinis admittet. *Gronovius.*

7 *Nunquam vidi. Adjice ſi vis*] Hic inſero quæ notatione proxima delenda duxi: & lego, *Adjice ſi vis, nec alio Prætore quam Flaminio videre poſſum.* N. Faber.

8 *Cum*

multa? * è carcere in convivium prætoris, cui ſtupenti miſero meretrix arridet. Interim virgæ promuntur, & victima crudelitatis ante menſam ac deos trucidatur. Me miſerum, imperii Romani terrore luſiſti. O qui crudelitate ſuperaſti omnes tyrannos, ſoli tibi inter epulas voluptati fuit morientium gemitus. hic ultimus apparatus cœnæ fuit. In eodem triclinio video prætorem, amatorem, ſcorta, cædes. Meretrix prætori, prætor provinciæ imperat. In convivio conſtituitur catenatus: qui [8] cum languenteis prætoris iſtius adſpexit oculos, exiſtimans ipſum prætoris beneficio dimitti, gratias iſti agere, & utriſque manibus menſam tenens: Dii, inquit, immortales tibi parem gratiam referant. Quicumque in eodem triclinio accubabat, alius ubertim demiſſo capite flebat: alius avertebat ab illa crudelitate oculos: alius ridebat, quo gratior eſſet meretrici. hic iſte inter varios convivarum vultus ſubmoveri jubet: miſerum ſtare ad præbendas cervices immotum. Interim diſtinguitur mora poculis. nec ſobrii quidem carnificis manu, civis Romanus occiſus eſt. [9] Non peto, quo minus ſecuri percutiatur: illud rogo, legi potius quam ſcorto cadat. Memento terrorem imperio quæri, non oblectamenta mulierculis. Quid ego nunc referam, Judices, ludorum genera, ſaltationes, & illud dedecoris certamen, prætorne ſe mollius moveret, an meretrix? *Capitonis.* Exſurgite nunc Bruti, Horatii, Decii, & cetera decora imperii. Veſtri faſces, veſtræ ſecures, in quantum, prô bone Jupiter! dedecus reciderunt? Iſtis obſcœnæ puellæ jocantur. Quid ſi per deos immortales nullo ſolenni die, populo inſpectante, in foro convivium habuiſſes? non minuiſſes majeſtatem imperii noſtri? atqui, quid intereſt, convivium in forum, an forum in convivium attrahas? Deinde deſcripſit, qualiter in foro decol-

8 *Cum languentes prætoris iſtius*] Dele vocem *prætoris*. Mox ex antiquis reſtituimus, *Prætoris beneficio*: nam vulgatum, *beneficium*, ſenſu caret. *Gronovius.*

9 *Non peto, quo minus*] Lego: *Non veto, quo minus ſecuri percutiatur.* non intervenio, non inhibeo. *Idem.*

10 *An*

decolletur. Aſcendit prætor tribunal, inſpectante provin-cia: noxiæ poſt terga ligantur manus: ſtatim intento ac riſti omnium vultu, fit à præcone ſilentium: adhibentur deinde legitima verba: canitur ex altera parte claſſicum. numquid vobis videor deſcribere convivales jocos? Heu quam diſſimilis exitus initiis adeſt! Accuſavit te: quis? udicarunt te: qui? Te prætor damnatum pronuntiavit: ccidit meretrix. *Buteonis.* Ut iſte cum amica cœnaret ju-undius, homo occiſus eſt. Numquid, Judices, unquam ro roſtris vidiſtis prætorem cum meretrice cœnantem? *otieni Montani.* Qui ſic convivatur, quomodo iraſcitur? Damnaturi jurant, nihil ſe gratiæ, nihil precibus dare. po-tulo, ut in hanc legem jures. Majeſtas populi Romani per mnes nationes, per omnes diffuſa provincias, in ſinu me-retricio jacet. Ea imperat prætori noſtro, quæ proſtitit: ujus oſculo nemo ſe abſtinuit, niſi qui pepercit ſuo. Con-ivas tuos ipſa narra: fuere, credo, tribuni, fuere præfe-ti, fuere equites Romani: cum iis ergo prætor. *Caſſii Se-eri.* Ne de ſervo quidem aut captivo, omni loco aut omni enere, aut per quos libebit, aut cum quibus libebit, ſup-licium ſumi fas eſt; adhibeturque ad ea magiſtratus ob uſtodiam, non lætitiam. *Triarii.* Quo crimine damnatus ſt? cædis. non tamen in convivio occiderat. Animad-erte diligenter, meretrix; ne iterum homicidium roges.

DIVISIO. *Montanus Votienus* has putabat quæſtiones ſe: 10 An quod quis in magiſtratu peccavit, proles vin-icari poſſit majeſtatis læſæ. Reus enim, quod tueri ſe fa-o non poteſt, ad jus confugit, & dicit ſe hac lege non te-neri.

10 *An quod quis in magiſtratu pecca-t, proles*] Hæc immutarunt in edi-one Romana poſtrema, ediderunt-e, *An quod quis in magiſtratu pecca-t Procos. vindicari poſſit majeſtatis lege s.* Quæ lectio tanto deterior eſt, uanto à veteri, quam repræſentavi-us, longius abeſt. Ubique enim Prætorem, non Proconſulem vocat. Si licet aliquid audaciuſcule tentari, legendum cenſerem. *An quicquid in magiſtratu peccavit Prætor, vindicari poſſit majeſtatis lege? Reus enim cum tueri ſe facto non poteſt, ad jus confugit, & dicit ſe hac lege non teneri.* N. Faber.

neri. Num quidquid peccavit in magiſtratu aliquis, majeſtatem lædit? Puta aliquem, dum magiſtratus eſt, patrem ſuum occidere, veneno uxorem ſuam necare. Puto, non hac lege cauſam dicet, ſed illis parricidii & veneficii. Vis ſcire, non à quo fiat, ad rem pertinere, ſed quid fiat? privatus poteſt accuſari majeſtatis læſæ, ſi quid fecit quo populi Romani majeſtatem læderet. Puta amicam habet proconſul: ideo majeſtatis damnabitur? quod amplius dico; puta matronam corrupit, dum proconſul eſt: adulterii cauſam dicit, non majeſtatis. Singula, inquit, æſtima quæ objicis. ſi tantum amicam habuiſſet, numquid accuſares? quod animadvertiſſet in aliquem nullo rogante, numquid accuſari poſſit? Si non omne non recte factum hac lege vindicari poteſt, an id quod ſub auctoritate publica geritur? Nam cum adulterium committit, tanquam civis peccat, item cum veneficium; cum animadvertit, auctoritate publica utitur. in eo autem quod [11] ſub prætextu publicæ majeſtatis agitur, quicquid peccatur, majeſtatis actione vindicandum eſt. Dic enim mihi, ſi cum animadvertere debeat, nec legitimo cultu ac more ſolenni uſus, interdiu tribunal conſcenderit convivali veſte: ſi cum claſſicum canere debeat, ſymphoniam canere juſſerit, non lædet majeſtatem? atqui quod fecit, fœdius eſt: & comparavit. Deinde ſi poteſt vindicari majeſtatis lege id [12] quod proconſul, majeſtati publicæ & juri apparatús eſt, pec-

11 *Sub prætextu publicæ majeſtatis*] Vetus Schotti, *prætexto*. Ut apud Manilium, Tacitum, Suetonium, alios. *Gronovius.*

12 *Quod Proconſul, majeſtatis publicæ & juris apparatus eſt*] In controverſiis quæſtiones ex quæſtionibus naſcuntur. Supra quæſtionem exſecutus eſt, an quicquid in magiſtratu quis peccat, lege majeſtatis vindicandum ſit, concluſitque id tantum hac lege vindicandum quod prætextu majeſtatis publicæ admiſſum eſt. quærendum igitur nunc venit, An hoc factum prætextu majeſtatis ſit admiſſum. quod facit, ſi legamus: *Deinde ſi poteſt vindicari majeſtatis lege id quod prætextu majeſtatis, & juris, & apparatus peccavit, an hoc poſſit.* non puto de hac lectione quemquam controverſiam facturum. N. *Faber.* Recte hic præfatur Faber, ſed lectionem ejus probare non poſſum: *quod prætextu majeſtatis & juris & apparatus peccavit.* Quid eſt enim, *prætextu apparatus*? Hoc explicare debuiſſet, ſi jure ſperaret de hac

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

peccavit: an hoc poſſit. Non poteſt, inquit: nihil enim detractum eſt populi Romani magnitudini. Is lædit populi Romani majeſtatem, qui aliquid publico nomine facit: tanquam ſi legatus falſa mandata affert, [13] ſic audiuntur tanquam populus Romanus illa dederit. Imperator fœdus percuſſit, videtur populus Romanus percuſſiſſe, & continetur inito fœdere: nunc nec viribus quicquam populi Romani detractum eſt, nec opinioni. ei imputatur, ſi quid fecit, non populo Romano. At ex te ceteros æſtimant. Nonne & ante hunc alii fuerunt, ex quibus æſtimari poſſit? & poſt hunc erunt. At ſingulorum vitia nemo urbibus adſcribit. Attamen factum ipſum turpe eſt. Et multa alia: nec ideo illis populi Romani majeſtas læditur. Nemo pene ſine vitio eſt: ille iracundus eſt, ille libidinoſus eſt: [14] non tamen, ſi quid in aliquo eſt mali, eo ſtatim majeſtas læditur. Deinde ad facti ipſius æſtimationem venit, & dixit hæc objici, quod meretricem habuit, quod aliquem occidit, quod noctu, quod in convivio, quod

…c lectione controverſiam neminem …cturum. Si non veriorem, certe ma…s Latinam dabo: *quod proconſul ſi ma…ſtatus publicæ & juris apparatu geſſit, …ccavit.* Sive mavis, *prætor:* nam in …ss. hic mire voces hæ duæ confuſæ. …*us* idem eſt quod poteſtas, de quo in …bſervationibus diximus ad Manilii …cum: *ſtupefactus imagine juris.* Poſſis …am, *quod Proc. majeſtatus publicæ & …us prætextu peccavit.* Gronovius.

13 *Sic audiuntur tanquam populus*] …riptus: *ſic audit ea aliter quam illa.* …ſiet legi: *ſi edit ea aliter quam illa P.* … Sed optimi ſenſus vulgata, laudata …mum à Grutero, & poſt adoptata à …hotto, qui tamen neſcio quid futilis …njecturæ adjungit: *mandata affert …a aliter quam.* deletis illis, *ſic audiun…*. Qua ratione totum membrum ſe…ens ſuperfluum reddit. Sed & ea…m verba, ſic propoſita mire decent, …habent aliquid arcanæ Latinitatis. …gatus lædit populi Romani majeſtatem, ſi falſa mandata affert. Quare? quia illa mandata, falſa licet, ſic audiuntur & accipiuntur ab illis, quibus renuntiantur, quaſi ab ipſo populo Romano profecta forent. *Idem.*

14 *Non tamen ſi quid in aliquo eſt mali*] Ceteræ editiones habent, *non tametſi cum aliquo imitatum eſt malis.* corrupte. N. *Faber.* Notant Gruterus & Faber, in omnibus antiquis editionibus, hoc eſt, ante Romanam, ut & in Pal. legi: *ſi cum aliquo imitatum eſt malis.* Neque aliter ſcriptus Voſſianus, Schotti mss. *ſicut & mutatum eſt.* Quum alia facile mutarentur, vocem *imitatum*, quæ moleſta ſupererat, nec tam promte ſe conjecturæ dabat, reſecuerunt. At ea compendio ſcribendi corrupta eſt ex *magiſtratu.* De hoc enim, non de quovis, in quo aliquid eſt vitii, agitur. Scribe ergo: *non tamen, ſi quid in aliquo magiſtratu eſt mali, eo ſtatim majeſtas læditur.* Idem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

quod rogante meretrice. *Silo Pompeius* has adjecit quæſtiones: An, ſi, quod ei facere licuit, fecit, non poſſit majeſtatis lege accuſari. Poteſt, inquit. hæc enim lex, quid oporteat, quærit: aliæ, quid liceat. Licet ire in lupanar. Si præcedentibus faſcibus prætor deduceretur in lupanar, majeſtatem lædet: atqui quod licet, fecerit. Licet, qua quis velit, veſte uti. Si prætor jus in veſte ſervili vel muliebri dixerit, violaverit majeſtatem. Deinde illam fecit quæſtionem, An ei hoc facere licuerit. Non licuit, inquit, illo loco, aut illo tempore, aut ex illa cauſa occidere. Quædam quæ licent, tempore & loco mutato non licent.

Color. De colore, inquit, quæritur, quo uti debeat is, qui pro Flaminino dicit. Quædam controverſiæ ſunt, in quibus factum defendi non poteſt, excuſari poteſt: ex quibus eſt & hæc. Non poſſumus efficere, ut propter hoc non ſit reprehendendus: non ſperamus, ut Flamininum judex probet, ſed ut dimittat. ſi agere debemus, tanquam pro facto non emendato, non ſcelerato tamen. Itaque negabat ſe pro Flaminino narraturum *Montanus*, ſed quæ objiciuntur reſponſurum. Aiebat autem, illam ſententiam Rufi Vibii, colorem actionis eſſe bonum. *Senecio* dixit, bonum ſe habere animum pro reo, in quo libido omnis intra meretricem eſſet, crudelitas intra carcerem. Ipſe Montanus illum locum pulcerrime tractavit, quam multa populus Romanus in ſuis imperatoribus tulerit: In Gurgite luxuriam, in Manlio impotentiam, cui non nocuit & filium & victorem occidere: in Lucullo avaritiam. In prætore, inquit, cum illi conſtiterit abſtinentia, [15] diligentiam excutiatis, quomodo una nocte cœnaverit. [16] utrum tamen, inquit, iniquius

15 *Diligentiam excutiatis*] Conjicio legendum, *cum illi conſtiterit abſtinentia, diligentia, excutiatis quomodo una nocte cenaverit.* N. Faber. Scribe: *In prætore, inquit, cum illi conſtiterit abſtinentia, diligentia; excutietis, quomodo una nocte cœnaverit?* Per interrogationem, nempe, an hoc dignum eſt? an tanti eſt? Aut certe: *diligentia; ne excutiatis.* Fabro quoque placet *diligentia.* Gronovius.

16 *Utrum tamen, inquit, iniqui eſt*] Videtur legendum, *utrum tamen, inquit, iniquius eſt. Objiciunt quod damnatus*

niquius eſt: objiciunt, quod damnatus perierit meretrici: poſtulant, prætorem perire damnato. Colorem *Fuſcus Arellius* hunc introduxit: ebrium fuiſſe, neſciſſe quid fecerit. *Silo Pompeius* hoc colore uſus eſt: Non putavit ad rem pertinere, ubi aut quando periret, qui perire deberet. *Triarius* ineptum introduxit colorem: Sermo erat, inquit, in convivio, contemni nimiam prætoris lenitatem: alios fuiſſe prætores, qui quotidie animadverterent. hujus anno nullum eſſe occiſum. Dixit aliquis ex convivis: Tu ergo nunquam iratus? dixit & mulier. Ergo iratus, quod clementia ſua contemptui eſſet: Curabo, inquit, ſciant, non deeſſe mihi ſceleratum, quem videre lucem ultra non oportet. Occiſus eſt. qui? damnatus. ubi? in prætorio. quo tempore? Eſt enim ullum tempus, quo nocens perire non debeat? *Gallus Vibius* dixit: Meretrix oravit. timebam mehercules, ne exoraſſet: ut aut occideretur indemnatus, aut damnatus viveret. Ex altera parte multa bene dicta ſunt, multa corrupte: in deſcriptione ſupplicii utique illi, qui voluerunt omnia legitima ſupplicii verba in ſententias trahere, in vitia inciderunt: tanquam dixit *Triarius*, Summove; audis, lictor? ſummove à prætore meretricem. hoc loco non male, Verbera: ſed vide ne virgæ tuæ pocula noſtra diſturbent. [17] Deſpolia. meretrix, agnoſcis hoc verbum? certe provincia agnoſcit. *Silo Pompeius*, homo qui judicio

perierit meretrici: poſtulant Pratorem perire damnato. N. Faber.

17 *Deſpolia. Meretrix, agnoſcis verbum tuum*] In ambiguo ludit, inquit Schottus: eſt enim & amantium & prætorum, lictorem in reum animadvertere jubentium, nudare & ſpoliare. Cur non addidit ex comœdia veteri citatum Ciceroni ad Pætum: *modo me deſtituit nudum.* Sed nudare amantium nihil huc pertinet. At ſpoliare amantes, emungere & re patria nudatos deſtituere, meretricum. Turpilius apud Nonium: *qua te ſemel ut eſt nacta, ſemper ſtuduit perdere, detegere, deſpoliare, opplereque adeo fama ac flagitiis.* Cicero pro Cælio: *Tune Venerem illam tuam ſpoliatricem ſpoliare auſa es ornamentis?* Martialis:

Sic ſpoliatricem commendat faſtus amicam.

Res nota è fabulis & elegorum ſcriptoribus. Sed Schottus credidit Petreio, qui notat, inverecundum eſſe hic τὸ *deſpoliare*, quod ſe meretrices deſpoliare ſoleant in lupanari. Quaſi non & idem faciant matronæ in cubiculo. *Gronovius.*

 18 *Anim-*

judicio cenſebatur, & ipſe ad hanc deſcriptionem acceſſit, minimum tamen mali fecit: ait, [18] Animadverte, meretrix. Age lege. quicquam enim lege hic agitur? *Hiſpanus* dixit: Age lege: tibi dicitur, Flaminine: vive ſine meretrice, cœna ſine carnifice. *Argentarius*, in quæ ſolebat ſchemata, [19] tractationem violentiſſimam fregit. Age lege: ſcis, inquit, quid dicat? interdiu age, in foro age. ſtupet lictor. idem dicit, quod meretrix tua: hoc nunquam ſe vidiſſe. *Montanus Votienus* dixit: Percuſſurus lictor ad prætorem reſpexit, prætor ad meretricem. *Vibius Gallus* dixit: Lictori, quia bene percuſſerat, propinatum eſt. Illud quod tanquam Latronis circumfertur, non eſſe Latronis, pro teſtimonio dico, & Latronem à ſententia inepte tumultuoſa vindico. ipſe enim audivi Florum, quendam auditorem Latronis, dicentem, non apud Latronem: neque enim illi mos erat, [20] quemcumque audire declamantem. declamabat ipſe tantum, & aiebat ſe non eſſe magiſtrum, ſed exemplum. [21] Nec ulli alii contigiſſe ſcio, quam apud Græcos Nicetæ, apud Romanos Latroni, ut diſcipuli non audiri deſiderarent: ſed contenti eſſent audire. Initio contumeliæ

18 *Animadverte meretrix*] Verba ſunt Prætoris meretricem attentam ad ſupplicium reddentis, vulgataque formula lictorem percutere jubentis. Magiſtratus enim cum occidere imperabat, *Lege agere* jubebat, atrocitatem facti verbo mitiore temperans. Aliquando tamen legendum putavi: *Animadvertere meretrix jubet*, LEGE AGE velit dicere meretricem officio prætoris functum. Quod nos admonet, ut de ea re locum lib. I de Ira, à multis varie verſatum hic adponamus, quemadmodum rectiſſime habetur in Gryphiana editione, ſi particulam, &, quæ in illa vacat, deleamus. Is ſic ſe habet. *Itaque ſi perverſa induenda magiſtratui veſtis, & convocanda claſſico concio eſt, procedam in tribunali non furens, non infeſtus, ſed vultu leni, & magis gravi quam rabida voce illa ſolennia verba concipiam, & lege agi jubebo.* quemadmodum etiam Livius lib. 26. ſcribit, *præconi imperavit, ut lictores lege agere juberet.* quod editionem Gryphianam confirmat. N. *Faber.*

19 *Attrectationem violentiſſimam fregit*] Attrectationis vocabulum hoc loco fruſtra eſſe exiſtimo, ſuſpicorque legendum, *in quæ ſolebat ſchemata tractionem violentiſſimam fregit*, ut ſupra, Controverſia 5. lib. 2. Albucium dixit ſolitum in figuras Controverſiam dividere. quod in toto faciebat Albutius, id in parte fecit Argentarius. *Idem.*

20 *Quemcunque audire declamantem*] Sequentia probant legendum eſſe: *quemquam audire declamantem.* Idem.

21 *Nec ulli alii contigiſſe ſuo*] Fortaſſe, *contigiſſe ſcio.* Idem.

neliæ cauſa à deridentibus diſcipuli Latronis *auditores* vocabantur: deinde in uſu verbum eſſe cœpit: & promiſcue poni pro diſcipulo auditor. hoc erat non patientiam ſuam, ſed eloquentiam vendere. Ut ad Florum revertar, ille dixit in Flaminino: Refulſit inter privata pocula publicæ ſecuris acies: inter temulentas ebriorum reliquias humanum everritur caput. Nunquam Latro ſic compoſuiſſet, ut quia publicam ſecurim dicturus erat, diceret, privata pocula: neque in tam mollem compoſitionem ejus ſententia evanuiſſet, neque tam incredibiles unquam figuras comingebat, ut in ipſo triclinio inter lectos & jocos & menſas percuſſum deſcriberet. Ille, cum in hac controverſia deſcripſiſſet atrocitatem ſupplicii, adjecit: Quid exhorruiſtis, Judices? meretricios luſus loquor. Et ille dixit minus notam ſententiam, ſed non minus bonam: In ſocium noſtrum prætor populi Romani animadvertit, [22] cum privata voce, tumultuario tribunali, ebrius fortaſſe, nec calceatus quidem, niſi ſi, ut omnia ſpectaret meretrix, diligenter exegit. *Rufus Vibius* erat qui antiquo genere diceret. belle ceſſit illi ſententia ſordidioris notæ. Prætor ad occidendum hominem ſoleas popoſcit. Alteram ejuſdem generis, ſed non ejuſdem ſucceſſus ſententiam. cum deploraſſet conditionem violatam majeſtatis, conſuetudinem majorum deſcripſiſſet, quam ſemper [23] voluiſſent ad ſupplicium advocari:

22 *Cum privata voce*] Quæ *vox* illa *privata?* an quia in triclinio, ideo *vox* illa *privata?* Scriptus una litera & adjecto puncto (*n.*) ſignificabat *enim*, loco ꝑ *cum*. Non pœnitet nos reſtituiſſe: *In ſocium veſtrum Prætor populi Romani animadvertit in privato, nocte, tumultuario tribunali.* Diverſum enim *privatum* à publico: & ſupplicia non domi, ſed in publico exigi debent. Statim ante: *Et illam dixit minus notam.* Gronovius.

23 *Voluiſſent ad ſupplicium advocari*] Vel reponendum, vel potius ſubaudiendum vocabulum *concionem*. Claſſico enim advocabatur concio. Tacitus l. 2. de P. Martio, & L. Seneca. N. *Faber.* Vel apponendum vel potius ſubaudiendum vocabulum, *concionem*, inquit Faber. Certe potius ſubaudiendum: nam ita malebant curta oratione, ut ex re præſenti intelligeretur, *concionem*, an *conſilium*, an *amicos*, ſignificare vellent. Lucius, de Ira, 3, 13. *Contra potens malum & apud nos gratioſum, dum conſipimus, advocemus.* Adde ad 1 de Clem. c. 9. *Gronovius.*

cari: ſententiam dixit: At nunc à prætore lege actum eſt ad lucernam. *Pollio* tamen *Aſinius* aiebat, hanc ſe ſententiam recipere. *T. Livius* de oratoribus, qui verba antiqua & ſordida conſectantur, & orationis obſcuritatem ſeveritatem putant, aiebat Miltiadem rhetorem eleganter dixiſſe: ἐπὶ τὸ πλησίον μαίνονται. tamen in iis etiam, ſi minus eſt inſaniæ, minus ſpei eſt. Illi, qui tument, & abundantia laborant, plus habent furoris: ſed plus etiam corporis. Semper autem ad ſanitatem proclivius eſt, quod poteſt detractione curari. illi ſuccurri non poteſt, qui ſimul & inſanit & deficit. [24] Sed ne hoc genus protegere videar, in Flaminino tumidiſſime dixit *Murrhedius*: Prætorem noſtrum in illa ferali cœna ſaginatum meretricis ſinu excitabitis occiſuri. Et illud tetracolon: Serviebat forum cubiculo, prætor meretrici, [25] carcer convivio, dies nocti. Noviſſima pars ſine ſenſu dicta eſt, ut impleretur circuitus: quem enim ſenſum habet, Serviebat dies nocti? Hanc ideo ſententiam retuli, quia & in tricolis, & in omnibus hujus generis ſententiis curamus, ut numerus conſtet, non curamus, ut ſenſus. Omnia autem genera corruptarum quoque ſententiarum de induſtria pono: quia facilius, quid imitandum, & quid vitandum ſit, docemur exemplo: & certe illud genus cacozeliæ eſt, quod amaritudine verborum quaſi aggravatur. Jam res petit, ut in hac controverſia referamus id,

24 *Sed ne hoc genus protegere videar*] Scriptus: *Sed ne hoc genus furoris protegere videar.* Petronius Arbiter: *Num alio genere furiarum declamatores inquietantur.* Ubi belle interpretes, tanquam cantherii in porta, impegerunt, facientes neſcio quot genera ipſarum Furiarum, & Tiſiphonen, quaſi vocabulum hoc nunquam pronuntiari audiviſſent, à voce derivantes. *Genus furiarum* eſt modus inſaniæ, qui ſunt infiniti: & maxime ſcribentium. Lucius Seneca, de Ira, 2, 10. *Multi mihi occurrent vino dediti, multi libidinoſi, multi ingrati, multi avari, multi ambitionis furiis agitati.* Gronovius.

25 *Carcer convivio, dies nocti*] Noviſſimum hoc, *dies nocti*, ſenſum non habere ait Seneca. Video tamen quid voluerit rhetoriſcus. Videlicet forum ceſſiſſe rem ſuam & negotium eo pertinens cubiculo, prætorem ceſſiſſe jus ſuum & majeſtatem meretrici, carceri debitum deſtinatumque opus tranſlatum in convivium; quod non niſi die fieri ſoleat, id amiſiſſe diem & ceſſiſſe nocti. *Idem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

l, quod *Licinius Nepos* dixit: Reus damnatus eſt legi, per-
t fornici. & illud quod *Senianus* dixit, habet ſui generis
nſaniam, cum diceret, nocte non debere ſumi ſupplicium,
oſt longam deſcriptionem, cum nunc demum ne victimæ
uidem occiduntur. Et ad hanc controverſiam Græci ap-
oſuerunt manum. dixit in hac *Nicetes*: ὡς ἥκουσαν, ὅτι συμ-
ποσιόν ἐστιν, ἧλλαζον. *Euctemon* dixit: * ΠΑΝΤΕΣΕΜΟΝ
ΟΝΟ ΤΙΕΣΑΤΟ. *Glaucippus Cappadox* cum cœnam
xurioſam deſcripſiſſet, indignam majeſtate prætoris, ad-
icit: Διηγήσομαι ὑμῖν καὶ τὸν κῶμον. ** Hoc idem elegan-
us dixit *Addeus*, cum deſcripſiſſet cœnam nocturnam: ὡς
ωλικὸς ὁ κῶμος! *Nicetes* dixit: οὐδέποτε τεθέαμαι ἀναιρούμενον
ναίτιον, ἀτυχῆ οὐδὲ ὄψῃ. *Artemon* eodem loco aliam dixit
ntentiam: οὐδέποτε τεθέαμαι ἀναιρούμενον γύναιον. τῷ μὴν οὐ
ῖ. *Glycon* dixit: ὡς δὴ ἀπιώτησαν, οἷς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ
ρος ἐστὶν, καὶ ἑταίρα καθεῖσεν, ἔκραγέ τις τάλας, ἐμὲ ἄπαγε.
ὼ γὰρ ἀδικῶ. ὃν καὶ ἀπῆγον.

CONTROVERSIA XXVI.

Expoſitum repetens è duobus.

ex. Per vim metumque geſta, ne ſint rata. *Alia.* Pacta conventa legibus facta, rata ſint. *Alia.* Expoſitum qui agnoverit, ſolutis alimentis recipiat. *Thema. Quidam duos expoſitos ſuſtulit, educavit. quærenti patri naturali pollicitus eſt ſe indicaturum ubi eſſent, ſi ſibi alterum ex illis dediſſet. pactum interpoſitum eſt. reddidit illi duos, repetit unum.*

PRO PATRE. *Arellii Fuſci patris.* Æquum eſt, ut cum alienis dividamus liberos, quos non dividimus cum matribus? [1] ſi alterum non abſtuleris, utrumque habebis. quid

CONTROV. XXVI. 1 *Si alterum non abſtuleris, utrumque*] Vett.edd. *ſtulerim, non habebis.* nulla ſine men-
). Sic Faber. Haud ſcio quas veteres
ſignet. Veneta certe & Eraſmica prior: *ſi alterum non abſtulerim, utrumque habebis.* Unde recte factum in vulgatis, *abſtuleris:* & illæ hac parte ſine mendo. Verba refert pater educatoris ad ipſum, quibus pollicebatur utriuſque

quid faciam ? utrumque genui, utrumque deſideravi, pro utroque pactus ſum. *Albutii Sili.* Una nati ſunt, una expoſiti, una educati. [2] redditi potiſſimum diſtrahuntur. diſtraxit illos fortuna aliquando à parentibus, nunquam ab ipſis. Miſeremini, Judices; gravis invidia eſt. *Junii Gallionis.* Duos expoſui: quia alterum eligere non poteram, periclitor ne, qui cum duobus liberis in judicium veni, ſine ullo revertar. Nam quem perdam, eligere non poſſum. cauſa pacti mei fuit, ut haberem filios: conſummatio, ut perderem; pro filiis tibi debeo, non filios. Pete quantum vis pro diſciplinis, imputa quantum vis pro alimentis; licet plus petas, dum ne minus reddas. Majores noſtri viderunt, quam effuſa eſſet indulgentia pro ſuis timentium, quam parata quicquid poſceretur dare. Itaque pro patre lex, [3] non cum educatore pacta eſt. Non potui obligari de eis, qui in mea poteſtate non erant. ſi vis, ex æquo dividamus: at habeatur utriuſque ratio: habeam ego tamdiu duos, quamdiu tu habuiſti. Nolite timere, pueri; non diducam vos. aut utrumque habebo, aut neutrum. in auctione fratres quamvis hoſtilis haſta non dividit. Plus quiddam eſt geminos eſſe, quam fratres. perdit uterque gratiam ſuam, niſi cum altero eſt. *Fulvii Sparſi.* Ignoſcere mihi adverſarius debet meos retinenti, cum ipſe alienos concupiſcat: repetit quod adhuc habuit, retineo quod modo agnovi. Agnitio dividet, quos junxit etiam expoſitio? *Cornelii Hiſpani.* Dic, uter obſequentior ſit, uter indulgentior. uterque, inquis. Miraris, ſi jam meos dividere non poſſum ? omnia pro filio paciſcor, præter filium. *Voticni Montani.* Ego vero ne patrocinium quidem habeo. ſi tam facile filios

que ei copiam facturum, ſi alterum retinere liceret. In Voſſiano τῷ *m* ſubjectum eſt punctum, & ſupraſcriptum *s* veteri manu. *Gronovius.*

2 *Redditi potiſſimum diſtrahuntur*] Melius, *diſtrahentur*, animatum interrogandi nota. *Una nati, una expoſiti, una educati, redditi potiſſimum diſtrahentur ?* An hoc æquum, qui tot caſibus diviſi non ſunt, illi ut nunc, cum recipiuntur, potiſſimum dividantur? *Idem.*

3 *Non cum educatore*] Fortaſſe, *non pro educatore facta eſt.* N. Faber.

4 *Ut*

ios remitto, libenter expoſui. Reddere iſtud eſt liberos, eripere? Utroque modo perdendi erant, vel paciſcenti, el neganti. pactus ſum flens tremenſque, tanquam cum xponerem. *Ceſtii Pii.* Ne dividerem filios, una expoſui. te quoque duos ſuſtulit, qui tantum uno contentus eſt. erum cogor exponere.

Altera Pars. Junii Gallionis contra. Expeditæ partes veræ ſunt, utrumque ex hoc judicio poteſtis patrem dimittere. *Mentonis.* Iſte aſſuevit carere liberis: ego etiamſi uum accipiam, neceſſe eſt torquear. duobus aſſuevi. Quid nquam commiſi? & habes domi, quos de me interroges. hil unquam ſine illis feci, niſi indicium. Vim vocas, quæ patrem fecit? ſine herede manere me, qui paulo ante haui filios duos tales, [4] ut ex illis unuſquilibet ſatis ſit? *Pomii Silonis.* Videte quam modeſte agam: ego ſuſtuli, ego ducavi, ego reddidi: [5] iſte eligat. *Vibii Ruſi.* Salvi ſunt, nquam, liberi tui. poſt hanc vim meam iſte me oſculatus t. *Paſſieni.* Cedo mihi tabulas teſtamenti: plures in teſtamento habeo quam in pacto: hoc teſtamentum delere non ogito. ſi meos filios heredes facere non poſſum, tuos faiam: preces meas ad filios transferam. hoc enim nomen cebit, puto, mihi uſurpare, dum litigo. *Arellii Fuſci pais.* Fertis hoc, optimi juvenes? ego vos expoſitos ſuſtuli, go educavi, ego ægrotantibus aſſedi: ſenem me feciſtis, & elinquitis? *Argentarius.* In iſta vi duos filios perdidi.

DIVISIO. *Latro* ſic diviſit: an [6] in re vis aut neceſſitas ſit.

4 *Ut ex illis unus quilibet*] Scriptus: nus vel quilibet. Male: nam cohærent a duo pro una voce, *unuſquilibet*, ut nuſquiſque. Liv. lib. 6. *ſi Claudiæ familiæ non ſim, nec ex patricio ſanguine ors, ſed unus Quiritium quilibet.* Lib. 9. *ſolertius quam quilibet unus ex iis, quos minavi, caſtris locum caperet.* Lib. 42. *ueratur unuſquilibet militis mei injuam.* L. Seneca epiſt. 69. *Unamquambet rem vix ad perfectum adducit aſſidua igilia & intentio.* Arnobius, lib. 1. *ſi in civitate unaqualibet fame plurimos emori nominis noſtri acceſſione fecerunt.* Gronovius.

5 *Iſte eligat*] In excerptis, *iſte electurus eſt*, habetur. N. *Faber.*

6 *In re vis aut neceſſitas ſit*] Legendum puto, *An in re vis & neceſſitas ſit.* Succedit enim huic quæſtio: *An ſi eſt in re vis & neceſſitas*, &c. Quæ poſterior quæſtio à Diocletiano & Maximiano Imperatoribus in venditione, & pignore rei familiaris neceſſitate con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ſit. Nulla, inquit, vis eſt: arma lex, & vincula, & ultimum periculum complectitur: quorum nihil fuit in tua perſona. Illic, ait, vis eſt & neceſſitas, ubi, velim nolim, ſuccumbendum eſt. [7] mihi erat neceſſe. non enim poteram habere alterum filium, niſi alterum promiſiſſem. Reſpondetur. Primum non eſt vis, ubi aliquid expediendæ rei cauſa patiendum eſt, ſed ratio. tanquam, Quia non poſſum domum habere, niſi hanc emero. nulla alia venalis eſt. hanc occaſionem videt venditor, & premit. non tamen hanc emptionem reſcindes: alioquin in infinitum calumnia excedet. Dicet alius: Neceſſe mihi erat. tibi neceſſe? quare? primum etiamnum carere poteras. deinde & alia via poteras invenire, ſperare alium indicem. An aliter invenire non poteras? ergo hoc tibi plus præſtiti. An, ſi eſt in re vis & neceſſitas, ita tamen reſcindantur, quæ per vim & neceſſitatem geſta ſunt, ſi vis & neceſſitas à paciſcente adhibita eſt? Nihil, inquit, mea, an tu cogaris, ſi non à me cogeris. meam culpam oportet eſſe, ut mea pœna ſit. Non, inquit. neque enim lex adhibenti vim iraſcitur, ſed paſſo ſuccurrit: & iniquum illi videtur, id ratum eſſe, quod aliquis, non quia voluit, pactus eſt, ſed quia coactus eſt. nihil autem refert per quem illi neceſſe fuit. iniquum enim quod reſcinditur, facit fortuna ejus qui paſſus eſt, non perſona facientis. Deinde an ab hoc vis admota ſit. Tu, inquit, mihi vim admoviſti, qui non aliter indicabas, quam ſi pactus eſſem. Non eſt, inquit, admovere vim, aliquid cum certa conditione promittere. ſi qua vis eſt, à te tibi adhibita eſt, quod

contractis deciditur in codice Juſtinianeo. N. *Faber*.

7 *Mihi erat neceſſe*] Petreius: Aliquid hic deeſt, vel, *dicis eſſe neceſſe:* ut ſit objectio. Perperam: nam continuantur verba patris. Vitii tamen quid ſubeſſe arguit varietas codicum. Eraſmus: *ſuccumbendum eſt mihi, cum eſſet neceſſe.* quomodo & Pal. niſi quod repetit iterum *mihi*, (ſic & Cov. Schotti) ſcribitque à manu prima hoc pacto: *cum autem neceſſe mihi:* notante Grutero. Et ſic etiam plane Voſſianus. Vaticanus apud Schottum: *cum eſſet autem neceſſe mihi.* Lege: *ubi, velim nolim, ſuccumbendum eſt mihi. Cur autem neceſſe? non enim poterant.* Patris ſecum dialogiſmus. *Gronovius.*

uod & ſponte [8] & ad exonerandum ſe veniſſet, ut tantum atri redderet, quantum educatori ſuperfuiſſet.

Color. Pro educatore *Gallio* hunc colorem ſecutus eſt, ſe iſericordia motum. Cum viderem, inquit, orbum ſine erede eſſe, [9] dixit modo ipſe, qui avidus eſt, Poſſumus duo atres eſſe. Et dixit illam amabilem ſententiam: Da itaque unc pœnas miſericors. *Montanus Votienus* ſic cœpit: Si quis e vidit, Judices, modo duorum liberorum patrem, nunc litudine periclitantem, certum habeo, dicit, crudelem incem. Et ſubmiſſe cum adverſario egit: rogavit, ut altero ontentus eſſet. Et illam ſumſit contradictionem: Neſcio, quit, utrum. & dixit: Mihi crede, qui illos optime novi: trum vis elige. ideo ſic pactus ſum, quia nihil intererat. *Hi-o Romanus* erat natura, qui aſperiorem dicendi viam ſequetur. Itaque hoc colore egit, ut inveheretur tanquam in alum patrem, & diceret crudeliter exponentem, perfide cuperantem. In hoc, inquit, repetit, non, quia habere vult, d, quia eripere. iraſcitur mihi quod duos educavi, quod dicavi. Et cum deſcripſiſſet ſævitiam exponentis, adjecit: tiamnum mihi videtur ejuſdem animi, ejuſdem duritiæ: uia nihil putat ſe debere ei, qui liberos ſuos educavit. Durus t pater, crudelis eſt. nolite credere ex illa feritate tam ſubim mutationem. Sinite in uno filio experiri. Dixerat in hac ontroverſia illam quæſtionem, qua dicebat ſe nequaquam im adhibuiſſe. Quid ergo? quis adhibuit vim? tu tibi. Non t quod dicas, Quis ſibi ipſi vim adhibet? ſolet fieri. ecce go ipſe mihi nocui. Et illud dixit: Placet mihi in irritum vocari quæ geſta ſunt. [10] dono quod indicaverim. *Argentarius*

8 *Et ad exonerandum*] Lego, *& ad orandum ſe veniſſet.* N. Faber.

9 *Dixit modo ipſe, qui avidus eſt*] erba educatoris ſe ipſum inducentis, altero cedat patri. Ergo lege: *dixi: odo ipſe avidus eſt: poſſumus duo patres e.* Nempe qui ante expoſuerat, nee fuerat cupidus. Scriptus tamen *hi* pro *modo*. Poſſes ergo: *Dixi mihi ipſe: avidus eſt: poſſumus duo patres eſſe.* Gronovius.

10 *Dono, quod indicaverim*] Faber: *damno, quod indicaverim.* Ne facias: eſt enim elegantiſſime dictum, ea notione verbi *dono*, qua ſignificat condono, remitto, pro non facto habeo, facio aut concedo ne ſit. Ut apud filium Senecam Nat. Quæſt. 2, 59. *Hæc*, quæ

ad

tarius dixit ex altera parte, miſeriorem ſe nunc eſſe, quam cum ignoraret ſuos. & cum tormenta patrii animi deſcripſiſſet, ait: Etiam nunc paciſci volo. quid do, ut liberos meos recipiam? quid do, ne agnoverim? Indignabatur *Ceſtius*, detorqueri ab illo totiens, & mutari ſententias ſuas. Quid putatis, aiebat, Argentarium eſſe? [11] Ceſtii ſimius eſt. Solebat & Græce dicere: ὁ πίθηκός μου. Fuerat enim Argentarius Ceſtii auditor, & erat imitator. Aiebat invicem: Quid putatis eſſe Ceſtium, niſi Ceſtii cinerem? & ſic ſolebat jurare: Per manes præceptoris mei Ceſtii: cum Ceſtius viveret. Omnibus autem inſiſtebat veſtigiis Ceſtii: æque ex tempore dicebat, æque contumelioſe multa interponebat, illud tamen optima fide præſtitit, cum uterque Græcus eſſet, ut nunquam Græce declamaret: illos ſemper admiraretur, qui non fuerunt contenti unius linguæ eloquentia. cum Latine declamaverant, toga poſita, ſumpto pallio, quaſi perſona mutata, redibant, & Græce declamabant: ex quibus fuit *Sabinus Clodius*, in quem uno die & Græce & Latine declamantem multa urbane dicta ſunt. Dixit Haterius quibuſdam querentibus, puſillas mercedes eum accepiſſe,

ad mortem ducunt, *nulla felicitas donat.* hoc eſt, mortalibus eorum gratiam facit, neque efficit, ut illa ne ſint vel ſuperveniant. Ibidemque inferius: *Caſus iſte donat metum.* hoc eſt, prævenit, efficit ut nullus ante exſiſtat metus, & exſpectatione malorum mala augeat. Talia ſunt Controv. 13. *transeundum, quaſi donemus, & poſſimus quidem facere controverſiam, ſed nolimus.* Quintil. declam. 1. *Dono illud, dum à ſuo lumine egreditur, dum illos quos accepit à patre, ſervulos fallit.* Sic igitur. Placet mihi, in irritum revocari, quæ geſta ſunt. dono quod indicaverim. Remitto hoc; pro non facto ſit. Tu petis reſcindi pactum & geſta eſſe irrita? Placet ſane: ſed incipiant reſcindi geſta, non à pacto, ſed ab ipſo exordio ſive indicio. Ne valeat pactum, ne valeat quoque indicium: omnia pro non factis ſint: & perinde ſit quaſi nunquam indicaverim. Neque incommodo legeres: *Placet & mihi.* Sic Pontius Samnis apud Livium, lib. 9. *Non probat populus Romanus ignominioſa pace legiones ſervatas? pacem ne habeat, legiones captas victori reſtituat.* Et ante: *Nemo quemquam deceperit: omnia pro infecto ſint.* Gronovius.

11 *Ceſtii ſimius eſt*] Ceteræ editiones habent, *certiſſimum ius eſt.* ex quibus vocabulis *Ceſtii ſimius eſt* effeceram. quam conjecturam mihi deinde confirmarunt Græca hæc P. Chiaconii quæ proxima ſubjiciuntur, πίθηκός μου, & Romana editio, in qua *Caſtoſimius eſt* uno vocabulo repoſuerunt. Nec dubitavi præferre & in textum admittere, quod vetuſtæ lectioni propius accederet. *N. Faber.*

12 Tu-

ſſe, cum duas res doceret; nunquam magnas mercedes ꞉cepiſſe eos, qui ἑρμηνεύματα docerent. *Mæcenas* dixit: Τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης, ποτέροισι μετείη. *Caſſius Severus* ve- ꞉iſtiſſimam rem ex omnibus; qui ab auditione ejus cum ꞉diret, interrogatus quomodo dixit, reſpondit: [13] Male. ꞉ὶ κακῶς vicit. *Glycon* dixit: ἂν ἀμφοτέρους μοι μὴ ἀποδῷς, ꞉πολέσεις αὐτῶν τὸ δίδυμον. *Gallio* autem elegantiſſime dixit ꞉parte patris, cum in ultima parte teſtamenti figuram tra- ꞉aret: Quando ego mortuus ero, tunc mihi heres ſit: vis ꞉terrogem, uter? *Triarius* dixit à parte educatoris: Ergo ꞉o tollere potui, educare potui, tacere non potui?

CONTROVERSIA XXVII.

A filio in arce pulſatus.

꞉x. Qui patrem pulſaverit, manus ei præcidantur. *The- ꞉ma. Tyrannus patrem in arcem cum duobus filiis accerſit. im- ꞉peravit adoleſcentibus, ut patrem cæderent. Alter ex his præci- ꞉pitavit ſe, alter cecidit. Poſtea in amicitiam tyranni acceptus, ꞉occiſo tyranno, præmium accepit. Reus fit cæſi patris. Petuntur ꞉manus ejus, defendit pater.*

꞉RO FILIO. *Ceſtii Pii.* Felicior eſſem, ſi plures reos defenderem. *Triarii.* Hæc vulnera, quæ in ore videtis ꞉eo, poſtea feci quam dimiſſus ſum. *Junii Gallionis.* Gra- ꞉s ago filio, quod me non reliquit ſolum tyranno, quod ꞉nu illius uſus ſum. ego juſſi. itaque crimini meo aſſum. ꞉micus, inquit, tyranni fuit. age, hoc tantum filius meus ꞉arce ſimulavit? Procumbo ad genua veſtra, judices, il- ꞉contumax, qui, cum vapularem, non rogavi. *Muſæ.* Oc- ciſus

꞉12 Τυδείδην δ' οὐκ ἂν] Græca Chia- ꞉nii habent, Τυδείδην δ' οὐκ ἂν φαίης ꞉τέροισι. nos tamen maluimus ſequi ꞉tigia optimi codicis Pithœani, quæ ꞉nc verſum repræſentant, & vulga- ꞉n Homeri textum, in quo ita habe- tur Iliados ε. *N. Faber.*

13 *Male.* καὶ κακῶς] Inſignis locus ex optimo Pithœi codice reſtitutus, ex quo ſolo vel urbanitatem Caſſii dignoſcere poſſumus. *Idem.*

ciſus eſt tyrannus. à quo putatis, niſi ab eo qui patrem pulſare non poterat? [1] præcidetis tyrannicidæ manus. quid hoc eſt? integer tyrannus jacet. præcidentur tyrannicidæ manus? patri præcidite, ne vindicem filium, propter quem ne à tyranno quidem impune vapulavi. Poſtquam occupavit arcem, ſecuti ſunt illum homicidæ, ſecuti venefici, ſecuti quiſquis pulſare patrem poterat. neceſſe fuit patrem cædere, tam hercules quam neceſſe fuit ſpoliare templa, virgines rapere. Aiebam: Fili, fortius feri. tyrannus ſpectat. Si talis erat filius meus, qualem deſcribitis, neſcio cui magis expedierit, tyrannum vivere. O quantum iſtis debemus manibus, per quas jam nihil neceſſe eſt! Occidit tyrannum. ſic hujus iratæ manus feriunt. Cum occideret tyrannum, ſic aiebat: Pater interficit, pater te ferit. ſic feriunt qui volunt. Tecum, fili, inconſideratæ pietatis queror. Validius patrem cecidiſti, quam juſſit tyrannus. Iratus jacenti ipſas cadaveris manus in me ingeſſi. *Fulvii Sparſi.* Tales fuerunt, ex quibus poſſet alter contemnere tyrannum, alter occidere. *Julii Baſſi.* [2] Compreſſas filii manus in os meum impegi, cædentem conſolatus ſum. *Porcii Latronis.* Cæde, inquit, patrem dum ego negligens ſum, præcipitavit ſe ex arce filius: hoc non eſt patri parcere, ſed ſibi. Dura, fili. ad tyrannum tibi per patrem eundum eſt. Tenent, ecce, cruentum tyranni caput. nunc illas præcidite. *Blandi.* Ut vidi tyrannicidam ex arce deſcendentem, nihil prius quam manus oſculatus ſum. *Pompeii Silonis.* Utrum ex filiis meis probatis? alter ſe occidit, alter tyrannum. nemo jus habet in iſtas manus, meæ ſunt iſtæ.

CONTROV. XXVII. 1 *Præciduntur tyrannicidæ manus*] Aliquanto fortaſſe melius, *Præcidentur tyrannicidæ manus?* vel, *præcidetis tyrannicidæ manus?* Veteres tamen editiones totum hunc locum longe aliter exprimunt, quæ ſic habent, *Præcidetis tyrannicidæ manus? quid hoc eſt? inter tyrannos jacet præciſa tyrannicida manus arci præditane vindicem filium.* Ex cujus corruptæ lectionis veſtigiis, hæc quam habemus lectio expreſſa eſt. N. *Faber.*

2 *Compreſſas filii manus in os meum impegi*] Haud dubie, *comprenſas*, vel *comprehenſas.* Frequens horum verborum corruptio. *Gronovius.*

3 *Ille*

...æ. Etiam cum tyranno ſervirent, mihi paruerunt. ita ...ihi ſuperſtite filio mori liceat, ut ego illum, qui mori ...aluit, parricidam vocavi. *Arellii Fuſci patris.* Rogo vos ...r ſecuritatem publicam, per modo reſtitutæ libertatis læ...tiam, per conjuges liberoſque veſtros. nemo ſuppliciter ...divit me rogantem, cum vapularem. Quam languidæ ...edentis erant manus? non putares illas tyrannicidium ...ſſe facere: iſtæ mihi ſalutares porrexerunt cibos, iſtæ po...ones; nunquam tamen indulgentiores ſenſi manus, quam ...m me cæderent. *Votieni Montani.* Pereant, inquit, po...as. qui ſunt, qui tam fortiter loquantur? Vix inventus ..., qui tyrannum occideret. Fili, fortius, inquam, feri, ... nos colludere tyrannus intelligat. ſuſpenſas leviter ad...ovebat manus. filius ſimulabat ictus, pater gemitus. Si ...a eſt fides, iratus filium extuli, quod me non ceciderat. ...eceſſitas magnum humanæ infelicitatis patrocinium eſt. ...æc excuſat Saguntinos, quamvis non ceciderint patres, ...l occiderint: hæc excuſat Romanos, quos ad ſervilem ...ectum Cannenſis ruina compulit, quæ quicquid coëgit, ...fendit. [3] Ille quoque mihi non perperciſſet, ſi unicus ...iſſet. Ille me fratri relinquebat, hic tyranno. Etiam...m, inquit, in facie tua vulnera apparent. Fili, nocet ti..., quod tam cito occidiſti tyrannum. *Mentonis.* Quæri..., quis hæc fecit vulnera? [4] ille, cujus cecidit me in fu...re manus. Ita mihi libero & vivere contingat & mori, ... oculos meos filii manus operiant, ut ego inter liberos ...eos fortior ſteti.

Ex altera parte. Arellii Fuſci patris. Tamdiu cecidit patrem,

3 *Ille quoque mihi peperciſſet*] Deeſſe ...gationem exiſtimo. vult enim di...e, filium, qui ſe præcipitavit, patri ...n parciturum fuiſſe quin cecidiſſet: ...ic ipſe unicus fuiſſet, id eſt, niſi fra...m habuiſſet, cui patrem relinque.... Quare non mirum, ſi is qui ſolus ...manſerat, ceciderit. Tyranno enim patrem relicturus fuerat. Qui ſenſus ut effici poſſit, legendum eſt: *Ille quoque mihi non peperciſſet.* N. Faber.

4 *Ille cujus cecidit me*] Scriptus Voſſianus & Cov. apud Schottum: *cujus in funere me cecidit:* ſine voce *manus.* An fuit? *qui ſuo funere me cecidit.* Gronovius.

trem, donec placeret tyranno ſatelles. quid? tu tyrannicidium facere non potes, niſi in parricidio exercueris manus? Pater, inquit, adeſt. malo. non enim tantum patrem, etiam patronum cecidiſti. *Julii Baſſi.* Quoniam eo ſcelerum perventum eſt, ut parricidæ pater adſit, non iſtius advocationi adſum. defendit, quamvis nocentem. Ecquid agnoſcitis indulgentiam illius? Frater, qui maluit perire quam patrem cædere, infelix [5] cauſam ſuam cum fratre jungebat. exclamat iſte: Nihil illi mandavi. ego tibi & pro illo ſatisfaciam. Ut validius, inquit, cæderet. Pro republica, inquit, feci. Vis tu pudorem habere, nec imputare reip. idem quod tyranno? Pater, inquit, mihi adeſt. At mehercules frater non adeſſet. Habuiſti, quod tyranno jactares. frater maluit mori. Quiſquis cædendus erat, iſti tradebatur. Tyrannum, inquit, occidi. at patrem quantulo minus quam occidiſti? *Pompeii Silonis.* Gaudeo in ſubſelliis iſtius eſſe patrem. quomodo enim aliter efficere potuiſſem, ut vulnera ejus videretis? Non multum refert mea, ubi ſit. ab hac parte crimen objicitur, ab illa oſtenditur. Gravior teſtis eſſe ſolet, qui à reo ſurgit. Talis prorſus pater, quem nemo alius poſſet cædere, niſi amicus eſſe poſſet tyranni. Frater periit, ne parricidium aut faceret aut videret. In illa præcipitia non minus, inquam, fratrem fugit quam tyrannum. *Cornelii Hiſpani.* Deſcendebat cruentus pater, vexato, laceratoque corpore vix agnoſcendus: putares duos fuiſſe qui cecidiſſent. fecit quod debebat. qui patrem ceciderat, amicum occidit. *Ceſtii Pii.* Ego, inquit, cæſus ſum. pœnam remitto. Mirarer, niſi pro tam bono patre fuiſſet, qui mori vellet. Dignus eſt quem invitum vindicetis. Itane apud vos tantum crudeles patres vindicantur? Pater, inquit, juſſit. ergo frater tuus impius fuit, qui patri non paruit. Si quando lente parebant ſatellites, aiebat

5 *Cauſſam ſuam cum fratre jungebat*] Forte: *cum accuſatore jungeret.* Si nimirum liceret ei reverti ab inferis, in ipſum quoque fratrem ſubſcriberet. *Gronovius.*

aiebat tyrannus: Non ſpectatis, quemadmodum patrem ceciderit? *Qui patrem ceciderit, manus ejus præcidantur.* hanc legem moriens laudavit tyrannus. Noviſſime inter filium & patrem tyrannus interceſſit. * [6] An non quiſquis patrem ceciderit, puniatur. In lege, inquit, nihil excipitur: ſed multa, quamvis non excipiantur, intelliguntur. Et ſcriptum legis anguſtum eſt, interpretatio diffuſa eſt: quædam vero tam manifeſta ſunt, ut nullam cautionem deſiderent. Quid legis intereſt, excipere, ne fraudi ſit ei qui per inſaniam patrem pulſavit: cum illi non ſupplicio, ſed remedio opus ſit? Quid opus eſt caveri lege, ne puniatur infans, ſi pulſaverit patrem? quid opus eſt caveri, ne puniatur, ſi quis aut patrem ſopitum, aut ſubita corporis gravitate collapſum excitavit: cum illa non injuria, ſed medicina fuerit? Nondum de propria, ſed de communi cauſa loquor. Si officioſe quis [7] cecidit patrem, non pulſavit, puniri debet?

DIVISIO. Hanc quæſtionem in partes plureis diviſit, An tutus ſit qui tyranno jubente fecit. Cogitate quam multa tyrannus exegerit. Pro publica innocentia eſt, non licere hoc quoque tyrannis, ut nos faciant nocentes. Tyranno jubente fecit. miſerior fuit ipſo vapulante. Non eſt impudica, quæ arceſſita fuit à tyranno. non dicitur ſacrilegus, qui deorum immortalium dona manibus ſuis tulit ad tyrannum, aut qui funeſtas tyranni imagines inter effigies deorum immortalium conſecravit. An tutus ſit, qui patre jubente fecit. Non cecidit, ſed paruit. & illud dixit in narrationibus: [8] Stabat contumaci frater vultu. intellexit non poſſe

6 *An non quiſquis*] Quæ deinceps ſequuntur, diviſionis eſſe apparet, cujus in veteribus editionibus in hac Controverſia nulla eſt diſtinctio. qua ratione hic quædam deeſſe, locumque aſteriſcis notandum duco. N. *Faber.*

7 *Cecidit patrem, non pulſavit*] Vide ne legendum ſit, *aut pulſavit*. Vel *non pulſavit*, id eſt non tantum pulſavit. ut aliis locis notavimus. *Idem.*

8 *Stabat contumaci frater vultu. intellexit*] Scriptus, *fraterno*, & *intellexi.* Quorum poſterius etiam notat ex Pal. Gruterus, utrumque ex Froben. Schottus. Ergo ſcribe: *Stabat contumax fraterno vultu. intellexi non poſſe cogi a tyranno.* Verba ſunt patris credi volentis ſe ſuo ipſius juſſu cæſum, atque iſta di-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

poſſe cogi à tyranno. An tutus ſit, qui pro patria facit. An hic pro patria fecerit. Item, An illo jam tempore cogitationem tyrannicidii habuerit, & hoc animo ceciderit, ut aditum faceret ſibi ad amicitiam tyranni. *Montanus* & illam quæſtionem ultimam fecit: An, etiam ſi quid peccatum eſt, tanto merito redemptum ſit. *Gallio* illam quæſtionem primam fecit: An ultio cæſi patris, nullius ſit niſi patris. Invitum, inquit, me nemo vindicaret. ſi à quolibet alieno cæſus eſſem, & nollem agere injuriarum: nemo nomine meo ageret. atqui nihil intereſt: pœna major eſt ejus qui cecidit, jus idem ejus qui cæſus eſt. Contra ait, omnibus actionem dari. non enim privatam eſſe injuriam, ſed publicam: itaque nec taxatione defungi damnatum, aut injuriarum pœna, [9] ſed manus pendere: ad omnes patres pertinere hoc exemplum, ad omnes filios, & ad ipſam remp. tales eſſe qui fiant tyranni, certe qui tyrannorum amici. Et ultimas has fecit quæſtiones: An, ſi pio animo fecit, non teneatur: An bono animo fecerit. Et in illa quæſtione Latronis, An tutus eſt qui patre volente fecerit: Nunc, inquit, fingis in filii patrocinium, ſed tunc noluiſti. Et adjecit: Ne dixeris, idem voluiſſe patrem quod tyrannum. Quæritis, utri paruerit? Tyrannus illum amavit, tanquam ſibi paruiſſet. Pater, inquit, voluit: ita tu non tyranno tantum, ſed patri dignus parricidio viſus es? Cum deſcripſiſſet impium in patrem, adjecit: Tyrannum quoque tunc, cum amare deberes, occidiſti.

Color. Montanus partem accuſatoris declamavit, & hoc colore uſus eſt. Indulgentiſſimum fuiſſe in filios patrem: nimiam pietatem ejus fuiſſe notam tyranno. Itaque illum, qui quæreret pudicis dolorem ex impudicitia, contumacibus

centis de filio, qui cecidit. Ille obſtinatus ad edictum tyranni ſtabat eodem vultu, quo frater ſteterat. Senſi non poſſe adigi ad facinus, quod imperabat tyrannus. Cogita ſubſecutum: itaque ipſe imperavi, ut faceret. *Gronov.*

9 *Sed manus pendere*] Quæ hæc loquendi ratio? *Pœnas pendere capite* ſcio, ſed *caput aut vitam pendere* ignoro. Scribe: *nec taxatione defungi damnatum aut injuriarum pœna, ſed manus perdere.* Idem.

10 *Magis*

bus ex ſervitute, piiſſimo patri tormentum quæſiiſſe ex filiorum impietate. & induxit illum animoſe loquentem, qui juſſus eſt prior patrem cædere. Quid ſi non cecidero, inquit, quid facturus es? torquebis? occides? plus eſt quod imperas, quam quod minaris. Certamen erat in uno homine, utrum plus poſſet natura, an tyrannus. Cæde, inquit: non cædo. verbera: non ferio. Hæc fratre audiente. Et illud dixit, cum promitteret amicitiam tyrannus: [10] Magis præmium extimui tyrannici imperii quam imperium. [11] Et cum deſcripſiſſet cicatrices pulſati patris: [12] Et forma eſt adhuc faciei, dixit, ab utroque cæſum putes. *Montanus* tamen aiebat, nihil poſſe melius dici. Ex hac parte tyrannus jubet, ex altera lex vetat. [13] morieris, ni cecideris: morere, ne cædas. *Ceſtius* dixit: Tyrannus imperat, ut patrem cædas. non eſt novum: noluiſti facere. Laudaturum me putas? ego vero non laudo. alterius iſta gloria eſt. tu fratrem imitatus es. *Argentarius* dixit: Tu patrem cecidiſti, cum & legem noſſes, & fratrem. *Montanus* dixit: Parricida eſſe voluiſti: violaſti patris corpus, fratris beneficium. Ab altera, hoc colore omnes declamarunt, tanquam patre jubente feciſſet. *Triarius* dixit: In filii mei manus incurri. *Baſſus Julius*: Ego me filii mei manibus cecidi. *Haterius* dixit: Ago gratias tyranno, quod alterum filium meum cuſtodiri juſſit, ne mori poſſet. *Ceſtius* ait in narratione. Tyrannus jubet cædere: expoſita tormenta ſunt: quid faciat? moriatur, inquis. hoc dicis: ne cædat patrem, occidat.

Fuſcus

10 *Magis præmium extimui tyranni quam imperium*] Scriptus & Eraſmus: *magis præmium extimui tyrannici imperii quam imperium.* Quid opus fuerit mutare, non video. Cicero pro Rabirio: *Regum hæc ſunt imperia; animadverte & dicto pare*, &c. Lib. 5 in Verrem: *tyrannicus interdictus tuis patri exacta ætate & adoleſcenti filio adeundi ad illum poteſtatem nunquam eſſe factam.* Gronovius.

11 *Et cum deſcripſiſſet*] Sanior fortaſſe erit locus, ſi ita legamus: *Et cum deſcripſiſſet cicatrices patris, deformem adhuc faciem, dixit: Ab utroque*, &c. *N. Faber.*

12 *Et forma eſt adhuc faciei*] Faber, *deformem adhuc faciem.* Lege: *Et cum deſcripſiſſet cicatrices pulſati patris, Deformata eſt adhuc facies, dixit: ab utroque caſum putes.* Gronovius.

13 *Morieris ſi ceciderit*] Videtur legendum, *ni ceciderit*, ut ſint verba tyranni comminantis. *N. Faber.*

Fuſcus Arellius dixit: Complecti volo iſtas manus, optime de me etiam ante tyrannicidium meritas. *Gallio* dixit: Viderit quantum tibi ſe putet debere reſpub. ego plus me quam illam debere tibi judico. difficilius eſt, quod me jubente feciſti. *Montanus Votienus* dixit in narratione: Si perſeveras, fili, fratrem ſequaris. Videris utrum patrem cædere malis, an occidere. Hanc controverſiam & ab *Julio Sabino* bene declamari memini, cum deſcriberet tyrannum occiſum, & eum ingenti gloria ex arce deductum. O te parricidam! niſi poſt tyrannicidium quoque intelligis, quanto melius frater tuus perierit, quam tu occideris. Illud non probavi, quod multa in re ſevera tentavit falſe dicere. Erat autem urbaniſſimus homo, ut vobis ſæpe narravi, ut quicquid illi in eloquentia deerat, urbanitate penſaret. Meminimus, cum illum Syriacus Vallius, homo diſertus, accuſaret, & videret Latinum Kalumniam teſtem circa coronam judicii obverſari, & totiens occurrere eunti Syriaco, & quærere, quid haberet ſpei: deinde poſt judicium, cum Syriacus gratias illi ageret, quod tantam curam ſui egiſſet: At mehercules, inquit, timebam, [14] ne uno rhetore plus haberemus.

14 *Ne uno rhetore plus haberemus*] Hoc quid ſit, aut quam habeat urbanitatem, neſcire me fateor. Sperabam lucis aliquid à Schotto, qui interpretationem profitetur, ſed mox deſtitui me vidi. Hoc eſt, inquit, ne duo oratores viderentur. Quid tum? aut quis inde gravis metus? Et ſi aliquis metus, quid in hoc urbani? Cur autem vereretur, ne duo eſſent? Clodius enim, ait, Sabinus Græce & Latine declamitare uno die ſolebat. Jam minus adſequor, quid velit. An ſe ipſe illuſit? Verba enim hæc, ut Sabini in Syriacum & Latinum Calumniam, recitat Seneca. Longe aliud ſubeſſe ſuſpicor, & haud ſcio an auſim profiteri. Si non verum eſt, at non inficetum eſt. Puto ſcribendum: *ne uno Romanum Kappa plus haberemus*. Latinus Calumnia teſtis productus circa coronam judicii obverſatus fuerat, & ſubinde occurrerat Syriaco quærens, quam judicii ſpem haberet. Finita actione cum Syriacus illi gratias ageret pro ſolicitudine, adſtans Clodius, qui reus fuerat, atqui, inquit, quod Latinum Calumniam toties tibi occurrentem videbam, cœpi timere, ne omen tibi faceres appetendo hujus nominis hominem, & judicio calumniæ condemnatus, notatuſque ex lege Remmia & Koppatias factus, (ſcribebant enim veteres *Kalumnia*, ut *Kalendæ*, & ſimilia,) in cauſa eſſes, ut Romanorum Kappa, id eſt, vocum & hominum eam literam præferentium, uno amplior numerus fieret. Quo quidem ad utrumque nomen teſtis, occaſione ex ejus concurſatione & ſuo periculo non merito, ut videri vellet, captata, meo judicio, haudquaquam indocte alluſiſſet.

beremus. & teſtis productus, cum interrogatus eſſet, an accepiſſet à patre ſeſtertia? dixit [15] quot accepiſſet: an haberet? negavit. Deinde interrogatus, an Kalumniam haberet? Ipſe, inquit, negligentiam meam noſti: an habeam, neſcio: accepiſſe me ſcio. & in [16] Domitium nobiliſſimum virum, in conſulatu, cum thermas proſpicientes viam ſacram ædificaſſet, cœpiſſet deinde rhetores circumire, & declamare: Ego, inquit, ſciebam hoc te facturum, & matri tuæ querenti de tua deſidia dixeram: [17] πρῶτον κολυμβᾶν. δεύτερον ἢ γράμματα. Duas ejus urbanas res præterire non poſſum. Secutus erat in provinciam Cretam Oppium Flamam Proconſulem. Græci cœperunt in theatro poſtulare, ut Sabinus maximum magiſtratum gereret. Mos autem eſt, barbam capillumque magiſtratui Cretenſium ſummittere. Surrexit Sabinus, & ſilentium manu fecit, deinde ait. Hunc magiſtratum ego Romæ bis geſſi. bis cauſam dixerat. Græci non bene intellexerunt, ſed bene precati Cæſari petebant, ut honorem Sabinus & tertio gereret. Poſtea deinde offendit illos tota comitum cohors: oppreſſi ſunt in templo ab omni multitudine, quæ poſtulabat,

ſiſſet. Cicero pro Roſcio Amerino: *ſi ego hos bene novi, literam illam, cui vos uſque eo inimici eſtis, ut etiam eas omnes oderitis, ita vehementer ad caput affigent, ut poſtea neminem alium, niſi fortunas veſtras accuſare poſſitis.* Plin. in Panegyrico de delatoribus: *exſanguem illam & ferream frontem nequidquam convulnerandam præbeant punctis, & notas ſuas rideant.* Eo autem elegantius diceret *Romanum Kappa*, quod pronuntiatio literæ Græca eſt, pœna Latina. Græcis quoque aliter ad eandem alludere libitum. Sic, cui malum optarent, διπλοῦν κάππα precabantur, quaſi κακά· & in illo τρία κάππα κάκιστα. Suidas lunam patriciam in calceis vocat Ῥωμαϊκὸν κάππα. Veniebat & ſub acumen ſtyli: *ne nomen teſtis tui ſuſtineres.* Quod etiam foret, *Calumnia*; ne dignus eſſes calumniæ condemnari. *Gronovius.*

15 *Quot accepiſſet*] Fortaſſe, *quod accepiſſet.* N. Faber.

16 *Domitium nobiliſſimum virum*] Avumne Neronis quem arrogantem & profuſum in Nerone fuiſſe dicit Suetonius, an patrem? *Idem.*

17 Πρῶτον κολυμβᾶν] A P. Chiaconio ſunt hæc Græca. Pueri autem prius litteras, deinde nare diſcebant, quod & Auguſtum ſuos liberos docuiſſe ait Sueton. unde proverbium, μηδὲ νεῖν, μηδὲ γράμματα. At Syriacus contra feciſſe Domitium ludebat, qui prius thermas ædificaverat, quarum pars κολυμβήθρα, ceu piſcina natationi apta erat, deinde Rhetoras ſectabat. *Idem.*

bat, ut Romam Sabinus cum Turdo proficiſceretur. Erat inter infames maxime & inviſos homines Turdus. Cum Turdus promitteret iturum ſe, ut inde poſſet exire, Sabinus ſilentio facto, ait: Ego ad Cæſarem non ſum iturus [18] cum mattea. Poſtea hoc Sabino, cum cauſam diceret, objectum eſt. Multa illum diſerte dixiſſe, memini. Cum introductus eſſet ex carcere in ſenatum, poſtulaturus ut diaria acciperet, tunc dixit de fame queſtus: Nihil oneroſum à vobis peto, ſed ut me aut mori velitis aut vivere. atque illud dixit: Nolite, inquit, ſuperbe audire hominem calamitoſum.

Sæpe qui miſereri potuit, miſericordiam rogat.

Et cum dixiſſet Senianus locupletes in carcere eſſe: Homo, inquit, adhuc indemnatus, ut poſſim vivere, parricidas panem rogo. Cum moviſſet homines & flebili oratione & diſerta, rediit tamen ad ſales. rogavit, ut in Lautumias transferretur: Non eſt, inquit, quod quemquam veſtrum decipiat nomen ipſum: Lautumiæ illæ minime lauta res eſt. Hoc retuli, ut & ipſum hominem ex aliqua parte noſſetis: & illud ſciretis, quam difficile ſit, naturam ſuam effugere. Quomodo poſſet ab illo obtineri, ne in declamationibus jocaretur, qui jocabatur in miſeriis ac periculis ſuis: in quibus jocari eum non debuiſſe, quis neſcit? potuiſſe, quis credit? *Murrhedius* non degeneravit in hac controverſia. nam colorem ſtultiſſimum induxit. Voluit, inquit, & hic fratris ſequi exemplum. dum retineo, dum luctor,

18 *Cum mattea*] Mattea, ſive Mattya, aut Matteola, ita enim per *tt* duplex potius quam per *c* & *t* ſcribendum hoc vocabulum docent origo Græca, & manuſcripti libri, genus eſſe cibi delicatiſſimi docet Athenæus lib. 14. Unde pro cibo quocunque exquiſito ſumitur, vel apud Latinos. Martialis lib. 13.

Inter aves turdus, ſi quis me judice certet,
Inter quadrupedes mattya prima lepus.

Sic enim hoc diſtichon legendum monuerunt docti viri. & ματτυάζειν pro delicate vivere. Eadem fortaſſe ratione Sabinus hic Turdum ματτυάζοντα, Matteam dicit. vel potius obſcœnius quid latet, & quemadmodum Terentianus miles ſpecioſum adoleſcentem leporem, ita Sabinus Turdum Matteam vocat. ſupra enim inter infames fuiſſe dictum eſt. *N. Faber.*

ctor, viſus eſt patrem cecidiſſe. Unum ex his quos audivi declamantes, ſcio *Mentonem* uſum non patrono patre, ſed advocato. ipſum tyrannicidam induxit dicentem, & colore uſus eſt: Non juſſum ſe à patre, quia aiebat incredibile omnibus videri, patrem coram tyranno cædi ſe juſſiſſe: [19] ſed initum eſſe tyrannicidæ conſilium, ut per hoc ad amicitiam perveniret, per amicitiam ad tyrannicidium. Hæc ejus ſententia laudata eſt, cum deſcriberet ſe patri manus afferentem: Nihil in toto tyrannicidio difficilius feci. Illud dixit: Jam tum factum eſſet tyrannicidium, ſi me frater non reliquiſſet. Et illud dixit; Vos ego tunc reſpexi, templa, leges, reſp. nam ſi me tantum ſpectaſſem, facile tyrannum effugiſſem, illa, qua frater effugerat.

CONTROVERSIA XXVIII.

Privignus ab avo raptus novercæ.

Lex. De vi ſit Actio. *Thema. Quidam duos filios ſub noverca amiſit, dubiis cruditatis & veneni ſignis. Tertium filium maternus avus rapuit, qui ad viſendos nepotes ægros non fuerat admiſſus. quærenti patri per præconem, dixit apud ſe eſſe. accuſatur de vi.*

JUNII GALLIONIS. Violentus & impotens ſenex hominem liberum ſinu meo rapui. quod ſervare tibi difficile eſt, avo dona. [1] Quotiens miſerum me, puer, audies?

19 *Sed initum eſſe tyrannicidii conſilium*] Ceteræ editiones, ſed in iis eſſe tyrannicidæ conſilium. Ex quibus efficio, *ſed iniiſſe tyrannicidii conſilium, ut per hoc*, &c. N. *Faber.* Veteres libri ſcripti & editi: *ſed in his* (vel *iis*) *eſſe tyrannicidæ.* Unde Faber, *iniiſſe.* Recte: ſed amplius legendum: *ſed iniiſſe patris cædendi conſilium.* Mox ſcriptus: *difficilius fecit. Illud dixit.* Reſtituo: *Nihil in toto tyrannicidio difficilius feci. Et illud dixit.* Sunt enim ejuſdem Mentonis ſententiæ, ne forte nomen alterius deeſſe putes. *Gronovius.*

CONTROV. XXVIII. 1 *Quoties miſerum me puer audies*] Fortaſſe: *Quoties (miſerum me!) puer audies à noverca: ubi es, fugitive? reductus es?* Alloquitur avus puerum, & miſeratur tanquam ſæpe auditurum à noverca, ſi redditus fuerit patri, exprobrari ſibi abductionem, his verbis: Ubi latitas, fugitive? an iterum te duxit? *Idem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

audies? à noverca quiſquis es, fugitive, reductus es. Habui filiam, quamvis iſte unus filius ſuperſit, fœcundam. Quam indulgenter puerperia diviſit? natus eſt filius: dixit, Filius hic meus eſt. natus eſt alter: dixit, Hic matris eſt. natus eſt tertius: dixit, Hic avi eſt. Cum quæreret filium, erant qui ſuaderent & dicerent: Tace, meruit excludi. *Ceſtii Pii.* Quam cauſam rapiendi habebat impotens ſenex? numquid fratres ejus occideram? Ignoſcite mihi, ſi tantum filiæ meæ mandata narro. hanc ſolam ex meis morientem vidi. habui filiam: de omnibus meis, *Habui*, dicendum. Habitu vagabatur lugubri, ſordidaque prætexta: omnes illius miſerebantur: quoſdam etiam dicenteis audivi; Quid? iſte puer matrem non habet? patrem non habet? avum non habet? *Arellii Fuſci patris.* Tres filios filiæ meæ debes, unum mihi: ſine apud me nutriatur. Quid times? ne non admittare, cum veneris? expoſuiſſe hactenus juvet. Jam nunc fortuna, aut noverca narranda eſt. ut vidit me, hæſit complexibus meis. puerum oſculabar miſer, interrogabam de fratribus: dum interrogo, dum fleo, perveneram domum. Rogo ne hoc cauſam meam pejorem fecerit, quod ille, quem rapui, unicus erat. *Votieni Montani.* [2] Mittit præconem, adjice illi omnia inſignia. *Hic puer matrem perdidit, fratres amiſit, novercam habet.* Affirmo tibi, non indicabit quiſquis faverit. Erras, & vehementer erras; filios quos perdidiſti, non quæris: quem quæris, non perdidiſti. Utra tandem juſtior querela eſt? pater ab avo unum repetit. avus duos à patre. *Vibii Ruſi.* Raptor ille & impotens, dum moriuntur nepotes mihi, ad januam ſteti: plus habeo quod avo, quam quod reo timendum ſit. *Fulvii Sparſi.*

2 *Mitis præconem*] Rectius fortaſſe, *Mitte præconem, adjice illi omnia inſignia: Hic puer matrem perdidit, fratres amiſit, novercam habet: affirmo tibi, non indicabit quiſquis faverit.* Alludit autem ad formulam præconiorum, quibus res perditæ conquirebantur, additis notis quibus dignoſcerentur. Moſchus εἰδυλ. α. in amoris fugitivi præconio:

Ἔστι δ' ὁ παῖς περίσαμος. ἐν εἴκοσι πᾶσι
μάθοις νιν.
Χρῶτα μὲν οὐ λευκός, πυρὶ δ' εἴκελος.
ὄμματα δ' αὐτῷ.
Δριμύλα καὶ φλογόεντα. N. Faber.

3 Puer

Sparſi. Unus perit, alter perit: totiens fortunam accuſas, nunquam novercam. Facinus indignum! [3] puer ad ſupplicium in domo avi à patre quæritur. Ad ægrotantes nepotes veni: non ſum admiſſus: hæc vis vera fuit. *Argentarii.* Pater quos conſcios habuit, neſcio: domi non fuit: amiſſa filia volui aliquem adoptare ex nepotibus: ſed aiebam, Quid neceſſe eſt? quotiens videre volam, [4] in domum veniam: quotiens volam, in domum abducam, agamus tanquam affines. Tres habes filios. dividamus: & vide quam non improbam diviſionem deſiderem; ex tribus unum poſco. Utinam omnes, quos perdidit, quæreret. *Blandi.* Cum tradere vellem puerum, neſcio quis exclamavit: Puer, nunc periſti. Nihil vobis ſubtraham. quidni? præconi quoque omnia indicavi. *Mentonis.* Rapui nepotem, habeo. redderem, ſi pater quæreret.

DIVISIO. *Montanus Votienus* in has quæſtiones diviſit. An in re vis ſit. Nulla, inquit, vis eſt, quæ arma, quæ pugnam, quæ vulnera non habet. Volo mihi deſcribi comitatum iſtius tumultus. Quæ turba eſt, unus puer, & unus ſenex? Rapuiſti, inquit, filium meum. immo nepotem meum ſuſtuli, immo venientem non potui excludere. An, ſi pro illo fuit, fieri vim, [5] cui facta dicitur, non teneatur

3 *Puer ad ſupplicium in domo avi à patre quæritur*] Grutero quoque & Schotto notantibus, Eraſmus bis dedit: *ad ſupplicium indicari à patre q.* Cov. *judicatam patris:* ſed in margine, *judicaria*, ut & Vaticanus. Pal. & Voſſianus: *indicaria patris.* Quantum ex ſcriptura colligo, inquit Schottus, *judicatur à patris*, ſcripſit Seneca: nihil tamen temere adfirmo. Quis hoc aſſequetur? ſed forte operarum labes eſt, & voluit: *indicatus à patre.* Et hoc ipſum tamen non probamus, ſed revertimur ad veterem ſcripturam. Ex qua una litera ſublata faciundum: *Puer ad ſupplicium in diaria patris quæritur.* Tanquam novum & indignum proponit, quæri puerum in alimenta patris, ut in paterna domo alatur, quæ tamen illi non alimenta, ſed ſupplicium & peſtis futura ſint: quæri prætexto, ut alatur à patre, revera, & hoc eventu, ut fratres ſequatur. Præcedenti controverſia: *poſtulaturus, ut diaria acciperet.* Niſi malis: *Puer ad ſupplicium indicatione patris quæritur.* Vulgata nullius veteris libri auctoritate Romæ prodiit. *Gronovius.*

4 *In domum veniam*] Lege: *quotiens videre volam, domum veniam: quoties volam, domum abducam.* Priorem intellige generi, alteram ſuam. *Idem.*

5 *Quæ facta dicitur*] Lego, *cui facta dicitur*, & linea ſequenti, *cum latrones aliquem obſiderent,* &c. *N. Faber.*

6 Quod

neatur qui fecit. Vis injurioſa damnatur: ſolet enim eſſe & ſalutaris. Cum latrones aliquem obſiderent, ſi perfodiſſem villam armata manu, conjugem, liberos ejus rapuiſſem, accuſari poſſem? Quod vivit puer, beneficium meum eſt. Et medici alligant, & corporibus noſtris, ut medeantur, vim afferunt. An pro illo fuerit rapi. Hoc loco accuſatio novercæ, & inſectatio patris tam patienter ſuos perdentis. *Gallio* & illam quæſtionem fecit, & prius ſumendam quæſtionem putavit ex perſona, quam ex re: An cum avo nepotis nomine agi poſſit. Non magis, inquit, quam cum patre filii nomine, non magis quam cum matre. Habet ſua jura natura: & hoc inter avum patremque intereſt, [6] quod avo ſuos ſervare licet, patri etiam occidere. Non potes, inquit, ſic mecum agere tanquam cum alieno, ut dicas: [7] Quid tibi cum illo, qui eſt inteſtati filius? tuus heres futurus ſit, quam dementem alligaturus eſt? quædam jura non lege, ſed natura nobis attributa. Si nepotem ſuum avus

6 *Quod avo ſuos ſervare licet; patri etiam occidere*] Atqui pari jure avus paterque, inquit Schottus, & in avi poteſtate nepos aut neptis, non ſecus ac filius in patris: & avo ſuperſtite, pater filios in poteſtate non habet: ſed hic avus maternus fingitur. Immo nihil hic proprie de patria poteſtate: ſed ad invidiam faciendam ex perſona hujus avi & hujus patris differentia quædam more declamatorum ponitur. Avo ſervare licet, ut huic, qui rapuit nepotem, ne occideretur; patri etiam occidere, ut huic, qui duos novercæ fraude ſublatos non vindicando ſuſtuliſſe videtur, & tertium velit eadem adventoria recipere. *Gronovius.*

7 *Quid tibi cum illo, qui eſt inteſtati*] Emendatior fortaſſe erit locus, ſi ſcribas, *quid tibi cum illo: qui inteſtati heres futurus ſit.* vel propius ad corruptæ ſcripturæ veſtigia: *Quid tibi cum illo? qui inteſtati ſuus heres futurus ſit?* quamvis tamen ex filia nepos avo non ſuus heres ſit. Sed exacta illa vocabulorum juris ſignificatio in ſcholis non obſervabatur. N. *Faber.* Faber emendatius putat: *qui inteſtati heres futurus ſit:* vel, *qui inteſtati ſuus h. f. ſ.* Petreium *inteſtatæ* legiſſe ait Schottus, ut ad novercam, (immo matrem voluit) quæ ſine teſtamento deceſſerat, referatur. Ipſe hariolatur in nomine eſſe ambiguitatem, ut *inteſtatus* ſit, qui in duodecim tabulis eſt inteſtabilis, & ſimul, qui ſine teſtamento decedit. Hoc eſt, non perſpecto contextus ſenſu, in uno vocabulo delicias facere. Valde corruptus eſt locus, cujus tamen hanc fuiſſe ſententiam probabile eſt: *Non potes, inquit, ſic mecum agere, tanquam cum alieno, ut dicas: Quid tibi cum illo? qui eſt filiæ filius, qui inteſtati ſuus heres futurus ſit, quem dementem alligaturus eſſem?* Verba ſunt pro avo ad patrem de nepote, quantum cum eo cognationis ſit, oſtendentia. *Gronovius.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

avus peccantem aliquid, [8] & inter pueriles jocos petulantius laſcivientem feriret, num injuriarum quiſquam cum illo ageret? Et ultimam illam *Gallio* fecit, cum tractaſſet illa: Licet mihi, ut proſim, facere. deinde, huic profuit. An avo ignoſcendum ſit [9] cum pro nepote, affectu latus, fecerit. Hoc loco tractavit, quam indignum eſſet damnari illum ab hoc. *Latro* duas ultimas quæſtiones aliter poſuit, & plus complexus eſt. Etiam ſi vim fecit: an tamen damnari non poſſit, ſi bono animo fecerit. ait enim, & de animo fieri controverſiam avo, & dicere patrem: Non ut nepotem ſervaret, fecit, ſed ut infamaret uxorem meam, tanquam veneficam, [10] me tanquam veneficæ emancipatum, cui male liberi ſui committerentur.

Color. Colore ergo hoc *Latro* eodem uſus eſt pro patre, ut diceret, ne viva quidem uxore bene ſibi cum ſocero conveniſſe: mortua vero profeſſas inimicitias illum geſſiſſe ſecum. languente vero puero, illum veniſſe, cum convicio, cum vociferatione nefaria,& dicentem & auſpicantem quicquid accidit: auctores habere amicos ſe, ne admitteret hominem, non ad officium nepotum, ſed invidiam & contumeliam generi & venientem, qui ad ſanos nepotes nunquam dignatus eſſet accedere: medicos vero ſuaſiſſe ne veniret, ne puerum confunderet, & impleret ſuſpicionibus. *Silonis Pompeii* color fuit, ut Latroni videbatur, qui controverſiæ repugnaret. dixit enim veniſſe avum ad imbecillum puerum, ad ægros non ſemper proximos admitti: utique ad eos, qui graviter ægrotant, ſæpe & patrem non admiſſum. Sic avo quoque intempeſtive venienti dictum, Nunc non

8 *Et inter laſcivos jocos petulantius laſcivientem*] Quam belle, *laſcivos* & *laſcivientem*? Scriptus: *inter pueriles jocos.* Quod multis partibus malo. Et ſic etiam C. A. B. apud Schottum. *Gronovius.*

9 *Cum pro nepote affectu latus*] Scribe, *affectu ablatus.* Ut inferius: *Hiſpanus hoc colore uſus eſt, affectu ablatum.* Controv. 24. *ſi affectu & indignatione ablatus non fuit in ſua poteſtate.* Contr. 17. *Quidam principia habuerunt in ſua poteſtate, deinde ablati ſunt impetu.* Statim lege: *damnari illum ob hoc.* Idem.

10 *Me tanquam venefica mancipatum.* Scriptus integre: *veneficæ emancipatum.* Sed & vere, uti diximus ad epiſtolas Lucii. *Idem.*

11 Ti-

non potes: ſtatim cum convitio abiſſe. in altero idem feciſſe. *Latro* aiebat, hunc colorem optimum eſſe, ſi recitaſſet, ſe recipi non poſſe: quia ponatur, Non eſt admiſſus: ſub hoc themate intelligere nos, non hoc illi dictum, Nunc non potes: ſed ex toto, Non potes. *Gallio* utrumque miſcuit, & hoc colore, qui veri non poteſt alioquin thema evertere, parcius uſus eſt. Dictum eſt, inquit, illi: Quieſcit puer, paulum commorare. medici vetuerunt quenquam admitti. ſcitis ſolere dicere illos: Nec ſi pater venerit. Protinus iſte clamare cœpit, Teſtor me non admitti: & tantum non tabellis ſignatis denuntiare. Avum diſtuleram, accuſatorem excluſi. Iterum, inquit, venit cum convitio. Jam unum occidiſtis, alterum occiditis. Nihil eſt miſerius, quam ubi alicui ex miſeria ſua invidia quæritur. Non eſt admiſſus, cum diceret, ſe nepotem ſuum non videre velle, ſed inſpicere. Sic egit: Veni, non ut iſtum accuſarem, ſed ut me defenderem. *Gallio* hoc colore uſus eſt: Non admiſi avum. quia dictum erat mihi, hoc illum animo venire, ut raperet.

Ex altera parte colorem hunc *Ceſtius* introduxit: [11] Timuiſſe ſe de puero. Fruſtra, inquit, duos occiderat noverca. & ait: Vellem ad vos nocentior venirem reus, vellem tres raperem. *Argentarius* hoc colore uſus eſt, rogatum à puero avum. Negabat, inquit, poſſe ſe vivere, ſi in illa relinqueretur domo. *Hiſpanus* hoc colore uſus eſt, affectu eſſe ablatum. Suſtuli, inquit, nepotem meum. Non potui, inquit, ſatiari oſculis, non potui ab illo tam cito diſtrahi. Nolite mirari: poſt longum tempus illum videram. *Albutius* hoc colore uſus eſt, ut diceret: Noluiſſe illum in tam infauſta domo educari, ex qua duo jam fratres elati eſſent: ei qui poſtea deceſſit, inter cauſas moriendi caſum fratris fuiſſe. Et ſervavit hunc colorem, ne quid in novercam,

11 *Timuiſſe ſe de puero. Fruſtra*] Vide ne legendum ſit, *timuiſſe ſe de puero: nec fruſtra, inquit: duos enim*, &c. N. Faber.

cam, ne quid in patrem diceret: aiebat, juſtiſſimum futurum avum, ſi tantum ſe defendere voluiſſet. Quid ergo? quare rapuiſti? amabam. huic maxime ab initio animum meum addixeram. In domo veſtra nihil præter ipſam domum timui. Si apud me duo deceſſiſſent, ex domo mea illum tranſtuliſſem. *Marcellum Marcium* aiebat ſic narraſſe: Puer me ſecutus eſt. non criminor vobis illum. quicquid eſt, potius quam illius periculo fiat: ego rapui. Ubi eſt? inquit. Vivit, ſalvus eſt; veni, cum voles aſpicere. Redde, inquit, patri ſuo. Ego aſper! Age, monſtrabo ſi vis, quis ante me tibi filios abſtulerit. *Varius Geminus* eumdem ſenſum dixit: Quæ eſt iſta tam ſera pietas, tam præpoſtera: quærere tuos à tertio incipis. *Montanus Votienus*, homo rariſſimi, etiam ſi non emendatiſſimi ingenii, vitium ſuum, quod in orationibus non evitabat, in ſcholaſticis quoque evitare non potuit: ſed in orationibus, quia laxior eſt materia, minus earundem annotatur iteratio. In ſcholaſticis, ſi eadem ſunt quæ dicuntur, quia pauca ſunt, notantur. Memini, illum pro Galla Numiſia apud centumviros tirocinium ponere. Ex uncia heres erat patris ſui Galla. objiciebatur illi veneficium. dixit rem diſertiſſimam, & omnibus ſeculis duraturam, quia neſcio an quicquam melius in eo genere cauſarum dictum. Unciam nec filiæ deberi, nec veneficæ. Non fuit contentus. adjecit: In paternis tabulis filiæ locus, aut ſuus debetur, aut nullus. etiamnum adjecit: Relinquis nocenti nimium, innocenti parum. Ne ſic quidam ſatiare ſe potuit. adjecit: Non poteſt filia tam anguſte paternis tabulis adhærere, quas aut totas poſſidere debet, aut totas perdere: & plura multa, quæ memoria non repeto. Ex iis quædam in orationem contulit, & alia plura quam dixerat, adjecit. Nihil non ex eis bellum eſt, ſi ſolum ſit: nihil non rurſus ex eis alteri obſtat. Idem in hac declamatione feciſſe eum, memini. Erras, pater, inquit, & vehementer erras, quos perdidiſti, non quæris: quem quæris, non perdidiſti. Deinde: Puer iſte inventus

perit.

perit. Deinde: Quiſquis puero ſavet, ne inveniatur, optet. Deinde: Puer niſi avum ſequitur, fratres ſecuturus eſt. Deſine quærere: quem ſi inveneris, ſic perdes, ut invenire non poſſis. Et deinde: Rapuit iſtum avus, ne raperet noverca. Et deinde: Unum tantum pater ex liberis ſuis quærit, qui ſalvus eſt. *Glycon* hunc ſenſum ſemel dixit: ſed genere corrupto: [12] τοῦτο τὸ παιδίον, ὅταν εὑρεθῇ, τότε ἀπολεῖται. Habet hoc *Montanus* vitium. ſententias ſuas repetendo corrumpit. dum non eſt contentus unam rem ſemel bene dicere, efficit, ne bene dixerit. Et propter hoc & alia, quibus orator poteſt poëtæ ſimilis videri, ſolebat Scaurus Montanum inter oratores Ovidium vocare. Nam & Ovidius neſcit, quod bene ceſſit, relinquere. Non multa referam, quæ Montaniana Scaurus vocabat. Uno hoc contentus ero. Cum Polyxena eſſet abducta, ut ad tumulum Achillis immolaretur, Hecuba dixit:

——— cinis ipſe ſepulti
In genus hoc pugnat.

poterat hoc contentus eſſe; adjecit,

——— tumulo quoque ſenſimus hoſtem.

Nec hoc contentus adjecit,

Æacidæ fœcunda fui.

aiebat autem Scaurus rem veram: Non minus magnam virtutem eſſe, ſcire deſinere, quam ſcire dicere.

CON-

12 Τοῦτο τὸ παιδίον] Hæc Græca, & quæ deinceps in his libris adjecimus, à Chiaconio ſunt. N. *Faber*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

CONTROVERSIA XXIX.

Filia conſcia in veneno privigni.

Lex. Venefica torqueatur, donec conſcios indicet. *Thema. Quidam mortua uxore, ex qua filium habebat, duxit aliam: & ex ea filiam ſuſtulit. deceſſit adoleſcens. accuſavit maritus novercam veneficii. damnata cum torqueretur, dixit conſciam filiam. petitur ad ſupplicium puella. pater defendit.*

PRO FILIA. *Ceſtii Pii.* Non eſt quod putetis, has lacrimas aut filiæ eſſe, aut me patrem. Non prodeſſet tibi, puella, ne hoc quidem, quod te frater amavit, niſi mater odiſſet. Hoc me odiſti, noverca, quod ſciſti, conſciam me eligi pœnæ. Dixit: Anteactam ejus vitam excutiamus. *Fulvii Sparſi.* Nefaria mulier, filiæ quoque noverca, ne mori quidem potuit, niſi & occideret. Inter gladiatores victoris quoque conditio peſſima eſt, cum moriente pugnantis. Nullum magis adverſarium timeas, quam qui vivere non poteſt, occidere poteſt. *Vibii Galli.* Concitatiſſima in mortem rabies eſt: deſperatione ultima in furorem animus impellitur. Quædam feræ tela ipſa commordent, & ad mortis auctorem per vulnera ſua ruunt. Abſciſſa miſſione gladiator, quem armatus fugerat, nudus inſequitur. Præcipitati non quod impulit tantum trahunt, ſed quod occurrit: & naturali quodam deploratæ mentis affectu morientibus gratiſſimum eſt, commori. *Votieni Montani.* Dum filium vindico, ubi graviſſime mihi [1] nocere poſſit, oſtendit. O men-

CONTROV. XXIX. 1 *Nocere poſſit, oſtendit*] Jubet videri Faber, num ſit aptius, *offendit*. Malebat idem Petreius, quem Schottus edita lectione offenſum miratur. Vera ſcriptura eſt: *ubi graviſſime mihi nocere poſſet, oſtendi.* Verba ſunt patris: dum ego, filium vindicando, meum in liberos amorem detego, oſtendi novercæ, qua parte me lædere maxime poſſet. Nempe, in liberis, ſive unica illa jam mihi reliqua filia: illam ſi peteret, vidit

mendacium ſimile veneficio! Sic credibile eſſe in ſorore parricidium creditis? non timeo ne quis hoc in ſorore credat, quod ego vix probavi in noverca. Natam mihi filiam quaſi futuræ pacis obſidem ſuſtuli: aiebam, Dum matris meminit, obliviſcetur novercæ. at illa, dum novercæ meminit, matris oblita eſt. Filia, inquit, mihi conſcia eſt. poſt hanc vocem remiſſa putares tormenta: ſimilis facta torquenti eſt. Soror fratri venenum dedit? quamdiu luctati ſumus, ut crederetur noverca privigno dediſſe? Noverca, quod volueras conſecuta es. damnaſſe jam pœnitet. *Argentarii.* Facio rem, Judices, non novam; liberos meos à noverca vindico. Peto, ne quia filium vindicavi, filiam perdam. Niſi ſuccurritis, noverca vicit, ego victus ſum. Duxi, neſcio, pejorem uxorem, an novercam. Hoc mihi carior eſt, quod tam inviſa matri fuit. *Cornelii Hiſpani.* Si conſcia eſſet, neminem expectarem: ſcitis, quemadmodum veneficam oderim. Inſtabam tormentis: aiebam, [2] Morere pejus, quam odiſti. Non ſatis mihi ardere ignes videbantur; non ſatis inſidere verbera. dixi: Si quid adjicere tormentis tuis poſſum, puto jubebo filiam afferri. [3] Vocet huc aliquis matrem. Quid expaviſti, puella? quid ad ſinus meos refugiſti? quid extimuiſti, tanquam novercam? *Marillii.* Ne inter ſupplicia quidem deſinit occidere: & hanc quiſquam putet, non potuiſſe venenum ſine conſcia

ſe dolores mihi dare poſſe graviſſimos. Senſus par apud Lucium Medea: *ſic gnatos amat? Bene eſt, tenetur, vulneri patuit locus.* Hoc eſt, oſtendit ipſe ubi graviſſime illi nocere poſſem: *animi vitalia vidit Lædendique vias*, ut loquitur Statius noſter in Epicedio. *Gronov.*

2 *Morere pejus, quam odiſti*] Lego, *occidiſti.* Idem.

3 *Vocet huc aliquis matrem*] Immo filiam. Nam mater vincta aderat. Quare lego: *Vocet hanc aliquis. Matrem quid expaviſti puella.* N. Faber. Senſum cepit Faber, diſtinguendo: *Vocet hanc aliquis.* nempe filiam. *Matrem quid expaviſti?* Sed oratio diſtortior. Videtur vox *matrem* inferius ponenda hoc modo: *Vocet huc aliquis. Quid expaviſti, puella? quid ad ſinus meos refugiſti? quid extimuiſti matrem tanquam novercam?* Nempe filia, ubi videt matrem in tormentis inter horridos miniſtros ſævitiæ, conterrita refugere fingitur ad patrem. Quod ille ſecus interpretatur, quaſi matris odio feciſſet. *Gronovius.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ſcia dare? Puella, quæ occidiſſe fratrem dicitur, quid ante peccavit? noverca quoque ante occidit privignum quam filiam. &, Bonæ ſpei eſt: quæritis argumentum? matri ſuæ non placet. *Arellii Fuſci.* Etiam cineribus tuis nfeſta eſt noverca. quod unum poteſt, perſequitur ſoorem tuam. Qui adhuc poteſt noſſe, niſi fratrem? proit illi apud vos, quod illam pater laudat: proſit, quod alis mater accuſat. *Mentonis.* Non miſereris hujus? mierior eſt quam frater. Ille habuit ſine dubio novercam orquere. Conſecuta es, mulier, quod voluiſti. ſolus omnium magis ſenſi novercam, cum perdidi. *Porcii Laronis.* Habui filium tam bonum, ut illum amare poſſet tiam noverca: niſi in eam incidiſſet quæ poſſet etiam iliam odiſſe. [4] Hucne ſcelera reciderunt, ut parricidium puellare ſit? ætas, ſi magnitudinem rei non intelligit, non eſt idonea parricidio. Sed veneficæ, inquit, filia eſt. Si parentes inſpiciuntur, cur non potius patri videatur ſimilis, cui placet, quam matri, cui diſplicet? Denique non recuſo, quo minus in illa vel matris exigatur imitatio. Illa, cum hujus ætatis erat, nec noverca erat, nec venefica. *Albutii Sili.* Duxi uxorem, nulis adhuc inquinatam fabulis. nec miror, innocentem unc fuiſſe: adhuc puella erat. *Blandi.* Ut ſcelerata ſit, empe matri ſuæ ſimilis eſt. ante veneficium oportet faiat quam parricidium. Filia, inquit, conſcia eſt. Dii perdant! [5] etiam cum torqueris, occidiſti. Servus torus Catonem conſcium furti dixit. Quid agitis? utrum lus creditis tormentis, an Catoni? *Buteonis.* Si conſcius te, puella, quæretur, nominato patrem. Quid noerca tam ſero, puella tam cito? Filia, inquit, conſcia ſt. Male pereas! at ego te putabam unius novercam.

Triarii.

4 *Huc mea ſcelera*] Aliquanto reius: *Hucne ſcelera reciderunt, ut parcidium puellare ſit?* cum interrogandi ota. N. *Faber.*

5 *Etiam cum torqueris, occidiſti*] Lege: *Dii te perdant: etiam dum torqueris, occidis.* Gronovius.

Triarii. Filia, inquit, tua conſcia eſt. Videbatur ſibi poſt hanc vocem viciſſe. Amiſſum fratrem flevit in funere, [6] totius populi habitum lacrimis ſuis expreſſit: itaque illam noverca pejus perire voluit quam privignum. Filia, inquit, conſcia eſt. Hoc ultimum fuit novercæ veneficium. *Q. Haterii.* Succurrite quæſo, ne, cum torta ſit quæ filium meum occiderat, filiam etiam, dum torquetur, occiderit. Liberos ſemper effero, unius mulieris aut mendacio, aut veneno. Non flet quantum reæ ſatis eſt. quemadmodum illi extorquebo lacrimas? afferte mihi imaginem fratris. video ſubito deſiderio fletus concitatos, numquid talem vultum, cum mater torqueretur, habuit?

Pars altera. Triarii. Si odiſſemus te, pateremur cum ejuſmodi filia vivere. Quarundam ferarum catuli cum rabie naſcuntur: venena ſtatim à radicibus peſtifera ſunt. Quantum illi ad ſcelera ætatis adjecit, quod illam noverca peperit? Quid illa, quæ fratrem in moram patri ſequenti ſparſit? Habemus exemplum, quod & ſorori conveniat, & virgini.

DIVISIO. *Ceſtius* in duas partes conjecturam diviſit, & primum quæſivit, An conſcia illi opus fuerit: deinde, Si opus fuerit, an hanc habuerit. Non ſervavit autem modum. Nam & illum locum diu tractavit, Non poſſe ſororem in mortem fratris impelli. Et iterum tam puellam voluit videri, ut nulli eſſet idonea miniſterio. Itaque elegantiſſime deridebat *Montanus Votienus* in hac controverſia ineptias rhetorum, quod ſic declamarent, tanquam hæc, quæ nominata eſt, infans eſſet: nec intelligerent, ſi talis eſſet, ne futuram quidem ream. Itaque hoc debemus, inquit, proponere nobis: puellam ejus ætatis, [7] in qua torta credibile ſcelus illud quidem, ſed

6 *Totius populi habitum*] Quid ſi *gemitum* legas? N. *Faber.*

7 *In qua torta credibile ſcelus illud quidem*] Videtur vox *torta* huic loco obeſſe, legendumque, *In qua credibile ſcelus illud quidem, ſed intolerabile eſſet.*

ſed intolerabile eſſe aiebat. Induxerat *Ceſtius* matrem dicentem filiæ : Da fratri venenum. *Triarius* multo rem magis ineptam, quia non invenit illam, ſed concupivit; [8] nam exceſſus ſententiam traxit. Induxerat novercam dicentem : Da fratri venenum : fecit illam reſpondentem ; Mater, & mihi da. quid enim eſt tam abſurdum, quam matrem ſic locutam cum puella, Da fratri venenum ? Non ferebant nec illam Triarii ſententiam, qua aliter *Haterius* uſus eſt, cum ad epilogum perveniſſet. Hoc loco debebat reus flere; non flet puella. [9] inveniat, quemadmodum fleat, aliquis, hoc eſt, imaginem fratris. Illa enim ſi tam puella eſt, ut dicat, Mater, quid eſt venenum ? non poteſt tantæ pietatis eſſe, ut eam imago fratris in lacrimas concitet. Tantus autem error eſt in omnibus ſtudiis, maxime in eloquentia, cujus regula incerta eſt, ut vitia quidam ſua & intelligant, & ament. *Ceſtius* pueriliter ſe dixiſſe intelligebat; Mater, quid eſt venenum ? Deridebat enim *Murrhedium*, qui hanc ſententiam imitatus eſt in epilogo, cum alloqui cœpiſſet puellam : & diceret ; Compone te in periclitantium habitum, profunde lacrimas, manus ad genua dimitte, rea es. Fecerat reſpondentem puellam; Pater, quid eſt rea ? Et aiebat Ceſtius : Quod ſi ad deridendum me dixit, homo venuſtus fuit. Et ego nunc ſcio, me ineptam ſententiam dicere. Multa autem dico, non quia

et. *Induxerat*, &c. ceteris deletis. N. *Faber*. Vidit hic Faber τὰ *torta*, & *iebat* inania & contra mentem eſſe. Sed præterea emendandum cenſeo : *in ua incredibile ſcelus illud quidem, ſed amen tolerabile eſſet*. Eam ætatem, quam n tantum ſcelus procedere vix quidem fides fiat, ſed quæ tamen viribus d illud ſuſcipiendum non careat. *Gronovius*.

8 *Nam exceſſus ſententiam traxit*] Emenda : *nam ex Ceſtio ſententiam traxit*. Dixerat Ceſtius, *da fratri venenum*. Ab eo tranſtulit Triarius, & addidit reſponſum filiæ quaſi ignorantis malum eſſe : *mater, & mihi da*. Itaque majorem culpam facit Triarii Seneca, quod non deceptus inventionis calore & lenocinio ingenii, ſibi paſſus ſit illam excidere, ſed cacozelia quadam & errore judicii pravam elegerit, quam imitaretur. *Idem*.

9 *Inveniat, quemadmodum fleat aliquis*] Scribe : *Invenit, quemadmodum fleret, aliquid*. hoc eſt, imaginem fratris. *Idem*.

quia mihi placent, ſed quia audientibus placitura ſunt. Et illud *Rufi Vibii* tolerabilius aiebat eſſe, ſed & ipſum aliqua objurgatione dignum. dixerat in epilogo; Nutrix, ream tolle. Illud in *Haterio*, qui & promiſit oratorem, & præſtitit, negabat ſe poſſe ferre, quod dixerat; Hæc rea non mittenda in exilium, ſed ferenda eſt. Cum ſciret, inquit, in exilium exportandos locari ſolere. quid enim intelligi vult hac ſententia, niſi ex toto puellam ambulare [10] non poſſe? Uſque in exilium; verum eſt. ſed nec mater ejus potuiſſet. *Silo* à parte patris comparationem fecit inter ſe matris & filiæ. totam hac figura declamavit. Non ſum, inquit, vobis dicturus, qualis debeat eſſe venefica. operam perdam, ſi cœpero deſcribere: debere eſſe ætate provectam, uſu exercitatam, inviſam viro, quæ poſſit etiam filiam occidere. Supervacuum eſt uti pluribus verbis. in hac ipſa cauſa habemus veneficæ exemplar. Comparemus inter ſe duas reas. nec eſt quod quæratis aliquem, qui cognitionem veſtram per omnes comparationis parteis ducat. ego vobis dicam, quomodo illam accuſaverim. Ego illi objeci anteactam vitam: vos illi poteſtis objicere? Et ſic omnia circumiit, & comparando defendit. Illam quæſtiunculam, quæ in prima parte tractata erat à quibuſdam, Non illi

10 *Non poſſe? Uſque in exilium*] Aliquot vocabula deſunt, ut hujus loci fulciatur ſententia. Vult enim dicere ſententiam Haterii ideo ineptam, quia omnes licet in exilium mitti dicantur, tamen feruntur, deportandique locantur. Per exilium enim deportationem intelligit, quæ veneficis irrogabatur, quemadmodum apud Ovidium:

Quippe relegatus, non exul dicor in illo.

id eſt non deportatus. Quare puella rea non magis in exilium portanda eſt quam cæteri exules. Quod, ſi, inquit, intelligit penitus per ætatem ambulare non poſſe, eo ineptior eſt ſententia, quod in tantula ætate veneficium ne ſuſpicari quidem poteſt. Si autem intelligit ambulare quidem poſſe, ſed non uſque ad exilii locum, nec mater ejus poſſet. Solent enim in longinquas & extremas inſulas deportari, ut in Gyaras, Seriphum, Oaſim. Quare parva adjectione videtur legendum: *Quid enim intelligi vult hac ſententia, niſi ex toto puellam ambulare non poſſe? Nam ſi uſque in exilium, verum eſt: ſed nec mater ejus potuiſſet.* Repetendum autem ἀπὸ κοινοῦ poſt hæc verba, *Nam ſi uſque in exilium*, intelligi vult puellam ambulare non poſſe. *N. Faber.*

illi utique fuiſſe opus conſcia, & ſic tranſcurrit: Aiebat, inquit, tota actione rea hæc, Quam conſciam habueram? ego negabam illi opus fuiſſe. aiebam, In eadem domo eras, venenum notum erat, novercæ occaſio facilis conviventi, non eras ſuſpecta, nemo te timebat propter ſororem. Ex altera parte hoc uſus eſt colore: Novercam video venenum dediſſe, ut filia ſua ſola heres eſſet: eandem illi & conſciam fuiſſe veneficii, & cauſam. Omnes declamatores aiebat voluiſſe aliquid novi dicere, eo loco quo nominabat noverca filiam conſciam. dixit, inquit, *Hybreas:* Τί οὖν; ἐψεύσατο κατὰ τῆς ἰδίας θυγατρός; οὐκ· ἀλλὰ κατὰ τῆς ἐμῆς. Hanc ſententiam *Fuſcus Arellius* cum eſſet ex Aſia, non caſu dixit, ſed tranſtulit ad verbum quidem. Quid ergo? inquit. mentita eſt de filia ſua? immo de mea. Modeſtius hanc ſententiam vertit *Haterius:* [11] Quid ergo? mentita eſt? quidni illa mentiretur de accuſatoris ſui filia? *Ceſtius* dixit: Nominavit privigni ſui ſororem. *Albutius* dixit: Quid habuit quod dubitaret, an parceret filiæ ejus à quo occidebatur, ſorori ejus, quem occiderat? *Triarius* dixit: Quid ergo mater mentita eſt? tolle matris nomen, poſt damnationem noverca eſt. *Blandus* dixit: [12] Nominabo iſtam quæ patri affuit, iſtam quæ [13] mortuo fratre ac matre non flevit. *Silo Pompeius* dixit: Filia,

11 *Quid ergo, mentita eſt quæ nihil lamentabatur*] Veterum editionum hæc eſt lectio, *quæ nihil lamentaretur de accuſatoris ſui filia.* cujus veſtigia ſequens ſcribendum conjicio: *Quid ergo? mentita eſt? quidni illa mentiretur, de accuſatoris ſui filia?* quod maxime cum Græcis, quæ paulo ante habentur, congruit. N. *Faber.*

12 *Nominabo iſtam, quæ patri affuit*] Intellexeram hæc verba quaſi cogitationem matris in eculeo deſtinantis filiam dicere conſciam: eoque deeſſe aliquid de hoc ſenſu: *Nominabo iſtam, quæ patri affuit, iſtam quæ mortuo fratre flevit, torta matre non flevit.* Simul recordabar ex Haterio: *Afferte mihi imaginem fratris. Video ſubito deſiderio fletus concitatos: numquid talem vultum, cum mater torqueretur, habuit?* Ubi ſcriptus, *videte:* ut alloquatur judices: idque ſignificat Pal. exhibendo, *videto.* Nunc magnum Fabrum idem animadvertiſſe gaudeo. Habet tamen ille, *accuſata*, ubi ego cogitaveram, *torta.* Nec de alterutro certare velim. *Gronovius.*

13 *Mortuo fratre ac matre non flevit*] Etiam hoc loco aliquid deeſſe judico. Probabile enim eſt Blandum voluiſſe dicere, matrem apud ſe dixiſſe ſe filiam nominaturam, quia patri accuſanti adfuerit, mortuo fratre fleverit, accuſata

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Filia, inquit, mihi conſcia eſt. poſt hoc, eundem vultum ejus notavi, quem videram moriente privigno. *Montanus Votienus* Marcellum Marcium amicum ſuum, cujus frequenter mentionem in ſcriptis ſuis facit, tanquam hominis diſerti, aiebat hanc dixiſſe ſententiam: Invenit, quomodo damnata accuſaret, moriens occideret, torta torqueret. non eſt hoc indicium, ſed alterum novercæ veneficium. *Latro* dixerat, cum deſcripſiſſet tormenta: Inſtabam ſuper caput non accuſator, ſed tortor: ipſe ignes ſubjiciebam, ipſe ad intendendum eculeum manus admovebam. ego non bibam ſanguinem iſtius, non eruam oculos? filium mihi eripuit: niſi citius illam oppreſſiſſem, & filiam abſtuliſſet. *Triarius* dixit: Cum accuſarem, objeci veneficium. In ultima parte inter preces meas excitavi puellam ad ultionem fratris ſui. Hæc res maxime, judices, movit, hæc maxime novercam offendit. *Albutius* dixit: Poſtquam nominavit filiam, ad me reſpexit: videlicet ut ſciret, an ſatis torſiſſet. *Nicetes* egregie dixit in hoc eodem loco: [14] Συνοῖδέ μοι, φησιν, ἡ θυγάτηρ, καὶ προσέθηκεν ἐκ τούτου. *Montanus* cum diceret illum locum, quamvis ſceleratos parentes, velle tamen innocentes liberos ſuos eſſe, dixit: poteſt illa filiam veneficam fingere, ſi poteſt facere. difficilius eſt filios inquinare, quam perdere. & illud: Favete ſeculo, Judices, cum ingentia ſcelera ferat, ne etiam immatura tulerit. favete. nullum ſcelus commiſſum ſit, niſi quod ſolet. favete, ut potius non deſierit noverca parricidium facere, quam ſoror cœperit. Damnare illam potui, effugere non potui. Sero feciſti, noverca. ſi hoc ante dixiſſes, potuiſti prævaricationem paciſci. recte cum damnare-

ta matre non fleverit, legendumque eſſe, *Nominabo iſtam quæ patri affuit, iſtam quæ mortuo fratre flevit, accuſata matre non flevit.* N. Faber.

14 Συνοῖδέ μοι, φησιν, ἡ θυγάτηρ· καὶ προσέθηκεν, ἐκ τούτου] Vertit Schottus: *Conſcia mihi ſum, ait filio, & exinde adjecit.* Immo: *Conſcia mihi, ait, eſt filia, & adjecit, ex illo.* nempe marito. *Gronovius.*

1 Quam

mnareris, animoſa eras. recte nihil potes facere. ſi qua fides; accuſator inſidias reæ timui. nuſquam à ſinu meo dimiſi puellam, ipſe omnes prægustavi cibos. O incauta futuri mortalitas! poſtquam ad tortorem perduxi novercam, timere de filia deſii.

Color. Omnes illo colore uſi ſunt, nominatam à noverca filiam in dolorem patris. *Gallio* plura dixit: Fortaſſe, inquit, hanc nominavit, ut veros conſcios celaret: fortaſſe, ut, quia acerrime inſtabat accuſator, hoc metu territus finem tormentis imponeret: fortaſſe in dolore tormentorum ſtupefacta, neſcivit quid loqueretur. Noviſſime dixit, Fortaſſe in hoc, ut quæ pœnas veneficii dabat, accuſationis exigeret. Illum ſenſum adjecit: Ex meis hoc affectibus æſtimo. cum tum ira, tum odio furerem, circumſpiciebam omnes ultionis vias, oblitus innocentiæ. ſi proprios habuiſſet liberos noverca, occidiſſem. In hanc ipſam quotiens impetum facere volui? ſed propter hoc à me tuta erat, quod à matre non erat.

LIBER DECIMUS,

qui vulgo QUINTUS.

Seneca Novato, Senecæ, Melæ, Filiis ſalutem.

QUod ultra mihi moleſti ſitis, non eſt. Interrogate, ſi qua vultis, & ſinite me ab iſtis juvenilibus ſtudiis ad ſenectutem meam reverti. Fatebor vobis, jam res tædio eſt. Primo libenter aſſilui, velut optimam vitæ meæ partem mihi reducturus: deinde jam pudet, [1] quamdiu non ſeriam rem agam. Scholaſtica ſtudia leviter tractata delectant: contrectata & propius admota, faſtidio ſunt. Sinite ergo me ſemel exhaurire memoriam meam, & [2] admittite vel adactum jurejurando, quod adfirmem dixiſſe me, quæ ſcivi, quæque audivi, quæque ad hanc rem pertinere credidi. Pertinere autem ad rem non puto, quomodo L. Magius gener T. Livii declamaverit, quamvis aliquo tempore ſuum populum habuit, cum illum homines non in ipſius honorem

1 *QVamdiu non ſeriam*] Sic quidem Pincianus. Sed Eraſmus, Pall. Hug. & Voſſianus: *tanquam diu non ſeriam rem agam*. Fortaſſe: *qui tamdiu*. Statim & Voſſianus: *Hoc habent ſcholaſticorum ſtudia: leviter tractata delectant*. Membranaceus: *leviter tacta*. Gronovius.

2 *Admittite vel adactum jurejurando*] Et hoc à Pinciano, quicum & membranaceus excerptorum Voſſianus, & quidam Gruteri. Chartaceus tamen, ille quinque librorum integrior, & Pal. alius & Eraſmus, *dimittite*. Statim pro eo, *quod affirmem*, iidem tres, *quod ferme dixiſſe memini me*. Unus Pal. *quo affirmem*. Vereor ne ſcholio conſpurcatus ſit locus. Sic certe mihi videtur ſanior: *Sinite ergo me ſemel exhaurire memoriam meam, & dimittite vel adactum jurejurando, dixiſſe me quæ ſcivi*. Plane illa, *quod adfirmem*, vel, *quod memini*, ab auctore profecta non cenſeo, ſed eſſe interpoſita ab aliquo, qui formulam jurisjurandi non bene adhærere præcedentibus putabat. *Idem*.

3 *L. A-*

rem laudarent, ſed in ſoceri ferrent: quomodo [3] L. Aſprenas, aut [4] Quinctilianus ſenex declamaverit: tranſeo iſtos, quorum fama cum ipſis extincta eſt.[5] De Scauro ſi me interrogatis, cum illum mecum audieritis, iniqui eſtis. Non novi quenquam, cujus ingenio P. R. pertinacius ignoverit. Dicebat negligenter ſæpe cauſam in ipſis ſubſelliis: ſæpe, dum amicitur, dicebat: deinde litiganti ſimilior quam agenti, cupie-

3 *L. Aſprenas*] Fortaſſe, P. frater. *N. Faber.*

4 *Quinctilianus*] Avus ne M. Fabii Quinctiliani Rhetoris, cujus elegantiſſimi & doctiſſimi oratoriarum inſtitutionum libri frequentantur? Non puto. Is enim patris ſui declamatoris mentionem facit, nullam avi. Quemadmodum etiam non exiſtimo quæ Quinctiliani vulgatæ ſunt 145. ex majore numero ſuperſtites declamationes, hujus eſſe Quinctiliani, de quo quærimus. Nam quomodo exſtinctis & obliteratis tot egregiorum oratorum vigiliis, Aſiniorum dico, Paſſienorum, Viniciorum, Porcii Latronis, Gallionis, ceterorumque primæ claſſis, ad nos uſque perdurare potuerit, qui vix quidem ſuo tempore innotuit, & cujus memoriam cum eo exſtinctam noſter auctor ait? Et ſane illæ declamationes felicis Auguſti ſæculi vel ingenium, vel loquendi formulam non ſapiunt. Nam declamator ille ſemper advocati nomen pro patrono uſurpat, quod ante Neronis ſæculum factitatum non fuiſſe, ab aliis obſervatum eſt. Supra declamatione 2. lib. 6. Advocatus is dicitur qui cauſam egit, ſed ex excerptis ea ſunt, in quibus qui collegit quædam mutavit, & ad ſuum captum accommodavit. At vero in controverſiis integris aperte ubique, quemadmodum apud cæteros hujus ſeculi auctores, hæc diſtinguuntur vocabula ſupra declamatione 4. lib. 9. *Scio*, inquit, *Mentonem uſum non patrono patre, ſed advocato:* Meminit idem declamator legis quæ in triceſimum diem pœnalia judicia differt, quæ ſive Tiberianum eſt Senatuſconſultum, ſive Theodoſii lex, ſub Auguſto floruiſſe non potuit, qui illius legis mentionem facit. Nec tamen earum auctor dictu facilis, cum veteres unius tantum Quinctiliani Rhetoris & declamatoris meminerint, quem in declamationibus laudant, nempe iis integris, quæ poſt oratorias inſtitutiones, velut ejuſdem auctoris eduntur. Ita enim B. Hieronymus ad Præſidium controverſiæ meminit, in qua pauper dolet ob interitum apum floribus ab impotentiſſimo divite venenatis: & in Præfatione ad Quæſtiones Hebraïcas, quæ ex Quinctiliano de ſe dicit, *latentem invenit invidia*, ex eadem ſunt controverſia. Quo fit ut vero ſimile ſit illas recentioris cujuſdam auctoris eſſe, quibus quia auctor ignorabatur, Quinctiliani notiſſimi declamatoris nomen adſcriptum ſit. Ita enim Trebellius Pollio in Poſtumo juniore, Poſtumi declamationes Quinctiliani declamationibus ſuæ ætate inſertas teſtatur, de quibus tamen judicium ſuſtineo. *Idem.*

5 *De Scauro*] Mamercum Scaurum intelligit, cujus apud Tacitum lib. 6. hoc legimus elogium. *Mamercus dein Scaurus*, inquit, *rurſum poſtulatur, inſignis nobilitate & orandis cauſis, vita probroſus.* Et lib. 3. *Satisfactum Corbuloni per Mamercum, qui patruus ſimul ac vitricus Sullæ & oratorum ea tempeſtate uberrimus erat.* Sane impuritate vitæ quam eloquentia notior eſt antiquorum ſcriptis. de quo infra in Suaſoriis. *Idem.*

6 Libelli

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

cupiebat evocare aliquam vocem adverſariorum, & in altercatione vires ſuas noverat. Nihil erat illo venuſtius, nihil paratius: genus dicendi antiquum, verborum quoque non vulgarium gravitas, ipſe cultus habituſque corporis, mire ad auctoritatem oratoriam aptatus. Sed ex iis omnibus ſcire poſſes, non quantum oratorem præſtaret Scaurus, ſed quantum deſereret. Pleræque actiones malæ, in omnibus tamen aliquod magni neglectique ingenii veſtigium extabat. raro aliqua actio bona, ſed quam fortunæ imputares. Sed illum longa, immo perpetua deſidia eo perduxerat, ut nihil curare vellet, nihil poſſet. Orationes ſeptem edidit, quæ deinde ſenatuſconſulto combuſtæ ſunt. Bene cum illis ignis egerat. Sed extant [6] libelli, qui cum fama ejus pugnant, multoque diſſolutiores ipſis actionibus. Illas enim cum deſtitueret cura, calor adjuvabat: hi caloris minus habent, negligentiæ non minus. Declamantem audivimus [7] noviſſime quidem cum M. Lepido ita, ut, quod diffi-

6 *Libelli, qui cum fama ejus lugent*] Utrumque enim male audit, inquit Faber: male antea, *pugnant*, legebatur. Immo profecto bene ſic Eraſmus & Pal. & Voſſianus: male vero *lugent*. Quomodo enim lugent libelli? quis atratos eos & ſordidatos fecit? Accipit Faber, quod nos ei non damus, Scauro famam non fuiſſe boni oratoris; quod contra omnia, quæ præceſſerunt, Senecæ. Tacitus in tertio annalium *oratorum ea ætate uberrimum* vocat: & in ſexto *inſignem nobilitate & orandis cauſſis, vita probroſum*. Si autem per *famam* intelligit opinionem de vita & moribus hominis, non ideo magis luxerunt ejus libri quam Salluſtiani. Utroque autem modo recte dicitur, *pugnare libellos cum fama:* ſi ut vita probroſi, qui ipſi bene moratum & plenum officii præferunt; ſi ut boni oratoris, qui, quod Fabius ait de ſcriptis Hortenſii, intra famam ejus ſunt, gloriæ non reſpondent. Et hoc poſterius malo: ſequitur enim: *illas enim cum deſtitueret cura, calor adjuvabat: hi caloris minus habent, negligentiæ non minus.* Sic enim legendum, & libri ſic mss. meliores. Phraſis Controverſ. 21. *ineptiſſimum eſt luctari cum materia, & longe arceſſere.* Controv. 14. *Alter annos ſequitur, alter ſenectuti repugnat.* Præfat. lib. 4 excerpt. *Ut appareret hominis naturam contumacem cum fortuna ſua rixari.* Seneca fil. epiſt. 47. *Alius vini miniſter in muliebrem modum ornatus, cum ætate luctatur.* Plutarchus in Theſeo: Οἱ δὲ Μεγαρόθεν συγγραφεῖς ὁμόσε τῇ φήμῃ βαδίζοντες, καὶ τῷ πολλῷ χρόνῳ, κατὰ Σιμωνίδην, πολεμοῦντες. Hieronymus in Sabinianum: *Super hæc, unguenta fragras, & mutas balneas, & contra renaſcentes pilos pugnas.* Gronovius.

7 *Noviſſime quidem cum M. Lepido*] Is eſt fortaſſe quem ſupra Neronis præceptorem dixit. *N. Faber.* Præpoſitio non eſt in tribus Gruteri, nec in Pinciani libris, nec in Voſſiano & Hug. ſed & priſcæ editiones illam ignorant.

Videtur

difficillimum erat, ſibi diſpliceret. [8] De Labieno interrogatis? Declamavit non quidem populo, ſed egregie. Non admittebat populum: & quia nondum hæc conſuetudo erat inducta, & quia putabat turpe ac frivolæ jactationis. [9] Affectabat immo cenſorium ſupercilium, cum alius animo eſſet. Magnus orator, qui per multa impedimenta eluctatus, ad famam ingenii confitentibus magis hominibus pervenerat, quam volentibus. Summa egeſtas erat, [10] ſumma infamia, ſummum odium. Magna autem debet eſſe eloquentia, quæ invitis placeat. cum ingenia favor hominum oſtendat, favor alat, quantam vim eſſe oportet, quæ inter

Videtur eſſe, quale Controv. 21. *In hac controverſia cum L. Lamiæ filio declamaret, dixit ſententiam.* Præfat. lib. 3. *Quum populo diceret, omnes vires ſuas advocabat.* Et Suaſoria 2. *Hic eſt Corvus, qui cum tentaret ſcholam Romæ, Summo illi, qui Judæos ſubegerat, declamavit controverſiam.* Corruptum haud dubie, *Summo:* quicquid Schottus intelligat Cn. Pompeium, & de induſtria nomine abſtinuiſſe Senecam cenſeat, quod illud odioſum eo tempore eſſet. Nam de Curtio ne ipſe quidem ſperat quid boni. Scriptus, *Sunio.* Fortaſſe, *Soſio illi.* Vide Dionem, Joſephum, Hegeſippum. *Idem.*

8 *De Labieno*] Miror hiſtoriographos, qui Auguſti vitam ſcripſerunt, & maxime Suetonium in recenſendis Imperatorum facinoribus malis etiam curioſum, tam novum illud ſupplicii genus, mortemque nobilis & clari viri non vulgarem ſilentio præteriiſſe. ille enim auctor ſolum in Caligula ſcriptum reliquit, Caium T. Labieni ſcripta Senatuſconſulto abolita requiri, & eſſe in manibus, permiſiſſe. Is autem Labienus nepos fortaſſe T. Labieni fuit ejus, qui cum egregiam Julio Cæſari operam in Gallia navaſſet, bello tamen civili à partibus optimatium ſtetit, & filius ejus, quem Parthorum auxilio pop. Rom. bellum indixiſſe, Mylàſamque in Hybreæ contumeliam & vindictam diruiſſe Strabo lib. 13. & Dio lib. 48. produnt. Tribus enim illis Titi prænomen fuit. Cujuſcujus filius fuerit, gentis ſuæ ferociam animo retinuiſſe conſtat, & ut animi quibuſdam vitiis, ita etiam in loquendi libertate & magnis ingenii virtutibus clarum extitiſſe. ejus auctoritate & ſcriptis utuntur Quinctilianus cap. 9. lib. 1. & 3. lib. 9. & Soſipater. N. *Faber.*

9 *Faciebat enim cenſorium*] Sic libri Pinciani, qui mallet ipſe: *Faciebat ei c.* Eraſmus: *affectare cenſorium.* Pal. & Schotti, *affectantem immo.* Voſſianus, *affectarem immo.* Hadrianus Junius: *affectabat enim.* Legimus: *Affectabat immo cenſorium ſupercilium.* Dixerat, non admiſiſſe populum, quod id putaret turpe ac frivolæ jactationis. Addit, quod eſt amplius, ultro etiam ſupercilium cenſorium induebat. Obſervavimus pluſculos veterum locos eſſe corruptos ab illis, quibus uſus particulæ, *immo*, poſt aliud verbum à fronte periodi minus familiaris. *Gronovius.*

10 *Summa infamia, ſummum odium*] Ut eum adverſarii patronum Aſinius Pollio pro Urbiniæ hæredibus inter argumenta malæ cauſæ poſuerit. Quinctilianus cap. 1. lib. 4. N. *Faber.*

10 Ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

inter obſtantia erumpat? Nemo erat, quin, cum homini omnia objecerat, ingenio multum tribueret. Color orationis antiquæ, vigor novæ. Cultus inter noſtrum ac prius ſeculum medius, ut illum poſſet utraque pars ſibi vindicare. Libertas tanta, ut libertatis nomen excederet: &, quia paſſim ordines hominesque laniabat, Rabienus vocaretur. Animus per vitia ingens, & ad ſimilitudinem ingenii ſui violentus, & qui Pompeianos ſpiritus nondum in tanta pace poſuiſſet. In hunc primum excogitata eſt nova pœna. effectum eſt enim per inimicos, ut omnes ejus libri incenderentur. Res nova & inſueta, ſupplicia de ſtudiis ſumi. Bono hercule publico, iſta in pœnas ingenioſa crudelitas poſt Ciceronem inventa eſt. Quid enim futurum fuit, ſi ingenium Ciceronis triumviris libuiſſet proſcribere? Sunt dii immortales lenti quidem, ſed certi vindices generis humani, & magna exempla in caput invenientium regerunt: [11] ac juſtiſſima patiendi vice, quod quiſque alieno excogitavit ſupplicio, ſæpe expiat ſuo. Quæ vos, dementiſſimi homines, tanta vecordia agitat? parum videlicet in pœnas notæ crudelitatis eſt. conquirite in voſmet ipſos nova, quibus pereatis: & ſi quid ab omni patientia rerum natura ſubduxit, ſicut ingenium memoriamque nominis, invenite quemadmodum [12] perducatis ad eandem rem corporis mala.

11 *Ut juſtiſſima patiendi* &c. *excipiat ſuo*] Mss. mei quinque, *ac juſtiſſima*: Pal. quoque pr. *emittat*, pro *excipiat*: inquit Gruterus. Sane & chartaceus, *ac* &c. *emittat*. Sed conſideranda membranacei Voſſ. ſcriptura, ex qua apparet, non temere omnes alios libros *ac* ἀντὶ τοῦ *ut* habere: *ac juſtiſſima patiendi vice, quod quiſque alieno excogitavit ſupplicio, ſæpe expiat ſuo*. Quid dico, conſideranda eſt? immo vera eſt. Phraſis & probiſſima & frequentiſſima. Livius, lib. 8. *expiandum id bellum magna mercede luendumque eſſe*. Lib. 37. *ut à vobis quæramus, Romani, quo piaculo expiare errorem regis, pacem veniamque impetrare à victoribus poſſimus*. Seneca Medea: *Morte quod crimen tener expiavit?* Fuerat hoc Lipſio obſervatum, ſed corruptus à corruptis libris, in quibus *emittat*, labitur eo, ut penè verius putet, *initiet ſuo*. Quod tamen, præter phraſeos inſolentiam, ne rei quidem convenit: nam Labieni utique libri prius ſunt combuſti, quam ejus, qui hanc in eum ſententiam dixerat. *Gronovius*.

12 *Perducatis ad eandem rem corporis mala*] Quid velit dicere hoc loco, percipere mihi videor. Exaggerat enim eorum crudelitatem, qui non contenti in ea ſævire, quæ ſævitiæ obnoxia ſunt,

mala. Facem ſtudiis ſubdere, & in monumenta diſciplinarum animadvertere, quanta & quam non contenta certa materia ſævitia eſt? Dii melius! quod eo ſeculo iſta ingeniorum ſupplicia cœperunt, quo & ingenia deſierunt. Ejus, qui hanc in ſcripta Labieni ſententiam dixerat, poſtea viventis adhuc ſcripta combuſta ſunt: jam non malo exemplo, quia ſuo. Non tulit hanc Labienus contumeliam, nec ſuperſtes eſſe ingenio ſuo voluit, ſed in monumenta ſe majorum ſuorum ferri juſſit, atque ita includi: veritus ſcilicet, ne ignis qui nomini ſuo ſubjectus erat, corpori negaretur: non finivit tantum ſe ipſe, ſed etiam ſepelivit. Memini aliquando cum recitaret hiſtoriam, magnam partem convolviſſe, & dixiſſe: Hæc quæ tranſeo, poſt mortem meam legentur. Quanta in illis libertas fuit, quam etiam Labienus extimuit? Caſſii Severi, hominis Labieno junctiſſimi, belle dicta res ferebatur. Illo tempore quo libri Labieni ex SC. urebantur: Nunc me, inquit, vivum uri oportet, qui illos edidici. Monſtrabo vobis bellum libellum, quem à Gallione veſtro petatis. [13] Recitabit reſcriptum

ſunt, etiam ad ea conantur crudelitatem ſuam extendere, & eiſdem corporis malis ſubjicere, quæ natura pati non poſſunt. quale eſt ingenium, & quæ ex ingenio fama nominis propagetur. Quomodo autem dicat, non video. Nam illud ſignificare non poſſunt hæc verba, *ad eandem rem corporis mala.* Optimus P. Pithœi codex habebat *ad eandem corporis:* quibus poſtea ſupraſcriptæ ſunt duæ illæ voculæ *rem & mala.* ceteri nihil mutant: nihilominus tamen locum corruptum exiſtimo. vide igitur ne legendum ſit, *ad eadem corporis mala,* id eſt, ad eadem mala, quibus corpus obnoxium eſt. *N. Faber.* Quid velit dicere hoc loco, percipere mihi videor, inquit Faber: quomodo autem dicat, non video. Nam illud ſignificare non poſſunt hæc verba, *ad eandem rem corporis mala.* Pithœi codex: *ad eandem corporis:* quibus poſtea ſuperſcriptæ ſunt duæ voculæ, *rem & mala.* Ceteri nihil mutant. Vide igitur, ne legendum ſit: *ad eadem corporis mala.* Sic ille. At nihil eſt mutandum. Dicit inveniſſe eos homines, quomodo ad ingenium & memoriam nominis, quæ ab omni patientia rerum natura ſubduxerit, perducerent corporis mala. *Ad eandem rem* eſt, ad ingenium memoriamque nominis. Eſt enim vocabulum *res* generale, quod ad omnia poteſt referri: & hic idiotiſmus Cæſari in primis & Salluſtio frequentatus. Cæſar lib. 4 de Gallico: *Vinum ad ſe importari non ſinunt, quod ea re ad laborem ferendum remolleſcere homines atque effeminari arbitrantur.* Gronovius.

13 *Recitavit reſcriptum Labieni*] Uterque Voſſianus, *Labieno.* Nec ſecus reperit Schottus. Unde, inquit, non nemo conjiciat legendum: *Recitavit reſcri-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ptum Labieno pro Batyllo Mæcenatis, in quo ſuſpicietis adoleſcentis animum, illos dentes ad mordendum provocantis. Puto, jam nihil, quod interrogetis, reſtat. Muſa rhetor, quem interdum ſoletis audire, licet Mela meus contrahat frontem, multum habuit ingenii, nihil cordis. Omnia uſque ad ultimum tumorem perducta, ut non extra ſanitatem, ſed extra naturam eſſent. Quis enim ferret hominem de ſiphonibus dicentem, *Cælo repluunt*: de ſparſionibus, *Odoratos imbres*: & in cultum viridium, *Cælatas ſilvas*: & in pictura, *Nemora ſurgentia?* Aut illud quod de ſubitis mortibus memini eum dicentem, cum vos me illo perduxiſſetis; Quicquid avium volitat, quicquid piſcium natat, quicquid ferarum diſcurrit, noſtris ſepelitur ventribus. Quære nunc, cur ſubito moriamur: mortibus vivimus. Non ergo, & ſi jam manumiſſus erat, debuit de corio ejus nobis ſatisfieri. Non ſum ex judicibus ſeveriſſimis, qui omnia ad exactam regulam redigam. Multa donanda ingeniis puto: ſed donanda vitia, non portenta ſunt. Si qua tamen tolerabiliter dicta ſunt, non ſubtraham, ne plura videantur, vel ſubjicietis vos. Oſcus non incommode dixit, ſed ſibi nocuit, dum nihil ſine ſchemate dicere cupit. oratio ejus non figurata erat, ſed prava. Itaque non inurbane Pacatus rhetor, cum illi Maſſiliæ mane occurriſſet, ſchemate illum ſalutavit. Poteram, inquit, dicere: Ave, Oſce. Ipſe ab eloquentia multum aberat, natus ad contumelias omnium ingeniis inurendas. Nulli non impreſſit aliquid, quod effugere non poſſet. Ille Paſſieno, prima ejus [14] ſyllaba in Græcum mutata, obſcœnum nomen

reſcriptum Labieno pro Bathyllo & à Mæcenate. Certe male conjiciat. Non enim Mæcenas reſpondit Labieno, ſed Gallio. Lege, ut fere ex ſuis libris notat Pincianus: *Recitabit reſcriptum Labieno pro Bathyllo Mæcenatis.* Marcus indicium filiis facit libri belli, quem jubet à Gallione peti. Quod ſi feceritis, inquit, ille præleget vobis aut recitabit, quid ipſe reſcripſerit Labieno pro Bathyllo. Præfatione tertia: *illius orationes non legunt, niſi eas, quibus Ceſtius reſcripſit.* Mox, *illos dentes*, intellige Labienum vel amaritudinem ejus, ob quam Rabienus vocabatur. *Gronov.*

14 *Syllaba in Græcum mutata*] Nemo non ad hunc locum aliquid conatus eſt. Æmarus Ranconetus vir excellentis

nomen impoſuit, [15] declamatori ſubtili, ſed arido. Ille
ſparſo dixit, ſcholam communem cum rhetore quodam
habenti: Tu potes controverſiam intelligere, qui non in-
telligis te laterem lavare? Sparſus autem dicebat valenter,
ſed dure. Ad imitationem Latronis ſe direxerat: non ta-
men unquam ſimilis illi erat, niſi cum eadem diceret. U-
tebatur ſuis verbis, Latronis ſententiis. Cum Baſſo certa-
men illi fuit, quem vos quoque audiſtis, homine diſerto:
[16] cui demptam velles, quam conſectabatur, amaritudinem
& ſimulationem actionis oratoriæ. Nihil indecentius, quam
ubi ſcholaſticus forum, quod non novit, imitatur. Ama-
mam itaque Capitonem, cujus [17] declamatio eſt de Popilio
hæc quæ meo Latroni ſubjicitur. Bona fide Scholaſticus
erat: in his declamationibus, quæ illi bene ceſſerunt, nulli
non poſt primum Tetradeum præferendus. Primum Te-
tradeum quorum faciam, quæritis? Latronis, Fuſci, Al-
butii, Gallionis. Hi quotiens conflixiſſent, [18] penes Latro-
nem

…ellentis ingenii & judicii, legebat
…ima ejus ſyllaba in *Graſ.* mutata,
…empe ut Paſſienum Graſſienum vo-
…aret, velut hircoſum: quod ex cla-
…iſſimi atque eruditiſſimi Senatoris
…oan. Jacobi Lavernii libro manu e-
…iſdem Ranconeti hoc loco notato di-
…iciſſe lubens profiteor. *N. Faber.*

15 *Declamatori ſubtili, ſed arido*] …ane vero noſter auctor Paſſienum a-
…dum vocavit? At ſupra virum elo-
…uentiſſimum, & ſui temporis pri-
…um oratorem dixit. & ex his quæ in-
…a controverſia penultima habentur,
…nti nominis fuiſſe apparet, ut cum
…uguſtus Aſinium Pollionem Paſſie-
…o commendaret, Pollio ingenue faſ-
…s ſit, ideo tanti viri gratiam ſe com-
…ecti nolle, ne ejus claritudine ac
…lendore ipſius fama propius admota
…ſtingueretur. Et ſane ſuſpicor hæc
…anſpoſita, & ita reſtituenda ſuo lo-
…o: *obſcœnum nomen ei impoſuit. Ille
…parſo declamatori ſubtili, ſed arido di-*
…t, &c. *Idem.*

16 *Cui demtam velim quam conſectabatur*] Memb. *velis.* Chartaceus, *velles.* Quod verum puto. Mox idem: *ubi ſcholaſticus forum, quod non novit, imitatur.* Quo alludit Pal. exhibendo, *ſcholas, forum*, ut annotavit Gruterus. Nec poteſt ea vox deeſſe. *Imitari forum* eſt ea, quam dixit ſimulationem artis oratoriæ. *Gronovius.*

17 *Declamatio de Popilio*] In Controverſia de Popilio ſupra Capitonis nulla mentio, unde apparet multa deeſſe in Controverſiis. *N. Faber.*

18 *Penes Latronem gloria fuiſſet, penes Gallionem palma*] At qui fieri poteſt apud æquos judices, ut non penes eundem gloria, penes quem palma, & palma penes eum ſit, cujus eſt victoria? An quod cultior & ornatior Gallio ſuavitate ſua perfundebat animos auditorum, non perfringebat, & tantum concinnitatis ſuæ, quod de Demetrio Phaleræo ſcribit Cicero, memoriam, non quemadmodum Latro fortius & concitatius dicendi genus ſecta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

nem gloria fuiſſet, penes Gallionem palma: reliquos, ut vobis videtur, componite. Ego vobis omnium feci poteſtatem. hos minus nobiles ſinite in partem abire, Paternum, Moderatum, Fabium, & ſi quis eſt nec clari nominis, nec ignoti. [19] Cum in his ad ſatietatem veſtram me præſtiterim, permittite me mihi & aliquos, quos non noſtis, ex ſinu proferre: quibus quo minus ad famam pervenerint, non ingenium defuit, ſed locus. Bene declamavit [20] Gavius Silo: cui Cæſar Auguſtus, cum frequenter cauſas agentem in Terracinenſi colonia audiſſet, plenum teſtimonium reddidit. dixit enim, Nunquam audivi patremfamiliæ diſertiorem. [21] Erat qui patremfamiliæ præferret, oratorem ſubduceret. Partem enim eloquentiæ putabat, eloquentiam abſcondere. Solebat declamare ſtudioſe Turrinus Clodius, cujus filius fraterno vobis amore conjunctus eſt, adoleſcens ſummæ eloquentiæ futurus, niſi mallet exercere quantum habet, quam ſequi quantum conſequi poſſet. Sed Turrinus Clodius multum de viribus remiſerat, dum Apollodorum ſequitur, & ſummam legem dicendi eum putat. Tantum tamen illi ſuperfuit virium, quantum valeret, etiam ſi ars abeſſet. Sententias dicebat excitatas, inſidioſe aliquid petentes. Nunquam non de colore Latroni controverſiam fecit. Latro nunquam ſolebat diſputare in convivio, at aliquando declamare ex tempore ſolebat. Dicebat quoſdam

ſectatus τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις; ut in Gallione plus artis & cultus, in Latrone plus naturæ & virium fuerit. *N. Faber.*

19 *Dum in his ad ſatietatem*] Voſſianus: *Cum bonis ad ſatietatem.* Multo melius. Quoniam, inquit, me operamque meam ſatis præſtiti bonis declamatoribus commemorandis. Niſi malis, *notis.* Id enim videntur requirere ſequentia. *Gronovius.*

20 *Gavius Silo*] Male antea *Caius*, contra veteres libros, & rationem. Nuſquam enim noſter auctor ex prænomine, ſuos Rhetoras denominavit, ſed ex nomine, vel cognomine. Gavii autem nomen inter Romana nomina notum probavit doctiſſimus Carrio Emend. primo. *N. Faber.*

21 *Erat qui patremfamilias*] Corruptam lectionem librarii variando, ut apud Gruterum habetur, corruptiorem reddidere. Lege: *Erat cum patremfamilias præferret, oratorem ſubduceret.* Aliquando, inquit, in orando perſonam patrisfamilias præferebat, perſonam & artem oratoris diſſimulabat. *Gronovius.*

22 *Quam*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

lam eſſe colores, prima facie duros, aſperos: eos non poſſe, iſi actione probari. Negabat itaque ulli placere poſſe, niſi otum noſſent ſe, & ſuas vires, & illarum fiducia aliis me-uenda & prærupta evadere. Multa ſe non perſuadere ju-ici, ſed auferre. Turrinus contra nihil probare, niſi tu-um: non quia imbecillus erat, ſed quia circumſpectus. auſas nemo propoſuit diligentius, nemo reſpondit para-us: & pecuniam itaque & dignitatem, [22] quam primum provincia Hiſpania habuit, eloquentiæ debuit. Natus uidem erat patre ſplendidiſſimo, avo D. Julii hoſpite: d civili bello attenuatæ domus nobilis vires excitavit, & a ad ſummam perduxit dignitatem, ut, ſi quid illi de-uit, ſcias locum defuiſſe. Inde filius quoque ejus, id eſt, eus, (nunquam enim illum à vobis diſtinxi) habet in di-endo paternam diligentiam, quæ vires ex induſtria retun-it. Hoc & in ipſo genere vitæ ſequitur, ad ſumma eva-urus juvenis, niſi modicis contentus eſſet. ideo dignus t, cujus tam modeſtis cupiditatibus fortuna præſtet fi-em. Horum nomina non me à nimio favore, ſed à cer-poſuiſſe judicio ſcietis, cum ſententias eorum retule-, aut pares notiſſimum auctorum ſententiis, aut præfe-endas.

CON-

22 *Quam primum in provincia Hiſpa-t habuit*] Quum tangerent viri do-hunc locum, mirum eſt non vidiſ-, *primam*, ſcribendum. Refertur ad *nitatem*. Sic ſtatim: *domus nobilis vires excitavit, & ita ad ſummam perduxit dignitatem, ut ſi quid illi defuit, ſcias locum defuiſſe*. Quia nempe provinciales, non in urbe, honores adeptus eſt. *Gronovius*.

CONTROVERSIA XXX.

Lugens pauperis filius divitem ſequens.

Lex. Injuriarum ſit actio. *Thema. Quidam cum haberet filium, & divitem inimicum, occiſus, inſpoliatus inventus eſt. Adoleſcens ſordidatus divitem ſequebatur. Dives eduxit eum in jus, & poſtulavit, ſi quid ſuſpicaretur, accuſaret ſe. Pauper ait, Accuſabo, cum potero: & nihilominus ſordidatus divitem ſequebatur. Cum peteret honores dives, repulſus eſt. Accuſat injuriarum pauperem.*

PRO PAUPERE. *Vibii Galli.* Gratias diviti, quod quos odit, reos jam facere contentus eſt. interdiu publico nobis interdicitur: quærite quid nocte fiat. Non ambulabis, inquit, eadem via qua ego, non calcabis veſtigia mea, non offeres [1] delicatis oculis ſordidatam veſtem, non flebis invito me, non tacebis. perieramus, ſi hic magiſtratus eſſet. *Albutii Sili.* Quod ſordidatus fui, luctus eſt: quod flevi, pietas eſt: quod non accuſavi, timoris eſt: quod repulſus eſt, veſtrum eſt. Non taceam, qui adhuc vivo, quod tacui? Noſtis populi loquacis ſuſpiciones. Quare iſte honores illo vivo nunquam petiit? ego vero omnes quæſo, omnes ut me in inquiſitionem paternæ mortis adjuvent: & ad tua genua, dives, veniſſem, niſi timerem, ne invidiam tibi fieri diceres: & jam pridem hoc animo ſequor, occaſionem loquendi capto: nec mehercules poſſum dicere, inhumanitate tua fieri quod non audeo. ſed vitium me meum ſequitur. Taceo. utinam hoc vitium habuiſſet & pater. dum libere loquitur, multos offendit: neque te, puto, ſolum in civitate habuit inimicum. Ut iſte ait, cauſam meam populo probavi. *Julii Baſſi.* Quando autem iſtis divitibus non ſordidati ſumus? accuſa, inquit, pauper

CONTROV. XXX. 1 *Delicatis oculis ſordidatam veſtem*] Scriptus, *ſordidam.* Melius. inde enim *ſordidati.* Et ſic epitoma. *Gronovius.*

auper divitem, egens candidatum. ego accuſem? ambu-are mihi meo arbitrio non licet. In jus vocavit. Accuſa, nquit: reum me perage: perora. quis accuſare ſic loquen-em poteſt? Cur, inquit, me ſequeris? quaſi aliud iter pau-eres, aliud divites habeant. *Ceſtii Pii.* Non eſſem reus, ſi ccuſaſſem barba demiſſa. ſordidatus cum criminibus meis d vos veni. Omnia licet fiant, non deſinam inquirere ercuſſorem: & fortaſſe jam inveni. Quam ſubito pater neus in media civitate (Quid me intueris? quid obſervas? uid dicam?) ſubductus eſt. *Arellii Fuſci patris.* Incedere nagno comitatu, ſplendido cultu, non eſt fortunæ meæ: ta divites poſſunt: ſatis eſt, ſi vivimus. [2] Cum ſpoliatum adaver non ſit, quis fuerit percuſſor, neſcio. quiſquis fuit, uaſi dives ſpolia contempſit. Quare, inquit, me ſequeris er publicum? facinus indignum commiſſum eſt: dives & auper per eadem veſtigia inceſſimus. *Oſci.* Accuſa, in-uit. ubi eſt qui primo cœperat? Vellem pater meus quo-ue à te non diſceſſiſſet. viveret. Quare, inquit, me reum on facis? quia accuſatorem me non times. [3] Mortuo pa-re meo. metuo enim, ne quis injuriam ſibi fieri putet, ſi di-ero occiſum. Occiſus eſt pater meus? à quo? ſi permit-s, neſcio. *Junii Gallionis.* Quid iſte accuſanti feciſſet, qui erſequitur tacentem? cur non agis? quia vis tecum agi. Numquid nunc tibi injuriam facio, ſordidatus? quod reo cet, lugenti non licet? Quid potui patri meo minus præ-are? in honorem ejus veſtem mutavi. *Fulvii Sparſi.* Sor-idatus es, inquit, fles. hoc dicis; Pauperis occiſi filius pau-er es. Pater meus in media civitate ſalvis legibus occiſus t. quis hoc ſine lacrimis narrare poſſit? non deponam has ſordes,

2 *Cum ſpoliatum cadaver non ſit*] Voſ-nus & Cov. *cadaver meum inventum* . Lege: *Cum inſpoliatum cadaver eum inventum ſit.* Nam patris inter-cti corpus, affectus ergo, ſic appella-poſſe non abſurde videtur. *Gronov.*

3 *Mortuo patre meo*] Videtur con-nectendum cum membro præcedente: *quia accuſatorem me non times mortuo patre (timeo ne quis injuriam ſibi fieri putet, ſi dixero, occiſo).* Sic enim & vo-lunt ſcripti. Infra enim: *Non ſolebat vivo illo provocare nos, ut reus fieret.* Idem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ſordes, niſi invenero cui induam. Quis occidit patrem meum? neſcio. nihil amplius teſtari poſſum quam hanc vocem meam; Adhuc neſcio. Delibero interim, ut induam veſtem quam patri meo reliquit percuſſor. Cur me ſequeris? magiſtratus poſt terga ſua non ſummovent. *Argentarii.* Non vis patrem meum fleam? laceſſere nos ultro non ſolebat. *Clodii Turrini patris.* Quare, inquit, ſordes ſumpſiſti? quid igitur? ne lugebo quidem quem vindicare non poſſum; nulli injuriam facio niſi patri, quem adhuc tacitus fleo. *Porcii Latronis.* [4] Cujus neceſſarius, ita crudeliter interempti patris dolor eſt. Nihil fortius eſt, quam quod gemit. Accuſa, inquit, me. unde tam ſecurus es? inveniſſe videris, quis alius occiderit. Non erat præda quam graſſator ſequeretur, ſed erat virtus ſumma, firmiſſimum ignoti munimentum, contumax adverſus faſtidium divitiarum innocentia. Hæc ab inimico petita ſunt ſpolia. Neſcio, quomodo miſerum eſſe interdum in miſeria juvat, & plerumque omnis dolor per lacrimas effluit. Nimium funere noſtro exultat. Non ſolebat vivo illo provocare nos ut reus fieret. Si quis omnium [5] mortalium miſeriarum inter neceſſarias ſuper occiſum patrem lacrimas increditam adhuc inertiam miratus eſt, in hac indignitate præſentis periculi omnem ſuam ponat admirationem. Si pauper accuſandi divitis animos non ſumpſit, miramini? quia tacet, reus eſt. Per has lacrimas, per hunc ſqualorem, per hæc neceſſaria omnibus periclitantibus inſtrumenta, non invidioſum veſtræ miſericordiæ præmium petimus, ut abſoluto ſic eſſe tanquam reo liceat. Potens iſte & gratioſus, &, quod ne ipſe quidem negat, dives fuit, & qui nihil unquam ſibi putaret timendum, etiam reo. Creſcere deinde in dies odium alterius

4 *Cujus neceſſarius*] Petreius, *cuivis.* Forte: *Cujus neceſſarius ita crudeliter interemti patris dolor eſt, ejus nihil fortius eſt quam quod gemit.* Neminem offendat, *Cujus dolor patris interemti:* ſic enim Cicero, *Canum adulatio dominorum.* Gronovius.

5 *Mortalium miſeriarum*] Ms. *miſeria mihi inter.* Lego: *Si quis omnium mortalium miſeri filii inter neceſſarias ſuper occiſum patrem lacrimas increditam adhuc inertiam miratus eſt,* &c. *Idem.*

6 *Inter*

alterius impotentia, alterius libertate. Dives nihil aliud quam nos pauperes exiſtimare, nos nihil aliud quam innocentes, inter quotidianas acies ſemper invicti. quis de noſtra interim morte cogitaverit, neſcio: quod diſſimulari non poteſt, ſcio quis optaverit. Venit iſte cum turba clientium & paraſitorum, & adverſus paupertatem totam regiam ſuam effundit. Cur me non accuſas? non poſtulas? vix temperabat quin diceret: Quid ego in te accuſatorem non audeam, qui occidendum eum curavi, qui tantum mecum litigaverat? Civitates plerumque finitimæ inter repentinam diſcordiam bello tument. [6] Inter civilia bella tantum in ultionem ſatis eſt, quantum quiſque ad maledicendum occupavit. [7] M. Cicero qua violentia in abſentiam Metelli ſtrepit? M. Cato, Pulchro objiciente furtorum crimina, audivit. Quæ major indignitas eſſe potuit illius ſeculi, quam aut Pulcher accuſator, aut reus Cato? In Cn. Pompeium, terra marique victorem, fuit qui carmen componeret, uno, ut ait, digito caput ſcalpentem. Fuit aliquis qui licentia carminis tres auratos currus contemneret. M. Bruti ſacratiſſimam eloquentiam lacerat, cum quidam ejus civili ſanguine non inquinatas ſolum manus, ſed infectas ait: atque ille tamen, cum tres conſulatus, ac tres triumphos ſcinderet, adeo non timuit, ne eſſet reus, ut etiam diſertus eſſe curaverit. Solus hic eſt in veſtra civitate innocentior Catone, nobilior Metello, fortior Pompeio.

D I-

6 *Inter civilia bella tantum in ultionem*] Utinam quidem! Sed nimis notum eſt civilia bella æque ſanguine conſtare atque alia, & pro magnitudine urbium ſæpe majore. Recte Cov. & Chartaceus: *certamina:* Nam hoc vocabulum etiam civilibus controverſiis & perſecutionibus in publica pace convenit. *Gronovius.*

7 *M. Cicero qua violentia*] Abſit ut noſter auctor fulmen illud dicendi ſtrepere dixerit, aut Cicero in maximum & conſtantiſſimum virum unquam ſtylum ſuum ſtrinxerit: qui vix octo annos natus erat, cum in exilium Marcellus pulſus eſt. quod ſatis ex Gellio cap. 28. lib. 15. & eodem Cicerone in orat. pro Sextio Balbo, & in Piſonem, clarum eſt. Locus igitur corruptus eſt. aliquando putavi legendum *Cn. Carbo*, quem ex hiſtoria conſtat ſuis ſeditioſis concionibus, ut abſens Marcellus hoſtis judicaretur, effeciſſe. Sed quam longe à veteri ſcriptura? *N. Faber.*

DIVISIO. Latro ſic diviſit, An in re injuria ſit. Nulla, inquit, injuria eſt. [8] Sordidatus ſum, inquam: multi faciunt. Omnia injuriæ genera comprehenſa ſunt. pulſare non licet, convitium facere contra bonos mores non licet. Hoc loco *Scaurus* dixit: Nova formula injuriarum componitur, quod nihil contra bonos mores fecit. Etiam ſi in re injuria eſt, An, ſi non malo animo fecit, tutus ſit. An malo animo faciat. Hoc *Latro* in duas quæſtiones diviſit. [9] An, ſi credidit, ab hoc ipſo patrem ſuum occiſum, & propter hoc ſecutus eſt, ignoſcendum illi ſit. Deinde, An credidit. *Gallio* illam primam fecit quæſtionem; An, quod liceat cuiquam facere ſi faciat, injuria non teneatur. Licet, inquit, flere, licet ambulare qua velis, [10] ſumere nihil, inquit, ut & alienum injuriarum facere. Sordidatus es, non queror: ſed ſi ſordes tuæ invidiam mihi concitant, queror.

Color. De colore quæſitum eſt. Quidam aperte invecti ſunt in divitem: quidam ex toto nihil dixerunt: quidam ſecuti ſunt mediam viam. Cum præter hæc nihil ſit, *Latro* volebat videri inveniſſe quartum genus, ut hoc modo in divitem diceret: Tu quidem non feciſti, ſed tamen ego habui cauſas propter quas poſſem decipi, & de te aliquid fruſtra ſuſpicari, quia inimicus eras, quia inſpoliatus pauper inven-

8 *Sordidatus ſum, inquam*] Vereor ne hoc loco vera lectio exſcribentes fugerit. Potius enim legendum videtur: *Sordidatus ſum? injuriam nulli facio. Omnia injuriæ genera*, &c. Et ad finem ſententiæ, poſt hæc: *convicium facere contra bonis mores non licet:* vel addendum, vel intelligendum eſt, *nulli ſordidatum eſſe non licet:* quæ ſi non ad textus emendationem faciant, ad intelligentiam tamen conducunt. *Nic. Faber.*

9 *An ſi credidit, ob hoc ipſum*] Lego, *ab eo ipſo patrem ſuum occiſum*, id eſt à divite. *Idem.*

10 *Sumere nihil, inquit, ut & alium*] Non multum à veſtigiis editæ lectionis & vitiatæ diſcedemus, propiuſque à ſana lectione fortaſſe ſtabimus, ſi legamus, *licet, inquit, flere, licet ambulare qua velis: ſed nihil, inquit, licet in alienam injuriam facere:* quod & quæ ſequuntur, verum probant. In edicto autem Prætoris cautum erat: *Ne quid infamandi cauſa fiat. Proinde*, addit Ulpianus lib. 77. ad edictum, *quodcunque quis fecerit, vel dixerit, ut alium infamet, erit actio injuriarum. Hæc autem fere ſunt, quæ ad infamiam alicujus ſunt: ut puta, in invidiam alicujus veſte lugubri utitur, aut ſquallida, aut ſi barbam dimittat*, &c. *Idem.* Optime hic Faber: unam tantum voculam mutatam velim, *invidiam*, pro *injuriam*. hoc modo: *ſed nihil, inquit, licet in alienam invidiam facere.* Gronovius.

[11] inventus eſt, & cetera. Hoc eſt autem medium illud genus, nec dimittendi divitem, nec accuſandi. Nam & dimittere non debet quem diſtulit: & accuſare ob hoc ipſum non debet, quia diſtulit. *Albutius* nihil dixit in divitem. Hoc colore declamavit: Committit injuriarum, inquit: [12] ſi quem non poſtulavit, accuſat. Quare, inquit, ſequeris me? ut aliquando mei miſerearis, ut deſinas afflictam domum perſequi, ut ſcias, me in hoc habitu accuſare non poſſe, ut concupiſcas gloriam vindicatæ mortis. Tu ſolus potes, ſi voles, invenire quis occiderit, tu accuſare. At me quidam propter hoc ſuſpectum habent. Potes diſcutere illam ſuſpicionem. quære, quis fecerit. Ut ſcias, inquit, te invidiam mihi facere: cum dixiſſem, Accuſa me: non negaſti te accuſaturum, ſed reſpondiſti, Accuſabo, cum potero. Ignoſce mihi, non magis adhuc quemquam accuſare poſſum, quam abſolvere. quæro quis fecerit. Hæc levia argumenta ſunt, hæc vana ſunt quæ alios tangunt: quod inimicus eſt, quod ille inſpoliatus inventus eſt, non eſt quare accuſem. eſt quare ſuſpicer. *Rufus Vibius* hoc colore poſuit: Sordidatus ſum, lugeo: ſequor te, ut tutior ſim: timeo neſcio quem, illum qui patrem meum occidit. ſcio me, quamdiu tecum ſum, perire non poſſe. Dum hunc colorem ſequitur *Murrhedius*, ineptiſſime dixit: Quare te ſequor? pater meus, quia ſolus inambulat, occiſus eſt. *Oſci* color non placuit Gallioni. Sequor, inquit, ut inveniam quis fecerit. hoc mecum cogito: Quiſquis eſt ille qui fecit, volet hoc inimico imputare, ad divitem veniet. Multo, inquit, hoc injurioſus eſt, ſi inquirendi cauſa facit, ſi non tantum in convitium, ſed periculum divitis ſequitur. *Gallio* ſubtiliter agendum putavit, & ad poſitionem controverſiæ

11 *Inventus eſt. Hoc eſt autem*] Auctior ſcriptus: *quia inimicus eras, quia inſpoliatus pauper inventus eſt, & cetera. Hoc autem.* Gronovius.

12 *Si quem non poſtulavit*] Veteres editiones legunt, *ſiquidem non poſtulavit*, cæteræ: *ſi qui non poſtulavit*: Neutram ſanam, ne hanc quidem Romanam arbitror. Quare locus aſteriſco notandus. N. *Faber.*

ſiæ colorem actionis dirigendum, ut diceret: Suſpicor à te patrem meum occiſum. quis enim illum alius oderat magis? quis impotens alius eſt? veſtem enim illius ſine dubio neſcio quis percuſſor non concupiſcebat. Dicet aliquis: Quid ergo? ſi inimicus eſt, protinus interfector eſt? non. ideo non accuſo. *Hiſpo Romanus* palam accuſavit, & dixit: Non cauſam ſibi deeſſe; ſed vires. etiam hanc ſententiam in prooemio, magno cum aſſenſu hominum dixit: Eum accuſatorem habeo, qui ſe reum non eſſe miratur. *Baſſus Julius* in hac controverſia dixit: Quare me ſequeris per publicum? facinus indignum, Judices, factum eſt, pauper & dives eandem terram calcamus. Conſectari autem ſolebat res ſordidas, & inveniebat qui illas unice ſuſpiceret. Memini, illum declamantem declaraſſe controverſiam de lenone, qui decem juvenibus denuntiavit, ne in lupanar accederent, & foveam igne repletam terra ſuperjecta obruit, in quam adoleſcentibus lapſis & conſumptis accuſatur reipublicæ læſæ. Apud illum declamantem Albutius faſtidioſus [13] auditor, eos quibus invidere poterat, admirabatur. Hanc Baſſi ſententiam non mehercules referrem, ſi canem ad oſtium alligaſſes. Idem Latronis illas ſententias aiebat tumidas magis eſſe quam fortes. Summa hominum admiratione circumferebantur: Lugent argumenta patres, & oſſa liberorum conjectura dividunt. & illam: [14] Producta ſacer-

13 *Auditor eos quibus invidere poterat*] Hæc inter ſe parum conveniunt, faſtidioſum eſſe, & eos quibus invidere poſſis, admirari: hoc bonitatis, illud moroſitatis & pene malignitatis eſt. Nimirum ſic eſt inſtaurandus locus mire turbatus: *Apud illum declamantem Albutius, faſtidioſus auditor eorum, quibus invidere poterat, admirabatur hanc Baſſi ſententiam: Non mehercules te ferrem, ſi canem ad oſtium alligaſſes.* Cujus partem vidit Gruterus. Significat, ne ferendum quidem, oſtiario cane arceri adventores à lupanari. *Gronovius.*

14 *Producta ſacerdos tuam*] Scripti: *ſacerdote ſtatuam.* Gruteri amicus: *Producta ſacerdos ſtatua eſt.* Sed nec ſtatuæ huc nec ſacerdotes pertinent: quorum hi ex corruptis literis, illæ ex ſupplemento librariorum exſtitere: nam ex *uam*, quod fuit in aliquo antiquiſſimo, pro *viam*, alius *tuam*, alius *ſtatuam* fecit. At Latro dixerat: *Perductor accendit viam.* Noti *perductores* ex Plauto, Cicerone, Aſconio, à lenonibus tunica tantum diſtantes. *Accendere viam* acute dixit, qui igne obſtruit. *Idem.*

15 *Lu-*

ſacerdos tuam. & illam: Super cineres liberorum noſtrorum [15] lupanar de * quantum eſt. Ipſe utique laudabat: itaque docuerat. Nam in hac ipſa controverſia ne Baſſus quidem videbatur aliquid dixiſſe ſordidius. dixit ipſe: Itane peribunt decem juvenes propter dipondios tuos? *Eucte-mon* à filii parte, cum patrem ſuum narraſſet ſolum ſine comite oppreſſum & occiſum, dixit: Διὰ τοῦτο ἀσφαλέστατόν ἐστι [16] μετὰ πλουσίων περιπατεῖν. & idem: Διὰ τί σιγῶ; ὁ πατήρ μου λέγων ἀπέθανεν. *Hermagoras* dixit: κλίσωμεν ἰδίᾳ, ὦ πένητες, πόλιν· οἱ γὰρ πλούσιοι τὴν αὐτῶν. Illud in narratione: ὑπὸ τίνος ἀνῃρέθη, οὐκ οἶδα. Ἔχει ἐχθροὺς φύσει τά τε ἀῤῥοῦσα γῆς, * καὶ ἡ τὸ ῥεῖν ὕδωρ γίνηται. * al. v. c. καὶ ἡ ῥεῖν δυναμένη. *Artemon* dixit: ὅταν εὕρω τὸν φονέα, τότ' εὖ γράψομαι. καὶ ποτὲ δεῖ ἂν εὕρω πένητα.

CONTROVERSIA XXXI.

Vir fortis, non cedens forti patri.

Lex. Vir fortis, quod primum volet, optet. Plures judicio contendant. *Thema. Pater & filius fortiter fecerunt. Petit pater à filio, ut ſibi cederet. ille non vult. judicio contendit. vicit patrem. petit pro præmio ſtatuam patri. pater ipſum abdicat.*

JUNII GALLIONIS. Quem optem hujus judicii eventum neſcio, cum crimen meum ſit, viciſſe. Videtis, quemadmodum in hoc quoque judicio opera ſua jactat: & miratur quiſquam, ſi hoc patre natus, gloriæ cupidior

15 *Lupanar de quantum eſt*] Fortaſſe, *Lupanar eſſe quantum eſt?* Cetera depono. N. *Faber.* Fortaſſe, inquit Faber, *lupanar eſſe quantum eſt.* Petreius, *dejectum eſt.* Schottus, nec videre ſe quicquam: nec judicare rem tanti, in qua deſudet, fatetur. Forte ſapientius. Tamen cogitare poſſis, vel eſſe legendum, *adæquandum eſt*: ut velit ſolo æquari lupanar, tanquam inferias quaſdam, exuſtis: vel, *adeundum*, aut *accedendum eſt*: quia ante limen ponitur foveam eſſe factam. *Gronovius.*

16 Μετὰ πλουσίων περιπατεῖν] Schottus: *cum divitibus ambulare.* Immo, *poſt vel ſecundum divitem.* Thema; *ſordidatus divitem ſequebatur.* Idem.

CON-

pidior eſt ? Faciles habetis partes, viros fortes jungite. Diſſidemus, quia nimium ſimiles ſumus. Cum exiremus in aciem, aiebat: Si adoleſcens eſſem, nemo pugnaret fortius. majorum quoque ſuorum virtutes referebat, ſed omnibus ſe præferebat. Cum ad ætatem tuam pervenero, non contendam cum ullo, quamvis ſi exemplum tuum ſequi voluero, etiam cum filio contendam. Quia patriæ judicium habeo, patris perdidi. Dicam abdicanti: Non luxuriabor, non amabo, hanc emendationem criminum meorum non poſſum promittere. ego vero pugnabo & fortiter, & fortiſſime. Vidi patrem jam ſenem loricam induentem, multum eſt, pugnare cum exemplo. Judicium vocatur, quo pater & filius ſpolia contulimus. Ecce amitto: ego tibi cedere poſſum, ſeni non poſſum. Quod contendi, legis: quod vici, judicium: quod pugnavi, patris eſt. volui cedere: concurrerunt juvenes, ætatis cauſa agebatur. Vici non filius patrem, ſed juvenis ſenem. Ego vici, ſed omnes patri gratulati ſunt. parui adoleſcens, magnis exemplis deceptus ſum, dum cogito mecum Horatium Etruſcas acies corpore ſuo ſummoventem, & Mucium in hoſtilia arma ruentem; & dum te, Deci, cogito, qui & ipſe noluiſti patri cedere. Tranſibo in ſubſellia tua, complectar invitum. licet repugnes, fortior ſum. *Fulvii Sparſi.* Neceſſe fuit mihi, fortiter militare: pugnandum habebam non imperatori tantum, ſed patri. Si tu viciſſes, diceretur: Patri ceſſit: abdicationem enim timuit. Solebas enim ſemper optare, ut contingeret tibi habere filium meliorem. Judicium vocas duplicem domus noſtræ triumphum ? *Clodii Turrini.* Tu Mucio diceres, Non eſt quod oſtendas iſtam manum ? Tu Scipioni poſt deletam Carthaginem, Tace ? Loquax eſt virtus, nec oſtendit ſe tantum, ſed ingerit. Aiunt etiam nunc quidam, Pater ceſſit filio, & in hoc abdicat, ut verum videatur fuiſſe certamen. Opta, pater, ut à nepote vincaris. Poſtea, inquit, fortiter pugnare poteris. unde ſcio ? vulneribus me ſenem feci. Quis te felicior ? tu omnes viciſti, te filius.

Quanto

Quanto honeſtius modo pater & filius inter ſe contende-rant, honeſtiorem facturus victum uter viciſſet. Dubito quid faciam. tace? ſed ſilentium videtur confeſſio. Nar-rem virtutes meas? ſed illud quoque novum accidit mihi, quod uni abdicato meas narrare non conceſſit. Proceſſi in ciem coram patre. Fortiter, inquit, pugna. Turpe eſt dolescenti, vinci à ſene. Avidus ſum gloriæ: hoc ſi vitium ſt, paternum eſt. fortis ſum: numquid improbas, pater? ut jam abdicabis, ſi viro fortiſſimo ſum fortior? dicam ta-nen audacter. Fortiſſimus ſum, nec timeo in ea civitate hoc rimen, in qua fortes etiam ſenes novimus. *Julii Baſſi.* Ad e quoque ignominiæ meæ pars redundat. Pudeat te, pa-ter, ſi à filio abdicando victus es. *Arellii Fuſci.* Ignoſce, ju-venis erravi: ambitioſus non ero, cum ſenex fuero. *Gabii Silonis.* Utrum putas viciſſe? ego præmium tantum habeo, u & præmium, & virum fortem. Permittente lege fecit, mmo in eadem re & habet legem, & timet.

DIVISIO. ***[1] Contra ait: Si quid fecit quod non icet, lex vindicabit: ſed quicquid licet, non oportet. Pater non queritur de ſcelere filii, ſed de officio. Deinde utatur quiſque ſua lege. tibi illud licuit, & mihi hoc licet. abdi-care liberos liceat. eſt aliqua lex, quæ filio patrem præfe-rat? Si poteſt abdicari, etiam propter id, quod lege per-mittente fecit. An abdicari etiam propter hoc non poſſit, quod præmium accepit. Non poteſt, inquit, in ea re pri-vatim puniri, in qua publice honoratur. Eidem rei non poteſt præmium dari, & nota denuntiari. Cetera jura, puto, paterno imperio ſubjecta eſſe: hoc jus majus eſt ce-teris, quod victoria de ſumma virtute quæritur. Non potes propter hanc legem filium abdicare, propter quam à filio victus es. Si poteſt abdicare, An debeat. hoc diviſit; An, etiam ſi non debeat cum patre contendere, ignoſcen-dum

CONTROV. XXXI. 1 *Contra* [*ait*] Hæc ſunt ex diviſione, cujus prin-cipium intercidiſſe patet: quæ paulo infra male in cæteris editionibus di-ſtincta eſt. *N. Faber.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

dum tamen ſit, ſi adoleſcens gloriæ cupiditate lapſus eſt. Deinde, An contendere debuerit. Tum, inquit, & honeſtum certamen erat, & tutum. Quid enim eſt glorioſius quam aut virum fortem vincere, aut vinci à filio? ſi non debuiſſet contendere, non viciſſet. Et potuit fieri, ut, ſi hic tibi ceſſiſſet, alius quis ad certamen procederet; qui nunc non proceſſit, quia ſciebat nihil ſibi profuturum, ſi te viciſſet, cum deberet à filio tuo vinci: nulla laus tua fuiſſet. apparuiſſet enim illam victoriam non viri fortis fuiſſe, ſed patris. ſilentio virtutes noſtræ tranſiſſent; nunc illuſtratus es, dum conferuntur. *Turrinus* hoc loco belle dixit:, Plures tibi invidere cœperunt, poſtquam victus es. Itaque novi generis res accidit, filius vicerat. omnes aiebant; O felicem patrem. Noviſſimam fecit quæſtionem; An, etiam ſi quid judicio peccavit, præmio emendaverit. Hoc loco dixit *Gallio* illam ſententiam, quæ valde excepta eſt; Cum diu deprecatus eſſet, ait, ſi nihil profecero, quid me facturum putas? ad templum iturum aut ad deos ſupplicem? ad tuas ſtatuas confugiam. *Silo Pompeius* tentavit & in hac controverſia illam quæſtionem, quam in omnibus virorum fortium abdicationibus putabat eſſe tenendam, An vir fortis abdicari poſſit, aiebat in nulla magis controverſia illam poſſe tractari. Non potes, inquit, eum abdicare, qui te poteſt vincere. Miraris, ſi patria lege ſubducitur, qua & comparatur & præfertur?

Color. [2] Colorem pro adoleſcente *Gallio* illum dixit; Meæ, inquit juvenis, ætatis cauſa agi videbatur, [3] cum dubitaret,

2 *Colorem pro adoleſcente Gallio illum dixit*] Repone ex ſcripto: *illum induxit.* Et hoc & *introducendi* verbo ſæpe in ea re utitur. Continenter lege: *Mihi, inquit juvenis, ætatis cauſa agi videbatur.* Gronovius.

3 *Cum dubitaret exaudiſſe quendam dicentem*] Veteres editiones, *cum dubitaret ex ordine ſuo quem dicentem*, &c. N. *Faber.* Notat Faber, in vett. eſſe, *ex ordine ſuo quem dicentem.* Neque aliter Schottus ex codice antiquo, ſed pro *ſuo* infert *ſcio:* & inde ita conjectat: *Cum dubitarem, ex ordine ſcio aliquem dicere.* Quis vero ille ex ordine, ſi tamen reliquus ſermo Latinus eſt? Petreius: *Cum dubitaret, induxit ex ordine ſuo quendam.* Nobis videtur: *Cum dubitaret, ex ordine ſuo quendam dixiſſe: nihil agis.* Ex perſona rhetoris de filio pro

itaret, exaudiſſe quendam dicentem: Nihil agis; ego tibi
edo, illi non cedo. *Ceſtius* hoc colore uſus eſt, putaſſe ſe,
ſi patri honeſtius hoc eſſe, certe domui, laudes utriuſque
n foro inſpici. *Montanus Votienus* ait; Cognovi non quid
nperares, ſed quid præcepiſſes: dixeras ſemper, cum me
ortareris ad gloriam, ut nulli cederem. Invidioſa omni-
us in illo judicio fortuna tua videbatur, cum quæreretur,
rum pugnaſſes felicius, an genuiſſes. Non eſt quod putes
e viſum illis fortiorem; decepti ſunt, pater; judicaverunt
on quod erat, ſed quod te malle crediderunt. *Argentarius*
t: ⁺ Occaſionem beneficii quæſtu non concupivi accipe-
; præmium habet alter, alter percipit. *Fuſcus Arellius pa-*
r ait; Si navigare imperaſſes, per hibernos fluctus egiſ-
m ratem; ſi peregrinari, nihil fuiſſet, jubente te, durum.
nc rem imperabas difficilem forti viro, vinci. *Blandus* hoc
olore narravit: Pater mihi objecit, quod illi una re non
ſſerim. Ego multiplicabo crimina mea. Nunquam illi,
uotiens recte faciendum fuit, ceſſi: ſemper volui videri
ugalior, videri volui laborioſior. nam cum ad vires ven-
m erat, etiam ipſe cedebat: non ego illum vincebam, ſed
as. *Turrinus* hoc colore uſus eſt: Volui, inquit, cedere,
d erant qui dicerent, non licere. hoc enim modo legem
uberrimam tolli. Diſputari contra præmium patris vi-
bantur, & dicturi: Non licet inter ſe cedere fortibus. non
orum tantum cauſa agitur, ſed publica. omnium inter-
t ſcire, quis ſit fortiſſimus. His vocibus hominum miſ-
s ſum ad id certamen, in quo ad iſtum utraque pertine-
t victoria. Quid putatis me dicturum? fortiorem me vi-
m? falſum eſt. cum hoc quoque, quod ego fortis eram,
ius eſſet. Quid ergo? quare vicerim, quæritis? Viſum
eſt

e ipſo. Nam quam notat Faber, et-
n nobis in ſcripto viſa eſt. *Ex ordine*
puta junioribus. *Gronovius.*

⁺ *Occaſionem beneficii quæſtu non con-*
ivi] Quid ſi ſcribatur, *occaſionem*
ficii quæſii. Non concupivi accipere
præmium, habet alter, &c. Et ſane ſpe-
cioſus eſt ille filii color, quo dicit ideo
patri cedere noluiſſe ancipitem pal-
mam, ut cum ſibi adjudicata eſſet,
certam & propriam cedendo, libera-
lius cum eo ageret. *N. Faber.*

5 Ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

eſt ad ruborem totius juventutis pertinere, neminem pugnaſſe fortius, quam ſenem. Et cum dixiſſet, ſe præmia in patrem contuliſſe: dixit, Vici te, pater: ſed nempe vici tibi. *Albutius* hoc colore narravit: Noluit, inquit, videri per colluſionem patri titulum fortiſſimi viri contigiſſe. Non ceſſi ante judicium, ut in judicio cederem: & feci. Nihil aliud quam laudavi patrem, virtutes ejus retuli: viſus ſum propter hoc ipſum præmio dignus. *Silo Gabius* ait: Solebas mihi, pater, inter dignorum virorum exempla narrare quædam etiam domeſtica. aiebas autem: Patrem fortem virum habuiſti. vide ut tu ſis fortior. proceſſi tecum in aciem, nec illinc inulti redimus. omnis gloria in una domo erat. Jubebat reſp. fortes viros recognoſcere. O quantam ego cupiditatem gloriæ in patre meo vidi, quam juvenilem! Contendere me vetabat imperio, jubebat exemplo. Ventum eſt in judicium: omnium quas ego novi, res invidioſiſſima quærebatur de patre meo, utrum fortior eſſet, an felicior. *Oſcus* hoc colore narravit. Erant qui accederent, & dicerent: Roga patrem tuum, cedat tibi. non eſt utile reipublicæ hoſtium [5] excitare animos. excitabuntur, ſi ſcierint, neminem in hac civitate eſſe fortiorem quam ſenem. illi me coëgerunt, quaſi tunc quoque aliquid præſtiturus eſſem reipublicæ, venire in judicium: in quo quid habet? ego ſum judicatus junior. *Dento* dixit: Timeo ne ob hoc ipſum patri vilior fiam: ego ſciam an uſquam glorioſus ſit. *Triarius* hoc colore uſus eſt: In judicio volui tibi cedere, ut non imperaſſe videreris, ſed viciſſe. & ceſſi. defunctorie cauſam meam [6] egiſſem? notum ſit illum cedere, quia parum eſt illi, non putabat. *Nicetes* in hac controverſia dixit: [7] Εἰ ὁ πέπαππος ὑπὸ τῆς φύσεως ἀποδοθεὶς, ΗΜΕΙΣ ἡμῖν παρέ-

στη

5 *Excitare animos*] Lege: *excitari.* Gronovius.

6 *Egiſſem? notum ſit illum*] Olim edebatur: *egi: ſed notum ſit.* Pal. ms. *egiſſet notum ſit.* Lege: *defunctorie cauſam meam egi: ſed natum ſibi cedere, velle illum patrem nemo putabat.* Idem.

7 Εἰ ὁ πάππος ὑπὸ τῆς φύσεως] *An avus ille à natura datus nobis adfuerit, in eo, quod tunc inſtitutum eſt, judicio,* explicat Schottus. Lege: ὑπὸ τῆς φύσεως ἀποδοθεὶς ἡμῖν παρέστη τῷ τότε δικαστηρίῳ.

τῇ τῷ τότε δικαστηρίῳ, οὐκ ἂν εἶπεν· τίς νύ μοι ἡμέρη ἥδε, θεοὶ φίλοι; νὴ Δία μάλα χαίρων· οἵ τ' ἀρετῆς πέρι δῆριν ἔχουσιν, εἶον, μῶν ὅδε πατρὸς ἀμείνων; *Scaurus* hunc ſenſum aliter dicit: O ſi avus meus intereſſet judicio, quam libenter ſpectaret & diſcordiam noſtram! Clamaſſet mihi: Non eſt quod cedas, ipſe mihi nunquam ceſſit. *Labienus* partem patris declamavit, & dixit quod etiam deſertoribus licet, Non habitare cum adverſario meo, non capit idem contubernium fortem virum & victum. Statuam, inquit, tibi poſui. no ne poſſem unquam me victum oblviſci, ignominiam meam in æs incidiſti.

CONTROVERSIA XXXII.

Demens, quod mori coëgerit filiam.

ex. Dementiæ ſit actio. *Thema. Bello civili quædam virum ſecuta eſt, cum in diverſa parte haberet patrem, & fratrem. victis partibus ſuis, & occiſo marito, venit ad patrem. non recepta in domum, dixit, Quemadmodum tibi vis ſatisfaciam? Ille reſpondit: Morere. Suſpendit ſe ante januam ejus. Accuſatur pater à filio dementiæ.*

CONTRA PATREM. *Porcii Latronis.* Sic ſibi ſatisfieri ne victor quidem voluit: excuſavit victos, qui ſtituit. Quoniam repoſcis vitam, quam dediſti, accipe. ullum fuit in proſcriptione muliérculæ caput. *Oſci.* Inuinaſti filiæ ſanguine penates. quanquam quid loquor peates, tanquam in domo perierit? Allatum ad ſe Cæſar ompeii caput flevit, & hoc illi propter filiam præſtitit. *rellii Fuſci.* Quemadmodum tibi vis faciam ſatis? Hoc ipſo tisfeciſſe debuerat puella. Filiam habuit adeo piam & in aritum & in patrem, ut alterum uſque in mortem ſecuta : alteri etiam per mortem ſatisfecerit. quam periculoſe m offendo, [1] qui, ſimul iraſci cœpit, neſcit ignoſcere? Clodii

. *Si avus à natura redditus nobis adt in hoc judicio.* Exiſtens ſcilicet ab inferis. *Gronovius.*

CONTROV. XXXII. 1 *Quiſimul*

Clodii Turrini patris. Morere. Quid aliud meruerat, ſi ſatisfacere nollet? Niſi occupaſſes, ſoror, fortaſſe pater tibi ſatisfeciſſet. Hoc certum habeo. unuſquiſque veſtrum ſuadebat puellæ: Ad iratum patrem venis: in quas potes te compone blanditias: roga, deprecare: ſi nihil proficies, habes quemadmodum cogas: morituram te denuntia. Hoc quod ignoviſti, victor, ad viros pertinet: illi tibi gratias agunt. nam fœminas, ne ſi iraſcereris quidem, proſcripſiſſes. Quare ſecuta es virum? Adeo tibi vetera exempla exciderunt bonarum conjugum, quibus filiam ſolebas ſanus hortari? Aliqua ſpiritum viri redemit ſuo: aliqua ſe ſupra ardentis rogum miſit. impendiſſet ſe puella viro, niſi ſervaſſet patri. *Fulvii Sparſi.* Filia ante limen paternum in cruore ſuo volutatur. quid exhorruiſtis? paterna ſatisfactio eſt. Noſtis domus noſtræ legem: aut vincendum mihi, aut moriendum eſt. Qualis eſt iſta ſatisfactio, qua filia exoratum patrem ſibi non ſentit? *Albutii Sili.* Utræ meliores partes eſſent, ſoli videbantur judicare dii poſſe. Si vis ſatisfacere mihi, morere. Quod ad me attinet, iraſcare malo. Si parricidium eſt, fuiſſe in diverſis partibus, numquam defendiſſet apud Cæſarem Ligarium Cicero. Marce Tulli, quam leve judicaſti crimen, de quo confeſſus es! Dona filiam, [2] ſi miſericors es, deprecanti: ſi hoſtis, edicto: ſi pater, naturæ: ſi judex, cauſæ: ſi iratus es, fratri. *Buteonis.* Ante ipſum limen domus deceſſit, ne dubitari poſſet, utrum marito periſſet, an patri. ubi ſtuduiſti? ubi audiſti? nego te iſtuc in bello didiciſſe. *Marillii.* Meruerat, inquit, mori. etiamnum accuſas? certe jam tibi ſatisfactum eſt. O novum monſtrum! irato victore vivendum eſt: exorato patre moriendum eſt. *Paſſieni.* Utinam interveniſſem, non ſatisfeciſſes ſola patri. Furioſum te dicerem, ſi pro genero non rogaſſet. Secutus eſt gener diverſas partes, uxor

mul iraſci cœpit] Petreio videbatur legendum: *cum ſemel iraſci.* Oblitus erat *ſimul* eſſe ſimul atque. *Gronovius.*

2 *Si miſericors es, deprecanti*] Vide an non cetera oſtendant hic fuiſſe, *deprecationi*, ipſius nempe filiæ. *Idem.*

3 Non

xor ſuas. *Labieni.* Hoc, obſequio conſequatur denique, t intra domum moriatur. M. Cato, quo viro nihil ſpe-ioſius civilis tempeſtas abſtulit, potuit beneficio Cæſaris ivere, ſicut Tullius, ſi voluiſſet. Optima civilis belli de-nſio, oblivio eſt. *Muſæ.* Allato ad ſe capite Cn. Pompeii, æſar avertiſſe oculos dicitur: quod tu ne in morte filiæ uidem feciſti. *Cornelii Hiſpani.* Pervagata eſt illa crudelis elli fortuna omnem ordinem, & uſque ad ultimæ plebis pplicia deſcendit. nihil in civitate noſtra immune victoris æ, præter fœminas, fuit. Hanc laudem miſeræ urbi ſer-are licuit. At tu, pater, ut, victor inſanis. *Mentonis.* Se-el repulſa, iterum redit: iterum repulſa, tertio rogat: on fatigatur, ſcit exorari etiam hoſteis. O te crudelem, ſi jam tibi & pro genero ſatisfactum eſt! Non ignoro, in uanto periculo ſim. neſcit placari iratus, nec etiam filiæ, excanduit. *Triarii.* An non exorares victorem pro alio, ter? Morere, inquit. Illi quoque, quibus animadver-re in damnatos neceſſe eſt, non dicunt *Occide*, non *Morere*: d *Age lege*: crudelitatem imperii verbo mitiore ſubdu-nt.

Pars altera. *Turrinus Clodius* belle dixit: Nolite mirari durioribus utar: non ſum proceſſurus ultra verba: mi-abor, deinde ignoſcam. fecit & victor.

DIVISIO. *Latro* uſus eſt in hac controverſia, illa vul-ta quæſtione: An poſſit agi cum patre ob ullam aliam m, quam ob dementiam. Impotens ſum, crudelis ſum, mitis, non tamen demens. Mores tuos patri debes ap-obare, [3] non patris exigere. Dic, Deſipis, nihil intelli-gis.

[3] *Non patris regere*] Vetus liber: *patri recedere.* Scripſerat forte: *non ris regere*, ut in epitoma, etiam ſcri-, reperi. Vel, ſi abſque negatione, *ri cedere.* Vulgatam tamen non da-io. Hæc eſt annotatio Schotti. Vul-a illa fuerat: *non patris exigere.* Quæ fecto non tantum damnanda non, ſed etiam ſumme defendenda. Habetque eamdem Voſſianus. *Exigere* verbum eſt interdum poteſtatis & præ-poſitorum negotio, ut rite ac diligen-ter fiat. Suetonius, Tiberio, c. 19. *Di-ſciplinam acerrime exegit.* Tacitus, l. 11, de ſupplicio Meſſallinæ tribuno & centurionibus mandato: *cuſtos & ex-actor è libertis Euodus datus.* Contr. 25. *In ſocium noſtrum prætor populi Romani*

gis. ego ſanitatis meæ, ſi potuero, argumenta colligam: dicam in ſenatu non ſtulte ſententiam. Quid tibi videor feciſſe dementer? Partes male egi? damnare non potes patrem propter verba, immo propter verbum. Si damnari dementiæ aliquis pater, etiam non demens, ob aliquod improbandum factum poteſt, an hic poſſit. Hoc in duo diviſit. An, etiam ſi hoc animo dixit, ut filiam mori vellet, damnandus tamen non ſit. Hic accuſatio filiæ, contrarias parteis à patre ſequentis, cum illam ipſa natura publicis excepiſſet malis. Animadvertit Manlius in filium, & victorem: animadvertit Brutus in liberos non factos hoſteis, ſed futuros. vide an ſub iis exemplis patri fortius tantum loqui liceat. Deinde, An non eo animo dixerit, ut eam mori vellet. Dixit, inquit, iratus, cum vellet caſtigare, non occidere. *Gallio* & illam quæſtionem fecit, An non ob id puella perierit, quod pater illi tam dure reſponderit. Periit, inquit, propter deſiderium viri: alioquin unius verbi amaritudinem morte penſaſſet? Immo mulier præceps, temeraria, [4] inſano flagrans amore & attonito, quæ virum patre relicto ſecuta fuerat, res viri conſecuta eſt. *Silo Pompeius* huic quæſtioni præponebat illam, ex qua in hanc tranſitus ſit, An, etiam ſi propter hoc verbum patris periit, damnari tamen pater non debeat. nec enim eventus imputari debet cujuſque rei, ſed conſilium. Si poſt hoc verbum puella vixiſſet, numquid patrem dementiæ damnare poſſes? atqui hoc verbo ſi quid factum eſt, non à patre, ſed à puella factum eſt. Non oportet autem illius temeritatem, dementiam videri patris. Poſt hanc quæſtionem faciebat illam, An ob hoc perierit.

Color. Color à parte accuſatoris ſimplex eſt: ait patrem durum

animadvertit, in privato, nocte, tumultuario tribunali, ebrius fortaſſe, nec calceatus quidem, niſi, ut omnia ſpectaret meretrix, diligenter exegit. Sic *exigere mores* eſt, exactorem, arbitrum, magiſtrum morum vel eſſe vel ſe gerere. Pertinet huc quod Cenſores *ſarta tecta exigere* dicebantur. *Gronovius.*

4 *Inſano flagrans amore & attonito*] Lego, *attonita.* Idem.

lurum fuiſſe; crudelem, [5] bono publico eum fuiſſe periturum. Dixit dure, inquit, eo vultu, ea affirmatione, ut videretur non jubere tantum, ſed occidere. Hoc loco dixit *Turrinus Clodius*: Hoc poſt bellum, immo poſt edictum: & adjecit; Nunc intelligit reſp., Imperator, quantum tibi debeat, cui ſine ſanguine ſatisfactum eſt. Omnes enim dixerunt, patre nolente illam nupſiſſe. *Gallio* dixit: Nondum mihi videbatur ſcire, quid meruiſſet. volui illam intelligere crimen ſuum. *Ceſtius* hoc loco: Contumaciter, inquit, rogavit, ſic quomodo & periit: non vultu demiſſo, non ſummiſſioribus verbis, nondum tanquam victa: nihil agnovi filiæ, nihil victæ. Primum quare ad me non patrem ſuum miſit? an etiam fratri iraſcitur? *Argentarius*. Nos duces exoravimus, quorum liberi in diverſis partibus fuerant. diximus: [6] Ignoſce nobis ſeveris eſſe, ſi licuerit eſſe ſecuris. Quid peccavi, quod filiam ex hoſtium caſtris venientem non primo verbo recepi? *Turrinus Clodius* ait: Volui fratrem ſorori dare beneficium. eo durius loquar, ut ille me pro ſorore ſua deprecetur. Primum quare me ſolum rogat, cum debeat duobus ſatisfacere? *Silo Gabius* dixit: Volui, inquam, mora torquere: ſine, inquam, iterum ac tertio roget. Nec mitiſſimus quidem victor ſtatim ignovit. *Labienus* ait: Non ſum ſtatim exoratus: & ſi vixiſſet, non eſſem fractus primus vocibus ejus: ne tertio quidem rogatus, aut quarto. At victor cito exoratus eſt. Noli mirari: facilius eſt ignoſcere bello quam parricidio. *Hiſpanus* de morte ejus hoc dixit: Iterum illam nobis vir abduxit. *Albutius*, Tuto me, ait, putavi loqui fortius. non dubi-

5 *Bono publico eum fuiſſe periturum*] ...ne filius de patre? Duriſſime illud ...idem atque abſurdiſſime. Sed ſcri...s oſtendit aliter à Seneca fuiſſe ...ptum. In eo eſt: *publico hunc eum ...ſe partium dixit ducem, inquit*. Neque ...ter Pal. & Veneta editio. Hinc ita ...tituimus: *Ait patrem durum fuiſſe, ...delem, bono publico non eum fuiſſe partium ducem*. Nimirum ſi fuiſſet, ſignificat omnes victos fuiſſe perituros, nemini veniam aut receptum ad gratiam fuiſſe eventurum. Dein: *Dixit, inquit, eo vultu* &c. Hoc de verbo ad filiam, *morere*. Gronovius.

6 *Ignoſce nobis ſeveris eſſe*] Forte: *Ignoſce: nocet ſeveris eſſe, ſi licuerit eſſe ſecuris*. Vel, *Non decet ſeveros eſſe*. Idem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

dubitavi enim, quin frater illi dicturus eſſet: Non eſt quod timeas, exorabitur; ſi difficilior erit, illum ego rogabo, & ſi rogaſſes, adoleſcens, feciſſem. non magis tibi ego, quam ſorori tuæ maritus? *Montanus Votienus* dixit: Non eſt quod putes illam cecidiſſe ira patris: cui vixerat, periit. illi ſe, cui addixit, impendit. Et eundem ſenſum in argumentis, cum dixit, non propter patrem illam periiſſe. Quid ergo? inquis. propter quem? Scis illam virum habuiſſe, pro quo mori poſſet. [7]

CONTROVERSIA XXXIII.

Debilitans expoſitos.

Lex. Reipub. læſæ ſit actio. *Thema. Quidam expoſitos debilitabat, & debilitatos mendicare cogebat, ac mercedem exigebat ab eis. Reip. læſæ accuſatur.*

CONTRA DEBILITANTEM EXPOSITOS. *Porcii Latronis.* Æſtimate, quale ſit ſcelus iſtius, quo factum eſt ne læſi patres liberos ſuos aut agnoſcant, aut recipiant. etiam confeſſas injurias tacent. [1] Vectigalis iſtius crudelitas fuit, eo magis quod omnes præter iſtum miſericordes ſumus. Mendicares, niſi tot mendicos feciſſes. Effecit ſceleſtus iſte, ut novo more nihil eſſet miſerius expoſitis, quam tolli: parentibus, quam agnoſcere. [2] *Caſſii Severi.* [3] Huic cæci innitentes baculis vagantur, huic trunca brachia circumferuntur, huic convulſi pedum articuli ſunt, &

7 Quædam deeſſe huic controverſiæ, ex excerptis liquet, quibus hæc pro patre habentur, quæ hic non exſtant, *Etiam morte patri quæſivit invidiam.* N. Faber.

CONTROV. XXXIII. 1 *Vectigalis iſtius crudelitas fuit*] Immo, *iſti.* Cicero, lib. 3 in Verrem. *Ita civitas una ſociorum duabus mulierculis vectigalis fuit.* Et ſic Excerpta. *Gronovius.*

2 *Ceſtii Severi*] Legendum, *Caſſii Severi.* Ceſtius enim non Severus, ſed Pius dicebatur, ejuſque ſententiæ inferius habentur. N. *Faber.*

3 *Huic cæci innitentes baculis vagantur*] Lege: *Hi cæci innitentes baculis vagantur.* Id enim requirunt ſequentia pronomina, non ad debilitantem, ſed ad debilitatos referenda. *Gronovius.*

4 Magis

: torti tali; huic eliſa crura, illius inviolatis pedibus cruri-
uſque, femina contudit: aliter in quemque ſæviens oſſi-
agus iſte, alterius brachia amputat, alterius enervat; a-
um diſtorquet, alium delumbat: alterius diminutas ſca-
ılas in deforme tuber extundit: & riſum in crudelitate ca-
at. Produc, agedum, familiam ſemivivam, tremulam,
ebilem, cæcam, mancam, famelicam: oſtende nobis ca-
ivos tuos. Volo mehercules noſſe illum ſpecum tuum,
am humanarum calamitatum officinam, illud infantium
oliarium. Sua cuique calamitas tanquam ars aſſignatur.
uic recta membra ſunt: & ſi nemo obſtet naturæ, pro-
ritas micabit. ita frangatur, ut humo ſe allevare non poſ-
, ſed pedum crurumque reſolutis vertebris reptet: huic
tirpentur radicitus. huic ſpecioſa facies eſt. poteſt formo-
s mendicus eſſe. reliqua membra invalida ſint, ut for-
næ iniquitas in beneficia ſua ſævientis [4] magis hominum
imos pervellat. Sine ſatellitibus tyrannus calamitates hu-
anas diſpenſat. *Vibii Galli.* Intuemini debilia infelicium
embra, neſcio qua tabe conſumpta: illi præciſas manus,
i erutos oculos, illi contractos pedes. Quid exhorreſci-
? ſic iſte miſeretur. Tot membra franguntur, ut unum
ntrem impleant: &, ô novum monſtrum! integer ali-
r, debiles alunt. *Albutii Sili.* Periſſent, inquit. ita non
infelicius ſuperſunt, quam perituri fuerant? Periſſent,
quit. interroga patres, utrum maluerint. Eruantur, in-
it, oculi illius, hujus præcidantur manus. Quanti ex
fortes viri? quanti tyrannicidæ? quanti futuri ſacerdo-
? Nec, puto, incredibile in hac fortuna loquor. certe ex
c turba origo Romanæ gentis apparuit. Egregius edu-
cator

[4] *Magis hominum animos pervellat*] A-
us videtur Fabro *percellat*. Non mi-
qui recordor alterum eſſe interdum
nonere alicujus rei, ut hic huma-
ıtis ac miſericordiæ. Seneca filius,
Benef. 5, 23. *quorumdam ad refe-
ılam gratiam fides non ceſſat, ſed lan-
guet: hanc pervellamus.* Et inde ſæpius
eidem, *aurem pervellere*, ex Virgiliano:
Cynthius aurem Vellit & admonuit. Vale-
rius Maximus, lib. 1. cap. 5. *Conſentaneo vocis jactu C. Caſſii aurem fortuna per-
vellit.* Gronovius.

cator plus acceptum crudelitati, quam expenſum miſericordiæ refert. *Triarii.* Periſſent, inquit. [5] Puto, experieris nos non eſſe crudeles, tamen nemo non noſtrum, cum iſtis ſtipem porrigeret, mortem precatus eſt: Surge tu debilis; conatur, & corruit. Surge tu mute: ſed quid excitaris? rogare non potes. Surge tu cæce: ſed ad quorum eas genua, neſcis. O te inter omnes debiles ante hoc judicium feliciſſimum, quod iſtum dominum non videbas: in hoc judicio infeliciſſimum, quod iſtum reum non vides. Expoſitos aluerunt etiam feræ, ſatis futuræ mites ſi præteriſſent. *Cornelii Hiſpani.* Ergo ſi illis temporibus iſte carnifex apparuiſſet, conditorem ſuum Roma non haberet. Timeo ne hoc proſit reo, quod nemo ex his quemquam videri vult ſuum. *Julii Baſſi.* Intuemini utramque partem, & ei ſuccurrite, quæ miſerabilior eſt. liceat videre mercenarios tuos. hic cæcus eſt, hic debilis, hic mutus. His tu mori non permittis? Vis in te judices more tuo miſericordes ſint, tuo exemplo? *Argentarii.* Quorum cum ubique audiantur preces, in ſua tantum cauſſa ceſſant. Adjiciamus aliquid ad quæſtum. deme huic oculos, illi manus. *Arellii Fuſci patris.* Præcidatur, inquit, lingua. [6] genus eſt rogandi, rogare non poſſe. Miſeremini horum omnium, Judices, quorum miſereri etiam ſingulorum ſoletis. *Ceſtii Pii.* Ut hanc cauſam ſuſciperem, ne ab eis quidem rogatus ſum, pro quibus ago. quid enim miſeri rogare ſciunt, niſi ſtipem? quid infelix iſte peccavit aliud, quam quod natus eſt? *Clodii Turrini patris.* Age ſi quis agnoverit ſuum, petes alimenta, tanquam alueris? non eſt quod timeas, nemo agnoſcet. O miſe-

5 *Puto, experieris*] Lego: *Puto, experiris nos non eſſe crudeles.* tum quod te tamdiu paſſi ſumus, tum quia ne id quidem illis negavimus, quod tibi daturi erant, ut eſt in ſententiis Turrini Clodii. *Gronovius.*

6 *Genus eſt rogandi, rogare non poſſe*] B. Hieronymus in Epiſtola ad Pammachiam ſuper obitu Polinæ, multa ex hac Controverſia imitatus, & mutuatus eſt. *Alius*, inquit, *tumenti aqualiculo mortem parturit, alius elinguis & mutus, & ne hoc quidem habens unde roget, magis rogat dum rogare non poteſt. hic debilitatus,* &c. *à parvo non ſibi mendicat ſtipem,* &c. N. *Faber.*

iſerum, ſi quis alimenta ſuo dat! ô miſerum, ſi negat! ta nos iſtis vindictam negaturos putas, quibus ne id quiem negamus, quod tibi daturi ſint? Et quod eſt indinissimum, crudelis cum ſit, miſericordia publica alitur. enite, miſeri, & hodie primum vobis rogate. *Mentonis.* rrant miſeri circa parentum ſuorum domos: & fortaſſe iquis à patre alimenta non impetrat. Nulli plus reddunt ntegra mancipia. Cur tu tam exiguum refers? [7] * via eſte uas poteras, ut non rogares, ut non acciperes. ſpiritum bi non relinquerem, [8] niſi crudelior futurus eſſem tibi elinquendo. Tibi captura quotidiana non reſpondet. aparet te nondum hominibus ſatis miſerum videri. *Gabii Sinis.* Tu, inquit, in illa vicinia mendicabis, tu ad limen ccedes; & crudelis, miſeris parentum domos demonſtrat. Hic non facile ſtipem impetrat? etiamnum aliquid illi derahatur. *Junii Gallionis.* Serva oculos, ut videat quem roet; ſerva manus, ut habeat quibus ſtipem accipiat. Ocurrunt nuptiis omina dira, fatis publicis auſpicia feralia. eriatis maxime ac ſolennibus & hilaritati dicatis diebus ſenianimes iſti greges oberrant. à te fortaſſe aliquis acceptam ipem portat ad deos. *Fulvii Sparſi.* Scio, Judices, variis uemque cauſis ad accuſandum ſolere compelli. quoſdam mbitio gloriæ, quam ex damnato petierunt, provocavit; lios odia & ſimultates protraxerunt; non dubito, fuiſſe uoſdam qui præmium peterent; ego omnibus ceteros imellentibus cauſis vaco. Quæ enim gloria eſt in tam ſordio reo? quæ ſimultates, ut non eas quoque contraxiſſe pueat? aut quod præmium, [9] cum iſtum alant ii, qui ſe alere non

7 *Vis eſte quas poterat*] Notat Grurus in Curionia conjici: *quia eſſe quoe poterat.* Schottus: *vitaſti, quos poras:* vel, *via iſti, qua poteras:* vel, *deiaſti, quoad poteras.* In veteri libro ait uiſſe: *vitus eſt quas potat.* Scribe: *vis, iſte qua portat?* Simulata verba iangonis iſtius ad aliquem ſuorum iendicorum, qui parum portabat. *ronov.*

8 *Niſi crudelior futurus eſſem te relinquendo*] Fide ms. dele pronomen. Intelligitur enim *ſpiritum.* Occiderem te, inquit, & ſpiritum eriperem tibi, niſi gravior pœna eſſet, niſi gravius te punirem vitam talem relinquendo. *Idem.*

9 *Cum ſtimulant ii, qui ſe alere non poſſunt?*] Recta hæc videtur lectio, ra-

non poſſunt? Non is eſt qui rogare neſciat. etiam docere ſolet. Quos affectus veſtros optare debeam, neſcio; ſi miſericordiæ propiores fueritis, crimina rei vobis oſtendam ſi verum fuerit. At reum hunc nos publice paſcimus. Exigitur à te talio, non habes totidem membra, quot debes. Lupa oblita feritatis, placidior, velut fœtibus ſuis præbuiſſe ubera fertur. Sic lupa venit ad infantes: expectemus hominem. Gratulor tibi, Roma, quod in conditores tuos homo non incidit. Ergo cum de publica miſericordia cogitares, tam crudelis eſſe potuiſti? Proxima, inquit, die hic plurimum retulit? faciendus eſt huic ſimilis alter. hic ſatis retulit, fiat & alius miſer ad hoc exemplum. Ite nunc, inquit, & alimenta mihi quærite. Tu, inquit, qui oculos non habes, per oculos rogato. tu, inquit, qui manus perdidiſti, per manus rogato. Tu per illa membra quæ trahis debilia; per ea quiſque, quæ non habet, ambiat. O miſeros qui ſic rogant! miſeriores, qui ſic rogantur! Ecce, neſcio quis, Meus, inquit, filius ſi viveret, huic fortaſſis ſimilis eſſet. Num, inquit, ego meum tranſeo? Alius inquit: Potuit meus in eundem incidere dominum. quid ſi incidit? omnes omnibus conferunt, dum unuſquiſque timet, ne ſuo neget.

Pars altera. Arellii Fuſci. Debilitaſti, inquit. plus illis patres nocuerant.

DIVISIO. *Latro* ſic diviſit, An læſa ſit reſp. Primum quod reip. crimen conſtare oportet. deinde tunc reum quæri. [10] An læſa ſit reſpubl. non ſolet argumentis probari. Manifeſta ſtatim reip. damna ſunt, ſi muri diruti ſunt, ſi

tionemque exprimit cur non poſſit videri contra legem Cinciam ad miſerorum patrocinium acceſſiſſe: qui tamen excerpta collegit, videtur legiſſe, *Cum iſtum alunt, qui ſe alere non poſſunt*. Nic. Faber.

10 *An læſa ſit Reſpubl. non ſolet argumentis*] Quinctilianus declam. 260. *Aliquis caput hominis perperam petit, ut terreat, ut occidat. Reip. læſæ? Quædam ſunt, judices, ad quorum pronunciationem oculi ſufficiunt. Satis erit accuſatori oſtendere ſi quid hic læſerit, aliqua operum publicorum incenſa, everſa, corrupta navalia, & quæ vulgo male deſtructa ſunt.* Ex quibus colligo hic legendum, *hoc damnum quod tu objicis, non videtur.* non autem *non videbat*. Idem.

11 Non-

i classis incenſa eſt, ſi exercitus amiſſus, ſi vectigalia deminuta. Hoc damnum, quod tu objicis, non videbat. Dic mihi, quando remp. læſit? cum unum expoſitum debilitavit? tqui etiam qui occidit unum, non tamen reip. læſæ teneur reus, ſed cædis: etiam qui duos, etiam qui plures. Dic nihi, quis numerus efficiat, ut læſa videatur reſp. Duo deilitantur, [11] nondum reſp. Infantes perdidit, & infelices. otuerunt, inquit, duces fieri. potuerunt etiam ſacrilegi eſſe homicidæ: potuerunt & perire. Attamen crudelem rem acit & laniſta, nec damnatur reip. læſæ: & leno, qui cogit nvitas pati ſtuprum, nec lædit remp. Ego nunc non lauari reum deſidero, ſed abſolvi. noceat hoc illi, cum hoores petit. Poteſt aliquis & non eſſe homo honeſtus, & ſſe innocens reus. Deinde an, ſi læſa ſit reſp. ab hoc læſa t. Non à me, inquit, ſed à parentibus qui projecerunt. Hic crudelis, ut multum illis abſtulerit, vitam reddidit. Contra, ait: Illi ſingulos exponunt, tu omnes debilitas: li ſpem, tu inſtrumenta vivendi detrahis. Deinde, An eneatur reip. læſæ, ſi fecit quod ei facere licet. Non poiuit, inquit, ulla res lege damnari, quæ legi innititur. Si doum meam diruam, numquid dices me remp. lædere? Et oteras deſcribere, quam inhumanum ſit, illos parietes maorum, in noſtram uſque perductos memoriam, in hoſtiem modum dejici. Si in agris meis arbuſta ſuccidere velim, ices, An hoc licuerit facere. Licuit, inquam. Expoſiti, nquit, in nullo numero ſunt; ſervi ſunt; hoc legum latori iſum eſt. denique ſi non licet, habent legem talionis. age- ſinguli injuriarum poſſunt. Reipub. quidem læſæ non oteſt agi eorum nomine, qui extra rempub. ſunt. Non poteſt

11 *Nondum reſpublica. Infantes perdit*] Eraſmus amplius: *juvenes, qui adere infantes.* Neque aliter Pal. & oſſianus, niſi quod ſeparatim: *ſua re.* Fortaſſe fuit: *nondum reſpublica. uvenes, inquit, ſunt pars reipublicæ. Inntes perdidit & infelices.* Pars prior objectio eſt contra eum, qui debilitaverat, eo firmior, quod Romani quoque cives in ſeniores & juniores tributi. Altera eſt reſponſio: non fuere juvenes, ſed infantes & expoſiti. *Gronovius.*

12 *Rei-*

teſt pro omnibus agi, pro quibus ſingulis non poteſt. Scio, quoſdam putare quæſtionem eſſe, An poſſit à privato homine lædi reſpubl. *Sparſum* certe ita declamare memini. Quod ſi quiſquam recipit, & illam recipiet; An à muliere poſſit, an à ſene, an à paupere poſſit; quorum nihil unquam quæritur. Sed dici tamen ſolet, quomodo. cum illa quæſtio tractatur, An reſpub. læſa ſit, totiens reus in argumenta non læſæ [12] reipublicæ non dicit; ne potuit quidem lædi à privato, à paupere, ab ægro, ab infante. *Gallio* fecit illam quæſtionem, An in expoſitis lædi poſſit reſpublica. Non poteſt, inquit. An lædi poſſit in aliqua ſui parte. hæc nulla reipub. pars eſt. non in cenſu illos invenies, non in teſtamentis. Sed hæc quoque in illam incurrit, An reſp. læſa ſit. dicitur enim; Ne lædi quidem potuit in eis, quos non habebat.

Color. Pro illo, qui debilitat expoſitos, pauci admodum dixerunt. Dixit *Gallio*, & hoc colore uſus eſt: Egentem hominem, & qui ne ſe quidem alere, nedum alios poſſet, ſuſtuliſſe eos, qui jam relicti ſine ſpe vix ſpiritum traherent: quibus non injuria fieret, ſi aliquid detraheretur: ſed beneficio cederet, ſi vita ſervaretur. Faciant invidiam, alicui oculos deeſſe, alicui manus. dicant illos per hunc tam miſere vivere, dum fateantur per hunc vivere. *Gallio* illud quoque in argumentis tentavit: Adeo, inquit, hæc res non nocuit reipub. ut poſſit videri etiam profuiſſe. Pauciores erunt, qui exponent filios. *Turrinus Clodius* hoc colore uſus eſt: Multos patres exponere ſolitos inutiles partus. Naſcuntur, inquit, quidam ſtatim aliqua parte corporis mutilati, infirmi, & in nullam ſpem idonei: quos parentes ſui projiciunt magis, quam exponunt: aliqui etiam vernulas, aut

omine

12 *Reipublicæ non dicit*] Negationem nec Eraſmus nec Pal. nec Voſſianus agnoſcunt. Et recidatur. Sed & cetera interpunguntur male. Lege: *an à paupere poſſit. Quorum nihil unquam quæritur, ſed tamen dici ſolet. Quomodo, cum illa quæſtio tractatur, an reſpublica læſa ſit, toties reus in argumenta non læſæ reipublicæ dicit: ne potuit quidem lædi,* &c. *Idem.*

13 *Ad*

mine infauſto editos, aut corpore invalidos abjiciunt. Ex is aliquos hic ſuſtulit, & eas partes, quæ cuique poſſent iſerabiliores eſſe, miſeratus abſtulit: ſtipem rogant, & nius miſericordia vivunt, omnium aluntur. At res fœda t, mendicos habere, à mendicis ali, inter debiles verſari. ge non pudet vos ex hoc producere contubernio reum, à uo dicatis læſam rempublicam? Et ſic deſcendit ad argu- enta, ut diceret: Quomodo hic potuit lædere? *Silo Pom- ius* illo colore uſus eſt: Miſericordem hunc fuiſſe, voluiſ- vitam dare. ſed non potuiſſe alere: itaque eo compul- m, ut unuſquiſque aliquam partem corporis pro toto pendereet. *Labienus* tam diſerte declamavit partem ejus, ui debilitabat expoſitos, quam nemo alteram partem: m illam omnes diſertiſſimi viri vel ad experimenta ſua- m virium dixerint. Illum autem locum vehementiſſime ixit. Vacare homines huic cogitationi, ut curent, quid ho- o mendicus inter mendicos faciat? Principes, inquit, viri ntra naturam divitias ſuas exercent: exciſorum greges abent, exoletos ſuos, ut [13] ad longiorem patientiam im- udicitiæ idonei ſint, amputant. & quia ipſos pudet viros ſſe, id agunt, ut quam pauci viri ſint. His nemo ſuccur- t delicatis & formoſis debilibus. Curatis, quis ex ſolitudi- e infantes auferat, perituros niſi auferantur. non curatis, uod iſti beati ſolitudines ſuas ingenuorum ergaſtulis exco- nt: non curatis, quod juvenum miſerorum ſimplicita- em circumveniunt, & ſpecioſiſſimum quemque, maxime ido-

13 *Ad longiorem patientiam impudi- tiæ idonei ſint.*] Vereor ne illud voca- ulum *impudicitiæ* gloſſema ſit. patien- æ enim vocabulum in obſcœnis eſt pud auctores, impudicitiamque præ- pue in maribus denotat. Petronius, *phebus*, inquit, *plenæ maturitatis & unis ad patiendum geſtientibus.* Et alibi, *ceſſi tentaturus an pateretur injuriam.* c L. Seneca 16. cap. lib. 1. Natural. uæſtionum: *Eſt aliqua etiam proſti- etis modeſtia: & illa corpora publico ob- jecta ludibrio aliquid quo infelix patientia lateat, obtrudunt.* Sic cap. 13. de bea- ta vita *impudicitiæ* vocabulum ex gloſ- ſemate, *patientiæ* voce excluſa, in te- xtum irrepſit, ut, Deo juvante, in præ- termiſſis ad eum auctorem dicemus. Porro B. Hieronymus primo in Jovi- nianum ad hunc locum reſpexiſſe vi- detur, cum in longam ſecuramque libidinem exſectum ſpadonem dixit. N. *Faber.*

idoneum caſtris, [14] in ludum conjiciunt. In mentem vobis venit miſereri horum, quod membra non habeant? quid illorum, quod fruſtra habent? Hoc genere inſectatus ſeculi vitia, egregia figura; inquinatum & infamem reum, majorum criminum impunitate defendit. Celebris hæc apud Græcos controverſia eſt. Multa ab aliis pulchre dicta ſunt, à quibus non abſtinuerunt noſtri manus: multa corrupte, quibus non ceſſerunt. *Nicetes* dixit: Τί κάκιον; καὶ τοῦ τοὺς τροφὰς αἰτεῖς, οὓς μὴ τρέφειν, ἀσεβές ἐστιν. Hunc dixit ſenſum *P. Aſprenas*, eodem modo, uno verbo propiore uſus: Hunc alunt, qui alimenta poſcunt, quibus crudelis eſt qui negat. Circa hunc ſenſum eſt & ille à *Quinctiliano* dictus: Neſcio utrumne vos [15] miſerabiliores dicant, quod alimenta accipitis, an quod huic datis. Accipitis enim, quia debiles eſtis. ei datis per quem debiles eſtis. *Addeus* rhetor: Κλαίουσαι μητέρες ἠρέθιζον, εἰ μὲν ἐμὸς λέγουσαι, τὸ ἐμόν: εἰ δὲ ἀλλότριος, καὶ τὸ ἐμὸν ἄλλοι. Hunc ſenſum quidam Latini dixerunt: ſed ſic, ut putem illos non mutuatos hanc ſententiam, ſed imitatos. *Blandus* dixit: Porrigit aliqua mendico rogata ſtipem. Utique ſi peperit, expoſuit. ô quam miſera cogitatio porrigentis eſt! hic fortaſſe meus eſt. *Oſcus* dixit: Qui jam porrexit plurimis ſtipem, ſuo negat. *Arellius Fuſcus* dixit. Alit rogata filium mater: miſera, ſi ſcit ſuum eſſe: miſera, ſi neſcit. *Artemon* dixit: Τὰ μὲν τῶν ἄλλων ἐρωτᾶν δεῖ γ' ἕως πρέπῃ· ἀλλ' ἡμέτερα ἀνάπηρα τρέφῃ. Hanc ſententiam *Latro Porcius* virilius dixit, qui non poteſt furto ſuſpectus eſſe. Græcos enim & contemnebat & ignorabat cum deſcripſiſſet debiles artus omnium, & alios incurſantes, alios repentes, adjecit; Prô dii boni! ab his aliquis alitur integer? Damas Scomber dixit; Πάλαι μὲν ἐκθέτους κίνδυνος ἦν τὸ ῥιφῆναι, νῦν δὲ τὸ τραφῆναι. Hunc ſenſum *Ceſtius* tranſtulit. Effeciſti, inquit, ut majus periculum eſſet educari, quam

14 *In ludum conjiciunt*] Epit. *detrudunt*. N. Faber.

15 *Miſerabiliores dicant*] Fortaſſe, *dicam*. Idem.

16 Oſten-

quam exponi. *Fuſcus Arellius* aliter dixit; Illa adhuc in miræ ſortis infantia timebantur, feræ, ſerpenteſque, & inimicus teneris artubus rigor & inopia; inter expoſitorum pericula non numerabamus educatorem. *Glycon* corruptam dixit ſententiam: Κρουσάτω τις τὴν θύραν. τῶν ἐχόντων προσαγάγοι τις. Et illam; Ἄγε, σὺ μὲν κλαῖε, σὺ δὲ θρήνει. κακῶν ἀσυμφώνων! Sed noſtri quoque bene inſanierunt. *Murrhedius* dixit: Producitur miſerorum longus ordo, major pars ſe ſine ſe trahit. *Licinius Nepos*: Ut ſolvendo ſis in pœnas, quotiens tibi renaſcendum eſt? Illud *Varſus* dixit, quod non corruptum tantum, ſed contrarium dicebat eſſe Montanus: Solus plura habes membra quam tot hominibus reliquiſti. Ita enim hic poteſt videri læſiſſe rempublicam, ſi multi ſunt debilitati. Apparet autem non multos eſſe, ſi plura habet membra, quam debilitatis reliquit. Et illud æque ab illo aiebat corrupte dictum: Prô dii! erunt plures mendici, quam membra. Græcas ſententias in hoc refero, ut poſſitis æſtimare, primum quam facilis Græcæ eloquentiæ in Latinum tranſitus ſit; & quam omne, quod bene poteſt dici, commune omnibus gentibus ſit: deinde ut ingenia ingeniis conferatis, & cogitetis Latinam linguam facultatis non minus habere, licentiæ minus. *Labieni* ſententiam ſeparavi, quia locuti de illa homines erant. Sed ubi quotidianum diurnum & mendicantium quæſtus recognoſcit, tu hodie minus attuliſti. cedo lora. gaudeo me non omnes emancaſſe. Quid fles? quid rogas? plus retuliſſes, ſi ſic rogaſſes. Dixerat & illam ſententiam: Date miſeris, quod unum percipere gaudium poſſunt. Aliquis ex illis damnatum iſtum videat, aliquis audiat. αὐτὴ μόνη, *Glycon* dixit, τοῖς ταλαιπώροις χαρὰ καταλέλειπται. *Vinicius* ſummus amator Ovidii, hunc, aiebat, ſenſum diſertiſſime apud Naſonem Ovidium eſſe poſitum, quem ad fingendas ſimiles ſententias aiebat eſſe memoria tenendum. Occiſo Achille hoc epiphonema apponit:

Quod

Quod Priamus gaudere ſenex poſt Hectora poſſet,
Hoc fuit.

Caſſius Severus dixerat: Oſtende nobis captivos. *Julius Baſſus* dixerat: [16] Oſtende nobis merendarios tuos. *Labienus* commodius videbatur dixiſſe: Oſtende nobis alumnos tuos. *P. Aſprenas* dixit, cum induxiſſet ſtipem porrigentem mendico, O infelicem patrem! & hoc qui dicit, fortaſſe pater eſt.

CONTROVERSIA XXXIV.

Parrhaſii Prometheus.

Lex. Læſæ Reip. ſit actio. *Thema. Parrhaſius pictor Athenienſis, cum Philippus captivos Olynthios venderet, emit unum ex his ſenem. perduxit Athenas. torſit; & ad exemplar ejus pinxit Promethea. Olynthius in tormentis perit. Ille tabulam in templo Minervæ poſuit. accuſatur reipubl. læſæ.*

CONTRA PARRHASIUM. *Gavii Silonis.* Infelix ſenex vidit jacentis divulſæ patriæ ruinas: abſtractus à conjuge ſuper exuſtæ Olynthi cinerem ſtetit. jam ad figurandum Promethea ſatis triſtis eſt. Prô Jupiter! (quem enim melius invocem adverſus Parrhaſium, quam quem imi-

16 *Oſtende nobis mercenarios tuos*] Hæc conjectura eſt Petreii Toletani & Romanæ architectorum, formata ex illis, quæ ſuperius Baſſo attribuuntur. Nam Eraſmus & vett. libri: *merendarios.* Et ſane, ſi neceſſario utrobique eamdem vocem legi oporteret, potius hanc illuc reponerem, quam illam huc collocarem: adeo meis auribus eſt ſuavis, & ut nobis in tanta egeſtate Latini ſermonis, tantaque paucitate auctorum, nova aut fictitia poſſit videri, ita vulgo in primis veterum inuſitatam fuiſſe non certarim. Sed defungamur patientia mutua & decidamus: neque ego inde tollam *mercenarios*: niſi forte inſpectatus aliquis vetuſtiſſimus liber auctor juſſerit; & hic mihi tolerent *merendarios*, qui merendas colligunt. Nam *incendiarios* aut *mercedonias* virorum doctorum cogitare, eſt de ingenio & judicio ſuo ludere. *Gronovius.*

17 *P. Aſprenates*] Lege, *P. Aſprenas*, ut in præcedentibus. Is autem eſt P. Nonius Aſprenas, quem ſupra diximus à Caſſio Severo veneficii accuſatum, ab Aſinio Pollione defenſum. Fuit autem inter Auguſti familiares, ita ut eo accuſato ſenatum conſuluerit Auguſtus quid ſui officii eſſet in amici cauſa, cauſamque dicenti in ſubſelliis adſtiterit. Suetonius in Auguſto 56. *N. Faber.*

CON-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

nitatus eſt ?) [1] Olynthium tantum picturæ tuæ excipio. um quis, [2] ut naufragium pingeret, hominem merſit? ditur: parum eſt. inuritur: etiamnum parum eſt. lantur: hoc, inquit, in irato Philippo ſatis eſt, ſed nondum irato Jove. *Julii Baſſi.* Producitur. Supervacuum eſt, quit: nondum quantum ſatis Prometheo, poteſt geme- Ultima Olynthii deprecatio eſt: Athenienſis, redde Philippo. Non eſt iſtud donum, ſacrilegium eſt. Sers, inquit, meus fuit. Putes Philippum loqui. Ædem inervæ, tanquam caſtra Macedonum, fugiunt. *Clodii rrini.* Parum, inquit, triſtis eſt. Aliquis Olynthius pam triſtis eſt, niſi qui Athenienſem dominum ſortitus ? Dabo tibi, Parrhaſi, majora tormenta: duc illum jacentem Olynthum, duc illo ubi liberos, ubi domum rdidit: ſcis certe, quam triſtem illum emeris. Olynis urbem aperuimus, templa præcluſimus. Ergo nemo ynthius tortus eſſet, ſi omnes illos Macedones emiſſent. rqueatur. hoc nec ſub Philippo factum eſt. Moriatur. c nec ſub Jove. *Argentarii.* Hoc hoſpitio Olynthius Anis exceptus eſt? tantum porro Olynthius poſſit, Parſius quid? non & oculos noſtros torquet? ibi ponit talam, ubi fortaſſe nos tabulam fœderis poſuimus. Hoc methea facere eſt, non pingere. Aiebat tortoribus: Sic endite, ſic cædite: iſtum, quem fecit cummaxime, tum ſervate, ſit ſibi ipſi exemplar. *Ceſtii Pii.* Emi, int. immo ſi Athenienſis es, redemiſti. ſi neſcis, Parrhaſi,

CONTROV. XXXIV. 1 *Olyn n tantum pictura tua excipio*] Peas, *Olynthum exſcindo:* ut ſint verhilippi: tantum exciſa eſt civitas, u poſſes pingere: nam nihil cruas in toto excidio factum eſt. Hoc xſcindere priſcam & ſanam ſcriam. Ratio loquendi deducta eſt à cipiis cum exceptione venalibus, uo, ad Controv. 2. diximus. Ac, inquit, quem emiſti: & habe Ohium ad quodvis opus ſervile promtum & deſtinatum: tantum, ne picturæ tuæ exemplo ſit, exceptum puta. *Gronovius.*

2 *Ut naufragum pingeret, hominem merſit*] Vox *hominem* ab excerptis addita eſt: nam in editis & ſcriptis veteribus hic deſideratur. Nec puto neceſſariam eſſe, cum ſatis commode poſſit intelligi. Forte autem: *Num quis ut naufragium pingeret, merſit.* Et ſic intelliges, *navem.* Idem.

ſi, in illo templo pro Olynthiis dona ſolvuntur. Crudelis ille Græciæ carnifex, illum tamen nihil amplius quam vendidit. Producitur nobilis ſenex, longa miſeriarum tabe confectus, reductis introrſus oculis, tam triſtis, quaſi jam tortus eſſet. ut admoveri ſibi catenas vidit: Supervacuæ, inquit, ſunt. ſi ad alium dominum perveniſſem, Athenas fugerem. Iſtud tibi in nullo Olynthio permitto, [3] niſi Laſthenem emeris. *Triarii.* Corrupiſti duo maxima Promethei munera, ignem & hominem. Quemcumque præco flentem viderat, [4] ſciebat te emptorem: miſerabantur omnes. [5] Te fortaſſe ipſe Philippus reduci juſſiſſet, ſi Athenienſem vidiſſet & emptorem * quod ego fabuloſum eſſe non dubito. Sed utrum vult Parrhaſius, eligat. parum pie, aut infami auctione imitatus eſt. Clamabat iſte: Nondum ſatis triſtis es: nondum ſatis, inquam, adjeciſti ad priorem vultum. talis in auctione Philippus. *Muſæ.* Narraturus ſum Olynthii ſenis igneis, verbera, tormenta. aliquis me nunc queri de Philippo putat. Dii deæque te perdant! miſericordem Philippum feciſti. Si iſti creditis, iratum Jovem imitatus eſt: ſi nobis, iratum Philippum vicit. Pinge Philippum crudelem, oculo effoſſo, [6] jugulo perfracto, per tot damna à diis immortalibus tortum. *Cornelii Hiſpani.* Ultima membrorum meorum tabes tormentis immoritur. Parrhaſi, quid agis? non ſervas propoſitum. Hoc ſupra Promethea eſt. Tantum patiendum eſt, pingente Parrhaſio, quan-

3 *Niſi Laſthenem emeris*] Qui cum Euthycrate Philippo Olynthum vendidit. Diodorus lib. 16. & Demoſthenes in Olynthiacis, & Philippicis. *N. Faber.*

4 *Sciebat te emptorem*] In excerptis, *agnoſcebat emptorem.* Idem.

5 *Te fortaſſe ipſe Philippus*] Lege: *Et fortaſſe ipſe Philippus reduci juſſiſſet, ſi Athenienſem vidiſſet emtorem.* Ex alia cauſſa; noluiſſet enim illis vendi, quibuſcum fœdus Olynthiis erat, & à quibus non emi eos in ſervitutem, ſed redimi in libertatem crederet. *Gronovius.*

6 *Jaculo perfractum*] Legendum conjicio, *jugulo perfractum.* Demoſthenes περὶ στεφάνου, Philippum deſcribens, eum dicit τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον, τὴν κλεῖν κατεαγότα. ad quem locum proculdubio Muſa reſpexit. Jugulum enim non ſolum σφαγὴν, ſed etiam κλεῖν ſignificat. Cornelius Celſus l. 8. cap. de juguli fracti curatione. Vet. lex. Jugulum, σφαγὴ, κατακλείς. Nic. Faber.

7 *Phin-*

tantum irato Jove. *Arellii Fuſci patris.* Pinge Promethea, non homines facientem, ſed igneis dividentem: pinge, ſed inter munera potius quam inter tormenta. Inter altaria, Olynthii ſenis crucem poſuit. Miſerrime ſenex, forte ex ſervis tuis aliquis felicius ſervit. Utique felicior eſt, quiſquis Macedoni ſervit. *Fulvii Sparſi.* Si ad ſuccurrendum profectus eſt, queror quod unum emiſti: ſi ad torquendum, queror quod ullum. Utinam, Philippe, his auctionem cum exceptione feciſſes: Ne quis Athenienſis emeret. Non vidit Phidias Jovem, fecit tamen velut tonantem: nec ſtetit ante oculos ejus Minerva; dignus tamen illa arte animus, & concepit deos, & exhibuit. Quid facturi ſumus, ſi bellum volueris pingere? diverſas virorum ſtatuemus acies, & in mutua vulnera armabimus manus, victi ſequentur, victores cruenti revertentur? Ne Parrhaſii manus ludat temere coloribus, internecioni humanæ timendum eſt. Si necesse eſt aliquem torqueri, eme nocentem ſervum, ut eodem tempore ex eo exemplum ſumas & ſupplicium. Statuitur ex altera parte Parrhaſius cum coloribus, ex altera tortor cum ignibus, flagellis, eculeis. Iſta aut videntem, aut expectantem, Parrhaſi, parum triſtem putas? Dicebat miſer: Non prodidi patriam. Athenienſes, ſi nihil merui, ſuccurrite: ſi merui, reddite Philippo. Inter iſta Parrhaſius, dubium eſt, ſtudioſius pingat, an ſæviat. Torque, verbera. ſic iſte carnifex colores temperat. Quid ais? parum triſtis videtur, quem Philippus vendidit, emit Parrhaſius: Etiamnum torque, etiamnum: bene habet, ſic t ne. Iſte vultus eſſe debuit lacerati, hic morientis. *Porcii Latronis.* Si videtur tibi, iſtis muneribus aram miſericordiæ orna. Nemo ergo ex Olynthiis miſerius ſervit, quam qui Athenienſem dominum ſortitus eſt? Miſer ubicunque Philippum non viderat, pacem putabat. Alliga, in- . Aiebat, Solutus apud Philippum fui. *Albutii Sili.* Expecta dum Euthycrates aut Laſthenes capiatur. [7] Phintias omnia

[7] *Phinthias omnia Parrhaſio*] Interpolatus potius quam curatus locus, inquit Faber. Ceteræ editiones exhibent: *Pythias omnia Parrhaſi me tortor effecit.*

omnia Parrhaſio tortore digna fecit. Philippus quoque vendidiſſe contentus eſt. Producitur ſenex nobilis, flens, reſpiciens patriam: placuit iſti vultus infelix. habuit aliquid Promethei ſimile etiam ante tormenta. Diligenter agit cauſam, ut Philippus. Olynthio non eſt; ego pecuniam perdidi: redi ad auctorem. Propter hominem Prometheus diſtortus, propter Promethea homines ne torſeris. Philippus ſic rogabatur: Liceat Olynthiis vivere. Parrhaſius aliter rogatur: Olynthiis mori liceat. Triſtem volo facere. nemo faciet, ſi Philippus non fecit.

DIVISIO. Hanc controverſiam magna pars declamatorum [8] ſic dixit, ut non controverſiam divideret, ſed accuſationem: quomodo ſolent ordinare actionem ſuam in foro, qui primo loco accuſant. In ſcholaſtica, quia non duobus dicitur locis, ſemper non dicendum tantum, ſed reſpondendum eſt. Objiciunt quod hominem torſerit, quod Olynthium, quod deorum ſupplicia imitatus ſit, quod tabulam in templo Minervæ poſuerit. Si Parrhaſius reſponſurus non eſt, ſatis bene dividunt. Nihil eſt autem turpius,

effecit. à quo me abſtineo. Petreius ipſo Pythio indigere deo locum cenſet: *omnia* vel *ſomnia* mutat in *ſumma* vel *eadem.* Ut ſit: ita mihi cruciati vultum & triſtis ſpeciem expreſſit tuus tortor, Parrhaſi, ut nullis tormentis admotis magis exprimi poſſit, nec tu jam debeas expreſſiorem exſpectare. Quod tamen ſomnium potius Toletanum quam Delium aut Pythium. Denique Schottus divinabat: *Olynthii ſummam Parrhaſius ſine tortore fecit:* quod ſit: Parrhaſius emit Olynthium tantum ſervum, ſine ulla adinventione tormentorum. Quis hoc intelligeret, ſi maxime omnibus in libris ſcriptum exſtaret? *Facere ſummam alicujus*, puta Davi aut Syri, eſt eum ſervum emere: dein *facere ſummam ſine tortore?* At in variantibus ſuſpicatur, Pinthiam neſcio quem patriam prodidiſſe, ut Romana lectio verior videatur. Sed non eſt cujuſvis divinare. In libro ejus erat: *Phithia ſumma paraſive tort.* In Chartaceo & Pal. apud Gruterum, & Eraſmo: *Phytia ſomnia Parrhaſi me tortor effecit.* niſi quod Chart. *Phythia.* Scribe: *Phidias Jovem, ô Parrhaſi, ſine tortore fecit.* Habes jam ſuperius invidioſam comparationem eorumdem: *Non vidit Phidias Jovem, fecit tamen velut Tonantem.* Gronovius.

8 *Sic dixit, ut non Controverſiam divideret*] Abſunt à veteribus editionibus hæc duo vocabula *ut non:* & ab Eraſmo primum in editione Frobeniana anno M.D.XV. ſenſu ita exigente addita ſunt. Aliter autem accuſatio ac Controverſia dividitur. Illa enim non per quæſtiones particulares, ſed per criminum capita dividitur, ut patet maxime ex actionibus in Verrem. *Nic. Faber.*

9 De-

…pius, quam aut eam controverſiam declamare, in qua
…il ab altera parte reſponderi poterit: aut non refellere,
…ſponderi poteſt. *Gallio* fere ſimilem diviſionem in Par-
…io habuit ei, quam habuerat in illa controverſia, cujus
…ntio eſt in hoc ipſo libro. [9] Debilitabat expoſitos, de-
…tis quibuſdam. Diviſit autem ſic: An læſa ſit reſpu-
…a. Quid perdidit, inquit? nihil. Nondum de jure con-
…erſiam facio. Perdidit unum ſenem Olynthus! fac A-
…ienſem. [10] non ages mecum reipublicæ læſæ, ſi Athe-
…ſem ſenatorem occidero, ſed cædis. Ita. verum Athe-
…ſium corrumpitur opinio. miſericordia ſemper cenſi
…us. Nunquam [11] unius facto publica fama corrumpi-
…? Solidior eſt opinio Athenienſium, quam ut labefactari
…rmentis captivi poſſit. Læſa eſt, inquit, reſpublica. Si
…Olynthi depoſitum negaverit, videbitur, ut exiſtimo,
… rempublicam, ſed hominem læſiſſe. Olynthiis hoc
…iſti, ut eodem loco eſſent, quo Athenienſes. Læſiſti,
…it, rempublicam, quod hanc picturam in templo po-
…. lædunt rempublicam, qui aliquid illi auferunt, non
…djiciunt: qui diruunt templa, non qui ornant. Pec-
…runt ergo & ſacerdotes, qui tabulam receperunt. qua-
…men non reciperent? [13] Deorum adulteria picta ſunt,
…æ ſunt picturæ Herculis liberos occidentis. Deinde,
…ob id accuſari poſſit læſæ reipublicæ quod ei facere li-
… Ea lege perſequere, quæ non licuit. Dicis mihi:
…acere non oportet: huic rei [14] æſtimatio immenſa eſt.
itaque

…*ebilitabat expoſitos*] Legendum …*ebilitans*: hic enim eſt illi con-…iæ titulus, inquit Faber. Immo …*ntis*: hoc enim præſens expoſcit …, quam ſic diſtingues: *Gallio fe-…m diviſionem in Parrhaſio habuit …m habuerat in illa Controverſia, …entio eſt in hoc ipſo libro, debili-…expoſitos, detractis quibuſdam.* …uvius.

…*Non ages mecum reipublicæ læſæ*] …loco patet hucuſque actionem hujus Controverſiæ male conceptam fuiſſe, *Religionis læſæ*. N. Faber.

11 *Unius facto*] Epitome, *unius malo*. Idem.

12 *Tormentis captivi poſſit*] Alias legitur, *ullo modo poſſit*. Idem.

13 *Deorum adulteria picta ſunt*] Excerpta, *Deorum crimina in templis picta ſunt*. Idem.

14 *Æſtimatio immenſa eſt*] Forte, inquit Petreius, *injuncta eſt*. ut ii, qui faciunt, quod non oportet, damnantur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

itaque nulla vindicta eſt. Et id tantum punitur, quod non licet. Satis abundeque eſt, ſi opifex rerum imperitus ad legem innocens eſt. An hoc ei facere licuerit. Hoc in illa dividitur. An Olynthius fuerit apud Athenienſem, etiam antequam fieret decretum. Servus, inquit, eſt meus, quem ego emi belli jure. vobis, Athenienſes, expedit: alioquin imperium veſtrum in antiquos fines redigitur, quidquid eſt bello partum. Et eſt contra. At ille ſervus alii emptori eſſe poteſt, Athenienſi non. Quid enim ſi Athenienſem à Philippo emiſſes? Atqui ſciebas Olynthios nobis conjunctos eſſe fœdere. Ut ſcias, inquit, ſervos fuiſſe, decretum poſtea factum eſt Athenienſium, quo juberentur & liberi & cives eſſe. quare hoc illis jus, ſi jam habebant, dabatur? Deinde, an decreto hoc non contineatur, liberi ut fiant, ſed ut eſſe liberi judicentur. Hoc cenſuimus, Olynthios cives noſtros eſſe. ita & ille civis noſter fuit. Non, inquit: nam decretum in futurum factum eſt, non in præteritum. Vis hoc ſcire? Non quiſquis Olynthium ſervum habuit, accuſabitur, quod civem in ſua ſervitute tenuerit. [15] Si quis tunc inter neceſſaria ſervilium officiorum miniſteria percuſſit, aut cecidit, injuriarum accuſabitur? atqui quantum ad jus attinet, nihil intereſt, occiderit, an ceciderit. nam aut nec cædere licuit, aut nec occidere.

Color. A parte Parrhaſii fecit hunc colorem, emptum eſſe à Parrhaſio ſenem, inutilem, expiraturum. Si verum vultis, inquit, non occidit illum, ſed deficientis & alioquin expi-

tur ſola mulcta pecuniaria: qui autem, quod non licet, puniuntur. Male: immo priores non damnantur: ſi quam contrahunt infamiam, ferunt; quæſtionem aut pœnam, quia lex nulla eſt, evitant. *Æſtimatio* ejus, quod oportet, *immenſa eſt*, finem & modum non habet: itaque lege non comprehenditur. Hoc præcepta de officiis continent, quæ ab imperitis & agreſtibus exigi non poſſunt. Subjicit: *itaque nulla vindicta eſt:* nempe hujus rei: itaque vindicari & judicio peti vel exigi non poteſt. Ne Fabro adſentiaris, qui conjicit, *nulla indicta*. Gron.

15 *Si quis tunc inter neceſſaria*] Gruterus notat *quid* fuiſſe in ſcripto. Schottus: recte Covarruv. *Si quos tunc inter.* Atqui planum eſt legendum: *Si quis hunc inter neceſſaria ſervilium officiorum miniſteria percuſſit.* Puta Olynthium. *Idem.*

16 *Vix*

ſpiraturi morte uſus eſt. Torſit, inquit, tamen: ſi lucri auſa, objice, nempe crudelitatis pretium Athenæ habent. argumentis dixit, quantum ſemper artibus licuiſſet: mecos, ut [16] vim ignoratam morbi cognoſcerent, viſcera reidiſſe. hodie cadaverum artus reſcindi, ut nervorum oiculorumque poſitio cognoſci poſſit. *Albutius* hoc core: Calamitoſum fuiſſe, orbum, palam mortem optanm: nec aliter illum Philippus vendidiſſet, niſi putaſſet i pœnam eſſe vivere. *Silo Pompeius* putabat commodius e, ſi hoc animo iſſet Parrhaſius ad auctionem, ut alicem in hunc uſum emeret. poterit enim videri, eleſe viliſſimum & maxime inutilem. *Fuſco Arellio* placet, emptum quidem illum in alios uſus: ſed cum deeret, & mori vellet, in id quod unum ex cadavere ifex poterat, impenſum. *Gallio* ad neutrum ſe alliga, nec dixit, quo animo emiſſet. *Gallionis* color intoabilis eſt. dixit enim, ſenem ex noxiis Olynthiis emiſ Quod ſi licet illi fingere, non video quare non eam opera dicat, & conſcium proditionis Laſtheni, & pœnæ cauſa torſiſſe. *Hiſpo Romanus* ignorantiam illam cuſavit. Pictor, inquam, intra officinam ſuam clau, qui hæc tantum vulgaria jura noverit, in ſervum hil non domino licere, pictori nihil non pingere, manoium ſuum operi ſuo impendit. Non omnia, inquit, rras: Olynthius fuit ille qui periit. Quid autem ad m pertinet, cujus nationis ſervus fuerit? Audes, init, ſervum dicere Olynthium? etiam, poſt bellum, ante decretum. Alioquin quod vos illis dediſtis beneium, niſi quod jam illos nec torquere licet, nec occlere? Græci nefas putaverunt, pro Parrhaſio dicere: nnes illum accuſaverunt, in eoſdem ſenſus incurrunt. *ycon* dixit: Πῦρ καὶ ἄνθρωπος, Προμηθεῦ, τὰ σά σε δῶϱ βασανίζει. *Triarius* hoc ex aliqua parte cum ſurriperet inflexit.

16 *Vim ignorantem morbi*] Excerpta, *vim ignotam*. N. Faber.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

inflexit. Hoc aiebat *Severus Caſſius*, qui hoc facerent, ſimiles ſibi videri furibus, alienis poculis anſas mutantibus. Multi ſunt, qui detracto verbo, aut mutato, aut adjecto, putant ſe alienas ſententias lucrifeciſſe. *Triarius* autem [17] ſic vertit, Corrupiſſe duo maxima Promethei munera, ignem & hominem. ſed egregie illam ſurripuerunt. *Euctemon* qui dixit, Προμηθεῦ, ἐπί σέ τις πῦρ καὶ ἄνθρωπον, ſanius quam Glycon: ΑΛΛΑΙΟΣΙ, Πρωμηθεῦ, μέ τις γράφων, ἄνθρωπον ἀφανίζει. *Damas* corruptiſſime Δικαίως· ὦ Προμηθεῦ. διά τί γὰρ πῦρ ἔκλεπτες ἀνθρώπῳ; Hic eſt *Craton* [18] venuſtiſſimus homo, & prohomo & profeſſus. *Aſinius*, qui bellum cum omnibus Atticis gerebat, cum donaret illi Cæſar talentum, [19] in quo xxiiij ſeſtertia ſunt Athenienſium more, ἢ πρόσθες, φησὶν, ἢ ἄφελε, ἵνα μὴ Ἀττικὸν ᾖ. hic Cæſari, quod illum nunquam niſi menſe Decembri audiret, dixit, * & cum commendaretur à Cæſare Paſſieno, nec curaret, interroganti, quare non complecteretur tanti viri gratiam, ἡλίου καίοντος [20] λύχνον οὐχ ἅπτω. Sæpe ſolebat apud Cæſarem cum Timagine confligere, homine acidæ linguæ, & qui nimis liber erat: puto quia diu non fuerat. Ex captivo cocus, ex coco lecticarius, ex lecticario uſque ad amicitiam Cæſaris felix, uſque eo utramque fortunam contempſit, & in qua erat, & in qua fuerat, ut, cum illi multis de cauſis iratus

17 *Sic vertit, corrupiſſe duo*] Lege, *ſic vertit: Corrupiſti duo maxima.* Ut ſupra. *Gronovius.*

18 *Venuſtiſſimus homo & prohomo & profeſſus*] Schottus ariolatur: *venuſtiſſimus homo & probus:* vel, *Philoſophorum promus & condus.* Forte: *venuſtiſſimus homo & perfeſtivus.* Idem.

19 *In quo* xxiiij *ſeſtertia ſunt*] Qui de re nummaria ſcripſerunt, viginti quattuor ſeſtertiis talentum Atticum ſeu magnum conſtare notarunt. Probat etiam Plauti locus in Moſtellaria, qui CXX. mnis duo talenta æſtimat. Tranio enim cum duobus talentis magnis domum emptam, quadragintaque mnas arraboni datas Teuropidi finxiſſet, Teuropides octaginta mnas ſe debere reliquas dicit. Hinc emendandus eſt Servius 5. & 9. Æn. in quibus talentum à Plauto ſeptuaginta libris eſſe æſtimatum refert. ſexaginta autem mnæ ſex millia denariorum ſive drachmarum, id eſt XXIV ſeſtertium efficiunt. N. *Faber.*

20 Λύχνον οὐχ ἅπτων] Lege, ἅπτω. Idem.

tus Cæſar interdixiſſet domo, combureret hiſtorias rerum ab illo geſtarum: quaſi & ipſe illi ingenio ſuo interdiceret, diſertus homo & dicax, à quo multa improbe, ſed venuſte dicta. ne modum excedam, excurro, & ad Parrhaſium revertor. *Nicetes* dixit: Εἰ πίνακι διαπύρῳ ζωγραφοῦνται, ΠΑΝΥ τυραννοῦνται. *Hiſpo Romanus* dixit: Ignes, ferrum, tormenta: pictoris iſta, an Philippi officina eſt? *Sparſi* ſententia in deſcriptione picturæ habet aliquid corrupti: ubicumque ſanguine opus eſt, humano utitur: dixit enim quod fieri non poteſt. Illum locum omnes tentaverunt: Quid ſi volueris bellum pingere? Quid ſi incendium? Quid ſi parricidium? A Græcis *Dorion* furioſe dixit: Τίς Οἰδίπους λήτη ΑΛΙ, τίς Ἀτρεὺς, οὐ γράφεις. Ἴδε Ἤραν, μὴ μύθους ἴδῃς. ΖΗΝΝΙΑΣ. * ζῇ Αἴας. Sed nihil eſt quod minus ferri poſſit, quam quod à *Metrodoro* dictum eſt: μή μοι Τροάδας, μηδὲ Νιόβην. Ἐπίθες τῷ πυρὶ προγνωπὸν Προμηθέα ΠΑΣΑΟΥΚΕΝ (* πέπλωκεν) *Triarius* dixit: Nondum dignum irato Jove gemuiſti. *Haterius* dixit ſanius: Nondum vultus ad fabulam convenit. & illud: Parrhaſi, ut omnia fiant ad exemplum, vivat qui tortus eſt. Sed ſi vultis audire, ſupra quod non poſſit procedere inſania, *Licinius Nepos* ait: Si vultis digne punire Parrhaſium, ipſe ſe pingat. Non minus ſtulte *Æmilianus* quidam Græcus rhetor (quod genus ſtultorum amabiliſſimum eſt) [21] ex arido fatuus

21 *Hexarida fatuus dixit*] Optimus Schottus in indiculo declamatorum hinc ſuum petivit *Hexaridam*. At l. 4 Obſervat. cap. 2. facit: *ex Aricia fatuus*. Scribe: *Non minus ſtulte Æmilianus quidam Græcus rhetor (quod genus ſtultorum amabiliſſimum eſt) ex arido fatuus dixit*. Sæpe compellat noſter honoris cauſſa declamatores *aridos*. Præfat. 1. *Cum diſcipuli eſſemus apud Marillium rhetorem, hominem ſatis aridum*. Præfat. lib. 2. *Fuſci Arellii principia, argumenta, narrationes aridæ dicebantur*. Controv. 9. *Aridi declamatores fidelius, quos propoſuerunt colores, tuentur: nihil enim eos ſolicitat, nullum ſchema, nulla dulcedo ſententiæ ſubrepit*. Controverſ. 13. *Buteo aridus quidem declamator, ſed prudens diviſor*. Controverſ. 20. *Nicocrates Lacon aridus & exſuccus declamator*. Controv. 29. de neſcio quo: *declamatori ſubtili, ſed arido*. Nec fatuis ſtultiſve, quique res ineptas dixerunt, alibi parcit, in primis in perſona Murrhedii. Porro, *ex arido fatuus*, dictum eſt, ut hac controverſia de Timagene: *fuerat ex captivo cocus, ex coco lecticarius, ex lecticario uſque in amicitiam Cæſaris felix*. Significat ergo hunc hominem ex vitio in vitium prolapſum, &

tuus dixit: Ἀποκλείνατε Παῤῥάσιον, μὴ θελήσας γράφειν ἐξ ἡμῶν ἀρχέτυπον ὕβρη. *Pauſanias* dixit: Διά σε, Παῤῥάσιε, ἀστεῖς ἐκπορθούμεθ' ὑέων ναοῦ, ἀφαγνίσαντες. *Otho Pater* cum pro Parrhaſio diceret, in hoc colore deriſus eſt. Quia conciderant, inquit, per proditores Olynthii, volui pingere iratum proditori ſuo Jovem. *Gargius* multo ſtultius, quare Promethei Parrhaſius ſupplicium pinxiſſet. Ego, inquit, ardente Olyntho non odiſſem ignium auctorem? *Latronis* illa celebris ſententia eſt, quam *Sparſus* quoque ſubtractis quibuſdam verbis dixit in deſcriptione mortuorum: Parrhaſi, emorior, ſic tene. hanc ſententiam aiunt & *Dioclem Caryſtium* dixiſſe non eodem modo: ἄπιστος ἡ ὑπεροψία πρὸς τὸ ἀρέσκον εἶδος· ἐβόα, Μένε. [22] *Hiſpo:* * Rideon' honeſte *Romanus* fecit. multo enim vehementius inſanit, quam noſtri fanatici. Voluit videri volturios ad tabulam Parrhaſii advolare, fabula eleganti ad turpem ſententiam perductus. Traditur enim, Zeuxin, ut puto, pinxiſſe puerum, uvam tenentem: & cum tanta eſſet ſimilitudo uvæ, ut etiam aves advolarent operi, quendam ex præſentibus dixiſſe, aves male exiſtimare de tabula: non fuiſſe enim advolaturas,

cum ſtuderet, ne aridus appareret, non fuiſſe mentis ſuæ, ut alibi loquitur, ſed fatuam rem & ineptam dixiſſe. Qualis eſt ſane ſententia, quæ ſequitur, tollendum eſſe Parrhaſium, ne veniat ei lubido ex Athenienſibus exemplum ſumendi & hos quoque torquendi. *Gronovius.*

22 *Hiſpo rideon' honeſte. Romanus fecit*] Corruptus locus, quem ita emendari poſſe conjicio, ſi legamus *Spyridion honeſte minus fecit.* Spyridionis enim eam eſſe ſententiam ſequentia oſtendunt, cum dicit, *Spyridion æque familiariter in templum volturios ſubire putavit*, &c. *N. Faber.* Tetigit hoc Faber non prorſus infeliciter. Conjicit enim: *Spiridion honeſte minus fecit.* Verum nomen declamatoris tenuit. At Schottus Hiſponem Romanum facit: qui mox *Syperideon* nominetur. Putat autem Senecam riſus cauſſa Latinam Græca terminatione vocem finxiſſe, quaſi dicat, ridendum eſt. Sic *rideon* foret ut γελαστέον. Bene quod addit hanc conjecturam eſſe, neque temere ſe quidquam adfirmare. Secus mereretur obduci illud noſtri in præfatione hujus libri: *Multa donanda ingenii puto: ſed donanda vitia, non portenta ſunt.* Scribe: *Glycon Spiridion iſto Romanos vicit.* Ideo ſequitur: *multo enim vehementius inſanit quam noſtri fanatici.* Nempe inter Romanos ſtulti declamatores. Ideo etiam mox: *Sed nolo Romanos in ulla re vinci. Reſtituet aciem Murrhedius*, &c. Ita enim ſcribendum, non *illa*. Vides hujus dicti ſalem ex iſta lectione pendere. Proxime ad noſtram emendationem acceſſit Gruterus. *Gronovius.*

CON-

ras, ſi puer ſimilis eſſet. *Zeuxin* aiunt obleviſſe uvam, & ſervaſſe illud, quod melius erat in tabula, non quod ſimilius. *Spiridion* æque familiariter in templum volturios ſubire putavit, quam paſſeres aut columbas. Dixit enim: Σαρκοφάγα σου ἡ γραφὴ καὶ τὰ ζῶα. Sed nolo Romanos in illa re vinci. Reſtituet aciem *Murrhedius*, qui dixit: Pinge Triptolemum: qui junctis draconibus ſulcavit auras. Inter illos, qui de Prometheo corrupte aliquid dixerant, & *Apaturius* locum ſibi vindicat. dixit enim: ὢ τοῦτο τὸ πῦρ εἰς θεοὺς πάρεργα κλαπῆναι.

CONTROVERSIA XXXV.

Fur accuſator proditoris.

Lex. Injuriarum ſit actio. *Lex.* Fur concione prohibeatur. *Thema. Quidam cum divitem poſtulaſſet proditionis, noctu parietem domus ejus perfodit, & ſcrinium, in quo miſſæ erant ab hoſtibus literæ, ſuſtulit. Damnatus eſt dives. Concionari cum vellet accuſator, à magiſtratu prohibitus eſt. Agit injuriarum.*

PRO FURE. *Porcii Latronis.* Id ſolum ſuſtuli, quod fur reliquiſſet. nihil tam fur timuit, quam ne dominus furtum nollet agnoſcere. Fac mihi invidiam: prodidi furtum meum. Ago magiſtratui iſti gratias: cum ad illum furtum meum detuliſſem, furem ſummoveri non juſſit. Ruentem civitatis ſtatum [1] unius parietis ruina repoſui. *Oſci.* [2] Solicitus erat, ne quod perdiderat quæreretur. Indicium

CONTROV. XXXV. 1 *Unius parietis ruina repoſui*] Excerpta, *ſuſpendit.* N. Faber.

2 *Sollicitus erat, ne quod perdiderat, quæreretur*] At fur nihil perdiderat, immo furto acquiſierat. quomodo igitur ſollicitus eſſe potuit, ne quod perdiderat, quæreretur? dives etiam ſollicitus eſſe non poterat, ne quod perdiderat quæreretur, cum in ejus eſſet poteſtate vel furtum quærere, vel tacitum ferre. Vide igitur ne legendum ſit, *ſollicitus eram, ne quod perdiderat quæreretur*, id eſt, ne dives furtum ſibi factum ſilentio præteriret, res furto ablatas non agnoſceret. *Idem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

dicium profiteor, multos furti conſcios habeo. furti mei civitas conſcia eſt. At illud tuto illi oſtendi. hoc furtum non ſolus habeo. Furtum eſt, quod timet dominus agnoſcere? potui non eſſe pauper, habui quod magno venderem. Teneo ecce epiſtolas, in quibus manifeſta proditionis argumenta ſunt, in quibus hoſtium conſilia. Te interrogo, ſi furtum eſt, repono. *Muſæ.* Furtum vocas, quod qui perdiderat, negabat ſuum? furtum feci, ſed ex hoſtibus. *Clodii Turrini.* Furtum vocas, quod qui perdiderat, ſupplicium tulit: qui ſurripuerat, præmium? Utri permiſiſſetis loqui, ſi eo tempore fur veniſſet & dominus? potui rempub. magno vendere vel proditori. *Arellii Fuſci patris.* Mille navium duces furto Trojam çepiſtis. ſi bene furto evertuntur urbes, quanto melius ſervantur? Si non indicavero cujus ſit, nemo cognoſcet. *Vibii Ruſi.* Cujus ego, ſi potuiſſem, non parietem tantum, ſed pectus ipſum perfodiſſem. Nondum totum conſummavi officium: non eſt tam anguſta reſpublica, ut ab uno opprimi poſſit. *Ceſtii Pii.* Nolite à me omnia exigere quæ ſcio. multa ſunt. quædam & in concione dicenda. Hoc furtum liberos veſtros docete. Rogo vos, Judices, per furtum meum, quotiens furtum meum protuli, tacet dominus. ego fur? Ecce altera injuria. Non tu, inquit, perfodiſti domum? Tace, ego novi iſta melius. Narrare ſoleo, non negare quæ ſcio.

* * * * * *

Cetera deſunt. Quæ ſequuntur, ex Epitoma ſumpta ſunt.

In forum veni, narravi nocturnam expeditionem meam. Convenerant omnes tanquam ad concionem. Cur me ſubmoves ante accuſationem, cum nec proditores inauditi pereant? O furtum in concione narrandum! proditoris vigilantiſſimum pectus, & in exitia noſtra ſemper ſolici-

tum,

tum, publica fata ſopiebant. Ita etiam miniſtros ejus alligaverat ſomnus, ut mihi liceret eligere quod tollerem. Diruere mihi videbar hoſtium muros. Furtum vocas, quo nihil melius tuo anno factum eſt? Nemo fur rempub. cogitat. nihil non licet pro repub. facere.

Pars altera. pro magiſtratu. Quale illud, dii, ſpectaculum fuit? compoſuerat inter ſe fortuna reipub. furem, & proditorem. ut vidit inutile furtum ſuum, prodidit, ut nobis venderet quod nulli poterat. Tam callidus fur, ut etiam proditori poſſet imponere. Conſilium videri vult infelicitatem furti ſui. Lex quæ nocturnum furem occidit, quoquo modo jubet, non de damnato, ſed de fure loquitur. Odit hoc vitium, nec immerito. non multum abeſt à proditore. Suſtulit quod non elegit, ſed quod illi fatum publicæ felicitatis objecit. Uno tempore & proditorem nobis oſtendit, & furem, qui divitem compilare mallet, quam damnare. Effregit domum manu ſuſpenſa, eluſit illum. non tunc primum fecit. Suſtulit, non quod voluit, ſed quod potuit. Bono exemplo damnatus eſt proditor, malo inventus.

Controverſiarum quæ extant Finis.

EPI-

EPITOME
SEU
EXCERPTA
EX
M. ANNÆI SENECÆ
CONTROVERSIARUM
Decem Libris;

Qui hactenus L. ANNÆO SENECÆ *inſcripti*, DECLAMATIONUM *titulo publicati ſunt.*

AD LECTOREM.

EPitomæ hujus Libri quinque, videlicet Primus, Secundus, Septimus, Nonus & Decimus, (ſequimur enim Frobenianam, & Gryphianam, primaſque Editiones, nuperis illis & interpolatis longe meliores & caſtigatiores) continent EXCERPTA quædam ex quinque illis libris CONTROVERSIARUM, qui integriores ſuperius exhibiti ſunt. Reliqui vero Libri, Tertius, Quartus, Sextus, & Octavus, ſingulares ſunt; Quorum archetypa temporis injuria pridem interciderunt, ſervatis tantum ac ſuperſtitibus miſerandis illis RELIQUIIS, quas aliquis Eloquentiæ ſtudioſus inde excerpſit, ac collegit. Hoc volebam, neſcius ne eſſes. Vale, ac conatibus noſtris fave.

INDEX

INDEX
CONTROVERSIARUM
quæ penitus interciderunt, & quarum
Epitomæ ſequuntur.

Lib. III.

I. *Luxurioſus à ſodalibus excæcatus.*
II. *Parricida æquis ſententiis abſolutus.*
III. *Abdicandus quis fratrem abdicatum adoptavit.*
IV. *Servatus à filio.*
V. *Pater raptam continens.*
VI. *Domus cum tyranno incenſa.*
VII. *Venenum datum filio furenti.*
VIII. *Olynthius pater reus concurſus.*
IX. *Crux ſervi venenum ægro domino negantis.*

Lib. IV.

I. *Pater à ſepulcro à luxurioſo raptus.*
II. *Metellus cæcatus.*
III. *Patre exule filia rapta.*
IV. *Armis ſepulcri victor.*
V. *Privignus medicus.*
VI. *Indiſcreti filius & privignus.*
VII. *Tyrannicida, & adulter tyranni.*
VIII. *Patronus operas remiſſas repetens.*

Lib. V.

Præfatione laudatur Caſſius Severus.

I. *Laqueus inciſus.*
II. *Gener divitis inimici.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

III. *Fratres pancratiaſtæ.*
IV. *Damnatus parricidii alligans fratrem.*
V. *Exuſta domus cum arbore.*
VI. *Raptus in veſte muliebri.*
VII. *Trecenti ab Imperatore recepti.*
VIII. *Tyrannus poſt abolitionem candidatus.*

LIB. VI.

Præfatio de Aſinio Pollione, & Aſinio Gallo ejus filio, & de Haterio.

I. *Chirographum cum abdicato.*
II. *Exul pater fundo prohibitus.*
III. *Mater nothi lecta pro parte.*
IV. *Potio ex parte mortiſera.*
V. *Iphicrates reus.*
VI. *Adultera venefica.*
VII. *Demens qui filio ceſſit uxorem.*
VIII. *Verſus virginis Veſtalis.*

LIB. VII.

I. *Orba poſt laqueum ſacrilega.*
II. *Phidias amiſſis manibus.*
III. *Infamis in nurum.*
IV. *Homicida ſui.*
V. *Fortis nolens ad patrem fortem redire.*
VI. *Pater naufragus divitis ſocer.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

EXCERPTA
EX
CONTROVERSIARUM
LIBRO PRIMO.

DECLAMATIO I.

Patruus abdicans.

Lex. Liberi parentes alant, aut vinciantur. *Thema. Duo fratres inter ſe diſſidebant: alteri filius erat. Patruus in egeſtatem incidit. Patre vetante, adoleſcens illum aluit. ob hoc abdicatus, tacuit. Adoptatus à patruo eſt. Patruus accepta hereditate, locuples factus eſt. Egere cœpit pater. Vetante patruo aluit illum adoleſcens. Abdicatur.* C. D.

(Excerpta ex Contr. 1. lib. 1.)

DECLAMATIO. Eo jam perductus erat, ut omnem ſpem ultimorum alimentorum in ea ſola domo poneret, in qua habebat abdicatum & inimicum. Ipſe, inquit, me ali vetuit. Imitationem alienæ culpæ innocentiam vocas? Omnis inſtabilis & incerta felicitas eſt. Quis crederet jacentem ſuper crepidinem Marium aut fuiſſe conſulem, aut futurum? Quid non timendum felicibus putas? Quid deſperandum infelicibus? Ne circa plura inſtabilis fortunæ exempla te mittam, vide quis alimenta rogetur, & quis roget. Non

ſum hoſpes gravis. Unum ſenem advoco. Hoc tibi vitio placui pater. Perierat totus orbis, niſi iram finiret miſericordia. Jactatus inter duos patres, utriuſque filius, ſemper tamen felicioris abdicatus. Illud tamen, pater, deos teſtor, divitem te relinquo. Circumibo tecum, pater, aliena limina. Oſtendam omnibus, & me qui alimenta dedi, & te qui negaſti. Abdicari non poſſum ob id quod feci, lege cogente. Quid ſi flere me vetes, cum vidi hominem calamitoſum? Non ſunt affectus noſtri in noſtra poteſtate. Quædam jura non ſcripta, ſed ſcriptis omnibus certiora ſunt.

Pars altera. Creſcere ex mea propoſuit invidia homo, qui ſe melius jactare poteſt, quam defendere. Juſtus meus metus; ne heredem ingratum ſcribam, inimicum relinquam. Etiam ſi tu non odiſti eum, qui fecit mihi injuriam: ego odi illum, qui fecit tibi. Deſinit eſſe filius, qui non tantum à patre abdicatus, ſed ab alio adoptatus eſt. Audite, quam valde eguerim. Fratrem rogavi. Quis es, tu qui de facto patrum feras ſententiam? Ad te arbitrum odia noſtra non mittimus. Judices deos habemus.

[1] *Extra. Alſius Flavus* prætextatus apud *Ceſtium* controverſias declamabat. Semper autem commendabat eloquentiam ejus aliqua res extra eloquentiam. In puero eloquentiæ lenocinium erat ingenii ætas.

DECLAMATIO II.

Sacerdos proſtituta.

Lex. Sacerdos caſta è caſtis, pura è puris ſit. *Thema. Quædam virgo à piratis capta veniit. Empta à lenone, & proſtituta eſt. Venientes ad ſe exorabat ſtipem. Militem qui ad ſe venerat,*

DECL. I. 1 *EXTRA. Alſius Flavus*] Membranæ Voſſiana & Hugen. *Extra controverſiam dicta. Alſius Flavus* &c. Et videtur ſic integrius poſuiſſe in principio eclogarius, quicumque ille fuerit, quod poſtea fere uno iſto vocabulo, *EXTRA*, ſignificaturus erat. Lib. 4. decl. 2. eſt: *Extra controverſiam.* Gronovius.

rat, cum exorare non poſſet, [1] *colluctantem & vim inferre volentem occidit. Accuſata, abſoluta, & remiſſa ad ſuos eſt. Petiit ſacerdotium. Contradicitur.*

(*Ex Controv. 2. lib. 1.*)

DECLAMATIO. Sacerdos veſtra adhuc in lupanari viveret, niſi hominem occidiſſet. Quo mihi ſacerdo-m, cujus precaria caſtitas eſt? Id enim deerat, ut eas mpla recipiant, quas aut carcer, aut lupanar ejecit. In-gnam te ſacerdotio dicerem, ſi tranſiſſes per lupanar. For-na, inquit, pati coëgit, & miſereri debent omnes mei. t nos non facimus miſerandas ſacerdotes. Nec eſt apud os maximus honor ultimorum malorum ſolatium. Ita omi cuſtodita eſt, ut rapi poſſet. Ita curæ fuit ſuis, ut pta non redimeretur: ita raptæ pepercere piratæ, ut leoni venderent: ſic emit leno, ut proſtituerit: ſic venien-s deprecata eſt, ut ferro opus eſſet. Movet me reſpectus nnium virginum; ſi in civitate nulla inveniri poterit, nec eretrice caſtior, nec homicida purior. Nulla eſt ſatis pu-ca, de qua quæritur. Omnes, inquit, exoravi. Si quis ubitat an meretrix eſſet, audiat quam blanda ſit. Pute-us tres ſacerdotium petere: unam quæ capta ſit: alteram uæ proſtiterit: tertiam quæ hominem occiderit. Omni-s nego.

Pars altera. Voluerunt dii eſſe miraculo, in captiva li-ertatem, in proſtituta pudicitiam, in homicida innocen-m. Narrent ſane omnes tanquam ad proſtitutam veniſ-, dum tanquam à ſacerdote deceſſerint: quam pudica , miles oſtendit: quam innocens, judex: quam felix, itus. Inter tot pericula dii non ſervaſſent, niſi ſibi ſer-curi fuiſſent. Totum populus ad ſervandam pudicitiam con-

Decl. II. 1 *Tum luctantem & vim*] d; *tum*, per ſe non nimis ele-s tollit membrana V. hoc modo legendo: *cum exorare non poſſet, colluctantem & vim inferre conantem occidit.* Gronovius.

contulit, quidquid ad violandam attulerat. Dicat diis pudicitiam, quibus debet.

Extra. Longe recedendum eſt ab omni obſcœnitate & verborum & ſenſuum. Quædam ſatius eſt cauſæ detrimento tacere, quam verecundiæ dicere.

DECLAMATIO III.

Inceſta de ſaxo.

Lex. Inceſta de ſaxo dejiciatur. *Thema. Inceſti damnata antequam dejiceretur, Veſtam invocavit. dejecta vixit. Repetitur ad pœnam. Contradicitur.*

(Ex Controverſ. 3. lib. 1.)

DECLAMATIO. Id enim deerat: ut modeſtior in ſaxo eſſet, quam in ſacrario fuerat. Dubitari non poteſt, quin uſque dejicienda ſit, donec efficiatur, propter quod dejecta eſt.

Patrocinium ſuum putat pereundi infelicitatem. Quid tibi importuna mulier imprecer? niſi ut ne bis quidem dejecta pereas. Exponam cum quo ſtuprum, vel quando commiſerit? Quia probavi iſta, damnaſtis. Non putas legem caviſſe ut perires, quæ cavit quemadmodum perires? Male de diis exiſtimas, ſi ſacerdoti ſuæ tam ſero ſuccurrunt. Ita dii maluerunt abſolvere damnatam, quam ſacerdotem?

Pars altera. Damnata dejecta eſt, abſoluta deſcendit. Putares puellam non dejici, ſed demitti. Lex ſacerdotem non ad ſaxum uſque differret, niſi ſententiam deorum expectaret. Erat altitudo montis etiam ſecure deſpicientibus horrenda.

DECLAMATIO IV.

Fortis ſine manibus.

ex. Adulterum cum adultera qui deprehenderit, dum utrumque corpus interficiat, ſine fraude ſit. *Altera.* Liceat adulterium in matre & filio vindicare. *Thema. Vir fortis in bello manus perdidit: deprehendit adulterum cum uxore, de qua filium adoleſcentem habebat. imperavit filio, ut occideret. Non occidit. Adulter effugit. Abdicat filium.* C. D.

(*Ex Controverſ. 4. lib. 1.*)

DECLAMATIO. Solus ego ex omnibus maritis nec dimiſi adulteros, nec occidi. Quis non putet, aut me ne filio fuiſſe, aut filium ſine manibus: Conceptus eſt e: ex quo? ſciemus, cum adulteros deprehendero. Tunc imum ſenſi me manus perdidiſſe. In bello meas, domi iam filii manus perdidi. Tam fruſtra ad filium, quam ad adium cucurri. In bella non venit, & ante patriæ quam tri negavit manus. Uſque eo pugnavit pro vobis, ut pro non poſſet. Adoleſcens, quos demiſiſti, ſequere. Non tui, inquit, matrem occidere. Quo ſis excuſatior, adjice patrem.

Pars altera. Alterum putavi parricidium, matrem com patre occidere. Non ſemper ſcelera noſtri ſunt juris. troces quoque animos miſericors natura debilitat. In n inopinati flagitii ſpectaculo, toto corpore ſtupui. Pa-, tibi manus defuerunt, mihi omnia. [1] priuſquam in e reverterer, exierunt. Majus erat ſcelus quod imperas, quam quod deprehenderas. Si quid exegeris majus ibus meis, dicam. [2] Ignoſce, non poſſum. Ignoſcit filio pater,

Decl. IV. 1 *Priuſquam in me reverter*] Etſi hoc convenientius integro, men non temere eſt, quod membra-, *priuſquam in mei memoriam reverr.* Hoc quoque ex duobus ſcriptis & Froben. in Var. lect. notat Schottus, niſi quod omittit τὸ *mei*. Et ſic Hugen. *Gronovius*.

2 *Ignoſce, non poſſum*] Membr. Voſſ. *Ignoſce, non hoc poſſum*. Idem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

pater, navigationem recuſanti, ſi non ferat mare: ignoſcit non ſequenti caſtra, ſi non poteſt, quamvis ipſe pater militaris ſit. Ipſam legem recita, *Liceat & marito, liceat & filio.* Quare tam multos nominat, niſi quia aliquos putat eſſe, qui non poſſint? Exierunt adulteri inter patrem debilem & filium ſtupentem.

DECLAMATIO V.

Raptor duarum.

Lex. Rapta, Raptoris aut mortem, aut indotatas nuptias optet. *Thema. Una nocte quidam rapuit duas. Altera mortem optat, altera nuptias.*

(*Ex Controv.* 5. *lib.* 1.)

DECLAMATIO. Stupro accuſatur, ſtupro defenditur. Cum altera rapta litigat, alteram advocat. Vindicate, patres. Fortior publicæ diſciplinæ ſeveritas ſurgat, jam binæ rapiuntur. Coit populus, velut publico metu territus, vix credens duos fuiſſe raptores. Alteram injuriæ rapuit, alteram patrocinio. Perieras jam, raptor, ni bis perire meruiſſes. Si te ante rapuiſſet, & nuptias optaſſes, deinde hanc vitiaſſet antequam nuberes, negares illum, jubente rapta, debere mori? Nihil amplius raptori præſtare potes, quam ne lege tua pereat. Contra alienam legem nullum jus habes. Tu raptori præſtas, ut illum ipſa non occidas. Non potes præſtare, ne quis occidat.

Pars altera. Inter pares ſententias mitior vincat. Refer Virginiam, dic Lucretiam. Plures tamen Sabinæ ſunt. Contumelioſum mihi erit te dignam videri, in cujus honorem homo occidatur: me dignam non videri, in cujus honorem ſervetur.

DECLAMATIO VI.

Archipiratæ filia.

Thema. *Captus à piratis ſcripſit patri de redemptione. non redimebatur. Archipiratæ filia eum jurare coëgit, ut duceret ſe uxorem, ſi dimiſſus eſſet. juravit. Relicto patre ſecuta eſt adoleſcentem. Duxit illam. Orba incidit. Pater imperat archipiratæ filiam dimittat, & orbam ducat. nolentem abdicat.*

(*Ex Controv. 6. lib.* 1.)

DECLAMATIO. Bonæ ſpei uxor, bonæ ſpei nurus, quæ vel amare poteſt captivum, vel odiſſe patrem. In ...rcere, inquit, ac tenebris jacebam. Narra, obſecro, ſoce... beneficia: puella non miſericordia mota eſt, ſed libi...ne.

Pars altera. Eo me loco non deſeruit, in quem & pater ...inire timuit. Vidiſſes membra vinculis preſſa, macie re...ctos introrſus oculos, attritas catenis & inutiles manus: ...tem quis amare, niſi miſericors, poteſt? In tot Conſula...ous Marius nihil habet clarius quam ſe auctorem. Pom...ium, ſi hereditariæ extuliſſent imagines, nemo Magnum ...iſſet. Servium regem tulit Roma. Quid tibi videntur ... rapti ab aratro, qui paupertate ſua beatam fecere Rem...blicam? Non poſſumus una felices eſſe: quod ſolemus, ...a infelices erimus.

DECLAMATIO VII.

A piratis tyrannicida dimiſſus.

...c. Liberi parentes alant, aut vinciantur. *Thema. Quidam alterum* [1] *fratrem tyrannum occidit, alterum in adulterio depre-*

...ecl. VI. 1 *THEMA. Captus ...atis*] Auctior membrana Voſſ. *Ob...endum patribus. LEX. THEMA. Captus à piratis ſcripſit de redemtione.* Deeſt τὸ *patri.* Gronovius.

Decl. VII. 1 *Fratrem tyrannum occidit*]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

deprehenſum, deprecante patre, interfecit. A piratis captus, ſcripſit patri de redemptione. Pater piratis epiſtolam miſit, Si præcidiſſent ei manus, duplam pecuniam ſe daturum. Piratæ illum dimiſerunt. Pater in egeſtatem incidit, petit alimenta. Negantem vult in vincula ducere.

(*Ex Controv. 7. lib. 1.*)

DECLAMATIO. *Si præcideritis.* Si iraſceris, potius ſcribe: *Si occideritis.* Tyrannicida exitum tyranni rogo. non timeo, ne, quas manus piratæ ſolverunt, judices alligent. Pro adultero filio rogas? Quærit nunc, quomodo tyranni fiant. *Duplam dabo.* Apparet, pro unico filio rogat. *Duplam dabo:* alteram pro filio, alteram pro tyrannicida. *Si manus præcideritis.* Hoc nec adultero fecimus, nec tyranno. Etiamnum manus meas petis? Nega tuam eſſe epiſtolam. & habes argumentum. dic: Ego te rogare etiam pro adultero ſoleo. Remiſerunt me reip. cum manibus, patri cum epiſtolis. Hoc noſtro ſeculo ad fabulas deerat, ut narraretur aliquis ſolutus à piratis, alligatus à patre. Ejus crudelitatis emptor, cujus nec pirata venditor. *Duplam dabo.* Quid neceſſe eſt? potui vilius ſolvi. *Ut præcidatis manus.* Obſtupuere prædones, &, Indica, inquiunt, patri, non omnia piratas vendere. Qualem optem patrem, neſcio. Dives debilitat, egens alligat. Neutrum manibus meis expedit. Ubi eſt patrimonium tuum, quo tyrannos inſtruis, quo adulteros facis?

Pars altera. Suſcepi tria prodigia, inter me & ſe furentia; unum, qui poſſet patriam opprimere: alium, qui fratrem violare: alium, qui patrem. Lex hæc ſcripta eſt pro malis patribus. Nam boni etiam ſine lege aluntur. Sciebam piratas non facturos, niſi pecuniam accepiſſent: & ſi ſperaſſent, utique præcidiſſent. Non ira illa patris

cidit] Rotundius, omiſſa voce, membranæ Voſſ. & Hugen. *Quidam alterum fratrem tyrannum, alterum in adulterio deprehenſum, deprecante patre, interfecit.* Gronovius.

patris, ſed calliditas fuit. Unde redimerem, non habebam. Rogare in tam avara civitate neminem poteram, in qua nec filii quidem patres alunt. uſus conſilio ſum, ſciens piratas non crudeles, ſed avaros. feci [2] ut deſperarent, quod poſſes redimi. An prudenter cogitaverim, neſcio. Interim feliciter cogitavi. Excluſa mens eſt, ex quo vidi unum in arce filium, alterum in adulterio, tertium in parricidio. [3] Relictus ſolus ex his ſenex.

Extra. Hic color [4] approbandus eſt impetu. Magna enim vi opus eſt, ut aliquis accuſando ſe miſerabilem faciat. *Sparſum* memini hominem inter ſcholaſticos inſanum, inter ſanos ſcholaſticum.

DECLAMATIO VIII.

Ter Fortis.

Lex. Qui ter fortiter fecerit, militia vacet. *Thema. Ter pater fortem in acie, quarto volentem exire retinet, nolentem abdicat.*

(*Ex Controv.* 8. *lib.* 1.)

DECLAMATIO. Quod patriæ ſupereſt, patri vindico. O me, filio pugnante laſſum! Jam pro te neſcio quid etiam lex timet. Miraris, ſi quod legi ſatis eſt, patri nimis eſt? Cauſa mihi abdicandi eſt, ne ſine filio vivam. Abdicatio mea in poteſtate abdicati eſt. Optimus virtutis finis eſt, antequam deficias, deſinere. Lex quoque ter viro forti non diffidit, aut conſulit.

Pars

2 *Ut deſperarent, quod poſſes redimi*] Vix Latinum eſt illud, *quod poſſes*. Repone igitur ex membrana Voſſ. *Feci, ut deſperarent poſſe redimi*. In Controverſiæ Colore legitur: *Volui efficere, ut deſperarent illum redimi*. Gronovius.

3 *Relictus ſolus ex his ſenex*] Quid *ex his?* Certe ex tribus non fuit. Lege cum membr. Voſſ. & Hug. *Relictus ſolus, orbus, ſenex*. Plenius fuerat: *ex quo relictus ſum ſolus, ſenex, orbus, egens, odi meos*. Idem.

4 *Approbandus eſt impetu*] Membr. *Hic color approbandus eſt, ſi proferatur cum impetu*. Vide ſupra de Latrone. *Idem*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Pars altera. Certe abdicatis pugnare licet. Pudet me, ter victi militant. Senator poſt ſexageſimum & quintum annum in curiam venire non cogitur, nec vetatur. Quicquid honoris nomine datur, in utramque partem licet. Alioquin deſinit præmium eſſe, cui neceſſitas injungitur. Otium imperas animo non otioſo. Tumultus exortus eſt. In me omnium civium diriguntur oculi: & adhuc, verum dicendum eſt, nihil mihi patria debet. Nunquam pugnavi, niſi coactus. Adhuc militia mea legis munus eſt. Athenienſes abdicato vicerunt duce. Quantum intereſt! Ille abdicationem virtute delevit, ego merui.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

EX LIBRO SECUNDO.

DECLAMATIO I.

Adoptandus poſt tres abdicatos.

Thema. *Dives tres filios abdicavit. petiit à paupere unicum in adoptionem. Pauper dare vult: nolentem ire abdicat. Contradicitur.*

(*Ex Controv.* I. *lib.* 2.)

DECLAMATIO. Nunquam futurum putavi, ut aut pater meus liberos odiſſet, aut dives concupiſceret. Diu dubitavit, ille amicum tentaret, an hic filium. Ita nos pauperes ſumus, qui habemus quod divites rogent? Si immerito abdicavit, odi patrem, tot ejicientem innocentes: ſi merito, odi domum tot facientem nocentes. Amo æque paupertatem ac patrem: utrique aſſuevi. Non tibi per multos fulta liberos domus eſt: quanquam nec ſic quidem debuiſti dare. Tutior adverſus fortunam eſt, cui aliquid poſt damnum ſupereſt. Abdico, inquit. apparet, unde venias. Una inter nos diſputatio eſt: Iſte me dignum putat beato patre, ego me meo. Divitem, inquit, eſſe te volo. O me abdicandum, ſi talem patrem relinquo. Quid me videri velim, neſcio. Innocentem? ſed abdicor: nocentem? ſed adoptor. Non, ut in ceteris abdicationibus, in mea poteſtate eſt non abdicari. Perditurus ſum patrem, ſi abdicor: perditurus ſum, ſi non abdicor. Quid intereſt, utrum ejiciar, an transferar? Et ſi parendum in omnibus patri, in eo non parendum, quo efficitur, ne pater ſit. Grave eſt, carere unico: gravius eo, quem alius concupiſcit. Non delectant ignoti ſervorum domino greges, nec ſonantia laxi ruris ergaſtula. patrem gratis amo. Neceſſe eſt ut timeam infeli-

infelicem liberis domum. Non poteſt inveniri reconciliationis aptius tempus. dives filios quærit.

Pars altera. Magnum & hoc inter cetera paupertatis incommoda eſt, quod abdicationem filius non timet. Senatorium gradum cenſus aſcendit. Cenſus equitem Romanum à plebe ſecernit. Cenſus in caſtris ordinem promovet. Cenſu judex in foro legitur. Facilius eſt paupertatem laudare, quam ferre. Si emendati, inquit, fuerint liberi mei, habebo hunc cum illis: ſi perſeveraverint, habebo pro illis.

Extra. Aridi declamatores fidelius quos propoſuerint colores tuentur. non enim alicujus ſententiæ dulcedo ſubrepit, nullum ſchema ſolicitat. Sic quæ malam faciem habent, ſæpe pudicæ ſunt: non animus illis deeſt, ſed corruptor. *Gallus Vibius* fuit tam magnæ olim eloquentiæ, quam poſtea inſaniæ. Cui hoc accidiſſe uni ſcio, ut ad inſaniam non caſu caderet, ſed judicio perveniret. Nondum inſanos imitatur, dum lenocinium ingenii furorem putat; quod ſimulabat, ad verum redegit. *Otho Junius* pater edidit quatuor libros colorum, quos belle *Gallio* noſter Antiphontis libros vocat: tantum in illis ſomniorum eſt. *Syriacus* contra Maximum Stertinium, à quo premebatur, cum comes ejus fuiſſet, dixit: Per annos quindecim in officio tuo fui, dic quid peccaverim? Sed hæc eſt conſuetudo veſtra, injuriam vocatis finem ſervitutis.

D E-

DECLAMATIO II.

Juſjurandum mariti & uxoris.

Thema. *Vir & uxor juraverunt, ut ſi quid alteri accidiſſet, alter moreretur. Vir peregre profectus eſt, miſit nuntium uxori, qui diceret ſe deceſſiſſe. Uxor ſe præcipitavit. Recreata, jubetur à patre virum relinquere. non vult. abdicatur.* C. D.

(*Ex Controv. 2. lib. 2.*)

DECLAMATIO. Dii immortales, qua debetis prudentia humanum genus regitis: effeciſtis, ut illud non periculum amantis eſſet, ſed experimentum. Hos dividere vult ſocer, quos nec mors quidem dividet. Moriar, inquit: habeo & cauſam, & exemplum. Quædam ſe maritorum rogis ardentibus miſcuerunt: quædam anima redemerunt maritorum ſuorum ſalutem, ſolicitudine brevi. Inter has puella viva numeratur. Aſſiduæ contentiones erant: Sine te vivere non poſſum: imo ego ſine te. qui certaminum exitus eſſe ſolet: juravimus. Hic animus ſine dubio jurantium fuit, ut vivi non diducerentur: cum illud quoque caverint, ne morte dividerentur.

Pars altera. Non poſſum, inquit, relinquere virum. Quid non poteſt, quæ mori poteſt? Pene dum falſæ mortis nuntium miſit, veræ recepit. Potes ſine viro pati. peregrinationem ejus tuliſti. Jurejurando jam liberata es caſu proximo.

Extra. Ovidius Naſo apud Arellium Fuſcum magiſtrum ſuum, hanc controverſiam declamavit. Nam Latronis admirator erat. *Latro* in præfatione quadam dixit: Non vides, ut immota fax torpeſcat, & ignes exagitata reſtituat? Mollit viros otium, ferrum ſitu rubiginem ducit. Naſo dixit:

Vidi ego jactatas mota face creſcere flammas,
Et rurſus nullo concutiente mori.

Hic

Hic autem dixit: Quicquid laboris eſt, in hoc eſt, [1] ut uxorem à viro, & virum ab uxore diligi concedas. Neceſſe eſt deinde, ut jurare permittas, ſi amare permiſeris. *Ejuſdem:* Pauca noſti, pater, crimina: & litigavimus aliquando, & cecidimus: & fortaſſe, quod non putas, pejeravimus. Rogatus aliquando ab amicis ſuis, ut tolleret tres verſus, petivit invicem, ut tres exciperet, in quos nihil illis liceret. Conſcripſerant illi quos tolli vellent, ſecreto: hic, quos tutos eſſe vellet. In utriſque codicillis iidem verſus erant: ex quibus primum fuiſſe narrabat *Albinovanus Pedo*, qui inter arbitros fuit:

Semibovemque virum, ſemivirumque bovem.

Secundum:

Egelidum Borean, egelidumque Notum.

Ex quo apparet, ſummi ingenii viro non judicium defuiſſe ad compeſcendam licentiam carminum ſuorum, ſed animum. Aiebat interim, decentiorem eſſe faciem, in qua aliquis nævus eſſet.

DECLAMATIO III.

Raptor patrem non exorans.

Lex. Raptor niſi & ſuum & raptæ patrem intra triceſimum diem exoraverit, pereat. *Thema. Raptor patrem exoravit, ſuum non exorat. Reum facit dementiæ.*

(*Ex Controv.* 3. *lib.* 2.)

DECLAMATIO. Quid contremiſcis, ſenectus? Quid, lingua, trepidas? Quid obtorpuiſtis, oculi? Nondum eſt triceſimus dies. Ne triſtiore quidem vultu expugnatam filiæ pudicitiam tulit. Nimis cito exoratus eſt. Ne omnia vitia ejus ab adoleſcentia repetam, virginem rapuit, patrem

Decl. II. 1 *Ut uxorem à viro, & virum*] Scriptus in membrana Voſſ. *ut uxori virum & uxorem viro diligere concedas.* Gronovius.

patrem accuſat. Hoc intra triginta dies. Putas me accuſatori permiſſurum, quod filio negavi? Miraris dubitare patrem? Lex ipſa inter mortem & nuptias dubia eſt. Semper enim ſibi omnia licere credidit: nihil me unquam rogavit. Ignovit, inquit, ita aliquis ante me rogatus eſt? Demens ſum. Vides: nimirum turpiter vivo. Legem ignoro, dies tuos non numero. Demens, inquis, es. Poteſt aliquis ignoſcere, ſic roganti? Deliberabo cum amicis, deliberabo cum propinquis. Me miſerum, quam pene promiſi! O me miſerum quod tantum triginta diebus iraſci poſſum! Quid mirum, ſi citius illum exoraſti? facilius eſt donare injuriam, quam crimen. Procede in medium ſenex, cujus miſericordia crudelis ſum. Jam, inquit, anguſtum tempus eſt. & tibi vacat accuſare? Sic aliquis exorat? ſic deprecatur? Apparet te nunc primum rogare. Quid enim tanquam demens egi? Non ſum exoratus. nondum tranſivit tempus. etiamnum exorari poſſum. Quam iniquum eſt, nondum eſſe me nocentem, & jam reum?

Pars altera. Me miſerum, pater! iræ tuæ detractum eſt nihil, tempori autem multum. Infelicior ſum, quam ſi neutrum exoraſſem. Si ſervaturus es filium, jam tempus fuit: ſi occiſurus, jam tempus eſt. Prior rogatus eſt, qui magis timebatur.

D E-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

DECLAMATIO IV.

Nepos ex meretrice ſuſceptus.

Thema. *Abdicavit quidam filium. Abdicatus ſe contulit ad meretricem, & ex ea ſuſtulit filium. æger ad patrem miſit. cum veniſſet, commendavit ei filium, & deceſſit. Pater poſt mortem illius in adoptionem recepit nepotem. Accuſatur ab altero filio dementiæ. C. D.*

(*Ex Controv.* 4. *lib.* 2.)

DECLAMATIO. Dementia in me novi generis arguitur: ſanus eram, ſi non agnoſcerem meos. Expectabam, ut aliquis pro abdicato rogaret. Nemo audebat propinquorum, fratre ceſſante. Deficientis ſpiritus in adventum meum ſuſtinebatur. Intravi: jam cadentes oculos ad nomen meum erexit, fugientemque animam retinuit. In ſinu meo & filium, & animam depoſuit. Nuntiatum eſt mihi, in ultimis eſſe filium: nec hoc à fratre.

Pars altera. Pater iſtius incertus eſt. bene cum ipſo ageretur, ſi & mater. Incidit in meretricem, inter cetera malam & fœcundam. Mulier, neſcio adverſus patrem injurioſior ſis, quod abſtuliſti illi heredem, an quod dediſti. Adoptavit ejus filium, propter quam ejecerat ſuum.

DECLAMATIO V.

Torta à tyranno pro marito.

Thema. *Torta à tyranno uxor, numquid de viri tyrannicidio ſciret, perſeveravit negare. poſtea maritus ejus tyrannum occidit.*

cidit. intra quinquennium non parientem, ſterilitatis nomine dimiſit. Agit illa ingrati.

(*Ex Controv.* 5. *lib.* 2.)

DECLAMATIO. Eas nuptias tyrannicidium diduxit, quas non diduxit tyrannus. Trahebantur matronæ: rapiebantur virgines: nullæ tunc videbantur feliciores, quam quæ liberos non habebant. Suſpicatus eſt nunc tyrannus de tyrannicidio cogitare, ſive iſti aliquid excidit, ſive non bene tegit vultus magna conſilia; tamen de uxoris garrulitate queri non poteſt, cum ſciat quemadmodum taceat. Impoſita in eculeum, ſæpius ad abſentem virum reſpexit, quam ad præſentem tyrannum. Explicatur totus adverſus infelicem feminam tyrannicæ crudelitatis apparatus: & illa inſtrumenta, virorum quoque animos ipſo viſu frangentia, ad excutiendam muliebris pectoris ſcientiam proponuntur: Verberibus corpus abrumpitur. Neſcio, Reſpublica, an tibi liberos iſta mulier datura ſit: tyrannicidam dedit. Miraris, ſi tranſit quinquennium inter uxorem tortam, & virum occupatum? Sciſſum corpus flagellis, igne aduſtum, tormentiſque convulſum? Ignoſcetis puto mulieri, ſi dixero, Feſſa eſt. Quid tyrannicidio gloriaris? Facilius eſt tyrannum occidere, quam ſuſtinere. Verbera, laminæ, eculei, quicquid antiqua ſævitia invenerat, quidquid [1] adjecerat nova. Quid amplius dicam? & tyrannus torquebat, cum de tyrannicidio quærere. Num premit cenſum oneroſa ſumptibus, & (ut ſeculi mos eſt) in deterius luxu fluente muliebris ambitio certamine mutuo, uſque in publica damna privatis inſanit? Numquid gemmas, & ex alieno litore petitos lapillos? Expecta, poteſt parere. Non reſpondet ad certam diem fœcunditas. Sui juris rerum natura eſt. Utrum

Decl. V. *Adjecerat nova. quid amplius*] Una voce auctior ſcriptus Voſſ. *& quicquid adjecerat nova, aderant, quid amplius dicam?* Gronovius.

Utrum putas mirandum eſſe, tuum tyrannicidium, an hujus ſilentium?

Pars altera. Ego torta ſum, merito objiceres, niſi te vindicaſſem: etiam ſi ſciſti de tyrannicidio viri, nec indicaſti, non eſt beneficium, ſcelus non facere. Deinde nec ſciſti. non enim tibi indicavi. Nec tam magnum conſilium, virilibus quoque animis grave, commiſi muliebri garrulitati: quæ id ſolum poteſt tacere quod neſcit. Quo tempore uxor torta eſt, nihil adhuc de tyrannicidio cogitabam: poſtea cogitavi. Et hæc ipſa mihi cogitandi cauſa fuit, uxoris ultio. Si, quod audierat, tacuit, non beneficium eſt, ſed fides.

Extra. L. Vinicius, quo nemo civis Romanus in agendis cauſis præſentius habuit ingenium. Quicquid longa cogitatio illi præſtitura erat, prima intentio animi dabat. Ex tempore cauſas agebat, ſed non deſiderabat hanc commendationem, ut ex tempore agere videretur. De hoc eleganter dixit divus Auguſtus: *L. Vinicius ingenium in numerato habet.*

DECLAMATIO VI.

Pater & filius luxurioſi.

Thema. *Quidam luxuriante filio luxuriari cœpit. Accuſatur à filio dementiæ.* C. D.

(*Ex Controv. 6. lib.* 2.)

DECLAMATIO. Accuſator meus intra ſe contrarios habet affectus. Cupit reum damnari, crimen abſolvi. Sed tu ſenex, inquit, hoc dicis: luxuria tua ſerius cœpit, citius deſinet. Quidam ſummum bonum dixerunt voluptatem. Nihil eſt mihi opus præcipientibus. Habeo exemplum. Oſtendi tibi luxuriam, quam in te non videbas. Ebrietatem patri objicis ebrius.

Pars altera. Adoleſcens luxurioſus peccat; ſenex luxurioſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

rioſus inſanit. Nemo vitia quæ odit, imitatur. Quis imperator ob hoc de prælio fugit, ut bene pugnaret exercitus? Non coërcet vitia, qui provocat. Meam luxuriam patri imputabo. Non ſub ſevera fui diſciplina, non ſub bene inſtitutæ domus lege, quæ poſſet adoleſcentis formare mores, & à vitiis ætatis abducere. Quodammodo ad luxuriam à patre præmiſſus ſum. Madent cani unguento, & comeſſator ſenex nulli nimis luxurioſus, ſed parum ſanus videtur.

DECLAMATIO VII.

Peregrinus negotiator.

Thema. *Quidam cum haberet formoſam uxorem, peregre profectus eſt. in viciniam mulieris peregrinus mercator migravit: ter illam appellavit de ſtupro, adjectis pretiis. Negavit illa. Deceſſit negotiator, teſtamento omnibus bonis eam reliquit heredem: & adjecit elogium,* Quia pudicam comperi. *Adit hereditatem. redit maritus: accuſat adulterii uxorem ex ſuſpicione.*

(Ex Controv. 7. lib. 2.)

DECLAMATIO. Seram querelam detulit. Non accuſo adulteram, niſi divitem factam. Poſt tantos impudicitiæ quæſtus, ſi tacere poſſum, confitendum habeo, hac me cauſa abſuiſſe. Tempus eſt de uxore marito credi. Ferat matrona oculos jacentes in terram: & adverſus officioſum ſalutatorem inhumana potius quàm verecunda ſit: longe ante ſuam impudicitiam ore, quam verbo neget. Nemo fortiter negantem iterum rogabit. Omnium bonorum heres ſola eſto, quia corrumpi non potuiſti, [1] quia tam fideliter pudicitiam cuſtodiſti. Tace pauliſper nomen auctoris. Nunquam non teſtamentum viri creditur? Adeone jam

Decl. VII. *Quia tam feliciter pudicitiam*] Membr. ambæ & duo Schotti: *fideliter.* Gronovius.

jam omnis patientia ſeculi noſtri abiit, ut adverſus querimoniam viri, alieno teſte defendatur uxor? Muliebrium vitiorum fundamentum avaritia eſt. Quæ poteſt non timere opinionem adulterii, poteſt non timere adulterium. Ex omni rupe conchylium trahitur, quo veſtis cruentetur. Infelices ancillarum greges laborant, ut adultera, tenui veſte perſpicua ſit: eo nihil in corpore uxoris ſuæ plus maritus, quam quilibet alienus peregrinuſque agnoverit. Fruſtra æſtimabo eſſe indicia, ſi tantum qui rogat, comperit pudicam. Omnes te impudicam loquuntur: pudicam tantum unus, & peregrinus. cui plus laudator quam accuſator nocet. Uxorem meam nuſquam audivi pudicam niſi in adulteri elogio. Dejice in terram oculos, & aures tuas externorum vocibus claude. Sibi quiſque pro te neget. Pudicam ille dixit, ego impudicam. Puto, plus creditis civi, quam peregrino: marito, quam adultero. Ipſum elogium corruptoris animo ſcripſit: *Quia pudicam,* inquit, *comperi.* quod nulli præter me contigit.

Pars altera. Formoſa eſt: hoc natura peccavit. Sine viro fuit: hoc maritus peccavit. Appellata eſt: hoc alius peccavit. Negavit: hoc pudice. Heres relicta eſt: hoc feliciter. Hereditatem adiit: hoc conſulto fecit.

EX LIBRO TERTIO.

Seneca Novato, Senecæ, Melæ, Filiis ſalutem.

QUoſdam diſertiſſimos agnovi viros, non reſpondentes famæ ſuæ cum declamarent, in foro maxima omnium admiratione dicentes, ſimul ad has domeſticas exercitationes ſeceſſerant, deſertos ab ingenio ſuo. Quod accidere pleriſque [1] æque mihi mirum, quam certum eſt. Memini itaque me à *Severo Caſſio* quærere, quid eſſet, cur in declamationibus illi ſua non reſponderet eloquentia. In nullo enim hoc fiebat notabilius. [2] Oratio ejus erat valens cultu, ingentibus plena ſententiis. Nemo minus paſſus eſt aliquid in actione ſua otioſi

1 Æ *Que mihi mirum*] Membrana Voſſ. *quod accidere pleriſque non tam mihi mirum quam certum eſt.* Et profecto, cur adeo ſit ipſi mirum, qui mox late hujus rei rationem ediſſerit, nulla ratio eſt. *Gronovius.*

2 *Oratio ejus erat valens cultu*] De Caſſii Severi eloquentia cenſura Quinctiliani eſt ejuſmodi: *Multa, ſi cum judicio legatur, dabit imitatione digna Caſſius Severus. Qui ſi cæteris virtutibus colorem & gravitatem orationis adjeciſſet, ponendus inter præcipuos foret. Nam & ingenii plurimum eſt in eo, & acerbitas mira, & urbanitas, & vis ſumma: ſed plus ſtomacho quam conſilio dedit. Præterea ut amari ſales, ita frequenter ipſa amaritudo ridicula eſt.* Quam ſi conferas cum noſtri auctoris de eo judicio, in multis contrariam deprehendes. Noſter enim ait gravitatem orationis etiam ſuperfuiſſe, iratumque commodius dixiſſe cenſuit. Hujus autem ſcriptis & auctoritate utuntur Suetonius in Vitellio cap. 2. Quinctilianus ſæpiſſime, Tertullianus in Apologetico, Chariſius, & Diomedes. N. *Faber.* Gruterus ex duobus, *fiebat*, pro, *erat*, notat: indeque conficit, *florebat*, aut utrumque excludit. Sed potius videndum, an ſatis probum ſit illud, *valens cultu:* duo enim hæc ſunt, vis & ornatus, quæ raro faciunt mixturam; unum certe non efficitur per alterum, cum plerumque nimis comta, minus ſint robuſta. Itaque quia ob ornatum poſterior ætas in ſuſpicionem veniebat, quaſi vim illam antiquiorum pexis ſuis & concinnatis dictis in animos non haberent, removet hanc calumniam Aper apud auctorem de cauſſis corruptæ eloquentiæ: *Neque ideo minus efficaces ſunt orationes noſtræ, quia ad aures judicantium cum voluptate perveniunt. Quid enim ſi infirmiora horum temporum templa credas, quia non rudi cæmento & informibus tegulis exſtruuntur, ſed marmore nitent & auro radiantur?* Vide num ſit melius: *Oratio ejus erat valens, culta, ingentibus plena ſententiis.* Auctor ille de eodem: *Ceterum, ut dixi, ſequentibus comparatus & varietate eruditionis & lepore urbanitatis, & ipſarum virium robore multum ceteros ſuperat.* Nam cogitare hic tale, quale apud Imperatorem, *legibus armatum*, & *armis ornatum*, puto, erit intempeſtivum. *Gronovius.*

otioſi eſſe. Nulla pars erat, quæ non ſua virtute ſtaret. Nihil [3] in quo auditor ſine damno aliud ageret. Omnia intenta aliquo petentia. Nemo magis in ſua poteſtate habuit audientium affectus. Verum eſt quod de illo dicit *Gallio* noſter. Cum diceret, [4] rerum potiebatur. adeo omnes imperata faciebant. Cum ille voluerat, iraſcebantur. Nemo non illo dicente timebat, ne deſineret. Non eſt, quod illum ex his quæ edidit, æſtimetis. Sunt quidem & hæc quibuſdam grata. Verum eloquentia ejus longe major erat quam lectio. Non hoc ea portione illi accidit qua omnibus fere, quibus majori commendationi eſt audiri quam legi, ſed in illo longe majus diſcrimen eſt. Primum tantumdem erat in homine, quantum in ingenio: [5] corporis magnitudo conſpicua, ſuavitas valentiſſimæ vocis. Quamvis hæc inter ſe raro coëant, ut eadem vox & dulcis ſit & ſolida. Pronuntiatio, quæ hiſtrionem poſſet producere, [6] tamen quæ

3 *In quo auditor ſine damno*] Contrarium immo verum eſſe volunt, *in quo non auditor:* ſic librum ſcriptum habere: hoc probare, quæ præcedunt, quæ ſequuntur. Si tamen ea legerunt: nam non intellexiſſe ipſi ſatis clamant. Dicit enim Seneca, nihil ſuperfluum fuiſſe in oratione Caſſii, nihil ad rem non magnopere pertinens: Itaque ſi vel minimum conniveret auditor, ſi vel minimum tanquam aliud agens, nec auſcultans tranſmitteret, id ei fuiſſe fraudi, & neglectam rem aliquam animadverſione dignam. Si nihil erat, *in quo non auditor aliud ageret*, frivolum quid & ineptum, & quod nulla re audientium attentionem moraretur, oportet dixiſſe Caſſium Severum. Nam ut, *Hoc age*, dicebant illis, quos in ſacris attentos & animo præſentes volebant, ita *aliud agere* eſt non attendere. *Gronovius.*

4 *Rerum potiebatur*] Regnabat. *Nic. Faber.*

5 *Corporis magnitudo conſpicua*] Huic tamen celebri oratori armentarii Mirmillonis objecta ſimilitudo eſt. Plin. c. 12. lib. 7. *N. Faber.*

6 *Tamen quæ hiſtrionis poſſet videri*] Vox *tamen* præcedentem orationem corrigere debet, quod hic non facit ut conceptus eſt locus. Vitio enim vertitur oratori in agendo modulatione ſcenica uti, quod Cicero in oratore ad Brutum, & Quinctilianus c. ult. lib. 11. reprehendunt: & Demoſthenes περὶ στεφάνου Æſchini objicit: à quo tamen vitio, quamvis dulcem vocem habuerit, Severum abfuiſſe vult dicere noſter auctor. Vetera exemplaria nos hac in re nihil juvant, quæ legunt, *Tamen quæſtionis poſſet videri*, vel *tamen quæſtio vix poſſet videri.* adderem libenter editæ lectioni negationem, ſcriberemque, *quæ tamen hiſtrionis non poſſet videri.* Idem. Hæc conjectura Pinciani eſt: nam ſcripti & editi veteres præcipuæ fidei, *tamen quæſtionis poſſet videri.* Faber, *quæ hiſtrionis non poſſet videri.* Lipſius, *quæ ſenatoris.* Gruterus, *tamen quæſtoris*; quod non ſolum Principis quæſtor recitaret oratio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

quæ hiſtrionis poſſet videri. Nec in illo quicquam magis mirareris, quam quod gravitas, [7] quæ deerat vitæ, actioni ſupererat: [8] quamdiu citra jocos ſe continebat, cenſoria oratio erat. Deinde ipſa quæ dicebat, meliora erant quam quæ ſciebat. Vir enim præſentis animi, & majoris ingenii quam ſtudii, magis placebat in his, quæ inveniebat, quam in his, quæ attulerat. Jam vero iratus commodius dicebat. Ideo diligentiſſime cavebant homines, [9] ne dicentem interpellarent. Uni illi proderat excuti: melius ſemper fortuna, quam cura, de illo merebat. [10] Id nunquam tamen hæc

tiones, ſed & quæſtor judicis. Sed *quæſtorem* illum *judicis* nos agnoſcimus nullum: potius *Judicem quæſtionis* novimus quam *quæſtorem judicis*: nam cum M. Senecæ locum adhibet, aperte *quæſtorem* cum *quæſitore* confundit. Veniebat in mentem, niſi nimium eſt: *tamen quæ Stentoris poſſet videri.* Dixit ante *valentiſſimam* & *ſolidam.* Gronovius.

7 *Quæ deerat vitæ*] *Is enim ſordidæ originis*, inquit Tacitus, *maleficæ vitæ, ſed orandi validus*, libidine qua viros & feminas illuſtres procacibus ſcriptis diffamabat, cauſam dedit Auguſto ſanciendi ut ſpecie legis Majeſtatis cognitio de famoſis libellis tractaretur: quem etiam Horatius ut maledicum ſexta Epodo inceſſit. Ob hæc vitia, in Cretam relegatus atque illic eadem factitando decimo tertio poſt anno Germanico & Capitone Coſſ. à Tibeberio bonis exutus, interdicto igne & aqua ſaxo Seriphio conſenuit, & 25. ſui exilii anno in ſumma inopia moritur, vix panno verenda contectus. Hæc colligo ex Dione lib. 56. Tacito Annal. 4. Suet. cap. 16. Caligulæ, & Hieron. in Euſebii Chron. Quid autem ſit illud Quinctilianum proverbium, quod luſiſſe Caſſium ſcribit B. Hieronymus, quæro. N. *Fab.*

8 *Quamdiu circa jocos ſe cont.*] Alii leg. *locos.* Juretus vero in antiquis ſchedis invenit, *logos.* Certe alibi ipſemet Seneca uſus eſt ea dictione; ut in lib. de Conſol. ad Polybium, c. 27. *Ut fabellas quoque*, ait, *& Æſopeos logos connectas.* Nonius autem Marcellus interpretatur *logos*, dicta ridicula, prolatis teſtimoniis Pacuvii & Ciceronis. Uſus eſt Terentius in Phorm. act. 3. ſcen. 2.

9 *Ne dicentem interpellarent*] Unde oriebatur altercatio. Infra lib. 10. de Scauro, *Deinde litiganti quam agenti ſimilior cupiebat evocare aliquam vocem adverſariorum, & in altercatione vires ſuas noverat.* de qua Fab. lib. 6. inſt. orat. cap. 5. Sæpiſſime tamen non niſi poſt continuas orationes fiebat, eratque tota fori. Nam quæ in ſcholaſticis præfationibus ſive prælocutionibus diſputationes inter declamantes oriebantur, ut cum inter Pomponium Secundum Poëtam & L. Senecam diſputatum eſt, an *gradus eliminat* in Tragœdia ab Attio dici oportuiſſet, altercationes non erant. Altercationis autem exemplum exſtat nobile apud Ciceronem, lib. 2 ad Attic. Epiſt. 13. N. *Faber.*

10 *Id nunquam tamen hæc felicitas*] Sic etiam membrana. Sed legendum: *Et nunquam tamen hæc felicitas illi perſuaſit negligentiam.* Tantum abeſt, ut illi felix negligentia fuerit: quamquam in actione ipſa ei plurima ſub-

 naſce-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

hæc felicitas illi perſuaſit negligentiæ. Uno die [12] privatas plures agebat, & ita ut alteram ante meridiem ageret, alteram poſt meridiem: publicam vero nunquam amplius quam unam uno die. Nec tamen ſcio, quem reum illi defendere, niſi ſe, contigerit. Adeo nunquam ullam materiam dicendi, [13] niſi periculis ſuis, habuit. Sine commentario nunquam dixit: nec hoc commentario contentus erat, in quo nudæ res ponuntur. Et maxima parte perſcribebatur actio. [14] Illa quoque quæ ſalſe dici poterant, annotabantur. ſed cum procedere nollet niſi inſtructus, libenter ab inſtrumentis recedebat. Ex tempore coactus dicere, infinito ſe antecedebat. Nunquam non utilius erat illi deprehendi quam præparari: ſed magis illum ſuſpiceres, quod diligentiam non relinquebat, cum illi tam bene temeritas cederet. Omnia ergo habebat, quæ illum ut bene declamaret, inſtruerent: phraſim nec vulgarem, nec ſordidam, ſed lectam: genus dicendi non remiſſum, aut languidum, ſed ardens & concitatum: nec lentas, nec vacuas, explicationes, ſed plus ſenſus quam verborum habentes: diligentiam, maximum etiam mediocris ingenii ſubſidium. Tamen non tantum infra ſe, cum declamaret, ſed etiam infra multos erat.

naſcerentur, ſemper tamen veniebat meditatus, nec diligentiam relinquebat. Male codex Jureti connectit hunc verſiculum cum ſequenti. *Gronovius.*

12 *Privatas plures agebat*] Omnes veteres codices habent, *non agebat.* ſi recte, intelligendum eſt eum plures non egiſſe, niſi forte ante meridiem unam, alteram poſt meridiem ageret. *N. Faber.*

13 *Niſi in periculis ſuis habuit*] Ipſe tamen P. Nonium Aſprenatem celebrem atque oratorem, & ex conſulari familia, veneficii reum fecit, quo una ejus patina 130. convivæ interiiſſent. In qua etiam ejus accuſatione hæc mali animi & amari ſententia notatur: *Dii boni, vivo, & quo me vivere juvet, Aſprenatem reum video.* Plinius c. 12. lib. 35. & Quinctilianus lib. 11. cap. 1. referunt. *Idem.*

14 *Illa quoque quæ ſalſe dici poterant*] Male in aliis editionibus *falſe* legitur, & contra veteres libros. Quinctilianus enim Caſſio tribuit aſperitatem, & amariores ſales, cap. 4. lib. 6. & 41. ult. quamvis tamen nec urbanitate caruerit: ut cum contra Pomponium Marcellum ſolœciſmum adverſarii exagitantem Grammaticum popoſcit; & ei qui orando dicebat, *Quid me torvo vultu intueris Severe? reſpondit. Non mehercules faciebam, ſed ſic ſcripſiſti. Ecce & quam potuit truculentiſſime eum aſpexit.* Quinctilianus c. 2. lib. 5. & Suetonius de claris Grammaticis. *Idem.*

15 *Pyſa-*

rat. Itaque raro declamabat, & non niſi ab amicis coactus. ed quærenti mihi, quare in declamationibus impar eſſet ibi, hoc aiebat: Quod in me miraris, pene omnibus eve-it. Magna quoque ingenia, à quibus multum abeſſe me cio, quando plus quam in uno eminuerunt opere? Virgi-um illa felicitas ingenii in oratione ſoluta reliquit. Cice-onem eloquentia ſua in carminibus deſtituit. Orationes alluſtii in honorem hiſtoriarum leguntur. Eloquentiſſi-ni viri Platonis oratio, quæ pro Socrate ſcripta eſt, nec pa-rono, nec reo digna eſt. Hoc non ingeniis tantum, ſed cor-oribus videmus accidere: quorum vires non ad omnia, uæ viribus efficiuntur, aptæ ſunt. Illi nemo luctando par ſt: ille ad tollendam magni ponderis ſarcinam prævalet: lle quidquid apprehendit, non remittit, ſed in proclive ni-entibus vehiculis, moraturas manus injicit. Ad animalia venio: alii ad aprum, alii ad cervum canes faciunt. Equo-um non omnium quamvis celerrimi ſint, idonea curriculis elocitas eſt. Quidam melius equitem patiuntur, quidam ugum. Et ut ad morbum te meum vocem, [15] Pylades in omœdia, Patyllus in tragœdia, multum à ſe aberant. Nu-nenio cum velocitas pedum non concedatur tantum, [16] ſed bjiciatur, lentiores manus ſunt. Quidam cum hoploma-chis, quidam cum Thracibus, optime pugnant. [17] Et qui-dam

15 *Pylades in Comœdia, & Batillus*] Notiſſimi ſub Auguſto Pantomimi. dem in Æſopo & Roſcio obſervatum uit. N. *Faber.*

16 *Sed objiciatur*] Ut fugitivo. *Idem.*

17 *Et quidam ſic cum ſcæva*] Ita le-gunt veteres libri. Scæva autem eſt qui validius ſiniſtra utitur, non im-becillitate dextræ ait Ulpianus lib. 1. ad Edictum Ædilium Curulium, nam hic mancus eſt. quæ tamen ſubtilis di-ſtinctio in Mucio Scævola à clade de-xtræ cognominato, ſi Livio credimus, obſervata non fuit. Quod ſequitur autem, *quomodo alteri eſt*, veteres libri, *quomodo aliti eſt*, habent: quod niſi ſit nomen cujuſdam gladiatoris ita dicti, locum depono. Nam hæc verba *quo-modo alteri eſt*, nullius ſunt ſenſus. *Idem.* Locus deploratus. Nam Turnebi *ſche-ma, & quomodo eſt aliti*, qui poteſt ho-mini ſano probari? *Scæva* autem Fa-bri & Gruteri ſi poteſt tolerari; *allex* certe Gruteri tantum huc facit, quan-tum pollex & index. Membranæ: *qui-dam ſit cum* (Hug. *fictum*) *ſcema com-poni c. quom. aliti ſunt.* Deeſt ab initio copulativa particula. Facilius eſt con-jecturas aliorum convincere, quam novam idoneam reperire. Cogitabam tamen: *ſic in ſcammate componi cu-piunt, quomodo in ludo aliti ſunt.* Sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

dam ſic cum ſcena componi cupiunt, quomodo alteri eſt. In ipſa oratione quamvis una materia ſit, tamen ille qui optime argumentatur, negligentius narrat. Ille non tam bene implet, quam præparat. [18] Paſſienus noſter cum cœpit dicere, ſecundum principium ſtatim fuga fit, ad epilogum omnes revertuntur. Media tantum quibus neceſſe eſt, audiunt. Miraris eundem non æque bene declamare, quam cauſas agere: aut eundem non tam bene ſuaſorias, quam judiciales controverſias dicere? Silo Pompeius ſedens & facundus & literatus eſt, & haberetur diſertus, ſi à prælocutione dimitteret. declamat tam male, ut videar belle optaſſe cum dixi: [19] Nunquam ſurgas. Magna & varia res eſt

ſcamma non eſt gladiatorum. Poſſes etiam: *Quidam cum Samnite componi cupiunt, cum mirmyllone alteri.* Gronovius.

18 *Paſſienus noſter*] Supra Controverſ. 5. præcedentis libri laudavit Paſſienum patrem, hic filium, quem primo loco ſtare dicit. Et ſane præter B. Hieronymum, & noſtrum auctorem, nemo alius Paſſieni patris meminit, nemo non fere Paſſieni filii oratoris mentionem fecit. Is autem celebris faruſque exſtitit non ſolum eloquentia, ſed etiam duobus conſulatibus & matrimoniis, primum Domitiæ neptis Antonii Triumviri, deinde Agrippinæ matris Neronis. Eundem enim eſſe puto utriuſque maritum, nempe nobilem illius ſæculi oratorem, & judicii acumine ab iis qui eo ſæculo ſcripſerunt, aut paullo poſt auctoribus laudatum; quem ſolum hujus nominis oratorem ſub Tiberio Caligula, & Claudio floruiſſe hinc conjicio, quod ſine dubio, ſi duo eodem tempore ejuſdem ſtudii nomine celebres exſtitiſſent, aliqua nota eos inter ſe diſcreviſſent. Quare quod L. Seneca cap. ult. lib. 1. de Beneficiis, & Præfat. lib. 4 Natural. Quæſt. Quinctilianus c. 2. & 4. lib. 6. c. 1. lib. 10. Tacitus lib. 6. Plinius ſenior cap. ultimo lib. 16. & junior epiſt. 6. lib. 6. de Paſſieno dicunt, ad hunc filium refero, quem conſtat ex Suetonii cap. 6. in Nerone, ſub Claudio demum vita functum. Hinc liquet, hæc quæ apud B. Hieronymum habentur in Chronico Euſebii ad annum Caligulæ ſecundum, *Paſſienus filius fraude hereditatis ſuæ necatur* (hunc enim Paſſienum intelligo) non ſuo loco poſita eſſe: quemadmodum pleraque alia exſcriptorum vitio in eo Chronico confuſa ſunt. Quod autem ait fraude hereditatis ſuæ necatum, vereor ne ab Agrippina, quæ ut alterum maritum propter imperium interfecit, ita fortaſſe primum propter hereditatem. Dubito etiam ne ad hunc Paſſienum Criſpum ſit L. Senecæ Epigramma in exilio degentis, quod incipit, *Criſpe meæ vires.* Cur id credam, facit quod eum Criſpum, ad quem Epigramma, ut hic de quo loquimur, oratorem fuiſſe apparet, oratoriſque filium, domuſque Senecæ amicum: quæ ſi quis non probet, eodem in numero cum Antiphontis libris, ut permulta alia in his annotationibus, me adſtipulante, habeat. *N. Faber.*

19 *Nunquam ſurgas*] Nempe ut declames: quando quidem illi tam male cedebat declamanti. Diximus enim ſupra

t eloquentia: nec adhuc ulli ſic indulſit, ut tota contin-
eret: ſatis felix eſt, qui in aliquam ejus partem eſt rece-
tus. Ego tamen & propriam cauſam videor poſſe reddere:
ſuevi non auditorem ſpectare, ſed judicem: aſſuevi non
ihi reſpondere, ſed adverſario. Non minus devito ſuper-
acua dicere, quam contraria. In ſcholaſtica quid non ſu-
ervacuum eſt, cum ipſa ſupervacua ſit? Indicabo tibi af-
ctum meum: cum in foro dico, aliquid ago: cum decla-
10, id quod [20] belliſſime Cenſorinus aiebat de his qui ho-
ores in municipiis ambitioſe peterent, videor mihi in ſo-
nnis laborare. Deinde res ipſa diverſa eſt. Totum [21] aliud
ſt, pugnare: aliud, ventilare. Hoc ita ſemper arbitratum
ſt, ſcholam quaſi ludum eſſe, forum arenam. Et ideo ille
foro primum verba facturus, tiro dictus eſt. Agedum
ſtos declamatores produc in ſenatum, in forum: cum loco
nutabuntur, [22] velut adſueta claſſi, & dilectæ umbræ cor-
ora, ſub dio ſtare non poſſunt. non imbrem ferre, non
olem ſciunt: vix ſe inveniunt. Adſueverunt enim ſuo ar-
itrio diſerti eſſe. Non eſt quod oratorem in hac puerili
xercitatione ſpectes. Quid ſi velis gubernatorem in piſci-
na æſtimare? Diligentiſſime tibi me excuſarem, tanquam
huic rei non eſſem natus: niſi ſcirem & Pollionem Aſi-
nium,

upra, Rhetores ſedentes præloqui ſo-
itos: declamaturos vero ſurrexiſſe.
N. *Faber.*

20 *Belliſſime Cenſorinus*] Aliquid ta-
e eſt apud Fulgentium lib. 2. Mythol.
n Ixionis fabula, ſed ita corrupto lo-
o ut Delio natatore indigeat, quem
hic apponam vel potius deponam.
Beatinius Augur, inquit Fulgentius,
*icere ſolitus erat ſomnialiter peragi urbi-
ario mimologo, ut quamvis utraque nihil
gere dixerit, tamen hoc Romæ præſtare
viſus eſt, quod ex parte quidem veros hono-
res, ſed riſorios ſed citius fugitivos. Credo
nim quod de Theophili ſententia legerat*
μίμος ὁ βίος. Idem.

21 *Aliud eſt pugnare, aliud ventila-
re*] De his quamplura Lipſius lib. 2.
cap. 19. Saturn. ſerm. Turneb. lib. 30.
Adverſ. c. 3. P. Faber lib. 2. Semeſtr.
cap. 11.

22 *Velut adſueta claſſi & dilectæ um-
bræ*] Tentavimus alibi. Sed nunc ve-
rum cenſemus, *velut adſueta clauſo &
delicatæ umbræ corpora.* Eſt enim *clau-
ſum* idem quod tectum. Columella,
6, 27. *neque frigore committantur, nec
in anguſto clauſove, ne aliæ aliarum con-
ceptus elidant.* Idem lib. 7, 6. *numerum
hujus generis majorem quam centum capi-
tum ſub uno clauſo non expedit habere.*
Lib. 8. 8. *nec tamen vitari debet in iis,
quæ clauſo continentur.* Et cap. 11. *in-
cludendæ ſunt enitentes, ne extra clauſum
fœtum edant.* Gronovius.

23 *Ceſtium*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

nium, & Meſſallam Corvinum, & Paſſienum, qui nunc primo loco ſtat, minus bene videri, quam Ceſtium, aut Latronem. Utrum ergo putas, hoc dicentium vitium eſſe, an audientium? Non illi pejus dicunt, ſed hi corruptius judicant. Pueri ſere, aut juvenes, ſcholas frequentant. Hi non tantum diſertiſſimis viris, quos paulo ante retuli, ſed etiam Ciceroni [23] Ceſtium ſuum præferrent, niſi lapides timerent. Quo tamen uno modo poſſunt, præferunt. Hujus enim declamationes ediſcunt. Illius orationes non legunt, niſi eas quibus Ceſtius reſcripſit. Memini me intrare ſcholas: cum recitaturus eſſet [24] in Milonem Ceſtius, ex conſuetudine ſua miratus dicebat: Si Thrax eſſem, Fuſius eſſem: ſi Pantomimus eſſem, Batyllus eſſem: ſi equus, Meliſſio. Non continui bilem, exclamavi: [25] Et ſi cloaca eſſes, maxima eſſes. Riſus omnium ingens. ſcholaſtici intueri me, quis eſſem qui tam craſſas cervices haberem. Ceſtius Ciceroni reſponſurus, mihi quid reſponderet, non invenit, ſed negavit ſe executurum, niſi exirem de domo. Ego negavi me de balneo publico exiturum, niſi lotus eſſem. Deinde libuit Ciceroni de Ceſtio in foro ſatisfacere. ſubinde nactus eum, in jus ad prætorem voco: & cum quantum volebam jocorum convitiorumque effudiſſem, poſtu-

23 *Ceſtium ſuum præferrent*] Idem Cornelius Tacitus de ſui temporis ſcholaſticis: *Quotus enim quiſque*, inquit, *ſcholaſticorum non hac ſua perſuaſione fruitur, ut ſe ante Ciceronem numeret: ſed plane poſt Gabinianum?* Erat autem Gabinianus, ut ἐν παρόδῳ loco obſcuro aliquid lucis adferam, ætate Taciti notiſſimus Rhetor, de quo B. Hieron. Olym. 213. *Gabinianus celeberrimi nominis Rhetor in Gallia docuit.* Ita enim legunt veteres codices. male vulgo *Gabinius.* Hujus autem declamationes laudat idem Hieronymus præfatione 8 in Eſaiam: *Qui ſi flumen eloquentiæ*, ſcribit, *& concinnas declamationes deſiderant, legant Tullium, Quinctilianum, Gallionem, Gabinianum.* Hujus vitam deſcripſerat Suetonius de claris Rhetoribus, ut ex indice patet, in quo Sextus Julius Gabinianus dicitur. *N. Faber.*

24 *In Milonem Ceſtius*] Reſtitue igitur apud Quinctilianum cap. 4. lib. 10. Ceſtii nomen, quod ibi corruptum extat. *Melius hoc*, inquit, *quam reſcribere veteribus orationibus, ut fecit Seſtius contra Ciceronis actionem habitam pro Milone.* Et ſcribe, *ut fecit Ceſtius.* quomodo etiam habent Mss. codices. *Idem.*

25 *Et ſi cloaca eſſes, magna eſſes*] Immo *Maxima eſſes*, ut membrana & tres apud Gruterum. Lactantius, lib. I. 20. *Cluacinæ ſimulacrum in cloaca Maxima repertum.* Gronovius.

26 In-

ſtulavi, ut prætor nomen ejus reciperet lege [26] inſcripti aleficii. Tanta illi perturbatio fuit, ut advocationem peret. Deinde ad alterum prætorem eduxi, & ingrati poilavi. Jam apud prætorem urbanum curatorem ei petem. intervenientibus amicis, qui ad hoc ſpectaculum ncurrerent, & rogantibus dixi, moleſtum me amplius on futurum, ſi juraſſet diſertiorem eſſe Ciceronem, quam [27] verum nec ut hoc faceret, vel ſerio effici potuit. anc, inquit, tibi fabulam retuli, ut ſcires in declamaonibus non tantum aliud genus hominum eſſe. Si comrari illis volo, non ingenio mihi majore opus eſt, ſed nſu minore. Itaque vix jam obtineri ſolet, ut declamem: ud obtineri non poteſt, ut velim aliis quam familiariſmis audientibus. & ita faciebat. Ejus declamationes inquales erant: ſed ea quæ eminebant, in quacumque deamatione poſuiſſes, inæqualem eam feciſſent. Compocio aſpera, & quæ vitaret compoſitionem ſententiæ vie. Iniquum tamen erit ex his eum æſtimari, quæ ſtam ſubtexam: non enim hæc ille optime dixit, ſed hæc ptime teneo.

CON-

26 *Inſcripti maleficii*] Græci ἄγραν ἀδίκημα vocant ὑπὲρ οὗ νόμος οὐ γέγραπται. inquit Suidas, & Cyrus, περὶ προσφορᾶς στάσεως, ἄγραφον ἀδίκημα, τὸ ἐν τῷ νόμῳ μὴ γεγραμμένον, τοῖς δ᾽ ἔργοις γιγνόμενον. Eſt autem ſcholæ actio foro ſtellionatus dicta, cujus noen apud Quinctilianum corruptum t cap. 4. lib. 7. *Præter hæc*, inquit, *guntur in ſcholis & ſcripti maleficii ntroverſiæ ſcilicet in quibus aut quæritur: an ſcriptum ſit, aut, an hoc maleficium ſit.* Legendum *inſcripti maleficii.* In ea enim actione quæritur an ſcriptum ſit: ſi enim lege comprehenſum eſt non eſt ἄγραφον ἀδίκημα, & cauſſa cadit actor. vel an maleficium ſit: niſi enim ſit, nulla eſt actio. *Nic. Faber.*

27 *Verum nec hoc ut faceret vel ſerio*] Ignorabat membrana Voſſ. τὸ *verum*, perinde ut duo Gruteri. Sed eadem : *Nec hoc ut faceret jocum vel joco vel ſerio effici potuit.* Puto recte, modo deleas τὸ *jocum.* Hug. *faceret vel loco vel ſervo.* Gronovius.

Controversia I.

Luxurioſus à ſodalibus excæcatus.

Lex. Cæcus de publico mille denarios accipiat. *Thema. Decem adoleſcentes cum bona ſua comediſſent, ſortiti ſunt, ut cujus nomen exiſſet, excæcaretur, & acciperet mille denarios. Exiit ſors cujuſdam. Excæcatus eſt. petiit mille denarios. negantur.*

Contra Excæcatum. Hi ſunt oculi, quos extimuiſtis mariti. O legem, ſi excæcat homines, abrogandam. Nulli dat mille denarios, niſi qui invitus accepit. Dic nunc, Miſerere. Hoc, cum excæcareris, non dixiſti. Reſpubl. debilitatem conſolatur, non emit. Conſumptis patrimoniis membra conferunt. Utilius eſt reipub. unum cæcum repelli, quam novem fieri. Non ſolus à vobis petit alimenta, ſed primus. Alam eum, qui propter debilitatem alitur: non alam, qui propter alimenta debilitatur. [1] Sic fit, ubi homines majorem partem vitæ in tenebris ita agunt, ut noviſſime ſolem quaſi ſupervacuum faſtidiant.

Pars altera. Illis novem nihil daturus eſt: nulli non favorabilis erit, ſi eos, à quibus excæcatus eſt, decipit. Circumventus adoleſcens ab illis novem veteranis conſumptoribus: Solus, inquit, novem conſentientibus reſiſtere non potui. Omnia ex compoſito facta ſunt. unus mentionem intulit, omnes approbaverunt. Electus eſt, qui ſortiretur. Sors hujus quæ exiret prima ſubjecta eſt. Cum repugnaret, excæcatus eſt. Si circumventus eſt, inquit, injuriam perſequatur, de vi agat, talionem petat. videbimus. primum eſt, ut habeat unde vivat.

Con-

Controv. 1. *Sic fit, ubi homines*] L. Seneca epiſt. 122. N. *Faber.*

Con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

CONTROVERSIA II.

Parricida æquis ſententiis abſolutus.

Thema. *Quidam filium accuſavit parricidii. Æquis ſententiis abſolutum abdicat.*

CONTRA FILIUM. Minus eſt jam quod rogo. non peto, ut me à parricida vindicetis, ſed ut ſeparetis. Parricidam non accuſo, ſed fugio. Quando iſte accuſatori parcet, qui patri non pepercit? Igitur nihil medium eſt inter teſtamentum, & culleum? Non eſt abſolutus parricida, ſed dubius. Ut abſolvaris, multis tibi ſententiis opus eſt; ut damneris, una. Non abſolverunt reum, ſed ſeculo pepercerunt. Miraris in hac civitate miſericordiam, in qua lex abſolutionem dat paribus tabulis. Quæris quam multis non placeas? ſi unum adjecero, parricida es. Abſolutionem legi, non innocentiæ debes. Abſolutus, inquit, ſum. Non abdico te propter parricidium, ſed propter alia vitia, quæ te fecerunt tam credibilem parricidam.

Pars altera. Manifeſtus eſt adoleſcentis color, ut dicat ſe auctoritate patris oppreſſum.

CONTROVERSIA III.

Abdicandus quia fratrem abdicatum adoptavit.

Lex. Cum filio tricenario [1] pater patrimonium dividat. Thema. *Quidam habuit filium frugi, & luxurioſum. Abdicat luxurioſum. Frugi peregre profectus eſt. Captus eſt à piratis: ſcripſit de redemptione patri. Patre ceſſante luxurioſus prævenit, & redemit. Rediit frugi. Adoptavit fratrem ſuum. Abdicatur.*

PRO FRATREM ADOPTANTE. Non eſt quod quiſquam me laudet. prior frater fecit inter nos pieta-tis

Contr. III. 1 *Pater patrimonium dividat*] Unde participes dicebantur. Porro quæſtio hujus Controverſiæ, ſcholæ eſt, non fori. nam qui in aliena poteſtate eſt adoptare non poteſt. N. *Faber.*

2 Ut

tis exemplum. una navigavit, una periclitatus eſt, una omnes emenſus eſt terras, tantum reliquit me ad paternam domum. Non eſt quod excuſatione ætatis utaris. potes navigare. Utrique gratias agere deberet. Frater me iſti reduxit: ego iſti fratrem. Si tanquam inertem abdicaſti, navigavit: ſi tanquam impium, ſuos redemit. Non poteſt eripi filio, quod à lege accepit. Quomodo enim pater eriperet, quod non poteſt non dare?

Pars altera. Per alterum mihi neceſſe eſt abdicare quem nolo. Hoc uno alter alteri placet, quod uterque patri diſplicet. Utamur medicina, qua cogimur, quod in vulneribus periculoſis fieri ſolet, [2] ut malum cum ipſo corpore exſecetur. Adoptare adoleſcenti permittitis, quem lex in dividendo patrimonio experitur? Lex te ad miniſterium patrimonii admittit, non in dominium. Eſt aliqua ætas, à qua aliquis filius eſſe deſinat? Nec tricenario quidem filio adoptare licet. Neque enim quiſquam poteſt alium in manum ſuam recipere, qui ipſe in aliena manu eſt. Quomodo fieri poteſt, ut tibi poteſtas vitæ neciſque, aut in fratrem ſit, [3] aut in filium non ſit? Si bene de te meruerat, patrem pro filio rogaſſes. Nam quod ego non redemi, paupertatis fuit. Nihil in medio comparebat. Quicquid tricenarius reliquerat, abdicatus abſtulerat. Quid facerem, ſolus, ſenex, inops, cujus patrimonium alter diviſerat, alter abſumpſerat?

CON-

2 *Ut malum cum ipſo corpore exſecetur*] Varro περὶ ἐξαγωγῆς. *Non vituperamus, cum ſciamus digitum præcidi oportere, ſi ob eam rem gangræna non ſit ad brachium ventura.* Nonius in voce Gangræna. N. *Faber.*

3 *Aut in filium non ſit*] Rectius librum vet. habere, *ut in filium*, obſervat Schottus. Quanto autem rectius? Scribe, ſi ſenſum vis: *Quomodo fieri poteſt, ut tibi poteſtas vitæ neciſque in fratrem ſit, mihi in filium non ſit?* Hoc eſt, ut tu fratrem adoptare poſſis, ego te abdicare non poſſim. *Gronovius.*

Con-

CONTROVERSIA IV.

Servatus à filio.

ex. Servatus contra ſervatorem ne quam habeat actionem. *Thema. Servatus à filio eum abdicat. Ille præſcribit.*

CONTRA FILIUM. Licuiſſet perire, ſi non licet loqui. Servatum me putatis? Captus ſum. [1] Redde me hoſti. Captivis loqui licet. Quo tantopere beneficia vitæ jactat? Audite quis prior dederit. Si quis me hoſti reddiderit, ſervatorem vocabo. An vos abdicationem putatis actionem? etiam ſi actio eſt, lex quæ de ſervato loquitur, ad perſonas tantum extraneas pertinet: ad filium & ad patrem non magis, quam ad ſervum & dominum, libertum & patronum. Ut à patria poteſtate diſcedas, & ad æſtimationem beneficii venias; qui dat vitam, ſi prior accepit, non obligat, ſed reddit. Proceſſi in aciem, exemplum filio meo: vicit me non hoſtis, ſed ætas: ſervavit, quem ſæpe ſervaveram. Redivivum me ſenem meretrix vocat. paraſitorum jocantium materia ſum. omnibus iſtis tanquam ſervatoribus tacere jubeor. Fili, ſi vivere mihi non licet, cur perire non licuit? Ego, inquit, te protexi. Ita tu adoleſcens in acie non ante patrem ſtetiſti? Audite filii mei gloriam. parricidium non fecit. cum poſſet ſervare, ſervavit.

Pars altera. Hic me genuit. Hic mihi ſpiritum, hic mihi has manus, quibus ſervaretur, dedit.

CON-

Contr. IV. 1 *Redde me hoſti*] L. Seneca cap. 11. lib. 2. de Benefic. N. *Faber.*

2 *Tanquam ſervatoribus*] Lego: *omnibus iſtis, tanquam ſervatori, tacere jubeor.* Nempe filio. *Gronovius.*

CONTROVERSIA V.

Pater raptorem continens.

Lex. Rapta raptoris, aut mortem, aut indotatas nuptias optet. *Thema. Raptor poſtulat,* [1] *ut rapta educatur. pater non vult.*

CONTRA RAPTOREM. Iſte raptor eſt, ego in jus abducor. Non eſt enim tam facile homini probo occidere, quam perdito mori. Communis, inquit, lex eſt. dii faciant, ne cogas me experiri, an tota mea iſta ſit. Quando ergo, inquit, optabis? Hoc tempore non poſſum. Curo vulnera. familiam reficio. expugnatam domum lugeo. ereptam virginitatem conſolor. Minantem ſibi ipſi cuſtodio. Quando optabis? cum rapta voluerit, non cum raptor. Quando optabis? cum tu noles. Quando, inquit, optabis? paro me optioni. confirmo animum. Non eſt facile hominem occidere: premo interim gemitus meos, & introrſus erumpentes lacrimas ago. [2] Scio quid futurum ſit. vultus te meus decipit. Stulte, quemquam morari putas nuptias filiæ ſuæ? in ſecurim incurris, & carnificem ultro vocas. Cum rogare debeas, convitium facis. [3] Nemo vindicare ſe cogitur.

Pars altera. Nihil eſt miſerius, quam incertum inter vitam mortemque deſtitui. Jam beneficium erit, etiam ſi mortem optaverit. In amorem filiæ iſtius incidi. Appellare de nuptiis debui patrem: feci. Sed videris, quam etiam in lege lentus ſit. Raptor vitam alieni arbitrii habet, liber-

Contr. V. 1 *Ut rapta educatur*] Vocabulum eſt ſcholæ. Educitur autem, cum in jus adducitur, ut optet ex lege raptarum. N. *Faber.*

2 *Scio quid futurum ſit*] Accipe per ironiam dictum, & lege, *Scis.* Tu quidem, ſi diis placet, ſcis, & pro certo habes te ſcire quid futurum ſit, ſi educatur rapta: nempe optaturam nuptias. *Gronovius.*

3 *Nemo vindicare ſe cogitur*] Melius membranæ Voſſ. deleto pronomine: *Nemo vindicare cogitur.* Idem.

4 Quo-

libertatem ſui. Lex communis eſt. Habet hic raptor quod timeat. Habet & quod ſperare poſſit. In lege, inquit, non eſt ſcriptum quando: immo ſtatim. [4] Quotiens enim tempus non adjicitur, præſens intelligitur. Tam longum tibi jus in caput civis non permittitur. Crudelius eſt quam mori, ſemper timere mortem.

CONTROVERSIA VI.

Domus cum tyranno incenſa.

Lex. Damni illati ſit actio. *Thema. Quidam tyrannum ex arce fugientem cum perſequeretur, in privatam domum compulit. Incendit domum. Tyrannus cum domo conflagravit. Præmio accepto, agit cum illo dominus damni.*

PARS PRIMA. *Pro Tyrannicida.* [1] Cur non excluſiſti? Quare recepiſti? quare nullam aliam domum tyrannus petiit? Nemo non venienti domum clauſit. Aditum in domum non habui, qui in arcem habui. Non gaudes te aliquid impendiſſe publicæ libertati? Hic eſt in cujus domo tyrannus occiſus eſt. Tanquam tyrannicida, monſtraris. Redde, inquit, domum. Ita vivo tyranno non perdideras. Tyranni amicus, tyranni ſatelles: certe, quod negare non potes, hoſpes. Diu expectavi, an ejiceretur tyrannus. Facilius potes accuſare aut te, qui tam familiaris tyranno fuiſti, ut illi maxime tua placeret domus, qua illum recepiſti: aut tyrannum, qui tibi damnum dedit, quod in tuam domum confugit. [2] aut, ut culpa te liberem, facilius potes

4 *Quotiens enim tempus non adjicitur*] Regula juris. N. *Faber.* Multa de hac re P. Faber, & Rævardus ad l. 14. ff. de reg. jur. quæ habet: *In omnibus obligationibus ubi dies non ponitur, præſenti die debetur.*

Controv. VI. 1 *Cur non excluſiſti*] Notat Schottus in duobus eſſe: *quem excluſiſti?* & mox: *quem recepiſti.* Sic etiam membranacei Voſſ. & Hug. ſed ille auctior particula: *Quem excluſiſti? & quem recepiſti?* Ad prius intelligitur, libertatis vindicem, tyrannicidam; ad poſterius, interrogatum, tyrannum. Veriorem hanc lectionem puto. *Gronovius.*

2 *Aut ut culpa te liberem*] Membrana Voſſ. *aut culpare liberum.* Puto

potes accuſare fortunam, quæ tyrannum potiſſimum ad te detulit.

Pars altera. Ejus debet eſſe damnum, cujus eſt præmium. Non eſt iniquum, ejus rei tibi injuriam imputari, cujus fructum percepiſti. Non elegit domum tyrannus: nec enim hoc illi vacabat: ſed in eam quam potuit, irrupit. Cum ego in ea non eſſem, nactus hic occaſionem nocendi, intrare noluit: & tyrannicidium elegit, dubium, lentum periculoſum urbi. accepit præmium, majus ſine dubio, quaſi damnum ſarcire deberet.

CONTROVERSIA VII.

Venenum datum filio furenti.

Thema. *Filio furenti, & ſua membra lanianti, pater venenum dedit.* [1] *Accuſatur ab uxore malæ tractationis.*

CONTRA MARITUM. Non mirum eſt quare vivat, quæ filium perdidit. Vivit, qui occidit.

[2] *Pars altera.* Quem quotidie perdebam, aliquando extuli. Falleris, miſera mulier, in orbitatis tuæ tempore, non perdidiſti tunc filium, ſed tunc extuliſti.

Color. *Alſius Flavus* hanc ſententiam dixit: Ipſe ſui & alimentum erat, & damnum. Hunc *Ceſtius* quaſi corrupte dixiſſet,

novam ſententiam eſſe, ſcribendumque: *Ut culpa te liberem, facilius potes accuſare fortunam.* Gronovius.

Contr. VII. 1 *Accuſatur ab uxore malæ tractationis*] Scribit optimus P. Pithœi codex, alioqui in repræſentandis diphthongis exactus, uno vocabulo *maletractationis:* quomodo etiam apud Arnobium lib. 4. legimus, *immunes à Deorum maletractatione nec ſic eſtis.* Hac autem actione divortii cauſas reddit uxor, quæ in jure actio rei uxoriæ dicitur. Nam declamatores non ſolum peculiarem dicendi rationem, materiaſque à foro, rerumque natura abhorrentes effinxerunt, verum etiam in iis quæ in foro tractari ſolent exſequendis, novis vocabulis uſi ſunt. Quare Quinctilianus c. 5. lib. 7. *Quæ in ſcholis*, inquit, *abdicatorum, hæc in foro exhæredatorum à parentibus & bona apud centumviros repetentium ratio eſt: quæ illic malæ tractationis, hic rei uxoriæ, cum quæritur utrius culpa divortium factum ſit, quæ illic dementiæ, hic petendi curatoris.* N. Fab.

2 *Pars altera*] In hac Controverſia pro marito dubiam hanc ſententiam refert Quinctilianus cap. 5. lib. 8. *qui hæc edit, debet hoc bibere.* Idem.

Contr.

xiſſet, objurgans: Apparet, inquit, te poëtas ſtudioſe legere. Iſte ſenſus eſt ejus qui hoc ſeculum amatoriis non artibus tantum, ſed ſententiis implevit. Ovidius enim in libris Metamorphoſeon dixit:

Ipſe ſuos artus lacero divellere morſu
Cœpit, & infelix minuendo corpus alebat.

CONTROVERSIA VIII.

Olynthius pater reus concurſus.

Lex. Qui cœtum & concurſum fecerit,[1] capitale ſit. *Thema. Victa Olyntho, cum filio adoleſcente Olynthius ſenex Athenas venit. Athenienſes omnibus civitatem Olynthiis decreverunt. Invitatus ad cœnam ab adoleſcente luxurioſo, cum filio venit. Ibi cum de ſtupro filii mentio eſſet, pater profugit, adoleſcens retentus eſt. Pater flere ante domum cœpit: incenſa eſt domus. Decem adoleſcentes perierunt, & filius Olynthii. Accuſatur pater, quod cœtum concurſumque fecerit.*

PRO REO CONCURSUS. Miſero ſi flere non licet, magis flendum eſt. Imperari dolori ſilentium non poteſt. Fuerunt ex populo qui dicerent: Hic meum filium, hic meam corrupit uxorem: ſuum quiſque illo & ignem attulit, & dolorem. Timeo, fili, ne, dum te quæro, in oſſa alicujus raptoris incidam. Ubi Athenarum fides? Ubi hoſpitales invicem dextræ? Capti, inquam, fili, ſumus. Dum licet, fugiamus: ſed tanquam à Philippo. Pariter apud Philippum

Contr. VIII. 1 *Capitale ſit*] Scripti fere, *capitalis ſit*. Non dubito, quin utrumque corruptum, & ſcribendum ſit: *Qui cœtum & concurſum fecerit, capital ſit*. In hanc vocem paſſim ſævierunt librorum vitiatores. Curtius l. 8. *Illis enim in ſella regis conſediſſe capital foret: tibi ſaluti fuit.* Sic antiquiſſimæ membranæ Florentinæ, & ſic bene ediderat Modius. Qui cum Carrione candem vocem Silio, ut & Bongarſius Juſtino, noſque ipſi Livio, reſtituimus. Porro ſic amabant in legibus: *Qui hoc fecerit, capital ſit*: per ellipſin pronominis: ut in contrarium, *ſine fraude ſit*: utrobique omiſſo, *illi*. Lib. 1. Contr. 4. *Adulterum cum adultera qui deprehenderit, dum utrumque corpus interficiat, ſine fraude ſit.* Hæc eſt lingua legum. *Gronovius.*

lippum certe viri fuimus. Lacrimæ meæ vocantur in crimen, quaſi, ex quo Olynthus capta eſt, flere deſierim. Tantus ſcilicet ſum, ut in ea civitate populum concitare potuerim, in qua filium ſervare non potui. Non quotiens convenerunt in aliquem locum plures, cœtus & concurſus eſt. ſed quotiens convocati, quotiens parati, quaſi ad ducem ſuum concurrerunt. Non ſi una vicinia coit, aut ſi tranſeuntium paucorum numerus affluxit: ſed ubi totus, aut ex parte magna populus, ubi diviſa eſt in partes civitas. Cœtus, multitudinis magnæ nomen eſt, coëuntis ex conſenſu quodam. At illic initio pauci fuerunt. Deinde reliqui non ad me convenerunt, ſed ad incendium: quod tamen populus maluit ſpectare, quam extinguere. Lex non eum punit, propter quem cœtus factus eſt; ſed eum à quo cœtus factus eſt. Non mihi tanti ultio fuit ut amittere vellem filium: & tentavi populum rogare, nec potui.

Pars altera. Quid cœtu opus eſt? Sunt ſcriptæ ad vindictam injuriarum omnium leges. Mota ſemel multitudo modum non ſervat. Ardere illo incendio civitas potuit.

CONTROVERSIA IX.

Crux ſervi venenum ægro domino negantis.

Thema. *Æger dominus petiit à ſervo ut ſibi venenum daret. Non dedit. Cavit teſtamento ut ab heredibus crucifigeretur. Appellat ſervus tribunos.*

PRO SERVO. [1] Lex Cornelia, te appello. Ecce heres jubet, quod tu vetas. Ne quis illum domino diſplicuiſſe putet. tunc huic parari crucem juſſit, cum ſibi venenum. Plura ſervi crimina confitemur. intempeſtivas potiones, inutiles cibos, deſideranti negavit. Quid enim ille non voluit, qui venenum petiit? Maluit crucem pati, quam mereri. Si vincitur, periturus eſt: ſi non vincitur, ſerviturus eſt

Contr. IX. 1 *Lex Cornelia*] Cornelii Sillæ de ſicariis & veneficis. *N. Faber.*

2 *Vene-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

eſt ei à quo in crucem petitur. Ex altera parte lex eſt, ex altera teſtamentum: crux utrimque. Furioſus ſervum ſine cauſa occidere voluit. Quæritis inſaniæ argumentum? & ſe ipſe voluit occidere. Servo, inquit, tribuni non poſſunt ſuccurrere? Servo natum regem habuimus. Servo indice, patefacta eſt Bruti liberorum cum Tarquiniis conjuratio. Ergo nihil intereſt, venenum domino aliquis dederit, an negaverit? Etiam ubi remedium eſt mori, ſcelus eſt occidere. Tam cito vos de vita domini ſervum deſperare vultis, quam heredem? Mortem ſi ſupplicium putas, quid rogas? ſi beneficium, quid minaris? Venenum quiſquam objecit, niſi datum? Ullum tu finem facies tribuniciæ poteſtati, quam P.R. ut ipſe plurimum poſſet valere, plus quam ſe voluit? [2] Venenum habere ſcelus eſt tam magnum, quam dominum occidere.

Pars altera. Mori volens elegit hunc miniſterio nequiſſimum ſervum, audacem, infeſtum ſibi. Ille non ſaluti conſuluit domini, quem videbat inſanabili morbo tabeſcere, ſed tormenta extendit. Servus herilis imperii non cenſor eſt, ſed miniſter. Agitur de jure teſtamentorum, quorum interiit omnis poteſtas, ſi neglexerint imperia mortuorum, Tribuni. Itane, furcifer, tu non morieris domini arbitrio, morietur dominus tuo?

Ex

2 *Venenum habere ſcelus eſt*] De eo Fornerius ad tit. de verb. ſign.

EX LIBRO QUARTO.

Seneca Novato, Senecæ, Melæ, Filiis ſalutem.

[1] QUod munerarii ſolent facere, qui ad expectationem populi detinendam, [2] nova paria per omnes dies diſpenſant, ut ſit quod populum & delectet & revocet: hoc ego facio. non ſemel omnes produco, aliquid novi ſemper habeat libellus: ut non tantum ſententiarum vos, ſed etiam auctorum novitate ſolicitet. Acrior eſt cupiditas ignota cognoſcendi, quam nota repetendi. Hoc in hiſtrionibus, in gladiatoribus, in oratoribus, in quibus modo aliquid fama promiſit, in omnibus denique rebus videmus accidere. Ad nova omnes concurrunt, ad nova conveniunt. Non tamen expectationem veſtram macerabo, ſingulos producendo: liberaliter hodie & plena manu faciam. [3] Pollio Aſinius nunquam

quam

1 *Quod munerarii*] Ἀγωνάρχαι, ἀγωνοθέται. quo vocabulo primum uſum fuiſſe D. Auguſtum notat Quinctilianus cap. 8. lib. 3. N. *Faber*. Quidam, *numerarii* leg. male. Nam *munerarius* is eſt, qui populo ſpectaculum exhibebat gladiatorium, vel venationem; aliter dictus, *dominus ludorum*, ſive *editor*. de quo plura Lipſius lib. 1. cap. 7. Saturn. ſerm. Addatur & Fornerius ad l. 18. de verb. ſign.

2 *Nova paria*] Gladiatorum. N. *Faber*.

3 *Pollio Aſinius*] Quem Plinius cap. 30. lib. 7. principem oratorem, & civem vocat. Valerius Maximus c. 12. lib. 8. non minimam partem ſtyli Romani, cujuſque nomini Virgilius Eclogam quartam inſcripſit. Is in Republ. natus, jocis ſeriiſque accommodatus, & omnium horarum, ingenio tamen ferox, quod etiam filio objectum eſt, anno ſuæ ætatis 20. L. Domitio Ahenobarbo, & Appio Pulchro Coss. qui Ciceronis fuit 53. vitæ annus, Catonem magno totius civitatis concurſu defendentibus M. Cicerone, C. Calvo, & M. Scauro accuſavit. Sub Auguſto ſummis functus eſt honoribus, pluresque & graves cauſas egit, inter quas memorantur pro P. Nonio Aſprenate veneficii reo, & pro Urbiniæ hæredibus apud centum viros, pervenitque ad extremum fere ejus

impe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

quam admiſſa multitudine declamavit : nec illi ambitio in ſtudio defuit. Primus enim omnium Romanorum advocatis hominibus ſcripta ſua recitavit. Et inde eſt quod Labienus homo mentis, quam linguæ, amarioris dicit: [4] Ille triumphalis ſenex ἀκροάσεις ſuas nunquam populo commiſit. Sive quia parum in illis habuerit fiduciæ, ſive (quod magis crediderim) tantus orator inferius id opus ingenio ſuo duxerit. exerceri quidem illo volebat, gloriari faſtidiebat. Audivi autem illum & viridem, & poſtea jam ſenem, [5] cum Marcello Eſernino nepote ſuo, quaſi præciperet. Audiebat illum dicentem : & primum quidem diſputabat de illa parte, quam Marcellus dixerat : prætermiſſa oſtendebat, tacita leviter implebat, vitioſa coarguebat. Deinde dicebat partem contrariam. Floridior erat aliquanto in declaman-

imperium : atque in villa Tuſculana octoginta annos natus, nervoſæ virilitatis haud parvum exemplum, diem obiit. Hæc ex Quinctiliano, c. 1. l. 10. & cap. 6. lib. 12. Aſconio in Ciceronem pro Scauro, Tacito 1 Annal. & de claris oratoribus, & B. Hieronymo in Euſebii Chronico collegimus. *Nic. Faber.*

4 *Ille triumphalis ſenex ἀκροάσεις*] Ille enim eſt,

Inſigne mœſtis præſidium reis,
Et conſulenti, Pollio, Curiæ,
Cui laurus æternos honores
Dalmatico peperit triumpho.

ut ſcribit Horatius prima Ode, lib. 2. Dio 48. & Faſti Capitolini, in quibus hæc leges : C. ASINIUS POLLIO PROCONSUL AN .... EX PARTHINEIS VIII K. NOVEMB. Sunt autem Dalmaciæ populi. Porro ἀκροάσεις (ſic enim ab optimo codice repoſui) contracta ſignificatione dictæ ſunt declamationes. Lucianus dialog. πρὸς τὸν εἰπόντα Προμηθεὺς εἶ ἐν λόγοις. cum dixiſſet oratores vere Prometheos eſſe, quia eorum orationes ſunt ζῶντα ὡς ἀληθῶς καὶ ἔμψυχα τὰ ἔργα, ſubjungit de declamatoribus, ἡμεῖς δὲ οἱ ἐς τὰ πλήθη παρίοντες, καὶ τὰς τοιαύτας τῶν ἀκροάσεων ἐπαγγέλλοντες, εἴδωλα αὐτὰ ἀποδεικνύμεθα. & in Prometheo ſive Caucaſo tempus εἰς ἀκρόασιν καταχρήσασθαι σοφιστικήν. in declamationem ſophiſticam inſumi, dixit. *Idem.*

5 *Cum Marcello Æſernino nepote ſuo*] Ex filia, niſi me conjectura fallit. Videtur enim fuiſſe filius M. Claudii Marcelli Æſernini conſulis cum L. Aruntio, anno urbis 733. Neque enim ille Conſul nepos potuit eſſe Pollionis. Suetonius autem notat hunc Pollionis nepotem crus effregiſſe in Troiæ ludo, quem edebat Auguſtus. cujus caſu effectum eſt, Pollione graviter invidioſeque in ſenatu queſto, ne in poſterum ab Auguſto ederetur. Suetonius cap. 44. Maxime autem ſub Tiberio floruit. Is enim eſt Marcellus Æſerninus, quem Cn. Piſonem cædis Germanici accuſatum patronum petiiſſe Tacitus lib. 3 ſcripſit, quemque apud eundem auctorem Ann. 11. incorrupta vita & facundia ad ſumma provectum, & ditium familiarum heredem, in ſuaſione L. Centiæ Suilius dixit. Plinius cap. 1. lib. 12. Spado-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

clamando, quam in agendo. [6] Illud ſtrictum ejus & aſperum, & nimis ratum in dicendo judicium, adeo ceſſabat, ut in multis illi venia opus eſſet, quæ ab ipſo vix impetrabatur. Marcellus, quamvis puer, jam tantæ indolis erat, ut Pollio ad illum pertinere ſucceſſionem eloquentiæ ſuæ crederet, cum filium [7] Aſinium Gallum relinqueret magnum oratorem: niſi illum (quod ſemper evenit) magnitudo patris non produceret, ſed obrueret. Memini intra quartum diem, [8] quam Herium filium amiſerat, declamare eum nobis: ſed tanto vehementius, quam unquam: ut appareret, hominis naturam contumacem cum fortuna ſua rixari:

Nec

nis Theſſalici hujus Æſernini prædivitis liberti meminit, qui platanum, cujus folia nunquam decidunt, primus in Italiam ſub Claudio tranſtulit. Per diphthongum autem ſcribo, faſtos conſulares & etymologiam ſecutus. ab Æſernia enim Samnitum oppido dictos Æſerninos conſtat. N. *Faber*.

6 *Illud ſtrictum ejus & aſperum, & nimis ratum*] Quinctilianus cap. 1. & 2. lib. 10. *Multa*, inquit, *in Aſinio Pollione inventio, ſumma diligentia, adeo ut quibuſdam etiam nimia videatur, & conſilii & animi ſatis: à nitore & jucunditate Ciceronis ita longe abeſt, ut videri poſſit ſæculo prior.* Tacitus de claris orat. eum inter Menenios & Appios ſtuduiſſe videri ait. *Pacuvium certe*, ſubjungit, *& Attium non ſolum Tragœdiis, ſed etiam orationibus ſuis expreſſit, adeo durus & ſiccus eſt.* Præter orationes multa alia edidit: nam Pollionem Cariſius citat ad Cæſarem, fortaſſe ex epiſtolis, & contra maledicta Antonii, & de provinciæ hæredibus. quo loci legendum cenſeo, *pro Vrbiniæ heredibus:* cujus tituli orationes Pollionis laudant Tacitus de Oratoribus, & Quinctilianus non uno loco. Item compoſuiſſe Tragœdias, amatorioſque verſus teſtantur præter Tacitum Horatius Od. lib. 2. & Satyr. ult. lib. 1. & Plinius Epiſtolarum lib. 5. *Idem*.

7 *Aſinium Gallum*] Magnum Tiberianæ crudelitatis documentum, cui ne mori quidem licuit. B. Hieronymus: *C. Aſinius orator, Aſinii Pollionis filius, cujus etiam Virgilius meminit, diris à Tiberio ſuppliciis afficitur.* Si pius ille ſcriptor Gallum illum intelligit de quo Ecloga decima, fallitur, ſi vero Eclogam quartam deſignat, non abſque ratione eſt. quamvis enim vulgo credant Saloninum Aſinii Pollionis filium in ea celebrari: non defuerunt tamen qui de hoc Aſinio Gallo ſcriptam voluerint. Addit etiam Servius integer optimi ac eruditiſſimi noſtri Danielis, Aſconium Pedianum tradidiſſe ſe ab ipſo Aſinio Gallo audiiſſe illam Eclogam in honorem ejus ſcriptam, cum ipſe naſcererur patre Pollione Conſule deſignato. Hujus autem Aſinii Galli hoc extat apud Suetonium de illuſtribus Grammaticis diſtichon:

Qui caput ad lævam deicit, gloſſemata nobis
Præcipit, os nullum, vel potius pugilis.

Plura de eo Tacitus, ſex primis Ann. libris, & Dio lib. 58. *Idem*.

8 *Quam Herium*] Sic duæ veteres editiones cum manuſcriptis codicibus hic legunt, & infra linea quinta. male in Romana editione *Haterium* emendarunt. Nam Haterius filius non fuit Pollionis. *Idem*.

9 At

eç quidquam ex ordine vitæ ſolito remiſit. Itaque cum ıortuo in Syria Caio Cæſare per codicillos queſtus eſſet ivus Auguſtus, ut erat mos illi clementiſſimo viro, non iviliter tantum, ſed etiam familiariter, quod in tam mano & recenti luctu ſuo homo cariſſimus ſibi, pleno convi- o cœnaſſet, reſcripſit Pollio: Eo die cœnavi, quo He- um filium amiſi. Quis exigeret majorem ab amico dolo- m, quam à patre? O magnos viros, qui fortunæ ſuccum- ere neſciunt, & adverſas res ſuæ virtutis experimenta fa- unt! Declamavit Pollio Aſinius intra quartum diem uam filium amiſerat. Præconium illud ingentis animi iit, malis ſuis inſultantis. [9] At contra, Haterium ſcio tam nbecillo animo mortes filiorum tuliſſe, ut non tantum ecenti dolori cederet, ſed veteris quoque & obliterati nemoriam ſuſtinere non poſſet. Memini cum diceret con- roverſiam de illo, qui à ſepulcris trium filiorum abſtra- tus injuriarum agit, mediam dictionem fletu ejus inter- umpi: deinde tanto majore impetu dixit, tanto miſerabi- us, ut appareret, quam magna interim pars eſſet ingenii lolor. Declamabat Haterius admiſſo populo ex tempore. olus omnium Romanorum, quos meo tempore cognovi, n Latinam linguam tranſtulit Græcam facilitatem. Tanta li erat velocitas orationis, [10] ut vitium fieret. Itaque divus

9 *At contra Haterium*] Q. Haterius ımilia Senatoria, eloquentiæ quoad ixit celebratæ, promptuſque & po- ularis orator, fœdæ tamen adulatio- is, ad nonageſimum prope annum ummo in honore conſenuit, obiitque nortem anno urbis 779. B. Hierony- nus & Tacitus lib. 3. & 4. Quod ſi erum eſt, natus eſt Cicerone Conſu- e, id eſt, anno urbis 690. quo fit, ut ıec potuerit eſſe Pollionis filius, duo- lecim tantum annis eo minor, nec Pollio, quo die ipſe Haterius deceſſit, cœnare plus 20 annis ante fato fun- ctus. Addit etiam Tacitus monumen- ta ejus haud ideo duraſſe, quia ſcili- cet impetu magis quam cura vigebat, utque aliorum meditatio, & labor in poſterum valeſcit, ſic Haterii cano- rum illud & profluens cum ipſo ſimul extinctum eſſe. Plura apud eundem Tacitum libris ſex prioribus Anna- lium de ipſo Haterio vide. *Idem.* Pal. *At contra quidem Aterium.* Voſſia- na membr. *At contraque Ather.* Si- gnificant legendum eſſe: *At contra Q. Haterium.* Ut plane Hug. *Grono- vius.*

10 *Ut vitium fieret*] L. Sen. ep. 40. *Nam Q. Haterii curſum ſuis temporibus oratoris celeberrimi, ab homine ſano longe abeſſe volo. nunquam dubitavit, nunquam inter-*

vus Auguſtus optime dixit: Haterius noſter ſufflaminandus eſt. Adeo non currere, ſed decurrere videbatur. nec verborum tantum illi copia, ſed etiam rerum erat: quotiens velles eamdem rem, & quamdiu velles, diceret. Aliis totiens figuris, aliis tractationibus. Ita ut nec regi poſſet, nec conſumi. Regi autem ab ipſo non poterat; [11] alioquin libertum habebat, cui pareret, & ſic ibat, quomodo ille aut concitaverat eum, aut refrænaverat. Jubebat eum tranſire, cum aliquem diu locum dixerat; tranſibat. inſiſtere jubebat; eodem loco permanebat. jubebat epilogum dicere; dicebat. Habebat in ſua poteſtate ingenium, in aliena modum. Dividere controverſiam, putabat ad rem pertinere, ſi illum interrogares: non putabat, ſi audires. Is illi erat ordo, quem impetus dederat. Ac non dirigebat ſe ad declamatoriam legem, nec verba cuſtodiebat. Quædam enim ſcholæ jam quaſi obſoleta refugiunt: nec ſi qua ſordidiora ſunt, aut ex quotidiano uſu repetita, poſſunt pati. Ille in hoc ſcholaſticis morem gerebat, ne verbis calcatis, & obſoletis uteretur. Sed quædam antiqua, & à Cicerone dicta, à ceteris deinde deſerta dicebat, quæ nec ille quidem orationis citatiſſimæ curſus poterat abſcondere. Adeo quidquid inſolitum eſt, etiam in turba notabile eſt. Hoc exempto, nemo erat ſcholaſticis nec aptior, nec ſublimior: ſed dum nihil vult, niſi culte, niſi ſplendide dicere, ſæpe incidebat in ea, quæ deriſum effugere non poſſent. Memini illum

intermiſit, ſemel incipiebat, ſemel deſinebat. N. Faber.

11 *Alioquin libertum habebat, cui pareret*] B. Hieronymus adverſus errorem Joannis Hieronym. *Et ut aliquid*, ſcribit, *de neotericis referam. Q. Haterius, qui ingenium in numerato habebat, ut ſine monitore tacere non poſſet, de quo egregie Cæſar Auguſtus: Q. inquit, noſter ſufflaminandus eſt.* Idem etiam de C. Graccho memoriæ tradiderunt Cicero, Valer. Maximus, Quinctilianus, & quis non? Porro ſufflaminari eſt cohiberi, metaphora ducta à curribus in proclivi decurrentibus, qui ſufflamine retardantur. Vetus commentator in illud Juvenalis Satyr. 8.

Ipſe rotam adſtringit multo ſufflamine Conſul.

Sufflamen, inquit, *vinculum ferreum, quod inter radios mittitur dum clivum deſcendere cœpit rhæda, ne celeres rotæ ſequantur, & animalia vexent.* L. Seneca in Ἀποκολοκ. *Aliquando Ixionis miſeri rotam ſufflaminandam.* Idem.

12 *Mul-*

im (cum libertinum reum defenderet, cui objicieba-ır, quod patroni concubinus fuiſſet) dixiſſe: Impudi-tia in ingenuo crimen eſt, in ſervo neceſſitas, in liber-o officium. Res in jocos abiit: non facis mihi officium, , [12] multum ille & hic in officiis verſatur. ex eo impu-ici & obſcœni, aliquandiu officioſi vocati ſunt. Me-ini & illam contradictionem ſic ab illo poſitam, magnam ateriam Pollionis Aſinii, & tunc Caſſii Severi jocis præ-iiſſe. At, inquit, inter pueriles condiſcipulorum ſinus laſciva manu obſcœna luſiſti. & pleraque hujus generis i objiciebantur. Multa erant quæ reprehenderes, multa uæ ſuſpiceres, cum torrentis modo magnus quidem, ſed ırbidus flueret. Redimebat tamen vitia virtutibus; & ius habebat quod laudares, quam quod ignoſceres: ſicuti ea, in qua flevit declamatione.

CONTROVERSIA I.

Pater à ſepulcro à luxurioſo raptus.

hema. *Quidam amiſſis tribus liberis, cum aſſideret ſepulcro, à luxurioſo adoleſcente in vicinos hortos abductus eſt, & detonſus. Coactus convivio intereſſe, mutata veſte, dimiſſus injuriarum agit.*

PRO PATRE. Nunquam lacrimæ [1] opprimuntur imperio, immo etiam irritantur. Nulla flendi major eſt auſa, quam flere non poſſe. Rapuit me qualem in convivio

12 *Multum ille & hic in officiis verſa-ır*] Sic Petronius Arbiter ſpiſſare of-cium, & Ovidius Elegiar. 6. lib. 3. ontinuari officio, & de arte aman-ı 2. officium facere, in re obſcœna ixerunt. N. *Faber*.

13 *Laſciva manu obſcœna luſiſti*] cholion ineptum eſſe τὸ *obſcœna*, mo-ui olim, & etiamnum cenſeo. Vide bſervat. 3, 4. *Gronovius*.

Contr. I. 1 *Opprimuntur imperio, ſed etiam*] Membr. Voſſ. *Nunquam lacrimæ ſupprimuntur imperio, immo etiam irritantur.* ut & Hug. in particula. Haud dubie melius: neque opus utramque particulam, *ſed* & *immo*, delere, quod velit Gruterus. Præcedente lib. controv. 5. *In lege, inquit, non eſt ſcriptum quando. immo ſtatim.* Iidem ſcripti ſtatim: *in convivium puderet venire.* Idem.

vio puderet venire, dimiſit qualem ad ſepulcrum redire puderet. Credo mirari aliquem, quod in forum, amiſſis modo liberis, veniam. At ego jam in convivio fui. Quouſque, inquit, flebis? [2] Eſt quædam in ipſis malis miſerorum voluptas, & omnis adverſa fortuna habet in querelis levamentum. Ibi me flere prohibes, ubi crudeliter ipſe non fleres. Cum miſerrimum ſit flere, quam infelix ſum, cui ne hoc quidem licet! Vidi ebriorum ſitim, & vomentium famem. Quis eſt iſte, qui ſupra flentem patrem cenſuram lugendi poſtulat? Projectus in omnia gulæ libidiniſque flagitia, omnibus notandus cenſoribus, ſeculo præcepta componit. Scit quantum ſuper amiſſos tres liberos patri flendum ſit: quem, ſi viveret pater, fleret. Senex, orbus, infelix, hoc tantum inter miſerias ſolatium capio, quod miſerior eſſe non poſſum. Cineres meorum in ſepulcro video. Magnum ſolatium eſt, ſæpius [3] appellare liberorum non reſponſura vocabula. Hic mihi vivendum eſt: ne cui de nuptiis, ne cui de liberis cogitanti [4] dirum omen occurram.

cogit

2 *Eſt quædam in ipſis malis*] Ex Metrodori ſententia. L. Seneca epiſt. 99. Ovidius lib. 4. Triſtium:

—— *eſt quædam flere voluptas,*
Expletur lacrymis, egeriturque dolor.

N. Faber.

3 *Appellare ſæpius nomina liberorum*] Tres Gruteri, Voſſiana & alia in Anglia nobis obiter inſpecta membrana referebant conſenſu: *Magnum ſolatium eſt ſæpius appellare liberorum non reſponſura vocabula.* Eodemque ordine teſtatur Gruterus & in reliquis ſuis hæc verba poni, niſi quod illi retineant *nomina*, idque ſe malle. Nos potius illis accedimus, & τὸ *nomina* pro explicatione alterius accipimus. Nam *vocabulum* idem eſt interdum quod proprium nomen: & ſic iſti maxime ſequentique ævo placuit. Frequens apud Tacitum. Statim Anglicana membrana habebat: *ne cui de nuptiis, ne cui de liberis cogitanti dirum omen incurram.* Et illud quidem, *ne cui,* jam Pinciano Gruteroque & Schotto notatum, etiam Voſſiana ſervat. Apud filium Senecam reſtituimus ex omnibus mss.: *minima, etiam cum illis utrimque Oceanus incurrit.* Ut vulgatæ, *occurrit.* Sed illud propter mare mediterraneum, quod utrimque terræ intervenit, melius. Præcedenti libro Controv. 5. *In ſecurim incurris, & carnificem ultro vocas.* Sed & τὸ *omen incurram* conciliatur illis locis, in quibus verbo *impingi* Lucius utitur eleganter. Ut de vita beata, cap. 29. *Hæc apud ſapientem, nec unquam in turpes indignoſque impingitur.* Epiſt. 27. *Sed ne ego quidem me ſordide geram, in fine æris alieni, & tibi, quod debeo, impingam.* De Providentia: *quam facile ſit renuntiare naturæ, & munus ſuum illi impingere.* Gronovius.

4 *Dirum omen occurram*] Ita plane optimus codex egregio ſenſu. L. Seneca ad Martiam cap. 3. *Ipſumque deſiderans triſte matribus omen occurras.* Infra lib. 10.

ogit flere, qui non ſinit. In illo convivio morari, etiam licis patris eſſet injuria.

Pars altera. [5] Queſtus ſui pridem de inhumanitate eorum, qui illum propinquitate contingerent. Nemo amicus, emo, inquam, propinquus eſt? Sed melius, ut video, illius abiem noverant. Feſto die ſodales, amicique mecum: uorum unus, Quid hunc miſerum ſic perire patimur? ſemo ſibi ipſe finem flendi fecit. Pudet illos deſinere: ogi volunt. Conſolarer te diutius, niſi jam & accuſare oſſes.

CONTROVERSIA II.

[1] Metellus cæcatus.

ex. Sacerdos integer ſit. *Thema. Metellus pontifex cum arderet Veſtæ templum, dum Palladium rapit, oculos perdidit. Sacerdotium illi negatur.*

PRO METELLO. Veſta mater, fortaſſe nullum ſacerdotem haberes, niſi Metellum habuiſſes. Sacrorum auſam ago, non Metelli. Plus eorum intereſt, ne Metellum acerdotem, quam Metelli, ne ſacerdotium perdat. Non rat tantus Metellus, cum illi ſacerdotium dedimus. Civitas blicita pendebat. Duo periclitabantur, quibus nihil popuus habebat pretioſius, Sacra & Metellus. O faciendum ſaerdotem, niſi eſſet. Lex integrum ad animum refert, non d corpus. Lex æſtimari hoc voluit tunc cum quis peteret, on cum haberet ſacerdotium. Habes, Veſta, duplex ponificis tui meritum: ſervavit ſacra, nec vidit.

Extra

ib. 10. de expoſitis debilitatis, *Occurunt nuptiis omina dira, fatis publicis triia auſpicia.* N. Faber.

5 *Queſtus ſui pridem*] Eraſmus & res Pall. *prius*; unus, *primus*: quorum lterum malit Gruterus quam illud *ridem.* Membrana Voſſ. & Hug. *Queſtus prius ſum.* Idque probandum. nam *prius* interdum eſt idem quod olim. *Gronovius.*

Contr. II. 1 *Metellus cæcatus*] De hoc themate vide Livii Epitomen 19. Valerii Maximi cap. 4. lib. 1. & Plin. c. 43. lib. 7. N. *Faber.*

2 *Pollio.*

Extra controverſiam. [2] *Pollio.* Ante hoc, ſi cæcus factus eſſet, non abſtuliſſet. Si poſtea cæcus factus eſt, vidit.

Pars altera. Sacerdos non integri corporis, quaſi mali ominis res vitanda eſt. Hoc etiam in victimis notatur; quanto magis in ſacerdotibus? Poſt ſacerdotium magis obſervanda eſt debilitas. Non enim ſine ira deorum debilitatur ſacerdos. Apparet non eſſe propitios deos ſacerdoti, quem ne ſervati quidem ſervant.

Color. Hunc colorem *Gallio* non probabat; ſummo cum honore Metelli aſſerens, contra Metellum agendum ita, ut rogetur cum judicibus officio pontificum & ipſe conſulere.

CONTROVERSIA III.

Patre exule filia rapta.

Lex. [1] Imprudentis cædis damnatus, quinquennio exulet. *Altera.* Rapta raptoris aut mortem, aut indotatas nuptias optet. *Thema. Cum quidam haberet filiam & filium, imprudentis cædis damnatus, in exilium abiit. Filia ejus rapta eſt. Raptor ad patrem puellæ ſe contulit. Impetravit ab illo, ut juberet filiam nuptias optare: & epiſtolam daret ad filium. Fratre auctore, mortem optavit puella. Pater rediit. abdicat filium.*

CONTRA FILIUM. Quomodo me excuſabo reip. cui duos abſtuli? Neutrum mea culpa. In altero me fortuna decepit, in altero filius. Filia etiam fratri paruit: filius

2 *Pollio: Ante hoc ſi cæcus*] Gruterus ait malle cum Pinciani libris & duobus ſuis: *Pollio autem hoc: ſi cæcus factus.* Sic & Schottus, longe melius quatuor libros: *Pollio autem hoc: ſi cæcus ante factus.* Ego quæro cauſſam, cur hæc vulgatis, non modo magis, ſed etiam valde magis admirer. Voſſiana & Hug. nihil hactenus mutant, ſed habent, ut & Put. libri & tres Gruteri, *ſuſtuliſſet*, non *abſtuliſſet*. Sed mox magnopere ad ſenſum pertinere puto unam literam mutari: *ſi poſtea cæcus factus eſt, videt.* Hoc eſt, etiam nunc pro vidente, non pro cæco, quantum ad ſacerdotium, habendus eſt. *Gronovius.*

Contr. III. 1 *Imprudentis cædis damnatus*] Plato lib. 9. de legibus, Porphyrius περὶ ἐμψύχων ἀποχ. libro primo & Philo Judæus περὶ τῶν ἐν εἴδει νόμων. N. Faber.

lius nec patri. Per humanos, inquit, errores. Agnovi pre-
s meas. Potes, inquit, omnibus oſtendere, quam non
oſſis hominem occidere. Scio me civem debere reipubli-
e. hoc intererit tamen, quod imprudentes occidimus,
rudentes ſervavimus. Aliquem in exilio infra fortunam
eam vidi.

Pars altera. Irrupit contumelioſe, tanquam in exulis do-
um. Pervenit ad patrem, non pepercit ejus pudori. At
go querebar, quod abſenti fecit injuriam. Non poſſum ob
oc abdicari, quod lege factum eſt. Non potuiſti pater de
njuria judicare, quam non noveras. Multa nobis extor-
uentur, quæ nolumus ſcribere: & tu in ea fortuna eras,
 qua poſſes injuriam excipere: & ille is erat, qui etiam in
atria poſſet injuriam facere. Quia ſciebat malam cauſam
iam, egit apud illum, qui eam non noverat. Rediit ſuper-
us, jubebat, & nos optare nuptias cogebat. Videbatur ſic
 illic coëgiſſe. Aliquid tamen epiſtolis conſecutus eſt. Ne-
o unquam tardius periit. Collegit ingentem numerum
erditorum. expugnavit domum. vexavit puellam. Hoc
bi raptor non narraverat.

Color. *Latro* aiebat, ſemper inviſum eſſe, qui reum alium
ro ſe ſubjiceret. Non oportere hoc derivari factum in ſo-
oris voluntatem. Qui defendit, inquit, crimen, auditur
anquam reus: qui transfert, tanquam accuſator. Malo
utem loco eſt, qui habet rei fortunam, accuſatoris invi-
iam. *Aſinius Pollio* dicebat, colorem in narratione oſten-
endum, in argumentis exſequendum. Non prudenter eos
acere, qui in narratione omnia inſtrumenta coloris conſu-
nerent. Nam & plus eos ponere, quam narratio deſide-
aſſet, & minus quam probatio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

CONTROVERSIA IV.

Armis ſepulcri victor.

Lex. Sepulcri violati ſit actio. *Thema. Bellum cum eſſet in quadam civitate, vir fortis in acie amiſſis armis, de ſepulcro viri fortis arma ſuſtulit. Fortiter pugnavit, & repoſuit. Præmio accepto accuſatur ſepulcri violati.* C. D.

PRO VIRO FORTI. Arma vix contigeram, ſecuta ſunt. Hæc ſi ſumo, arma ſunt: ſi relinquo, ſpolia. Vidiſſes vere violari ſepulcrum, ſi illo veniſſet hoſtis. Uterque quod alteri deerat, commodavimus. Ille viro arma, ego armis virum. Reſp. multum conſecuta eſt. vir fortis nihil perdit. Neceſſitas eſt, quæ navigia jactu exonerat. neceſſitas eſt, quæ ruinis incendia opprimit. neceſſitas eſt lex temporis. Quicquam non fit legitime pro legibus? Melius cum ipſo ſepulcro actum eſt, in quo notiora ſunt arma iterum victricia. Pro republica plerumque templa nudantur, & in uſum ſtipendii dona conflamus.

Pars altera. Reum habemus in prælio inertem, in fuga audacem, turpem non minus patrocinio, quam crimine. Arma ſua perdidit. Hoc excuſare non poterat, niſi rapuiſſet aliena. Rapuit aliena. Hoc excuſare non poterat, niſi & ſua perdidiſſet. Arma victricia, arma conſecrata diis Manibus, arma quæ te quoque fecerunt virum fortem. Repoſui, inquit, arma. Gloriatur, quod non & illa perdiderit. Non teneor lege, quia repoſui. [1] Tam teneris hercle, quam qui vulneravit aliquem, licet vulnus ſanaverit: quam qui ſurripuit aliquid, licet deprehenſus reddiderit. Non eſt hoc illi crimen propter virtutem donandum. jam gratiam virtuti retulimus, præmium conſecuta eſt. Æquos nos eſſe

Contr. IV. 1 *Tam teneris hercle, quam qui vuln.* &c.] Addatur huic loco l. pen. ff. de vi bonorum rapt. l. 65. ff. de furtis. l. 64. & ſeq. de uſufruct. Fornerius ad l. 12. de verb. ſign.

Contr,

ſſe convenit: unum virum fortem honoravimus, alterum indicemus.

CONTROVERSIA V.

Privignus medicus.

Thema. *Abdicavit quidam filium. Abdicatus medicinæ ſtuduit. Cum pater ægrotaret, & medici negarent poſſe ſanari, ſanavit. Reductus eſt patri. Ægrotare noverca cœpit. Deſperaverunt medici. Rogat pater filium, ut curet novercam. Nolentem abdicat.*

PRO FILIO MEDICO. Quo pacto iſtud evenit, ut abdicatione mea pater ægrotaret, reditu noverca? Pietati ceſſere morbi. Medicinam relinquo, multum laboris, multum vigiliarum. adjice huc, quod qui ſanantur, ingrati ſunt: & medicus poſſum decipi, & non poſſum privignus excuſari. Eundem, inquit, medici morbum eſſe dicunt: nempe illi, qui negaverunt te poſſe ſanari. Ego vero cedo domo, ſi fateris illam ſic poſſe ſanari. Timeo fortunam. imputabitur mihi, ſi quid acciderit. Ecce tu me non poſſe non credis. Omnes medici negant: & nunc diligentiores fuerunt quia in te decepti ſunt. Non ſum tantæ ſcientiæ, quantæ videor. Magnis præceptoribus opus eſt. Ego abdicatus ſtudui. Quæris quomodo te ſanaverim? non tibi medicus, [1] ſed filius profui. Deſiderio laborabas, gratum tibi erat, quicquid meis manibus acceperas. ut primum intravi, recreatus es; quid in te curandum eſſet, adverti. Hæc non eodem morbo laborat. Multa ſunt diſſimilia, ſexus, ætas, animus. Nihil magis ægris prodeſt, quam ab eo curari, à quo volunt. Temerariis remediis graves morbi curantur, quibus uti non audeo in noverca.

Extra. Non oportet adoleſcentem quicquam novercæ ſuc-

Contr. V. 1 *Sed filius profuit*] Voſſ. *Quæris quomodo te ſanaverim? non tibi medicus, ſed filius profui.* Gronovius.

ſuccenſere. alioquin odit & gaudet. Ferendus eſt adoleſcens, ſi ſe excuſat. non eſt, ſi ulciſcitur.

Pars altera. Lugendum eſt, flendum eſt. in hoc me conſervaſti? Hoſtis aliquando vulnus ſanavit quod fecerat, ob hoc maxime, quia alius ſanare non poterat. Negant poſſe ſanari. Nemo ſuſcipit: nemo vult enim filio curationem præripere.

Extra. Pollio dicebat, inter patres & filios id ſolum judex putat licere, quod oportet.

CONTROVERSIA VI.

Indiſcreti filius & privignus.

Thema. *Quidam mortua uxore, quæ in partu perierat, duxit aliam: puerum rus miſit. Ex illa ſubinde ſuſtulit filium. Utrumque puerum ruri educavit. Poſt longum tempus redierunt ſimiles. Quærenti matri uter ejus eſſet, non indicat. Accuſatur ab ea malæ tractationis.*

PRO MARITO. Quid fletis pueri? ſecuri eſtote. Non memini. Jam lites ſunt, & nondum indicavi. Qualis eris noverca, quæ ſic fieri cupis? Alter tuus eſt: alter tui frater eſt: & ſi per te licuerit, neuter privignus eſt. Dum alterius vis eſſe mater, utriuſque es noverca. Si coëgeris, mentiar. non mater, ſed noverca decipieris. Hos ipſa noluit natura diſtingui. Indicarem, niſi tam pertinaciter quæreres. Hic tuus eſt. Quid alterum novercalibus oculis intueris? Ille tuus eſt. Uni tibi contingit, ut habeas privignum, & non ſis noverca.

Pars altera. Malæ tractationis ago. Filius enim rus ablegatus à patre, & educatus eſt ſic, ut ignotus eſſe poſſet & matri. Tibi rediit uterque filius, huic uterque privignus. Eo crudelius caret, quo propius acceſſit. Times hujus iniquitatem: cum iniquus ipſe magis ames eum cui alterius vis donare matrem, quam cui non vis reddere ſuam.

Extra.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Extra. Quod ad colorem pertinet viri, *Hiſpo Romanus* & *Silo Pompeius* hoc uſi ſunt: Neſcio, & ideo non indico tibi. Quidam miſcuerunt etiam, & utroque uſi, dixerunt: Neſcio, ſed etiamſi ſcirem, non indicarem tibi. quod *Latro* & *Ceſtius*. Sed *Aſinius Pollio* neutrum colorem probabat. Si dixit, inquit, Neſcio: nulli fidem faciat. Uxor ipſa non quæreret ab illo, niſi ille ſcire poſſet. Dici enim contra virum poteſt: Quære à nutrice: à pædagogo. Veriſimile non eſt, neminem domi eſſe qui ſciat. Ille autem mixtus color utrumque corrumpit, & ignorantis fidem, & non indicantis fiduciam. Nam cum dicit: Etiam ſi ſcirem, non indicarem: efficit ut illum judex ſcire putet. cum dicit, Neſcio: efficit ut videatur indicare debere, ſi ſciat. Hoc autem ipſe colore uſus eſt, [1] quem aiebat ſimpliciſſimum: Scio, ſed non indico: quia pueris hoc utile eſt, & tuo filio. Magis amaturus ſum eum, qui matrem videbitur non habere.

CONTROVERSIA VII.

Tyrannicida, & adulter tyranni.

Lex. Tyrannicidæ præmium detur. *Thema. In adulterio deprehenſus à tyranno, gladium extorſit à tyranno, & occidit eum. Petit præmium. Contradicitur.*

CONTRA TYRANNICIDAM. Non feciſſet tyrannicidium, niſi illum tyrannus armaſſet. Cujus adulter non fuit, qui etiam tyranni fuit? Imputat nobis, quod deprehenſus in adulterio mori noluit. Tyrannicida veſter jure occidi potuit à tyranno. Certamen in pari conditione contractum publica fortuna diſtraxit. Non innocentior vicit,

Controv. VI. 1 *Quem aiebat ſimpliciſſimum*] Quidam ſcripti & editi veteres: *ſpecialiſſimum*. An eſt, maxime proprium, aptum & convenientem? Quintilianus, ut inſcribitur, avus, declam, 298, in Sermone; *Hinc ſpeciales quæſtiones, utrum* &c. Idem declam. 335. *Iterum illa communia*, &c. *dein ſpecialiter: utrum eam, quæ honorem viro forti dat, an eam, quæ pœnam deſertori conſtituit.* Poteſt etiam legi, *ſpecioſiſſimum*. Gronovius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

cit, ſed fortior. Tulit ſecum tyrannus gladium. ſic enim occiſuri veniunt. Cur ſolus ad præmium venis? tyrannum certe occidiſti cum adultera. Non loricam, clypeumve ſumpſit, ſed tenuem ac perlucidam veſtem: perfuſus unguento intravit cubiculum, in quo non eſſe tyrannum diligenter agnoverat. Tyrannicida noſter ne tyrannum inveniret, optavit. Ducat tyrannicidam in arcem tyrannus, non uxor: odium, non amor: aſcenſurus ferat animum, ferat ferrum: eat illo, ubi inveniat tyrannum. Omnia honeſta opera voluntas inchoat, occaſio perficit. Sæpe honorata virtus eſt, etiam ubi eam fefellit exitus. [1] Scelera quoque quamvis citra exitum ſubſederunt, puniuntur. Nec infelix virtus amittit gloriæ titulum: nec gloriam virtutis intercipit fortuita felicitas. Nunquam majorum noſtrorum prudentia tantis muneribus tyrannicidium emeret, ſi illud etiam libido promitteret. Novo inauditoque more pugnabant, tyrannicida pro adulterio, tyrannus pro pudicitia. Occidiſti tu maritum, fortuna tyrannum. Tyrannum cadere reipublicæ volo. Occidat illum civis iratus, miſceat maledicta vulneribus, qualia [2] in adulterum maritus attulerat. Ab adulteræ oſculis ad præmium curris. Nolo tyrannicida imitetur, antequam occidat, tyrannum. Pop. Romanus veneno vinci hoſtem noluit, proditione noluit. Honorabo ſubitum tyrannicidium: non honorabo fortuitum, non coactum.

Pars altera. Non habebas, inquit, ferrum. Quid enim tyranno profuit quod habuit? In eo qui inermis ad tyrannum venit, non minor virtus eſt, ſed periculum majus. Non quæras quid in arcem tulerim: tyrannicidium retuli. Non eſt gladius meus: ſed manus mea eſt, ſed animus meus eſt,

Contr. VII. 1 *Scelera quoque quamvis citra exitum ſubſ.*] Explicat egregie iſta Cujacius lib. 15. cap. 15. Obſervat.

2 *In adulterum maritus attulerat*] Sic mss. non *contulerat*, ut voluit Pincianus, qui hoc verbum retulit ad *maledicta*: ſed haud dubie aliquid hujuſmodi deeſt: *miſceat maledicta vulneribus, ferat arma, qualia in adulterum maritus tulerat.* Gronovius.

Contr.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ſt, ſed conſilium, ſed periculum, ſed tyrannicidium meum. Adulterium vocas, quo effectum eſt, ne quis timeat adulterium. Diligenter arce munita occaſionem requirens, tentavi ſervos, tentavi amicos: per uxorem ſolam refulſit occaſio. Non putavi adulterium, uxorem tyranni polluere: ſicut nec homicidium, tyrannum occidere. Ferrum in arcem ferre, periculoſum erat: invenire, facile. Si tyrannum, unquam, invenero, obvia quælibet res telum erit. certe ſemper ſolet ſecum tyrannus habere ferrum. Gladius inter duos, fortioris eſt. Quam ſolicitus fui adulter, ne non deprehenderet.

CONTROVERSIA VIII.

Patronus operas remiſſas repetens.

Lex. Per vim metumve geſta, irrita ſunto. *Thema. Bello civili patronus victus & proſcriptus, ad libertum confugit. Receptus eſt ab eo, & rogatus, ut operas remitteret. Remiſit. Conſignatio facta eſt. Reſtitutus indicit operas. Contradicitur.*

PRO PATRONO. Patronus à liberto reſtitutionem peto. Si paciſci tunc à me voluiſſes operas, ſpopondiſſem. Bona bello perdidi, ad reſtitutionem nudus veni. Nunc libertorum operas deſidero. Profer tabulas illa proſcriptionis tabula crudeliores. Perſequebatur illa, quos vicerat: hæ perſecutæ ſunt, quos receperant. In illa ultio fuit, in his perfidia. Denique illa jam deſiit, hæ perſeverant. Non mea, inquit, ſed aliena vis fuit. Æque dignus eſt pœna, qui ipſe vim adhibet, & qui ab alio admota ad lucrum ſuum utitur. In hunc primum incidi. Et dum timeo ne offenderem, ſecutus ſum hoc exigentem. Non recepit me, ſed incluſit. Nihil eſt venali miſericordia turpius.

Pars altera. Nihil tibi opus eſt poteſtas. Sciſti illum parere, etiam cum cogi non poteſt. Quaſlibet indicas operas, nunquam tamen indices ita periculoſas, quam indixiſti.

Habeo judicia tua. Bene de ſervo judicaſti, manumiſiſti. bene de liberto. Proſcriptus mihi potiſſimum te commiſiſti. Si noluiſſem patronum habere, potui. Unus ex proſcriptis fuiſti, qui tunc poſſes etiam rogari. Reſtitutio tibi proſcriptionem remiſit, non quicquid in proſcriptione geſſiſti, reſcidit.

Extra. Omnes invecti ſunt in libertum. *Vallius Geminus*, & *Otho Junius* egerunt lenius, ut patronus remiſſurus videretur operas, ſi obtinuiſſet. Nam Otho dixit: Sine, me judicio meo videri remiſiſſe. Faciam, remittam. Quid me ſic times, tanquam invitus promiſerim? Contra *Ceſtius* ait: Tunc hujuſmodi utendum eſſe coloribus, ubi verendum eſt, ne videamur rem duram poſtulare. Ubi contra honeſtam perſonam promiſſo judex molliore fallendus eſt. Quid in hac perſona veremur & cauſa: niſi hoc unum, quod ex hoc colore metuendum eſt: ne, ſi volumus hæc remittere, etiam voluiſſe videamur.

EX LIBRO QUINTO.

** Epiſtola deeſt.**

CONTROVERSIA I.

Laqueus inciſus.

Actio. Inſcripti maleficii ſit actio. *Thema. Quidam naufragio facto, amiſſis tribus liberis, & uxore, incendio domus, ſuſpendit ſe. Præcidit illi quidam ex prætereuntibus laqueum. A liberato reus ſit maleficii.*

PRO INCIDENTE LAQUEUM. Tres, inquit, liberos perdidi. Utinam & illos ſervare potuiſſem! Vive. mutantur vices felicitatis humanæ, proſcriptus aliquando proſcripſit. Victi fugiunt, [1] proſcripti latent, natant naufragi. Amiſi, inquit, uxorem, liberos, patrimonium. Tu putabas ea te conditione accepiſſe, ne perderes? Ludit de ſuis fortuna muneribus, & quæ dedit, aufert, & quæ abſtulit, reddit: [2] nec unquam tutius eſt illam experiri, quam cum locum

CONTR. I. 1 *Proſcripti latent, natant naufragi*] Bene, ait vir doctus, membranæ: *enatant*. Imo male, & nec Gruteri librorum ullus nec Voſſ. & Hug. illis adſentitur. Sed, quod præcipuum eſt, refragatur maxime ſenſus. *Enataſſe* eſt ejus, qui evaſit: at *fugere*, *latere*, eſt ejus qui etiamnum evadere quærit. Tale eſt etiam *natare*. Non ſtatim maxima pericula homines adigunt ad deſperationem: ſic prælio victi fuga ſalutem petunt, ſi forte poſſint in tutum pervenire: ſic proſcripti deliteſcunt, ſi forte interea aut furor temporum tranſeat aut ipſi privatim poſſint reconciliari dominantibus: ſic jactant brachia naufragi, ſi forte poſſint enatare. Sic & mox: *ut viveres, nataſti*: ſategiſti in undis, laboraſti. nam, ut enataret, non erat in ejus poteſtate, ſed fortunæ. Male hic quoque vulgatum mutatur. *Gronovius.*

2 *Nec unquam*] Ovidius de Pont. lib. 2. Eleg. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

locum injuriæ non habet. Cn. Pompeius in Pharſalia victus acie, vixit. Majus tu tuum putas eſſe naufragium? Craſſus vixit: & non privatas perdiderat, ſed publicas opes. Omnia tibi fortuna abſtulit, ſed ſpem reliquit. Tolle ſpem hominibus, nemo victus retentabit arma: nemo infeliciter experta negotiatione, alios appetet quæſtus, nemo naufragus vivet. Spes eſt ultimum adverſarum rerum ſolatium. Ut viveres, nataſti. Miſertus ſum: nec in te amplius, quam periculum cogitavi. Non attendi incendium, non orbitatem. aut ſi attendi, memineram te poſt illa vixiſſe. Non viſus es mihi animum moriendi habere. Legeras locum, in quo interpellari poſſes.

Pars altera. Tot ille fundorum dominus, aliena arbore ſuſpendo laqueum. De fortuna nihil queror: mori permittit. Nunc, inquit, morere. Injuria eſt, ut qui meo arbitrio debui, tuo moriar. Amiſi uxorem, liberos, patrimonium. Fortuna mihi nihil præter laqueum reliquit: iſte nec laqueum. Sumpſi inſtrumenta mortis, ſolitudinem & laqueum: alterum aptum morituro, alterum miſero. Quiſquis interveneris, ſi amicus es, defle: ſi inimicus, ſpecta. Cum à me iſte accuſatur, graviorem de me quam de reo ferte ſententiam. Ego, ut moriar: iſte, ut ne prohibeat. Ne hæc narrarem, mori volui. Præcidit remedium meum, ſi qua fides eſt: non enatavi, ſed ejectus ſum. Nihil jam timebam, niſi vivere. Domus meæ fata claudo, nullo miſerior, quam quod ultimus morior. Cui me vitæ reſervas? Ut ædificem? Aſpice incendium. Ut navigem? Aſpice naufragium. Ut educem? Aſpice ſepulcrum. In tam calamitoſa domo feliciores fuiſtis, uxor & liberi; vobis mori contigit.

CON-

—— fortuna miſerrima tuta eſt.
Nam timor eventus deterioris abeſt.
Qui rapitur ſpumante freto, ſua brachia cauti
Porrigit, & ſpinas duraque ſaxa capit.
Qui rapitur fatis, quid præter fata requirit?
Sæpe creat molles aſpera ſpina roſas.
Accipitremque timens pennis trepidantibus ales, &c.

Ita enim inſignis ille Ovidii locus ex veteri meo codice legendus & ſupplendus eſt. N. *Faber*.

Contr.

CONTROVERSIA II.

Gener divitis inimici.

Thema. *Pauper cum haberet filium, & divitem inimicum filiam habentem, peregre profectus eſt. Rumor fuit de morte ejus. Filius cum divite in gratiam rediit, & ejus filiam duxit. Reverſus pater cogit illum uxorem repudiare. Nolentem abdicat.*

PRO PATRE PAUPERE. Nemo quicquam facile credit, quo credito dolendum ſit. ego diu non credidi de nuptiis tuis. Deſertor patris, inimici cliens, uxoris mancipium, non fleviſti patrem, non quæſiviſti, ſic inimico placuiſti. Rumor, inquit, fuerat, deceſſiſſe te. Mirabar, ſi talem uxorem vivo patre habere potuiſſes. Non quæris, ubi perierim. Mors mea tibi debet eſſe ſuſpecta: inimicum habeo. Quis alius hanc famam potuit immittere, niſi qui me vivo filiam collocare non poterat? Non times, ne inter ipſas nuptias tuas patris oſſa referantur? Tot ſervi ſequuntur, tot liberi, tot clientes, ut quicquid dixerit, rumor ſit. Fabricius aurum à Pyrrho accipere noluit: beatior iſte fuit animo, quam ille regno. Plures inſidias in itinere fugi: & factum dives, quod faciendum mandaverat, credidit.

Pars altera. Vanum gloriæ genus, odium divitiarum. Mortales eſſe inimicitiæ debent: Scipio Gracchi inimicus, & tamen poſtea ſocer. Cujus vitio inimicitiæ contractæ ſint apparet. Ille amat filium tuum, tu nec tuum.

Extra. Senianus rem ſtultiſſimam dixit: Dives me ſemper contempſit, nunquam niſi pro mortuo habuit. Ut aliquid & ipſe ſimile de Seniano dicam, poſt hanc ſententiam Senianum ſemper pro mortuo habui.

CON-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

CONTROVERSIA III.

Fratres pancratiaſtæ.

Actio. Malæ tractationis ſit actio. *Thema. Duos filios quidam pancratiaſtas inſtituit, ad Olympia eduxit. Cum compoſiti eſſent, ut ſimul pugnarent, acceſſit ad pugnantes pater, & ait abdicaturum ſe, ſi quis perdiderit. Commortui ſunt juvenes, & decreti ſunt his honores divini. Reus ſit pater malæ tractationis ab uxore.*

CONTRA PATREM. Tertius ſine ſorte pugnaſti, & utrumque viciſti. Stetit cruentus pater. Jam perierant, & adhuc minabatur. Moriuntur, non alter ab altero, ſed uterque à patre. Miſera mater odiſſe non poteſt, qui filium ſuum occidit. Juvenes invicti, niſi habuiſſent patrem. Pii juvenes, nec parricidium patri negare potuiſtis. Vincere propter parricidium nolunt, vinci propter abdicationem. Abdico, inquit, eum qui victus erit. Demens meliorem abdicaturus es. Invoco Jovem, cujus Olympia parricidiis abſoluta ſunt.

Pars altera. Non facturus dixi: & ſi facturus pro gloria eorum dixi. Non debeo in invidia ſolus eſſe, cum luctus communis ſit. Omnes aiebant colluſuros fratres. Minatus ſum, [1] non ut neceſſitatem filiis imponerem, ſed ut populo ſatisfacerem.

CON-

Contr. III. 1 *Non ut neceſſitatem filiis imponerem*] Voſſ. *non ut filiis metum imponerem.* Et hoc oſtendunt quidam apud Gruterum. Juſtinus lib. 34. *ut hoc exemplo ceteris civitatibus metus novarum rerum imponeretur.* Hic *metum* intellige τῆς ἥττης. Gronovius.

CONTROVERSIA IV.

Damnatus parricidii alligans fratrem.

Lex. Qui falſum teſtimonium dixerit, vinciatur apud eum, in quem dixit. *Thema. E duobus filiis profectus cum uno pater, adoleſcens ſolus rediit. Accuſatus eſt à fratre parricidii, & damnatus.* [1] *Diebus feſtis intercedentibus* [2] *pœna ex lege dilata eſt. Rediit pater. Accuſavit damnatus fratrem falſi teſtimonii, & obtinuit, & vinxit. Cogit pater ut vinctum ſolvat. Nolentem abdicat.* C. D.

PRO PATRE. Falſum, inquit, in fratrem teſtimonium dixit. Si vis grave illius crimen facere, te exorabilem præſta. Crudelis in fratrem, miraris, ſi in te creditum parricidium eſt? Ergo ego duos filios habere non poſſum? adoleſcens, jam potes & parricidium facere. Alligatus eſt alter filius, quia non revertebar: alter quia redii. Nunquam ſolves fratrem? Si talis es, nihil teſtis mentitus eſt. Parricida es. Non impio in te, ſed in patrem pio animo dixit. Suſpectum habuit, quod reliqueras patrem. Inter catenas filii jaceo, eodem clauſus ergaſtulo. Ingrate, teſtem tuum ſimul alligaſti.

Pars altera. Meo periculo ſolutus ſum, meo alligatus. Vix ſolvi poterat, ſi teſtimonium falſum pro fratre dixiſſet. Parricidium de patre finxit, de fratre commiſit. Veniſſe patrem mihi carnifex nuntiavit. Parricida ſim, ſicut objicitur, hoc leviter iraſcor. Miraris, ſi eum fratrem alligare poſſum, qui me potuit occidere? Ingrata erat ipſa pœnæ

Contr. IV. 1 *Diebus feſtis intercedentibus*] Scilicet Romanis non licebat in capitis reos alioſve lege agere *diebus feſtis*, ſed proferebatur ſupplicium *in profeſtum* & negotioſum. Suetonius de Tiberii ſævitia: *Nullus à pœna hominum ceſſavit dies, ne religioſus quidem ac ſacer.* Similis Athenis lex, ut in morte Socratis Xenophon expreſſit, innuitque Seneca epiſt. 70. adde l. Cuſtodias. ff. de publ. jud. atque adhibe explicationem P. Fabri quæ eſt in lib. 2.

2 *Pœna ex lege dilata eſt*] Quemadmodum de Socrate legimus apud Platonem in Phædone. N. *Faber.*

Contr.

pœnæ meæ dilatio. Expectare gravius videbatur quam pati. Imaginabar mihi culleum, ſerpentes, profundum.

CONTROVERSIA V.

Exuſta domus cum arbore.

Lex. Qui ſciens damnum dederit, reddat quadruplum: Qui inſciens, ſimplum. *Thema. Dives pauperem vicinum rogavit, ut ſibi venderet arborem quam ſibi dicebat obſtare. Pauper negavit. Dives incendit platanum, cum qua & domus arſit. Pro arbore pollicetur quadruplum, pro domo ſimplum.*

CONTRA DIVITEM. Excitatus flammarum ſono, vicinorum primo fidem imploravi. Arbor ramis diſcurrentibus totam domum texerat. Non poteſt exorari? incendatur. Eſt hoc impotentiæ, ſine fine concupiſcere, ſine modo iraſci. Non poteſt expugnari precibus? expugnetur ignibus. [1] Nihil inter me & pauperem intereſt, ſi jure agamus. Liceat & pauperem gaudere profectu. Vos poſſidetis agros, urbium fines, urbeſque domibus impletis. Intra ædificia veſtra undas & nemora comprehenditis. [2] Nihil lætius oculis tuis occurrit, quam ruinæ meæ. Domum perdidi, qui carere nec arbuſcula quidem poteram. Deliciis tuis, dives, ardebimus. Oculis voluptas incendio quæritur, & proſpectus ignibus laxatur. Profectui obſtabat. Quid? inambulantibus nobis non obſtant ſervorum catervæ? in immenſam excitati altitudinem parietes lucem non impe-

Contr. V. 1 *Nihil inter me & pauperem*] At pauper hæc dicit, aut ſaltem è parte ſunt pauperis. Codices ſequioris notæ, *nihil inter me & pauperem gaudere proſpectu*, legunt: meliores nihil mutant. Nec tamen locus eſt integer, niſi forte legamus, *nihil inter te & pauperem intereſt ſi jure agamus.* legis enim hæc eſt perfectio cum ὅτ' ἀσθενὴς, ὁ πλούσιός τε τὴν δίκην ἴσην ἔχει. Qui locus, ut ἐν παρόδῳ admoneam ex ſupplicibus Euripidis apud Stobæum, altius repetitus extat, ſed tam abſimilis ab iis quæ apud Euripidem in ea tragœdia habentur, ut nihil magis. *Nic. Faber.*

2 *Nihil lætius*] Veteres omnes, *nihil lautius.* Idem.

npediunt? Infinitis porrectæ ſpatiis ambulationes, & urbium ſolo ædificatæ domus, non nos prope à publico excludunt? Sub hac arbuſcula imaginabar divitum ſilvas. Quantum perdidi, quem fatetur iratus inimicus plus perdidiſſe quam volui? Non iniquum poſtulo, ejus damno deſinat incendium, cujus conſilio cœpit. Scilicet ut domus ad cælum omne converſæ, brumales æſtus habeant, æſtiva frigora, & non ſuis vicibus intra iſtorum penates agatur annus: alunt in ſummis culminibus mentita nemora, & navigabilium piſcinarum freta. arata quondam populis rura, ſingulorum nunc ergaſtulorum ſunt: latiuſque nunc villici quam reges imperant. Maria ſubmoventur projectis molibus. Neſciebas quanta ſit potentia ignium, quam irrevocabilis, quemadmodum totas abſumat urbes, quam levibus initiis oriantur incendia? Etiam ſi partem damni dare noluiſti, ſi tamen noluiſti, in totum, quaſi prudens dederis, tenendus es. ex toto enim noluiſſe debet, qui imprudentia defenditur. Si fateris ſcienter januam incendiſſe, ſi unum lignum, puto tota domus intelligeretur ex parte. nec enim quiſquam omnia incendit, ſed unam aliquam rem, ex qua ſurgat in omnia ſe ſparſurus ignis. Atqui pars domus eſt arbor, quæ in domo eſt.

Pars altera. Peſtilentem mihi domum faciebat arbor. cælum omne per quod ſalubris ſpiritus venire poſſet, obduxerat. rogavi pauperem, & dixi: Nihil tibi nocet arbor reciſa, mihi plurimum non reciſa. Quid ad te illi rami pertinent, qui extra domum ſunt? Quaſdam partes domus meæ rami premebant. Jam etiam quoſdam parietes moverant. Scitis quanta vis ſit arborum? muros diſcutiunt.

CON-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

CONTROVERSIA VI.

Raptus in veſte muliebri.

[1] *Lex.* Impudicus concione prohibeatur. *Thema. Adoleſcens ſpecioſus ſponſionem fecit, muliebri veſte ſe exiturum in publicum. Proceſſit. Raptus eſt ab adoleſcentibus decem.* [2] *accuſavit illos de vi & damno. Concione prohibitus à magiſtratu, reum facit magiſtratum injuriæ.*

CONTRA ADOLESCENTEM. Muliebrem veſtem ſumpſit, capillos in feminæ habitum compoſuit, oculos puellari lenocinio circumdedit, coloravit genas. Non creditis? & qui non crediderant, victi ſunt ſponſione. Et hoc de ſponſione forſitan venerat, ut auderet impudicus concionari. [3] Date illi veſtem, puella eſt: date noctem, rapietur. Sic illum veſtis ſumpta decuit, ut videretur non tunc primum veſtem ſumpſiſſe. Facta totius adoleſcentiæ remitto. Una nocte contentus ſum: ſic imitatus eſt puellam, ut raptorem inveniret. Numquid cecini? Numquid carmen famoſum compoſui, aut (ut proprium genus injuriæ tuæ dicam) numquid te rapui? Apud patres noſtros, qui forenſia ſtipendia auſpicabantur, nefas putabatur [4] brachium extra togam exerere. Quam longe ab his moribus aberant,

Contr. VI. 1 *Lex. Impudicus*] Non eſt hæc ſcholæ lex, ſed Reip. Athenienſium, Æſchines κατ' Τιμάρχου. N. Faber.

2 *Accuſavit illos de vi & damno*] Sic quidem Pincianus. At Eraſmus: *& damnati ſunt.* Pal. ſec. *de vi & clamavit.* tert. *de vi damnavit.* Verum eſt igitur, quod Gruterus invenit in Col. nos in Voſſiana & Hug. *Accuſavit illos de vi, & damnavit.* Hinc enim, & ex hoc felici eventu judicii præjudicium fit in accuſatorem. *Gronovius.*

3 *Date illi veſtem, puella eſt*] Quidam veteres, *date illi veſtem puellarem, date noctem.* N. Faber.

4 *Brachium extra togam exerere*] Idem Cicero pro Cœlio, *Nobis quidem olim annus erat unus ad cohibendum brachium toga, conſtitutus: ut exercitatione, ludoque campeſtri tunicati uteremur.* N. Fab. Pal. ſec. *brachium toga eruere.* Quod ad rem ipſam attinet, notandum qui foro nomen darent, modeſtiæ ac pudoris oſtentandi cauſa, anno primo brachium toga cohibuiſſe, quod clare etiam indicat Tullius in Cæliana. ſic & Græci *manum intra pallium* continebant. Quintilianus lib. 12. *Quapropter falli mihi multum videntur,* qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

berant, qui tam verecunde etiam virtute utebantur? Conſtat hunc ſtupratum: [5] cum damnati ſint qui rapuerunt.

Pars altera. Conſtat ſemper gravem, ſemper ſerium fuiſſe. Sed hoc jocis adoleſcentium factum eſt. Ceterum tam nota erat verecundia ejus, ut nemo ſine ſponſione crediderit.

CONTROVERSIA VII.

Trecenti ab imperatore non recepti.

ex. Nocte portas aperire in bello non liceat. *Altera.* Imperator in bello ſummam poteſtatem habeat. *Thema. Trecenti ab hoſte captivi ad portas nocte venerunt. Imperator non aperuit. Ante portas occiſi ſunt. Imperator poſt victoriam reus eſt læſæ reipublicæ.*

PRO IMPERATORE. Non putavi meos. Noverant legem. Cur, inquit, trecenti perierunt? immo cur, ne perirent, capti ſunt? Hos ego interdiu non recepiſſem, niſi victores: noctu, ne victores quidem. Procedens poſtridie

ui ſolos eſſe Atticos credunt tenues, lucios & ſignificantes, ſed quadam eloquentiæ ugalitate contentos, ac ſemper manum tra pallium continentes.* ſic antiquitus lomeri ſtatua manibus pallio conentis exprimebatur. Durantius Caellius lib. 2 Variar. cap. 5. addatur Hoomannus lib. 9. cap. 13 Obſerv.

5 *Cum damnati ſint, qui rapuerunt*] lonuit Pincianus, mss. ſuos hæc vera rejicere ad partem alteram, legenumque ex eiſdem: *condemnandi erant.* t ſic etiam duos referre ex ſuis ait Gruterus, niſi quod in illis, *eſſent.* ut t ſit in Pal. ſec. qui tamen parti prioi apponat. ut & tert. in quo, *condemnai eſſent.* Sed profecto male illi libri um Pinciano, qui ad alteram partem rajiciunt. Non hic judicium eſt adverſus raptores: id factum pridem, & in eo vicit adoleſcens ſpecioſus. Agitur cum magiſtratu, qui illum, non apud judices, ſed cum populo, de re pertinente ad rempublicam, ex more liberarum civitatum, acturum concione prohibuit, tanquam infamem. Itaque pro magiſtratu omnino faciunt hæc verba, non pro adoleſcente, de quibus ambigitur. Quæritis an impudicus ſit? an ſtupratus? Certe *condemnati ſunt, qui rapuerunt.* Sic poſſes, ſenſu forſan excitatiore, quam vulgati eſt, etſi res eodem recidat. Quis dubitet, hunc ſtupratum, eoque infamem eſſe, *cum* illi *qui rapuerunt, damnati ſint.* Quod autem damnati ſunt, argumento eſt flagitium perpetraviſſe. *Gronovius.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ſtridie in prælium, pugnaturis oſtendi trecentos, in quibus laudari nihil poteſt præter fugam: nihil deſiderari, præter numerum. Fugiunt, ut leges relinquant: redeunt, ut tollant. Populus Romanus Cannenſi prælio in ſummas redactus anguſtias, cum ſervorum deſideraret auxilia, captivorum contempſit: & credidit eos libertatem magis tueri poſſe, qui nunquam habuiſſent, quam qui perdidiſſent. Nocte quomodo hoſtem civemque diſtinguam? Quam mihi dabis notam, ut arma cognoſcam? Credo in inſidiis hoſtes fuiſſe, ut excluſos occiderent, ſequerentur admiſſos.

Pars altera. [1] Infeſtus illis trecentis fuit. iniquo eos collocavit loco. hoc ne argui poſſet, non recepit. Capti ſunt fortiſſimi duces, Regulus, Craſſus. Hæc poſtrema rogantium vox erat: Mitte arma: certe lex non vetat.

CONTROVERSIA VIII.

Tyrannus poſt abolitionem candidatus.

Lex. Competitori liceat in competitorem dicere. *Thema. Tyrannus ſub abolitione dominationem depoſuit, ut ſi quis objeciſſet tyrannidem, capite puniretur. Petit magiſtratum: competitor contradicit.*

CONTRA TYRANNUM. Candidatus anno meo ſpondeo, nulla rapietur, nullus occidetur, nullum ſpoliabitur templum. Cur honores tamdiu non geſſerit, narret, per communem deprecor libertatem. Moriar. objicietur tibi quod occideris civem. Vult aliquo imperio, aliqua poteſtate diſtingui, homo magnæ nobilitatis, magnæ gratiæ, ingentis pecuniæ. Siciliæ dicitur fuiſſe dominus,

Contr. VII. 1 *Infeſtus illis trecentis*] Scribe cum membranaceis: *Infeſtus trecentis fuit, iniquo collocavit loco.* Utrobique pronomine intellecto. nam & poſteriore loco defuiſſe omnibus & ſuis & Pinciani libris notat Gruterus. *Gronovius.*

Contr.

minus, qui incluſos æneis tauris homines ſubjectis urebat ignibus, ut mugitum ederent, verba non poſſent. O hominem in ſua crudelitate faſtidioſum! qui cum vellet torquere, tamen nolebat audire.

Pars altera. Quicquid egi, quicquid geſſi, cauſa reipublicæ feci. Peto ne mihi lex pro me lata noceat, ſeu quid noceat, quia non objicitur quod non noceret objectum.

EX LIBRO SEXTO.

CONTROVERSIA I.

Chirographum cum abdicato.

Thema. *Abdicato fratri frater chirographum dedit, dimidiam ſe partem hereditatis daturum* [1] *ſi non reſpondiſſet. Ille tacuit. Abdicatur alter à patre.*

PRO PATRE. Tantum æris alieni habet, quantum vivo patre non poſſet ſolvere. Vis ſcire cujus fidei ſis? nec frater quidem tibi ſine chirographo credidit. [2] Alterius ſpem moror, alterius fidem. Vivo: & jam patrimonium meum diviſum eſt. Niſi ſuccurritis, vincit me & ille qui tacuit. non diſſimulo me hodie duos abdicare. Chirographum prode parricidarum fœdus & nefariæ ſpei pactum. Chirographum danti impium, accipienti turpe, patri periculoſum.

Pars altera. In omnem me fortunam, frater, tibi jungam

CONTR. I. 1 *Si non reſpondiſſet irato patri*] Et Eraſmus & Gruteri omnes & Schotti & Voſſianus & Hug. liber ignorant τῷ *irato patri*. Id tamen intelligemus, etiamſi abſit. *Reſpondere* vel in ſchola vel in foro, fuit facere, quod hic facit chirographi dator filius, non pati abdicationem, ſed de illa judicio certare. Sic in integrioribus, Controv. 9. *Ut plus ſim, en ad manum argumentum eſt, nempe abdicanti reſpondeo. quid ita? ſcilicet id ago, ne deſinam illius eſſe. Atque idem ago, cum reſpondeo emancipanti. quid enim ad amittendum patrem intereſt, utrum ejiciar vel transferar?* Quæ vulgo miſere adfecta. Sic *reſponſare* Plauto & Horatio, pro contradicere, obloqui. *Gronovius.*

2 *Alterius ſpe morior, alterius fide*] Pulcherrimam lectionem Hug. quam ex uno Pal. annotatam laudavit etiam Gruterus, recepimus: *Alterius ſpem moror, alterius fidem.* Spes diſtinetur abdicati, qui chirographum recepit; fides alterius, qui dedit, quemque nunc abdicare vult pater. *Idem.*

Contr.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

am comitem. Si militandum, una militabimus: ſi pererinandum, una urbes peragrabimus: ſi quotidianam roavero ſtipem, & illam tecum dividam. Nolui recentem ram exagitari patris. Malui, ut tacendo patrem vinceres. Meæ partis heres ero, tuæ cuſtos. Et quia de re maxima nelius ſibi quiſque credit, do chirographum: tu da opeam, ut iſtud magis à patre accipere, quam à fratre videais. Hoc quod honeſte, & quod pie gerebamus, tam palam gimus, ut pater ſciret. Quid enim timebam, niſi, ſi reciſſet pater, moleſte ferret, filium ſuum hominem avarum on eſſe, fratrem pium? Ita mihi contingat patrem utrique noſtrum placari.

Controversia II.

Exul pater fundo prohibitus.

ex. Exulem tecto & cibo juvare non liceat. *Altera.* Imprudentis cædis damnatus quinquennium exulet. *Thema. Quidam cum filium & filiam haberet, imprudentis cædis damnatus, in exilium profectus eſt. Solebat venire in poſſeſſionem vicinam finibus. Reſcivit hoc filius. Cecidit villicum. Villicus excluſit patrem. cœpit ire ad filiam. Accuſata illa, quod exulem recepiſſet, advocato fratre abſoluta eſt. Poſt quinquennium pater abdicat filium.*

Pro Patre. Accuſator civium me fecit exulem: filius etiam meorum. Filiam honeſtiorem inveni, quod ccuſata eſt: ſervum frugaliorem, quod cæſus eſt. Male neruiſti de patre, quem excluſiſti: de ſorore, cui præjulicio nocuiſti: de judicibus, quos in tam bona timuiſti auſa. Aut tu peccaſti, aut ſoror. Filius me docuit, quod illum non recipio. Abſoluta eſt, inquit, me adocato, ſoror. Ita tu patrem non recipiebas, cum tam bene iſtam cauſam agere poſſes? Cum abſoluta eſt quæ re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ceperat, [1] damnatus eſt qui expulerat? Filia me patrem judicavit, ſervus dominum: Uni filio exul fui. Ignoſce, fideliſſime ſervulorum, & tibi imprudens nocui. Quam bonam ejus cauſam putas fuiſſe, quæ ne te quidem advocato damnata eſt? Si te herede poſſum mori, dignus ſum, qui etiam tibi hunc ſervum relinquam. Alii exul eſt, tibi pater eſt. Nulla lex ſcelus imperat. Certe quæ fecit, abſoluta eſt. Lex eum tenet, qui juvat exulem, non qui patiatur juvari. Ignora, diſſimula, lex te innocentem eſſe, [2] non curioſum jubet. Si mea cauſa faciebas, me admonuiſſes: ſervum prohibuiſſes, non cecidiſſes.

Pars altera. Facere lege prohibente non potui. Accuſata & abſoluta eſt: quia muliercula non videbatur noſſe leges. Non pro me timui, ſed pro te. Res in notitiam hominum venerat. Captabaris: timui, ne occidereris. Vis ſcire notum fuiſſe? Soror accuſata eſt. Malui ſervum cædere frugaliſſimum, quam patrem optimum amittere.

Contr. II. 1 *Damnatus eſt, qui non expulerat*] Negativam particulam non fuiſſe in ullo Pall. nec Eraſmi editione indicium fecit Gruterus. Addo neque eſſe in membranis Voſſ. & Hug. & abeſſe debere. *Cum abſoluta eſt* (nam & ſic iidem libri, non *ſit*: etſi parum interſit) *quæ receperat, damnatus eſt, qui expulerat.* Intelligit filium, qui quantum in ſe erat, cæſo ob receptum patrem villico, effecerat, ne ab eodem poſtea reciperetur, ſed expelleretur. Illud judicium, quo tua ſoror, quæ me receperat, abſoluta eſt, ſimul te tuumque factum tacite condemnavit, qui me expuleras. *Idem.*

2 *Non curioſum*] Cui ſit impoſita ſi quid in leges commiſſum ſit, inquirendi cura: qui delatoria curioſitate, quid agatur indagare debeat. Tales enim curioſi ſunt. Tertullianus de fuga in perſecutione. *N. Faber.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

CONTROVERSIA III.

Mater nothi lecta pro patre.

Lex. Major frater dividat patrimonium, minor eligat. *Altera.* Liceat filium ex ancilla tollere. *Thema. Quidam cum haberet legitimum filium, alium ex ancilla ſuſtulit, & deceſſit. Major frater ſic diviſit, ut totum patrimonium ex una parte poneret, ex altera nothi matrem. Minor elegit matrem, & accuſat fratrem circumſcriptionis.*

PRO NOTHO. Unus omnium exheredatus ſum dividendo. Elegiſſet, inquit, alteram partem. Tu ſolus talis potuiſti eſſe filius, qualis frater eras. Lex te dividere, me eligere juſſit. aperte, ne minor circumſcribatur, timet. Sic diviſit, ut ſi vellem non eſſe mendicus, relinquerem fratrem in egeſtate, matrem in ſervitute. Non eſt dividere, ex altera parte patrimonium ponere, ex altera onus. Talis fuit, ut illi coheredem pater ex ancilla tolleret. Elige, ut aut patrimonio careas, aut ſcelere. Circumſcriptores dici ſolent, qui aliquid abſtulerunt. iſte nihil reliquit. Tu, inquit, voluiſti pauper eſſe. Cur igitur queror, ſi egeſtate delector? Objici, inquit, non poteſt, quod lege factum eſt: immo nihil niſi quod lege factum eſt. Nam ſi quid aliter geſtum eſt, per ſe irritum eſt. circumſcriptio ſemper crimen ſub ſpecie legis involvit. Quod apparet in illa, legitimum eſt: quod latet, inſidioſum. Semper circumſcriptio per jus ad injuriam venit. Lex jubet majorem dividere, minorem eligere: nec tu diviſiſti, nec ille elegit. Sic à te alligatus eſt, ut neceſſe haberet, quod non expediebat, malle. Nota fuit in matrem mea pietas. Non timuit, ne eligere poſſem alteram partem.

Pars altera. Ego nihil aliud quam diviſi. Circumſcriptio non in diviſione eſt, ſed in electione. Habes matrem, quam quidam totis redemerunt bonis: habes gloriam,

quam per ignes quidam, multi per arma quæſierunt. Multa de patrimonio rapuit, cum haberet jus dominæ, ancillæ impudentiam. Timebas, ne in illam ſævirem. Non expediebat mihi, cum in illa totum patrimonium habiturus eſſem. Nunc tantumdem habes; habes enim partem quam voluiſti. ut tantumdem haberes, nec pater voluerat, ideo matrem tuam ancillam reliquit.

CONTROVERSIA IV.

Potio ex parte mortifera.

Actio. Veneficii ſit actio. *Thema. Proſcriptum uxor ſecuta eſt. Quodam tempore ſecreto poculum tenentem interrogavit, quid eſſet. Ille dixit, venenum, & mori ſe velle. Rogavit illa ut partem ſibi daret: & dixit, ſe nolle ſine illo vivere. Partem bibit ipſe, partem uxori dedit. Periit illa ſola. Teſtamento inventus eſt maritus heres. reſtitutus arguitur veneficii.*

CONTRA MARITUM. Sic egit, ut deprehenderetur: ſic deprehenſus eſt, ut exoraretur: ſic bibit, ut viveret. Quod eſt illud venenum, quod tantum heredi non nocet? Nemo unquam tam palam uxori dedit venenum. Fugit, ne occideretur, qui dixit ſe mori cupere. Unus proſcriptione locupletior factus eſt. ut vivere vellet, uxor illi perſuadere non potuit, perſuaſit res blandior, uxoris hereditas. Scivit quam partem potionis hauriret. Contrarias partes gladio perſecutus eſt, ſuas veneno: occidendi finem prius victores fecerunt, quam victi. Jam quid putabatis futurum, cum in exilium uxor teſtamentum tuliſſet, maritus venenum? Ubi eſt uxor? Ecquid te pudet? Jam etiam proſcripti redeunt. Statim ſumpta potione collapſa eſt. Nolite mirari, ſi tam efficax venenum eſt: heres eſt, qui dedit. Summis fere partibus levis & innoxius humor ſuſpenditur. gravis illa & peſtifera pars ſuo pondere ſubſidit. Apparet te diu præparatum venenum habuiſſe. ſciſti divi-

dividere. Etiam ſi poteſt defendi qui volenti dedit, tu potes qui feciſti, ut vellet? Id genus veneni fuit, quod pondere ſubſideret in imam potionem. Bibit iſte uſque ad venenum, uxor venenum.

Pars altera. Virum in pace dilexit, in bello ſecuta eſt, in conſilio ultimo non reliquit. O, inquit, dignum, quem innocens ſequatur. Bello civili lege proſcriptus ſum. Exulavi. Quid his malis adjici poteſt, niſi ut venenum bibam, & vivam? Venenum, inquam, eſt. Hoc qui daturi ſunt, diſſimulant. Venenum Cato vendidit. Quærite, an proſcripto licuerit emere, quod licuit Catoni vendere.

CONTROVERSIA V.

Iphicrates reus.

Lex. Qui vim in judicio fecerit, capite puniatur. *Thema. Miſſus* [1] *Iphicrates adverſus Thracum regem, bis acie victus fœdus cum eo percuſſit, & filiam ejus duxit uxorem. Cum Athenas rediſſet, & cauſam diceret, viſi ſunt circa judicium quidam Thracum cultu armati, & ipſe reus gladium ſtrinxit. Cum judices citarentur ad judicandum, palam abſolutorias tulerunt ſententias. Accuſatur, quod vim in judicio fecerit.*

CONTRA IPHICRATEM. Nemo judicum tuorum non timuit ſic, tanquam tu de illis judicaturus eſſes. Cum toto tibi regno ſocer venit advocatus. Non majoribus copiis bellum inſtruxit, quam judicium. Iphicrate, conde gladium. Judicum eſt. Quid tibi cum gladio? Certe bis victis arma ponenda ſunt. Quæ eſt iſta contra rerum naturam permutatio, in bello nuptiæ, in judicio bellum?

Pars

Contr. V. 1 *Iphicrates*] Veteres omnes, & Quinctilianus 386. declamatione *Epicratem* vocabulo Græco in Latinam ſcribendi rationem deflexo legunt. Æmilius Probus tamen Iphicratem vocat, quem de themate hujus controverſiæ vide. *N. Faber.*

Pars altera. Ego vim non feci. [2] Omnia enim legitime peracta ſunt. Accuſator ſuo loco dixit: reus ſuo reſpondit. perfectum per omnes numeros ſuos judicium eſt. Cum judices ſententias ferrent, ſtrinxi gladium, ut occiderem me, ſi damnatus eſſem. Judices tulerunt palam abſolutorias, ut gratiam duci ſuo referrent. Nuptiarum cauſa, utilitas reipublicæ fuit. Miles ſæpius pulſus erat infelici prælio. Barbaros circa judicium fuiſſe, [3] non propter judicium armatos, ſed propter morem ſuum, quid poteſtis, inquit, queri? Quod obſides vobis adduxi?

CONTROVERSIA VI.

Adultera venefica.

Actio. Veneficii ſit actio. *Thema. Quidam cum haberet uxorem, & ex ea filiam nubilem, indicavit uxori cui eam collocaturus eſſet. Illa dixit: Celerius morietur, quam illi nubet. Deceſſit puella ante diem nuptiarum, dubiis ſignis cruditatis, & veneni. Torſit ancillam pater. dixit illa, ſe nihil ſcire de veneno, ſed de adulterio dominæ, & ejus cui collocaturus erat filiam. Accuſat uxorem veneficii & adulterii.*

CONTRA UXOREM. *Morietur.* teneo veneficam. *celerius quam nubat.* teneo adulteram. *Morietur* factum eſt. *celerius quam nubat.* factum eſt. Adulterium ſerius deprehendi quam factum eſt, veneficium antequam fieret. Duo crimina ad vos detuli, & duas indices. altera dicit, quod factum eſt: altera quod futurum eſt. Generi adultera, filiæ pellex. Quam infelix eſt domus, [1] in qua adulterium

2 *Omnia enim legitime peracta ſunt*] Multo melius membrana Voſſ. & Hugen. *Omnia enim legitima peracta ſunt.* Solennia judiciis. *Peragere legitima,* ut *peragere juſta.* Gronovius.

3 *Non propter judicium armatos*] Egregie vereque membrana Voſſ. *Barbaros circa judicium fuiſſe, non propter officium armatos, ſed propter morem ſuum.* Nam advocatum eſſe, adeſſe reo, inter præcipua officiorum. Non ut gladiis officioſi eſſent, ſed quia nunquam ſint ſine gladiis. *Idem.*

Contr. VI. 1 *In qua adulterium*] Olim

terium argumentum eſt! Dixi, Honeſtus eſt: dixi, Pulcher eſt: dum laudo generum, commendavi adulterum. O me tardiſſimum in malis meis! veneficium nec denuntiatum quidem credidi: adulterium veneficio demum deprehendi. Verſæ ſunt in exequias nuptiæ, mutatuſque genialis lectus in funebrem. Subjectæ ſunt rogo infelices faces. profertur putre corpus, & venenis tumens. Quid ultra quæritis? Verbis ſigna, ſignis tormenta conveniunt. Ad vocem tuam facta conveniunt. *Morietur antequam nubat:* factum eſt. Vidimus fluens corpus, & in cadavere illius materna verba credidimus. Generum adulterio perdidi, uxorem parricidio, filiam veneno.

Pars altera. Duo graviſſima crimina objicit, adulterium & veneficium. adulterium, ancilla teſte: veneficium, nec ancilla quidem. Cum indignaretur ſe non rogatam, exciderunt illi verba, quæ non minus quam pater filiam luget. At quare dixiſti: *Celerius morietur, quam illi nubat?* Verba dolori parum conſiderata exciderunt. Et eſt ſæpe fortuita divinatio.

CON-

Olim editi, *adulterii:* & ſic quidam codd. Pinciani. Placuit tamen illi *adulterium*, ut & Grutero. Nimirum excidit vox, & legendum eſt: *Quam infelix eſt domus, in qua adulterii veneficium argumentum eſt.* Ideo mox: *adulterium veneficio demum deprehendi.* Gronovius.

CONTROVERSIA VII.

Demens qui filio ceſſit uxorem.

Actio. Dementiæ ſit actio. *Thema. Quidam habebat duos filios: duxit uxorem. Alter ex adoleſcentibus cum ægrotaret, & in ultimis eſſet, medici dixerunt animi vitium eſſe. Intravit ad filium ſtricto gladio pater, rogavit ut indicaret cauſam ſibi. Ait, amari à ſe novercam. Ceſſit illi uxorem pater. Ab altero accuſatur dementiæ.*

PRO PATRE. Audite rem novam: fratrem crudelem, novercam miſericordem. Inſanus ſum, quia aliquis meo beneficio ſanus eſt. Tradidi uxorem illi: ſed eripueram. Teſtor, inquit, præſides pietatis deos, amare antequam duceres cœpi. Ita tu injuriam vocas, quod fratrem habes, non habes novercam? Tranſii præter iſtius oculos cum ferro. gladium mihi nemo niſi æger extorſit. Patri, qui periculum filii morientis ſuſtinere non potuit, ignoſcendum in qualicumque facto eſt.

Pars altera. Alter lenocinio curavit, alter parricidio convaluit. Quid? hoc adulterium non putas, quod marito conciliante committitur? Neſcio furioſius uxorem duxerit, an habuerit; an dimiſerit, an collocaverit. Quam demens eſt, cui adulterium [1] pro beneficio imputandum eſt! Strinxit gladium maritus, non ut adulterium vindicaret, ſed ut faceret. Mori potius debuit frater quam ſanari turpiter. Quid enim ſi matrem, ſi ſororem concupiſceret? Quædam remedia graviora ipſis periculis ſunt. Omnia inter novercam & privignum compoſita ſunt. Simulatum morbum, [2] deriſum animo turpiſſimo patrem.

CON-

Contr. VII. 1 *Pro beneficio imputandum eſt*] Eraſmus & ſcripti omnes: *imputatum eſt.* Recte. Facta enim res erat: filius patri pro beneficio imputavit adulterium: nam in gratiam patris vixit novercæ conjunctus, qui voluerat alioqui tacitus mori. *Gronovius.*

2 *Deriſum animo turpiſſimo patrem*] Mem-

CONTROVERSIA VIII.

Verſus virginis Veſtalis.

Thema. *Virgo Veſtalis ſcripſit hunc verſum:*
Felices nuptæ. moriar, niſi nubere dulce eſt.
Rea eſt inceſti.

CONTRA VESTALEM. *Felices nuptæ*, cupientis eſt. *Moriar niſi*, affirmantis eſt. *Nubere dulce eſt.* Aut experta juras, aut inexperta pejeras. Neutrum ſacerdotis eſt. Tibi magiſtratus ſuos faſces ſubmittunt. Tibi conſules prætoreſque via cedunt. Numquid exigua mercede virgo es? Sacerdos raro juret, nec unquam niſi per ſuam Veſtam. Moriar. Numquid perpetuus ignis extinctus eſt? Moriar. Numquid de nuptiis appellata es? Ad ultimum Veſtam invoco, ut tam infeſta ſit ſacerdoti; quam inviſa eſt. Recita carmen. dum quæro quale ſit, tu carmen ſcribas, tu verba pedibus ſuis emollias, & ſeveritatem templo debitam modulatione frangas? Quod ſi utique laudare vis nuptias, narra Lucretiam. De illius morte ſcribe, antequam jures de tua. O te ſupplicio omni dignam, cui quicquam ſacerdotio felicius eſt. *Dulce eſt.* quam expreſſa vox, quam ex imis viſceribus emiſſa, non expertæ tantum, ſed delectatæ. Inceſta eſt etiam ſine ſtupro, quæ cupit ſtuprum.

Pars altera. Unus illi verſus objicitur, nec hic quidem totus. Non oportet, inquit, ſcribere carmen. Multum intereſt, objurges, an punias. Inceſti damnari nulla

Membrana Pincianique & tres Gruteri præponunt particulam copulativam, & recidunt paullo ante verbum *ſunt.* Fateor, ſatis turpem animum fingi poſſe illorum, qui fraudis ejuſmodi inſimulantur: ſed aliquid amplius animo putem hic expreſſum fuiſſe. Nimirum: *omnia inter privignum & novercam compoſita; ſimulatum morbum, & deriſum mimo turpiſſimo patrem.* Gronovius.

Decl.

la poteſt, niſi cujus corpus violatum eſt. Quid tu putas poëtas, quæ ſentiunt, ſcribere? Vixit modeſte, caſtigate. Non in illa cultus luxurioſior: non converſatio cum viris licentioſior. Unum crimen vobis confiteor, Ingenium habet. Quid ni invideat Corneliæ matri Gracchorum? Quid ni illi quæ Catonem peperit? Quid ni inviderint ſacerdotes parientibus?

Extra controverſiam. Varius Geminus apud Cæſarem dixit: Cæſar, qui apud te audent dicere, magnitudinem tuam ignorant: qui non audent, humanitatem.

EX LIBRO SEPTIMO.

DECLAMATIO I.

Ab archipirata filio dimiſſus.

Duobus filiis quidam ſuperinduxit novercam. Alterum domi parricidii damnavit. tradidit fratri puniendum. ille eum exarmato navigio impoſuit. Delatus adoleſcens ad piratas, archipirata factus peregrinatione patrem cepit, & remiſit. Reverſus pater, abdicat filium.

(*Ex Controv.* I. *lib.* 7.)

DECLAMATIO. Tanta tempeſtate confuſus, diſpicere nihil potui: nec ſatis memineram, tale miniſterium mihi pater, an noverca mandaſſet: miniſterium an pœnam eſſe voluiſſet; vindictam parricidii, an parricidium. Inſui fratrem culleo jubes? non poſſum. Non ignoſcis. an non credis? ego contendo ne te quidem poſſe. Nemo repertus eſt naufragii comes. Omnia inſtrumenta circumciſa ſunt. Adminiculum ſpei nullum. Patri ſum excuſandus, an fratri? Hoc pietatis tuæ munus ad inferos perferam, licuiſſe mihi per fratrem aliter quam parricidæ mori. Vivit, inquit, frater. non credo. Servavit, inquit, me. feciſti ut crederem. In domo, in qua tam facile parricidium creditum eſt, ego fratrem occidere non potui, frater patrem. Emicabant denſis undique nubibus fulmina, & tempeſtates horridæ abſconderant diem, intumuerat mare, juſtis quoque navigiis

vigiis horrendum. Habes, inquam, frater, ſi innocens es, navigium: ſi nocens, culleum. Non potui facere parricidium. quam facile erramus omnes! & factum putavi. Frater, inquit, tu primus in domo parricidium facies. Jacebat in litore navigium, quod etiam integrum infeliciter vexerat. Credam parricidam, ſi tibi proficiſcenti navigium ſuum reddidit. Subito mihi cum animo pariter excidit ferrum, & neſcio qua perturbatione tenebræ ſtupentibus offunduntur oculis. intellexi quam difficile eſſet parricidium facere, etiam quod imperaſſet pater. Ita mihi, quæ ſola miſeros in domo noſtra reſpicit, fortuna ſuccurrat. Profectus pater tranquillo mari, auſpicato itinere, integra navi. Quid hoc eſt? felicius navigavit damnatus, quam qui damnaverat. Utrum videtur vobis, innocentiam apud piratas didiciſſe, an ne apud piratas quidem perdidiſſe? Perieras pater, niſi in parricidam incidiſſes. Sciſſa quoque vela fecerant ſinus, & inſtructas claſſes naufraga præceſſerat navis. Scires navigare, qui ſervaturus eſſet patrem. Erat navigium, imo fuerat. O crudelis, & pertinax noverca, nihilominus ſævis! maria jam quieſcunt, prædones miſerentur, irati parcunt. Veni ad vos, ut probem me parricidam. Multas rerum natura mortis vias aperuit, & multis itineribus fata decurrunt. O maria juſtiora judiciis! O mitiores procellæ patre! non putatis miſericordem, qui quem damnavit, fratri puniendum dedit? Centurio Mithridatem non potuit occidere: Mithridatem, dii boni, quam non dubium parricidam! Gaude pater, neuter ex filiis tuis parricidium fecit. Narra pater, quomodo te dimiſerit, ſic dimiſſus. Nocens eſt iſte. ſed mihi frater eſt. Naturæ jura ſacra ſunt. etiam apud piratas. Dixiſſes, inquit, te non poſſe. Ita tu neſciebas? Non licuit, non debui, non potui.

Pars altera. Nega nunc parricidam fuiſſe, quem ſcis eſſe piratam. Dimiſit me in patrocinium ſuum, ut quia non occiderat, videretur nec ante voluiſſe. Quis porro me uno miſerior eſt? Vitam parricidæ debeo.

Extra.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Extra. Magna bonorum rhetorum manus in hanc partem tranſiit, ut aliquid dici debuerit in novercam. Fuerunt & illi, qui non quidem palam dicerent, ſed per ſuſpicionem & figuras: quod *Paſſienus* non probabat, aſſerens minus verecundum eſſe aut tolerabile, infamare novercam, quam accuſare. Quidam principia tantum habuerunt in ſua poteſtate, poſt ablati ſunt impetu. Excuſatius eſt autem, in malum colorem incidere, quam tranſire. *Hiſpanus* duro colore uſus, hoc ſe tanquam gravius elegiſſe dixit ſupplicii genus. qui color prudentibus diſplicebat. Quam enim ſpem habebat abſolutionis, ſi nec paruit, nec pepercit?

DECLAMATIO II.

Popilius Ciceronis interſector.

De moribus ſit actio. *Popilium parricidii reum Cicero defendit: abſolutus eſt. Proſcriptum Tullium ab Antonio miſſus occidit: caput ad Antonium retulit. Accuſatur de moribus.*

(*Ex Controv.* 2. *lib.* 7.)

DECLAMATIO. Occidit Ciceronem Popilius. Jamne creditis occiſum ab iſto patrem? Occiſurus Ciceronem debuit incipere à patre. Antonius, inquit, juſſit. Non te pudet, Popili: Imperator tuus te credidit poſſe parricidium facere. Abſcidit caput, amputavit manum. Minus in illo crimen eſt, quod Ciceronem occidit. Pro dii boni! occiſum Ciceronem malos mores voco. Hoc unum feliciter, quod ante occidiſti patrem, quam Ciceronem. Facilius pro parricida Cicero judicem movit, quam pro ſe clientem. Ad vos hoc patroni ſpectat exemplum. Nullos magis odit Popilius, quam quibus plurimum debet. Abſcidit cervices. Parce jam, Popili: Nihil tibi, niſi occidendum mandavit Antonius. Pudeat te, Popili. accu-

ſator tuus vivit. Non crediidiſſet Popilium factum Antonius, niſi parricidium feciſſe meminiſſet. Dii manes Popilii ſenis, & inultæ patris umbræ, te Cicero perſequuntur: ut quem negaſti, ſentias parricidam. Non hauſit Minturnenſis palus exulem Marium. Cimber etiam in capto vidit imperantem. Cn. Pompeius terrarum mariſque domitor, libenter ſe Hortenſii clientem profeſſus eſt. Et Hortenſius bona Pompeii, non Pompeium defenderat. Ita tu, Popili, ſi Antonius juſſiſſet, & patrem occidiſſes.

Pars altera. Si illa tempora in crimen vocas, dicis non de hominis, ſed de reipublicæ moribus. Miraris, ſi eo tempore neceſſe fuit Popilio occidere, quo Ciceroni mori? Ciceronis proſcriptio fuit, occidi: mea, occidere. Juſſit imperator, juſſit victor. Ego illi negare quicquam poſſem, cui nihil negare poterat reſpublica?

Extra. Popilium pauci ex hiſtoricis tradiderunt interfectorem Ciceronis: & hi quoque non parricidii reum, à Cicerone defenſum: ſed in privato judicio.

DECLAMATIO III.

Ter abdicatus venenum terens.

Ter abdicatus, ter abſolutus, comprehenſus eſt in ſecreta domus parte à patre, medicamentum terens. interrogatus quid eſſet, ait, venenum, velle ſe mori, & effudit. Accuſatur parricidii.

(*Ex Controv.* 3. *lib.* 7.)

DECLAMATIO. Dic quid commiſerim, nec ſecreta fallunt. Ut intervenit pater, in has cogitationes abii: Quiſquamne tam infelix fuit, quiſquamne me magis odit quam ego? Miſereri mei cœpi. Ter cauſam dixi. Acceſſit ad hæc ſupplicia mea venenum. Vivam, ſi nec hoc tibi ſatis eſt. Habuit venenum Mithridates, habuit Demoſthenes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Pars altera. Cum ſe mori velle dicat, vitam rogat. Teneo parricidam, etiam in ſuam mortem paratum. Quantum eſt quod negas, cum tantum ſit quod fateris? Venenum quæſiſti, venenum emiſti, venenum intuliſti in eam domum, in qua habebas inimicum patrem. Indica, quis vendiderit. dicetur illi: Tu vendebas cuiquam venenum? Tu abdicato? neſciebas cui daturus eſſet? quæritis, cui venenum paraverit? non bibit. Quod negat, parricidium eſt: Quod confitetur, veneficium. Mihi, inquit, paravi. ne quis dubitet, an alium poſſit occidere. Tam inviſum tibi fuiſſe patrem dico, ut occidere volueris: tam inviſum ipſe confiteris, ut mori volueris.

Extra. Conjectura duplex à perſona. una, an ſibi paraverit, an patri. *Laberium* divus Julius ludis ſuis mimum produxit: deinde equeſtri ordini reddidit: quem cum juſſiſſet ire ſeſſum, omnes equites ita ſe coarctaverunt, ut venientem non reciperent. Multos tunc in ſenatum legerat Cæſar, & ut repleret exhauſtum civili bello ordinem, & ut his qui bene de partibus meruerant, gratiam referret. Cicero in utramque rem jocatus, mandavit Laberio tranſeunti: Recepiſſem te, niſi anguſte ſederem. Laberius ad Ciceronem remiſit: Atqui ſoles duabus ſellis ſedere. Quia Cicero male audiebat, tanquam nec Pompeio certus amicus, nec Cæſari, ſed utriuſque adulator.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

DECLAMATIO IV.

Mater cæca filium retinens.

Lex. Liberi parentes alant, aut vinciantur. *Quidam habens uxorem & filium, peregre profectus, in piratas incidit. ſcripſit utrique de redemptione. Uxor flendo cæca facta eſt. Filium euntem ad redemptionem, alimenta poſcit; non remanentem, alligare vult.*

(*Ex Controv.* 4. *lib.* 7.)

DECLAMATIO. Navigaturus uxori filium reliquit, nec adhuc cæca erat. Non eſt quod mulieris affectum lege æſtimetis, quia minatur: omnia facit, ne filius alligetur. Quotiens duobus eſt communio, poteſtas ejus fit tota, qui præſens eſt.

Pars altera. Unis vinculis duos alligat. Victo mater catenas denuntiat, victori ad piratas eundum eſt. Filius familiæ nulli poſſum ſervire, niſi patri. Petis ab eo alimenta, quem pater peregre mittit. Primæ partes patris ſunt, ſecundæ matris. Ille peregre eſt, tu domi: ille captus, tu libera: ille inter piratas, tu inter cives: ille alligatus, tu ſoluta. At tu cæca es. infelicior ille quod videt catenas ſuas, & cædes, & vulnera, & cruces eorum qui non redimuntur. At periculoſum eſt. Quam multi nihil pro patribus periculoſum putaverunt? Non, inquit, vindictam, ſed miſericordiam quærit. Ita quiſquam exigit pietatem, ut impediat?

Extra. Calvus, qui diu cum Cicerone iniquiſſimam litem de eloquentiæ principatu habuit, uſque eo concitatus actor fuit, ut in media oratione ejus exclamaret Vatinius reus: Rogo vos, Judices, num ſi iſte diſertus eſt, ideo me damnari oportet?

DECLAMATIO V.

Quinquennis teſtis in procuratorem.

Mortua quidam uxore, ex qua filium habebat, duxit aliam: ſuſtulit ex ea filium. Habebat procuratorem ſpecioſiſſimum. Cum ſæpe jurgarent noverca & privignus, juſſit eum ſemigrare. Ille trans parietem habitationem conduxit. Rumor erat de adulterio matris & procuratoris. Quodam tempore pater in cubiculo ſuo occiſus inventus eſt, uxor vulnerata, communis paries perfoſſus. Placuit propinquis quæri à filio quinquenni qui una dormierat, quem percuſſorem cognoſceret. Ille procuratorem digito monſtravit. Accuſat filius procuratorem cædis. Ille eum parricidii.

(*Ex Controv.* 5. *lib.* 7.)

DECLAMATIO. Ut audivi clamorem, ſi fides eſt, deprehenſos adulteros credidi. Da puerum. Aliquis non eſt uno teſte contentus? da populum. Objicite privigno parricidium, filio mendacium. Dic, puer, quis occiderit patrem: dic audaciter: eumdem nominas, quem populus. Nox placet ſceleri, adulterii tempus. O magna in contrarium perverſitas ſeculi! inventus eſt qui patrem poſſit occidere, non poſſit novercam. Oſtende iſtud non vulnus, ſed argumentum. oſtende vulnus. Percuſſor ille quam timuit ne occideret! tam leviter te vulneravit illa dextera, cui nec paries obſtitit, nec pater? [1] Nihil eſt puero

Decl. V. 1 *Nihil eſſe puero teſte certius*] Merito hanc ſententiam Seiani reprehendi autumat Duarenus ad ff. item Cod. de teſtibus, quod quotidie experiamur quam ſit lubricum teſtimonium pueri. At Fornerius ad l. 204. de verb. ſign. ut non juſtum legitimi teſtimonii pondus aſſertioni puerili tribuit, ita nec plane, ſi quid apte de iis quæ ſub ſenſum ejus ætatis cadunt dixerit, aſpernandum putat. nam & Juvenalis:

Maxima debetur puero reverentia. ſi quid
Turpe paras, pueri ne tu contempſeris annos.

puero teſte certius. Nam ad eos annos pervenit, ut intelligat: & non ad eos, quibus fingat.

Extra. Vinitius, vir exactiſſimi ingenii, [2] nec dicere ineptias, nec ferre poterat.

DECLAMATIO VI.

Demens qui ſervo filiam junxit.

Tyrannus permiſit ſervis dominas ſuas rapere. Profugerunt principes civitatis, & ſimul qui filium habebat & filiam. cum omnes ſervi dominas vitiaſſent, ſervus ejus virginem ſervavit. occiſo tyranno reverſi ſunt principes, in crucem ſervos ſuſtulerunt. Ille manumiſſo filiam junxit. Reus eſt à filio dementiæ.

(*Ex Controv. 6. lib. 7.*)

DECLAMATIO. Haberemus ſolatium, ſi has nuptias tyrannus feciſſet, non pater. Sanum putatis eſſe, qui imitari tyrannum maluit, quam ſervum? Similem ſe fecit tyranno, filiam raptis, libertum cruciariis. Plus permiſit ſervo dominus, quam tyrannus. Quiſquis has nuptias fecit, aut inſanus, aut tyrannus. Egregius gener, cui nihil eſt glorioſius, quam quod inter cruciarios non eſt. Virginitatem ſub patre perdidit, quam ſervaverat ſub tyranno. Itane dignus eſt nuptiis, quia indignus eſt cruce? Melior conditio vitiatarum quam virginis eſt. Illis mutare nuptias contigit. Propitius pater ita collocavit filiam ſuam, ut iratus tyrannus alienas: cum ſanus eſſet pater, ne has videret nuptias, fugit. Miſerrima ſoror, ſub tyranno patrem deſiderabas, ſub patre tyrannum deſideras. Non eſt illi præmium, unum ſpectare omnium cruces? Dominam non ſtupravit. Auge beneficia.

2 *Nec dicere ineptias nec ferre poterat*] Membrana Voſſiana & Hug. ut in integris eſt: *nec dicere res ineptas nec ferre p.* Gronovius.

neficia. nec dominum occidit, nec venenum dedit. Non eſt beneficium, ſcelere abſtinere. Quod aliæ in tyrannide paſſæ ſunt, hæc in libertate: ceteræ abſentibus ſuis, hæc præſentibus. In aliis ſtuprum vocatur, in hac matrimonium. Timuit ille ſupplicium. Scivit rempublicam liberandam: daturos pœnas, qui contaminaſſent: & adventare tyrannidi tempus ultimum vidit. Convenite ſervuli, convenite libertini, empta cognatio.

Pars altera. Si quis tyranno indicaſſet, ſolus hic in cruce pependiſſet. Licet cui volo filiam collocare. Marcus Cato coloni ſui filiam duxit uxorem. Filia non mariti petulantiam timebit, non verborum contumeliam, non pellicem, non repudium. [1] Neminem natura liberum fecit, neminem ſervum. Impoſuit hæc fortuna poſtea ſingulis nomina. Nuper & nos ſervi fuimus. Servus rex fuit.

DECLAMATIO VII.

Cavete proditorem.

Pater & filius imperium petebant. Prælatus eſt filius. Commiſſo prælio captus eſt. Miſſi ſunt decem legati ad imperatorem redimendum. Euntibus occurrit pater, [1] *dixit ſe aurum ad redemptionem attuliſſe, filium crucifixum. Illi pervenerunt. quibus imperator ex cruce dixit:* Cavete proditorem. *Reus ſit pater proditionis.*

(*Ex Controv. 7. lib. 7.*)

DECLAMATIO. Imperator ſupplicium tulit, proditor pretium. Triſtiorem iſtum vidimus, cum filius impe-

Decl. VI. 1 *Neminem natura liberum*] Vide in hanc ſententiam plura apud P. Fabrum, & Rævardum ad l. 122. de reg. jur.

Decl. VII. 1 *Dixit, ſe aurum ad redemtionem attuliſſe*] Membrana Voſſ. & Hug. *Dixit ſero ſe aurum ad redemtionem tuliſſe.* At in chartac. pleniores habente controverſias legebatur: *Dixit filium ſuum crucifixum eſſe, & ſe aurum pro redemtione tuliſſe.* Gronovius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

imperator pronuntiatus eſt, quam cum captus. Quemadmodum rediſti tutus, ſenex, ſolus, cum auro, cum etiam imperatores capiantur? Plus accepit auri, quam quod poſſet abſcondi. nolite mirari, & imperatorem, & filium vendiderat. *Cavete proditorem.* jam comitiis cavimus. Abſtuliſſent tibi aurum hoſtes, niſi dediſſent. *Cavete proditorem.* Indicium fuit morientis breve, filii verecundum. Cur dimiſſus es? ſi nihil aliud, & ducem genuiſti, & dux eſſe voluiſti. Candidatus proceſſit contra patrem. jam tunc nobis verecunde indicavit filius, tibi credere rempublicam noluit. Legati noſtri aurum ferebant, pater afferebat. Num immobilis diriguiſti? Num & illic quaſi & ipſe affixus hæſiſti? quid tam cito recedis? Adhuc & vivit & loquitur. Voce proditionem indicavit, ſilentio proditorem. Optimus imperator curare rempublicam ne in cruce quidem deſiit. Tibi non dixit: *Cave proditorem.* Nec imperator potuit tacere proditionem, nec filius loqui proditorem. Expecta, dum mittantur legati. dicis: Affectus non ſuſtinet moram. Ergo ſi redimere non potes vivum, ſaltem mortuum redime. Nunquam tam durus hoſtis fuit, ut paternis lacrimis non flecteretur. *Cavete proditorem:* id eſt, ne quis inſciis cuſtodibus exeat, ne quis ignorante republica ad hoſtes perveniat, ne quis ex hoſtium caſtris gravis auro revertatur. Indicio nihil deeſt. De proditione vobis dicit imperator: de proditore, legati. Sublata eſt quæſtio. Quæritis quem dixit? videte cui nihil dixerit.

Pars altera. In comitiis filio meo ceſſi. Decretum non expectavi: ſed amens & attonitus protinus cucurri. Ad ſummam feſtinavi, nec occurri. Sciebam hoſtes patrum lacrimis ſæpe flecti.

Extra. Latro non curavit dicere, nullam factam eſſe proditionem, ſed ſe proditorem non eſſe. Suſpectus eſt, inquit, judici, qui plus quam ſe defendit. *Ceſtius* poſita ſuaſoria, in qua deliberat Alexander, an Oceanum

naviget,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

naviget, cum exaudita vox eſſet, *Quouſque invicte?* deſcribenti diſcipulo late Alexandri victorias, genteſque perdomitas, & addenti, *Quouſque?* poſt iſta exclamavit, *Et tu quouſque?*

DECLAMATIO VIII.

Mutanda optio raptore convicto.

Lex. Rapta raptoris mortem, aut indotatas nuptias optet.

Thema. Rapta producta nuptias optavit. Juvenis raptorem ſe negavit. Convictus eſt. Illa optionem petit. Raptor contradicit.

(Ex Controverſ.8. lib. 7.)

DECLAMATIO. Optare tibi non amplius quam ſemel licuit. Proponite ſupplicii faciem; carnificem, ſecurim. Hoc ſemel licere, nimium eſt. In hanc perturbationem perductus ſum, ut ignorarem quid feciſſem. Gravius punior, cum me peccaſſe pudet, quam cum peccavi. Optavit nuptias: nec adhuc ſciebat, quam verecundum maritum eſſet habitura. raptorem dimiſiſti: virum occides? Minus eſt ergo quod vitiavit, quam quod negavit. Ergo nos injuriam periculoſius negavimus, quam fecimus. Quadam nocte, quid dicam? non negare jam non pudet. Nox, vinum, error. quid iraſceris, puella? jam non negat. Judex datam tabellam [1] revocare quam tulit, non poteſt. Quæſitor non mutat pronuntiationem. Nihil tam civile, quam brevem poteſtatem eſſe, quæ magna eſt. Si mortem optaveris, hodie facies quod nunquam factum eſt: utrumque optaveris.

Pars

Decl. VIII. 1 *Revocare non poteſt*, &c.] Apuleius 1 Florid. *Tabella ſemel lecta nec augeri littera una nec minui poteſt.* & hoc quidem certe diſtat *ſententia* ab *interlocutione*, quæ & corrigi & mutari poteſt. l. quod juſſit. ff. de reg. jur. Vide hac de re Cujacium Paratitl. in lib. 7. Cod. tit. 44. & Langlæum lib. 6. cap. 5. Ocii Semeſtr.

Pars altera. Id egit priori judicio ne quam omnino pœnam ſtupri penderet: hoc id agit, ut ipſe optet. Utinam non metu liberaret illum, quod judicis ſui clementiam novit. [2] Eſt quædam proxima innocentiæ verecundia, præbere ſe legibus. Lex non adjicit quoties optet, ſed ex quibus. Aut hoc, inquit, aut illud. non adjicit, Ne amplius quam ſemel.

2 *Eſt quædam proxima innocentiæ*] Membrana utraque, ut eſt in integro: *Eſt quædam proxima innocentiæ verecundia, præbere ſe legibus.* Gronovius.

EX LIBRO OCTAVO.

CONTROVERSIA I.

Orba poſt laqueum ſacrilega.

Lex. Magiſtratus de confeſſo ſumat ſupplicium. *Thema. Amiſſo quædam viro cum duobus liberis, laqueo ſe ſuſpendit. Incidit ei laqueum tertius filius. Cum ſacrilegio facto, quæreretur ſacrilegus, illa dixit magiſtratui ſe feciſſe ſacrilegium. Vult magiſtratus tanquam de confeſſa ſumere ſupplicium. Filius contradicit.*

CONTRA MAGISTRATUM. [1] Facio, Judices, in foro quod domi feci, matrem mori prohibeo. Quomodo, inquam, feciſti? quo loco quæ ſuſtuleras, condidiſti? Hærebat, nec quicquam ſacrilegii niſi pœnam noverat. Amiſſis duobus filiis, ſacrilega ſibi videbatur, quod vivebat. Non affuturus veni, ſed ſervaturus. Alii pro reis rogant: ego rogabo ream. Nullum accuſator niſi in ſubſelliis meis habet teſtem. Non eſt confeſſio, niſi quam accuſator eruit. negat rea, tortor expreſſit. Fertur quædam viſo contra ſpem filio expiraſſe. Si ad mortem agit matres magnum gaudium, quid magnus dolor? Mater, habes non mediocre ſolatium. Vides aliquid & deos perdere. Magis deos miſeri, quam beati colunt. Non fecit ſacrilegium mulier, non fecit orba,

CONTR. I. 1 *Faciam, Judices*] Verior lectio eſt membranacei utriuſque, adjuta quoque Pinciani & Gruteri libris: *Facio, judices, in foro, quod domi feci; matrem mori prohibeo.* Gronovius.

ba, non ſecit quæ cuſtoditur, non fecit quæ confitetur. Irata, inquis, diis ſacrilegium potuit committere. frangitur calamitoſis animus, & ipſa ſe infelicitas damnat, & hoc conditio humana vel peſſimum habet, quod fortuna quos miſeros fecit, & ſuperſtitioſos facit. Diligentius dii coluntur irati. Quis ergo fecit? Unde ſcire poſſum, qui matrem cuſtodio? Ago cauſam legum, ne carnificem, quem ſacrilegis minantur, calamitoſis adhibeant. Deos ita coluit, ut quæ tam pro malis timeret. [2] Confeſſio conſcientiæ vox eſt. Confeſſio, coacti, & quæ fecit agnoſcentis eſt verbum.

Pars altera. Omnium vox erat, ſacrilegium latere non poterit. Quiſquis eſt, non ipſe bonum exitum faciet, non quiſquam ſuorum. Et ſi nemo fuerit accuſator, ipſe narrabit. Concitata proceſſit, velut diis perſequentibus. Feci, inquit. Supplicium de ea vel nunc exigamus homines, de qua olim dii exigere cœperunt. Violatorum numinum majeſtate compulſa eſt, ut mori vellet, & deberet, & non poſſet. Inciſus eſt ei laqueus. Tu putabas ſacrilegam ſecreto mori poſſe? Omnia fecit, ut taceret. quæ ne confiteretur, etiam mori voluit. Si crimen quæritis, ſacrilegium factum eſt. Si facti cauſam quæritis: ſi priuſquam amitteret liberos, avara: ſi poſtquam amiſerat, irata.

CON-

2 *Confeſſio conſcientiæ*] Haud dubie verba hæc ſunt magiſtratus, aut pro illo certe, non contra illum. Hic enim confeſſionem urget, ac tanquam de confeſſa ſupplicium cupit ſumere. Scribe igitur: *PARS ALTERA. Confeſſio conſcientiæ vox eſt. Confeſſio coacti, &, quæ fecit, agnoſcentis eſt verbum. Omnium vox erat, ſacrilegium latere non poterit.* Gronovius.

CONTROVERSIA II.

Phidias amiſſis manibus.

Lex. Sacrilego præcidantur manus. *Thema. Elii ab Athenienſibus Phidiam acceperunt, ut is Jovem Olympium faceret: pacto interpoſito, ut aut Phidiam, aut centum talenta redderent. Jove perfecto Elii Phidiam aurum rapuiſſe dixerunt, & manus tanquam ſacrilego præciderunt: truncatum Athenienſibus reddunt. Petunt Athenienſes centum talenta. Contradicitur.*

CONTRA ELIOS. Jam Phidiam commodare non poſſumus. Tunc demum illa majeſtas exprimi poteſt, cum animus opera proſpexit. Manus duxit ante ſibi, quam operi. Jovem fecit. Sacrilegi vos eſtis, qui præcidiſtis conſecratas manus. Primum ſanguinem ſui artificis vidit Deus. Teſtor Jovem, jam proprium Phidiæ Deum. Ars alios in miſeria ſuſtinet, te fecit miſerum. Paciſcendum Phidiam manus fecerant. Sine eo Phidiam nos recepturos ſperatis, ſine quo vos accepturi non fuiſtis? Commodavimus qui poſſet facere deos, recepimus qui ne adorare quidem poſſit. Non pudet vos Jovem debere ſacrilego? Supereſt homo, ſed artifex periit. Pœnam nobis Phidiæ, non Phidiam redditis. Manus quæ deos ſolebant facere, nunc nec homines quidem rogare poſſunt. Talem fecit Jovem, ut hoc ejus opus Elii ultimum eſſe vellent. Manus commodavimus: manus repoſcimus. Elius teſtis eſt, Elius accuſator, Elius judex: Athenienſis tantum reus. Invoco deos, & illos quos fecit Phidias, & illos quos facere potuit. Recepimus Phidiam. Confiteor, ſi poſſumus commodare.

Pars altera. Habuimus autem olim ſacrum: habuimus ebur: ſacræ materiæ artificem quæſivimus. diſpoſueramus quidem, ut aliis quoque templis ſimulacra Phidias faceret. ſed non tam neceſſe erat ornare deos quam vindicare.

CON-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

CONTROVERSIA III.

Infamis in nurum.

Thema. *Duorum juvenum pater uni uxorem dedit: quo peregrè profecto infamari cœpit ſocer in nurum. Maritus reverſus abduxit ancillam uxoris, & torſit. Illa in tormentis periit. Maritus incerto quid quæſierit, ſe ſuſpendit. Imperat alteri filio pater ut eamdem ducat. Nolentem abdicat.*

CONTRA PATREM. Duc, inquit, fratris uxorem. [1] Si hoc fieri poteſt, adulterum frater invenit. Hæc eſt mihi cauſa abdicationis, quæ fratri mortis fuit. Duc, inquit, fratris uxorem. Tentari me, ſi qua eſt fides, credidi. Mulier, ſi nubere lugenti potes, facis ut omnia de te credantur. Cogor eam ducere, quæ mihi cauſa abdicationis eſt, populo rumoris, viro mortis. Legi jam uxorem: quæ, ſi peregrinatio inciderit, mecum peregrinari velit: quæ, ſi viro aliquid acciderit, nubere alii nolit. Qui audiunt me abdicari, putant fratrem aliquid ſuſpicatum de me.

Pars altera. Objeciſti mihi ultimum nefas, & quod qui tantum eſt ſuſpicatus, noluit vivere. Impulſu tuo frater torſit ancillam: & qui nihil reperit, falſas ſuſpiciones morte expiavit.

CON-

Contr. III. 1 *Sic hoc fieri poteſt?*] Membranæ & Pall. *ſi.* Lege & diſtingue: *Si hoc fieri poteſt, adulterum frater invenit.* Hoc eſt, ſi mihi ad hoc faciendum ſatis animi eſt, credent omnes, me ab ancilla nominatum. Mox habes: *Qui audiunt me abdicari, putant fratrem aliquid ſuſpicatum de me.* Gron.

Contr.

CONTROVERSIA IV.

Homicida in ſe.

Lex. [1] Homicida in ſe inſepultus abjiciatur. *Thema. Quidam ſe occidit. Petitur ut inſepultus abjiciatur. Contradicitur.*

PRO HOMICIDA SEPELIENDO. Afferre ſibi coactus eſt manus aſſiduis malis. Summam infelicitatum ſuarum in hoc removit, quod exiſtimabat licere miſero mori. Infeliciſſime adoleſcens, cum te & ſepultura prohiberi video, deſino mirari quod periiſti. Tales inimicos habes, ut etiam mortuum perſequantur. Facilius miſerum, quam ſceleratum, fortuna vincit. Sumpſiſti hoc ferrum Cato, & quam invidioſum, quod Catonem occideris? Curti, perdideras ſepulturam, niſi in morte reperiſſes. Quid eſt miſerius in vita, quam velle mori? Quid in morte, quam ſepeliri non poſſe? Quis miretur eum mori voluiſſe, quem fugientem quoque fortuna perſequitur? Omnibus natura ſepulturam dedit. naufragos idem fluctus qui expulit, ſepelit. ſuffixorum corpora crucibus in ſepulturam ſuam defluunt. eos qui vivi uruntur, pœna funerat. Iraſcere interfectori, ſed miſerere interfecti. Homicida, inquit, eſt, quia ſe occidit. Huic iraſceris, pro quo iraſceris? Non aliud Scævolæ Mucio cognomen dedit, & capto, contra Porſennam regem, libertatem reliquit, quam vilitas ſui. Non aliud Codrum illud ceteris imperatoribus dedit exemplum, quam quod poſitis imperatoriis inſignibus, ad mortem cucurrit. Nec ullo major fuit dux, quam quod ſe ducem non eſſe mentitus eſt. Non poſtulo, ut glorioſum, ſed ut tutum ſit mori. Non magis crudeles ſunt, qui volentes vivere occidunt, quam qui mori volentes

Contr. IV. 1 *Homicida ſui*] Membrana Voſſ. inſcribit: *Homicida in ſe.* Et mox: *LEX. Homicida in ſe inſepultus abjiciatur.* Quod cum poſteriori loco & Gruteri libri confirment, utroque merito recepi. *Idem.*

tes non ſinunt. Curtius dejiciendo ſe in præcipitem locum, fatum ſepulturæ miſcuit. Celebretur Cato, quia ſe occidit: huic miſerrimo, quod aliquid non ignave de ſpiritu ſuo ſtatuit, tantum impune ſit. Etiam vulnera infelicis ſcrutantur in crimen. Æſtimate an vivere licuerit, cui ne mori quidem licuit.

Pars altera. Facinus indignum, ſi inveniantur manus, quæ ſepeliant eum, quem occidere ſuæ. Sumpſit gladium. Video ardentes oculos. In quem, neſcio: quod ſolum ſcio, ſcelus cogitat. Neſcio cujus criminis ſibi conſcius confugit ad mortem. Cujus inter ſcelera etiam hoc eſt, quod damnari non poteſt. Contra hos inventum eſt, ut aliquid poſt mortem timerent, qui nec mortem timent. Nihil non auſurus fuit, qui ſe potuit occidere.

CONTROVERSIA V.

Fortis nolens ad patrem fortem redire.

Thema. *Abdicavit quidam filium. Ille tacuit. Fortiter fecit.* [1] *Petit pro præmio ad patrem reditum. Pater contradicit. Pater poſtea fortiter fecit. Petit ad ſe filii reditum. Filius contradicit.*

CONTRA FILIUM. Ego fortior ſum. poſt tuam pugnam pugnavimus, poſt meam vicimus. Revertere, dignam domum te feci. Iſti oculi mei ſunt. iſtæ manus meæ ſunt. iſta contumacia mea eſt. Si mereor præmium, mihi date: ſi non mereor, illi ſuum reddite. Ego, inquit, eadem lege præmium non accepi. Hoc eſt unde abdicatus es. Putas nihil inter te & patrem intereſſe? Poſt tam ſimilia opera, ſi tantum commilito eſſes, me patrem adoptare debueras. Admoneo te, juvenis. hoc præmium qui

Contr. V. 1 *Petit pro præmio*] Membrana utraque cum libris Gruteri ſine præpoſitione: *Petit præmio ad patrem reditum.* Sic infra, lib. 10. declam. 2. *petit præmio ſtatuas patri.* Gronovius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

qui recuſaverat, petit. Timeo, inquit, ne me iterum abdices. Commiſſurum me putas, ut iterum rogem? Bello graviore pugnavi, quo neceſſe fuit etiam ſenibus militare, quo fortes eſſe non potuerunt, etiam qui priore bello fuerant. Ille annos ſuos exercuit, ego vici meos. Tu fregiſti bellum, ego ſuſtuli. Quanta exhortatio juvenum fui ſenex fortis! Utrique noſtrum præmium reddite. Militavi ſenex: militavi exanguis: militavi qui jam vicarium dederam. Uterque noſtrum cum rogatur, faſtidit: cum relinquitur, rogat. Quid nos ſuſpicari cogis, quod non vis [2] in paternam domum venire? Turpe erat virum fortem, niſi à patre coacto, non recipi.

Pars altera. Quid me captivum ex libero cupis? Quid ignominiæ ſubjicis virum fortem? Quid efficis, ut poſſim abdicari? Meus, inquit, es filius. Quid opus eſt præmio, ſi tuus ſum?

CONTROVERSIA VI.

Pater naufragus divitis ſocer.

Lex. Vitiata vitiatoris, aut mortem, aut indotatas nuptias optet. *Thema. Dives pauperem de nuptiis filiæ interpellavit tertio. Ter pauper negavit. Profectus cum filia, naufragio expulſus eſt in divitis fundum. Appellavit illum dives de nuptiis filiæ. Pauper tacuit, & flevit. Dives nuptias fecit. Redierunt in urbem. Vult pauper educere puellam ad magiſtratus. Dives contradicit.*

CONTRA DIVITEM. Educatur ad magiſtratus puella. quid times? Certe uxor tua eſt. Queri nec de morte poteris, ſi hanc puella maluerit. Nemo unquam raptor

2 *In paternam domum venire*] Addunt ſcripti; *venire ſine tuo præmio.* Lege: *Quid nos ſuſpicari cogis, quod non vis in paternam domum venire, niſi tuo præmio?* Nempe te juſte abdicatum eſſe, quum in aliis eadem fuerit tua contumacia; nec velle reduci, niſi cum poſſis inſultare patri. *Gronovius.*

ptor ſerius periit. Ut litus agnovi, naufragus in altum natavi. Quid times, ſi exoraſti? Acceſſit ad me primum. Filiam tuam ducere volo, inquit. Non flevi. tunc enim licuit negare. Nuptias filiæ tanquam naufragium meum flevi. Naufragus plus de litore queror. Inter naufragium quidem, & nuptias, ne una quidem nox interfuit. Differat nuptias, dum flere ſocer deſinat. Putat me jam filiam commiſiſſe ſibi, cum hic necdum ſe committat uxori? Lacrimis inter verba manantibus venio: talis & in nuptiis filiæ fui. Si rapta eſt, cur optionem recuſas? Si uxor eſt, cur times? Loquor ubi primum licet. Procul à conſpectu reliqueram patriam, nondum tamen poſſeſſionem divitis prætarieram. Subito fluctibus inhorruit mare, ac diſcordes in perniciem noſtram flavere venti. demiſſa eſt nox cælo, & tantum fulminibus dies redditur: inter cælum terramque dubii pependimus: adhuc tamen bene, Judices, navigavimus. naufragium majus reſtat in litore. Erat in ſummis montium jugis ardua divitis ſpecula. Illic iſte naufragiorum reliquias computabat; illic vectigal infelix, & quantum ſibi iratum redderet mare. Interrogor de nuptiis filiæ, cum adhuc pulſaret aures meas fluctus. feci quod debui, & captus & naufragus, inimico ſtuprum lacrimis negavi. Delicatus dives, [1] qui etiam inter naufragia amare poteſt. Matrimonii celebritatem remoti angulo ruris abſcondit. ibi fecit nuptias, quo nemo niſi naufragus venit. Lacrima eſt indicium inoptatæ rei. lacrimæ pignora ſunt nolentium, & repugnantis animi vultus index. Nemo unquam quod cupit, deflet. Lacrimæ coacti doloris intra præcordia, & intolerabilis ſilentii eruptio. Sic ille qui ſuper cinerem deflet patrimonium, odit incendium: ſic qui naufragium deflet, maria deteſtatur. Fletus humanarum neceſſitatum verecunda execratio eſt. Tuæ nunc ſunt partes, puella. diſcedo: & quod prius feci, taceo. Si nupta es, habes quod optes: ſi vitiata, quod imperes.

Pars

Contr. VI. 1 *Qui etiam inter naufragia*] Membrana: *Delicatus dives, qui amare etiam naufragia poteſt.* Gronovius.

2 *Non*

Pars altera. Naufragium duo ſacratiſſima inter homines exceperunt, hoſpitium & affinitas. alterum præſtiti: alterum etiam rogavi. Oblatas conciliante fortuna nuptias, quod erat amantis, ſæpius rogavi: quod feſtinantis, non diſtuli. Quid hic raptoris eſt, niſi quod indotatam duxi? Errat ſocer, qui putat mihi cariorem futuram puellam, ſi me potuerit occidere. Quid enim mihi ſupereſt? preces meæ quas toties adhibui, an iſtius lacrimæ quas movi? Nihil mihi inimicus objicere poteſt præter matrimonium. Magnus eſt amor, qui ex miſericordia venit. Fundebamus lacrimas ex pœnitentia diſſidii prioris. nec plura aut me proloqui, aut iſtum reſpondere paſſæ ſunt mentes gaudiis occupatæ. Nulla integritas tantum ſibi, etiam explorata, confidit, ut cauſam velit dicere. Si interrogaveris filiam, partem legis amputaturus es: ſi non interrogaveris, legem. Si genero vitam daturus eſſet, etiam innocentiam reliquiſſet. Quæritis, quid dum fleret, fecerit? [2] Non negavit, & ſolebat negare. Si nollet mortem, optaturus eſt? non enim poteſt eas partes legis deſiderare, quas habet.

E X

2 *Non negavit & ſolebat*] Diſtingue: *Non negavit: & ſolebat negare, ſi nollet.* Dein lege: *Mortem optatura eſt: non enim poteſt eas partes legis deſiderare, quas habet.* Intellige, nuptias. *Gronovius.*

EX LIBRO NONO.

DECLAMATIO I.

Cimon ingratus.

Lex. Adulterum cum adultera qui deprehenderit, dum utrumque interficiat, ſine fraude ſit. Ingrati ſit actio. *Miltiades peculatus damnatus, in carcere alligatus, deceſſit. Cimon filius ejus, ut eum ſepeliret, vicarium ſe pro patris corpore dedit. Callias dives, ſordide natus, redemit eum à republica, & pecuniam ſolvit: eique filiam collocavit. Ille prehenſam in adulterio, deprecante patre, occidit uxorem. Ingrati reus eſt.*

(Excerpta ex Contr. 1. *lib.* 8.)

DECLAMATIO. Adulterium mihi carcer eſt. Ferrum mihi à lege traditum, ad vindictam pudicitiæ projiciam. Perdidiſti pecuniam Callia, ſi tales ſolviſti manus. Non poteſt generoſus animus contumeliam pati. Hoc intereſt inter fortunam patris & filii, quod illius calamitatum exitus fuit carcer, mearum initium. Unus Miltiadis cenſus inventus eſt Cimon filius. Redemptus Cimon redemptoris felicitas eſt. Reddam beneficium, cum tam honeſtum deſideraveris, quam dediſti. Ego adulteros dimittam? quid aliud facerem, ſi adhuc alligatas manus haberem? Quid? tu pœnam putas pro Miltiade alligari? Magnum uterque beneficium dum damus, recipimus: ego, quod Miltiadem redemi, tu quod Cimonem. Turpiſſimum duxi, ab eodem dimitti & adulteros & Cimonem. Ego ſum, qui referre gratiam ne mortuis quidem

dem deſino. Ita mihi veros habere liberos contingat. quod quantum ſit, Miltiades expertus eſt. Dignus erat Callias talem genuiſſe, qualem redemit. Dic nunc, Ego te carcere exemi: cui reſpondeam, Ego me carceri tradidi. Nunquam fiet, ut melius actum putem, quod à Callia redemptus ſum, quam quod pro Miltiade alligatus. Ego me à te redemptum putabam: emiſiſti me filiæ tuæ. Calliæ filiam duxi: hanc tibi pater, dum ingratus eſſe nolo, injuriam feci. Non poſſum ob id damnari, quod lege factum eſt. Beneficium eſt, quod totum ejus cauſa præſtatur, in quem confertur. Ubi aliud ex eo quis ſperat, aut præparat, non beneficium, ſed conſilium eſt. Summo te dedecore liberavi invitum. Redemiſti me, & tu non rogantem. Habes Virginios, & quicunque vitiatas filias, vel clauſerunt, vel occiderunt.

Pars altera. Duo beneficia dedi: & redemi, & egenti filiam collocavi. Objicio tibi, quod uxorem paſſus es adulteram fieri, quod non cuſtodiſti, quod moratus es, dum ſuperveniret pater ſpectator ſuæ calamitatis. Ego non expectaveram, donec rogares. Moleſte ferebas ſocerum dici Calliam. Mores puellæ non tantum paſſus es in vitia labi, ſed ipſe impuliſti: nactus occaſionem non omiſiſti.

Extra. Hic color & *Gallioni*, & *Latroni*, & *Montano* placuit, ut nihil in Calliam diceretur contumelioſe, in redemptorem, in ſocerum infelicem. [1] Multas quæſtiones rhetorici & poëtæ Romani à Græcis dictas non ſurripuerunt, ſed & provocaverunt. Thucydidis ſententia eſt: Δειναὶ γὰρ αἱ εὐπραξίαι συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰ ἑκάστων ἁμαρτήματα. Salluſtius: Res ſecundæ mire ſunt vitiis obtentui. Sic cum ſit præcipua in Thucydide virtus brevitas, hac eum Salluſtius vicit, & in ſuis eum caſtris cecidit. Nam in ſententia Græca

Decl. I. *Multas quæſtiones rhetorici*] Quas *quæſtiones*? qui *rhetorici*? Membrana Voſſ. *Multa iſtorici*, & mox *dicta*, non *dictas*. Scribe igitur: *Multa hiſtorici & poëtæ Romani à Græcis dicta non ſurripuerunt, ſed & provocaverunt.* At Hugen. *Multa oro* (cum virgula ſuperpoſita, quaſi velit, *oratio*) *reſtorici poëtæ Romani.* Ergo ſcribe: *Multa oratores, hiſtorici, poëtæ Romani* &c. *Gronov.*

ca tam brevi habes, quæ ſalvo ſenſu detrahas. deme vel συγκρύψαι, vel συσκιάσαι. deme ἑκάστων, conſtabit ſenſus, etiamſi non æque comptus, æque tamen integer. At ex Salluſtii ſententia, nihil demi ſine detrimento ſenſus poteſt. T. autem Livius tam iniquus Salluſtio fuit, ut hanc ipſam ſententiam, & tanquam tranſlatam, & corruptam, dum transferretur, objiceret Salluſtio: nec amore Thucydidis facit, ut illum præferat, ſed laudat, quem non timet: & facilius putat à ſe poſſe Salluſtium vinci, ſi ante à Thucydide vincatur.

DECLAMATIO II.

Flamininus in cœna reum puniens.

Majeſtatis læſæ ſit actio. *Flamininus prætor inter cœnam à meretrice rogatus, quæ aiebat nunquam ſe vidiſſe hominem decollari, unum ex damnatis occidit. Accuſatur læſæ majeſtatis.*

(Ex Controv. 2. lib. 8.)

DECLAMATIO. Objicio luxuriam, hiſtrioniam, jocos. An in convivio nihil aliud niſi occiditis? Uni fortaſſe oſculo donavit homicidium. Cœnaturi carnifices manus abluunt. Non inquiro in totum annum: una nocte contentus ſum. Facilius eſt, ut, qui multa meretrici dederit, homicidium neget; quam ut qui homicidium dederit, quicquam negarit. Servum ſi verberare voluiſſes, extra convivium abduxiſſes. Contactam ſanguine humano menſam, ſtrictas in triclinio ſecures, quis credat iſta concupiſſe meretricem, vel feciſſe prætorem? Virgæ promuntur, & ante menſam deoſque crudelitatis victima trucidatur. Me miſerum, Romani imperii terrore luſiſti. Legi potius, quam ſcorto cadat. Exſurgite Bruti, Horatii, Decii, & cetera imperii decora. Veſtris faſcibus, ſecuribus veſtris jam puellæ jocantur obſcœnæ. In eo quod ſub prætextu publicæ majeſtatis agitur, quidquid peccatur, majeſtatis actione vindican-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

dicandum eſt. Percuſſurus lictor ad prætorem reſpicit, prætor ad meretricem.

Pars altera. Si legatus falſa mandata affert, ſic audiuntur, tanquam illa populus Romanus dederit. Imperator fœdus percuſſit, videtur populus percuſſiſſe Romanus, & fœdere continetur. Nunc nec viribus quicquam populi detractum eſt, nec opinioni. At ex te ceteros æſtimant. Et ante hunc alii fuerunt, ex quibus æſtimari poſſunt. Nemo aſſcribit urbibus vitia ſingulorum. Objiciunt quod damnatus perierit meretrici, & poſtulant prætorem perire damnato. Libido omnis intra meretricem eſt, crudelitas intra carcerem. Multa populus Romanus in ſuis imperatoribus tulit: in Manlio impotentiam, à quo & filius & victor occiſus eſt: in Sylla crudelitatem: in Lucullo luxuriam: in multis avaritiam. Non putavi ad rem pertinere, ubi aut quando periret, qui perire deberet. Occiſus eſt. quis? damnatus. ubi? in prætorio. quo tempore? eſt enim tempus, quo noxius perire non debeat?

Extra. Quædam controverſiæ ſunt, in quibus factum defendi poteſt, excuſari non poteſt. Non ſperamus ut Flamininum judex probet, ſed ut dimittat. Itaque ſic agere debemus, tanquam pro facto non emendato, ſed non ſcelerato. *Titus Livius* de oratoribus, qui verba antiqua & ſordida conſectantur, & oratoris obſcuritatem, ſeveritatem putant: tamen in his etiam ſi minus eſt inſaniæ, minus ſpei eſt. Illi, qui tument, & abundantia laborant, plus habent furoris, ſed plus & corporis. Semper ad ſanitatem proclivius eſt, quod poteſt detractione curari: illi ſuccurri non poteſt, qui ſimul & inſanit, & deficit. Murrhedius dixit tetracolon: Serviebat forum cubiculo, prætor meretrici, carcer convivio, dies nocti. Noviſſima pars ſine ſenſu dicta eſt, ut expleretur circuitus. quem enim ſenſum habet, Serviebat dies nocti? Hanc ideo ſententiam retuli, quia & in tricolis, & in omnibus hujus generis ſententiis, curamus ut numerus conſtet, non curamus ut ſenſus. Omnium autem corru-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ptarum ſententiarum exempla de induſtria pono : quia facilius, & quid imitandum, & quid vitandum ſit, docemur exemplo.

DECLAMATIO III.

Expoſitum repetens è duobus.

Per vim metumque geſta, non ſint rata. [1] Pacta conventaque legibus facta, rata ſint. Expoſitum qui agnoverit, ſolutis alimentis recipiet. *Quidam duos expoſitos ſuſtulit, & educavit. quærenti patri naturali, pollicitus eſt ſe indicaturum ubi eſſent, ſi ſibi alterum ex illis dediſſet. Pactum interpoſitum eſt. Reddit illi duos. repetit unum.*

(*Ex Controv.* 3. *lib.* 8.)

DECLAMATIO. Cum alienis dividemus liberos, quos non dividimus cum matribus? Utrumque genui, utrumque deſideravi, pro utroque pactus ſum. Una nati ſunt, una expoſiti, una educati: redditi diſtrahuntur? Diſtraxit illos fortuna aliquando à parentibus, nunquam ab ipſis. Duos expoſui, quia alterum eligere non poteram. In auctionem fratres productos quamvis hoſtilis haſta non dividit. Plus quiddam eſt geminos eſſe, quam fratres perdit uterque gratiam ſuam, niſi cum altero eſt. Ignoſcat retinenti meos, cum ipſe concupiſcat alienos. Agnitio dividet, quos junxit etiam expoſitio? Omnia pro filio paciſcor, præter filium. Pactus ſum flens, tremens, tanquam cum exponerem. Mihi tunc vis & neceſſitas erat. non enim poteram invenire filios, niſi alterum promiſiſſem.

Pars altera. Utrumque poteſtis ex hoc judicio patrem dimittere. Liberis hic carere conſuevit : ego & cum unum accepero, neceſſe eſt torquear. duobus aſſuevi. Vim vocas, quæ te patrem fecit? Ego ſuſtuli, ego educavi, ego reddidi: ille

Decl. III. 1 *Pacta conventaque*] Memb. *Pacta conventa legibus facta rata ſint.* Ut eſt in integris. *Gronovius.*

ille electurus eſt. In iſta vi duos filios perdidi. Lex arma, & vincula, & ultimum periculum complectitur.

Extra. In *Sabinum Clodium*, uno die & Græce & Latine declamantem, multa urbane dicta ſunt. Dixit *Haterius* quibuſdam quærentibus, quod puſillas mercedes acciperet, cum duas res doceret: Nunquam magnas mercedes accipere eos qui hermeneumata docerent. *Mæcenas* dixit: Τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης ποτέροισι μετείη. *Caſſius Severus* ab auditione ejus rediens, interrogatus quomodo dixiſſet, reſpondit, Male καὶ κακῶς.

DECLAMATIO IV.

A filio in arce pulſatus.

Lex. Qui patrem pulſaverit, manus ei præcidantur. *Tyrannus patrem cum duobus filiis in arcem accerſiit. imperavit adoleſcentibus, ut patrem cæderent. Alter ex his præcipitavit ſe, alter cecidit. Poſt in amicitiam tyranni receptus eſt. Occiſo tyranno præmium accepit.* [1] *At reus ſit cæſi patris. Petuntur ejus manus. pater defendit.*

(*Ex Controverſ.*4. *lib.* 8.)

DECLAMATIO. Felicior eſſem, ſi plures reos defenderem. Præcidetis tyrannicidæ manus. Quid hoc eſt? integer tyrannus jacet. Tam neceſſe fuit patrem cædere, quam ſpoliare templa, virgines rapere. O quantum debemus iſtis manibus, per quas jam nihil neceſſe eſt! Tales fuerunt, ut ex his poſſet tyrannum alter contemnere, alter occidere. Præcipitaſti te, fili. hoc non eſt patri parcere, ſed tibi. Dura, fili. in tyrannum tibi per patrem eundum eſt. Utrum

Decl. IV. 1 *At reus ſit cæſi patris*] Totum hoc non tantum ignorat hic membranaceus Voſſ. ſed etiam integrarum, Contr. 27. Chartaceus. Et ſane delendum eſt. Neque enim aliud eſt, quod ſequitur: *Petuntur manus:* ex quo ſatis intelligitur reum cæſi patris eſſe. Sic Quintilianus, decl. 362. *Duo adoleſcentes æquales juraverunt, ut alter alterius patrem cæderet. Ceciderunt. Petuntur manus. Patres vindicant.* Gronovius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Utrum ex filiis meis probatis? alter ſe occidit, alter tyrannum. Suſpenſas leviter admovebat manus. filius ſimulabat ictus, pater gemitus. Neceſſitas magnum humanæ infelicitatis patrocinium. Hæc excuſat Saguntinos, quamvis non ceciderint patres, ſed occiderint.

Si nec iſte * cecidiſſet. Ille me fratri reliquerat, hic tyranno. In lege, inquit, nihil excipitur. Sed multa licet non excipiantur, intelliguntur. Et ſcriptum legis anguſtum, interpretatio diffuſa eſt. Quid intereſt lege excipere, ne fraudi ſit ei qui per inſaniam patrem pulſaverit: cum illi non ſupplicio, ſed remedio opus ſit. ne puniatur infans, ſi pulſaverit patrem. Hoc qui cogente tyranno fecit, ipſo fuit miſerior vapulante. Non eſt impudica, quæ accerſita eſt à tyranno. non eſt ſacrilegus ſacerdos, qui deorum immortalium dona ſuis manibus pertulit ad tyrannum. Patre jubente fecit. nec cecidit ipſe, ſed paruit. Ultio cæſi patris, nullius eſt, niſi patris. Si à quolibet alieno cæſus eſſem, & injuriarum agere nollem, nemo nomine meo ageret. Nunc nihil intereſt. Pœna major eſt ejus qui cecidit, jus idem ejus qui cæſus eſt.

Pars altera. Tamdiu cecidit patrem, donec placeret tyranno ſatelles. Pro republ. inquit, feci. Idem & reipubl. imputas & tyranno. Habuiſti quod jactares tyranno. Frater maluit mori. periit, ne parricidium faceret, aut videret. Cæſus, inquit, pœnam dimitto. Mirarer, niſi pro tam bono patre fuiſſet, qui mori vellet. Pater, inquit, voluit, ſed frater noluit. Pater, inquit, voluit. Ita tu non tantum tyranno, ſed etiam patri dignus viſus es parricidio. Cecidiſti patrem, cum & legem noſſes, & fratrem.

Extra. Ab Oppio proconſule, cum quo in Cretam *Sabinus* ierat, in theatro Græci poſtulare cœperant, ut Sabinus maximum magiſtratum gereret. Mos autem eſt, barbam & capillos magiſtratui Cretenſium ſubmittere. Surrexit Sabinus, & ſilentio manu facto, Hunc magiſtratum, inquit, ego Romæ bis geſſi. bis enim reus cauſam dixerat. Græci non intelle-

tellexerunt, ſed bene precati Cæſari, petebant, ut illum honorem Sabinus tertio gereret. Idem cum reus rogaret, ut in lautumias transferretur: Non eſt, inquit, quod quemquam veſtrum decipiat nomen lautumiæ: illa animo meo lauta res eſt. jocabatur in miſeriis ac periculis ſuis, in quibus jocari eum non debuiſſe, quis neſcit? potuiſſe, quis credit?

DECLAMATIO V.

Privignus ab avo raptus novercæ.

De vi ſit actio. *Quidam duos filios ſub noverca amiſit, dubiis cruditatis & veneni ſignis. Tertium filium avus maternus rapuit, qui ad viſendos nepotes ægros non fuerat admiſſus. Quærenti patri per præconem, dixit apud ſe eſſe. Accuſatur de vi.*

(*Ex Controv.* 5. *lib.* 8.)

DECLAMATIO. Habui filiam, quamvis unus filius ſuperſit, fœcundam: apud me nutriatur ſine. Quid times? ne non admittare, cum veneris? Non quæris filios, quos perdidiſti: quem non perdidiſti, quæris. Pater à me unum repetit, ego duos à patre. Plus habeo quod avo, quam quod reo timendum ſit. Veni ad ægrotantes nepotes: admiſſus non ſum: hæc vera vis fuit. Nulla vis eſt, quæ arma, pugnam, vulnera non habuit. Deſcribe iſtius comitatum tumultus. unus eſt, & unus ſenex. Rapuiſti, inquit, filium meum. immo nepotem meum ſuſtuli: immo venientem non potui excludere. Sic cujus obſeſſam latronibus armata manu conjugem, liberoſque rapuiſſet. Quod vivit puer, beneficium erit meum. Et medici alligant, & corporibus noſtris vi medentur. Non poteſt mecum agere, tanquam cum alieno. Habet ſua jura natura. Et hoc inter patrem & avum intereſt, quod avo ſervare licet ſuos, patri & occidere. Quæ eſt iſta tam ſera pietas, tam præpoſtera? quærere tuos à tertio incipis. Quiſquis puero favit, ne inveniretur optavit.

Pars altera. Non ut nepotem ſervaret, fecit, ſed ut infamaret uxorem veneficii, me veneficæ mancipatum. Cum ſocero mihi, Judices, ne viva quidem priore uxore, convenit: mortua vero, inimicum profeſſus. Languente puero, cum vociferatione & convitio auſpicans quicquid accidit, venit, qui ad ſanos nepotes nunquam antea veniſſet. Non admiſi: & tunc enim vidi venire rapturum.

Extra. Habet hoc *Montanus* vitium, ſententias ſuas repetendo corrumpit. dum non eſt contentus unam rem ſemel bene dicere, efficit, ne bene dixerit. Propter hoc ſolebat Montanum *Scaurus* inter oratores Ovidium vocare. Nam & Ovidius neſcit, quod bene ceſſit, relinquere. Cum Polyxene eſſet adducta tumulo Achillis immolanda, Hecuba dixit:

——— cinis ipſe ſepulti
In genus hoc pugnat.

Poterat eſſe contentus, adjecit:

— Tumulo quoque ſenſimus hoſtem.

Neque hoc contentus, adjecit:

Æacidæ fœcunda fui.

Aiebat Scaurus, non minus magnam virtutem eſſe, ſcire deſinere, quam ſcire dicere.

DECLAMATIO VI.

Filia conſcia in veneno privigni.

Lex. Venefica torqueatur, donec conſcios indicet. *Quidam mortua uxore, ex qua habebat filium, duxit aliam, & ex ea filium ſuſtulit. Veneficii damnata, dum torqueretur, dixit conſciam puellam. Petitur ad ſupplicium puella. Pater defendit eam.*

(*Ex Controverſ. 6. lib.* 8.)

DECLAMATIO. Non prodeſſet tibi, puella, quod te amavit frater, niſi mater odiſſet. Nefanda mulier, etiam filiæ noverca, ne mori quidem potuit, niſi & occideret.

ret. In gladiatoribus quoque conditio dura victoris eſt, cum moriente pugnantis. Nullum magis adverſarium timeas, quam qui vivere non poteſt, occidere poteſt. Concitatiſſima eſt rabies in deſperatione, & morte ultima in furorem animus impellitur. Quædam feræ ipſa tela commordent, & in mortis auctorem per vulnera ruunt. Gladiator quem armatus fugerat, nudus inſequitur. & præcipitati non quod impulit tantum trahunt, ſed quod occurrit. Naturali quodam deploratæ mentis affectu, morientibus gratiſſimum eſt commori. O mendacium ſimile veneficio! dum novercæ meminit, matris oblita eſt. Peto, ne quia filium vindicavi, filiam perdam: niſi ſuccurritis, noverca vicit, ego victus ſum. Ne inter ſupplicia quidem deſinit occidere. Proſit apud vos puellæ, quod pater eam laudat: proſit, quod mater accuſat. Conſcia, inquit, eſt filia. Ego torqueri cœpi, noverca torquere. Habui filium talem, ut illum amare poſſet noverca, niſi in eam incidiſſet, quæ odiſſe etiam filiam poſſet. Servus furti tortus, Catonem conſcium dixit. Utrum plus tormentis creditis, an Catoni? Quid noverca tam ſero, puella tam cito? In hoc veneficii pœnas dabat, ut accuſationis exigeret.

Pars altera. Quarumdam ferarum catuli cum rabie naſcuntur: venena à radicibus ſtatim peſtifera ſunt. Quid illa quæ fratrem in moram ſequentis patris ſparſit? habes exemplum, quod & ſorori conveniat, & virgini. Noverca in hoc privigno dedit venenum, ut filia ſola heres eſſet: idcirco adhibuit & conſciam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

EX LIBRO DECIMO.

DECLAMATIO I.

Lugens pauperis filius divitem ſequens.

Injuriarum ſit actio. *Quidam cum haberet filium, & divitem inimicum, occiſus, inſpoliatus inventus eſt. Adoleſcens ſordidatus ſequi divitem cœpit. Dives eduxit eum in jus, & poſtulavit, ut, ſi quid ſuſpicaretur, argueret. Adoleſcens ait, Accuſabo, cum potero. Dives petens honores, repulſus eſt. accuſat injuriarum pauperis filium.*

(*Ex Controv. 1. lib. 10.*)

DECLAMATIO. Gratias diviti, quod quos odit, jam reos facere contentus eſt. Non ambulabis, inquit, eadem via, non calcabis veſtigia mea, non offeres delicatis oculis ſordidam veſtem, non flebis, me invito, non tacebis. perieramus, ſi hic magiſtratus eſſet. Quod ſordidatus fuit, luctus eſt: quod flevit, pietatis: quod non accuſavit, timoris: quod repulſus eſt, veſtrum eſt. Honores patre meo vivo nunquam petivit. Vitium me meum ſequitur. taceo. Utinam hoc vitium habuiſſet & pater. Quando vobis non ſordidati ſumus? Accuſa, inquit, pauper divitem. Ambulare mihi arbitrio meo non licet? Accuſa, inquit: reum perage: perora. quis accuſare ſic loquentem poteſt? Cur, inquit, me ſequeris? aliud ergo pauperes iter, aliud divites habent? Quiſquis percuſſor fuit, quaſi dives ſpolia contempſit. Mortuo patre meo: metuo enim, ne quis ſe lædi putet, ſi dixero occiſum.

occiſum. Sordidatus, inquit, fles. Quid aliud facere poſſum, occiſi pauperis filius? Quid accuſanti feciſſet, qui perſequitur tacentem? Quare, inquit, ſequeris me? Ut aliquando miſerearis mei, ut deſinas afflictam domum perſequi. Eum accuſatorem habeo, qui ſe non eſſe reum miratur. Cur, inquit, non agis? Quia adeo non metuis, ut cogas. Sordidatus ſum. Quod reo licet, lugenti non licet? An ne lugebo quidem, quem vindicare non poſſum? Non erat in illo præda, quam graſſator appeteret. erat ſumma virtus, contumax adverſus divitiarum faſtidium innocentia. Hæc ab inimico petita ſunt ſpolia. Quis cædem machinatus eſt? Scire non poſſum. quod diſſimulari non poteſt, ſcio quis optaverit. Et tu dives inimicus es: & ille inſpoliatus inventus eſt. non eſt cur accuſem, ſed eſt cur ſuſpicer.

Pars altera. Ut ſcias te invidiam mihi facere, cum dixiſſem, Accuſa me: non negaſti, ſed reſpondiſti, Accuſabo, cum potero.

DECLAMATIO II.

Vir fortis non cedens forti patri.

Viro forti præmium. Si plures fuerint, judicio contendant. *Pater & filius fortiter fecerunt. Pater petit à filio, ut ſibi cederet. Ille noluit. judicio contendunt. vicit patrem. petit præmio ſtatuas patri. abdicatur.* C. D.

DECLAMATIO. Quem optem judicii hujus eventum neſcio, cum crimen meum ſit, viciſſe. Patriæ judicium habeo, patris perdidi. Patrem in acie vidi, pugnavi cum exemplo. Judicium vocatur, quo pater & filius ſpolia contulimus. Vici, non filius patrem, ſed juvenis ſenem. Ego vici, ſed omnes gratulati ſunt patri. Cogitavi Horatium Etruſcas acies corpore ſuo ſubmoventem. cogitavi Decium, qui nec ipſe patri ceſſit. Pugnavi non tantum imperatori,

ratori, ſed etiam patri. Avidus ſum gloriæ. hoc ſi vitium eſt, paternum eſt. Pudeat pater, ſi te vicit filius abdicandus. Ego præmium habeo: tu & præmium, & virum fortem. Virtutes noſtræ ſilentio præteriſſent: illuſtratæ ſunt, dum conferuntur. Judicaverunt non quod erat, ſed quod te malle credebant. Honor ad utrumque pervenit: alter præmium habet, alter percipit.

Pars altera. Nolo habitare cum adverſario meo. non capit idem contubernium, victum & virum fortem. Statuam, inquit, tibi poſui. imo ne poſſem unquam me victum obliviſci, ignominiam meam in æs incidiſti.

DECLAMATIO III.

Demens quod mori filiam coëgerit.

Dementiæ ſit actio. *Bello civili quædam virum ſecuta eſt, cum in diverſa parte haberet patrem & fratrem. Victis partibus ſuis, & occiſo marito, venit ad patrem.* [1] *à quo non recepta, ait patri: Quemadmodum vis tibi ſatisfaciam? Ille reſpondit: Morere. Suſpendit ſe ante januam ejus. Accuſatur pater à filio dementiæ.*

DECLAMATIO. Sic ſibi ſatisfieri, ne victor quidem voluit. Nullum fuit in proſcriptione mulieris caput. Inquinaſti filiæ ſanguine penates. quamquam quid loquor penates, tanquam in domo perierit? Allatum ad ſe Pompeii caput Cæſar flevit: & hoc illi propter filiam præſtitit. Quemadmodum vis ſatisfaciam tibi? Hoc ipſo ſatisfeciſſe puella debuerat: adeo & in maritum & in patrem pia, ut alterum [2] uſque ad mortem ſecuta ſit, & alteri morte ſatisfecerit. Periculoſe offendo patrem qui neſcit ignoſcere. Morere.

Decl. III. 1 *A quo recepta, ait patri*] Membrana Voſſ. & Hug. *à quo non recepta, ait patri.* Ut habes Controv. 32. *Gronovius.*

2 *Uſque ad mortem ſecuta ſit*] Membran. Voſſ. *ut alterum uſque in mortem ſecuta ſit, alteri etiam morte ſatiſfecerit.* Ut & Hug. niſi quod *in Martem*. Idem.

3 *Mul-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

rere. quid aliud meruerat, ſi ſatisfacere noluiſſet? Defendiſti Ligarium Cicero. quam leve judicaſti crimen, de quo confeſſus es! Ante ipſum domus limen extincta eſt, ne dubitari poſſet, marito periſſet, an patri. Meruerat, inquit. accuſas etiamnum? Et certe jam tibi ſatisfactum eſt. Secutus eſt gener diverſas partes, uxor ſuas. Optima civilis belli defenſio, oblivio eſt. Morere, inquit. Etiam quibus animadvertere in damnatos neceſſe eſt, non dicunt, *Occide*, non, *Morere*: ſed, *Age lege.* crudelitatem imperii verbo mitiore ſubducunt.

Pars altera. Mores tuos patri debes approbare, non patris regere. [3] Multa potes jam dementiæ ſigna colligere: non potes patrem propter verba damnare. Animadvertit Manlius in filium, & victorem quidem: animadvertit Brutus in liberos, non factos hoſtes, ſed futuros. vide an ſub iſtis exemplis patri fortius liceat tantum loqui. Contumaciter rogavit, quemadmodum & periit. nihil agnovi filiæ, nihil victæ. non miſit ad patrem fratrem. An etiamnum iraſcitur fratri? Cur me ſolum rogat, cum duobus ſatisfacere debeat? Victor, inquit, cito exoratus eſt. Facilius eſt ignoſcere bello, quam parricidio. Etiam morte patri quæſivit invidiam. Periſſe propter patrem dicitur mulier, quæ virum habuit, propter quem mori poſſet.

DECLAMATIO IV.

Mendici debilitati.

Reipubl. læſæ ſit actio. *Quidam expoſitos educabat, & debilitatos mendicare cogebat, ut ſibi mercedem referrent. Accuſatur læſæ Reipub.*

(*Ex Controv.* 4. *lib.* 10.)

DECLAMATIO. Factum eſt, ne liberos patres aut agnoſcant, aut recipiant. Vectigalis iſti crudelitas, eo magis,

3 *Multa potes jam dementiæ ſigna*] Membr. Voſſ. & Hug. *Multa debes dementiæ ſigna colligere.* Gronovius.

magis, quod omnes præter iſtum miſericordes ſumus. Effectum eſt, ut nihil eſſet miſerius expoſitis, quam tolli: parentibus, quam agnoſcere. Alterius comminutas ſcapulas in deforme tuber extundit. Produc familiam tuam. Volo noſſe illam humanarum calamitatum officinam. Sua cuique calamitas tanquam ars aſſignatur. Intuemini illi erutos oculos, illi effractos pedes. [1] Quid horreſcitis? ſic iſte miſeretur. Novum monſtrum! integer alitur, debiles alunt. Periſſent, inquit. ita non infelicius ſuperſunt? Periſſent, inquit. interroga patres, utrum maluerint. Quanti ex his viri fortes, quanti tyrannicidæ, quanti futuri ſacerdotes? Num incredibilia loquor? Ex hac fortuna origo Romanæ gentis apparuit. Plus acceptum crudelitati, quam expenſum miſericordiæ refert. Expoſitas aluerunt etiam feræ, ſatis futuræ mites, ſi præteriſſent. Quorum cum ubique audiantur preces, in ſua tantum cauſa ceſſant. Abſciſſa eſt illis lingua, & eſt rogandi genus, rogare non poſſe. Miſeremini omnium, judices, quorum ſingulorum miſereri ſoletis. Iſtis nos vindictam negaturos putas, quibus ne id quidem negavimus, quod tibi daturi erant? Res indigniſſima: cum tam crudelis ſit, miſericordia publica vivit. Exurgite miſeri, & hodie vobis primum rogate. Tibi, inquit, quotidiana captura non conſtat, apparet te nondum ſatis miſerum videri. Occurrunt nuptiis dira omina, fatis publicis auſpicia feralia: & diebus in hilaritatem dicatis ſemianimes iſti greges oberrant. Alunt iſtum, qui ſe alere non poſſunt. Non eſt qui rogare neſciat. ſolet etiam docere. Non habes tot membra, quot debes. Ergo tu cum de publica miſericordia cogitares, tam crudelis eſſe potuiſti? Miſeros, qui ſic rogant: miſeriores, qui ſic rogantur! Omnes omnibus ſtipem conferunt, dum quiſque timet, ne filio neget. Effeciſti, ut majus eſſet malum educari, quam exponi. Timebantur feræ atque ſerpentes,

Decl. IV. 1 *Quid horreſcitis*] Membran. Voſſ. *Quid exhorreſcitis?* Et mox: *Abſciſſa eſt illi lingua.* Gronovius.

pentes,& inimicus teneris artubus rigor, inopia quoque: inter expoſitorum pericula non numerabamus educatorem.

Pars altera. Debilitaſti, inquit; plus illis patres nocuerunt. Quid videtur laniſta? qui juvenes cogit ad gladium: & tamen non accuſatur læſæ reipubl. Quid leno? qui ſtuprum pati cogit invitas, nec rempubl. læſit. Ego reum non laudari deſidero, ſed abſolvi. noceat hoc illi, cum petet honores. Poteſt enim aliquis & non eſſe homo honeſtus, & eſſe innocens reus. Ut illis multum ablatum ſit, vita reddita eſt. Reipub. læſæ non poteſt agi eorum nomine, qui extra rempub. ſunt. Egens homo, & qui ne me quidem alere, nedum alios poſſum, ſuſtuli relictos: quibus non injuria fieret, ſi aliquid detraheretur; ſed beneficio cederet, ſi vita ſervaretur. Faciant invidiam, dicant illos per me miſere vivere, dum fateantur per me vivere. Unius miſericordia vivunt, omnium aluntur. Mirum eſt, vacare homines huic cogitationi, ut curent quid homo mendicus inter mendicos agat. Civitatis iſtius principes divitias ſuas exercent contra naturam: exciſorum greges habent: exoletos ſuos, ut ad longiorem patientiam impudicitiæ idonei ſint, amputant: & quia ipſos pudet viros eſſe, id agunt, ut quam pauci viri ſint. His nemo ſuccurrit delicatis & formoſis debilibus. Curatis, quis ex ſolitudine infantes auferat, perituros niſi auferantur: non curatis, quod iſti beati ſolitudines ſuas ingenuorum ergaſtulis excolunt, & miſerrimorum juvenum ſimplicitate decepta, ſpecioſiſſimum quemque, ac maxime idoneum caſtris, in ludum detrudunt.

DECLAMATIO V.

Parrhaſius & Prometheus.

Reipublicæ læſæ ſit actio. *Parrhaſius pictor Athenienſis, cum Philippus captivos Olynthios venderet, emit unum ſenem. Athenas perduxit, deinde torſit.* [1] *Ad exemplar torti, Prometheum pinxit. Olynthius in tormentis periit, ille in templo Minervæ tabulam poſuit. Accuſatur læſæ reipubl.*

(*Ex Controv.* 5. *lib.* 10.)

DECLAMATIO. Senex abſtractus à liberis ſuper exuſtæ patriæ cinerem ſtetit: ad figurandum Prometheum ſatis triſtis eſt. Nemo, ut naufragium pingeret, merſit hominem. Ultima Olynthii precatio fuit: Redde me Philippo. Servus, inquit, meus fuit. Putes Philippum loqui. Ædem Minervæ fugimus tanquam caſtra Macedonum. Parum, inquit, triſtis eſt. Aliquis Olynthius parum triſtis eſt? Vis, Parrhaſi, triſtem videre? duc illum ad Olynthum jacentem. Scis certe, quam triſtem emeris. Olynthiis urbem aperuimus, templa præcluſimus. Nemo Olynthius tortus eſſet, ſi omnes illos Macedones emiſſent. Torqueatur. hoc ſub Philippo. Moriatur. hoc nec ſub Jove. Sic iſte hoſpitalis Olynthio fuit. Hoc eſt Promethea facere, non pingere. Emi, inquit. immo ſi Athenienſis es, redemiſti. In iſto templo pro Olynthiis vota ſuſcepimus. Ille carnifex Græciæ iſtum tamen non amplius quam vendidit. Producitur nobilis ſenex, longa miſeriarum tabe confectus, & tam triſtis, quam ſi jam tortus eſſet. Quemcunque præco viderat flentem, agnoſcebat emptorem. Vereor, ne quis cum audierit Olynthii verbera, tormenta, ignes, me queri de Philippo putet. Si iſti creditis, iratum Jovem imitatus eſt: ſi nobis, vicit iratum Philippum. Tantum patiendum eſt pin-

Decl. V. *Ad exemplum torti Prometheum pinxit*] Membran. Voſſ. *Promethea*. Gronovius.

pingente Parrhaſio, quantum irato Jove. Miſerrime ſenex, aliquis forte ex ſervis tuis felicius ſervit. Si ad ſuccurrendum profectus es, queror quod unum emiſti: ſi ad torquendum, queror quod ullum. Statuitur ex altera parte Parrhaſius cum coloribus, ex altera tortor cum ignibus. Dubium eſt inter iſta, Parrhaſius ſtudioſius pingat, an ille ſæviat. Producitur reſpiciens patriam ſenex. Placuit Parrhaſio vultus infelix. Habuit autem aliquid Olynthius Promethei ſimile & ante tormenta. Ignis, tormenta, ferrum: officina hæc pictoris, an Philippi eſt?

Pars altera. Nunquam unius malo publica fama corrumpitur. Solidior eſt opinio Athenienſium, quam ut labefactari tormentis captivi poſſit. Læſiſti, inquit, rempubl. quod hanc picturam in templo poſuiſti. lædunt rempublicam, qui aliquid illi auferunt, non qui aliquid adjiciunt. Peccaverunt ergo recipiendo tabulam, & ſacerdotes. Cur autem non reciperent? deorum crimina in templis picta ſunt. Multum ſemper artibus licuit. Medici ut vim ignotam morbi cognoſcerent, viſcera hominum reſciderunt.

DECLAMATIO VI.

Fur accuſator proditoris.

Injuriarum ſit actio. Fur concione prohibeatur. *Quidam cum divitem accuſaſſet proditionis, noctu parietem ejus perfodit, & ſcrinium, in quo miſſæ erant ab hoſtibus literæ, ſuſtulit. damnatus eſt dives. Cum concionari vellet accuſator, à magiſtratu prohibitus eſt. Agit injuriarum.*

(*Ex Controv.* 6. *lib.* 10.)

DECLAMATIO. Id ſolum ſuſtuli, quod fur reliquiſſet. nil magis fur timui, quam ne dominus furtum agnoſcere nollet. Ruentem civitatis ſtatum, unius parietis ruina ſuſpendit. Profiteor indicium furti mei. civitas conſcia eſt. Furtum eſt, quod timet dominus agnoſcere? quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

qui perdidit, ſupplicium tulit: præmium, qui ſurripuit? Cui magis permiſiſſes loqui, ſi eodem tempore & fur veniſſet & dominus? Mille navium duces furto Troiam cepiſtis. Si bene furto evertuntur urbes, quanto melius liberantur? In forum veni, narravi nocturnam expeditionem meam. Convenerant omnes, tanquam ad concionem. Cur me ſubmoves ante accuſationem: cum nec proditores inauditi pereant? O furtum in concione narrandum! proditoris vigilantiſſimum pectus, & in exitia noſtra ſemper ſolicitum, publica fata ſopierant. ita etiam miniſtros ejus alligaverat ſomnus, ut mihi liceret eligere quod tollerem. Diruere mihi videbar hoſtium muros. Furtum vocas, quo nihil melius tuo anno factum eſt. Nemo fur rempub. cogitat. nihil non licet pro rep. facere.

Pars altera. Quale illud, dii, ſpectaculum fuit! compoſuerat inter ſe fortuna reip. furem & proditorem. Ut vidit inutile furtum ſuum, prodidit, ut nobis venderet, quod nulli poterat. Tam callidus fur, ut etiam proditori poſſet imponere. Conſilium videri vult infelicitatem furti ſui. Lex quæ nocturnum furem occidi quoquo modo jubet, non de damnato tantum, ſed de fure loquitur. Odit hoc vitium, nec immerito: non multum abeſt à proditore. Suſtulit quod non elegit; ſed quod illi fatum publicæ felicitatis objecit. Uno tempore & proditorem nobis oſtendit, & furem, qui divitem compilare mallet, quam damnare. Effregit domum manu ſuſpenſa. eluſit illum. non tunc primum fecit. Suſtulit non quod voluit, ſed quod potuit. Bono exemplo damnatus eſt proditor, malo inventus.

L. ANNÆI SENECÆ RHETORIS FRAGMENTUM.

Quinctilianus, cap. 2. lib. 9.

NOvi vero & præcipue declamatores audacius, nec mehercule ſine motu quodam imaginantur, ut Seneca in Controverſia, cujus ſumma eſt, quod pater filium & novercam, inducente altero filio, in adulterio deprehenſos occidit. *Duc, ſequor, accipe hanc ſenilem manum, & quocumque vis imprime.* Et paulò poſt: *Aſpice,* inquit, *quod diu non credidiſti, ego vero non video, nox oboritur & craſſa caligo.* Habet hæc figura manifeſtius aliquid. non enim narrari res, ſed agi videtur.

EPITAPHIUM M. ANNÆI SENECÆ.

Cura, labor, meritum, ſumpti pro munere honores,
Ite, alias poſthac ſollicitate animas.
Me procul à vobis Deus evocat. Ilicet actis
Rebus terrenis hoſpita terra vale.
Corpus, avara, tamen ſolennibus accipe ſaxis;
Namque animam cælo reddimus, oſſa tibi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

G R Æ C A,

Quibus hiatus expleti, Latine reddita.

Controversia II.

Ἐγὼ δ' ἐζησώπησα πώτερον τὸν ἄνδρα, γεγένηταί τις, ἢ προσέρ-ῥαπται. *Locus non explicabilis.* forte ἐδυσώπησα πρότερον.

Εἶδε. φιλάρρενα μοιχὸν ἔλαβον.

Novit. virorum amantem adulterum accepi.

Controversia III.

Τάλαινα καὶ τὸ δεύτερον.

Miſera etiam ſecundo.

Ἀεὶ ἐχθρὸν νομίσῃς ἐφ' ᾧ βέβλησαι.

Semper hoſtem putaveris per quem dejecta fuiſti.

Controversia V.

Ἐπὶ τὴν τρίτην νὺξ ἔχανεν.

Ad tertiam nox inhiavit.

Controversia VI.

Ὅρκος ἐστὶ πεῖσμα (alias πῆγμα) καὶ παρὰ πειραταῖς νημερτὲς μένον.

Jusjurandum eſt firmamentum, etiam apud piratas verum manens.

Λοιδόρει νῦν τὸν ἀρχιπειρατὴν, τὸν μιαιφόνον, τὸν ΠΡΟΣΕΛΟΝ. πρόσθες, εἰ θέλεις, καὶ τὸν ἐπίορκον.

Convitiare nunc archipiratæ, ſanguinario..... adde, ſi libet, etiam perjuro.

Controversia VII.

—— καὶ κύσε χεῖρας
Δεινὰς, ἀνδροφόνους, αἵ οἱ πολέας κτάνον υἷας.

—— Atque oſcula fixit
Sanguineis manibus natorum cæde cruentis.

Ἐλεήσατε αὐτὸν, ὃς κινδυνεύει πατέρα θρέψαι.

Miſereat vos ejus, qui ob alimentum patri datum periclitatur.

Φιλότεκνε πάτερ, καὶ σοί τι....

Pater filii amans, & tibi aliquid....

Ἄξεινον σκάφος. καὶ τίς τῶν ἀντιδίκων ἐν αὐτῷ τῷ σκάφει πατήρ ἐστι;
Inhoſpitalis ſcapha. & quis adverſariorum in ipſa ſcapha pater eſt?

Διπλᾶ δώσω, ἂν ἀποκόπτητε τὰς χεῖρας. ἐζήτουν οἱ πειραταί, μή τις τυραννήσας, μή τις μοιχεύσας.

Dupla dabo, ſi manus ſecabitis. Quærebant piratæ, num quis tyrannidem exercuerit, num quis fornicatus ſit.

Controversia VIII.

Οὕτως ἂν καὶ ἄτιμον ἐφίλουν.

Adeo inglorium diligebant.

Παραστήσωμεν αὐτὸν τοῖς δικασταῖς ἀρειμάνιον.

Siſtamus illum judicibus belli ardore inſanum.

Κείσομαι ὡς τεῖχος. τὴν τάφρον ὑπέρβηθι, καὶ πατέρα.

Jacebo ut murus: foſſam tranſi, & patrem.

Δαιμόνιε, φθίσει σε τὸ σὸν μένος. *Homerus Il. ξ. v. 207.*

Te, generoſe, tuus perdet furor.

Οὐκέτι ἐν τῷ θανάτῳ. καταφρονῶ τούτου. πατὴρ εἷς ἐμή. non amplius ....

Ἂν ἐπιτύχῃς, μίαν προσθήσεις ἀριστείαν· ἂν δ' ἀποτύχῃς, τρεῖς ἀριστείας ἀπολέσεις.

Si nactus eris, unam appones fortitudinem. ſin minus, tres amittes res præclare geſtas.

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἱκανὸν εἰς τὸ ὑποκείμενον. ΤΟΣ προπεμπτικόν.

Parum idoneum eſt ad præſentem rem ... comitativum.

Ἔστι πατήρ, ἔστι· οὐ τύχη μαντικώτατον;

Eſt pater, eſt maxime: nonne fortuna eſt res, quæ maxime futura præſagit?

Μία γάρ ἐστι πρὸς τύχην ἀσφάλεια, τὸ μὴ τοσαυτάκις αὐτὴν πειρᾶσαι.

Una eſt enim ad fortunam ſecuritas, non toties eam experiri.

Τί σε ποιοῦμαι, τέκνον, ἵν' ἄσμενα ποιοίην; ἀλλ' εἰ μὲν φθαίην, φοβοῦμαι, μή τι οὐ παράταξις, μή τι οὐ πόλεμος. μὴ τοῦτο ἀρκεῖ; φοβοῦμαι περὶ τῆς οἰκουμένης. τί, τέκνον, ἐρυθριᾷς;

Quid tibi faciam, fili, ut libentia faciam? ſed ſi quidem

 præ-

prævertam, timeo, ne quid non acies, nequid non bellum. ne hoc quidem ſufficit? metuo orbi terrarum. quid, fili, erubeſcis?

Controversia IX.

Ὅτι ὡμονόησα, πονηρεύῃ, ὁμολογῶν οἷ' ἐφίστανται.

Quia conſenſi, agis maligne, confitens qualia aggrediantur.

Οὐ σύ γε εἶ πατὴρ τῶν βεβαίων κτημάτων; Πλουτοῦσιν, οἷς πλούσιοι προπάτορες ἀπαντῶσιν.

Non tu es pater ſtabilium poſſeſſionum? divites ſunt, quibus majores divites ſunt.

Περιελευσόμεθα τέσσαρες ἑνὸς ἀπόῤῥητον.

Circumluſtrabimus quatuor unius arcanum.

Controversia XI.

Πέπεισται, φησιν, ὁ τῆς φθαρείσης πατὴρ ὅδε. ὡς ταχέως; μονονοὺ πρὸ τῆς φθορᾶς.

Perſuaſus eſt, ait, hic corruptæ pater. quam cito? tantum non ante corruptionem.

Λέγε, σε τίς θι .... πρὸς πατέρα τῆς ἐφθαρμένης; Ἀντίφωνα κεῖται, σ' ἐποπτεύει, καὶ σιωπᾷς ἀεί.

Dic, te quis .... ad corruptæ patrem? Pars adverſaria conſtituta eſt; te contuetur; tu autem aſſidue ſiles.

Μάλα ἀπορῶ. σε μέσον ΕΡΗΣΡΥΕΗΣ ἔτι ἔφθην, ὦ ΚΡ. πότερον ἀπώθω μέριμναν, οὗ πρὶν ὦσα τὸν ἔλεον;

Valde animi pendeo. te medium ..... adhuc aſſecutus ſum, ô Cr. utrum repello anxiam curam, cujus antea repuli commiſerationem?

Ἐβόων ἀστοί, ἐβόων ἁλιεῖς, τίς ἄρ' ἥρπασέ σε; εἰς τί παρεγένου; εἰς τί παρεγίνετο; καὶ ταῦτα ἤτοι ἱστὰς ἐνέδρας, ἤ τι ὅμοιον.

Inclamabant cives, inclamabant piſcatores, quiſnam te rapuit? ad quid acceſſiſti? ad quid acceſſit? & hæc ſive ponens inſidias, ſive ſimile quid.

Controversia XIV.

Εἰ τὴν ἀρχὴν δαπανῶ, σὺ δ' οὐκ ἐρᾷς παύῃ;

Num principatum decoquo, tu vero à re amata quieſcis?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Ἐπὶ τῆς ἀσωτίας τούτῳ διαφωνοῦμεν· σὺ μὲν δαπανᾷς ἡδόμενος, ἐγὼ δὲ δωρούμενος.

In luxuria ſic diſcrepamus : tu quidem voluptuando ſumptus facis, ego vero largiendo.

Στῆτε μὲν, ἰὼ ἐν δέοντι ἀνασωθῇ.

State quidem, ſi forte tempeſtive luxuriari deſinit.

Αἱ δ᾽ ἔξω ῥυεῖσαι σάρκες, εἰς μηδὲν μεταβάλλονται.

Quæ vero foras fluunt carnes, in nihilum rediguntur.

Ὦ τύχης δεινῆς! ταῦτα ἐπιτάττοντες ἀλλήλοις ἐποιοῦμεν.

O gravis fortuna! hæc nobis mutuo imperantes, agebamus.

Γνώσῃ, τέκνον, ὅτι νοῦς ἂν πάθῃ τι, ἀναφύει.

Noſcas, fili, mentem perturbationibus renaſci.

Controversia XVI.

Ποσειδῶν, ἀμετρίτων δέσποτα βυθῶν, τὴν ἀερίων καρπωσάμενε βασιλείαν, ἀνάγεται πατροκτόνος. μετὰ πατέρα δίκασον.

Neptune, immenſi domine profundi, adepte regnum ætherium, adducit parricida. poſt patrem judica.

Οὐκ εἶχε καιρὸν παίζειν.

Non habuerat jocandi occaſionem.

Πεπείρασαι, πάτερ, ὅτι * (κανὼν) καινὸν πρὸς νουνεχῆ υἱός ἐστιν εὔχρηστος.

Expertus es, pater, quod norma ad res ingenioſas filius eſt utilis ac frugi.

Νηΐου εὐπλοήσαντος ἀναγωγὴ, ἄκουσον. Subaudi στόλου.

Navalis claſſis bene navigantis eductio, attende.

Σκάφος ἔρημον ἀνόστου τύχης.

Navis deſerta non reducis eſt fortunæ.

Ναυαγὸς ἀπὸ λιμένων ἀνῆγον.

Naufragus è portu ſolvebam.

Αἴτησαι νῦν, πάτερ, πῶς ἀπέδυσεν (al. ἀνέδυσεν) ὅπως ἀπὸ δύο εἷς.

Exige nunc, pater, ut emerſerit, quomodo è duobus unus.

Controversia XIX.

Παρέθηκα, μῆτερ. ἴθι, λαβοῦ τέκνου. ταλαίπωρε, ὁρᾷς; βαίνει σοι.

ἐκεί-

ἐκράτησέ σ'. εἰ μέ, φησιν, οὐ τρέφεις, ἐπίμεινον ἵνα θύῃς.

Appone, mater. vade, recipe filium. miſer vides? accedit ad te. vicit te. ſi me, inquit, non alis, exſpecta ut ſacrifices.

Τέκνον, κἂν με φεύγῃς, καταινύξομαί σ' ἐπαιτοῦσα.

Fili, quamvis me fugias, dolebo, te objurgans.

Controversia XX.

Μάταιον ἀδιαφόρημα.

Inanis neglectus.

Μητρυιᾷ χρῆσον ἔμπνουν μάρτυρα, ὦ νεανίον εὐσεβὲς, ὦ παιδίον τὸ (ΠΛΗΣΙΟΝ) σῆς μητρὸς ὅλον καὶ πατρός.

Novercæ utendum da ſpirantem teſtem, ô puſille pie, ô puer matris tuæ totus, & patris.

Τοῦ μὲν ἰδίου μάρτυρος ἐφείσατο, τοῦ δ' ἐμοῦ κατεφρόνησεν.

Teſti quidem ſuo pepercit, meum vero contemſit.

Controversia XXI.

Ὁ μὲν πατὴρ χείρων γέγονεν τυράννου, ὁ δὲ δοῦλος ἑαυτοῦ.

Pater quidem deterior factus eſt tyranno, ſervus autem ſe ipſo.

Controversia XXII.

Εἴ σοι μὲν λήξω, σέο δ' ἄρξομαι.

Si tibi deſinam, à te initium ſumam.

Controversia XXIV.

Σοὶ δὲ, μοιχὲ, τί ποιήσω; μὴ καὶ σοῦ Καλλίας πατήρ ἐστι;

Adulter, tibi quid agam? num etiam tuus Callias pater eſt?

Ἀχάριστός σοι δοκῶ, Καλλία. οὐκ οἶδας ποῦ μοι τὴν χάριν ἔδωκας ἤδη.

Ingratus tibi, Callia, videor. neſcis ubi mihi jam beneficium præſtiteris.

Δειναὶ γὰρ αἱ εὐπραξίαι συγκρύψαι, καὶ συσκιάσαι τὰ ἑκάστων ἁμαρτήματα.

Solent enim res ſecundæ uniuſcujuſque vitia tegere atque obumbrare.

Ὅτ' εἰσῆλθεν Κλινίας, τὰς πέδας ἀπεκάλυψα.

Ingreſſo Clinia pedicas retexi.

Συγγνώμην ἔχω μοί.

Ipſe mihi ignoſco.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Ἐπὶ τὸ πλησίον μαίνονται.

Ad propinqua inſaniunt.

Ὡς ἤκουσαν, ὅτι συμπόσιόν ἐστιν, ἤελζον.

Ut audierunt convivium eſſe, contenderunt.

ΠΑΝΤΕΣΕΜΟΝ ΖΟΝΟ ΤΙΕΣΑΤΟ. forte πάντες ἐμόναζον ὅθ' εἱστιᾶτο.

Omnes ſoli erant, dum convivatur.

Διηγήσομαι ὑμῖν καὶ τὸν κῶμον. male editum καιόν.

Narrabo & vobis convivium.

Ὡς ἐρωτικὸς ὁ κῶμος!

Quam amatoriæ epulæ!

Οὐδέποτε τεθέαμαι ἀναιρούμενον ἀναίτιον, εὐτυχῆ οὐδὲ ὄψῃ.

Nunquam vidi ſublatum innocentem, neque fortunatum videris.

Οὐδέποτε τεθέαμαι ἀναιρούμενον γυναῖκα, τῷ μὲν οὐ δεῖ.

Nunquam vidi ſublatam mulierculam à quo quidem non oportet.

Ὡς δ' ἀπήντησαν, οἷς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ πόρος ἐστὶν καὶ ἑταίρα καθεῖσεν, ἔκραγέ τις τάλας· ἐμὲ ἄπαγε. ἐγὼ γὰρ ἀδικῶ. ὃν καὶ ἀπῆγεν.

Ut vero ii occurrerunt, qui carceris habent aditum, & amica intromiſit, clamavit miſer quiſpiam: me abduc. ego enim nocens ſum. quem etiam abduxit.

CONTROVERSIA XXVI.

Ὁ πιθηκός μου.

Iſte ſimius meus.

Τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης, ποτέροισι μετείη.

Haud ſciſſes Diomedem, utra de parte fuiſſet.

Καὶ κακῶς. Et inepte.

Ἂν ἀμφοτέρους μοὶ μὴ ἀποδῷς, ἀπολέσεις αὐτῶν τὸ δίδυμον.

Si ambos mihi non reddideris, par ipſum vitiabis.

CONTROVERSIA XXVII.

Πρῶτον κολυμβᾶν, δεύτερον τὰ γράμματα.

Primum natare, deinde literas diſcere.

Controversia XXVIII.

Τοῦτο τὸ παιδίον, ὅταν εὑρεθῇ, τότε ἀπολεῖται.

Hic puer, cum repertus fuerit, peribit.

Controversia XXIX.

Τί οὖν; ἠψεύσατο κατὰ τῆς ἰδίας θυγατρός; οὐκ· ἀλλὰ κατὰ τῆς ἐμῆς.

Quid igitur ? in ſuam filiam mentitus eſt ? non ; verum in meam.

Συνοῖδα ἐμοί, φησιν ἡ θυγάτηρ. καὶ προσέθηκεν ἐκ τούτου.

Conſcia mihi ſum, ait filia. & exinde adjecit.

Controversia XXX.

Διὰ τοῦτο ἀσφαλέστατόν ἐστι μετὰ πλουσίων περιπατεῖν. διὰ τί σιγῶ; ὁ πατήρ μου λέγων ἀπέθανεν.

Propterea tutiſſimum eſt cum divitibus ambulare. cur taceo ? pater meus dicendo periit.

Κτίσωμεν ἰδίᾳ, ὦ πένητες, πόλιν· οἱ δὲ πλούσιοι τὴν αὐτῶν.

Exſtruamus privatim , ô inopes , civitatem : hi vero divites ſuam.

Ὑπὸ τίνος ἀνῃρέθη, οὐκ οἶδα. Ἔχει ἐχθροὺς φύσει τά τε ἄῤῥουστα γῆς, * καὶ ᾗ τὸ ῥεῖν ὕδωρ γίνεται.

A quo ſublatus ſit , neſcio. Terra hoſtes habet tum ubi ab omni aquarum fluxu aliena eſt, tum & ubi ad aquæ fluxum apta nata eſt.

Ὅταν εὕρω τὸν φονέα, τότ' εὖ γράψομαι. καί ποτε δεῖ ἂν εὕρω πένητα.

Quando homicidam reperero, tunc appoſite accuſabo. & oportet tandem pauperem nanciſcar.

Controversia XXXI.

Εἰ ὁ πάππος ὑπὸ τῆς φύσεως ἀποδοθεὶς, ΗΜΕΙΣ ἡμῖν παρέστη τῷ τότε δικαστηρίῳ, οὐκ ἂν εἶπεν· τίς νύ μοι ἡμέρη ἥδε, θεοὶ φίλοι; νὴ Δία μάλα χαίρων· οἵ τ' ἀρετῆς πέρι δῆριν ἔχουσιν, εἶπον, μῶν ὅδε πατρὸς ἀμείνων;

An avus ille à natura datus , nobis adfuerit in eo quod tunc inſtitutum eſt judicio , non facile dixerit. Quæ mihi dies hæc , cari dii ? per Jovem valde gaudebo. illi qui de virtute

virtute contentionem ſuſcipiunt, dixerunt, num hic patre melior?

Controversia XXXIII.

Τί κάκιον; καὶ τούτους τροφὰς αἰτεῖς, οὓς μὴ τρέφειν, ἀσεβές ἐστιν.

Quid pejus? & hos alimenta poſcis, quos non alere, impium eſt.

Κλαίουσαι μητέρες ἠράνιζον. εἰ μὲν ἐμὸς λέγουσαι, τὸ ἐμόν. εἰ δὲ ἀλλότριος, καὶ τὸ ἐμὸν ἄλλοι.

Lamentantes matres ſtipem corrogabant. ſi quidem meus dicentes, meum: ſin alienus, & meum alii.

Τὰ μὲν τῶν ἄλλων ἐρωτᾷν δεῖ γ' ἕως πρέπει· ἀλλ' ἡμέτερα ἀνάπηρα τρέφει.

De aliorum rebus quærere oportet, dum decet. ſed noſtra nutriunt mutila.

Πάλαι μὲν ἐκθέτους κίνδυνος ἦν τὸ ῥιφῆναι, νῦν δὲ τὸ τραφῆναι.

Olim quidem expoſitos periculum erat abjici, nunc vero nutriri.

Κρουσάτω τις τὴν θύραν. τῶν ἐχόντων τι προσαγάγοι τις. Ἄγε, σὺ δὲ κλαῖε, σὺ δὲ θρήνει. ὢ κακῶν ἀσυμφώνων!

Pulſato quis oſtium. Rerum huc pertinentium aliquid adducat quiſpiam. Age, tu plora, tu lamentare. O mala diſſona!

Αὕτη μόνη τοῖς ταλαιπώροις χαρὰ καταλέλειπται.

Hoc ſolum miſeris iſtis gaudium relictum eſt.

Controversia XXXIV.

Πῦρ καὶ ἄνθρωπος, Προμηθεῦ, τὰ σά σε δῶρα βασανίζει.

Ignis & homo, ô Prometheu, tua dona te torquent.

Προμηθεῦ, ἐπί σέ τις πῦρ καὶ ἄνθρωπον.

Prometheu, poſt te aliquis ignem & hominem.

Προμηθεῦ, μέ τις γράφων, ἄνθρωπον ἀφανίζει.

Prometheu, me quidam pingens, hominem perdit.

Δικαίως, ὦ Προμηθεῦ. διὰ τί γὰρ πῦρ ἔκλεπτες ἀνθρώπῳ;

Recte, ô Prometheu. nam quare ignem homini clepſiſti?

Ἢ πρόσθες, φησὶν, ἢ ἄφελε, ἵνα μὴ Ἀττικὸν ᾖ.

Vel appone, inquit, vel aufer, ne ſit Atticum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Ἡλίου καίοντος λύχνον οὐχ ἅπτω.

Sole ardente lucernam non accendo.

Εἰ πίνακι διαπύρῳ ζωγραφοῦνται, ΠΑΝΥ τυραννοῦνται.

Si in tabula ignita pinguntur, tyrannide utique vexantur.

Τίς Οἰδίπους λήτη ΑΛΙ, τίς Ἀτρεὺς, οὐ γράφεις. Ἴδε Ἥραν, μὴ μύθους ἴδῃς. ΖΗΝΝΙΑΣ. ζῇ Αἴας.

Quid ſit OEdipus erro, quis Atreus; non pingis. Vide Junonem, ne fabulas videas .... vivit Ajax.

Μή μοι Τρωάδας, μηδὲ Νιόβην. Ἐπίθες τῷ πυρὶ προνωπὴν Προμηθέα (* πέπτωκεν) * ΠΑΣΑΟΥΚΕΝ) (ΠΟΛΟΥΚΕΝ.)

Non mihi Troades, neque Nioben. Impone igni extenſum Promethea .... cecidit.

Ἀποκτείνατε Παῤῥάσιον, μὴ θελήσας γράφειν ἐξ ἡμῶν ἀρχέτυπον εὕρῃ.

Occidite Parrhaſium, ne pingere volens de nobis exemplar reperiat.

Διά σε, Παῤῥάσιε, ἀστείου ἐκπορευόμεθ' υἱέων ναοῦ, ἀφαγνίσαντες.

Propter te, Parrhaſi, urbano egredimur filiorum templo, poſtquam conſecravimus.

Ἄπιστος ἡ ὑπεροψία πρὸς τὸ ἀρέσκον εἶδος ἐβόα, Μένε.

Infidus faſtus ad gratam formam clamabat, Mane.

Σαρκοφάγα σου ἡ γραφὴ καὶ τὰ ζῶα.

Carnivora ſunt tua & pictura & animalia.

Ὧ τοῦτο τὸ πῦρ εἰς θεοὺς παρακλαπῆναι.

Cui contra Deos hunc ignem furandi facultas adeſt.

F I N I S.

JO:

ANDREÆ SCHOTTI IN M. ANNÆI SENECÆ SUASORIAS NOTÆ.

Suasoria I.

Pag. 1. **I**NITAM *cujuſque rei magnitudinem*] Quæ Suaſoria ἀκέφαλος hactenus, & titulo carens & capite, in vulgus apparuit, ea nuper principium accepit, unde ſenſum commodum elicias: caput tamen, ne quid diſſimulem, non uſquequaque conſtituitur, quod Rhetoris nomen deſideretur. Legebatur ad hanc diem SIN UT CUINQ. REI, in vulgaribus libris, nato, ut fit, errore, quod initio antiquorum codicum vacuum litteris minio auroque pingendis ſpatium relinqueretur. Quare ex INITAM imperitus librarius, cum Æolicum digamma deeſſe non divinaret, SIN UT audacter mala manu ſubjecit, rixandique materiam Vallæ, & Alciato ſuppeditavit. Acceptam ferimus hanc emendationem antiquiſſimis codicibus Brugenſi, Covarruviano, & Vaticano, mire hic conſpirantibus: quorum longe optimus, nec ſatis laudatus is eſt, quem Ant. Covarruviæ Didaci fratris, hominis omni doctrinæ genere, ac Juris ſcientia excellentis beneficio ſum conſecutus.

Pag. 2. *Qua mundo lugere ſatis eſt*] Probo *lucere*, ut infra, *Vicimus qua lucet.* Mundus vero eſt οὐρανός. Frequens Manilio Aſtronomicis. Paulo poſt: *Vaſtitas nutrit.* ſequor *nutrit*, non *mittit*, quod in Brug. cod. eſt.

Cælum Hercules meruit] Sic infr. Suaſor. 2. *Hercule gloriamur operibus cœlum merito.* Et Horatius lib. 3. Carm. Oda 3. de virtute:

Hac arte Pollux & vagus Hercules
Innixus, arces attigit igneas.

Et lib. 4. Od. 8.

——— *Sic Jovis intereſt*
Optatis epulis impiger Hercules.

Nihil tanti eſt quod ego] In Brug. & Covarr. eſt: *Nihil tutum eſt.* Mihi placet: *Nihil tanti eſt.*

Iidem ſunt termini & regni tui, & mundi] Sic & Alexander ipſe ea oratione, qua capta apud Indos Sangala milites tumultuantes, ad defectionemque ſpectantes ad officium revocavit, longiuſque pergere juſſit: ἀπὸ δὲ στηλῶν Ηρακλέους ἡ ἐντὸς Λιβύη πᾶσα ἡμετέρα γίγνεται καὶ ἡ Ἀσία δὴ οὔπω πᾶσα, καὶ ὅρος τῆς ταύτης ἀρχῆς, οὕσπερ καὶ τῆς γῆς ὅρους ὁ θεὸς ἐποίησεν.

Quo tibi operæ eſt adeſſe] In Brug. & Covarruv. legitur *opere adeſſe.* In Auguſtod. integre, *opere adeſſe*, ſine *eſt*. Equidem non exſculpo. In Covarruv. quidem aſcriptum margini recentiore manu: F. *opere finis adeſſet*, quod nec

ipſum mihi placet. *Operæ* pro *operæ pretium* antiquis uſitatum eſt. Ennius apud Perſium Sat. 6.

Lunai portum eſt operæ cognoſcere cives.

Amicus tentabat: *operæ finis adeſt*. Id eſt bellicæ operæ & victoriæ finis eſt. Sed *finis* non eſt in membranis. quare amplius pronuntio.

Iidem ſunt termini & regni tui, & mundi] Sic & Alexander ipſe ea oratione, qua capta apud Indos Sangala milites tumultuantes, ad defectionemque ſpectantes ad officium revocavit, longiuſque pergere juſſit: ἀπὸ τῶν ϛηλῶν Ἡρακλέους ἡ αὐτὸς Λιβύη πᾶσα ἡμετέρα γίγνεται, καὶ ἡ Ἀσία δὴ οὕτω πᾶσα, καὶ ὅρος τῆς ταύτης ἀρχῆς, ὅπερ καὶ τῆς γῆς ὅρους ὁ θεὸς ἐποίησεν.

Totius orbis vinculum] Ποσειδῶν Neptunus eſt Platoni in Cratylo, L. Senecæ lib. 6. Natur. Quæſt. c. 23. ἐννοσίγαιος, & Agellio lib. 2. Noct. Attic. c. 28.

Pag. 3. *Caligo remittit fluctibus*] Poſt *caligo* interpungo. Inde ſic lego: *Remittit fluctus. Neſcio quin quod humanis Natura ſubduxit oculis, æterna nox obruit.* Ut occurrat quaſi tacite objectioni Alexandri. Quare ingenioſe magis, quam vere legit vir doctus, *immites fluctus*. Pro *æterna* legi poteſt *è terra*, ut Mss. præferunt. Mox in Covarruviano diſerte ſcriptum: *Imperium tuum cludit Oceanus. cludit*, inquam ἀρχαϊκῶς voce Plautina, ut & in Suetonii Nerone cap. 14. *Janum geminum cluſit, tanquam nullo reſiduo bello.* Ita enim corrigo quod vulgatur, *tam nullo, quam reſiduo bello*. Eſt nummus æreus Neronis, cum Jani portis, hoc elegio: PACE P. R. UBIQUE PARTA JANUM CLUSIT.

Alexandro orbis anguſtus eſt] Inf. *Orbis illum ſuus non capit.* Juvenal. Sat. 10. qui & de multis declamantium argumentis agit poëta:

— I demens, & ſævas curre per Alpes
Ut pueris placeas, & declamatio fias.
Unus Pellæo juveni non ſufficit orbis,
Æſtuat infelix, anguſto limite mundi
Ut Gyaræ clauſus ſcopulis.

Et Sat. 14. de Diogene Cynico:

Senſit Alexander, teſta cum vidit in illa
Magnum habitatorem quanto felicior hic, qui
Nil cuperet, quam qui totum ſibi poſceret orbem.

Quicquid ad ſummum] Eadem filius Seneca Philoſophus epiſt. 80. *extollere ſe, quæ juſtam magnitudinem implere non poſſunt.*

Sacrum quidem terris natura circumfudit] *Circumfodit* legit codex Brug. & Covar. quod non ſequor. Pater rerum omnium Oceanus Homero Iliad. ξ. Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν. & Virgil. 4 Georg.

Oceanumque patrem rerum Nymphaſque ſorores.

Ex illo Catulli in Epithal. Pelei:

Oceanuſque Pater, totum qui amplectitur orbem.

Pag. 4. *Velut vinculum circumfluat*] In omnibus lego *circumpluat*, quod non expedio. Dionyſius περιηγητής.

Πᾶσα χθὼν, ἅτε νῆσος ἀπειρίτος ἐστεφάνωται.

Tota coronatur, veluti ingens inſula, tellus.

Scipio lib. 6. de Rep. apud M. Tullium, & nos olim ad Pomponium Melam de his diſſeruimus.

Et in hos per quos navigatur ſinus] Locus hic perdifficilis ex media Philoſophia depromptus, quem Petr. Joan. Nunneſius Valentinus Rhetor & Philoſophus ætatis noſtræ inſignis ſic explanabat. Spectare enim videtur Fabianus Philoſophus quæſtionem illam: An mare ex fluminibus, ut voluit Ariſtoteles, an per ſe conſtet, ut alii ſenſerunt. *Sinus* autem ſunt quatuor illi omnium veterum monumentis celebrati: Perſicus, Arabicus, Caſpius, & mare Adriaticum, per quos tum navigabatur: quos cenſent Geographi & plerique Phyſici (Ariſtotelem excipio) factos primum ex Oceani inundatione. Recte vero, *quaſi ſpiramenta quædam magnitudinis exæſtuet*: ut ſint illi ſinus veluti magna quædam Oceani æſtuaria, quæ Oceanus magnitudine ſua laborans, & tanquam ſpirans exæſtuet. Nam quod ſequitur, huc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

huc pertinet, ſit ne aër tantum μέχρι τῆς σελήνης, ut voluit Plinius libro 2. cap. 5. an uſque ad lunam ſolus aër pertineat, ut placuit Stoïcis, an præter aërem ſit ὑπέκκαυμα, qui vulgo ignis nominatur: quod ſenſit Ariſtoteles. Oceanus autem augmentum illius ignis eſt, quia, ut idem docet Ariſtoteles, Mare etiam ſufficit illi ὕλην τῆς ἀναθυμιάσεων. Alia mens Pythagoreorum, qui ignes, hoc eſt cæleſtia ſidera, illis aquis ali & creſcere voluerunt. Ex his perſpicuum locum ſic accipiendum. Oceanus ſupra ſe ſpiritum ne tantum, hoc eſt, aërem ſolum, an etiam ignem habeat. Alius eruditus homo ſic explicabat. Inſinuare Senecam illud: An Oceanus terræ ſit circumfuſus, & ſic cum terra globum conficiat, ut ait Ariſtoteles 1 Metaph. cap. 5. & Plinius libro 2. cap. 5. & 66. An vero in ſuum colligatus orbem globum ipſe ſolus conficiat, qui poſtea in varios ſinus derivetur. Sunt enim qui aquam à terra ad latus quoddam ſepararunt. Nec particulares hic ſinus inſinuare videtur. De hac re perſpicue diſſerentem videas doctiſſimum Lipſium lib. 2 Phyſiologiæ Stoïcæ Diſſert. 16.

Aiebat Ceſtius hoc genus ſuaſoriarum] Vidit Nic. Faber Jureconſultus omni doctrinæ genere præſtans, locum eſſe depravatum, & tametſi nihil opis vett. libri adferant, tentabam leviter *hoc genere ſuaſoriarum*, ratus ſequentia fore planiora. Lector eruditus arbitrabitur.

Pag. 5. *Quoſdam magis aut minus rerum uſum habere*] Quod Covarruv. codex hic variet, de mendo nata ſuſpicio eſt. Sic enim ille: *Quoſdam magis aut minus uſus veritate facti ex iis eſſe quoſdam ſuperbiſſimos.* Tentabam equidem cum formidine priſcis inſiſtens veſtigiis: *Quoſdam magis aut minus oſos* (pro *inviſos*) *virtutem fateri Alexandrum ex iis eſſe quos dicunt ſuperbiſſimos*, &c.

Præceptori ejus Calliſtheni] Scriptum *Ariſtoteli* in tribus codicibus reperi, non recte tamen. Nota quidem in vulgus hiſtoria, Alexandrum à Philippo rege in diſciplinam traditum Ariſtoteli: quo ſe nomine τοῖς θεοῖς χάριν ἔχειν, edita apud Plutarchum, Simplicium, & Agellium lib. 9. Noct. Attic. cap. 3. teſtatur epiſtola. Non eſt igitur ſcriptis libris uſquequaque fidendum, ſed cum delectu atque judicio, ut nec à Poëtis, Declamatoribus atque oratoribus, quod ſæpe cauſſæ ſerviant, certa hiſtoriæ fides exigenda. Sic enim Hiſtorici: *Clitum* quod Philippi patris res geſtas Alexandro laudaret in convivio, haſta à temulento trajectum. *Calliſthenem* Philoſophum, qui illum Macedonem Perſica ſalutatione gaudentem objurgabat & ad morem majorum revocare conabatur, captum Cariatæ, ut Strabo lib. 11. *Lacerum crudeliter ora*, ut ille ait, membriſque truncatum, in cavea cum cane, parricidarum ritu, circumductum: *Lyſimachum*, quod venenum, tanti viri ſortem miſeratus dediſſet, leoni objectum: Quem vi induſtriaque cum ſuperaſſet, vitam ei Alexander condonavit. Juſtinus lib. 15 hiſtor. Philippicarum. Q. Curtius lib. 8. (nam in editis Diodori Siculi deſideratur.) Valerius Maxim. lib. 9. cap. 3. L. Seneca Philoſophus epiſt. 84. & lib. 3. c. 17 de Ira. & lib. 6. Natur. Quæſt. cap. 23. Verum Diogenes Laërtius in Ariſtotele paulo aliter, proditionis falſo inſimulatum Calliſthenem in cavea circumlatum & leoni objectum. Conjungit nimirum Calliſthenis & Lyſimachi hiſtoriam. Quid mirum igitur, ſi & noſter Annæus Cliti & Calliſthenis miſcet? Phthiriaſi in cavea periiſſe auctor eſt in Sulla Plutarchus. Occiſum quidem, at quo ſupplicii genere non refert Paulus Oroſius lib. 3. cap. 18. Et Cicero pro Rabirio Poſtumo: *Calliſthenem doctum hominem comitem Magni Alexandri, ab Alexandro necatum accepimus.* Et lib. 3 Tuſculan. Quæſt. *Theophraſtus*, inquit, *interitum deplorans Calliſthenis ſodalis ſui, rebus Alexandri proſperis angitur. Itaque dicit Calliſthenem incidiſſe in hominem ſumma potentia, ſummaque fortuna: ſed ignarum*

rum quemadmodum ſecundis uti conveniret.

Præceptori ejus] *Condiſcipulum* vocat Juſtin. ex Trogo lib. 12. & Oroſius: ut & ſodalem Theophraſti, quod in eodem Ariſtotelis ludo edocti eſſent, M. Tullius ante nominavit. Laërtius ab Ariſtotele Athenas repetente Calliſthenem Olynthium τὸν συγγενῆ (id eſt *propinquum*, natum filia fratris ipſius, quam nominant Hero) Alexandro commendatum ſcribit: quem à ſe dimittens, monuit, ut cum Alexandro aut rariſſime, aut quam jucundiſſime loqueretur: & Valer. Maxim. lib. 7. cap. 2. Plutarch. vero extremo Solone ad Æſopum λογοποιὸν hoc ἀπόφθεγμα refert. Qui Soloni ſic ſuaſit: Græce enim immutata littera venuſtius eſt. Cum regibus, inquit, δεῖ ὡς ἥκιστα, ἢ ὡς ἥδιστα ὁμιλεῖν. Excepit Solon. Μὰ Δί' ἀλλ' ὡς ἥκιστα, ἢ ὡς ἥδιστα. Sed male cecidit alea, pœnaſque παῤῥησίας morte luit, dum boni viri officium homo Philoſophus facere, quam Aulico præcepto parere maluit. Verum quomodo diſſerendum cum Principibus viris, Dionyſius Halicarnaſſ. ἐν τῷ Α περὶ τῶν ἐσχηματισμένων, & ex eo Fabius lib. 11. cap. 1. & alii Rhetores, & de Philoſophis Plutarchus tradunt. Iterum M. Tullius ſecundo de Oratore Comitem Alexandri Calliſthenem, non præceptorem nominat: *A Philoſophia*, inquit, *profectus Princeps Xenophon, Socraticus ille: poſt ab Ariſtotele Calliſthenes, Comes Alexandri, ſcripſit hiſtoriam: & hic quidem Rhetorico pœne more, ille autem ſuperior leniore quodam ſono eſt uſus.* Et lib. 2. epiſt. 12. ad Q. Fratrem. Citat autem Calliſthenis hiſtorias Seneca Nat. Quæſt. lib. 6. cap. 26. & alii: quomodo illa in Ibin accipio:

Incluſuſque necem cavea patiaris, ut ille
Non profecturæ conditor hiſtoriæ.

Verum non pugnant *Comitem*, præceptoremque relictum ab Ariſtotele, cui uterque operam dederat, ut ea, quæ ad virtutem & honeſtatem præcepta Rex acceperat, domeſtica conſuetudine in uſum revocaret, ſopitoſque igniculos identidem excitaret.

Philoſophus mirari ſe dixerat] Varie narrant Hiſtorici: quid mirum, & ſi noſter? Anaxarcho enim Philoſopho, non Calliſtheni tribuit Laërtius: & Plutarchum ipſi Alexandro imputare affirmat. Locus Plutarchi eſt in Alexandro, & in priori declamatione περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τύχης καὶ ἀρετῆς. Dioxippo Athenienſi athletæ adulatori adſcribit apud Athenæum lib. 6. δειπνοσοφιστῶν Ariſtobulus Caſſandreus. Quem rerum Alexandri ſcriptorem certiſſimum, quod ejus expeditionum comes exſtiterit, ſequi ſe Arrianus, alter Xenophon dictus, fatetur. Hic autem lib. 9. περὶ ἀναβάσεως Ἀλεξάνδρου de Calliſthenis interitu: Καλλισθένην ὁ Ἀριστόβουλος μὲν λέγει δεδεμένον ἐν πέδαις ξυμπεριάγεσθαι τῇ στρατιᾷ, ἔπειτα νόσῳ τελευτῆσαι. Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου στρεβλωθέντα καὶ κρεμασθέντα ἀποθανεῖν, οὕτως οὐδὲ οἱ πάνυ πιστοὶ ἐς τὴν ἀφήγησιν, καὶ ξυγγενόμενοι ἐν τῷ τότε Ἀλεξάνδρῳ, ὑπὲρ τῶν γνωρίμων τε καὶ οὐ λαθόντων σφᾶς ὅπως διεπράχθη ξύμφωνα ἀνέγραψαν. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ὑπὲρ τούτων αὐτῶν ἄλλοι ἄλλως ἀφηγήσαντο. Eadem apud Plutarchum varietas: ἀποθανεῖν δὲ αὐτὸν οἱ μὲν ὑπὸ Ἀλεξάνδρου κρεμασθέντα λέγουσιν. οἱ δὲ ἐν πέδαις δεδεμένον καὶ νοσήσαντα. Χάρης δὲ μετὰ τὴν σύλληψιν ἑπτὰ μῆνας φυλάττεσθαι δεδεμένον, ὡς ἐν τῷ συνεδρίῳ κριθείη παρόντος Ἀριστοτέλους. ἐν αἷς δὲ ἡμέραις Ἀλέξανδρος ἐν Μαλλοῖς Ὀξυδράκαις ἐτρώθη περὶ τὴν Ἰνδίαν, ἀποθανεῖν, ὑπέρπαχυν γενόμενον καὶ φθειριάσαντα. Quæ ideo retuli libentius, ne quis ſine auctore hæc à Seneca allata exiſtimet, in tanta narrantium varietate. Nam ſuos ille auctores ſecutus eſt. Ptolemæum idem refert narrare ſuſpenſum, excruciatum, itaque mortuum *Calliſthenem* fuiſſe: miraturque eos quibus maxima narrationis fides adhibenda eſſe videatur, quique illis temporibus cum Alexandro fuerint, de rebus notis & exploratis diverſa in litteras retuliſſe. Scribit & idem, fuiſſe *Calliſthenem* τὸν τρόπον ὑπαγροικότερον, id eſt moribus agre-

agreſtem duroque ingenio. Fuit enim Olynthius. Ejus ſcriptoris judicium ſed Latine adſcribam: *Quæ contumeliam erga Alexandrum & Calliſthenis inhumanitatem continent, ea laudare non poſſum. Etenim dignitatem tuentem ſuam, regias amplificare fortunas quantum poſſit, oportere exiſtimo eum qui ſua voluntate regi ſe adjunxerit. Itaque non immerito inviſum Alexandro redditum eſſe Calliſthenem ſtatuo, cum ob intempeſtivam orationis libertatem, tum elationem immodicam & incogitantiam.* Hæc ille. Sed & Ariſtotelem ſolitum dicere aiunt, prudentiam Calliſtheni defuiſſe, teſte Laërtio lib. 5. Cumque ei nunciaretur, quanta libertate erga Alexandrum uti ſoleret, in illum perquam eleganter Homericum verſum contorſit ex Iliad. Σ. verſ. 95.

Ὠκύμορος δή μοι τέκος ἔσσεαι· οἷ' ἀγορεύεις·

Quid loqueris fili? tibi mors nunc imminet atra.

Ἰχὼρ, οἷος πέρ τε ῥέει] Locus ſuppletus de veteribus libris. Homeri verſus eſt Iliad. ε'. verſ. 340. de Venere à Diomede vulnerata. De qua ſpinis etiam læſa Claudianus lib. 2 de raptu Proſerpinæ:

—— Sic fata cruoris
Carpit ſigna ſui.

Sic enim Politianus Miſcell. cap. 11. & in Progymnaſmatis Aphthonius. Janus tamen Parrhaſius *doloris* reponit, quod non ſanguis, ſed ſanies ſit Deorum Dearumque:

Οὐ γὰρ σῖτον ἔδουσ' οὐ πίνουσ' αἴθοπα οἶνον,
Τοὔνεκ' ἀναίμονές εἰσι, καὶ ἀθάνατοι καλέονται.

Poſt idem Homerus, καὶ ἀμφοτέρῃσιν ἀπ' ἰχῶ χειρός. Ἄλθετο χείρ. Sic enim legiſſe Euſtathium video, non ut vulgo excuditur ἰχώρ. Græcus Scholiaſtes Didymus, ſeu quiſquis is eſt, ἰχὼρ ὑγρασία τὶς διεφθαρμένης σαρκὸς ὕφαιμος. & ſaniei ſpeciem facit Corn. Celſus lib. 5. De quo diſſerit ævi noſtri Medicorum flos Hieronym. Mercurialis lib. 4. Variar. Lect. cap. 1. C. Velleius Epicureus apud M. Tullium 1. de Natur. Deor. *Hominis*, inquit, *eſſe ſpecie Deos confitendum eſt. Nec tamen ea ſpecies corpus eſt, ſed quaſi corpus: nec habet ſanguinem, ſed quaſi ſanguinem.* Verum craſſa hæc philoſophia eſt. Alexandrum pronum in iram fuiſſe, mox diſces Suaſ. 4. extr.

Ad M. Ciceronem miſſa poſitum, multum jocatur] Non placent ultima verba. Nam in uno verbo jocus eſt, nec amplius jocatur. Quidam ſic legit: *Eleganter id C. Caſſius Epiſt. quadam ad M. Ciceronem miſſa poſcit, multum jocatur, & non timeo ne ille non gladio ἀντιμυκτηρίσῃ.* Sed vulgatam lectionem non ſollicito, qua etiam legitur, *ſed timeo ne nos* (pro *non*) *gladio ſuo ἀντιμυκτηρίσῃ.*

Ἀντιμυκτηρίσῃ] Hinc eſt Rhetoribus modificatio Μυκτηρισμὸς ironiæ ſpecies, Latinis *ſubſannatio.* Perſius Satyr. 1.

O Jane, à tergo quem nulla ciconia pinſit:
Vos ô patricius ſanguis, quos vivere fas eſt,
Occipiti cæco: poſticæ occurrite ſannæ.

Et Satyr. 5.

Diſce, ſed ira cadat naſo, rugoſaque ſanna.

Locus autem Caſſii exſtat apud Ciceronem lib. 15. epiſt. 19. ad famil. Variat tamen Senecæ lectio. Sic enim Caſſius: *Scis, quam ſe ſemper à nobis deriſum Cn. Pompeius putet. Vereor ne nos ruſtice gladio ἀντιμυκτηρίσῃ.* Sed quid mirum? Non longe abiero. Eodem lib. 15. epiſt. 16. plura Nonius legit, quam in editis habeantur: *Longiores etiam exſpectabo, vel etiam exigam: quando hercle ego temere exigam.*

In omnibus regibus] Scripti quidam libri *rebus.* non ſequor. Legendus Plutarch. Sympoſiac. 2. c. 1. & quæ ex illo Macrobius hauſit lib. 7 Saturn. c. 3. Demetrius quoque Phalereus Reges libros legere jubebat, quod ii citra aſſentationem verum dicere muti magiſtri auderent.

Si naſus Atticus ibi ſubſtitiſſet] Sic de Ciceronis jocis in Cæſarem Macrobius lib. 2 Saturn. cap. 3. *Nec intra hæc mordacitas ſtetit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Minervam Muſam] *Suam* pro *Muſam* malo, quamvis nihil varient Schedæ. Amicus quidam homo eruditus legendum divinabat : *Minervam puſam ſuam.* quod antiquitus *puſum* & *puſam*, qui poſt *puſio* & *puſillus* dictus eſt, protulerint veteres. At mihi non probatur. Petrus Faber Præſes Toloſanus *Muſam* ut gloſſema delet, lib. 2 Semeſtrium cap. 15. Certe Dio Caſſius lib. 48. qui hanc hiſtoriam enarrat, Muſæ non meminit, & à veteribus Athenienſ. non in Muſarum, ſed Divarum numero habita eſt Minerva. Illius verba apponam: Ἐπειδή τε οἱ Ἀθηναῖοι πρός τε τοῦτο καὶ πρὸς τὰ ἄλλα τὴν Ἀθηνᾶν αὐτῷ κατεγγύησαν, δέχεσθαί τε τὸν γάμον ἔφη καὶ προῖκα μυριάδας ἑκατὸν παρ' αὐτῶν ἐξέπραξεν. Lego itaque *Minervam ſuam:* niſi ſi forte *Muſam* καταχρηστικῶς adhibuerit.

Κύριε ὁ Ζεὺς] Lacer hic locus olim circumferebatur, cum vet. libri auctoritatem ſecutus ſarcivit, & acuto Sophiſtæ joco (acumine enim jocorum, ſaliumque Græca ſemper natio præſtitit) primus Anton. Covarruvias Jureconſultus egregius, quem & nos per litteras cum Juſto Lipſio communicavimus, qui & ipſe in Corn. Taciti Comm. lib. 1 retulit: hinc per exemplaria eſt propagatus : Κύριε ὁ Ζεὺς τὴν μητέρα σου Σεμέλην ἄπροικον εἶχεν. *Juppiter*, inquit, *O Domine, matrem tuam Semelem indotatam habuit.* Attius in Bacchis: *O Dionyſe, pater optime, vitiſator, Semela genitus, Evie.*

Mille talentis æſtimata] Latino calculo, ducenties quadragies ſeſtertium: noſtro vero ſexcentis aureorum Coronatorum millibus. Minus apud Dionem lib. 48. dotis exactæ κεφάλαιον eſt; Myriades centum: Romano more quadragies ſeſtertium, hoc eſt, centena aureorum millia, ut Hadrianus Junius lib. 5. animadverſorum monuit cap. 1. Plutarch. enim in Antonio hanc hiſtoriam longe aliter commemorat: ubi & Hybreæ dicta leges.

Subſcriptus ſtatuæ] Nam & per eum, qui in poteſtate eſſet, etiam abſenti, repudium renuntiare jus faſque erat. Sic enim Caius 1 c. lib. 11. ad Edictum provinciale, L. divortium, D. de divort. & Paulus lib. 2. de adulteriis. l. nullum. 9. D. eod.

ΟΚΤΑΒΙΑ ΚΑΙ ΑΘΗΝΑ ΑΝΤΩΝΙΩ, *Res tuas tibi habe.*] Latine ea divortii formula, διστοχία, qua valet plurimum, eſt à J. Lipſio Comment. in Tacitum, doctis ſane & laborioſis eruta, de mutilis illis *res tuas tibi habe:* quomodo & membranæ noſtræ male præferebant. Græca vero, quæ hactenus deſiderata, ex Gothicis litteris exſculpta ſunt, & ægre extorta à librarii mala manu, qui Græce legere neſciret, nedum ſcribere.

Pag. 7. *Deſultorem bellorum civilium*] Sic emendo ex opt. libris, cum antea *deſertorem* legeretur : quæ vox licet transfugam ſonet, eſt tamen hæc translatio venuſtior, elegantiorque à ludicris certaminibus ducta, in quibus *deſultores* & *deſultorii*, qui de curribus quibus olim pugnabatur, deſilientes, pedeſtri pugna dimicabant: vel qui equos defeſſos recentibus mutabant: Numidarum in pugnando more, de quibus Livius lib. 23. & 44. ab U. C. & Suetonius in Julio cap. 39. Græcis παραβάτης καὶ ἀποβάτης. Sic enim Dionyſius Halicarn. extremo lib. 7. ὅταν γὰρ τέλος λάβωνται αἱ τῶν ἱππέων ἅμιλλαι, ἀποπηδῶντες ἀπὸ τῶν ἁρμάτων οἱ παροχούμενοι τοῖς ἡνιόχοις, οὓς οἱ ποιηταὶ μὲν παραβάτας, Ἀθηναῖοι δ' ἀποβάτας καλοῦσιν, τὸ σταδιαῖον ἁμιλλῶνται δρόμον αὐτοὶ πρὸς ἀλλήλους. Homerus, Euripides, atque Virgilius pleni ſunt. Sic enim ille Iliad. Ψ.

Ἂν δ' ἔβαν ἐν δίφροισι παραιβάται ἡνίοχοί τε.

vide Euſtathium Scholiaſten & Porphyrium, in quæſt. Homericis. Cicero pro L. Muræna : *Neſcio quo pacto mihi videtur Prætorius candidatus in conſularem, quaſi deſultorius in quadrigarum curriculum incurrere.* Vetus gloſſarium Philoxeni *Deſultor* μεταβάτης ζεύξιππος. Idem tamen vitioſe alibi *Diſſultor* pro *Deſultor* Julio Polluci lib. 1. ἄμφιπποι pro deſultoriis, voce Apuleio & Martiano Capellæ trita. Mox ego quoque lego,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

lego, *belliſſimam tum rem*, pro *tamen*, quod è notis tū̅ natum.

Hic eſt Deillius] *Duillius* hic male ſcribitur apud L. Annæum Philoſophum lib. 1. de Clementia: qui Δέλλιος ὁ ἱστορικὸς Dioni lib. 50. & Plutarcho in Antonio inter Cleopatræ adulatores numeratur, ut mirum non ſit ἐρωτικὰς epiſtolas ad eum conſcripſiſſe: Πολλοὺς δὲ τῶν ἄλλων φίλων οἱ Κλεοπάτρης κόλακες ἐξέβαλον τὰς παροινίας καὶ βωμολοχίας οὐχ ὑπομένοντας, ὧν καὶ Μάρκος ἦν Σίλανος καὶ Δέλλιος ὁ ἱστορικός. Hunc poſt cum Cæſare Auguſto in gratiam rediiſſe intimumque fuiſſe diſces ex hoc Senecæ loco. *Dellium* quoque Horat. lib. 2 Carm. ad animi æquabilitatem in ſecundis adverſiſque ſervandam invitat.

Annum biennii, triennii diem debere] E veſtigiis priſcæ ſcripturæ, *Annua*, facile conjicias corruptum à librario locum, ignorante veterem penſionum formulam. Leg. fortaſſe: *Annua, bima, trima die debere.* Qua etiam veteres in dote repetenda, ſoluto matrimonio, vel morte, vel divortio, uſos didici, ex his Ulpiani J. C. reliquiis tit. 6. Inſtit. *Dos ſi pondere, numero, menſura contineatur, annua, bima, trima die reddetur: niſi ſi, ut præſens reddatur, convenerit. Reliquæ dotes ſtatim redduntur.* Et mox: *Mariti mores puniuntur, in ea quidem dote, quæ à die reddi debet. Ita propter majores mores præſentem dotem reddit, propter minores, ſenum menſium die.* His igitur verbis præſtatio tribus penſionibus æqualibus dividitur, ut tertio anno ſoluta ſit. Legatis etiam adjici ſolet. l. ſi cui. D. de legatis 1. l. legata inutiliter, & l. talis ſcriptura. D. eodem. Item ſtipulationib. Paulus in l. plurib. §. 1. D. de verb. obligat. Pomponius in l. ſi neceſſarius. §. ſi annua. D. de pignerat. action. Idem in l. ſi ita ſtipulatus. D. de verbor. obligat. & alibi ſæpe. Vide Jacobum Cujac. lib. 7. Obſervationum cap. 20.

Pag. 8. *Negaret eſſe terras inhabitabiles*] Ut negavit D. Auguſtinus lib. 16. de civitate Dei cap. 9. & Lactantius lib. 3. Divin. Inſt. cap. 13. Et ingentem ſuper hac re pugnam fuiſſe ait: at nunc Hiſpanorum ad Indos navigationibus nullus dubitandi locus relictus. Lege ſi vacat Joſ. Acoſta Societ. Jeſu, de novi orbis natura.

Lyconis] Erat in membranis *Lyconis*: at extrema ſuaſoria & alias ſemper *Glycon* eſt, ut à ſermonis dulcedine nomen ſortitus videatur. Quod & Lyconi Peripatetico feſtivo homini, & Stratonis ſucceſſori (cujus & Cicero Tuſcul. 3. extrema meminit) accidiſſe auctor eſt Laërtius lib. 5. ἐν μὲν τῷ λέγειν γλυκύτατος ἦν παρὸ καί τινες τὸ γάμμα αὐτοῦ τῷ ὀνόματι προσετίθεσαν. Græca autem quæ hic exulabant, pro virili repoſita revocavi. Glyconis dicterium ægre, de litteris membranarum Gothicis verius quam Græcis legitur. Pet. Joannes Nunneſius Orator ac Philoſophus, & ſingulare Valentiæ Edetanorum ornamentum, hæc tanquam conando exſculpebat: εἰ μή τι κακὸν Νίνου κλεινῆς ἀκοίτιος, νεικείτω. quaſi dicat: *Niſi quod malum aut dedecus inclytæ Nini uxoris reprehendat, aut objurget.* Notum de Semiramide, illam ad Indos penetraſſe, bellumque illis ſolam ante Alexandrum intuliſſe: quaſi illud hoc vitio vertere potuerit Alexander, quod ultra non ſit progreſſa.

Pag. 9. *Artemon dixit*] Græca hic omnia verſuum fere decem, in editis libris deſunt: ea librorum veterum ope, hominumque doctiſſ. εὐστοχίᾳ adjuti ſuis locis repoſuimus, ut vel hujus Suaſoriæ edendæ magnum fuerit operæ pretium.

Artemon dixit, βέλεσθαι ὦ νεολαῖα] Obſcurus hic locus in antiquis, multumque faceſſit negotii, quod Græca hic plurima Artemonis occurrant. Illud Ρ Η Γ Υ Η quid ſit, expiſcari nondum potui, ac ne eruditi quibus oſtendi. forte ῥιγνή. Nam ῥιγνὸν Heſychius ῥιγεδανὸν exponit. Proxime lacuna eſt Δ Υ C, certe opinor. Quod ſic expleam δῦσαι, id eſt ad verbum, *plures condere ſoles*, ut in Bucolicis Maro:

Cantando memini plures me condere ſoles.

Quale & illud alterius poëtæ, neſcio

 cujus:

cujus: *οἱ ἀστέρες δύουσι τὸ φέγγος αὐτῶν.* Sed vir egregie doctus ex his ipſis codicibus noſtris, ſic ſtatuebat: *βουλυτὸν ἕω δείλην περαίουσιν ἡλίους δύο ἐλλεσποντίαις ἠιόσιν ἐφεστῶτες, ἐπὶ πᾶν φθάνοι πελάγη τὴν ἐναφρόδεσμον καραδοκούμενα ναυτιῶσιν.*

Dorionis] In vet. lib. Covarr. *Orionis* lego, in Vat. *Arionis*, aliaque eſt interpunctio. & quamvis *Dorionis* declamatoris, in ea quæ proxime ſequitur, Suaſoria meminit, quia ab hoc Metaphraſim Homeri editam fidis teſtibus docere non poſſum, (ut à Demoſthene quodam apud Euſtathium, ac Tzetzæ alterutrius nondum in vulgus editam Metaphraſin vidimus, verſibus ut appellat Politicis ſcriptam, in Bibliotheca V. Cl. Ant. Auguſt. Archiep. Tarraconenſis, & Ilias parva, neſcio cujus, circumfertur) tamen facio libenter ut optimorum librorum auctoritatem ſequar, qui *Orionis* præferunt, quod nomen frequenter apud Græcos, præſertim literatores, occurrit; citatque *Orionem* Grammaticum amplius ſexagies, Etymologicum magnum, & *περὶ ἐθνικῶν.* (*Orionem* quoque Thebanum ac Mileſium) memoria teneo videre in eadem Bibliotheca, quæ in regiam tranſlata eſt, Lexicon ejus perexiguum, fierique poteſt, ut idem verſibus Odyſſ. Metaphraſin ediderit. Dixerit aliquis, hic de Declamatoribus loquitur Seneca? Sit ita ſane: interponit etiam alias verſ. Ovid. & aliorum, & de illis fert & accommodat hic ſuum judicium, de Cacozelo hujus poëta corruptiſſimo & tumidiſſimo, ſententiæ cujuſdam *Miniſtrati* (*Meneſtrati* potius) Declamatoris multo magis corrupto, ut ex comparatione hujus intelligatur quanto illa Declamatoris corruptior. Quid ſi igitur & *Arionis* legamus? nihil enim vetat in tanta rerum obſcuritate divinare: exſtatque, *Διονύσου* cujuſdam poëma Dorica Dialecto jucundiſſimum, quod *Arion* inſcribitur. Qua de Hiſtoria Ælianus lib. 12. c. 14. & ex lib. 1. Herodoti Agell. lib. 16. c. 19. Ad Metaphraſin quod attinet, Pigres Artemiſiæ Reginæ Cariæ frater, teſte Suida, Iliad. Homeri ſic illuſtravit, ut ſingulis Homeri verſibus ſuos pentametros ſubjiceret. Idæus autem Rhodius, & Timoleus Lariſſæus, ut idem alibi refert, Lexicographus, alternos Heroïcos inſeruerunt. Quin & Corinthus Smyrnæus, qui vulgo *Quinctus Calaber*, Paralipomena Homeri reliquit. Dictys quoque Cretenſis lib. 6. & Polemon lib. 7. Dares vero Phrygius ſingulari libro Trojani belli hiſtoriam deſcripſit: quem & ſua exſtitiſſe tempeſtate narrat Ælianus lib. 2 variæ Hiſt.

Tum excæcatus Cyclops] Nec hic vetus liber nos adjuvit, qui *cum excæcatos Cyclopos* habet, & *rejecit.* Equidem tentabam numeros concinnare Hexametri lege, rejecta ſyllaba, quæ ſolenni librariorum vitio bis repetita eſt:

Tunc excæcatus Cyclops ſaxum in mare jecit.

vel ut hemiſtichium ſit: *Tum excæcatus Cyclops.* ut *s*, veteri Ennii atque Lucretii more elidatur. De hoc autem monſtro Homerus Odyſſ. 9. lib. & Lucilius 15. Satyr. apud Nonium:

Multa homines portenta in Homero verſificata
Monſtra putant, quorum in primis Polyphemu' ducentes
Cyclops longu' pedes, & porro huic maju' bacillum
Quam malus navis in corbita maximus ulla.

Reſpexit, credo, illa Homeri:

Κύκλωπες γὰρ ἔκειτο μέγα ῥόπαλον παρὰ σηκῷ
Χλωρὸν, ἀλαίνεον, τὸ μὲν ἔκταμεν ὄφρα φοροίη
Ἀνδόθεν τὸ μὲν ἄμμες εἴσκομεν εἰσορόωντες
Ὅσον δ' ἴσον νηὸς ἐεισκοσύροιο μελαίνης
Φορτίδος εὐρείης, ἥτ' ἐκπεράᾳ μέγα λαῖτμα
Τόσον ἔην μῆκος, τόσον πάχος εἰσοράασθαι.

Et divinus poëta Æneïd. 3.

Monſtrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum,

Trunca

Trunca manum pinus regit, & veſtigia firmat.

Et Ovid. lib. 13 Transform. ubi Homerum & Theocritum in Polyphemo expreſſit:

Cui poſtquam pinus, baculi quæ præbuit uſum
Ante pedes poſita eſt, antennis apta ferendis.

Et mox:

Inſequitur Cyclops, partemque & monte revulſam
Mittit, & extremum quamvis pervenit ad illum
Angulus è ſaxo, totum tamen obruit Acim.

Magna, nec tamen ſana] Diſputat hoc loco Seneca, ut Rhetor, qui poſſit *Cacozelon* vitari, de quo Hermogenes lib. 4. de inventione, & Dionyſ. Longinus ἐν τῷ περὶ ὕψους. & ante hos Demetrius Phalereus ἐν τῷ περὶ ἑρμηνείας. Sententias igitur καθ' ὑπερβολὴν, aut magnas, quæ à vitio abſint, *ſanas* vocat: Magnas, ſed vitio obnoxias, corruptas, tumidas, inſanas. Sic & Longinus vitia finitima τῷ ὕψει appellat οἰδεῖν, id eſt, tumere, & παρένθυρσον, hoc eſt inſaniam à Thyrſis Baccharum. Hæc eadem illuſtrat Seneca in extrema hac ſuaſoria, ubi ſana ἀντίθεσι corruptis, ſubjicit inſana & tumida. Quæ cum ita ſint, emendandum hunc locum videri moneo, legendumque, *Magna & tamen ſana.* Quam conjecturam veteris cod. fide confirmari video.

Tumidum eſt] Jo. Petreius Toletanus, vir eruditus, Compluti olim eloquentiæ doctor, qui has ipſas *Senecæ* declamationes ante me natum illuſtrare cœpit, hunc Homeri verſum, qui fugiſſe videri queat:

Ἦ κε δ' ἀπορρήξας κορυφὴν ὄρεος μεγάλοιο,

quaſi κακόζηλον è fuga ſe retraxiſſe putat. At ſi Græcos Rhetoras legiſſet, ſententiam credo mutaſſet. Totus enim ille locus Homeri de Cyclope laudatur ab Hermogene c. περὶ κακοζήλου, & ut vitium declinarit docet. Idem etiam Longinus, à quo cum multi verſus hujuſmodi colligantur, nullum video illorum exſculpi poſſe ex veſtigiis veterum librorum quattuor, quibus utor. Credidi aliquando, ſi quid deeſſet, carmen defuiſſe ex Cyclope Philoxeni Dithyrambici, cujus fabulæ meminit Zenobius in Parœmiis: aut ex ejuſdem Galatea, in qua Cyclops inducebatur, ut refert Ariſtophanis ſcholiaſtes. Notum autem Dithyrambicos grandes verbis eſſe & ſententiis, ita ut tumeant & inflati ſint, atque, ut Horatius ait, *ampullentur*: quo etiam nomine Pindarum prædicat. Poſtea vero è membranis iſta extudimus, Ὄρας ὄρος ἀποσπάσατε.

Rapit haud exiguam partem] Virgilio hæc de Cyclopibus attribuere, & cum Homericis comparando meliora facta oſtendere videtur: quæ hodie extremo lib. 3. jactationis Æneæ non leguntur, ſed lib. 10. de exercitu Rutulorum verſ. 128.

Fert ingens toto connixus corpore ſaxum
Haud partem exiguam montis Lyrneſius Acmon.

Pag. 10. *Eſt inflatum*] Deſiderari videatur & hic Homeri locus, niſi in ſcriptis libris additum viderem, Κὰρ καιρεία βάλλεται μέσος.

Virgilius ait quod de navibus] E veſtigiis ſcripturæ veteris lego: *Virgilius quod ait quidem de navib.*

——— *credas innare revulſas*
Cycladas.

non dicit hoc fieri, ſed videri. Promtis auribus accipitur quamvis, &c. Exſtat autem extremo lib. 8 Æn. verſ. 191.

Alta petunt: pelago credas innare revulſas
Cycladas, aut montes concurrere montibus altos.

Propitiis auribus videtur] Ego *bibitur*, vel *auditur*. Ut Horatius lib. 2. Od. 13.

Pugnas & exactos tyrannos
Denſum humeris bibit aure vulgus,

antea divinaram legendum, nunc à veteri libro diſcedere religio ſit. præfert enim, *promtis auribus accipitur.*

In Oceano naſcentium magnitudinem] Locus aſteriſco forte notandus, tametſi in veteribus libris nullum hiantis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ſpatii veſtigium appareat. Deeſt enim *Miniſtrati* Declamatoris, quiſquis is eſt, ſive *Meneſtrati* ſententia. Locum, qui deinceps ſequitur, repugnante licet veteri codice, ſic quidam legebat: *Efficit hæc ſententia, ut ignoſcamus ei qui dixit ipſis: Charybdi & Scylla majus portentum, Charybdim ipſius maris naufragium videri.*

Charybdis maris naufragium] Vide Senecam Philoſophum epiſt. 80. & infra Suaſ. 6. ex Ciceronis Philipp. 2. qui & 3 de Oratore pro *Charybdi bonorum*, *voraginem* dici mavult, quod illic, ut hoc ipſo loco, nimis longe ſimile ſit ductum. Idem tamen *Charybdim exhaurire gurgites* dixit. De aruſp. reſponſ.

Macedonum hunc ſenſum] Locus item mendi ſuſpectus. Vetus liber poſt *Macedonum*, appingit notam τῆς τελείας στιγμῆς. Quod ſi τῆς ὑποδιαστολῆς ſignum appoſueris, conſtabit forſitan ſententia. *Cum Barbarus introduxiſſet exercitum Macedonum ſe excuſantem, dixit hunc ſenſum.* Quem illum ipſum, quem Damaſeticus dixerat, prioribus ſcilicet periculis nova aſſidue ſuperveniſſe. Quod ſi cui minus probabitur, meliorem codicem, unde expleri locus queat, ſtudioſe conquirat.

Latro ſedens hanc dixit] Scilicet in prolocutione, cum fere verba facturi aſſurgere ſoleant, quod animus tunc intendi maxime ſoleat, Latro tamen ſedens memoriæ nimium confiſus declamitabat. Sic enim Præfat. lib. primi Controv. *Antequam dicere inciperet, ſedens quæſtionem ejus, quam dicturus erat, Controverſiæ præponebat: quod ſummæ fiduciæ eſt.* Sedet & Silo Pompeius Præf. lib. 3 Controv.

Pag. 11. *In Oceani deſcriptione*] Quanto rectius hæc in veteri illo longe optimo Covarruviano *minus*? cui & *curioſe* objicit: quorum hoc in exſuperantia peccat. Plautus Sticho: *Nam curioſus nemo eſt quin ſit malevolus.* Cicero 1 de Finib. *Curioſi iſti, quos offendit noſter minime nobis injucundus labor*, & lib. 2. *Reperiam multos, vel innumerabiles potius, non tam curioſos, nec tam moleſtos, quam vos eſtis, quibus, quidquid velim, facile perſuadeam.* De *curioſis* autem vide & Suidam.

Non minus viguerunt] Probo cum Doctiſſ. Nunneſio priſcam lectionem, ut *non nimis viguerunt* reponas: ita contra mox legas, *Nam aut minus deſcripſerunt, quam curioſe.* Idque auctoritate Hermogenis, ad cujus ille Methodum Rhetorica à ſe jam tertium libris quinque, felicius longe, quam Georgius Trapezuntius, Barcinone edita, omnique doctrinæ genere referta revocavit. Quod enim Hermogenes ἐν πνεύματι λέγειν, hoc Seneca ad verbum, *tanto ſpiritu dicere*: & quod ille ἀκμάζειν, noſter item ad verbum *vigere*. *Declamatores* igitur *Latini non viguerunt nimis*, id eſt, non incaluit tantum eorum ſpiritus, dicendo, οὐκ ἄγαν ἤκμαζοντο πνεύματι ἐν τῷ λέγειν. Nam aut *minus deſcripſerunt*, cum πνεῦμα πνεύματι, nec σχῆμα σχήματι, adjungerent; aut *curioſe*, hoc eſt, κατὰ λεπτολογίαν τεχνικὴν, aut Mathematicorum more, aut Phyſicorum, Oceanum deſcriberent. Cæterum *Pedonem Albinovanum*, quem noſter Controverſ. 10 prædicat, doctum poëtam & Epigrammatum ſcriptorem Valerius Martialis nominat lib. 2. & 5. & antea Ovid. lib. 3 de Ponto. Plura Crinitus ac Giraldus, quos non exſcribo.

Jam pridem poſt terga diem] Sic Claudianus lib. 3 in Rufinum 1. *mundum poſt terga relinquam*, & Prudentius in Caſſiano:

Et poſt terga domum dubia ſub ſorte relictam. Et in Hamartigen:

Poſt terga tenebras liquerunt.

Spartianus in Severo: *Quas poſt tergum relinquebat provincias.*

Piſtris] *Priſtis* in opt. libris rectius, quam in editis. πρίστεις Græci, Latini & *Priſtis*, *priſtin*, & *piſtrix* *piſtricem* receperunt, pro bellua marina, inquit Feſtus, quæ pilis veſtitur ἀπὸ τοῦ πρίζειν τὰ κύματα, à ſecandis fluctibus. *Priſtis* igitur rectius. Huc alluſit Maro libro 5 Æneïd.

Sic Mneſtheus, ſic ipſa fuga ſecat ultima priſtis

Æquo-

Æquora, ſic illam fert impetus ipſe volantem.

Et lib. 3.

—— *Poſtrema immani corpore priſtis.*

Jam ſidere limo] *Sidere* verbum, pro ſubſidere ac hærere limo accipiebat Nunneſius. Melius tamen pro nomine interpreteris aſtrum ſiniſtrum, nec enim apparet, quomodo in Oceano profundiſſimo naves ſubſidant limo. Cujus eſt ἐπεξήγησις, quod proxime ſequitur:

— *Et rapido deſertam flamine claſſem.*

Pag. 12. *Per inertia fata*] Ominoſum enim fluctibus mergi. Heſiodus ἔργοις·

Δεινὸν δ' ἐςὶ θανεῖν μετὰ κύμασιν.

Notum & Archytæ Tarentini votum inſepulti jacentis apud Horat. Od. 28. & Od. 3. lib. 1. Carm. de navigationum periculis.

Prora ſe dat ſublimis] Covarr. cod. *ſedat*, quod non probo. alii *ſpectans* hic reponunt.

Rumpere niſu] Placet impenſe vetus ſcriptura, *viſu*. Sic & Cl. Rutilius Numatianus in itinerario:

Reſpectare juvat vicinam ſæpius urbem,
Et montes viſu deficiente ſequi.

Obſtructo tales] In veteri erat, *Obſtrictum, talis*: non ſequor. Ibid. Virgil.

Ille ſuper tales effudit pectore voces.

Ruit ipſe dies] Homericum eſt Odyſſ. ε'. ὀρώρει δ' οὐρανόθεν νύξ. Supra initio: *Terram nox obruit.* Et Maro: *Ruit Oceano nox.*

Anne alio poſitas ultra] Mutilus hic verſus in primis editionibus. additum *ultra* de veteri libro. vidi qui legerent:

Anne alio Mundi poſitas ſub cardine gentes. Alii:

Anne alio poſitas cæli ſub cardine gentes.

Atque alium libru] Tale illud Maronis 1 Georg.

Atque alio patriam quærunt ſub ſole jacentem.

Idem in ludicro ad M. Meſſallam Corvinum:

Nunc celeres Afros, perituraque millia gentis,
Aurea nunc rapidi flumina adire Tagi:
Nunc aliam ex alia bellando quærere gentem,
Vincere & Oceani finibus ulterius.

Dii revocant] Antiquus liber Di. littera ſingulari, & mox *adiciendo*: & ſup. *deſiſſe*: pro *deſiiſſe*: Et veteres non geminabant, ſed productiori & extanti littera contenti erant: quod & Romæ in antiquis lapidibus & marmorum inſcriptionibus apparet.

Et ſacras violamus aquas] Tale illud exordium Val. Flacci 1 Argonaut.

Prima Deum magnis canimus freta pervia nautis.

Vide And. Alciatum lib. 8. παρέργων, cap. 8. cui illud Lucretianum addo ἐν παρέργῳ, ſimile Valeriano de Græcis lib. 1.

Ductores Danaum delecti, prima virorum.

Pag. 13. *Adjecit etiam* ὑγίαινε γῆ] Hæc quidem exſculpſimus: Covarruvias è veſtigiis ſui codicis, quomodo & Romæ editum: Γάραφα ὅσον τάχος ὑγίαινε γῆ, ὑγίαινε Ναλέαλα θάλασσα.

Quoſdam dubios judices] Græca quædam uno verſu comprehenſa, hic è fuga retrahere ægre potui: adeo prodigioſe ſcripta ea erant.

SUASORIA II.

Cum Trœzeni ex omni Græcia miſſi fugiſſent] Leonidam omnes auxiliares copias domum retro remiſiſſe, ut integros ſe ad meliora, patriæque ſalutem reſervarent, Herodotus & Juſtinus referunt: Trœzenos tantum in caſtris fuiſſe, fugiſſeque nemo, quod equidem ſciam, narrat: illud vero omnes, conjuges, liberoſque Athenienſes Trœzene depoſuiſſe, cum claſſe libertatem Græciæ, relicta urbe Athenarum, defendere ſtatuiſſent. Cicero in offic. Herodotus, Jul. Frontinus, & Cornelius Nep. qui vulgo Æmilius Probus, in Themiſtocle. Quare in eam venio ſententiam, ut hic *trecenos*, pro trecentis, vel tercentis perpetuo ſcripſiſſe Rhetorem exiſtimem, quos è tota Græcia miſſos fugiſſe vitio ſit datum, ut contra Spartanis laudi pro patria

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

tria fortiter pugnando mortem oppetiiſſe. Nec deſunt codices, qui *cæteros* præferant. *trecenos* malim, ut dixi, propius à depravata illa *Træzenos* ſcriptura.

Arellii Fuſci patris] In extrema hac ſuaſoria *Aurelius* eſt in libro perveteri, & pro *Patris*, hæ ſingulæ *S. P.* quæ quid hic valeant, docti viderint, ſive *Spurium*, quod olim Romæ prænomen fuit: ſive *ſine patre*, teſte Plutarcho Rom. Quæſtionib. Quæſtione 53. Venit in mentem legi poſſe, quia primus plerunque declamitat, *Arellii Fuſci ſuaſoris primi*, vel *ſuaſio prima*. Omnino tamen *Patris* malim. Illud non celabo in membranis *Xerſes* perpetuo ſcribi, qui tamen Græcis Ξέρξης eſt.

Armaque non paſſuræ] Si numero ſingulorum legas *paſſura*, verſus erit veteris alicujus Poëtæ, quem hic ſubodorari videor paucis immutatis:

Armaque non paſſura manus, hebetataque ferri
Corpora vulneribus.

Niſi ſi imprudenti exciderunt, ut interdum M. Tullio nec opinanti numeri poëtici. Poſt vero non longe pro *Receſſus* conſtanter in Aug. & Cov. *ceſſus* legitur, voce priſca, ut in Suaſor. 1. *cludit* pro *claudit*.

An Lacedæmonios] Atqui Laconum Sparta erat? Ex Strabone lib. 8. nodum ſolvit Joan. Petreius: Spartam Agide Rege, Lacedæmoni primum tributum imperaſſe. Arrianus Indicis. Λακεδαιμονίοις μὲν οἱ εἵλωτες δοῦλοι εἰσὶ, καὶ τὰ δούλων ἐργάζονται. Ἰνδοῖσι δὲ οὐδὲ ἄλλος, δοῦλός ἐστι, μήτοιγε Ἰνδῶν τις.

Pag. 14. *Et adverſus Barbaros non reveremini*] Ita vetus liber, adſcriptumque alia manu: *Non revertimini*. Tentabam, *Non tuemini opera veſtra?* vel *intuemini*. Sequitur enim proxime, *quorum vos exemplum moveat:* vel, *adverſus Barbaros*, exaudi *pugnandum*, vel quid ſimile. Sane mendoſus locus eſt. Joan. Petreius: *Si adverſus Barbaros*, ex conjectura.

Vada ex altioribus ſtagnis internata] *Stagnis* abeſt ab opt. lib. Covarr. *Brevia* intelligi ſuſpicor. *Internata* autem retineo, conſenſu veterum codicum, à *naſcor* derivata voce: non ut quidam, *externata*, quæ animi conſternatio eſt. Pacuvius: *Sed eccum miſeram quam frequens metus externavit*. Et Catullus, de nuptiis Pelei & Thetidos:

Sed quid ego ignaris nequicquam conqueror auris
Externata malo?

Ubi vetus liber, quem olim inſpexi, *Extenuata* præfert, ut poſt paullo:

Extenuata gerens veteris veſtigia pœnæ.

Retineo tamen in docto illo Poeta priſcam vocem. Sic enim ibidem in Ariadna:

Ah miſeram, aſſiduis quam luctibus externavit,
Spinoſas Erycina ſerens in pectore curas.

Externatus ἐκτὸς φανεῖν, Gloſſarium vetus. à *ſterno* conformata vox videtur. *Interata* ἐξεντερισθέντα, in iiſdem Gloſſis.

Proximique Deo ſic ages ſatagunt] Corruptus & hic locus. *Deos* accuſandi caſu, membranæ: cætera ut in editis. Tentabam, *proximique Deo hoc ſic agere ſatagunt*. In tribus enim Mss. conſtanter provocabulum *hoc* reperias. Venit aliquando in mentem *Ages* nomen hic latere, ut (*ſic Ages*) legatur. Certe hoc nomine Poeta Argivus Arriano & Curtio eſt. Illud tamen longe antepono. Quidam conjicit, *proximique Deo ſic Reges ſatagunt*.

Pag. 15. *Quid interbitos ſomni poculo*] *Interbitus* priſca vox eſt, quam pro *intervenire* adhibere Plautus videtur in Moſtell. Sce. Qui homo: *Huc ego tibi præſidebo, ne interbitat quæſtio*. Lambinus *ne intereat* accipit, à *beto* verbo. Quidam ſic legendum putabat, *quid perbitos ſuntium poculo*. Plautus enim priſce dixit *perbitare* pro perire; Captiveis Scen. Injicite. *Qui pro virtute perbitat non interit*. Veram tamen hic lectionem puto veteris illius libri, *interlitos*. Vatic. tamen & Rom. editio *interritos omni periculo*. Lycurgus Lacedæm. Legiſlator, ut leges perpetuæ eſſent, jurejurando cives aſtrictos deſeruit, & mortem ſibi inedia conſcivit, ratus virorum Remp. tractantium, nec mortem ocioſam, nec

inertem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

inertem vitæ exitum eſſe debere. Plutarch.

Somni poculo] Fortaſſe *conii* ſcripſit Seneca, quo cicuta, & venenum ſignificatur. Cicutæ autem poculo Athenienſes olim in ſontes, in Socratem etiam inſontem animadverterunt.

Othryadem] Sic excudendum curavi, qui antea *Otroyades*, male. Græce enim Herodoto, Ὀθρυάδης eſt lib. 1. ubi de virtute illius pro patriæ finibus occumbentis, & clypeo ſanguine inſcribentis, *Vici*. Joan. Stobæus ſermone de fortitudine. *Moſcitem* autem nihili vox eſt, regioque inviſa, inaudita. Rom. editio *citem*. Nos propius ad ſcripturam: *ut unum Othryadem ne citem: prætereo*, inquit, *Othryadem*. Locus ſane male acceptus. Mox etiam leg. poſſet, *Annon numerare trecentos exemplo poſſem?* Suidas quoque & Valerius Max. lib. 3. cap. 2. Talis & fratrum Philænorum pro finibus decertatio, apud Salluſtium Jugurth. bello, & Melam noſtrum lib. 1. c. 7. Et Horatiorum, Curiatiorumque trigeminorum dimicatio apud Livium lib. 1. & Dionyſium.

Magnum & alumnum virtutis] *Magnum eſt alienum virtutis naſci Laconem:* vetus hæc ſcriptura eſt, quam repudiare cur debeam non video. *Alienum* enim generandi caſui ἑλληνικῶς jungit & M. Tullius 1 de Finib. *Quis alienum putet ejus eſſe dignitatis*, & *Alienum majeſtatis deorum*, 2 de Divin. & in Academ. *Aliena eſſe firma & conſtantis aſſenſionis:* Sic Annæus noſter ἀλλότριον ἀνδρείας φῦναι τὸν Λάκωνα. Mira res, inquit, degenerem naſci Laconem ac timidum. Nota Laconum patientia ex Ciceronis Tuſculanis lib. 2. 4. & 5. & pro Flacco. Vulgarem tamen illam, ne quid diſſimulem, *Magnum eſt alumnum virt. naſci Lac.* non inſuper habendam cenſeo. Infra quoque legi poſſet, *ad certam victoriam remanſiſſent, aut ad certam tantum mortem Lacones.*

Ibi muros habet ubi muros non habet] Aliter interpungit legitque codex ille Covarr. *Ne ſi Sparta lapidibus circumdata, ibi muros habet, ubi muros.* Lego: *ubi vires habet, ibi muros.* Hoc voluiſſe auguror, viros Lacedæmone eſſe pro muris munimento. Sic enim poſt: *Muri noſtri arma ſunt.*

Sed montes perforat, maria contegit] Inf. Senecio ille: *Qui claſſibus ſuis maria ſubripuit, qui terras circumſcripſit, dilatavit profundum, novam rerum naturæ faciem importat.* Scitum illud Juvenalis Sat. 10.

Velificatus Athos, epotaque flumina Medo
Prandente.

qui & Sophiſtis ἐν μελέταις campus fuit declamandi ampliſſimus.

Nunquam ſolido ſtetit ſuperba felicitas] Elegans γνώμη. reſpexiſſe credas illud Maronis 11 Æn. v. 425.

Multa dies, variuſque labor mortalibus ævi
Rettulit in melius: multos alterna reviſens
Luſit, & in ſolido rurſum fortuna locavit.

Mox etiam Covar. codex accuſandi caſu legit, *maria, terraſque, rerum naturam ſtatione mutavit ſua Xerxes.* quæ vera lectio.

Pag. 16. *Athenæ eloquentia inclytæ, Thebæ ſacris, Sparta armis*] De Athenarum ſtudiis, Lucretius lib. 6. Cicero pro Flacco, & alii. Thebis Liber pater religioſe cultus eſt: De Lacedæmoniorum virtute, & laboris patientia Xenophon ἐν πολιτείᾳ Λακώνων, Pauſanias Laconicis, Strabo lib. 8. & 10. Plutarchus Lycurgo, Herodot. lib. 1. Cic. Tuſculan. & Juſtinus 3. Itaque hos moribus potiſſimum, Athenienſes vero legibus, Rempub. rexiſſe: hos agendo, illos vero dicendo ſuperiores fuiſſe, obſervavit Cicer. pro Flacco, & Theophilus lib. 1. Inſtit. de jur. Nat. Gentium, & Civili.

Eurotas amnis] *Spartam præterfluit*, inquit Livius lib. 34. in quo ad patientiam natando juventus exercebatur. Pauſanias in Laconicis, in Alceſtide Euripides, & M. Tullius Tuſculana 2. de Laconibus: ex vetere aliquo, ut conjicio poëta: *Quibus magis*

palæſtra,

palæſtra, Eurotas, Sol, pulvis, labor, militia in ſtudio eſt, quam fertilitas barbara. Rurſum lib. 5. *Labor in venatu, ſudor, curſus ab Eurota, fames, ſitis.*

Taygeti montis] *Taygeta* Pleiadum una, Hygino; quæ ex Jove peperit Lacedæmonem urbis conditorem. *Taygetus* vero mons Laconiæ, Libero patri ſacer, inquit Servius. Terræ motu concidiſſe urbemque afflictam Cicero ait 1 de Divinat. Et Plin. lib. 2. c. 79. Tres tamen hic codices membranei *nemoris* legunt. At nihil pugnat nemus in monte fuiſſe. totidem libri *niſi Laconibus* pro *niſu:* quam lectionem ſequor.

Ideo Herculem gloriamur] Rectius vet. liber auferendi caſu: *Hercule operibus cælum merito.* alii, *de operibus.* Supra Suaſor. 1. *Intra has terras cælum Hercules meruit.*

Merito Hercules] Vidi qui jurantis eſſe *Hercules* putarent, pro *Hercule*, ut de Xerxe intelligatur, vitam, omniaque contemnente: at mihi, de generis auctore *Hercule* loqui videtur. Unde *Heraclydæ* apud Spartanos. Anton. Auguſtinus, quem honoris cauſſa, ut debeo, ſemper appello, *Xerxes* pro *Hercules* leg. exiſtimabat.

Pag. 17. *Præcepta Matrum, aut in his, aut cum his*] Lacænarum præceptum, filiis in militiam proficiſcentibus, dum Clypeis armant: *Aut cum his victor redeas, aut in his efferare:* nam in ſcutis cadavera militum efferebantur. Plutarch. Apophth. Lacænarum: Ἄλλη προσαναδιδοῦσα τῷ παιδὶ τὴν ἀσπίδα καὶ παρακελευομένη, τέκνον, ἔφη, ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τᾶς. Ἄλλη προσιόντι τῷ υἱῷ ἐπὶ πόλεμον ἀναδιδοῦσα τὴν ἀσπίδα, ταύτην, ἔφη, ὁ πατήρ σοι ἀεὶ ἔσωζε καὶ σὺ οὖν ταύταν σῶζε, ἢ μὴ ἔσο. Hinc ῥιψάσπιδες infames, notatuſque in veteri Comœdia Demoſthenes, qui abjecto ſcuto fugerat, Ἀνὴρ ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται. *Vir fugiens*, inquit, *denuo pugnabit.* Plutarch. & Agellius lib. 17. cap. 27. Et Archilochus urbe ejectus, quod Clypeum, quam vitam amittere, carmine prætuliſſet. Plutarch. Apophth. Strabo lib. 10. & 12. Geogr. & Sext. Empyricus lib. 3. Hypotypoſeon. Vid. Andr. Alciatum παρέργων lib. 5. cap. 18. Clypeis quoque ſublati Imperatores olim creabantur. Sed hæc alii obſervarunt.

Occide, inquit, non ſervio] Sic lege de veteri libro. non *occidit:* & *captus Laco?* per interrogationem pronuntio. Quaſi dicat, degener eſt Lacon qui ſe capi paſſus eſt, occidatur itaque. Suſpicor *occidite* ſcriptum fuiſſe, & ultimam vocalem ab inſequente abſumptam. Idem Plutarchus Apophthegmatis frequenter hujuſmodi plenas conſtantiæ voces Laconum celebrat: Λάκων αἰχμαλωτισθεὶς καὶ πιπρασκόμενος, τοῦ κήρυκος λέγοντος, Λάκωνα πωλῶ· ἐπεστόμισεν εἰπὼν, αἰχμάλωτον κήρυσσε. Ἄλλος αἰχμάλωτος πιπρασκόμενος τοῦ κήρυκος ἐπιλέγοντος ἀνδράποδον πωλεῖν. κατάσχετε, εἶπεν, οὐκ ἐρεῖς αἰχμάλωτον. Et Philippus, ὅτε ἐνέβαλεν εἰς τὴν Λακωνικὴν καὶ ἐδόκουν ἅπαντες ἀπολεῖσθαι, εἶπε πρός τινα τῶν Σπαρτιατῶν τί νῦν ποιήσετε ὦ Λάκωνες; τί γὰρ, ἔφη, ἄλλο ἢ ἀνδρείως ἀποθανούμεθα, μόνοι γὰρ ἡμεῖς Ἑλλήνων ἐλεύθεροι εἶναι καὶ μὴ ὑπακούειν ἄλλοις ἐμάθομεν. Tale & Aſtycratidæ ſeverum apud eundem reſponſum, mortem à Laconibus ſervituti anteponi ſolere.

Vos mihi Sparta commilitones dedit] Libri veteres omnes *hos* præferunt. Leonidæ fortiſſimi Imp. vox ad milites, jubentis ἀριστοποιεῖσθαι, ὡς ἐν ᾅδου δειπνοποιησομένους· *Pranderent commilitones, tanquam apud inferos cœnaturi.* Cic. 1 Tuſcul. Plutarch. Apophtheg. L. Seneca epiſt. 83. & Oroſius lib. 2. cap. 11. Hic & *Dieneces* Spartanus memorandam vocem extulit, cum nuntiaſſet Trachinius quidam, barbaros præ multitudine Solem obducturos. *Ergo ſub umbra*, inquit, *non in ſole pugnabimus.* Cicero, Herod. lib. 7. extremo, & Valer. Maximus lib. 3. cap. 7. Vide Petr. Victorium lib. 27. cap. 9. variarum Lectionum.

Deſcriptio Thermopylarum] Eam requirimus, ſed fruſtra, etiam in veteribus libris, niſi ſatis deſcribi Thermopylas dixeris ex anguſtiis ejus loci, quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

quæ ſignificantur proxima ſententia. Stigmatias vero mihi hic locus. quare aſteriſcum appingamus, ut & proximo loco, ubi ingenii nervos docti intendant licet.

Pag. 18. *Luxurioſas putetis, an ut poëta Pollio Aſinius aiebat*] Vel funditus delenda vox *poëta*, ut è proxima nata; (Orator enim, non Poëta fuit) vel ſic legendum: *Luxurioſas putetis, an poëticas, ut Pollio Aſinius aiebat*. Nic Faber *poſtea* pro *poëta* repoſuit. Judicium penes eruditos eſto.

Sed invidere ne volo nihil fuiſſe, & juvenis te amo] Prodigioſa hæc, adeoque depravata, ut pro depoſitis ad fores, more majorum, collocem. ſi quis forte prætereuntium medicinam facere queat. Vetuſta enim lectio, ut ſæpe fit, cum maxime laboramus, nihil opis attulit. Apponam tamen, ut fidem meam liberem, & pro ſe quiſque contendat: *Iſci videre ne volo nihil fuiſſe & juvene Tanno*: quæ ego Sibyllina Oracula puto. conjectabam, nihil tamen ut affirmem, ſcripſiſſe, *ſed nitere*. Dixerat enim Seneca, *nitide dixiſſe*: vel, ut propius abeam, *Sed inridere*: (antique pro *irridere*: nam in Covar. erat *Tudere*) *nebulo nihil fuit*: *Sed & juvenis temerarius*: vel, *hoc non eſſe ſuadere: ſed invadere*. Ut in leviter detorta voce παρονομασία ſit. Si quis tamen *invidere* tuebitur, non pugnabo. Sic enim Tacitus, ſive is Fabius potius eſt, in Dialogo de Oratorib. *Calvum & Aſinium & ipſum Ciceronem, credo, ſolere & invidere & livere: & cæteris humanæ infirmitatis vitiis affici*. qua de *invidendi* natione diſputat Cicero Tuſcul. 3. Ant. Auguſtinus, *Sed inridere nebulo nihil fugiſſe juvene tanto* leg. divinabat. Reliqua non ſana. Nuper doctiſſ. J.C. Lud. Dorlanſius Pariſienſis inſpectis membranis noſtris, ſic inſtaurare locum nitebatur: *hoc non eſſe ſuadere, ſed invidere. Nam volo nihil fuiſſe, & inveni tamen. Quanquam has explicationes Fuſci, quas nemo noſtrum non* (addito verbo *laudat*) *alius alia inclinatione vocis, velut ſua quiſque modulatione cantabat*. Sed ne fraudi ſit me candide mea proferre, dum nemini præjudicem.

Quod puto etiam apud Herodotum eſſe] *Eſt* quoque legi poteſt. Et hic mihi aqua hæret. Leonidæ enim dictum in Herodoto nondum repperi, hinc quaſi memoriæ diffidens, vel nimis excellenti confidens potius, addidit *puto*. Et Ducis illius dictum alibi ab eo lectum eſſe conjicio: ἀριστᾶτε, ὡς ἐν ᾅδου δειπνοποιησόμενοι, ut doctis familiare μνημονικὸν σφάλμα ſit. Græca ſane defecerunt, perdifficilis igitur veri inveſtigatio eſt. In his itaque Academicam illam ἐποχὴν valde probo. Spartiatis vero hoc monumentum poſitum auctor eſt Herodot. lib. 7.

Ὦ ξεῖν᾽ ἄγγειλον Λακεδαιμονίοις, ὅτι τῇδε
Κείμεθα, τοῖς κείνων ῥήμασι πειθόμενοι.

Reddit Cicero:

Dic hoſpes Spartæ, nos te hic vidiſſe jacentes,
Dum ſanctis patriæ legibus obſequimur.

Quod præter Herodotum & Strabonem Lycurgus in orat. adverſus Leocratem, & Anthologia Epigr. Græcorum Simonidæ tribuit, legitque: τοῖς κείνων πειθόμενοι νομίμοις. ut & Ciceronem legiſſe video.

Ad prandium promiſiſſem] Plautus, *Condicere prandium* dixit, vere jocus paraſito dignus, qui menſas conſectatur. L. Annæus epiſt. 82. eadem hæc narrat, ubi in melioribus exemplaribus leges: *Alacres illi ad prandium promiſerunt* (malo vulgo *proceſſerunt*) *& ad cœnam*. quod à Fabro recte eſt obſervatum.

Pag. 19. *A Seiano circumſcriptus*] De L. Ælio Seiano Seii Strabonis F. Corn. Tacitus lib. 4. Annal. & Juvenal. Sat. 10.

Porcellus Grammat.] Hujus fortaſſe ludicrum illud teſtamentum Grunii Corocottæ, quod circumfertur: vidiſſeque apparet D. Hieronymum ex epiſtola ad Euſtoch. *Teſtamentum*, inquit, *Grunii Corocottæ Porcelli decantant in ſcholis puerorum agmina cachinnantium*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Pag. 20. *Quod ex cauſſa ſermo*] Emenda, *ex communi ſermone trahitur*, auctoritate optim. librorum. Natum, ut ſolet, mendum ex notarum compendiis, κοι, quod degeneravit in *can.* Παροιμίαν vero ſignificat, quæ δημώδης eſſe ſolet. Poſt non longe, fort. leg. *in choro manum ducente*, ex illis Covar. codicis veſtigiis, ubi *magnum* vitioſe ſcriptum pro *manum*, ut *Reſtim ducere*, apud Terentium, quod & veteri verbo dicebatur. Vulgarem tamen illam non rejicio.

Per ſepulchra noſtra jurabitur] Verum hoc oraculum eſt. Iſocrates in Archidamo: ἀναμνήσθητε δὲ τῶν προγόνων, &c. καὶ τῶν εἰς Θερμοπύλας ἀπαντησάντων, οἱ πρὸς ἑβδομήκοντα μυριάδας τῶν βαρβάρων συμβαλόντες οὐκ ἔφυγον οὐδ' ἡττήθησαν· *Repetite memoriam majorum noſtrorum, & illorum mille, qui ad Thermopylas ſeptingentis Barbarorum millibus obviam ierunt.* Per pugnam v. ad Salamina, quæ hoc ipſo tempore à Themiſtocle pugnata eſt. hoc Demoſthenis jusjurandum extat orat. περὶ στεφάνου, pro Cteſiphonte: Οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας τῶν προγόνων, καὶ τοὺς ἐν Πλαταιαῖς παραταξαμένους, καὶ τοὺς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχήσαντας, καὶ τοὺς ἐπ' Ἀρτεμισίῳ, καὶ πολλοὺς ἑτέρους τοὺς ἐν τοῖς δημοσίοις μνήμασι κειμένους ἀγαθοὺς ἄνδρας, οὓς ἅπαντας ὁμοίως ἡ πόλις τῆς αὐτῆς ἀξιώσασα τιμῆς ἔθαψεν· *Non erraſtis, teſtor majores noſtros, qui in Marathone pro aliis dimicarunt, & qui ad Platæas in acie ſteterunt, & qui ad Salaminem navale prælium commiſerunt, & qui ad Artemiſium: & multos alios, qui in publicis monumentis ſepulti jacent, fortes viros, quos univerſos æque reſp. eodem dignata honore ſepelivit.* De hoc Fabius l. 9. cap. 9. *Demoſthenes jurando per interfectos in Marathone & Salamine, id agit, ut minore injuria cladis apud Chæroneam acceptæ laboret.* Et lib. 11. extremo: *Neque Demoſthenes per Marathonis, & Platæarum, & Salaminis propugnatores recto ſono juravit, nec Æſchines Thebas ſermone deflevit.* Cum hæc ſcripſiſſem, & cum Nunneſio, ut ſoleo, communicaſſem, admonuit in illo Iſocratis jurejurando rectum ſermonem, in Demoſthenis vero, figuratum videri, idque ex ſententia Rhetorum Græcorum, & Oratorum. Hoc ultimum aperte voluit Fabius lib. 9. ut non tam jurandi, quam ſui commodi cauſa illud jusjurandum Demoſthenes exprimeret. Ariſtides ἐν τῷ περὶ σεμνότητος negat jusjurandum eſſe, ſed exemplum: quaſi dicat, non peccaſtis, ut ii, qui in Marathone pro patria occubuerunt. Atque ita, inquit, cum παράδειγμα εὐθέως pronuntiare potuiſſet, ἐσχημάτισε πρός τε τὸ λαμπρὸν ἅμα καὶ τὸ ἀξιόπιστον εἰς ὅρκον φαντασίαν. Unde Hermogenes cap. περὶ τῆς λαμπρότητος illud jusjurandum cenſuit eſſe μεθόδου τῆς λαμπρότητος, cum ſcilicet τὰ λαμπρὰ λαμπρότερον efferuntur. Longinus quoque ἐν τῷ περὶ ὕψους multo plura genera figurarum in eo loco agnoſcit, ut etiam facere ſolet Halicarnaſſeus ἐν τῷ περὶ ἐσχηματισμένων. Ἀποστροφὴν igitur primum indicat, tum ἀποθέωσιν, & Encomium mortuorum, poſt conſolationem cognatorum, poſtremo cohortationem eorum, qui ſuperſtites erant: & quod omnium κριτικώτατον eſt, comparat locum Demoſthenis cum altero Eupolidis, ut doceat in illo Eupolidis οὐ μὰ τὴν Μαραθῶνι μάχην, diſerte jusjurandum eſſe, & ſine figura. In hoc autem Demoſthenis, non tam ὅρκον quam σχῆμα, aut ut Hermogenes loquitur, & eodem revolvitur μέθοδον eſſe. Hæc quod eloquentiæ ſtudioſis, & utilia, & grata fore conſiderem, notare non piguit.

Niſi antiquior] Nec hic locus ſyncerus. verſum integrum intercidiſſe opinor: niſi ἐλλειπτικὸν eſt, ut alibi ſæpe. ἐντελὲς vero, *niſi antiquior fuiſſet Xerxes quam Demoſthenes, egregie celebratum iri virtutem Laconum: licet fuerit Athenienſis ille:* aut, quid ſimile exaudiendum.

Ciptou] Sophiſtæ nomen corruptum haud dubie, nec enim placet quod olim divinaram κίρκου leg. licet Latinorum P. & Pῶ Græcorum, ob ſimilitudinem ſæpe invicem commutari ſciam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ſciam, ut in Servatoris nomine XPS. Latine cum ſcribimus: Et in *Pararius* in fin. Controverſ. 10. Alii CIPTOY legerunt, quod olim ſigma forma arcus pingeretur, teſte Athenæo: (unde & menſæ inditum nomen.) Fort. ad diſcrimen Δημοσθένους τοῦ Παιανιέως. Lego mox: *cui dicere hanc ſuam licuit ſententiam*. Doctiores quæſo acumen ſuum experiantur. Equidem OEdipus non ſum: ad alios igitur Senecæ codices provoco.

Pag. 21. *A funere filii*] Eadem in Anaxagora Phyſico conſtantia: qui diſputationem, accepto nuntio de morte filii, non omiſit. fuit & in Pericle, & M. Horatio Bovillo, ut refert Valer. Max. lib. 5 extremo, & Symmachus lib. 3. epiſt. 6. Antea vero ſic locum emendo: *Nemo unquam puſilliore animo ſe geſſit*, vel potius *imbecilliore animo*. Sic Præfat. lib. 4. Epitomæ Declamat. de Pollione, & Haterio: *Declamavit Pollio Aſinius intra quartum diem, quam filium amiſerat. Præconium illud ingentis animi fuit, tam imbecillo animo mortes (ſex) filiorum tuliſſe*, ut &c.

Othryadis noſtri litteras] Qui, ut dixi, clypeo ſanguine inſcripſit, victoriam penes Lacedæmonios fuiſſe. Alludit ad Prov. *Neque litteras neque natare novit*. quod Controv. 27. ſic Græce legitur: πρῶτον μὲν κολυμβᾶν, δεύτερον δὲ γράμματα. Et Sullam literas ſciſſe negabat Cæſar, quod dictatura ſe abdicaſſet. *Magiſter* enim *populi*, inquit Cicero, lib. 1. de Repub. Apud Senecam, lib. 19 Epiſt. *Dictator erat, à quo Magiſter equitum dicebatur*. Et vero Magiſter dictata pueris dat in ludis.

Municipalis Gatozeos] Aſteriſco locum, tamquam Delio natatore indigentem, ſignavi: neque enim ænigmata ſolvere didici, & vereor ne *municipalis* vox bis poſita ſit à librariis, vel, *Municipales aliud ceteros* leg. ſit. Eruditiores arbitrentur.

Pag. 22. *Impoſitum eſt cognomen, vel ut Meſſ.*] Locus pulcre interpungendo conſtitutus, Meſſalam ſignificat *cognomentum*, aut primum, aut ſolum uſurpaſſe, vel libentius quidem quam *cognomen*. Sic *obſequium* Terentium primum dixiſſe Cicero in Lælio auctor eſt, & M. Fabius. Idemque Meſſala primus *Reatum*: Auguſtus *munerarium* dixit. Reliqua lib. 8. c. 3. colligit.

Et vocari cœpit Senecio Grandio] Aliter in Ms. *Et vocari cœpit Seneca grandia aliquando invenire. Is in hac Suaſoria*. quæ poſtrema *aliquando invenire*, ſi legitima ſunt, pertinent ad ſuperiora, *cupiebat grandia dicere, aliquando invenire*. ut illud πρὸς τὴν φράσιν aut λέξιν· hoc πρὸς τὸ νόημα, aut τὴν διάνοιαν referatur. In utroque autem ὕψος eſt & ὄγκος, ut priſci Rhetores docent. Frob. edidit, *Senetio Grandio aliquando inveniret*. vel ſic potius nihil adjiciendo, *dum grandia inveheret*.

Commilitones habeo Deos] Rectius: *habebo*, & *caſtra*, ex conjectura & veteribus libris tribus. Vulgati enim *aſtra*. Alludit ni fallor ad γιγαντομαχίαν Cyclopum, qui cum Diis bella gerentes,

Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſan,
Scilicet atque Oſſæ frondoſum involvere Olympum.

Joh. Petreius ad Caſtorem & Pollucem, Spartanos Deos referebat. Himerius Declamator de Marathonia pugna, ἐν πολεμάρχῳ. Μαραθὼν μὲν ἔχει τὰ σώματα, τὰς δὲ ψυχὰς οἱ συστρατιῶται θεοί, γῆ δὲ τὸ κλέος καὶ θάλαττα.

Pag. 23. *Silonis, qui Pantomimis fabulas ſcripſit*] Multos hic *Silones* agnoſco: *Albutium Silonem, Caium & Gavium Silonem, & Pompeium Silonem*. Sed quis hic nominetur, non habeo dicere.

Ite agite ô Danai] Et ab editis, & à ſcriptis abfuit vocandi adverbium. Maro tamen ſemper conjungit: Exempla piget congerere.

Magnum Pæana canentes] Expreſſit Silo Maronem 6 Æneïd.

Conſpicit ecce alios dextra lævaque per herbam
Veſcentes, lætumque choro Pæana canentes.

Et lib. 10.

Conclamant ſocii, lætum Pæana ſecuti.

Concidit hora] *Hector* poſcit res ipſa, quod Danaos alloquatur Achilles, aut quiſquis eſt: quod admonere viſum eſt: nam in veteri libro Covar. legitur, *Occidit ore*, & quidem verbum *occidit* bis collocatur, quaſi renitens atque identidem repetens, ne quis librarius immutaret, & vero hujuſmodi vocalium comploſio non infrequens priſcis illis vatibus: Quale illud:

Clamaſſent ut littus Hyla, Hyla omne ſonaret.

Unius verba. Phraſes & Proverbia opponit Periodis, orationumque ſeductionibus, quæ quidam nihil mutando in ſcripta ſua retulerunt, imitandi ſpecie. Nec enim unius verbum unicum ſurripi dicitur in imitatione. Vide Suaſor. 3.

Belli mora concidit Hector. Item] *Ita* pro *item*, leg. opinor, repugnantibus membranis: nec enim Hemiſtichium hoc Virgilii eſt, ſed Silonis. Alter locus eſt 11 Æneïd.

Et in decimum veſtigia rettulit annum] Non diſſimile illud ejuſdem 9 Æneïd.

Haud ſibi cum Danais rem faxo, & pube Pelaſga

Eſſe putent, decimum quos diſtulit Hector in annum.

Explementum eſſe] Tale Naſonis judicium de verſib. Varronis Atacini infra leges Controv. 16.

Corvo teſtimonium ſtuporis] Scriptum erat, *Corvothoræ teſtimonium*, unde nihil elicio, præterquam *Corvo Ebora*, ut patria Luſitanum fuiſſe dicat: qualia ſic producte efferebant, *Domo Cærete*, vel conciſe, *Cærete: domo Carthagine*, vel *Carthagine*, ut ex antiquis ſcript. & & lapp. nos alibi, & in Orthographia Manutius. *Corvum* mox laudat noſter Seneca.

Qui Judæos ſubegerat] Cn. Pompeium accipio, fuit cum hic *Curtius* leg. ſuſpicaret, quem Cn. Pompeio & C. Memmio hæſiſſe auctor eſt Suetonius, de Illuſt. Gramm. Ipſumque adeo Pompeium hiſtorici tradiderunt ſub ipſum Civile bellum, quo facilius C. Curioni promptiſſimo juveni cauſſam Cæſaris defendenti, contradiceret, repetiiſſe declamandi conſuetudinem. M. Seneca à nomine *Pompeii* de induſtria abſtinet, quod odioſum fortaſſe ea tempeſtate eſſet.

Myrata concio.] ἀπὸ τοῦ μύρου, odore fragranti & unguento. *Myrtata* legi etiam poſſet pari audacia, qua *Myrata*, vel *Myrrhata*. Myrtus enim in conviviis obambulabat, ut ex Plutarchi Sympoſiacis diſcas. A *myrrha*, quæ amara eſt, non puto leg. *Myrrhata*, ſed à *Myro*, unde *vinum Murinum:* de quo apud Plinium Hermolaus, & Junius lib. 5 Animadverſor. cap. 19. Eadem audacia inf. *Abſynthiatum poculum* dictum Suaſ. 6. Quadrat hæc lectio cum *pyxidibus* & *redolentis animæ medicaminibus*. de quibus paulo ante. Frobeniana editio prima legit *mirata concio*, quaſi admirabunda. *Mitrata*, tamen magis probat amicus noſter, quod vitio vertebatur Virgil. 4 Æneïd. de Ænea mitrato, & madentibus crinibus:

Et nunc ille Paris, cum ſemiviro comitatu

Mæonia mentum mitra, crinemque madentem.

Et lib. 9. apertius mitras vitio vertit:

—— *& habent redimicula mitræ.*

Ex illo Lucretii lib. 4. de rerum Natura:

Et bene parta patrant: fiunt anademata mitræ.

Ut quidem ex Iſidoro legimus. Et ex Lucilii lib. 15 Satyrarum:

— *Spiram, Pallas, redimicula promit.*

Vidend. & Servius. Mitratus etiam Attis, inducitur à Scriptoribus Cybelis. Ex his perſpicuum, cui rideretur ejus ſententia.

Hiſtoricum vobis fatuum] *Fatuum vocat* διὰ τὴν ἀνιστορησίαν, quæ Hiſtoricis magno dedecori, Poëtis, ut vatibus, per Prolepſin conceditur. Hoc enim nomine honeſto tegimus illorum ἀναχρονισμούς.

Mamercum Scaurum] De hoc Tacitus

tus Annali tertio: *Mamercus Scaurus C. Silanum corripit, antiqua exempla jaciens. L. Cottam à Scipione Africano, Servium Galbam à Catone Cenſorio: P. Rutilium à M. Scauro accuſatos. At Scaurum proavum ſuum, opprobrium majorum ſuorum Mamercus, infami opera dehoneſtabat.* De ejus impuris morib. Seneca philoſ. lib. 4. de Benef. 31. & Tertullianus lib. de Pallio.

Majeſtatis reum fecerat] De eodem Mam. Scauro. quem Cornelius Thuſcus cognomine, (ut acute vidit Belgii noſtri ocellus Lipſius) accuſavit ibidem Tacitus: *Mamercus dein Scaurus rurſum poſtulatur*, (anno 787. U.C. Paulo Fabio, L. Vitellio Coss.) *inſignis nobilitate, & orandis cauſis, vita probroſus, nihil hinc amicitia Seiani, ſed labefecit haud minus validum ad exitia Macronis odium, qui eaſdem artes occultius exercebat: detuleratque argumentum Tragœdiæ à Scauro ſcriptæ, additis verſibus qui in Tiberium flecterentur. Verum ab Servilio & Cornelio accuſatoribus adulterium Liviæ, magorum ſacra, objectabantur. Scaurus, ut dignum veteribus Æmiliis, damnationem anteit; hortante Sexitia uxore, quæ incitamentum mortis, & particeps fuit. Ac tamen accuſatores, ſi facultas incideret, pœnis adficiebantur: ut Servilius Corneliuſque perdito Scauro famoſi, quia pecuniam à Vario Ligure omittendæ delationis ceperant, in inſulas, interdicto igni atque aqua, demoti ſunt.* Hæc Tacitus.

Veni, vidi, vici] Quia Pharnacem, Mithridatis fil. in Ponto intra quintum diem, quatuor, quibus in conſpectum venit, horis Cæſar una profligavit acie. Suet. Tranquil. c. 35. & 38.

Andreas aiebat Nicotratis Lacedæmonis] Repperi fere in membranis, ἄνδρας aiebat νικᾷ. *Cratis Lacedæmonios*: nondum tamen integer locus. *Andreas* infra nominatur Controv. 7. & medicus quidam apud Plin. lib. 20. 23. 31. 32. 33. 34. 35. Natur. hiſtoriæ: item apud Dioſcoridem, & Nicandri interpretem. Quare non aſſentior iis, qui hic contra libros Vett. HYBREAS reponendum cenſent, *Cratetis* vero Philoſophi, Laërtius, & Suetonius lib. de illuſtr. Gramma. meminere.

En cor Zenodoti, en jecur Cratetis.

Finem ſuaſoriæ faciamque iterum] Sic Frob. rectius Vat. *quarum nimius cultus.* quidam codex, *quod earum* præfert.

Cum ad meam ætatem veneritis] Filios appellat, Senecam Philoſophum, Novatum & Melam. Et hos Suaſoriarum libros Controverſiis ſubjeciſſe jam docui. Mox etiam vulgo editur: *Nam nunc vos ipſa. & delectant.* Membranæ copioſius ſic: *Interim non dubito, quin nunc vos ipſa, quæ offenſura ſunt, vitia delectent.*

SUASORIA III.

Pag. 25. EX *voto iret dies*] Sic M. Tullius lib. 14. epiſt. 15. *Incipit res melius ire quam putabam.*

Pag. 26. *Sic recluſuri eſtis maria*] Quæ claudebantur olim ex die tertio Eiduum Novemb. uſque ad diem ſextum Eidus Martias. Vegetius lib. 4. de re militari.

Propter adulteram fratris] Propter Helenam conjugem Menelai, qui Agamemnonis frater.

Petitur impendi Iphigeniam] Has duas voces, *impendi Iphigeniam* intruſas primum arbitrabar, poſt in Rom. editione comperi divinitus emendaſſe M. Ant. Muretum: *Peti adulteram, impendi Iphigeniam.*

Sacra profutura] Perſpicue *ſacrari futura* ſcriptum repperi in Covarruv. Unde amicus quidam meus, *ignorari* vel *cælari futura.* Ego vulgarem lectionem ſolicitare nolo, probum enim ſenſum continet.

Auguri negavit credendum] In Vat. cod. *auguriis.* Occurrit lepidum Marci Catonis Cenſorii dictum, *mirari ſe ſi augur auguri, aruſpex aruſpici occurrent non rideat*, notans artis vanitatem. Cicer. 2. de Divinat.

Pag. 27. *Sin ortu in quarto*] Hic verſus non legitur in ſcripto. Alter vero quomodo hodie in Virgilii cod.

Pura nec obtuſis per cœlum cornibus ibit.

niſi quod *obtuſi* præfert. valde ut mi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

rer quid eos Correctores moverit, qui locum arbitratu ſuo contra libros veteres perverterunt.

Ut Mecænati imputaret] Pro expenſum ferret. ſic Suaſ. 6. *Popillius victoribus id ipſum imputaturus occupat facinus.* Quod non erat tanti ut admonerem, niſi alium Scholiaſten hic fugiſſet ratio.

Pag. 28. *Cur iſte inter ejus*] Fortaſſe rectius: *Cur iſta in ejus miniſterium placuit.* & illud *poëſis* non hic quadrat: *phyſis* vel quid ſimile leg. videtur.

Plena Deo] Cujus hoc poëtæ ſit, Virgilii ſane non eſt in iis libris, qui vulgo circumferuntur. Sibyllam quidem *inſanam vatem* vocat lib. 3 Æn. Item 6.

Non comtæ manſere comæ, ſed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument: majorque videri
Nec mortale ſonans.

Rurſum 7.

——— *quem Rhea ſacerdos*
Furtivum partu ſub luminis edidit auras,
Miſta Deo mulier.

Ecloga vero 3.

Ab Jove principium Muſæ; Jovis omnia plena.

Uſurpabitur de fanaticis & furore correptis, & magnum quiddam ſonantibus. Vates enim furore correpti ex tripode oracula dabant. Jul. Capitolinus in Macrino: *Vates cæleſtis, quæ Deo repleta.*

Scholaſtici caldos] *Scholaſticicaldos*, una voce præferebat vetus liber. Auguſtus in epiſt. ad C. Cæſarem, emendat. quod is *calidum* dicere, quam *caldum* maluerit: non quia illud non ſit Latinum, ſed quia ſit odioſum, &c, ut ipſe Græco verbo ſignificavit, περίεργον. Fabius lib. 1. cap. 6. & epiſtola ad Tiberium: *Luſimus per omnes dies forumque aleatorium calfecimus*, apud Suet. cap. 71. *Scholaſtici* autem, inquit Fortunatianus, (qui Rhetoricam ſuam *Scholaſticam*, vel, ut nunc editam Lutetiæ video, *Scholicam* inſcripſit) adhuc in Scholis verſantes: ut qui inter privatos parietes fictas cauſas declamitabant, nec in adſpectum ſolemque prodibant. Quibus oppoſiti pragmatici, cauſarum forenſium actores, qui lites diſceptabant, ſeriaque tractabant. Hi poſtquam ea arte abuti cœperunt, *leguleii, rabulæ forenſes, & vultures togati* appellati Petronio, Apuleio, Ammiano, ceteris. Ariſtoteles vero, ut Philoſophi admonent, *Scholaſticos* vocabat eos, qui ſe, cum à cura & corporis deliciis avocarent, totos contemplationi conſecrabant, ut Hermias in Phædrum Platonis auctor eſt. Sed de *Scholaſticis* omnis Rhetorum ſchola, Quinctilianus, Plinii, Tacitus, Suetonius, Salvianus, Philoſtratus, alii.

Ingenium Haterii] De quo vide Controv. 13. in extrem. & quæ notavi ad Præf. lib. 4. Epitomæ.

Nunquam potuiſſet excidere] Luſit acute in ambiguo: nam *excidunt* quæ per imprudentiam efferimus: & quæ memoria non retinet. Sic *expecto* Proculeius apud Fabium lib. 9. cap. 3. & eo priorem P. Rutilium Lupum lib. de figuris in anaclaſi. Sic enim Rhetor ille: Proculeius cum filium ſuum moneret & hortaretur, audacter ex bonis ipſius ſumtum faceret, quas in res vellet atque opus eſſet: nec tum denique ſperaret libertatem licentiamque utendi futuram, cum pater deceſſiſſet, cui vivo patre promiſcue omnia licerent: filius reſpondiſſet, non eſſe opus ſæpe eadem oratione moneri, nec ſe patris mortem exſpectare. Cui Proculeius pater ſubjecit: *Immo vero minime meam mortem exſpectes, nec properes moliri ut velocius moriar.* Quem locum nuper ſic Lutetiæ evulgatum, ita emendo: *Imo vero mortem meam exſpecta:* Id auctoritate Quinctiliani eadem hinc ſumentis lib. 9. Inſtit. Orator. cap. 3. & *ſupplicio*, inquit, *afficere*, quem ſupplicatione dignum judicaris. Nam Salluſt. non ſemel *ſupplicia* ſic uſurpat. & Afranius in Fratriis apud Nonium. *Abſolvo* apud Macrob. l. 2. c. 4. in joco Auguſti de Caſſio Severo. alia id genus ex Varrone notari memini.

Pag.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Pag. 29. *Non ſurripiendi cauſa*] Sic M. Tullius in Bruto: *Tu qui a Nævio vel ſumſiſti multa* (fort. *mutua*) *ſi fateris: vel ſi negas, ſurripuiſti.* Sup. Suaſor. 2. *Tam diligentes auditores erant, ne dicam tam maligni, ut unius verba ſurripi non poſſent. At nunc cuilibet invertere* (fort. *intervertere*) *orationes licet pro ſuis.*

In Tragœdia] *Medea* haud dubie. Hanc enim ſcripſiſſe Naſonem docet Fabius lib. 10. Inſtitut. *Varii Thyeſtes cuilibet Græcorum comparari poteſt: Ovidii Medea videtur mihi oſtendere, quantum vir ille præſtare potuerit, ſi ingenio ſuo temperare quam indulgere maluiſſet.* Et lib. 8. hunc verſum laudat Medeæ:

Servare potui, perdere an poſſim rogas?

Idemque, qui vulgo Corn. Taciti putatur eſſe, Dialogo de ſui ſæculi oratoribus: *Neque ullus Aſinii, aut Meſſalæ liber tam illuſtris eſt, quam Medea Ovidii, aut Varii Thyeſtes.* Denique Tertullian. lib. de Præſcriptionibus hæretic. quod ad rem propius facit: *Ovidius*, inquit, *poëta Medeam Tragœdiam ex Virgilio pleniſſime expreſſit.* Et elegans Politianus in Nutriciis, de Ovidio:

Conſultum quoque ſyrma trahit, ſuſpendit & unco.

Non conceſſam futurorum ſcientiam] Hinc pendet ſequens Suaſoria, huic continenter adnectenda. Lege Ciceronis libros de Divinatione, & quæ de Chaldæis & Genethliacis diſſerit Phavorinus apud Agellium lib. 14. Noct. Att. c. 1. & Horat. lib. 1. Carm. Oda 11. & lib. 3. Oda 29.

SUASORIA IV.

Pag. 30. P*Rima habent initia*] Recte: diſſimulare tamen non debeo, quæ in calamo exaratis repperi, etiam vitioſa, cum ut fidem meam liberem, tum ut quivis exſculpat, quæ me forte fugerunt. *Nuntia* integre ſcriptum eſt, quod negant, reclamante licet Nonio, neutro genere Latinum eſſe. Lucretii, Catulli, & Tibulli loca, quæ contra adferuntur, appoſita ad nomen ſunt. Extrema quoque Suaſoria 5. *hortavit* ſcripſerat, pro *hortatus eſt*. Sed hæc ad litteratores pertinent.

Saturnus naſcentem] Nihil hic, quod olim credidi, deeſt, auctore eo, quem ſæpius laudo, Covar. cod. optimo. De Planetarum vi in hæc corpora inferiora, Manilius, Julius Firmicus, Cicero in ſomnio Scipionis & alii.

Babylone cluditur] *Babylona cluditur.* Vetus lectio. Viderat pridem locum eſſe corruptum V. Cl. Jac. Bongarſius Aurelianenſis, putabatque leg. *Babylone excluditur.* Notis ad Juſtinum eruditis.

Pag. 31. *Et alterum*] Has duas voces, quia à veteribus libris abſunt, nec in Virgilio exſtant, ὀβελίζω, & proximam vocem, *eundem*: natum, ut ſuſpicor, mendum, vitio librariorum, ex Notarum compendiis, cum hic vel ad oram adſcriptum eſſet, & *altm*, pro *alterum*, ſeu potius trajectis litteris, *lateri*. Sic enim lib. 2. divini operis:

Implicuitque comam læva, dextraque coruſcum
Extulit, ac lateri capulo tenus abdidit enſem.

Et lib. 10.

—— atque reflexa
Cervice orantis capulo tenus abdidit enſem.

Fuſcianas] *Fuſcinas* vetus liber præfert conformata voce: ut à *Niger*, *Nigrinus*; *Albus*, *Albinus*; *Agrippa*, *Agrippina*; & *pellis leonina* & *lupina*. At vero *Thermæ Neronianæ*, & *Titianæ*, qua de re Velium Longum ſcripſiſſe libellum refert Fl. Cariſius Soſipater.

Οἷον ἔσχηκε βαβυλὼν αὐτηὶ ὀχύρωμα] Græca hæc integra ſunt, debenturque membranis, latuiſſent alioquin, ut αὐτηὶ *hacce* δεικτικῶς, & Attice pro αὐτή, quanquam non video quo pertineat. *Quantum*, inquit, *habuit Babylon hacce munimentum.*

SUASORIA V.

Pag. 32. C*Irca memoriam jactare animus.*] Quid ſi ſic interpungas, & poſt *jactura* ſignum τῆς

τελείας στιγμῆς colloces? *Animus & diſturbata arma non repetit.*

Omnis eſt ſic animum dies, ubi ignominia ſpem premit] *Eſt* pro *edit* antique poſitum videtur, ut Plauto in Menæchmis & Virgilio 4 Æneïd.

——— *eſt mollis flamma medullas.*

ubi *mollis medullas* pro *molles* antique dictum, non ut vulgus litteratorum credit, *mollis flamma*, ut in illo Salluſtii: *Omnis homines qui ſeſe ſtudent præſtare*, &c. Cariſius & alii Grammatici obſervarunt. Expreſſit enim Maro ut alias ſæpe Catullina iſta:

Ignis mollibus ardet in medullis.

Et alibi:

Ignes interiorem edunt medullam. Et,

Cum penitus mœſtas exedit cura medullas.

æſt tamen hic, nequid diſſimulem, ſcriptum repperi in vett. libris, ut & in Frobeniano: *æſt ſi tu animum premit.* Et reliqua partim turbant, partim delent Eraſm. & Curio. Equidem tentabam: *Ita adverſis frangitur, ubi ignominia ſpem premit. Omnis deſtituit ſpes, ubi nullam meminit aciem, niſi quæ fugerit.* vel ſic, *Ita adverſis frangitur. Omnis æſtus ſic animum premit, ubi nullam meminit aciem.* Ant. Auguſtin. V. Cl. ad hunc modum: *Omiſſa* (vel *amiſſa*) *exeſt ſitu animum dies* (vel *indies*). Siquid noviſti, lector, rectius iſtis, candidus imperti.

Arma indenuntiata monent] Vet.lib. *movent.* quod perſpicue verum. Nam illud in Philoſophorum ſcholis diſputant, *Præviſa tela minus ferire.* Cic. legendus Tuſcul. tertia. De Cyrenaïcorum ſententia.

Quid dicam Salamina?] Huc pertinet illud Ciceronis Tuſculan. 1. *Ante Salaminiam ipſam Neptunus obruet, quam Salaminii trophæi memoriam: prius Bœotiæ Leuctra tollentur, quam pugnæ Leuctricæ gloria.* Illud Themiſtocles erexit; hanc Epaminondas peperit.

Quid Cynægiron referam? & te Polyzelus] Herodotus lib. 6. ἐν τούτῳ τῷ πολέμῳ ὁ πολέμαρχος Καλλίμαχος διαφθείρεται, ἀνὴρ γενόμενος ἀγαθός, ἀπὸ δ' ἔθανε τῶν στρατηγῶν Στησίλεως ὁ Θρασυλέω. τοῦτο δὲ Κυναίγειρος ὁ Εὐφορίωνος ἐνταῦθα ἐπιλαβόμενος τῶν ἀφλάστων νηός, τὴν χεῖρα ἀποκοπεὶς πελέκει πίπτει. Et Laërtius in Solone præmiis ornante, eorumque liberos alente, qui in bello pro patria cecidiſſent: ὅθεν καὶ ἐζήλουν καλοὶ κἀγαθοὶ γίνεσθαι κατὰ πόλεμον, ὡς Πολύζηλος, ὡς Καλλίμαχος, ὡς σύμπαντες οἱ Μαραθωνόμαχοι. Quæ eo libentius Græce attuli, cum ut virtus eluceſceret; magnum enim fuit apprehenſa navi vix hoſtibus fugiendi locum dediſſe: tum ut bis in edita lectione peccatum eſſe oſtenderem. *Cynegyron* enim libri, quos quidem viderim, omnes vitioſe ſcribunt: & *Polytelem* illum, ſive is *Polycles* eſt, nuſquam quod equidem ſciam reperias. Repono autem felici audacia *Polyzele.* Steſileum Joan. Petreius ex Herodoto: Hic unus in quatuor Athenienſium ducibus, qui cum novem millibus adverſus innumerabilem Perſarum multitudinem profecti ſunt. Hic collatis ſignis, cum neſcio quæ ſpecies oblata eſſet, oculis orbatus, octo & quadraginta pugnans interemit. Callimachus telorum copia obrutus, etiam exanimis ſtetit, telis innixus. Miltiadæ virtus nota ex Corn. Nepote, ſive is Æmilius Probus eſt: cujus ſe trophæis è ſomno excitari Themiſtocles prædicabat. De Cynægiro declamatio Polemonis Sophiſtæ Græce eſt edita hoc lemmate: Νόμου ὄντος Ἀθήνησι τὸν πατέρα τοῦ ἀρίστου ἀποθανόντος ἐν πολέμῳ λέγειν τὸν ἐπιτάφιον. Καλλιμάχου καὶ Κυναιγείρου πατέρες δικάζονται. De quo & Himerius declamator in Polemarchico: τότε τίς καὶ κατὰ τριήρους ὅλης ναυτικὸς στρατιώτης ἐτόλμησεν· ἐπιδραμὼν γὰρ τοῖς φεύγουσι εἰς τὴν θάλασσαν Φοινίσσης νεὼς λαμβάνεται, κρείττονα ἔχειν δεξιὰν τριήρους ὅλης οἰόμενος, δείσαντες δὲ ὑπὲρ τῆς τριήρους οἱ βάρβαροι, μὴ δεξιᾶς ἀττικῆς γένηται λάφυρον, πελέκει τὴν χεῖρα μερίζουσιν. ὁ δὲ πληγεὶς ἐκεῖνο, τῆς μὲν χειρὸς ἀφαιρεθείς, τῆς δὲ τριήρους ἐχόμενος, &c. Eadem Valer. Max. lib. 3. cap. 2. Juſtin. lib. 2. & Ammianus Marcellinus lib. 26. vide & Controv. 24.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Pag. 33. *Omnium bellorum*] Video deeſſe aliquid, addoque, *Omnium bellorum pudet proſpere ab Athenienſibus geſtorum.* & ſtatim, *Multo timidiores ſunt, qui ſuperbiſſimi fuerint.*

Multo timidiores eſſe] Addunt quidam de ſuo, *An neſcitis?* homines plus æquo largientes: Equidem video ἀνακόλουθον eſſe, nec cohærere, ſed quia præterea nihil in membranis eſt, nihil muto. Suſpicor, ut fit, in extemporaneo illo calore dicendi, imperfecta multa excidiſſe, dum impetus meditari non ſinit.

SUASORIA VI.

Pag. 35. SCiant poſteri] Sic Horat. lib. 2 Carminum:

Bacchum in remotis carmina rupibus
Vidi docentem: credite poſteri.

Verba deficient] Alludit ad illud Ciceronis Epiſtola 11. lib. 2. ad famil. *Putares ne unquam accidere poſſe, ut mihi verba deeſſent?* Et lib. 13. epiſt. 63. *Non putavi fieri poſſe, ut mihi verba deeſſent: ſed tamen in C. Lenio commendando deſunt.* & ad Tironem Q. Tullius lib. 16. ad Famil. ep. 24. *Non potes effugere hujus culpæ pœnam te patrono. Marcus eſt adhibendus.* Sic & Livius inf. hac ipſa Suaſ. de Cicerone ipſo: *Vir magnus ac memorabilis: in cujus laudes ſequendas Cicerone laudatore opus fuerit.*

Non tuos Coſſ. Hirtium & Panſam] Anno U.C. 710. Coſs. C. Vibius Panſa, A. Hirtius, quo M. Tullius à C. Popillio Lænate & M. Antonii juſſu, impie eſt interfectus: qui & familiariter eo uſi ſunt, & ſeniorem declamantem audiverunt: Hinc & diſcipulos grandeiſque prætextatos vocabat: ut auctor eſt Suetonius, de claris Rhetoribus.

Jam noſtra peracta ſunt] Fatetur id Cicero ad Brutum ep. 2. *De me poſſum idem quod Plautinus pater in Trinummo: Mihi quidem ætas acta ferme eſt: tua iſtud refert maxime.*

In ſe infectas] Priora duo verba à veteribus aberant. nata fortaſſe ex inſequenti voce, *infectas*, quod Petreius ſubſtituit, diſplicet: *puris* enim *infectas* manus opponit: videturque eſſe ὑπαλλαγὴ, pro, *armatas infecit.* Catonem enim Uticenſem ſignificat, qui ſe ipſe Uticæ interemit: Cumque familiares vulnus antea obligaſſent: ſolus cum eſſet, reſcidit. Seneca Philoſ. ep. 24. ad Lucilium, ſtrinxiſſe gladium, ait, *quem uſque in illum diem ab omni cæde purum ſervaverat.* Et Marcus noſter Controv. 30. *M. Bruti ſacratiſſimam eloquentiam lacerat; cum quidam ejus civili ſanguine non inquinatas ſolum manus, ſed infectas ait.* Item Controv. 16. *Puras manus* dixit.

Scipio cum gladium poni juſſus foret] Melius antiquus lib. Covar. *juſſus eſſet:* ſed non eſt tanti: eadem fere in illa, quam laudavi Senecæ Epiſtola quarta & viceſima, Livii Epitoma 114. Et Valer. Max. lib. 3. Pompeium, ſimul navem, qua vehebatur, captam eſſe à Cæſarianis conſpexiſſet, non ſe abdidiſſe, ſed in gladium incubuiſſe. annus is erat 707. poſt R. C.

Imperator] Sic enim in Afiica appellatus eſt, ut Cæſar Commentario 3 belli civilis refert: *His temporibus,* inquit, *Scipio detrimentis quibuſdam circa montem Amanum acceptis, ſeſe Imperatorem appellaverat.* Et antiquis nummis hoc elogium inditum: Q. METEL. SCIPIO. Imp. Adoptatus enim à Q. Cæcilio, Metello Pio, Numidici F. & Cn. Pompeii Socer fuit: à quo tertium Conſule collega adſcitus, anno ſeptingenteſimo primo: Bello Civili generi partes ſecutus, ei ſuperſtes fuit, Dio lib. 40. Appianus lib. 2 bell. civil.

Bene habet] Dicit bene ſecum actum, qui hinc abiret ad plures. Formula erat boni ominis. Joſepho l. 14. cap. 18. καλῶς ἔχ. ut in edictis addi ſolitum, BONUM FACTUM. De qua nos formula adoleſcentes egimus, NOTIS ad ſcriptorem de vir. Illuſt. In Scipione Africano, c. 49. Eſtque illa Tyrannica vox & Neroniana apud Tranquillum, exagitata merito à Peripateticis apud Stobæum in Phyſicis illis, quæ Gul. Canterus edidit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

(licet mutila magnam partem & capite diminuta, ſuntque penes me integriora, ex antiquo codice):

Ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρὶ,
Οὐδὲν μέλει μοι, τ' ἀμὰ γὰρ καλῶς ἔχει.

Et apud Ciceronem Socrates, ad mortem truſus Tuſcul. 1. *Magna me ſpes tenet, judices, bene mihi evenire, quod mittar ad mortem.* Burrhus quoque cum à Nerone, decumbens ex morbo, viſeretur, *Bene*, inquit, *me habeo.* Tacitus 14 Ann. Exſtat & Tarracone, baſis aræ, Fuſco, factionis Venetæ, conſecratæ: repræſentatque Gruterus Inſcriptionum pag. 339. 4. cujus hoc extremum eſt:

CONTEGIT OSSA LAPIS. BENE HABET FORTUNA VALEBIS.
FONDIMUS INSONTI LACRIMAS. NUNC VINA PRECAMUR.
UT JACEAS PLACIDE. NEMO TUI SIMILIS.
ΤΟΥϹ. ϹΟΥϹ. ΑΓΩΝΑϹ. ΑΙΩΝ. ΛΑΛΗϹΕΙ.

Quod Græcum elogium, ut in tumulis adhiberi ſolitum, adfert & Priſcianus Grammat.

Victus victoriæ vocem] Sic Valerius Maximus: *Tantum eloqui valuit, quantum ad teſtandam animi fortitudinem æternæ laudi ſatis erat. Victoris* autem alii hoc loco aptius ſubjiciunt.

Vetat Milo] In Miloniana extrema: *Quid reſtat*, inquit Cicero, *niſi ut orem, obteſterque vos judices, ut eam miſericordiam tribuatis fortiſſimo viro, quam ipſe non implorat? Ego autem repugnante hoc, & imploro, & expoſco.* Et mox: *Meminit Milo, ſibi vocem Præconis modo defuiſſe, quam minime deſiderarit.*

Pag. 36. *V. Cl. nunc & Antonium roga*] Vir doctus, quem honoris cauſa non nomino, *Quinctum Clodium* hic leg. edito libro cenſuit, quem ipſe *Quinctum*, fatebor enim, nondum repperi, *P.* quidem & *Sex. Clodios* in Cicerone & *Quinctam Claudiam*, quæ matrem Deum Peſſinunte advectam in urbem adduxerat, Cicero, Livius, Ovidius, & Valerius nominant: *Q. Clodium* non item. Exſpecto igitur dum quis me doceat: vita enim ille pridem deceſſit, per numerorum notas, *V. Quinctum*, per *VI. Sextum*, per *X. Decimum* Rom. prænomina ſignificari: quod ipſe dicturus non eram, niſi ille ſibi hac emendatione blandiretur, verendumque eſſet ne plures ad eundem, ut fit, lapidem impingerent. In opt. illo libro præter *V.* nihil erat, unde conjeceram olim leg. *I nunc & Antonium roga.* Sed erit, qui vulgarem lectionem tuebitur, cum quo non admodum pugnabo, modo *vir conſularis* legat, donec certiora adferantur. Quamquam ſcio & *vir clariſſimus* à Val. Probo, pro his ſingulis, legi. Sed opponit, argumento à comparatione majorum, Milonem privatum Ciceroni Conſulari, *Milo reus judices pro ſe rogari vetat, Vir Conſularis M. Tullius, Antonio, hoſti patriæ, ſupplex erit?*

Sullana ſitus] Sulla enim primus proſcriptionis tabulas propoſuit. Val. Max. lib. 9. cap. 2. & ſcriptor de viris illuſtrib. cap. 75.

Injuſta bella albo] Hæc quoque ſcriptura veteris libri, niſi quod primam vocem in duas diduxerat: corruptum ſane locum jurare liquet, & haud ſcio an, ſi *injuſta* legas, feceris meliorem: vel *vincuntur*, ἀπὸ κοινοῦ repetendum. *Injuſta bella albo*, hoc eſt, proſcriptionis tabulis, *ſuperantur.* Vidi qui illa *locantur. Injuſta bella*, ſic concinnanda putarent: *vocantur in jus tabella. Albo Pharſalica*, &c. Petr. Nunneſius ſic interpungendum cenſuit: *Injuſta bella: albo Pharſalica, ac Mundenſis, Mutinenſiſque ruina vincitur*, q. d. Injuſta ſunt bella civilia. Ruina Pharſalica, &c. albo vincitur, id eſt, proſcriptorum numero.

Conſularia capita auro rependuntur] Significat, credo, hiſtoriam de Lænate. Allato enim à C. Popillio Lænate Tribun. militum capite Ciceronis ad M. Antonium in foro ſedentem, coronatum eum, decieſque centena millia HS præmii loco accepiſſe, auctor Appianus. Niſi forte reſpexit ad priora bella civilia, quibus C. Gracchi caput à Septimuleio ad L. Opimium relatum, auro expenſum, & propter avari-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

avaritiam infuſo plumbo gravius effectum. Plinius lib. 33. cap. 3. Plutarchus in Gracchis. Val. Maxim. lib. 9. cap. 4. & ſcriptor noſter de viris illuſtribus, cap. 65.

O tempora, ô mores] Non ſemel uſurpavit Cicero Catilinaria prima, & Verrina 6. unde Martialis lib. 9 Epigr.

Dixerat, ô mores, ô tempora, Tullius olim,
Sacrilegum ſtrueret cum Catilina nefas.

Cn. Pompeii bona] Quæ ſub haſta Cæſaris emerat M. Antonius. Sup. paulo, *Ad Triumviralem haſtam pro vectigalibus civium Rom. mortes locantur.* Unde & ſectio, quæ ſub haſta fiebat, *ſubhaſtatio dicta*, de qua infra Controv. 26. Cicero 2 Philipp. (unde multa hic M. Annæus Seneca mutuatus eſt: quare hanc mihi veniam dari volo, ſi in Ciceronianæ dictionis ſtudioſæ juventutis gratiam æquo longior appaream): *Haſta*, inquit, *poſita pro æde Jovis Statoris: bona Cn. Pompeii, bona inquam Cn. Pompeii Magni voci acerbiſſimæ ſubjecta præconis: una in illa re, ſervitutis oblita civitas ingemuit. Qui ad illud ſcelus ſectiones auderet accedere, inventus eſt nemo, præter Antonium: Et nondum ei tanta à L. Rubrio, non à L. Turſelio hæreditas venerat, nondum in Cn. Pompeii locum, multorumque aliorum, qui aberant, repentinus hæres ſucceſſerat.*

Illa latera] Deſumpta ex eadem Philipp. & Tuſcul. 4. *Gladiatorium id quidem: quamquam in eis ipſis videmus ſæpe conſtantiam.*

Cum raptaretur, præerat] Joan. Petreius, ne quem ſua laude fraudaſſe videar, recte vidit mendoſum locum, ſed *tribunali loco* non recte conjunxit. Integrum ſic conſtituo à veteri libro nonnihil adjutus, & manuducente Cicerone: *videbis illum pro Tribunali locum, quem Magiſter equitum, cui ructare turpe erat, vomitu fœdaverat.* Ex his enim, *ructare turpe erat*, fecerat librarius, *raptaretur præerat*: flagitioſe. Ciceronis locum apponam, ne quærendo defatigeris: *Tu iſtis faucibus, iſta gladiatoria totius corporis firmitate, tantum vini in Hippiæ nuptiis exhauſeras, ut tibi neceſſe eſſet in populi R. conſpectu vomere poſtridie. O rem non modo viſu fœdam, ſed etiam auditu! Si inter cœnam, in ipſis tuis immanibus illis poculis, hoc tibi accidiſſet, quis non turpe duceret? In cœtu vero populi Rom. negotium publicum gerens Magiſter equitum, cui ructare turpe eſſet, is vomens fruſtis eſculentis vinum redolentibus gremium ſuum, & totum tribunal implevit.*

Pudeat Verrem quod quia proſcriptus, fortius perit] Mendoſus fortaſſe & hic locus, nihil variat ſcriptus liber, ſed totidem litteris *Verrem*; *Verris* tamen malim. *Varum* igitur, quem hic Petreius ſuppoſuit, in cenſum non recipio, ac ne Seneca quidem. Hortatur enim Latro Ciceronem, ſupplex ne ſit, ut pudeat Verrem aliquando conſtantiæ tuæ, quia & ipſe proſcriptus fortiter periit. Inſervit nimirum cauſæ Sophiſta, dum quæ poſt geſta ſunt, per προλήψιν in exemplum trahit. Proſcriptus enim uterque: ſed prior obiit Cicero. Non igitur illa lectio eſt amplectenda: *Pudeat Verrem quod qui proſcriptus, fortius perit*: quaſi non & ipſe Verres in proſcriptionis tabulas relatus. Quod, quia negat vir doctus, teſtibus, & quidem domeſticis, evincam. Seneca ipſe hac ſuaſoria, eſt de Ciceronis interitu Hiſtoricorum elogium: *Pollio*, inquit, *Aſinius Verrem Ciceronis reum, fortiſſime morientem tradidit.* Non igitur, *Varum* ſubjeciſſe oportuit. Proſcriptum vero ab Antonio C. Verrem Plinius docet, lib. 34. c. 2. quod Corinthiis ſe ei ceſſurum negaſſet Verres. Docet & Lactantius lib. 2. cap. 4. Div. Inſtit. *C. Verres*, inquit, *frementibus poſtea civilibus bellis, ſub obtentu damnationis* (quod & in Verrinas Aſconius refert) *ab omni periculo & metu remotus, aliorum graves caſus, & miſerabiles exitus audiebat: & qui cecidiſſe ſolus, omnibus ſtantibus videbatur, is vero univerſis cadentibus ſolus ſtetit: donec illum & opibus ſacrilegio partis & vita ſatiatum, ac ſenectute confectum proſcriptio Triumviralis auferret, eadem ſcilicet quæ Tullium violatæ Deorum majeſtatis ultorem. Quin & felix in eo fuit, quod ante*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ſuam mortem crudeliſſimum exitium ſui accuſatoris audivit. Mihi itaque viſum alterutrum *quod* vel *quia* redundare.

Cujus a te laudata mors] Laus M. Catonis Uticenſis à Cicerone conſcripta: Cæſar contra vituperavit, *Anticatone.* M. Tullius lib. 12. epiſt. 35. & lib. 13. ſub finem, item in Topicis. Quinctilianus lib. 3. cap. 9. Priſcianus lib. 13. Agellius lib. 4 Noct. Attic. cap. 16. & lib. 13. cap. 18. Plutarch. & Dio lib. 43. Juvenalis Sat. 6.

——— *duo Cæſaris Anticatones.*

Cremutius Cordus apud Tacitum l. 4 Annalium, *M. Ciceronis libro, quo Catonem cœlo æquavit, quid aliud Dictator Cæſar, quam reſcripta oratione, velut apud judices, reſpondit?*

Pag. 37. *Si ad res geſtas, ſatis vixiſti*] Dixerat hoc extrema Philipp. 1. *Mihi fere ſatis eſt quod vixi vel ad ætatem, vel ad gloriam. Huc ſi quid acceſſerit, non tam mihi, quam vobis, reique publicæ acceſſerit.* & pro M. Marcello, Cæſaris illam præclariſſimam & ſapientiſſimam vocem invitum ſe audiſſe ait: *Satis diu vel naturæ vixi, vel gloriæ,* & Tuſcul. 1. *Nemo parum diu vixit, qui virtutis perfectæ perfecto functus eſt munere.* Infr. Seneca: *Satis illum vixiſſe ſibi, Reip. parum.*

Quam vivum deſideret] Male, inquit, optari Ciceroni mortem potius, quam vitam in ſervitute, dedecoris plenam.

Quæ Charybdis] Et hæc ex 2 Philippica: ſed poſtrema paulo diverſa: *Oceanus medius fidius, vix videtur, tot res, tam diſſipatas, tam diſtantibus in locis poſitas, tam cito abſorbere potuiſſe.* Sic fere in Mureniana Comitia *Euripo*, & *freto* comparat.

Domi trucidamur. Dum in ſanguine] Repetendum forte, *Domi in ſanguine,* ut vehementior ſit oratio.

Qui finis eſt immortalium] Locus vitioſus, & ab interpunctione laborans. Veterem ſcripturam, mox conjecturam repræſentabo Covarruv. codex ſic habet: *Idem virtuti tuæ (qui finis eſt immortalium & humanorum operum) cuſtos memoriaque manus viri vita perpetua.* In his ultimis verbis latere mendum ſuſpicor: *Triumviri vita perpetua eſt.* Quare ſic tentabat Lud. Orlant. J. C. *Idem virtuti tuæ, qui finis eſt immortalium* (h. e. finis nullus) *Humanorum operum cuſtos memoria contra manus Triumviri vita perpetua eſt.* Et mox: *in omnia te ſæcula* (non *ſecuta*) *ſacratum dedit.* Vel ſic concinna; Quid enim vetat apponere? *Idem virtutis tuæ, qui finis eſt mortalium humanorum operum. Cuſtos memoria quæ manſuri,* &c. Vulgo aliter interpungitur.

Ad ſedes ſuas & cognata ſidera] Platonicum hoc, & à Cicerone exſcriptum. Sic enim in Somno Scip. lib. 6 de Rep. *Animus hominibus datus eſt ex illis ſempiternis ignibus quæ ſidera & ſtellæ vocantur:* Et Tuſcul. 1. *Animus cum ad ſui ſimile penetravit, in eo nulla re egens aletur, & ſuſtentabitur iiſdem rebus quibus aſtra,* &c.

Annorumque numerum] Climactericus annus 63 ætatis, Ciceroni fatalis, ut pleriſque aliis, etiam Demoſtheni, etiam Ariſtoteli ſummo philoſopho, Orpheo item ac Scipioni Africano, ut in vitis comparatis Ariſtotelis ac Demoſthenis Olymp. 114. anno 3 oſtendimus. In hoc anno Septenarius & Novenarius concurrunt. Gratulatur ſibi Auguſtus quod ſenibus omnibus periculoſum annum ſexageſimum tertium exceſſiſſet, Agellius l. 3. cap. 10. & lib. 15. cap. 7. At negat periculoſum eum annum Cenſoribus de die Natali ad Q. Cærellium c. 14.

Pag. 38. *In Pompeium Alexandrino licuit*] Cn. Pompeius ann. 705. tranſlato in Theſſaliam bello, apud Pharſaliam victus, fugatuſque eſt: Alexandriam venit, ubi Ptolomæi juſſu ab A-chilla & Photino cæſus eſt, in gratiam victoris Cæſaris. Plutarch. in Bruto. alii.

Alter fratrem, alter avunculum] III viri apud Bononiam congreſſi, pacem proſcriptionis conditionibus fecerunt. M. Æmilius Lepidus L. Paullum fratrem, M. Antonius L. Cæſarem avunculum, C. Cæſar M. Tullium Ciceronem proſcribi permiſit, anno poſt U. C. 710.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Vino & ſomno marcidus] Hinc toties *vinolentiam* M. Antonio objicit Cicero in Philipp. ubi tamen alii *violentiam* cur velint legere, non video.

Hominem nequam] Reſpexit ad illud Philip. 2. *O hominem nequam! Quid enim aliud dicam? Magis proprie nihil poſſum dicere.* Quin & Verrem *nequam* vocat, 3 Verr.

Qui ultro mortem oppetiſſent] Ut Decii, qui ſe pro patriæ ſalute devoverunt: M. Cato Uticenſis, Q. Scipio, Marius filius, Hannibal, alii innumerabiles. Nam Brutus & Caſſius poſt Ciceronem perierunt. Legend. Valerius lib. 5. c. 6: & lib. 9. c. 12.

Pag. 39. *Aut ſilentium, aut vultus*] Sic epiſt. 1. lib. 10. Cicero: *M. Antonii tanta non inſolentia ſolum (nam id quidem vulgare vitium eſt) ſed immanitas? non modo ut vocem, ſed ne vultum quidem liberum poſſit ferre cujuſquam.*

Ciliciam à Proconſule] Conſularis hæc provincia cum exercitu peditum 12 mil. equitum duum mil. 600. obvenit M. Tullio, auctore Plutarcho: qui annus erat U. C. 702.

Familiaribus ſtudiis Achaiam] Athenas venit Cicero annos natus octo & viginti, qui erat urbis cond. 674. & cum Antiocho, veteris Academiæ Philoſopho, ſex menſes fuit: ut ipſe in Bruto ait, & 1 de Natura Deor. Studiumque Philoſophiæ intermiſſum, hoc Doctore renovavit. Demetrio quoque Syro, ſummo dicendi magiſtro, operam dedit: peragrataque Aſia, verſatus cum Menippo Stratonicenſi, & Xenocle Adramytteno. Plutarch. & Strabo lib. 13. & 14. Uſus & Æſchylo Gnidio, & Dionyſio Magnete: Rhodumque venit, ubi ſe ad Molonem applicavit: Poſidonium quoque Philoſophum audivit. Plutarch.

Pag. 40. *Deiotari regnum*] Reverſo Cæſare ex Hiſpania, Cicero, ad quem diverterat Cæſar, pro Deiotaro dixit, quæ exſtat oratio.

Ægyptum & habere] An quia hoc egit, ut P. Lentulo Spintheri, qui Ciliciam Proconſule obtinebat, Ptolemæi reductio decerneretur? Lib. 1. epiſt. ad famil. An quia de Rege Ptolemæo orationem habuit? ex qua hoc attulit Aquila, & Fortunatianus: *Difficilis ratio belli gerendi: at plena fidei, plena pietatis.* De omni re geſta apud Alexandrinos, ubi allato Pompeii capite, Cæſar collacrymaſſe fertur, & percuſſorum cæde inferias illi miſiſſe, mortemque vindicaſſe. A. Hirtius, & Dion lib. 42.

Mors nec immatura conſulari] Dixerat hoc Conſul. Catilinaria tertia extrema: *Mihi quidem ipſe, quid eſt, quod jam ad vitæ fructum poſſit acquiri? Præſertim cum neque in honore veſtro, neque in gloria virtutis quidquam videam altius, quo quidem mihi libeat aſcendere.* Et quarta: *Si quid obtigerit, æquo animo paratoque moriar: neque enim turpis mors forti viro poteſt accidere, neque immatura conſulari, nec miſera ſapienti.* Repetitque eadem extrema Orat. ſecunda in Antonium: *Etenim ſi abhinc annos prope viginti, hoc ipſo in templo, negavi, poſſe mortem immaturam eſſe Conſulari, quanto verius nunc negabo ſeni?* Ponit inter ſeria ἀποφθεγματικὰ Domitius Marſus apud Fabium lib. 6. cap. 4. extremo. Et Auſonius in Gratiar. act. *Negat Cicero Conſularis, ultra ſe habere, quod cupiat. Ego autem jam Conſul, & ſenex, adhuc aviditatem meam fatebor.*

Non me movet, idiotam petit] Ita leg. interpungendumque exiſtimo, cæteroquin nullus commodus ſenſus elicitur. Vulgo rerum imperito hoc perſuadeat, inquit: mihi nullus perſuaſerit. Sic in Piſoniana Cicero: *Sed plane animi ſui cauſſa ludos nobis idiotis relinquet. Idiotam* privatum hominem rerumque imperitum appellat. Aliter Jo. Petreius: *idiota perit.* Cicero, inquit, privatus obit, qui antea grandia loquebatur. Sed mihi non probat.

Hic & Ligarium] ἐκλειπτικὸν eſt. Q. Ligarius reum ſe confeſſus, Cæſarem deprecatus eſt veniam. Res vel pueris nota ex Ligariana.

Qui & judicaſſet ab eo ſemper naſci] Priſca Lectio, *quietum.* unde *qui & cum judicaſſet,* concinnabam, *Antoniumque* ex-

exaudiebam: vel potius, *qui æquum judicaſſet, ab eo ſemper naſci ſatisfactionem. Ecum* enim pro *æquum* libri vett. ſcribunt.

Satisfactionem] Mos hic ſatisfaciendi veteribus ſolemnis, ut apud Cæſarem lib. 5 belli Gall. Aſconium in 3 Verrinam, Suetonium in Julio c. 73. & in Claudio cap. 38. Hac fere formula, *Factum nollem.* Et quidem jurejurando interpoſito. Plautus in Amphitruone act. 3. & Terentius Adelphis act. 2. Vide L. Senecam lib. 3 de Beneficiis cap. 27. & lib. 4. cap. 31. *M. Antonius*, inquit Cicero Philipp 2. *non exiſtimaſſet, niſi P. Clodium in petitione Quæſturæ interfeciſſet, unquam Ciceroni pro ſuis in illum injuriis ſatisfacturum.* equidem ſic emendabam: *quin & vis eſſet à primo*, (ſcriptum enim fort. *à* pi°. unde, *ab eo*, factum) *ſemper naſci ſatisfactionem, ac læſum rogari.*

Ac dato rogari] Et hic mihi locus rurſum manum injicit, ne properem: Sane, ut Cicero bello Civili, quem fugiam habeo, quem ſequar non habeo. Conjecturas tamen parvo, & chartæ, & temporis diſpendio apponam. Deeſſe videtur, *à quo data injuria.* Sed illa longius abſunt ab edita lectione: hæc propius: *ac fata rogari*, vel *fas rogari*, vel *acta abrogari*, ut τὸ τῆς ἀμνηστίας ψήφισμα intelligat, quod M. Tullius Athenienſium veteri exemplo tuliſſe fertur, cum poſt cædem C. Julii Cæſaris omnem memoriam diſcordiarum oblivione ſempiterna delendam cenſuit: initio Philip. 1. & Vell. Paterculus lib. 3. vel ſic, *ac data rogari.* vel *à Claro*, ſeu potius *à conſulari rogari.* Notam ᶜ *Clariſ.* vel *conſularem* deſignare, ſupra docui. & *cl.* & *d.* ſæpe invicem commutari, norunt ii qui libros veteres tractant. Petreius: *Qui & judicaſſet ab eo ſemper naſci ſatisfactionem, à victo rogari.* Eruditiores meliora, ut gratiam ab omnibus ineant, adferre ſtudeant.

Pag. 41. *Ipſum exoratum à Vatinio*] Qui P. Sextium à Cicerone defenſum oppugnaverat, in eumque teſtimonium dixerat. Itaque Cicero *interrogatione* (ſic enim orationem vocat) eum accuſavit ann. U. C. 697. de quo Fabius lib. 5. cap. 7. & Cicero epiſt. 9. lib. 1. ad famil. At 699. L. Domitio, Ap. Claudio Coss. ut Aſconius ait, eundem in gratiam receptum defendit: cujus facti ſui rationem reddidit P. Lentulo, bene longa epiſtola lib. 1. ad Familiares, & Maximus lib. 4. c. 2. M. Ciceronem, P. Vatinium dignitati ſuæ ſemper infeſtum duobus publicis judiciis tutatum eſſe, ſeque Vatinius clientem Ciceronis appellat epiſt. 9. lib. 5 ad famil.

C. quoque Verri adfuiſſe] Depravatus locus, tametſi vetus liber nihil opis attulerit. Cum Verre in gratiam rediiſſe, eique patrocinatum, nuſquam legi: pugnant cum iis, quæ ſup. attuli, in exilio conſenuiſſe. Niſi eo reſpexit, quod refert Plut. Verre damnato, cum Cicero litem ei ἑβδομήκοντα πέντε μυριάδας, hoc eſt, tricies ſeſtertium æſtimaſſet, male audiſſe, quaſi pecunia accepta, prævaricando, de multa remiſiſſet. Aſconius vero in Divinationem ſeſtertium quadringenties à Verre repetitum eſſe ſcribit. Equidem facile adducor, ut credam emendandum potius, *Gabinio adfuiſſe*, quamvis longius abeam ab edita in vulgus lectione: vel ſi fas eſt dicere, μνημονικὸν ἁμάρτημα eſt Senecæ, ſumma alioquin, ut prædicat, memoria præditi. vel librarii potius peccatum. A. Gabinium enim, majeſtatis reum, graviſſime accuſavit: poſt, repetundarum reum, ex maximis inimicitiis receptum in gratiam, ſummo ſtudio defendit, anno U. C. 699. qui eum in Conſulatu ſuo urbe expulerat. Cicero pro Rabirio Poſtumo & epiſt. 4. lib. 3. ad Q. Fratrem, Dio lib. 39. D. Hieronymus adverſus Rufinum, & Valerius Max. lib. 4. cap. 2. Gabinium Vatinio conjungit, cum de Ciceronis humanitate agit, inter exempla eorum, *qui ex inimicitiis juncti ſunt neceſſitudine.*

Qui cum tertius eſſet] Scripſerat fort. Seneca: *qui cum III vir eſſet, tribus hanc tam ſpec. clem. occaſ. præriperet.*

Scho-

Scholaſticis alterius Suaſoriæ] Hæc vetus ſcriptura amplectenda eſt, quam repudiare cur quidam auſi ſint, non video: Alii *occationem*, alii *occaſionem*, & neſcio quæ monſtra ſubjecerunt: Nonnulli etiam *hac poſitione* poſuere, quod *ponere* ſequatur: quæ tamen vox in veteri non comparet, ut quodvis verbum exaudire liceat: *declamare*: id genus alia. Cicero tamen Tuſcul. 1. *Ponere jubebam, de quo quis audire vellet: & id aut ſedens, aut ambulans diſputabam.* Alibi ſæpe, *Ponere quæſtionem.* proprium Declamatorum, ut Gorgiæ Leontini. Græci hinc *Theſes* Rhetorum vocant: quæ Cicero *Propoſita*, Philoſophorum more, & *Conſultationes* Juriſconſultorum verbo, reddidit. *Hypotheſes* vero *Cauſas* & *Controverſias* appellat.

HISTORICORUM

de Cicerone Elogia; aliis

SUASORIA VII.

Pag. 42. *Quin evitaret*] *Quin ejuraret*, reſtituo è veſtigiis libror. vett. quomodo & emendaſſe video Petr. Pithœum lib. 2. cap. 8. Adverſ. ſubſec.

Pag. 43. *Abſinthiati poculi*] Nihil muto, licet aliter Covar. antiquus cod. *ſumpti poculi*. Sic ſupra, *migrata contio.* Suaſ. 2. Reſpexit Lucretii illa, libr. 1. de rerum Natura:

Sed veluti pueris abſynthia tætra medentes
Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci flavoque liquore,
Ut puerorum ætas improvida ludificetur
Labrorum tenus, interea perpotet amarum
Abſynthi laticem, deceptaque non capiatur,
Sed potius talis tactu recreata valeſcat:
Sic ego nunc, quoniam hæc ratio plerunque videtur
Triſtior eſſe, quibus non eſt tractata, &c.

Ad quem locum alluſit & Fabius Quinctilianus libro 3. initio. Themiſtium quoque Philoſophum eadem comparatione uſum docet M. Antonius Muretus variar. lect. lib. 11. c. 3. his verbis: Μιμητέον ἡμῖν τοὺς σοφωτέρους τῶν ἰατρῶν· οἱ τὰ πικρότερα τῶν φαρμάκων μέλιτι τὴν κύλικα περιχρίσαντες πίνειν διδόασι. Abſynthiaco quoque poculo ſtomachi faſtidium levari ſolere, docet And. Alciatus lib. 7. παρέργων cap. 27. De ſimili autem Medicorum in ægrotis fallendis dolo venuſte, ut omnia, Chryſoſtomus extremo dialogo primo de ſacerdotii dignitate, Baſilius Magnus Homilia in Pſalmum primum, Theodoretus libro ſeptimo de Providentia, Plutarchus de Liberis educandis, Maximus Tyrius Orat. 15.

Hujus adeo contrectationis conſilium] Lego partim de ingenio, partim ex opt. illo cod. *Livius adeo retractationis conſilium.* Et mox: *Ita enim ait LIVII.* Negat (inquit) Livius, quod nimis Ciceroni infeſtus Pollio Aſinius affirmabat, Ciceronem voluiſſe palinodiam canere ac retractare, cum ne otium quidem, ut maxime voluiſſet, ſuppeditaret. Falſa igitur calumnia Pollionis. Livii liber ille cum reliquis intercidit quem centeſimum & 20. fuiſſe ex Epitoma L. Flori colligo.

In Formianum] Villa hæc Ciceronis, quam ſæpe in epiſtolis nominat. In Formiano quoque occiſum Ciceronem ætatis 63. ait Euſebius in Chronicis. Plutarch. vero, ex Tuſculano cum Q. Fratre, cognita proſcriptione, Aſturam maritimum Ciceronis fundum profectum, in Macedoniam ad Brutum cogitaſſe.

Ab Caieta] De prodigio Corvi in villa Caietana Valer. Maxim. l. 1. c. 4. & Plutarch. 5. apud quem mendoſe Καπήτας pro Καιήταν legitur: & Appianus Κάπυαν, ad quam hæc Ciceronis villa fuerit, vitioſe nominat.

Jactationem navis] Et Plutarchus Circæum uſque vento perveniſſe ait: ibique vel maris metu permotum, vel Cæſaris Octaviani fidem non plene deſperantem, in terram egreſſum.

Quanta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Quanta nulla unquam humana vox] Juvenalis Sat. 10.

—— ridenda poëmata malo,
Quam te conſpicuæ, divina Philippica famæ
Volveris à prima quæ proxima.

Pag. 44. *Cum peractam proſcriptionem*] Plutarch. Ἔτυχε μὲν ἀρχαιρεσίας τελῶν ὁ Ἀντώνιος· ἀκούσας δὲ καὶ ἰδὼν ἀνεβόησεν, ὡς νῦν αἱ προγραφαὶ τέλος ἔχοιεν. τὴν δὲ κεφαλὴν καὶ τὰς χεῖρας ἐκέλευσεν ὑπὲρ τῶν ἐμβόλων ἐπὶ τοῦ βήματος θεῖναι, &c. Antonius, inquit, qui tum forte comitia habebat, iis viſis exclamavit, Proſcriptionem jam peractam eſſe: caput & manus pro roſtris poni juſſit, ſuperiore Suaſoriæ hujus parte: *Tota tabula tuæ morti præluditur.*

Sed defectus] Fort. *defeſſus:* nam illud, *quotque fuit pro roſtris exponit*, recte eſt in veteri libro: Et *itaque quo ſæpius ille*, &c. Senatorum autem 132 nomina, equitum autem triginta in proſcriptionis tabulas relata, auctor eſt Oroſius lib. 6. cap. 18. Epitoma vero Liviana lib. 120. Senatores 130. proſcriptos à III viris, & occiſos.

Princeps ſenatus] Hoc eſt ceteris & auctoritate, & meritis in Rempubl. antecelluiſſe: ne quis *Senatus Principem* fuiſſe credat, cum *Cenſor* nunquam fuerit. Ex cenſoriis enim Senatus Princeps legebatur. Sic igitur & Corn. Severus mox interpungendus:

Egregium ſemper patriæ caput, ille Senatus
Vindex, ille fori, legum, rituſque togæque.

Edit enim quaſi *Princeps Senatus* fuerit:

—— ille Senatus:
Vindex ille fori, legum, rituſque, togæque.

Romani nominis titulus] Pro, decus, & ornamentum, audaciter dixit Cordus: Nunc merces, inquit, percuſſoris Popilii. Divinabam, *tutulus* leg. de quo Feſtus Pomp. & Non. Marcellus.

Eloquentiæ miniſtra] Partim in actione quæ vita eſt orationis: partim in ſcribendis Philippicis, & Verrinis, & Milon. & aliis.

Elapſus altera parte villæ] Plutarch. Quincti Fratris libertum, cui Philologo cognomen, quique apud Marcum in litteris ſtudiiſque educabatur, indicium ait feciſſe C. Popillio Lænati Tribuno militum, & Herennio Centurioni. Appianus Clodii acerrimi hoſtis Ciceronis clientem, Lænati oſtendiſſe viam, qua lectica deportabatur.

Oblitus ſe paulo ante def. ab illo] Sic Valerius Maximus lib. 5. cap. 3. *Neque ei ſceleſtum portanti onus ſuccurrit, illud ſe caput ferre, quod pro capite ejus quondam peroraverat.*

Maximi viri inferiæ] Subaudiendum videtur *miſſæ, vel allatæ ſunt*. Parentatum illi, juſtaque perſoluta, fletu, luctu, & gemitu. Illud *dato* quod in optimo illo libro eſt, nimium quantum placet, ſcriptumque erat, ut conjicio, *ſed dato, pro ſe dato gemitu & fletu, maximi viri inferiæ*. Et mox: *nec, ut ſolet tacita, dep. in r. c. c. audivit laudes*, ſed ipſa narravit. Deponere autem & componere in funeribus adhibita verba. *Aggere compoſito tumuli.* Virgil. & Horat. *Omnes compoſui: felices: nunc ego reſto.* & *Depoſiti* & *Siti. Hinc eſt ille ſitus.* Cic. 2. de leg.

Actionis inclytæ] Vera hæc lectio, niſi quid judicans fallor. Omnes, inquit, Ciceroni beneficio aliquo obſtricti, actione malæ tractationis cum Antonio experiri poterant.

A Thucydide] Lib. 2. belli Peloponneſiaci, ubi funebris oratio Periclis inter omnes Thucydideas, quæ plurimæ ſunt, facile elegantiſſima. De qua & Plutarch. in Pericle de funerandi ratione, & pro funere laudandi præſtantes viros conſuetudine, ibidem Thucydides, & nos inf. ad proximam Suaſoriam. Exſtant & Lyſiæ Demoſthenis æmuli Thucydidæ ac Platonis funebres laudationes.

In pauciſſimus] *In paucis ſummis*, Ant. Auguſtinus.

A Salluſtio] Funebris laudatio, in iis, qui exſtant libris, nulla eſt, niſi forte in libris Hiſtoriarum, quorum reliquias accurate collegit Lud. Carrio JC. qui quidem integri Senecæ ætate circumferebantur. Niſi forte ſignificat laudationem M. Catonis & C. Cæ-

C. Cæſaris in Catilinario extremo. Alioqui tot apud Criſpum orationes, & apud Livium, ut directis uterque concionibus, Hiſtoriæ modum exceſſiſſe à Trogo judicetur, auctore Juſtino lib. 38. Vide & Diodorum Siculum lib. 20 Biblioth. Et de origine funebrium orationum. Plutarchum in Poplicola, qualia & hoc loco annotaſſe Nic. Fabrum JC. poſt comperi. Matronæ etiam quando pro funere laudari cœperint, idem in Camillo & Livius lib. 5.

Livius benignius] P. Scipionem Africanum majorem laudat lib. 26. ab U. C. Minorem vero, & Annibalem lib. 30. Idemque lib. 8. extremo: *Memoriam laudationibus crebris tituliſque imaginum vitiatam queritur*, & illo prior M. Tullius in Bruto funebribus laudationibus factam eſſe Hiſtoriam mendoſiorem.

Ne immatura quidem mors] Ætatis tertium & ſexageſimum exceſſerat, menſibus 11. diebus 5.

Quam quod ejuſdem fortunæ compoſito feciſſet] Impeditus locus, & haud dubie mendoſus. Senſus quidem apertus, verba corrupta. J. Lipſius lib. 4 Epiſtolicarum quæſtionum emendabat: *Quod à victore inimico nil crudelius paſſus erat, quam quod ejuſdem fortunæ compos ipſe feciſſet*. Equidem tentabam, ſi fas mihi poſt Lipſium, minori commutatione: *quod à victore inimico crudelius paſſus erat, quodque ejuſdem fortunæ compos ita feciſſet*, vel *id effeciſſet*. Nihilo inquit clementius cum Antonio egiſſet Cicero, ſi ab illo victoria ſtetiſſet. Ant. Auguſtinus, *quam quod ejuſdem fortunæ compoſito fuiſſet*. Petreius ita explicat, quaſi non tam ab hoſte illata mors indigna videri debeat, quam quod fortunæ *compoſito*, hoc eſt, ludo ita proditus Antonio ſit. Locus in quo quiſque acumen ingenii experiundo operæ pretium fecerit.

Virtutibus vitia penſari] Fortaſſe, *vitam penſarit*. & mox: *perſequendas*: poſt etiam, *referre* pro *deferre*. Penſare autem *vitia virtutibus* ea forma dictum videtur, qua de Q. Haterio declamatore: *redimebat vitia virtutibus*, extrema præf. lib. 4. epitomæ: & Juvenal. initio Sat. 4. *monſtrum nulla virtute redemptum & vitio*.

Ut eſt auctor candidiſſimus] Editi omnes, *ut eſt noſter cand*. Placet vetus ſcriptura, *ut eſt natura candidiſſ.* corrupta, illa vulgari ut video, ex literar. compendiis nr. & nra. T. Livium lactea eloquentia fluere M. Fabius & D. Hieronymus judicat: cujus fama excitatus Gaditanus quidam, trajecto Pyrenæo & Alpibus Romam profectus ſit: ut & Plinius junior ait, lib. 2. epiſt. 3. At vero quem reliqua Livii ſcripta candorem præferunt, eum in Polybio per quem plurimum profecerat, nimis parce nominando, aut texit ſtudio, aut malivolentia quadam diſſimulavit: vel, quod verius puto, in iis, qui deſiderantur, primi belli Punici libris, laudarat.

Privatas ſimultates] Ut M. Livius Salinator Cos. iterum, privatas cum C. Claudio Nerone ſuſceptas inimicitias, in magiſtratu, Reipub. condonavit. Valerius Maximus lib. 4. c. 2. & auctor de viris illuſtr. cap. 50. Et Ti. Gracchus Trib. pl. Scipionem Aſiaticum, quamvis inimicum, duci in carcerem non eſt paſſus. Idem cap. 53. & 57.

Publicas nunquam] Ex Platonis enim Politic. 9. præcepit Cicero 1 Offic. ut eos adverſarios exiſtimemus, qui arma contra ferant, non eos qui ſuo judicio Rempubl. tueri velint, qualis fuit inter P. Africanum, & Q. Metellum ſine acerbitate diſſenſio.

Quæ diu defenſa, & adminiſtrata] Recte igitur, ut augur, divinavit Cicero Catilin. 2. *O conditionem miſeram, non modo adminiſtrandæ, verum etiam conſervandæ Reipubl.*

Quam ſi caruiſſet Antonio] Hoc enim alterum ejus votum, ut liberam Rempub. à morte relinqueret, extrema Philipp. 2. in Marcum Antonium: *Mihi P. C. jam etiam optanda mors eſt perfuncto rebus iis quas adeptus ſum, quaſque geſſi: Duo modo hæc opto: unum, ut*

moriens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

moriens Populum Rom. liberum relinquam: hoc mihi majus à Diis immortalibus dari nihil poteſt. Alterum, ut ita cuique eveniat, ut de Repub. quiſque mereatur.

Pag. 48. *Quamvis invitus*] Infeſtus enim Aſinius Pollio, Ciceroni, ſupra. hic, & Aſinius Gallus, filius, vitia orationis ejus inimice pluribus locis inſectati ſunt. Fabius lib. 12. cap. 1. Quin & C. Salluſtii ſcripta reprehendit, ut nimia priſcorum verborum affectatione oblita. Suetonius: qui ab Atteio Philologo præceptis benedicendi inſtructum ait, lib. de Illuſt. Gramm. In T. Livio miræ facundiæ viro, Patavinitatem quandam idem notabat. Fabius lib. 8. cap. 1. Tertium ejus Hiſtoriarum librum advocat. Valer. Maximus lib. 8. cap. 14. de Arganthonio Gaditanorum Rege.

Facies decora ad ſenectutem] Erat in Cicerone ſumma gracilitas, & infirmitas corporis, procerum & tenue collum: Itaque cum amici & medici hortarentur, ut cauſas agere deſiſteret, eam ſibi juveni cauſſam in Græciam proficiſcendi fuiſſe ait, in Bruto.

Quos obſtrictos patrocinio] Catullus Ciceroni:

Tanto peſſimus omnium Poëta
Quanto tu optimus omnium Patronus.

Niſi miſeram mortem putaſſet] Calumnia hæc Pollionis. Viderat fortaſſe Tuſculana prima ponere Adoleſcentem: *Malum mihi videtur mori:* quam opinionem minuit ea diſputatione Marcus Cicero.

Pag. 49. *Sed enim abſtulit omnes*] Omnium reliquorum pro roſtris imagines una Ciceronis obſcuravit, præſtrinxitque oculos. Juvenalis Sat. 10.

Ingenio manus eſt, & cervix cæſa, nec unquam,
Sanguine cauſidici maduerunt roſtra puſilli.

Conticuit Latiæ] Tale illud Martialis, lib. 5.

Impius infando miles corrumpitur auro,
Ex tantis opibus vox tacet una tibi:
Quid proſunt ſacræ precioſa ſilentia linguæ?
Incipient omnes pro Cicerone loqui.

Et inf. Sextilius Hena:

Deſtendus Cicero eſt, Latiæque ſilentia linguæ.

Ille Senatus] Hic interpungendum eſt contra atque libri in vulgus editi: pertinent enim ad priora: ſtatim, *Vindex ille fori.* Non etenim princeps Senatus Cicero fuit, ut paulo ante docere memini.

Hoc nec in Emathio] *Emathia* prius dicta eſt, quæ poſt *Macedonia*, inquit Plinius lib. 4. cap. 10. Antea etiam *Pæonia*, poſt *Emathia* dicta Livii ætate, ut ipſe lib. 26 Annal. Quod licet minutum, admoneo propter vitiatam editorum omnium Scripturam *Hæmatio.* *Non*, inquit, *paſſus talem injuriam Perſes Macedoniæ rex, quem apud Samothracas vicit, cepitque L. Æmilius Paulus, conatumque ad genua procumbere, dextera allevavit, & Graio Sermone* (ut obiter emendem ex Plutarcho Valerium, lib. 5. pro *grato ſermone*) *ad ſpem exhortatus eſt: tamque humaniter apud ſe habuit, ut vicem illius dolens, flens etiam, aſſidere ſibi juſſerit, unaque ſecum accumbere.* Tandem in triumphum duxit anno U. C. 586. Livius lib. 45. & ſcriptor de vir. Illuſtr. c. 56.

Nec te dire Syphax] *In te*, ἀπὸ κοινοῦ repetendum. Non igitur recte mutavit Lilius Gyraldus libro 4 Hiſt. Poëtarum. Vivus captus Syphax in Numidia, à Lætio & Maſſaniſſa, ductu atque auſpiciis P. Cornelii Scipionis Africani Superioris, qui Ann. 552. de Syphace Rege, Annibale, & Pœnis triumphavit: ſeptimo poſt anno, ex Macedonia, & Rege Philippo, T. Quinctius Flamininus anno 559. poſt U.C.

Pag. 50. *Inque triumphato*] παθητικῶς, participium ſine origine, ut Maro 3 Georg.

Et duo capta manu diverſo ex hoſte tropæa,
Biſque triumphatas utroque ab littore gentes.

Et Scriptor noſter de viris Illuſtr. de Metello Macedonico: *Achaïcos bis prælio fudit, triumphandos Mummio tradidit.* Qui & de Jugurtha triumphaſſe auctor eſt, Q. Cæcilium Metellum,

cui

cui Numidici cognomen, anno 644. C. Marius conſul iterum in triumphum duxit, ann. 619. & inſaniens Jugurtha in barathrum dejectus, *Juppiter*, inquit, *ut frigidum eſt hoc balneum.* Annibal vero hauſto, quod annulo geſtabat, veneno periit ann. 571. ab U.C.

Cui mutus videor] Lepidus jocus, dixerat enim Severus:

Conticuit Latiæ triſtis facundia linguæ.

Hena vero Sextilius Cordubenſis:

——— *Latiæque ſilentia linguæ.*

Quod Cornelium ſcio] Divinaram: *Quid Cornelius? Scio ei non æque diſplicuiſſe hunc verſum.*

SUASORIA VII. vel VIII.

Pag. 51. I*Ntolerabilis malo ingenio*] *In malo ingenio.* Scripta lectio utraque ferri poteſt:

Aſperius nihil eſt humili, cum ſurgit in altum.

Multaque in eandem ſententiam Claudianus lib. 1 in Eutropium.

Ne propter hoc (quidem pertinet multum à Cicerone) ingenium tuum amas] Divino, & fortaſſe non vanus augur, quæ uncis incluſi, ex ſuperiore verſu hic, ut fit, repetita à Librario, nec, ut oportuit, oblitterata, ne ſcripturam litura deformaret: nam nec Latina ſunt, nec ἀκόλȣθα, ſenſumque perturbant. Legendum igitur: *Sed pudet me: propter hoc ingenium tuum ama, illud quod Antonius plus odit, quam te.* Vel, *ne propter hoc ingenium tuum ames, quod,* &c.

Pag. 52. *Si non Civili enſe cervicibus luerentur*] *Lueretur* vetus liber. Unde quidam *luderetur*: ego *illuderetur* tentabam.

Quo Cæſar ultro te rogavit] Parta enim victoria in campis Pharſalicis, victoque Cn. Pompeio, ſcripſit ex Ægypto Cæſar M. Tullio, ut eſſet idem qui fuiſſet. Cicero extremo lib. 14 ad Famil. & lib. 2 ad Attic. & in Ligariana, item Plutarchus.

Neque iniſſent turpem ſocietatem, neque diremiſſent] Reſpexit illa quæ ſunt à M. Tullio dicta Orat. 2. in Antonium: *Mea illa vox eſt, nota multis, Utinam Cnæi Pompeii cum C. Cæſare ſocietatem, aut nunquam coiſſes, aut nunquam diremiſſes. Erat alterum gravitatis, alterum prudentiæ tuæ. Hæc mea M. Antoni, ſemper & de Pompeio & de Repub. conſilia fuerunt.*

Libertatem tirociniis tuis Sullanam potentiam] Sumptum ab hiſtoria. Cicero enim adoleſcens contra L. Sullæ dominantis opes, Sext. Roſcium Amerinum, parricidii reum, defendit, ut ait 2 Offic. *Tirocinia* vocat, quia prima cauſa publica fuit, quæ, ut in Bruto ait, tantum commendationis habuit, ut non ulla eſſet, quæ non illius digna patrocinio videretur. Egit autem annos natus ſex & viginti. L. Cornelio Sulla 2. Q. Cæcilio Metello Pio Coss. Quinctilianus lib. 12. cap. 6. & Aſcon. Pedianus apud Agellium lib. 15. cap. 28.

Libertatem tirociniis ſuis] Qui locum attentius conſiderarit, facile animadvertet corruptum eſſe, legendumque parva commutatione, *libertate tirocinii tui Sullanam potentiam.* Scriptor de viris illuſtribus, quem olim Aurelio Victori tamquam parenti legitimo reddidimus, in M. Tullii vita, quæ in editis omnibus antea deſiderabatur: *Adoleſcens,* inquit, *Roſciano judicio, eloquentiam & libertatem ſuam adverſus Sullanos oſtendit, ex quo veritus invidiam Athenas ſtudiorum gratia petivit.*

Catilinam Reip. redditum] Illud *redditum*, licet *avulſo* oppoſitum eſſe à Declamatore videatur, non rectum eſt. Ant. Auguſtinus, *Rep. ejectum* vel *eductum*, leg. cenſuit. Res nota ex Catilinaria 2. in qua invidiæ declinandæ, emiſſum à ſe Catilinam videri volebat. Quid ſi, *Catilinæ remp. ereptam* legas? ut M. Tullius: *Retorquet oculos ſæpe ad hanc urbem, quam ex ſuis faucibus ereptam eſſe luget.* Fuit cum *Q. Ligarium Reip. redditum*, tentarem, ſed conjectura tantum mea, veteris libri fide non ſubnixa. Jo. Petreius ſic exponebat, nihil cunctatus: Antonium alterum quendam Catilinam, hoc eſt, peſtem,

peſtem, perniciemque Reip. effectum. In quo vereor (ignoſcant eruditi viri Manes) ne vis verbis allata eſſe videatur. Aſſentior tandem Nic. Fabro, qui tranſpoſita hoc ordine collocat: *Quid Catilinam avulſum & Antonium Reip. redditum?* Accipitque de C. Antonio Ciceronis in Conſulatu collega, quem pactione provinciæ, inquit Salluſtius, pertulit, ne contra Remp. ſentiret.

Pag. 53. *Q. Catulum, M. Antonium*] Egregium hoc oratorum par cum C. Julio, crudeliſſime interfectum Octaviano bello, quod poſt R. C. anno *666* exarſit: qua tempeſtate Marius, cum reliquis exſulibus ex Africa revertit, urbſque cædibus & rapinis vaſtata. Cicero in Bruto 3 de Orat. & Tuſculana 5. Hoc igitur voluit: M. Antonius orator indignus, qui hunc, ex filio M. Antonio, nepotem habeat. Huic & C. Antonius, Marci frater, hæſit, qui à Cicerone filio ad Byllidem victus, in M. Bruti poteſtatem venit. Plutarch. in Bruto. De utroque Cicero Philipp. 11. *An Antonios ornarem, non modo ſuarum familiarum, ſed Romani nominis probra atque dedecora?*

Pag. 54. *Inter Ventidios, Canicios, & Saxos*] Dici non poteſt quam rerum Romanarum ignoratio ridicula ſomnia his correctoribus ſuggeſſerit, ut hic *Carrutios* allinerent, qui nuſquam ſunt. Verum cum & *Saxos* hic viderent, cur non & *Silices*, vel ſi quid his eſt durius, commenti ſunt? *P. Ventidius* hic, Picens eſt, qui humili loco natus, miles ſtrenuus, cæſo jam ad internecionem M. Craſſo ad Carras, Parthos vicit, illius mortem vindicavit, deque iis triumphavit primus. Hic Prætor cum M. Antonio creatus, hoſtis Pop. Romani eſt judicatus. Agellius libro decimoquinto, cap. 4. qui & ex Suetonio præpoſitum Provinciis Orientalibus ab Antonio refert. Legendus Dio lib. 43. Plinius lib. 7. cap. 43. Plutarch. Antonio, Appianus Parthicis, Valerius Maxim. 6. cap. 10. Eutropius 7. Oroſius 6. c. 18.

Canicios] *Canidioſne*, an *Craſſicios*, ſubſtituere debeam, animi incertus pendeo, nam & in antiquo libro vitioſe *Canitidos*. Sunt & *Caninii*: ut Conſul ille aliquot horarum, qui dicteriis Ciceroni materiam præbuit, & Trib. pl. in epiſt. Ciceronis, & Dionis lib. 39. Alius quoque M. Vipſanii Agrippæ Cos. collega ann. 716. Sed nihil ad eum, quem quærimus. Malim equidem *Canidios* legi: P. enim Canidius, victo ad Actium Antonio, cæſus cum Caſſio Severo Parmenſi poëta à Cæſare Auguſto: auctore Plutarcho, Velleio Paterculo, & Oroſio lib. 6. cap. 19.

Saxas] Sic lege, non ut quidam libri, *Saxos*. Decidii Saxæ meminit Livii Epitoma 127. qui M. Antonii legatus à Labieno Pompeianarum partium victus eſt. Meminit & Dio lib. 48. qui & lib. 47. Δεκίδιον Σάξαν, diſerte vocat; valde ut mirer, *Didium* hunc à Fulvio Urſino, cetera Romanarum rerum peritiſſimo, *Caſcan* quoque pro *Saxa* vitioſe à Floro nominari. Cicero Philip. undecima, ubi capita exercitus Antoniani recenſet: *Accedit Saxa, neſcio quis, quem nobis Cæſar ex ultima Celtiberia Tribunum pleb. dedit: caſtrorum antea metator, nunc, ut ſperat, urbis.*

Sacra illa vox tua: Mori enim naturæ finis eſt, non pœna] Exſtat extrema Miloniana, *Exſilium ibi eſſe putat Milo, ubi virtuti non ſit locus: Mortem, naturæ finem eſſe, non pœnam.* & Philipp. 11. de hoc ipſo Antonio: *Mortem*, inquit, *naturæ pœnam putat eſſe iracundia, tormenta atque cruciatum.* Non aſſentior itaque Gab. Faerno, viro diligenti, qui vocem *pœnam*, in Cicerone delendam cenſebat. Huc pertinet illud ex Oratione Cæſaris, Catilinaria quarta, qui de conjuratis ſententiam tulerat, ipſos publicatis bonis, per municipia in vinculis perpetuo habendos: *Mortem enim à Diis immortalibus non eſſe ſupplicii cauſſa conſtitutam, ſed aut neceſſitatem naturæ, aut laborum, ac miſeriarum quietem eſſe. Itaque eam ſapientes nunquam inviti, fortes etiam ſæpe libenter oppetiverunt.* C. vero Salluſtius hanc Cæſari orationem attribuit: *De*

pœna

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

pœna poſſum equidem dicere id, quod res habet, in luctu atque miſeriis, mortem ærumnarum requiem, non cruciatum eſſe: eam cuncta mortalium mala diſſolvere, ultra neque curæ, neque gaudio locum eſſe. Falſa, credo, exiſtimans (ut M. Porcius Cato, ſententiam rogatus reſpondit) *quæ de inferis memorantur, diverſo itinere malos à bonis, loca tetra, inculta, fœda, atque formidoloſa habere.* Apud eundem Hiſtoriarum Principem, Umbreno Allobrogum legatos pauca de Civitatis ſtatu percunctante, quemque exitum malis ſperarent, ſe miſeriis ſuis remedium mortem exſpectare, reſponderunt. Cicero quoque Tuſc. 1. *Mortem, vitæ miſeræ finem* videri diſputat.

Permitte pop. Rom. contra Antonium] Videtur addendum *licere*. Deinde, *populus Romanus omnes*. Ant. Auguſtinus *ſæculum*, non, *omnes* leg. cenſebat. Vel ſic interpunge: *Permitte pop. Rom. contra Antonium licere: ſi ſcripta combuſſeris Antonius*, &c.

Inter Scenicos amores] *Cythoridem* enim animam tanquam alteram uxorem, aperta lectica circumducebat: ut M. Tullius Philipp. 2. & lib. 10. ep. 10. & *Volumnia* mimice conſalutabatur. Virgilius tamen *Lycoridem* vocat, ut mos Poëtarum, amicarum nomina pudoris gratia mutare, inquit Appuleius in Floridis. Hanc & M. Brutus, & nimis perdite Corn. Gallus Poëta, amaſſe fertur. Sic enim Maro:

—— Tua, Galle, Lycoris
Perque nives alium, perque horrida caſtra ſecuta eſt.

Pag. 54. *Cara eſt cuiquam ſalus*] In is, qui circumferuntur Ciceronis li-ɔris, nihil tale legere memini, ſed fore fallit memoria: aut in iis erat, qui el temporum injuria, vel majorum ncuria interciderunt. Philipp. quilem 2. ſe ab Antonio ingrati accuſaum ait: *Quo beneficio ſum uſus tuo? Quo me Brunduſii non occideris? Sed ſit eneficium, quandoquidem majus accipi à atrone nullum potuit.* Infr. *Sed fac id te edisse mihi, quod non ademiſti: meque à habere vitam, quæ non à te ſit erepta.* Niſi forte & illud ad rem pertinet quod Ciceroni Brutus ait, non tamen de Antonio, ſed Cæſare Octaviano, epiſt. 16. *Valde care æſtimas tot annos, quot iſta ætas recipit, ſi propter eam cauſam puero iſti ſupplicaturus es?* Sed quæ in præſens certiora occurrant, non habeo: Quamobrem in fragmentorum Eclogam hoc referas licet, ut alia nonnulla, poſt Car. Sigonium, & Andr. Patricium, dum appareant fontes.

P. Scipionem à majoribus deſciſcentem] Quis hic in gente Cornelia Scipio, vehementer ambigo. P. enim Corn. Naſica, adoptione, *Q. Cæcilius Metellus Pius Scipio* appellatus eſt: & Cos. fuiſſe cum Cn. Pompeio genero Suaſ. 5. docui. P. Corn. Scipio Africanus major, Literni exſul voluntarius periit, cum hoc elogio: *Ingrata patria, cineres non habebis meos.* Nepos vero Africanus minor, Romæ, incertum à quo, ſuffocatus eſt. Huic Cicero, epiſt. 21. lib. 9. ad famil. C. Carbonem Trib. pl. ſeditioſum, vim attuliſſe ait, ſed hæc cum Seneca pugnant. P. Scipio Africani majoris F. qui propter malam valetudinem, *valetudinarius* eſt dictus à Val. Maximo lib. 3. in eorum cenſum relatus eſt, qui à claris parentibus degenerarunt: de morte vero nihil glorioſum accepi. Illud contra turpe, vinctum ab Antiocho Rege, & patri gratis condonatum. Idem Valerius lib. 2. cap. 10. & alii. Sed forte à Declamatoribus tam accurata narratio, quod fere cauſæ deſerviant, ut nec à poëtis peti debet: admonere tamen viſum, quid ſentirem, ut aliorum induſtria excitata, *fungar vice cotis*.

Pag. 55. *Quamdiu rerum naturæ aut Fortuna ſteterit*] Secutus ſum Covarruviani libri optimi auctoritatem, qui recte *Reip. noſtræ* præfert. Natum autem mendum, ut ſolet, obſervatumque à nobis eſt Suaſ. 6. ex ſingulis litteris compendiiſque notarum, quibus infinita mendorum millia in libros irrepſiſſe, & irrepere norunt ii, qui in bonis auctoribus legendis bonas horas collocarunt. Ex his enim *rep. nrae*,

Librarius exſcripſit *rer. naturæ*. Hinc illæ lacrymæ. *Fortuna* autem *reip.* adeo frequens in antiquorum ſcriptis, ut putidum ſit admonere, niſi nobis cum præfractis rem eſſe intelligerem: Cicero in Sextiana: *Fuit profectò quædam illa Reip. Fortuna fatalis.* Et Salluſtius Catilinario: *Hæc illis volventibus tandem vicit Fortuna Reip.* & Plutarch. de Fortuna Pop. Rom. Commentarium edidit, ut & de Alexandri Magni. Hannibal quoque viſo Haſdrubalis capite, quod à Claudio Nerone in Apulia ante vallum Hannibalis projectum, vinci ſe Fortuna Carthaginis, confeſſus eſt. Scriptor de viris illuſtr. c. 48.

Per ſalutarem Reip. Conſulatum] Repetit hoc ſæpius Orator ad oſtentationem uſque Philipp. 2. in Catilinariis, in Piſoniana, & alibi, ut auctore Plutarcho in ejus vita, & Fabio, tanta Reipub. bene geſtæ prædicatio, æmulis calumniandi ſermonem dederit: præfat. lib. 11. Inſt. orat.

Ne quid te putes] Quot fere litteræ, tot ſe mihi variantes lectiones offerunt, ut tamen, quam ſequar, non habeam dicere: Lectoris itaque eruditi judicium faciam. Pro *ante cœperit*, vetus liber *ante cepit*. Tentabam igitur, *per Remp. quæ ne quid te putes carius illi relinquere à te petit.* Poſtulat, inquit à te Reſp. orationes illas, quarum ſalus vita ſit redimenda, quibuſque nihil illi majus potes relinquere. Jo. Petreius: *ante perit.* ut fere Suaſor. 6. *Nec poteſt videri non nimis vixiſſe, qui moreris Reip. ſuperſtes.*

Cum adeo illa pars non ſit mala] Amplector antiq. librorum ſcripturam: *Cum adeo nulla pars non ſit mala*: commodo ſenſu, utramque conditionem iniquam videri, ſive mortem, ſive Philippicarum jacturam ſuaſeris. Alterius vero utrius partis & eam ſuaderi poſſe, ut vivere velit Reip. ſuperſtes, ſeque vitamque tueatur, auctor eſt Quinctilianus lib. 3. cap. 8. *Cum Ciceroni*, inquit, *dabimus conſilium, ut Antonium roget, vel etiam ut Philippicas (ita vitam pollicente eo) exurat, non cupiditatem lucis allegabimus (hæc enim ſi valet in animo ejus, tacentibus quoque nobis valet) ſed ut ſe Reip. ſervet, hortabimur. Hac illi opus eſt occaſione, ne eum talium precum pudeat.*

Pag. 56. *Ut inſolentis Græciæ ſtudia*] Sic Præfat. Controv. *Quicquid Romana facundia habet, quod inſolenti Græciæ, aut opponat, aut præferat, circa Ciceronem effloruit.* Et M. Fabius Magnus ille ingeniorum cenſor, ut noſter hic Criticus, lib. 10. cap. 1. *Ciceronem cuicunque Græcorum fortiter oppoſuerim.* Notum ex Plutarcho Milonis Rhodii de Ciceronis, etiam Græca eloquentia, judicium.

De mortis contemptu locutus] Integra diſputatione prima Tuſculana, in Catone majore, in Philippicis, & alibi.

Et hæc Suaſoria inſignita eſt] Equidem ſic accipio, pro *notata à Criticis eſt*, q. d. appoſita nota inſignis eſt. Euripides Hecuba in bonam partem χαρακτὴρ ἐπίσημος ἐσθλῶν γενέσθαι. Sic, *nota inſignis*: & vero Græci σημεῖα appellant aſteriſcos, & obeliſcos, ut Hephæſtio in Enchiridio, & Triclinius in Sophoclem, Cornificius ad Herennium lib. 4. *Ad rem turpem deformandam, quo magis*, inquit, *inſignita ſit, aut cruentam, aut cœno oblitam, aut rubrica delibutam inducemus.* Et Cicero in 3 de legib. de Tribunatu: *Tanquam ex XII Tabb. inſignis ad deformitatem puer, brevi tempore, neſcio quo pacto, creatus multoque tetrior ac fœdior natus eſt.* Plautus Milite:

Ea mihi inſignitos pueros pariat poſtea
Aut varum, aut valgum, aut compernem, aut pætum, aut broncum.

Dixit enim ſententiam] *Etiam* eſt in membranis illis, ſed nihil immuto. Eſt enim αἰπολογία, cur nota à Criticis addita illi Suaſoriæ: quia uſus, inquit, Declamator Cacozeliæ genere humillimo ac ſordidiſſimo.

Cacozeliæ genere humillimo] De qua & infr. Controv. 24. extrema, & 25. Demetrio Phalereo ἐν τῷ περὶ ἑρμηνείας unum genus Cacozeliæ Character vitioſus finitimus τῇ γλαφυρότητι, qui fit in ſententia, aut in verbis, aut in collocatione. Hermogeni lib. 4. de

Invent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Invent. unum item genus Cacozeli quod ſub ἀνασκευὴν Rhetorum cadere poteſt, quamvis illi ſubjici poſſunt multæ formæ, κατὰ τὰ κεφάλαια τῆς ἀνασκευῆς. Dionyſio Longino Cacozelum eſt exitus τοῦ μειρακιώδους ὄγκου, in quo ſectamur τὸ περίεργον πεποιημένον τε καὶ μάλιστα τὸ ἡδύ. Fabio Quinctiliano totidem genera Cacozeli, quot ornatus in oratione: ut ad elocutionem ſolam illius judicio referatur. Quare dum is declamator περίεργος aut ἡδὺς, ut loquitur Longinus, aut dulcis, ut Fabius, ſimilium vocum, puerili captatione incidit in Cacozelum, atque illud ejus genus, quod prædulce Fabius nominat, quaſi præ argutia & affectatione nimis dulce ſit. Hoc genus Figuræ cum laudi eſt, Paronomaſia à Rutilio, non à Quinctiliano quidem, & Paronymia ab Aquila nominatur. Hoc item genus figuræ ac finitima illi efficiunt Ariſtoteli 3 Rhetor. ἀστεῖον λόγον, ſed quo brevius, & ἀντιθετικώτερον efferuntur, eo reddunt ἀστειότερον. Suſpectus tamen non parum uſus nimiæ feſtivitatis, ut loquitur Cicero in Oratore ad Brutum. Hinc Theophraſtus apud Halicarnaſſeum in Lyſia μειρακιώδεις illas vocat, & in Iſocrate apud eundem Philonicus Dialecticus, & Hieronymus Peripateticus illas exagitabant. Quin & apud Agellium lib. 18. cap. 8. à Lucilio in Satyra irriſæ, ὡς μειρακιώδεις. Quare tenendus in his modus Oratori, ſi perſonæ ſuæ ac dignitati ſervire velit. Hæc è Rhetorum myrothecio eo libentius adſcripſi, quod in Prolegom. dialogi Ciceroniani Eraſmum videam his non intellectis, occaſionem arripuiſſe, ut in Ciceronis Oratorum principis imitationem, à qua maxime ipſe abhorrebat, hæc tela vitioſe torqueret. Sed domum redeundo hoc agamus.

Peribit quod Cicero ſcripſit] Tale illud Pollionis Aſinii, cum in eum Triumvirali tempore Auguſtus Feſcenninos ſcripſiſſet, *At ego taceo*, inquit, *Non enim eſt facile in eum ſcribere qui poteſt proſcribere.* Macrob. lib. 2 Saturn. cap. 4.

Apud Ceſtium Prætorem] *Præceptorem* divinaram, vel *Pium:* hoc enim illi cognomen conſtanter tribui video: cujus me conjecturæ nondum pœnitet, nec cur pœnitere debeat, video. Præſertim cum idem Nic. Fabro homini doctiſſimo in mentem veniſſe obſervarim. Caſſius enim Severus ad Præceptorem vocavit Ceſtium (non Prætorem ut arbitror) quod in Milonem dixiſſet, in ſcholis contra Ciceronem; ut ait extrema præfat. lib. 3 Epitomæ Declamat. ſcriptum erat *Pi*; librarius *Pr.* exſcripſit. Hinc origo mendi.

Pag. 57. *Quid ita te fruar?*] Jocus eſt. Sic in Controv. 27. Pompeius Silus jusjurandum concipit: *Ita mihi ſuperſtite filio mori liceat.* Exſtatque in Fabio lib. 9. cap. 2. Et in eadem Mento: *Ita mihi libero vivere contingat & mori. Ita oculos meos filii manus operiant.* Vide & Controv. 10. & 16. Et quod eſt à doctiſſimo JC. in tanta Formularum copia omiſſum: *Ita incolumi Cæſare moriar.* Utitur apud Ciceronem Balbus, lib. 9. epiſt. 9. ad Atticum.

Aſiam obtineret] Appianus M. Tullium, M. F. Syriæ ab Octaviano Prætorem factum ſcribit: Plutarch. etiam collegam ſibi in Conſulatu adſciviſſe: Sub quo Senatus Antonii imagines ſuſtulit, honores antiquavit, & ne quis Antoniorum *Marcus* appellaretur, decrevit. Sic in Ciceronis domum ultionis de Antonio finis collatus. Simile quid de *Marci* prænomine familiæ adempto notare memini ad ſcriptorem de viris illuſtribus c. 24. in Manlio Capitolino.

Si quid ex ea ſuperat] *Supererat* edidi, ut ſcriptum repperi. Vitioſe olim, ex compendiis literarum ꝑ ut ſæpe admonui. M. Tullium M. F. binos ſæpe congios ſimul haurire ſolitum refert Plinius lib. 14. Nat. Hiſt. cap. 32. Memoriam autem nimio potu labefactari, idem alibi, omniſque Phyſicorum ſchola, ac Medicorum tradit.

Non exigeret Scordalus] Hæc mihi alieno loco collocata videntur, at non facile dixerim quo pertineant: nec

quam velim, medicinam facere poſſum, nec ſi poſſim, ſine libris auctoribus auſim. Rom. editio præfert: *Erat autem etiam ibi Pietas, Niger & Cotula.* Tentandum, ut verbis præeundo aliorum induſtriam exacuam: *Erat autem ibi pietas non exigua & Scordalus.* vel illud, *Pietas non exigua*, ad oram libri adſcriptum, in ſeriem, ut ſit, irrepſit. vel, *Erat autem ibi pietas. Non efficeret κόρδυλος, Hybreæ diſertiſſimi viri filio*, &c. Nam *Scordalus*, quis ſit nondum repperi, niſi forte id ebrioſi hominis nomen fuit, ut ex Seneca philoſopho colligo epiſt. 83. *Tillius Cimber & nimius erat in vino, & Scordalus.* Quid ſi *Cordulum* legas? Κόρδυλον, exiguum thunnum forte per jocum, ut ſolet ingenioſus Rhetor, appellat Marci Tullii filium, qui pœnas capiat, imperiumque exerceat. Eſtque & ἀμφίβιον animal, quod ſoli expoſitum interit, Ariſtoteli & Athenæo. Nihil temere affirmo.

Ἀγνωμόνων πατέρων] Hæc ex libri Covarruviani obſcuris litteris exculpere licuit, ſive ἀτίμων πατέρων. cauſam autem eandem hanc eſſe atque παρανοίας, quæ item ad parentes pertinebat, Jo. Pet. Nunneſius exiſtimabat. Apud Sopatrum enim ἐν ταῖς διαιρέσεσι τῶν ζητημάτων ſic legitur: Ἡ παράνοιά ἐστι τὸ μὴ ἐπιγινώσκειν τὸν πλησίον, τὸ τοὺς συγγενεῖς ἀγνοεῖν, τὸ ἀνακόλουθα ποιεῖν, τὸ μὴ συνιέναι τὰ πραττόμενα, τὸ λόγοις σφάλλεσθαι. His ita poſitis hunc ſenſum eliciebam. Non conferret Scordalus culpam in παράνοιαν patris, quod filius eſſet viri diſertiſſimi, quique λόγοις σφάλλεσθαι, καὶ μὴ συνιέναι τὰ πραττόμενα, vix poſſet: vulgo parentes culpæ affines judicantur, ſi quid filii peccarint, quod præpoſtere illos inſtituerint. Verum mihi futura hæc planiora videntur, ſi quis hoc gloſſema ὀβελίζῃ· nam & illa, *partibus ſtultorum*, cum Græcorum verborum interpretatio eſſet, hic intruſa: *patribus* enim, non *partibus* vetus liber præfert. Idem tamen, ne quid diſſimulem, Seneca extr. Contro v. 34. *Æmilianus*, inquit, *Græcus Rhetor, quod genus ſtultorum amabiliſſimum eſt.* Sic enim de veteri libro emendo. Reponebam igitur hoc loco: *Hybrias patris locum ad litteram omnibus agnoſcentibus*, &c. Recitavit forſitan Rhetor illa ex Catone Majore M. Tullii: Quid enim vetat conjecturis, ſi non veris, ad docendum ſaltem accommodatis, agere in tantis Antiquitatis tenebris? *Sophocles*, inquit, *ad ſummam ſenectutem Tragœdias fecit: qui propter ſtudium cum rem familiarem negligere videretur, à filiis in crimen vocatus eſt; ut quemadmodum noſtro more, male rem gerentibus patribus bonis interdici ſolet, ſic illum quaſi deſipientem, à re familiari removerent judices. Tum ſenex dicitur eam fabulam, quam in manibus habebat, & proxime ſcripſerat, OEdipum Coloneum recitaſſe judicibus, quæſiſſeque num illud carmen deſipientis videretur: Quo recitato ſententiis judicum eſt liberatus.* Nam & hanc ipſam actionem παρανοίας, vocat Lucianus, Μακροβίοις. Σοφοκλῆς πέντε καὶ ἐνενήκοντα ζήσας ἔτη. ὅστις ὑπὸ Ἰοφῶντος, τοῦ υἱέος, ἐπὶ τέλει τοῦ βίου παρανοίας κρινόμενος ἀνέγνω τοῖς δικασταῖς Οἰδίπουν τὸν ἐπὶ Κολωνῷ ἐπιδεικνύμενος ὅπως τὸν νοῦν ὑγιαίνει. ὡς τοὺς δικαστὰς τὸν μὲν ὑπερθαυμάσαι, καταψηφίσασθαι δὲ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ μανίαν.

Pag. 58. *Frequentiſſimo jam more à jurejurando*] Item ab invocatione auſpicabantur nimis frequenter, adeo ut & illud vitio verteretur. Virgil. 11 Æneid.

Præfatus Divos ſolio Rex inſit ab alto.

Ridetque in Divinatione Cicero Q. Cæcilium, qui ex veteri aliqua oratione, hoc fere dicendi initium faceret: *Jovem ego optimum Maximum.* Et Demoſthenes ſic præfatur, orat. de Corona: Πρῶτον μὲν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις θεαῖς, ὅσην εὔνοιαν ἔχων ἐγὼ διατελῶ τῇ τε πόλει καὶ πᾶσιν ὑμῖν. Et Valer. Maxim. in prooemio. Turnebus Galliæ ocellus, lib. 14. adverſar. cap. 13. & Servius in 7 Æneidos, Tullii è divinatione locum citans veterem mo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

rem explicat præfandi à Deorum commemoratione.

Juba & Petreius] Q. Scipio, M. Petreius, L. Afranius & M. Cato, victo in Pharſalicis Pompeio, ad Jubam Mauritaniæ Regem, dum in Ægypto Cæſar res gereret, fugerunt: factoque exercitu, collatis ad Tapſum cum Cæſare ſignis, victi ſunt. Poſt prælium inter epulas Petreius rogatus Jubam, ſeſe interemit, anno ni fallor, 707. poſt R. C. Hirtius, Dio, Appianus, & Velleius Paterculus; paulo aliter Florus lib. 4. Epit. & Oroſius lib. 6. c. 16.

ANDREÆ SCHOTTI IN M. ANNÆI SENECÆ CONTROVERSIAS NOTÆ.

LIBER I.

PRÆFATIO.

Pag. 63. *Senectus oculorum aciem retuderit*] Eadem P. Licinii Calvi querela apud Livium l. 5. ab U. C. *Me*, inquit, *jam non eundem, ſed umbram nomenque P. Licinii relictum videtis: vires corporis affectæ, ſenſus oculorum atque aurium hebetes, memoria labat, vigor animi obtuſus.* Et infra lib. 5. procemio: *Memoria quando ſenilis marcet per ſe admonita, & aliquando laceſſita, facile ſe colliget.*

Ad duo millia nominum] Vide quæ de quorundam admirabili Memoria Plinius lib. 7. cap. 24. Solinus cap. 7. Polyhiſtoris, Fabius lib. 11. cap. 2. & Valerius lib. 8. cap. 7. quæque M. Antonius Muretus lib. 3. Variarum lectionum cap. 1. obſervavit.

Pag. 64. *Ad continenda quæ acceperat, fida*] Vox *fida* non eſt in veteri lib. quo uſus ſum ad Senecæ Epitomam illuſtrandam Ant. Auguſtini, hominis numquam ſatis laudati: & ſane abſque ea conſtat ſententia. Alludere autem videtur ad Juriſconſultorum bonæ fidei creditorem, qui moras nectere non ſolet, nec fruſtrari creditorem. Poſt non longe: *Solebat*, inquit, *bonæ fidei eſſe*, id eſt, *ſine cunctatione reddit depoſita*, ut explicat Cujacius Obſervat. lib. 8. cap. 10. Et de Latronis memoria: *Dicebat ita, ut in nullo unquam verbo cum memoria deciperet.*

Aut ſi qua illi] Malim: *At ſi qua illi, intra proximos annos commiſi.* Ariſtoteles Problemate 5. ſect. 30. cauſſas reddit: διὰ τί νοῦς πρεσβυτέροις οὖσιν μᾶλλον ἐγγίνεται, μανθάνομεν δὲ θᾶττον νεώτεροι ὄντες· μανθάνομεν, φησὶ θᾶττον νεότεροι ὄντες, διὰ τὸ μηδέν πως ἐπίστασθαι, ὅταν δ' ἐπιστώμεθα, οὐκ ἔτι ὁμοίως δυνάμεθα δ' ἔχεσθαι. καθάπερ καὶ μνημονεύομεν μᾶλλον, οἷς ἂν ἕωθεν πρῶτον ἐντυγχάνομεν, ἔπειτα προϊούσης τῆς ἡμέρας, οὐκ ἔτι ὁμοίως, διὰ τὸ πολλοῖς ἐντετυχηκέναι.

Mittatur ſenex in ſcholas] Proverbii ſpeciem præfert, quale Horatianum illud :

Spectatum ſatis, & donatum jam rude, quæris
Mæcenas iterum antiquo me includere ludo.
Non eadem eſt ætas, non mens.

Pag. 65. *Quæ obſervantia*] Probo veteris illius lib. ſcripturam : *Quæ obviantia mihi.* Fort. & *obverſantia* ſcriptum erat, & à librariis in deſcribendo, ut fit, corruptum.

Precario non paret] Alii affirmate legunt, *precario paret.* Reſpexit Juriſconſultorum formulam qua res precario rogabantur ; & res pignori creditoribus oppoſitas debitores precario rogare ſolitos ait Ulp. in l. certe. §. ultim. ff. de precario. & Pomponium in l. ſi debitor. ff. eod. & alias ſæpe. Tertullianus lib. 5. adverſus Marcionem: *Aliena tribus modis ſumi*, ait, *Jure, beneficio, impetu :* hoc eſt, *dominio, precario & vi.* Et Terent. in Eunucho : *Vel vi, vel clam, vel precario.*

Iniquitate naturæ, Eloquentia ſe retro tulerit] Vetus lib. *Natura ſe retro tulerit.* Salluſtius Catilin. *Reſp. magnitudine ſua Imperatorum atque Magiſtratuum vitia ſuſtentabat, ac ſicuti effeta parente, multis tempeſtatibus haud ſane quiſquam Romæ virtute magnus fuit.* Priora quoque illa : *Et ad malum pronitate* aberant, ut & à libris Ferdin. Pincian.

Quod inſolenti Græciæ opponat, aut præferat] Ceſtius Pius Suaſ. 7. de Cicerone : *Injuriam illum facturum populo Rom. cujus linguam in civem extuliſſet, ut inſolentis Græciæ ſtudia tanto antecederet Eloquentia, quanto Fortuna.* Sic & Fabius lib. 12. cap. 5. & 10. cap. 1. *Oratores*, inquit, *vel præcipue Latinam eloquentiam parem facere Græcæ poſſunt : nam Ciceronem cuicumque eorum fortiter oppoſuerim.* Et vero hæc aurea illa ætas, qua ad ſummum perducta Eloquentia eſt, & Ciceronis Cæſariſque tempora comprehendit.

In deterius data res] Virgilianum reſpexit 1 Georg.

——— *ſic omnia fatis*
In pejus ruere, ac retro ſublapſa referri.

Solinus, Polyhiſtoris cap. 2. *Cæſar Auguſtus principatum ita ingreſſus eſt, ut vigilantia ejus non modo ſecurum, verum etiam tutum imperium eſſet. Quod tempus ferme ſolum repertum eſt, quo plurimum, & arma ceſſaverunt, & ingenia floruerunt : ſcilicet, ne inerti juſtitio languerent virtutis opera, bellis quieſcentibus.*

Pag. 66. *Torpent ecce ingenia deſidioſæ juventutis*] Quanto juſtior hæc noſtri ſæculi querela eſt! queritur & Tacitus, ſive is potius Fabii libellus eſt : *De cauſis corruptæ & degenerantis Eloquentiæ.* quem cum his Senecæ comparari volo.

Mollitia corporis] Sic Controv. 9. *Aliqua ex commentariis amici tui deſcribe : madentem unguentis heſternis*, (fort. *externis*) *convulneratum libidinibus, incedentem ut feminis placeat, femina mollius : & cætera quæ morbi, non judicii ſunt.*

Oraculum voluntas divina] Quæ inſtinctu divino afflatuque funduntur oracula. Cicero de Divinat. & in Topic. *Oracula eo ipſo appellata ſunt, quod ineſt in his Deorum oratio.*

Orator eſt vir bonus] Vide Fabium proœmio Inſtit. Oratoriar. & lib. 12. cap. 1. ubi & M. Catoni hanc ſententiam attributam diſerte defendit. Ciceroni eam maxime probatam ſuſpicor.

In iſtis fluxis atque expolitis] Sic & in veteri Covarruviano : recte tamen in altero cod. *Vulſis atque expolitis*, qui Græcis πεπτιλωμένοι, & Juvenali Sat. 8.

——— *reſignata juventus.*

Videndus Clemens Alexandrinus, diſſerens diſerte in molles lib. 3. παιδαγωγοῦ, cap. 3. *Fluxis* etiam pro *mollibus & enervatis* Seneca dixiſſe videatur. Ovid.

Sint procul à vobis juvenes ut femina compti,
Fine coli modico forma virilis amat.

& : *Forma viros neglecta decet.* Vide Controv. 9.

Pag. 67. *Memoria earum producatur*] Hoc

Hoc eſt, *proferatur:* ut in aurea illa Varronis ſententia: *Vitam legendo, & ſcribendo procudito.* Et mox Seneca de Latrone: *A prima pueritia uſque ad ultimum ejus diem productam familiarem amicitiam cum voluptate maxima repetam.*

In quo duos grandes prætextatos] Suetonius de claris Rhetoribus: *Cicero ad Præturam uſque Græce declamavit; Latine vero ſenior, & quidem Coſs. Hirtio & Panſa, quos diſcipulos & grandes prætextatos vocabat.* Sed de his nos in Prolegomenis. Non igitur aſſentior homini docto, qui contra Suetonii auctoritatem, & M. Fabii Coſs. tanquam gloſſema delendum cenſet.

Pag. 68. *Potui vivam vocem audire*] Suſpicor *haurire* legendum: alioqui dicti venuſtas peribit, niſi fort. ea in *viva voce* conſiſtit, quæ majorem habet, quam ſcripta, ἐνέργειαν: *Viva enim*, inquit ille, *vox magis afficit, quam muta magiſtri.* Aut Æſchinis de Demoſthene dictum reſpexit: *Quid ſi vivam vocem audiviſſetis?*

Controverſias nos dicimus, Cicero Cauſſas] Imo & ipſe ὑποθέσεις *Cauſſas* vocat in Partitionibus, & Controverſias in Topicis: Θέσεις vero *Conſultationes & Propoſita.* Hæc finitarum Quæſtionum, illa infinitarum ſunt, in quibus Ciceronem jam jam in Repub. principem exerceri ſolitum Fabius ait, lib. 10. c. 5. quem lege, & lib. 3. c. 5.

Pag. 69. *Sicut ipſa Declamatio*] Mollit itaque vocis novitatem Cicero in Bruto: *Commentabar*, inquit, *declamitans (ſic enim nunc loquuntur) ſæpe cum M. Piſone, & cum Q. Pompeio, aut cum aliquo* (fort. *alio*, vel potius *Ælio*) *quotidie: idque faciebam multum etiam Latine, ſed Græce ſæpius.* Idem quoque Cicero *Favorem* & *Urbanum* nova cudit in epiſt. ad Brutum, & ad Pulchrum lib. 3 ad Famil. Idem putat à Terentio primum dictum eſſe *obſequium.* Lege Fabium lib. 8. c. 3.

Alterum veræ actionis] Eſt enim *Declamatio* judiciorum conciliorumque imago veritati ſimilis, & forenſium actionum meditatio. Fabius lib. 2. cap. 10. & lib. 4. cap. 2. & lib. 10. c. 5. Quibus veluti præpilatis ad pugnam forenſem exerceri olim ſolebant. Idem lib. 5. cap. 12.

Pag. 70. *Prodeſt ſubinde animum relaxare*] Ovidii illud nobis pueris occinebatur, Epiſt. 3.

Quod caret alterna requie durabile non eſt:
Hæc reparat vires feſſaque membra levat.
Arcus & arma tuæ tibi ſint imitanda Dianæ:
Si nunquam ceſſes tendere, mollis erit.

Pag. 72. *Et colorem mutaverat*] Latronis quoque auditores cumini eſu colorem mutaſſe, ut eum æmulari viderentur, auctor eſt Plinius lib. 20. Nat. Hiſt. cap. 14. Antea *contuderat*, multo malim quam *confuderat.* Jam enim de oculorum acie hebetata diſſeruit.

Pag. 73. *Quod Cyneas fecit*] Plinius lib. 7. cap. 24. *Cyrus rex omnibus in exercitu ſuo militibus nomina reddidit, L. Scipio pop. Rom. Cyneas Pyrrhi Regis legatus, Senatui & Equeſtri ordini Romæ, poſtero die quam advenerat.* Ibidem, ejuſque ſimia Solinus, de Mithridatis, Simonidis & Metrodori, ſicut de Themiſtoclis, Craſſi & Theodectæ memoria. M. Fabius lib. 11. cap. 2. extremo, & Val. Max. lib. 8. cap. 7.

Aut quod fecit Hortenſius] De quo M. Tullius in Bruto: *Memoria tanta, quantum in ullo cognoviſſe me arbitror, ut quæ ſecum commentatus eſſet, ea ſine ſcripto, verbis iiſdem redderet, quibus cogitaviſſet. Hoc adjumento ille tanto ſic utebatur, ut ſua & commentata & ſcripta, & nullo referente omnia adverſariorum dicta meminiſſet.* Prædicat eandem in Lucullo, qui Nonio eſt Academicarum quartus; item Tuſculana 1. & 3 de Oratore.

Pag. 74. *Sedens quæſtionem*] Quod eſt de ſe confidentis: ſtantes enim orabant; qui geſtus attentiorem reddit Oratorem. Plena omnis exemplorum antiquitas. Homerus Iliad. α.

Τοῖσι δ' ἀνιστάμενος μετέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς.

Ubi Scholiaſtæ legendi. Sedentem vero Latronem inducit extrema Suaſoria 1. Silo quoque Pompeius ſedens facundus & diſertus erat. Infr. præf. lib. 3. Epitomes, & M. Tullius lib. 1 extr. de Oratore.

Apud Marullum] Marilium ſcriptum eſt in Veteri quatuor ſyllabis, qui Controv. 10. & 17. totidem ſyllabis, ſed geminata liquida *Marillius* ſcribitur, & utrobique *præceptor* nominatur.

Odioſa res Circenſibus pompa] Moram enim injiciebat iis, qui ludorum ſpectaculo magis delectabantur; Pompa enim ludos præcedebat: quod ex Dionyſii Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας lib. 7. extremo didici, ubi multa de his illuſtria leguntur: Πρὶν ἄρξασθαι τῶν ἀγώνων πομπὴν ἔστελλεν τοῖς θεοῖς, οἱ τὴν μεγίστην ἔχοντες ἐξουσίαν ἀπὸ τοῦ Καπιτωλίου τε καὶ δι' ἀγορᾶς ἄγοντες ἐπὶ τὸν μέγαν ἱππόδρομον· ἡγοῦντο δὲ τῆς πομπῆς πρῶτον μὲν οἱ παῖδες αὐτῶν πρόσηβοί τε καὶ τὸ πομπεύειν ἔχοντες ἡλικίαν, ἱππεῖς μὲν ὧν οἱ πατέρες τιμήματα ἱππέων εἶχον. πεζοὶ δὲ οἱ μέλλοντες ἐν τοῖς πεζοῖς στρατεύεσθαι. In *ſacris* quoque *Junonis* ferendis tardiſſimus inceſſus, qui & in Proverbium abiit, cum & tenſarum vehiculis, ut ait Cicero in Verrem, omnes Dii ſolemnes cœtus ludorum inibant, ciſtæ & caniſtra ferebantur. Horatius Sat. 3.

——— *Perſæpe, velut qui*
Junonis ſacra ferret.

Lentus quoque in *Cereris ſacris* gradus. Idem Sat. ult.

——— *Ut Attica Virgo*
Cum ſacris Cereris procedit fuſcus Hydaſpes.

Circenſes autem ludos *Cereri* fere celebratos pridie Eidus April. in Kalendario vetere legitur, & ſemel iterumque apud Tacitum 15 Annal. & 2 Hiſtor. Aug. Et Cicero 1 Officiorum: *Cavendum eſt ne aut tarditatibus utamur in ingreſſu, mollioribus ne ſimiles pomparum ferculis eſſe videamur.* Sed de Cerealibus plura apud Ang. Politianum, cap. 85. Miſcellan.

CONTROV. I.

Liberi parentes alant, aut vinciantur] Lege cum divina tum humana, ut liberis parentes theſaurizant, ſic ab illis viciſſim alimenta accipiant, vel ſenio graves, vel ad inopiam redacti, neceſſe eſt: quod Galenus dixit: γηροβοσκεῖν τὴν πρεσβυτικὴν ἀσθένειαν. Declamitantium hic campus fuit, ut & infra Controverſ. 7. & 19. & Fabio Quinctiliano declamatione 5. Alter quoque Fabius legis hujus meminit lib. 5. Inſtit. cap. 10. & lib. 7. cap. 6. & Jureconſulti. Ulpianus naturali jure cogendos liberos reſpondit, l. ſi quis à liberis. D. de agnoſcend. vel alend. lib. vel parent. Imperator quoque Divus Antonius Pius l. 1. & 2. C. de alendis liberis à parentibus idem reſcripſit. Solon tamen Athenis excepit, alimenta præſtanda non eſſe parentibus, ſi nullas liberos artes docuiſſent, vel illegitimo thoro propagati liberi eſſent: quo vel criminis hujus pœnas ſenes darent, vel illic ſocordiæ, ut auctor eſt Plutarch. in Solone ex Heraclite Pontico, & Diogenes Laërtius. Idem etiam Solon infamiam irrogari decrevit liberis, qui parentes non alerent. Et vero Ciconiæ pietatis id exemplum docent, teſte Ariſtotele: & apud Ariſtophanem in Avibus: πελαργικοὶ νόμοι Proverbio locum dederunt. Vetus poëta neſcio quis:

Ἱκανῶς βιώσεις γηροβοσκῶν σοὺ γονεῖς.

Solonis autem Lex forte ſic concepta: ἐάν τις γονεῖς μὴ θρέψῃ ἄτιμος ἔστω. Υἱὸν τρέφειν τὸν πατέρα μὴ διδαξάμενον τέχνην ἐπάναγκες μὴ εἶναι. Μηδὲ τοῖς ἐξ ἑταίρας γινομένοις ἐπάναγκες εἶναι τοὺς πατέρας τρέφειν. Vitruvius prooem. l. 6. Alexis ait ideo Athenienſes laudari oportere, quod omnium Græcorum leges cogant parentes ali à liberis, Athenienſium non omnes, niſi eos qui liberos artibus erudiſſent. Lege Val. Max. lib. 5. cap. 4. de pietate liberorum erga parentes.

Contradicitur] Addidi ex Epitoma, & deeſſe videtur in reliquis. Nam qui priore

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

priore loco dicebant PETERE, & CONTROVERSIAM EXPONERE: qui vero reſpondebat, CONTRADICERE dicebatur. Quinctil. lib. 4. cap. 2. Chirius Fortunatianus lib. 1 Rhetor. & Agellius lib. 9. c. 15. Omiſſam vero hanc vocem ſuſpicor, quod ſingularibus litteris *C. D.* ut in Fabii Senioris Declamat. obſervavi, notaretur nec intelligeretur.

Ecce oppreſſit increſcentem] *Marceſcentem* videor è veteri libro eruere, niſi forte *& mors ſenem* legis, vulgarem tamen ſcripturam non damno.

Pag. 77. *Scis tuto te facere*] Malim legi, *ſtulte te facere*, & longe alia interpunctio eſt & lectio in opt. libr. *Etiam ſi abdicaveris, alam. Fatendum eſt crimen meum: tardius miſertus ſum: itaque do pœnas: egeo. Parentibus meis cum in ceteris odium ſit, tantum in meam notam convenit. O felix ſpectaculum!* Sic infr. *Poterat nobis convenire, ſi non fuerit in medio, quem potius miſeri contumaces rogent.* *Nota* hic pro *notatione.* Vide Nonium Marcellum, ut & infra de *Immiſſa Barba.*

Per cujus cineres] Per patrios cineres jurare ſolemne olim. Infr. de L. Albutio Silone, præfat. lib. 3 Controv. & Suetonius in claris Rhetoribus. Lacones item Suaſoria ſecunda: *Per ſepulchra noſtra jurabitur.*

Jacentem ſuper crepidinem Marium] Suſpicor latebram ſignificari, cum in paludibus Minturnenſium C. Marius pater delituit, ſextum Cos. & Sullam fugiens in Africam delatus eſt, ann. 665. poſt R. C. vel potius cum juxta Carthaginem exſul deſedit: Cui cum Sextilius Africæ Prætor, per lictorem Africa interdiceret, cum gemitu, *Nuncia*, inquit, *C. Marium in Carthaginis ruinis exſulem vidiſſe ſedentem.* Plutarchus. Et mox P. Aſprenas: *Quid referam Marium ſexto conſulatu Carthagine mendicantem, ſeptimo imperantem?* Et Contr. 17. *Minturnenſis palus Conſulem Marium non hauſit. Cimber etiam in carcere vidit imperantem: Prætor iter à conſpectu exſulis flexit. Qui in crepidine Marium viderat, in ſella figuravit.* Velleius Paterc. lib. 1. *Marius à Minturnenſibus impoſitus in navem, adſecutus circa Æneariam filium, curſum in Africam direxit: inopemque vitam in tugurio ruinarum Carthaginenſium toleravit, quum Marius, adſpiciens Carthaginem, illa intuens Marium, alter alteri poſſent eſſe ſolatio.* De hac ipſa C. Marii latebra interpretatur Servius, doctiſſimus Scholiaſtes Virgilii, illud 2 Æneid.

Limoſoque lacu per noctem obſcurus in ulva
Delitui.

ut & illud proximum de Cn. Pompeio:

—— *jacet ingens littore truncus.*

Certe Lucanus initio lib. 2. belli Pharſalici de Mario eſt æmulatus:

Exſul limoſa Marius ſeſe abdidit ulva.

Quæ de *crepidine* Laur. Valla litterator inſignis in Raudenſem adnotavit, non exſcribo. Virgil. 8 Æneid.

Forte ratis celſi conjuncta crepidine ſaxi
Expoſitis ſtabat ſcalis, & ponte parato.

Pag. 78. *Patris timeo mutationem*] Sic continenter vetus liber, cui reſpondet illud: *Et ille nihil prius ex bonis quam filium perdidit.* Tametſi alias ſæpe: *Otho Junius Pater, & Arellius Fuſcus pater*, à filiis, qui & ipſi Rhetores fuerunt, diſtinguuntur.

Ecquid cerno] Ex depravatis ſcripturæ veteris veſtigiis hæc conformabam: *Quid hoc? aperiſne Penates tuos?*

Pag. 79. *Adſit mihi alius, habebit advocatum*] Hæc fere in judiciis conjungi ſolere: *Adeſſe reo, & advocatum venire*, monet Donatus, & ex Plinio minore diſcas. Plautus Amphitr. *Conſimiles ſunt adeo, ut utri adſim, neſciam: Rixam tamen, ut poteſt, dirimam.* Terent. Phorm. *Hic in noxia eſt: ille ad defendendam cauſam adeſt.* Cicero Qu. Fratri, *A. D. IIII. Non. Febr. Milo adfuit: ei Pompeius advocatus venit.* Et in Catone: *Adſum amicis, venio in Senatum frequens.* Seneca infr. lib. 6 Epitomæ Declamat. 5. *Cum toto tibi regno ſocer venit advocatus.*

Pag. 81. *Circuibo tecum pater aliena limina*] Amplector hanc lectionem auctoritate libri veteris, & Epitomæ excer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

excerptorum. Natum autem mendum videtur ex compendiis, ut ſolet, litterarum *per* & *per*. Quoniam autem hic ſudat Petreius, nec proficit hilum, idcirco admonere non piguit.

Romanii] *Romani* verum puto ex membranis, qui alias ſemper HISPO ROMANUS eſt, quique hic VIBIUS GALLUS, in veteri codice TALBUS eſt, mihi ignotus.

Crede mihi ſacra populi digna eſt] Locus depravatus. Vetus liber *ſatra*, ſed nondum ſanatus locus: *Satra populi lingua eſt*, tentavit Guil. Ranchinus JC. Variarum lib. 1. ut illud vulgatum expreſſerit Seneca: *vox populi, vox Dei.* Conjecturæ favent quæ antecedunt.

Atqui juſtus metus meus tu es] Rom. editio, *Ecquid*. Repone, *metus meus eſt*, ex Epitoma: & mox, *communia*, recte vetus ille liber, non *omnia*. error natus ex ſcripturæ compendio.

Pag. 82. *Liquet nobis eſſe Deos*] Tale illud Controv. 2. *Ergo tu cum tam innocens, quam dicis, vixeris: iſta paſſa es, credis Deos eſſe?* Et illud Varronis Atacini Poëtæ lepidum epigramma apud Cornutum Perſii interpretem:

Marmoreo Licinus tumulo jacet, at Cato parvo:
Pompeius nullo: credimus eſſe Deos?

Adoptavi te, cum abdicatus es, cum abdicas, abdico] Nic. Faber reſcribit, *cum adoptas, abdico.* Fortaſſe ita rectius: *cum adoptaris, abdico.* Id eſt, cum in gratiam reverteris cum patre naturali, & ad priſtinum jus redis, quaſique ab eo adoptaris. Ceterum de Arrogationis & adoptationis diſcrimine diſſerit Agellius lib. 5. Noct. Attic. cap. 19.

Pag. 85. *Affectus noſtri in noſtra poteſtate ſunt*] Editi quos quidem viderim omnes, & Epitoma negative: *in noſtra pot. non ſunt.* Vetus autem affirmate, ſed ſenſus hic non conſtabit, quanquam ea ſit diſciplina Epictet. τῶν ὄντων τὰ μὲν ἐστιν ἐφ' ἡμῖν τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. ἐφ' ἡμῖν μὲν, ὑπόληψις, ὁρμὴ, ὄρεξις, ἔκκλισις· καὶ ἑνὶ λόγῳ ὅσα ἡμέτερα ἔργα. οὐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ, τὸ σῶμα, ἡ κτῆσις, δόξαι, ἀρχαὶ, καὶ ἑνὶ λόγῳ ὅσα οὐχ ἡμέτερα ἔργα.

Quædam jura non ſcripta] Clare in membranis, *quædam injuria non ſcripta.* Unde *quædam in jure* Ant. Auguſtinus recte emendabat. Juſtinianus Imp. lib. 1. Inſtit. ex Ulpiano JC. l. 6. de Juſtitia & Jure: *Conſtat*, inquit, *jus noſtrum quo utimur, aut ſcripto, aut ſine ſcripto: ut apud Græcos*, τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγγραφοι. *Scriptum jus eſt Lex, Plebiſcitum, Senatuſconſultum, Principum placita, Magiſtratuum edicta, reſponſa Prudentium. Sine ſcripto jus venit, quod uſus approbavit: nam diuturni mores conſenſu utentium comprobati, Legem imitantur.* Et conſuetudo, Legis & Naturæ vim obtinere dicitur. l. de quibus 32. & ſeq. D. de legib.

Pag. 88. *Nam patrem*] Damno conjecturam meam, quam olim feceram, ut locum integrarem, *Non patiar ut alteri:* Cedoque libens excellenti Anton. Auguſtini judicio, qui parva commutatione reponit, *Alam patrem:* quomodo fere tentaſſe Fabrum poſt comperi: nimirum: *Non alerem ut alteri patri.* Melius fortaſſe Guil. Ranchinus, unius litteræ commutatione, ex *Nam patrem*, legit *Num patrem ut alteri*, &c. hoc eſt, *Num committam ut alteri.* Valeant igitur illa ſomnia: *Non putaram:* quod ſapientis eſſe negat Cicero.

Pag. 89. *Tantum quo ſpiritum poſſet producere*] Hæc alibi explanavimus ex Demoſthene, Salluſtio, Varrone & Symmacho.

Apparet ab inimicis ali] Talis & ille Terentii in Eunucho jocus: *Apparet hunc eſſe ſervum domini pauperis.*

Pag. 90. *Thyeſteo more*] Atrei & Thyeſtis fratrum odium ex Tragœdia notum: hic fratris uxorem adulterio conſtupravit: ille liberos viciſſim, ulciſcendi ſui cauſa, epulandos patri appoſuit: quod ſcelus & Solem adverſo curſu deteſtatum fabulantur. *Thyeſten* autem Tragœdiam Græce ſcripſit Diogenes auctore Laërtio, Latine Ennius: citatque Cicero & Feſtus Pompeius: *Aſpice hoc ſublime candens, quem invo-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

cant omnes Jovem. & ſæpe Nonius. Docuit eam fabulam & Pacuvius, ex qua illud apud Fulgentium repperi: *Non illic luteis aurora bigis.* *OEdipothyeſtes* M. Varronis ab eodem Marcello laudatur. *Atreum* vero Accius poëta docuit, Priſciano & Nonio auctoribus: Pomponius item apud eundem Marcellum. Cujus cujus autem hoc ἀποσπασμάτιον ſit, non conjicio, nec enim divinandi artem calleo.

Cur fugis fratrem? ſcit ipſe] Sic interpungendum cenſeo. Tale illud Fabii lib. 9. cap. 2. Figuræ compoſitionibus ambiguis: ut in illa Controverſia, in qua infamis amore virginis filiæ pater, raptam eam interrogat à quo vitiata ſit: *Quis te, inquit, rapit? Tu pater neſcis?*

Immature magnum ingenium non eſſe vitale] Hinc Flaccus lib. 2 Serm.

——— *ô puer, ut ſis*
Vitalis metuo.

Et Fabius lib. 1. c. 3. *Illud ingeniorum velut præcox genus, non temere unquam pervenit ad frugem.* Et Prov. *Poma præcocia cito decidunt.*

Pag. 92. *Quo ſententia verbis conſummatur*] Al. *Quid ſentias verbis conſumm.* Cicero de legib. *Mentis interpres eſt oratio:* ex Ariſtotele περὶ ἑρμηνείας. Nihil hic Senecæ deeſſe puto, nec in veteri libro vacuum ſpatium, ut in editis relictum, Græcarumque vocum nec vola, nec veſtigium apparet.

CONTROV. II.

A*Ccepiſti locum, pretium conſtitutum eſt, titulus inſcriptus*] Poſt non longe Arellius Fuſcus: *Meretrix vocata es, in communi loco ſtetiſti, ſuperpoſitus eſt cellæ tuæ titulus, venientes recepiſti.* Addit & Ceſtius, nomen etiam inſcribi ſolere: *Nomen*, inquit, *tuum pependit in fronte, pretia ſtupri accepiſti.* Mos hic vetus, ut tanquam merx, licet non bona, inſcriberetur. Martialis lib. 11. epigr. 46.

Intraſti quotiens inſcriptæ nomina cellæ.

Et Juvenal. de Meſſalinæ, Claudii Imper. uxoris impotenti libidine, Sat. 6. Tertullianus lib. de Pudicitia: *ubi proponetur liberalitas? ſub ipſis libidinum januis? ſub ipſis libidinum titulis?* Mentiebantur itaque etiam titulum nomenque mutabant, ut ex Plauti Pœnulo & Juvenalis loco docet Andr. Alciatus lib. 9. cap. 16. παρέργων.

Pag. 93. *Ut ſciamus apud piratas: cruenta eſt. Nemo, inquit, me attigit*] *Domi lenonis*, hæc addidi, itaque edendum curavi, fidem ſecutus auctoritatemque optimorum librorum, qui mihi ad haſce emendationes auctores extiterunt.

Rationes captura] Hinc mox *capturas* vocat Ceſtius Pius, *Manus*, inquit, *quæ Diis datura erat ſacra, capturas tulit.*

Pag. 94. *Procedente hac lictor ſubmoveri videbitur*] *Præcedentes hac lictor ſubmovebitur*, legas in codicibus illis. unde tentabam: *Præcedentes hanc lictor ſummovere jubebitur.* Vel, *Procedente hac lictor ſummovere jubebitur*, ut exaudiatur, *prætereuntes*, vel aliud ejuſmodi. Vulgaris ſane lectio ſana non eſt, niſi quid judicans fallor. Ut autem Prætori, Cos. & Dictatori lictores præibant, qui populum & infames, ut lenones, meretrices ſubmoverent, occurrentes equo deſcendere juberent: ita & Imperatorum uxoribus & Veſtalibus apparere ſolitos colligo. De L. Quinctio Flaminino Proconſule infr. lib. 5. ſic Blandus ait: *Majeſtatem læſam dixiſſem, ſi tibi lictor è conſpectu non ſubmoviſſet meretricem.* De Auguſtorum feminis Tacitus lib. 1. & initio lib. 13 Annalium. De Sacerdote vero Veſtali hic Ceſtius Pius poſt paulo: *Non ſine cauſa ſacerdoti lictor apparet: occurrenti tibi meretricem ſubmoviſſet.* Dio lib. 56. Tacitus lib. 13 Annal. de libertis: *Quippe late fuſum id corpus. Hinc pleraſque tribus, decurias, miniſteria Magiſtratibus & ſacerdotibus* (in his & lictores erant) *cohortes etiam in urbe conſcriptas.* Sed hac tota de re erudite & acute, ut omnia, J. Lipſius lib. 1 Elect. cap. 23.

Quæcunque mer.] *Quæque* conſtanter vetus liber, pro *quæcunque*, ut hac

ipſa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ipſa Controv. *Et quaque hoc loco dici poterant. Et quique eſtis Dii immortales.* Sic Horatius pro *quandocunque:*

Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus.

Nuda in littore ſtetit] Et hoc ſervatum Quinctilianus innuit Decl. 340. *Fortaſſe etiam, natus eſt ingenuus: fortaſſe rapto ex aliquo littore prætextam fortuna reddidit.* Prudentius lib. 1 adverſus Symmachum 5 Præfect.

—— temulentus adulter
Invenit expoſitum ſecreti in littoris acta
Corporis egregii, &c.

Et Vitruvius lib. 1. cap. ult. Architecturæ Veneris fanum ex Etruſcorum haruſpicum diſciplina extra murum collocari.

Ad faſtidium emptoris] Sic interpungendum cenſeo. Mangonum & hic mos clareſcet ex Martialis lib. 6 epigram. 82.

Quidam me modo Rufe, diligenter
Inſpectum velut emptor, aut laniſta,
Cum vultu digitoque ſubnotaſſet.

Et Claudiano in Eutropium lib. 1.

Nudatum quoties medicum dum conſulit emptor,
Ne qua per occultum lateat junctura dolorem,
Omnis pœnituit precii venumque redibat
Dum vendi potuit.

Viden Suetonius in Auguſto cap. 69. & in Caligula cap. 36. Seneca ep. 81. Lucianus in Eunucho: & ἐν κίωνι περίσῳ qui mancipium mercatur: Ἀλλ' ἀπόδυθι, καὶ γυμνὸν γάρ σε ἰδεῖν βούλομαι.

Et in omnem corporis motum confingitur] Placet vetus ſcriptura *confringitur*. Fracti enim molles & libidine enervati dicuntur. Perſius:

—— Patranti fractus ocello.

Pag. 97. *In pirata myoparone*] Piratarum enim proprium hoc navigii genus, auctore Nonio, ex Ciceronis 3 de Repub. & frequenter in Verrem, Salluſtio quoque 3 Hiſtor. & Siſenna lib. 4. Pontius Paulin. Epiſc. Nolanus epiſt. ad Macarium: *Procurator Chriſtiani viri fratris noſtri Poſtumiani eſſe dicitur, qui eam navem, in Brutiorum littore, quo poſſeſſio Senatoris alluitur, allapſam, avarior mari, & ſine myoparone piraticam in terra agens occupavit, & captam vacuefecit.* Sic enim leg. docuit Jac. Billius lib. 1 Obſervationum ſacrarum cap. 6. cum nullo antea ſenſu legeretur: *& ſene meo, parone.*

Converſata eſt diutius inter humanos] In vet. libro expreſſa hæc veſtigia repperi: *Converſata eſt caventis ex hum. ſang. delibutis.* Fortaſſe leg. *Conſervata* (ſeu potius *conſerva*) *eſt cruentis & humano ſanguine delibutis.* Mox enim de meretricibus ait, *Conſervarum oculis inquinatur.* Ant. Auguſtinus hoc modo: *Conſervata eſt cavernis, & inter humano ſang. delibutos.* Quidam liber *cautius* pro *caventis* ſupraſcriptum habet. Sed, verum ut fatear, utra lectio præſtet, θεῶν ἐν γούνασι κεῖται.

Pag. 98. *Modo in puerilem, modo in muliebrem compoſita*] Habitum enim mutare ſolitas, ut amatoribus gratiores eſſent, ex Clemente Alexandrino lib. 3 pædagog. & Salviano Maſſilienſi presbytero lib. 8. de gubern. Dei, & Martiali docuit Jac. Durantius Arvernus, quæ meus exſcribere vetat pudor.

Pag. 101. *Albutius Figuram diviſit in Controverſiam*] Hic Figuram vocat, τὸ καθ' ὑπόθεσιν, ut Græci loquebantur, auctore Fabio Quinctiliano: aut τὸ πλαστὸν, ut Hermogenes. Fingit enim tres Sacerdotium petere. Aliter igitur atque ſupra, obſerva hoc nomen hic accipi.

Pag. 102. *Matronarum notum in libidine magiſterium*] *Vultum* compendio ſcriptum repperi: opinor *vulgatum*. Ant. vero Auguſtinus, *multum*, quod & Nic. Fabro homini doctiſſimo in mentem venit, integrum eſſe: ſed hac de re alibi diſſerui in Notis ad Aurelii Victoris Auguſtos.

Pudica permanebit licet illam ponatis in lupanari] Nec enim locus contaminat, ſed factum. Pugnant illa Ceſtii Pii ſup. *Stetiſti puella in lupanari: ut te nemo violaverit, locus ipſe violavit.* Diſerte tamen à rea virgine ſtat D. Ambroſius lib. de virginib. ſecundo: *Non lupa-*

lupanaria infamant caſtitatem, ſed caſtitas etiam loci abolet infamiam. Hæc ille. Sicut enim radius Solis in luto & cœno non inquinatur, ita caſtitas fornicis fœditate non polluitur. De Diva Agnete, cujus feſtum agit Eccleſia Catholica a. d. 12 cal. Febr. talia leguntur apud eundem ſanctiſſimum virum Homilia 90. Pluraque SS. Patrum, in eandem ſententiam, collegit Gratianus, Cauſa 32. quæſt. 5. Decret.

Pag. 103. *Extra portam*] Quo cadavera efferri ſolebant: reſque ſcevæ & infauſtæ à ſacris arcebantur, voce præconis, ἑκὰς ἑκὰς ἔστε βέβηλοι. Apud Orpheum, θύρας δ' ἐπίθεσθε βεβήλοις. Noſtris, *Procul eſte profani. Odi profanum vulgus & arceo.*

Redoles adhuc fuliginem fornicis] Juvenalis Sat. 6.

Obſcuriſque genis turpis fumoque lucernæ
Fœda lupanaris tulit ad pulvinar odorem.

A fumo Fuliginem derivant Grammatici. Plura leges apud ſæculi noſtri Varronem Briſſonium JC. lib. de Jure connub.

Unde ſcimus] Corrupte editi, *unda ſcimus.* In opt. illo lib. ſic fere: *Unde ſcimus, an non venientibus pro virginitate, alio libidinis genere decideris?* Frequens in contractibus verbum. Controv. 13. *Alia uxor pro incolumitate mariti vicaria morte decidit.* Legi etiam poſſet, *te alio libid. gen. dedideris*? Nam *diſcideris*, quod hic alii ſuſtinere tentabant, non placet, licet in obſcœnis ſit, *Diſcindi.*

Pag. 104. *Statim Ovidianum illud*] Exaudiendum *ſubjecit*, vel quid ſimile. Carmen in luſibus legitur: quo argumento Ang. Politianus Miſcell. cap. 59. pleraque illius poëmatii Ovidii & Catulli eſſe evincit: non ut creditum aliquando, Virgilii, ſunt enim caſto Maronis genio indigna.

Τὸν ἄνδρα] Græca hæc ægre exſculpſimus. Aſiani ſententiæ nihil deeſt, ἐν δ' φιλ' ἄῤῥενα μοιχὸν ἔλαβον, nec Controverſiæ fini quiddam addit vetus liber.

CONTROV. III.

Pag. 105. *Saxo dejiciatur*] Fabulantur & Poëtæ (ſi id fortaſſe ad rem pertineat, delectet ſaltem in hoc genere) Leuca de ſaxo in mare præcipitaſſe amoris impatientia viros, feminas: & has quidem periiſſe, ut Sappho poëtriam, ut Calycen: illos vero plerunque ſervatos, ut Deucalionem, ut Cephalum: quorum illum principem hinc ſaltaſſe Pyrrhæ amore captum narrat Ovidius. Menander enim primum illum ſaltum Saphoni, Phaonem perdite amanti attribuit: quem ſaltum ut *virilem* in patris Epicedio Statius celebrat:

—— *ſaltus ingreſſa viriles*
Non formidata temeraria Leucade Sappho.

Legendus Strabo lib. 10 Geograph. & Ptolemæus Hephæſtion lib. 7. omnigenæ hiſtoriæ in Photii μυριοβίβλῳ, pag. 253. & 254. & Lilius Giraldus Dial. 9. Hiſt. poëtarum. Romæ quoque Saxo Tarpeio capitis damnati, initio dejiciebantur, ut M. Manlius Capitolinus, regni reus affectati, teſte M. Varrone apud Agellium lib. 7. c. 21. & Scriptore de viris illuſtribus cap. 24. Cornelius enim Nepos verberando necatum ait.

Invocavit Veſtam] Non diſſimile in Rep. Rom. exemplum. Qu. enim Claudia, virgo Veſtalis, falſo inceſti ſuſpecta, matrem Deum, quæ Peſſinunte advecta in alto Tiberis ſteterat, rogavit, ut ſi pudicam ſe ſciret, ſequeretur: & zona impoſita navem movit. Hujus etiam ſtatua flammis illæſa, inquit Valerius lib. 1. extremo.

Romani imperii pignus] Veſta, ejuſque ignis perpetuus.

Pag. 106. *Interrogo te hoc loco, mulier*] Ignominiæ cauſa ſequioris ſexus nomen ponitur, ut hodieque conviciandi cauſſa.

Pag. 107. *Cujus vitam carnifex rupit*] Correctores illi, vel carnifices potius librorum, locum male acceperunt, dum ut jactant, nimis feſtinant ad nun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

nundinas illas. Sequor itaque lectionem veterem, & *vittam* repono, qua Sacerdotes cingebantur & hoſtiæ: *vitam* ferri non poteſt, nec enim virgo Veſtalis dejecta periit. *Vitta* autem ſacerdotum inſigne, hoſtiarumque cædendarum, quod vel pueri norunt. Virgil. 3 Æneid.

—— Phœbique ſacerdos
Vittis & ſacra redimiti tempora lauro.

Et *—— vittaſque reſolvit*
Sacrati capitis.

Adverſariam inceſti poſtulavi] Sic & ϑηλυκῶς Cicero: *Eſt tibi gravis adverſaria conſtituta, & parata incredibilis quædam expectatio*, lib. 2 ad Curionem. Item 2 de Oratore & pro Plancio.

Pag. 108. *Cujus genibus ſubmiſit manus*] Qui ſupplicum geſtus erat, ut genua attingerent, & manus eo tenderent, ut hodieque Gallis mos eſt: Homer. Ιλ. ω.

—— ἄγχι δ᾽ ἄρα ςὰς
Χερσὶν Ἀχιλλῆος λάβε γούνατα καὶ κύσε
χεῖρας.

Tot vero apud eundem omnis doctrinæ Principem exempla occurrunt, ut pigeat exſcribere. Plautus item Milite, Rudente & Trinummo. Livius lib. 8. 25. & 45. Fabius lib. 6. cap. 1. Et Tacitus lib. 4. 12. Ann. Item 2. & 4 Hiſtoriæ Auguſt. *Genua* enim miſericordiæ tanquam ara, conſecrata erant. Plinius lib. 11. cap. 45. Natur. Hiſtoriæ, & Servius in illud 6 Æneid.

Et genua amplexans, genibuſque volutans Hærebat.

& Seneca Philoſophus lib. de Brevitate vitæ cap. 8. *Ægros vide, ſi mortis periculum admotum eſt propius, medicorum genua tangentes.* Utitur & noſter Controv. 29. & 33.

Pag. 109. *Quinctilius Varus tunc Germanici gener.*] Filius hic Vari, ejus qui in Germania cum tribus Rom. legionibus ad internecionem cæſus eſt, indignante vehementer Auguſto. Sueton. Auguſt. cap. 23. & Tiberio, c. 17. Hujus meminit & Tacitus Ann. quarto: *Corripuerat Varum Quinctilium divitem & Cæſari propinquum Domitius Afer, Claudiæ Pulchræ matris ejus condemnator:* Prætextatus autem quod in ea ætate jam declamare inciperet. Qualis Alfius Flavus Controv. 1. extrema. Hinc *grandes prætextatos* vocabat Cicero ipſe (inquit Seneca & Suetonius) apud quos jam ſenex ille declamitabat, ſive *Hirtius & Panſa*, quos iidem nominant, ſive *Hirtius & Dolabella*, quos lib. 9 ad Fam. M. Tullius, & Vibius Rufus, quem ſemel iterumque Fabius lib. 6. cap. 4.

Sic inquit, quomodo quadrigas revocaverunt] In membranis *qui* ſcriptum, ut & *quondam* legi poſſet. Elegans vero tranſlatio, ducta à ludis Circenſibus. *Revocare* enim *quadrigas*, eſt curſum repetere, & iterato à carcere ad calcem redire: *ut gradum revocare* Maro dixit. Perdurat in eadem Rhetor: *quia*, inquit, *& hic de carcere exierat.* notans Varum, ob rem male in Germania geſtam; cæſus enim ad internecionem, pugnam iterare non poterat: Et hæc quidem præſenti filio dixit. *Filium* igitur haud dubie, non *filiam* legendum.

Hoc male mi facit ille] Hemiſtichium veteris poëtæ apparet. Mox *Pythnicus* eſt in editis Frobenii & Gryphii. ego *Pythicus* rectum puto. Roman. editio, haud ſcio an ex conjectura, an de vetere libro, ſic legit: *qui aut athleta, aut pyctes eſt.* In Covarr. cod. veſtigia videre videor *Pyrrichii* pro *Pythici*, aut *Pythmici*. Nota autem illa ſaltationis forma è Græcorum ſcriptis, & nos ad Procli Chreſtomathian, apud Photium Patriarcham CP. in Bibliotheca. Albutium vero vocatum videri *Anticletam*, quod in cauſa virginis ſuperſtitis illud uſurpaſſet. Durius ſaxo: quaſi virgo ἀντανακλωμένη, & repulſa à ſaxo, ut durior; perinde atque cum pila retorquetur, vixiſſet. Hinc nomen factum Albutio ἀντικλήτης, Latine *Anticleta*, ut ποιητὴς poëta. Baſſo autem Junio aptiſſimum nomen *Pythici*, qui *virgo de ſub ſaxo*, de eadem uſurpaverat. Vulgo enim notum *Pythiam* oracula edidiſſe, incitatam ut ejus anhelitus, qui ex hia-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

tu terræ ſub tripode reddebatur. M. Tullius lib. de Div. & de Sibylla Virg. lib 3.

Vix ea fatus eram, tremere omnia viſa repente
Liminaque Lauruſque Dei, totuſque moveri
Mons circum, & mugire adytis cortina recluſis.

Facetiſſime igitur, & congruenter utrunque uſurpatum. *Pythia ſomnia* dixit in Parrhaſio, quæ eſt Contr. 34.

In Baſſum Junium multa dixerat virgo, qui de ſub ſaxo] Tranſpoſitum provocabulum *qui*, lego ex fide opt. libri, *qui dixerat virgo de ſub-ſaxo.* ὑπὲκ autem hic agnoſco, quo de nos libris Obſervationum multa. L. Annæus Seneca, qui vulgo L. Florus dictus, lib. 2. cap. 3. de bello Liguſtico Hiſtoriæ Rom. *de ſub-Alpibus* dixit: multa id genus in ſacris literis vulgatæ editionis occurrunt.

CONTROV. IV.

Pag. 110. A*Dulterum cum adultera*] Lex in adulteros ſæpe, & quidem ſevere lata, quod, ut ait Xenophon, impudicas matronas efficiant. Draco legiſlator mœchum in uxore deprehenſum ab omnibus interfici conceſſit: inquit Demoſthenes, κατ᾽ ἀριστοκράτ. Conceſſit & Solon, auctore Plutarcho. Poſt & lex Regia Romuli, viro cognatiſque adulterii cognitionem, animadverſionemque permiſit. Dionyſius Halicarnaſſ. lib. 2. in 12 quoque Tabulas relatam à Decemviris Sarcinatores ſuſpicantur, quod exactis urbe regibus ſervata ea ſit. M. Cato apud Agellium lib. 5. c. 23. *In adulterio uxorem tuam ſi deprehendiſſes, ſine judicio impune necares.* Poſtea viro ſi domi ſuæ deprehenderit adulterum, interficere licere, Paulus JC. receptum ait, lib. 2. Sentent. receptar. cap. 27. & Plato lib. 9. maritis in ea, quam confirmabat Rep. idem indulſit. Quod lex Julia patri tantum permiſit apud Ulpianum 73. D. ad l. Jul. de adulter. ſi modo, ut in Draconis & Solonis legibus ſcriptum erat, ἐν ἔργῳ deprehenderit, idque domi ſuæ, & incontinenti interficiat: Ceteris non item liceat, ut Papinianus & Ulpianus conſulti reſponderunt l. 20. & 21. & Macer. l. 24. D. eodem. Deinde marito & patri conceſſum à M. Antonio & Commodo, apud Papinianum legimus l. 38. D. eodem. Alexander quoque & antea Pius Imp. minus plectendum qui adulterum interemiſſet reſcripſerunt l. 4. C. de Adult. & l. 1. ff. ad l. Cor. de ſicariis. l. 38. §. ſi Marcus. ff. ad l. Juliam de adult. Exſtat autem in Aphthonii Sophiſtæ Progymnaſmatis cap. de Legib. accuſatio legis: *Adulterum in ipſo adulterio deprehenſum interfici.*

Dum utrumque corpus interficiat] Caput enim legis Juliæ, patrem ſi in filia adulterum deprehendiſſet, incontinenti filiam cum adultero uno ictu occidere jubet: alioqui, licet filiam vulnerarit, non liberari, inquit Macer. l. 32. D. eodem. Marcus tamen Antoninus & Commodus Impp. impunitatem concedi reſcripſerunt, licet filiæ vulnus tantum inflixerit: quod non tam voluntate quam fato ſervata mortiſque periculo erepta eſſe videatur. Patri igitur utrumque corpus nocens; marito adulterum dumtaxat, & quidem infamem, idque domi ſuæ, interficere lex poteſtatem dedit: nimirum illic pietatis paternæ, quæ liberis conſulit: hic impotentis iræ, refrænari ut poſſet, habita ratio eſt à Prudentibus, Papinianus l. 22. D. eod. Non diſſimilis autem Declamatio M. Fabii Senioris 177. & Junioris huc pertinent cap. 6. & 11. lib. 3. Inſtit. Oratoriar. & lib. 4. cap. 9. Rurſum lib. 5. cap. 10. ubi περὶ περιστάσεως, quæ nos libenter addidimus in gratiam eorum qui his ſacris non ſunt initiati. Nunc Senecam audiamus.

Pag. 111. *Te Reſp. invoco, quæ manus meas poſſides*] Sic extrema Controverſ. *Reliqui in acie pugnaces manus.* Ridet vero ſalſe hæc Declamatorii ſtyli argumenta Arbiter Petronius in Satyrico: *Non alio*, inquit, *genere Furiarum, in-*

quietantur Declamatores, qui clamant: Hæc vulnera pro libertate publica excepi: hunc oculum pro vobis impendi: date mihi ducem, qui me ducat ad liberos meos, nam ſuccisi poplites, membra non ſuſtinent.

Pag. 113. *Ex illa Ciceronis ſententia*] Qui quidem locus mihi in mentem non venit. Quærendi igitur negotium mandabo otioſis, in exemplis Conſtitutionum, in libris de Inventione, aut Cornificii Rhetoricis, ubi de eodem argumento agitur. Ego enim alio propero. Non diſſimile argumentum orat. pro A. Cluentio Avito, & pro Sextio Roſcio Amerino.

Gorgias inepto colore] Deeſſe hic Græca credas, ſed non omnia poſuiſſe arbitror Senecam: vel quod memoria quædam excidiſſent: vel quod operæ precii nihil haberent. Certe in veteri libro, qui mihi primus veluti Cynoſura ad haſce emendationes, nihil amplius repperi, ac ne ſpatium quidem vacuum relictum, ut nec in aliis membranis.

Pag. 114. *Liceat & marito, liceat & patri*] Male in Epitoma lib. 1. Declamat. 4. legitur, *liceat & filio.* agit enim filius, ſibi non licere matrem interficere, quod duos tantum lex nominet, patrem & maritum: reliquis igitur interdictum, niſi antiquiſſimam Romuli legem reſpexit, quæ & cognatis, nedum filio & fratri, cognoſcere & vindicare adulterium permiſit, ut ſup. admonui.

Pag. 115. *Fili, tuam fidem oſtende*] Equidem ſic interpungendum cenſeo, ut *Tuam fidem*, obteſtantis ſit: legendumque, *Oſtende te integro, manus me non perdidiſſe.* Quale illud, *Dii, voſtram fidem*, Plauti & Terenti Comicorum, & Cæcilii apud Agellium lib. 5. cap. 6. Qua loquendi forma opem atque auxilium implorari, Donatus in Andriam & Servius in 10 Æneid. annotarunt, infr. Contr. 20.

Vibius Rufus] Tres minimum verſus hic defecerunt, in omnibus, quos mihi videre contigit, editis libris: quod, ut fieri ſolet, idem Vibii Rufi nomen his poſitum continenter, in errorem librarium induxerit. Ea nos jure poſtliminii ſic revocamus ex fide trium codicum antiquorum, Vaticani, Brugenſis & Covarruviani: *VIBIUS RUFUS dixit: Adulter matris (Adulter meus,* habet Vatic.) *exit. & commodo ſuo. HYBREAS hunc ſenſum optime dixit. DIONYSIUS filius ejus Dionyſii, qui Ciceronis filium docuit, elegans magis Declamator, quam vehemens, hunc ſenſum & vehementer dixit, & eleganter. VIBIUS RUFUS dixit. Quam otioſi, quam ſecuri*, &c.

Ejus Dionyſii, qui Ciceronis F.] Frequens hujus mentio in iis quæ ad T. Atticum epiſtolis: Magiſtrum Ciceronum, M. & Quincti Tulliorum FF. vocat epiſt. 10. lib. 8. qui apud ſe honoratior fuit, quam apud Scipionem Panætius, epiſt. 12. lib. 9. *Virum doctum, ſanctum, plenum officii, ſtudioſum etiam laudis Ciceronis, frugi hominem ac libertinum laudat, plane virum bonum*, lib. 7. epiſt. 4. & 7. ſic Atticus: *vir optimus, ut mihi eſt perſpectus, & doctiſſimus, tuique amantiſſimus.* epiſt. 8. à ſe amari, & epiſt. 18. *doctum hominem & amicum. Deſiderari* vero à ſe epiſt. 2. lib. 13. Vituperat vero oborta neſcio qua ſimultate, ut *ſupernum*, l. 8. epiſt. 4. & 5. ut *ingratum*, epiſt. 10. & lib. 9. ep. 12. 15. ut *maleſanum, impurum & ſceleratum.* Rediit poſt in gratiam, epiſt. 16. lib. 10. Vides animorum in amando inconſtantiam? Hunc quidam, neſcio quo argumento, Dionyſium Halicarnaſſeum rer. Romanarum diſertiſſ. ſcriptorem, fuiſſe putant. M. Cicero pater, & ipſe cum Dionyſio Magnete aſſiduiſſime verſatus in Aſia, dum Græcis litteris eloquentiam augere ſtuderet, & cum Æſchylo Gnidio, Demetrio Syro, & Menippo Stratonico: de quibus ipſe in Bruto, & Plutarch. & Strab. l. 13. & 14. qui & Dionyſii (forte Halicarnaſſei) meminit l. 14. cum Herodoto: alium Attici cognomine, Apollodori diſcipulum laudat lib. 12. & 13. Urbium ſcriptorem Dionyſium quoque Mileſium, nobilem Rhetorem numerat Philoſtratus in illuſtrium Sophiſtar. cenſu.

CON-

CONTROV. V.

Pag. 117. Q*Vam bene mimum egit*] Vita Mimo & Scenæ recte comparatur. Hinc Cicero Verris Actum vitæ turpiſſimum fuiſſe ait Verrina 3. Vox hæc ſæpe in auctoribus corrupta, ut in ſubſecivis Adverſariis admonuit doctiſſ. Pithœus lib. 1. cap. 17. His adde Macrobii locum lib. 2 Saturnal. c. 6. *Cum iratus eſſe P. Clodius Decimo Laberio diceretur, quod ei mimum petenti non dediſſet: Quid amplius*, inquit, *mihi facturus es, niſi ut Dyrrachium eam & redeam?* Laberius hic Mimographus notus ex c. 3. & 7. Item ex lib. 7. cap. 3. Et Seneca Philoſophus præfat. lib. 4. Natur. quæſt. *Nolo tibi diſpliceas, quaſi male egeris mimum, & quaſi ille aliquid jocorum aut doli ſuſpicatus ſit.* Sic enim è fuga *mimi* vocem retraho lib. vet. Ant. Auguſtini, hominis ſanctiſſ. & doctiſſimi fidem ſecutus.

Stulta deciperis] Emendo locum integrum de veteri lib. *Stulta deciperis: dicam, ſi vis, quid dixerit tibi: idem enim dixit & huic: Dum te puto, in illam incidi.*

Retro amnes fluant] Reſpexit Euripideum illud in Medea:

Ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι παγαὶ
Καὶ δίκη καὶ πάντα πάλιν στρέφεται.

Utitur & Demoſthenes περὶ παραπρεσβείας. & M. Tullius lib. 10 ad Attic. epiſt. 4. Julianus quoque lib. nondum, quod ſcio, edito εἰς τοὺς ἀπαιδεύτους κύνας· cujus hoc initium: ἄνω ποταμῶν τοῦτο δὴ τὸ τῆς παροιμίας ἀνὴρ κυνικὸς Διογένης φησὶ κενόδοξον, καὶ ψυχρολουτεῖν οὐ βούλεται, σφόδρα ἐῤῥωμένος τὸ σῶμα.

Ego ſola digna viſa ſum cui injuriam faceret] Terentianum illud reſpexit, Eunucho: *Non te dignum Chærea Feciſti: nam ſi digna hac contumelia Sum maxime, at tu indignus qui faceres tamen.*

Pag. 118. *Si ſtationem deſeruit, fuſte ferietur*] Pœna hæc militaris, qua Polybius in caſtrametandi ratione de Vigilum præfecto: Ἐὰν δ' εὕρῃ κοιμώμενον, ἢ λελοιπότα τινὰ τὸν τόπον ἐπιμαρτυράμενος τῶν συνέγγυς, ἀπαλλάττεται. τὸ δὲ παραπλήσιον γίνεται, καὶ ὑπὸ τῶν τὰς ἑξῆς φυλακὰς ἐφοδευόντων. fuſtuarium autem, ξυλοκοπίαν vocat, hujuſmodi eſt: Λαβὼν ξύλον ὁ χιλίαρχος, τούτῳ τοῦ κατακριθέντος οἷον ἥψατο μόνον· οὗ γινομένου, πάντες οἱ τοῦ στρατοπέδου, τύπτοντες τοῖς ξύλοις, καὶ τοῖς λίθοις, τοὺς μὲν πλείστους ἐν αὐτῇ τῇ στρατοπεδείᾳ καταβάλλουσι. τοῖς δὲ ἐκπεσοῦσιν οὐδ' ὣς ὑπάρχει σωτηρία. πῶς γάρ· οἷς οὔτ' εἰς τὴν πατρίδα τὴν ἑαυτῶν ἐπανελθεῖν ἔξεστιν, οὔτε τῶν ἀναγκαίων οὐδεὶς ἐν οἰκίᾳ τολμήσειε δέξασθαι τὸν τοιοῦτον. διὸ τελείως οἱ περιπεσόντες, ἅπαξ τοιαύτῃ συμφορᾷ καταφθείρονται. Et mox: ταῦτα μὲν οὖν ὡς ἀδικήματα κολάζουσιν, εἰς δ' ἀνανδρείας τιθέασι καὶ στρατιωτικὴν αἰσχύνην τὰ τοιαῦτα τῶν ἐγκλημάτων, ἐάν τινες ἐν ἐφεδρείᾳ ταχθέντες φόβου χάριν λίπωσι τὸν δοθέντα τόπον, παραπλησίως ἐάν τις ἀποῤῥίψῃ τι τῶν ὅπλων κατ' αὐτὸν κίνδυνον διὰ φόβον, διὸ καί τινες μὲν ἐν ταῖς ἐφεδρείαις προδήλως ἀπόλλυνται. πολλαπλασίως αὐτοῖς ἐπιγινομένων, οὐ θέλοντες λιπεῖν τὴν τάξιν, δεδιότες τὴν οἰκείαν τιμωρίαν. Et ex illo Livius lib. 5. *Fuſtuarium*, inquit, *meretur, qui ſigna relinquit, aut præſidio decedit. Auctores ſigna relinquendi, & deſerendi caſtra non uni, aut alteri militi, ſed univerſis exercitibus palam in concione audiuntur.* Et Epitoma lib. 57. de Scipione diſciplinam militarem ad Numantiam corrigenti: *Quem militem extra ordinem deprehendit, ſi Romanus eſſet, vitibus; ſi extraneus, fuſtibus cecidit.* Rurſum l. 4. ſed alia pœna: *C. Matienus quod exercitum in Hiſpania deſeruiſſet, damnatus, ſub furca diu virgis cæſus, & ſeſtertio nummo venit.* M. Tullius Philipp. 3. *Si Conſul ille, fuſtuarium meruerunt legiones, quæ Conſulem reliquerunt.*

Propter te vita ſervatus peribit] Antea editum *raptor à te ſerv. per.* Sic Gryphius edidit. In Baſil. vero & Lutetiana poſtrema edit. legitur: *propter vita te*: proxime ad veram germanamque lectionem, *protervitate ſervatus peribit*: quam opt. illi libro acceptam referet grata poſteritas, nam Corre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ctores illos male feriatos, qui operam ſuam Typographis diurnam quaſi aliud vel nihil agentes, locant, fugit hic ratio: allinunt enim ad oram libri, *propter te vitiatæ ſervatus peribit*. Sed

Spectatum admiſſi riſum teneatis amici.
Protervitas autem pro ſuperbia, inſolentia, libidine, & petulantia à proterendis obviis, ut ſolet in libidinem taurus furens. Terent. in Heautont. *Satin' pol, proterve me Syri promiſſa huc induxerant.* quem à C. Lælio verſum in Puteolano compoſitum Corn. Nepos auctor eſt apud Donatum in vita Comici. Et poſt:

Quam pœne tua me perdidit protervitas.
Et Cicero pro M. Cælio, de libidine ejus: *De corruptelis, de adulteriis, de protervitate, de ſumptibus immenſa oratio.* Ennius Pancratiaſte, referente Marcello:

Quis eſt, qui noſtris foribus tam proterviter.
Sic & Plautus Rudente: *Quis eſt, qui tam proterve foribus facit injuriam?*

CONTROV. VI.

Pag. 121. INter *bonos captivos ſepoſitus ſum*] Proprium exilii verbum & relegationis. Suet. Auguſto cap. 65. *Agrippam nepotem ob ingenium ſordidum ac ferox abdicavit, ſepoſuitque Sarrentum.* Illud ſup. *Niſi hæc archipiratæ filia fuiſſet:* quod Plautus & Terentius, *Abſque illa fuiſſet.* Sic enim ille Bacchidib. *Nam abſque te eſſet, ego illum haberem rectum ad ingenium bonum.* Hic vero: *Quam fortunatus ſum cæteris rebus abſque una hæc foret.* Ubi tamen *abſque* pro *niſi* per ſe adverbii ritu poſitum videtur. Clarius alibi in Phormione: *Nam abſque eo eſſet, recte ego mihi vidiſſem.*

Sacram teſtationem, nomen inſerui] Superſtitibus enim præſentibus in manum materfamilias conveniebat: item confarreatione, vel pro auſpice: Mi pater, qualis in nuptiis adhiberi ſolet, nomen tuum, licet abſentis, in tabulas retuli.

Pag. 122. *Quidam avitas paternaſque*] Inſignis locus communis. Plura exempla, mi lector, ſuggeret Val. Maxim. lib. 3. cap. 4. & 5. Et lib. 5. c. 9. & 10.

Marium Pompeium] Marius humile genus ſuum & plebeium ipſe apud Salluſtium in Jugurthino non infitiatur: *Mihi*, inquit, *ſpes omnes in memet ſitæ, quas neceſſe eſt, & virtute & innocentia tutari: nam alia infirma ſunt. Naturam unam & communem omnium exiſtimo, ſed fortiſſimum quemque generoſiſſimum eſſe. Ex virtute nobilitas cœpit. Videte quam iniqui ſint, quod ex aliena virtute ſibi arrogant, id mihi ex mea non concedunt: Scilicet quia imagines non habeo, & quia mihi nova nobilitas eſt: quam certe peperiſſe melius eſt, quam acceptam corrupiſſe. Non poſſum fidei cauſa, imagines neque triumphos, aut Conſulatus majorum meorum oſtentare: at ſi res poſtulet, haſtas, vexillum, phaleras, alia dona militaria, præterea cicatrices adverſo corpere. Hæ ſunt meæ imagines, hæc nobilitas, non hereditate relicta, ut illa illis, ſed quæ ego plurimis meis laboribus & periculis quæſivi.* Sic & Cicero, Arpinas quoque, *novus homo* ab æmulis appellatus, ut in illa Declamatoria invectiva, quæ Salluſtii nomen falſo præfert.

Humilis in Conſulatu] Vitioſe in editis libris: diſtingue poſt *Humilis*, ut conſtet ſenſus, & ſic in Epitoma legitur.

Pompeium ſi hereditariæ] Falſum vero id exiſtimandum. Nobilis enim Pompeius, patre Q. Pompeio Strabone, viro Conſulari & Triumphali. Quare fort. *extuliſſent*, pro inſolentiorem reddidiſſent, poſuit. Niſi forte obſcurum propterea fuiſſe dicas, quod cum à patre diſceſſeris, plures majores enumerare vix poſſis. Q. Pompeius quidam plebeius tibicinis filius, at non ille *Magni* cognomentum adeptus eſt. Plutarch. in Apophth. Scipionis.

Servium regem tulit] *Servum* non male vetus liber & Epitoma: q. d. ſervilis conditionis hominem ad regnum vocatum. Natus enim 6. ille Rom. Rex, P. vel S P. Corniculano & Ocri-

ſia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ſia ſerva: ut ſcriptor de vir. Illuſ. qui Dionyſio Halicar. Tullius Corniculanus eſt, & Ocriſia. Hinc *Servii* prænomen. Livius non à Serva, ſed patre Servio Tullio Corniculanorum Principe appellatum vult. In monumento quodam apud Lugdunenſes:

SERVIUS. TULLIUS. SI. NOSTROS. SEQUIMUR. CAPTIVA. NATUS. OCRESIA. SI. TUSCOS. COELI. QUONDAM. VIVENNÆ. SODALIS.

Vide Controv. 21.

Ab aratro citati] In his princeps L. Quinctius Cincinnatus, cui trans Tiberim aranti Dictatorem dictum legati nunciarunt: Inf. Controv. 9. *Patres noſtros apud aratra ipſa mirantes decora ſua circumſtetere lictores.* Et M. Tullius pro Roſcio Amerino: *Næ tu Eruci accuſator eſſes ridiculus, ſi illis temporibus natus eſſes, cum ab aratro arceſſebantur qui conſules fierent.* Livius lib. 3. ſcriptor de vir. illuſtr. & Valer. lib. 4. cap. 4. Unde plura paupertatis Rom. exempla petere licet. legendus & Plinius lib. 18. cap. 3. Perſius Sat. 1.

Unde Remus, ſulcoque terens dentalia Quincti,
Cum trepida ante boves Dictatorem induit uxor:
Et tua aratra domum lictor tulit.

Et Lucanus in lib. extremo Pharſal.

Sordidus Hetruſcis abductus conſul aratris.

Quemcumque revolveris, volve nobilem] Juvenalis Sat. 3.

Quales ex humili magna ad faſtigia rerum
Extollit quoties voluit fortuna jocari.

Plato in Theæteto ſeu de moribus Philoſophorum, regem eſſe quemquam negat, qui non ſit è ſervis natus: nec item ſervum, cui non ſint origo Reges. Vide Senecam filium epiſt. 44. extrema. Sic Agathoclem figuli filium Siciliæ Regem fuiſſe conſtat, teſte Auſonio. Juſtinus Imperator è Subulco Bubulcus, mox Faber Lignarius, tandem Auguſtus, teſte Zonara. Pupienus Maximus patrem rhedarium habuit. Gratianus major dictus eſt Funarius, teſte Ammiano Marcell. l. 30. Apud Parthos qui primus ex Arſacidum familia regnavit, Mulio primum fuit: ut apud Romanos Ventidius Baſſus ex Mulione Cos. primus de Parthis triumphavit. Vide Agell. lib. 15. cap. 4. parentum memoria Corvinus è carcere ad regni faſtigium ab Hungaris evectus eſt. Plura colligit Jovianus Pontanus, lib. 1. & 2. de Fortuna. Val. Max. lib. 3. c. 4. Et de Græcis Belladius in Chreſtomathia apud Photium, pag. 666. Gr.

Pag. 123. *Iſta ſi nos reliquerit, repetet ſuos*] *Repetet ſua* reponendum aſſentior doctiſſimo Fabro JC. Mox enim ſubjicit: *Hæc quod dedit, non auferet.* Vetus autem divortii formula erat, ut viri domo expellentis uxorem ademptis clavibus: RES TUAS TIBI HABE. Sic viciſſim: REDDE MEAS. Clarum id ex M. Plauti Amph. act. 3. ſc. 2. ALC. *Valeas, tibi habeas res tuas, reddas meas.* Et ex Juſt. Mart. Apolog. I. pro Chriſtianis ad Senatum, in eo fragmento, quod apud Euſeb. extat lib. 4. Hiſtor. Eccleſ. Vide Briſſonii formulas lib. 8.

Quærit ſenex ille qui petit] Poſſet aliter quoque interpungi, ut ad juvenem adoptandum referatur, qui in adoptantem ſenem inquirat. *Si volet ire* (juvenis) *quæret: ſenex ille qui me in adoptionem petit*, &c. Addicere autem capio, pro adoptandum ſe dare.

Captare orbos ſenes] Sic malo quam quomodo Frobenius evulgavit, *capere*. *Captatores* enim dicti qui ſenum liberis carentium hereditatibus inhiarent: de quibus elegans eſt Horatii colloquium, Tireſiam inter & Ulyſſem lib. 2 Sermonum, Sat. 5. Luciani quoque Dialogi 7. ἐν τοῖς νεκρικοῖς. Quidam *Heredipetas* vulgo nominant.

Si his bonis fuerit inſtructa, dotata eſt] Comica & illa imitatio. Plautus Aulularia: *Dummodo morata recte veniat, dotata eſt ſatis.* Et: *Quæ indotata eſt, ea in poteſtate eſt viri; Dotatæ mactant, & malo & damno viros.*

Pag. 124. *Inſolens malum eſt beata uxor*] Pro opulenta, ὄλβιος. Sic Flaccus: *Ut Naſidieni movit te cœna beati,* pro divitis. De ſuperba & dotata ma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

trona, Poëta neſcio quis: *Intolerabilius nihil eſt, quam femina dives.*

An pater propter matrimonium] Patris enim conſenſum in nuptiis requiri, Prudentes olim reſponderunt, Paullus l. 2. D. de ritu nupt. & Imp. Juſtin. Inſt. l. 1. tit. 10. de nuptiis: *Dum*, inquit, *ſi filiifam. conſenſum habeant parentum quorum in poteſtate ſunt. ſint.* Et in vet. Canon. jure, Can. Honorantur. cauſſa 32. qu. 3. ex B. Ambroſio de Patriarchiis, de Rebecca loquente, ubi & Euripidis ex Andromacha hæc citat, Νυμφευμάτων μὲν τῶν ἐμῶν πατὴρ ἐμὸς Μέριμναν ἕξει, κοὐκ ἐμὸν κρίνειν τάδε. Sed poſteriori id Jure abrogatum, uſu obtinet.

An jurejurando teneatur, quo per neceſſitatem adactus] M. Tullius 3 Offic. *Eſt etiam jus bellicum, fideſque jurisjurandi ſæpe cum hoſte ſervanda. Quod enim ita juratum eſt, ut mens deferentis conciperet fieri oportere, id obſervandum eſt: quod aliter, id ſi non feceris nullum perjurium eſt.* Et poſt non longe: *Nullum vinculum ad aſtringendam fidem jurejurando majores arctius eſſe voluerunt. Id indicant leges in XII Tabulis, indicant ſacra, indicant fœdera: quibus etiam cum hoſte devincitur fides: indicant notiones, animadverſioneſque Cenſorum, qui nulla re diligentius, quam de jurejurando, judicabant.* Et lib. 1 de Juſtitia, *quæ in hominum ſocietate tuenda & tribuendo ſuum cuique & rerum contractarum fide verſatur.*

Pag. 25. *Voluit eam nubere*] Σόλοικος λόγος eſt, pro ducere: niſi conciſe dictum, pro, *voluit eam ſibi nubere.* In veteri libro, *voluit eam nudari*, diſertum legitur: in margine vero, *videri:* lege notas ad Controv. 21.

Pag. 126. *Q. Haterius à parte patris*] De illius Declamatoris dicendi facultate Corn. Tac. 4 Ann. *Q. Haterius familia Senatoria, Eloquentiæ, quoad vixit, celebratæ: monimenta ingenii ejus haud perinde retinentur. Scilicet impetu magis, quam cura vigebat: utque aliorum meditatio & labor in poſterum valeſcit, ſic Haterii canorum illud & profluens, cum ipſo ſimul extinctum eſt.* De quo & Auguſti locum explico lib. 2. *Haterius noſter ſufflaminandus eſt.* Cujus etiam nomen corruptum à librariis in Seneca fil. ep. 40. ubi *Namque Echerii*, pro *nam Q. Heterii* vitioſe legi docuit elegantis vir ingenii Lipſius.

Glyconis] Κατὰ παντὸς εὐτονίαιον σ' εἴκεν σὸν περιερμένη πατέρα. Hæc è veſtigiis veteris perverſæ ſcripturæ eruimus, ſenſu tamen nullo. Nec enim OEdipus ſum, quod fateri malo, quam falſa obtrudendo circumſcribere, in altero locus integer eſt, ſed νεμετεσμένον, corrupte haud dubie: tentabam primo νεμηθὲν, vel ad veterum characterum veſtigia, ab imperitiſſimo librario exarata, νενησμένον, vel potius νημερτὲς μένον. Sententia autem eadem, quæ M. Tullii 2 Offic. *Juſtitiæ tanta vis eſt, ut nec illi quidem, qui maleficio & ſcelere poſcuntur, poſſint ſine ulla particula juſtitiæ vivere. Nam qui eorum cuipiam, qui una latrocinantur, furatur aliquid, aut eripit, is ſibi ne in latrocinio quidem relinquit locum. Ille autem qui archipirata dicitur, niſi æquabiliter prædam diſpertiat, aut interficiatur à ſociis, aut relinquatur. Quum etiam leges latronum eſſe dicuntur, quibus pareant, quas obſervent. Itaque propter æquabilem prædæ partitionem, & Bargulus Illyricus latro, de quo eſt apud Theopompum, magnas opes habuit: & multo majores Viriathus Luſitanus: cui quidem exercitus noſtri Imperatoreſque ceſſerunt.* Et Diodorus Siculus lib. 32. de Viriathi æquitate in præda dividenda: ἦν δὲ δίκαιος ἐν ταῖς διανομαῖς τῶν λαφύρων, καὶ κατ' ἀξίαν τοὺς ἀνδραγαθήσαντας ἐξῆρε τοῖς δώροις. Et in Heliodori Epiſcopi, ut Socrates & Nicephorus ait, Tricenſis αἰθιοπικοῖς de latronum in ſpoliis dividendis æquabili jure quædam olim legere memini. Mox illud προσονείδισας in libro illo perturbate ſcriptum: ſuſpicor προσονείδισε legendum.

CONTROV. VII.

P. 126. IDem argumentum & Thema eſt Contr. 1. inde petas licet.

Pag.

Pag. 128. *Q. Pius. Polliceris inquam*] Longe à vulgari abit lectio vetus. Equidem quod hic declamator nuſquam alibi advocetur in teſtimonium, cum plerique reperiantur ſæpius, neſcio quid de mendo ſuſpicabar. *Ceſtius* quidem *PIUS* primarum hic partium actor eſt. Deinde illa, *petiturum te tantas patrimonii*, à Librariis oſcitantibus, nec, ut fit obliterantibus culpas, iterata puto. Sed de obſcuris illis veſtigiis locum integrum tentemus: vel certe alios excitemus: *Quid plus polliceris quam petierunt te? Tantas patrimonii vires habes? Etiamnum tanquam Tyranni arca loqueris?*

Pag. 129. *Divitem debilitat*] Pro debilem efficit, mutilat, truncat. Statim *Equitem alligat* malo, quam *abdicat*. ex Epitoma, reclamante licet libro uno antiquo, & faventibus aliis: ſubdit enim, *Neutrum manibus meis expedit*.

Pag. 130. *SILII BASSI*] Deerat hic, quod de Vetere recte additum, PARS ALTERA. Sic enim Controverſiæ dividi omnes ſolent, dum alter petit, alter contradicit.

Si non tenuero cauſſam] Pro, *ſi cauſſa cecidero*. Cicero pro Cæcinna: *Et hoc loco Scævolam dixiſti cauſſam apud Centumviros non tenuiſſe*. Et ad Attic. lib. 8. *Pompeius cauſas malas ſemper obtinuit, in optima concidit*.

Qui poſſet patrem obtinere] Pro, tenere, hoc eſt, vi poſſidere: *Qui poſſet patrem opprimere*, eſt in Excerptis. ubi repone *patriam*. Salluſt. Orat. 1. ſive epiſt. ad Cæſarem de R. P. ordinanda: *Populus Rom. antea obtinebat regna atque imperia*. Et poſt paullo: *An illa, quæ paullo ante hoc bellum in Cn. Pompeium victoriamq; Syllanam increpabantur, oblivio abſtulit?* Sic enim Lud. Cario edendum curavit, cum in antiquis libris pro *oblivio abſtulit*, legatur *obtineo*. Idem bello Jugurthino: *Numidæ & Reges Numidarum plures ſimul uxores habent. Ita animus multitudine diſtrahitur: nulla pro ſocia obtinet: pariter omnes viles ſunt*. Et ſupra ibidem de Africa loquens: *Quamquam ab ea fama, quæ pleroſque obtinet, diverſum eſt, tamen uti ex libris Punicis interpretatum nobis*, &c. Corn. Nepos, ſive is Æmilius Probus eſt in Timoleonte: *Maximas copias Carthaginenſium apud Crimeſium flumen fugavit, ac ſatis habere coëgit, ſi liceret Africam obtinere, qui jam complures annos poſſeſſionem Siciliæ tenebant*.

Pag. 134. *Illum Homeri Priamo aptum*] Parentem illum dixerat Declamator quam ſimillimum eſſe Priamo Homerico, qui tot calamitatibus præſertim liberorum jactatus ab Homero inducitur, ut exemplar ſit clariſſimum τῶν ἀθλιωτάτων. Verſus autem appoſitus eſt, tametſi nullum in veteribus libris veſtigium extet. ex Homer. Iliad. ult.

Ut ſparſim hoc colore declamaſſet, memini hominem inter] Mendoſus locus. Repono ex Epitomæ veſtigiis: *Ut Sparſum, cum hoc colore declamaſſet: memini hominem*, &c. Nam & male *Perſium* legitur. *Fulvius* autem *Sparſus* ſæpe advocatur ad cauſſam orandam Controv. pæne omnibus.

Inter ſcholaſticos ſanum, inter ſanos ſcholaſticum] In excerptis, *Inſanum, inter inſanos ſcholaſticum*. Utrumque ſtare poſſe videtur: *Si ſanum & ſanos* legas, intelligemus forenſes illos & legitimos Oratores, non umbratiles. Sic idem Eloquentiæ ἀντέθηκε *inſaniam* in Vibio Gallo, Declamat. 1. lib. 2 Epitom. ex Controv. 9. *Gallus Vibius fuit tam magnæ olim eloquentiæ, quam poſtea inſaniæ*. At ſi *inſanos* & *inſanum* retineamus, ut in Epit. lib. 1. Declam. 8. *ſanos* accipiemus Declamatores ſeu Scholaſticos, quorum ſententiæ pleræque ſanæ, non tumidæ nec inflatæ, nec uno verbo corruptæ. Utraſque tribuit idem Glyconi extrema Suaſor. 1.

Ex quo filium in mari vidi unum] *Vidi filium unum in mari*. Hoc ordine vet. liber, ſed *in arce* ex Epitoma repono. Tyrannum enim δυσφημίας χάριν ſic nominat, quod fere in arce, quo à τυραννοκτόνοις tutiores ſint, habitent. Parricida vero in mari erat à piratis captus.

Ad propoſitionem cœptam] Rom. editio, *ad propoſitionem cœpit.* fort. *à propoſitione cœptum*, vel *cœpit.*

Pag. 135. *Deinde* Ἀνθυποφορὰς] Inter σχήματα διανοίας collocat Julius Rufinianus, cum & proponimus & reſpondemus, ut:

Verum anceps pugnæ fuerat fortuna: fuiſſet. Et:

Si periiſſe ſatis ſemel eſt, peccare fuiſſet
Ante ſatis.

Et Fabius lib. 9. c. 3. extremo ex Rutilio ſive Gorgia (ut apparet cap. 2.) tale adfert: *Incredibile eſt quod dico, ſed verum.* Et: *Aliquis hoc ſemel tulit, ego bis, ego ter.* At hic ἀνθυποφορὰς non tam figuras nominat, quam Confirmationis membra, eaque firmiſſima, quarum præſidio occupamus & infirmamus ea, quæ noſtram cauſſam labefactare poſſe videbantur: de quibus & Hermogenes lib. 3 de Inventione, & Fortunatianus in Rhetoric. Scholaſt.

Πατέρα ὀρέξαι] Dubium ex litteris illis male conformatis, ut quidvis potius quam Græcæ linguæ ſpeciem præferant, an & θρέψαι leg. ſit, quod hic recipio. Quæ ſequuntur reliqua membranarum 4 beneficio, ſarta tecta reddidimus.

GORGONIUS] *Gargonius* Declamator amabiliſſimus laudatur Suaſor. ult. qui fere ſolemni Scholaſticorum more à jurejur. dicere incipiebat. Et *Gorgias* Controverſ. 4. *Gargius* vero Controv. 34. De qua re nos alibi. Et *Gorgonius* quidam apud Horat. lib. 1. Sat. 2. & 4. lib. 1. c. 8. *Paſtillos Rufillus olet, Gorgonius hircum.* De *Barro* & *Baro* doctiſſ. Pithœus JC. in Adverſariis ſubſecivis.

CONTROV. VIII.

Pag. 136. QVi ter fortiter fecerit] Præmia fortitudinis militaris, phaleræ, armillæ, torques, Phialæ aureæ, laudationes, aliaque apud Polybium lib. 6. Sed hæc lex conficta fortaſſe ex lege Gladiatoria, ad bellumque tranſlata, quaſi ab imagine ad rem ipſam. Rude enim donati armis ad Herculem præfectum eorum ſuſpenſis requietem accipiebant. Horatius:

——— Veianius, armis
Herculis ad poſtem fixis, latet abditus agro:
Ne populum extrema toties exoret arena.

Militia vacet] Vacatio militaris, quæ honeſta eſſet, paucis Romæ concedebatur, quæ & in lapidibus antiquis *Miſſio* vocata: niſi ſenibus ob ætatis vitium, quod armis inutiles; & ſacerdotibus, quod ſacroſancti ipſi & ſacris operarentur. Livius lib. 42. *Nec ulli, qui non major annis 50 eſſet, vacationem militiæ eſſe.* Et Seneca lib. de vitæ brevitate: *Sed ne his quidem indulta vacatio tumultus Gallici tempore, adeo Gallicum nomen, poſt vaſtatam urbem duce Brenno, Romanis ſemper metuendum.* & *multum* gravius eſſe quam *bellum* Cicero ait Philip. 8. Legend. Appian. lib. 2. bell. civilium, & Plutarch. in Camillo. De Latinis Livius lib. 34. & Cic. lib. 1. epiſt. 16. ad Attic. Frequenter ſine *vacationibus* delectum habitum à Cos. nec Colonis fere conceſſum, ex eodem Livio diſces.

Pag. 137. *Advocationem petii*] *Ego à Diis vacationem in unam pugnam petii*] Rom. editio. Juriſconſultorum eſt, pro petii à Prætore advocatum, qui ſemel in pugnam elicere filium licere evinceret. Utitur & præfat. lib. 3. Epitomæ: *Tanta illi perturbatio fuit, ut Advocationem peteret.* niſi potius pro dilatione hic accipias, ut doctiſſ. Fabro aſſentiar. Et in ἀποκολοκυντώσει Philoſophus: *Tandem procedit Petronius, vetus convictor ejus, & poſtulat Advocationem.* Et lib. 1 de Ira: *Deinde Advocationem etiam ſibi peti, ut excutiendæ veritati ſpacium habeat.* Et lib. 3. *Si in hoc erit petita Advocatio, judicium apparebit, non ira.* Hinc Cicer. ad Trebatium lib. 7. epiſt. 2. jocans: *Ego omnibus unde petitur, hoc conſilium dederim, ut à ſingulis interregibus binas Advocationes poſtulent. Satis ne tibi videor Jus Civile didiciſſe?* Et de Auguſto Ma-

crobius

crobius *in Advocationem veniſſe*, lib. 2 Saturn. c. 14.

Somnum claſſico rumpet] M. Tullius pro Murena Juris & militiæ peritum componens: *Te gallorum, illum buccinarum cantus exſuſcitat: Tu actionem inſtituis, ille aciem inſtruit.* Plutarchus in Nicia ex veteri poëta: Τοὺς ἐν εἰρήνῃ καθεύδοντας οὐ σάλπιγγες, ἀλλ' ἀλεκτρυόνες ἀφυπνίζουσι.

Pag. 138. *Poſt ſexageſimum & quintum annum*] *Sexageſimum annum* rotundo num. dixit Seneca Philoſ. extr. lib. de vitæ brevitate. *Lex*, inquit, *à quinquageſimo anno militem non cogit: à ſexageſimo Senatorem non citat.* Tunc enim ſenes ut effœti, ſuffragii ferendi jus amiſerant. Hoc enim veteri verbo dicebatur: *Sexagenarios de ponte dejici.* M. Varro lib. 2. de vita pop. Rom. referente Nonio: *Cum in quinctum gradum pervenerant, atque habebant 60 annos, tum denique erant à publicis negociis liberi atque otioſi. Ideo in Prov. quidam putant veniſſe, ſexagenarios de ponte dejici oportere, id eſt, quod ſuffragium non ferant, quod per pontem ferebant.* Idemque Varro apud Cenſorinum die natali, quinctum ætatis gradum à ſexageſimo anno numerat. Plures appellationis cauſas Sext. Pomp. refert, ſed *exploratiſſimam eam, quod quo tempore primum per pontem cœperunt comitiis ſuffragium ferre, juniores conclamarint, ut de ponte dejicerentur Sexagenarii, qui jam nullo publico munere fungerentur, ut ipſi potius ſibi quam illi deligerent Imperatorem: cujus ſententiæ eſt etiam Sinnius Capito.* Hinc & *Depontani ſenes* eidem Feſto, atque *Caſnares* Oſca lingua Nonio in dictione Carnales, quam alibi Turnebus explicat lib. 29. Adverſ. c. 21. Dionyſio vero lib. Ant. Rom. Satyram quoque inſcripſerant *Sexageſimo*, unde hæc Nonius laudat: *vix effatus eſt, cum more majorum ultro Caſnares arripiunt, de ponte in Tiberim deturbant. Argei* quoque eidem Varr. lib. 6. de ling. Lat. *Argei fiunt è ſcirpeis virgultis, ſimulacra ſunt hominum 30. ea quotannis à ponte ſublicio à Sacerdotibus publice jaci ſolent in Tiberim:* quos Dionyſius lib. 4 Antiquit. Rom. cum Hercule Argivo in Italiam veniſſe auctor eſt. Cicero pro Sext. Roſcio Amerino: *Habeo etiam dicere quem contra morem majorum minorem annis 60 de ponte in Tiberim dejecerit.* Et Ovid. 5 Faſt.

Pars putat, ut ferrent juvenes ſuffragia ſoli,
Pontibus infirmos præcipitaſſe ſenes.

Plutarchus problematis legendus. Macrobius lib. 1 Saturn. cap. 5. & Lactantius lib. 1. cap. 21.

Non cogitur, non vetatur] *Nec vetatur* Rom. editio Epitoma. malim tamen, *num vetatur?* ut mox: *Nunquid neceſſe eſt?*

In utramque partem ſumi liceat] Suſtuli gloſſema illud *ſumi*, partim opt. libri, partim Epitomæ auctoritate: in quo & ſtatim, *neceſſitas imponitur*, legi video.

Pag. 139. *Domum tuam trinis hoſtium ſpoliis adornavit*] Sic in hac ipſa Controv. infr. *Tria domi præmia ſunt.* Mos hic veterum Rom. ut ſpolia hoſtibus detracta, ædium foribus victores appenderent, & à domo licet vendita, avellere nefas ducerent. Tibullus & Ovid. 3 Triſtium, eleg. 1. Polybius lib. 6. M. Tullius Philipp. 2. de Pompeii domo: *An tu illa veſtibula, roſtra, ſpolia cum adſpexiſti, domum tuam te intrare putas? fieri non poteſt.* Plinius lib. 35. cap. 2. *Alia foris, & circa limina, animorum ingentium imagines erant, affixis hoſtium ſpoliis, quæ nec emptori refringere liceret, triumphabantque etiam dominis mutatis ipſæ domus: & erat hæc ſtimulatio ingens exprobrantibus tectis, quotidie imbellem dominum intrare in alienum triumphum.*

Athenienſes abdicato] Themiſtoclem intelligo: negat tamen abdicatum Plutarchus, rejicitque ut fabuloſum: Ἃ δὲ τούτων ἐξαρτῶσιν ἔνιοι διηγήματα πλάττοντες, ἀποκήρυξιν μὲν ὑπὸ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, θάνατον δὲ τῆς μητρὸς ἑκούσιον, τῇ τοῦ παιδὸς ἀτιμίᾳ περιλύπου γενομένης, δοκεῖ κατεψεῦσθαι.

Invidia quam magnos viros] Hinc Flaccus:

Invidus alterius macreſcit rebus opimis.

Invidia Siculi non invenere tyranni
Majus tormentum.

Vide Platonem 9. de legib. & Val. Maximum lib. 9. cap. 3. & 5. & infra Controv. 21. Domum invidiæ graphice depingit verſibus 8 transformat. Naſo.

Pag. 140. *Militiam periculoſam*] Idem Vates Venuſinus:

— quid enim concurritur horæ
Momento? cito mors venit, aut victoria læta.

Veniſſe pop. Rom. ad Scipionem] Cum enim durum bellum Numantinum, non ſine publico pudore duraret, delatus eſt ultro Scipioni Africano à S.P.Q.R. Conſulatus: quem cum illi capere ob legem, quæ vetabat quemquam iterum Cos. fieri, non liceret, ſicuti priori Conſulatu, legibus ſolutus eſt: quique ſuffragator Q. Fabii Maximi, fratris filii, Quæſtoriis Comitiis in campum deſcenderat, conſul reductus eſt. Epitoma Liviana lib. 56. & Val. Maximus lib. 8. cap. 16. Cicero in Lælio: *Qui Conſulatum petiit nunquam, factus eſt Conſul bis: primum ante tempus, iterum ſibi ſuo tempore, Reipub. pæne ſero.* Numerant autem Capitolina marmora annum 619. ſecundi Conſulatus.

Magnum intervallum] Magno enim intervallo, duodecim minimum annorum, poſt victoriam de Pœnis partam, renunciatus iterum Cos. Æmilianus, cum candidatus non eſſet, propter bellum Numantinum. Nota hæc ex M. Tullio, Agellio, & hiſtoricis.

Sic ad Pompeium] CN. quoque Pompeio imperium extra ordinem adverſus piratas cum 15 legatis traditum, referente ad populum A. Gabinio Tribun. pl. Auctores Dio, Plutarchus, Appianus, Cicero, & Epitoma Livii lib. 99.

Glomerarium, ſanguinarium] Qui glomere, hoc eſt, globo facto in hoſtem irruat, vel, ut ſup. loquitur, *obſtantes cuneos gladiis diducat*, vel ut quidam apud Fabium lib. 8. cap. 5. *Bella umbone propellat.* Vox priſca, nec paſſim obvia. *Glomus* enim globus eſt lanæ pexæ, Græcis credo τολύπη. In gloſſario vetere Philoxeni *glomus* ἀγαθὶς, *glomera* ἄθροισμ, *glomerantur* συστρέφονται, & alibi *glomero* περιστικλώθω. Sext. Feſto Pompeio *Glomus*, cruſtulum cubi figura in ſacrificiis adhibitum: quæ figura & aciei inſtruendæ apud Ælianum ἐν τακτικοῖς. Vetus poëta apud Ciceronem 2 Tuſculana ex Æſchyli Prometheo:

Atque hæc vetuſta ſæclis glomerata horridis
Luctifica clades noſtro infixa eſt corpori.

Et Macrobius lib. 6 Saturn. c. 4. *glomeratim* hinc derivat: *Vomitoria in ſpectaculis dicimus, unde homines glomeratim ingredientes in ſedilia ſe fundunt.* Hinc & *glomerarius* videtur, qui magno ſtudio greges ſibi ſicariorum adjungebat, qui *glomeratim* homines innocentes adorirentur: ut Ciceroni Lucullus & Hortenſius. *Piſcinarii* eadem analogia, quod nimis ſtudio piſcinarum delectarentur. Aut certe functionis & miniſterii nomen, ut *Carbonarius, Cruciarius, Utricularius*, & ſexcenta alia utravis ratione καθ' ἀναλογίαν recte καινοτομηθέν· quæ ratio innovandi nomina maxime veteribus probata, & locupletandæ linguæ, ſi, cum caſus tantum id tulerit, fiat, maxime accommodata. Vir tamen doctiſſimus ſic interpellabat: *Detrahere illum operibus ſuis gloriam, temerarium ſanguinarium.* Verum ab illa voce adeo abhorruiſſe valde miror, cum & *Glomer*, & *Glomeramina* bonus latinitatis auctor Lucretius dixerit, ut *glomerabile* & *glomeratim* Diomedes: *Pleiadum parvo referens glomerabile ſidus.* & *Glomeratim*, Diomedes lib. 1 Gramm. quod hic quadrare fortaſſe queat, ea forma qua *Globatim* à Globo.

Pag. 142. *Omnibus territum*] Recte in vet. libro, *Ominibus*: quam ſæpe vocem in antiquis ſcriptoribus omiſſa una littera trajecta, corruptam, docet G. Canterus lib. 1. cap. 8. Novar. lection.

Homeri verſus ob hoc edidiſſe] Verſus eſt Iliad. ζ. 207. Δαιμόνιε, φθίσει σε τὸ

σὸν

τὸν μένος. Reliqua Græca plurima nunc integra ſunt membranarum beneficio.

LIBER SECUNDUS,

PRÆFATIO.

Pag. 145. P*Ugnatorius mucro*] Gladiatorum hoc inſtrumentum, quo de multa doctiſſ. Lipſius Saturnal. lib. 2. cap. 19.

Locorum habitus] Expreſſit Virgilii locum 1 Georg.

Ventos & varium cœli prædiſcere morem
Cura ſit; ac patrios cultus habituſque locorum.

Animum tuum à civilibus officiis abhorrentem] Eadem Cornel. Tacitus 16 Annal. *Mela & Criſpinus Equites Rom. dignitate Senatoria: Mela quibus Gallio & Seneca parentibus natus, petitione honorum abſtinuerat, per ambitionem præpoſteram, ut Eques Romanus Conſularibus potentia æquaretur: ſimul acquirendæ pecuniæ brevius iter credebat, per procurationes adminiſtrandis Principis negotiis.* Hinc diſces & Senecam noſtrum Equeſtris ordinis fuiſſe: ſubdit enim ſtatim: *Perge quo inclinat animus, & paterno contentus ordine, ſubduc fortunæ magnam tui partem.*

Pag. 147. *Primus omnium Latinus Rhetor Plotius*] Male in veterib. *Plotinus*, ut ſupr. paulo *Caſtius*. inepte, cum *Sextius* eſt: de quo hic Philoſopho præclare Faber eſt meritus. Ciceronis hæc ſunt in Epiſt. ad M. Titinium, apud Suetonium de claris Rhetoribus, & Hieronymum in Chronicis Euſebii: *Equidem memoria teneo pueris nobis, primum Latine docere cœpiſſe L. Plotium quendam, ad quem cum fieret concurſus quod ſtudioſiſſimus quiſque apud eum exerceretur, dolebam idem mihi non licere. Continebar autem doctiſſimorum hominum auctoritate, qui exiſtimabant Græcis exercitationibus ali melius ingenia poſſe.* Sullanis temporibus D. Hieronymus floruiſſe ait *Plotium*, extremis vero L. Craſſi Fabius auctor eſt lib. 2. cap. 4. qui & extremo lib. 11. *Plotii* & Nigidii meminit. & M. Varro in Mœnio, citante Nonio Marcello: *Vinicius meus, quod apud Plotium Rhetorem bubulcitaret, alter in dolore non defuit.*

Et ego multo tempore minor] *Major* legit Lipſius noſter Electorum cap. 1. Legi etiam poſſit: *Et ego multo tempore minorem quam ipſe eram.* Rom. editio: *Et ego tanto minorem natu quam ipſe erat.* Nondum tamen ſanum eſſe locum Faber vidit, niſi verba illa, *quam ipſe erat.* expungas.

CONTROV. IX.

Pag. 148. B*Ella civilia aurato Capitolio*] Supr. Controv. 6. *Faſtigiatis ſupra tectis auro puro fulgens prælucet Capitolium.* Vetus autem hæc antiquor. ſcriptorum querela, una cum luxu, devicta Aſia & Corintho, vitiorum omne genus in urbem Rom. advectum. Lege Horatii Epod. 7. & 16.

Limina deſerta] Odioſum eſt, cum à prætereuntibus dicitur: *O domus antiqua, quam diſpari domino dominaris!* Quod quidem his temporibus in multis licet dicere. Cic. 1 Off. & Philip. 2 in M. Antonium: *O tecta ipſa miſera, quam diſpari domino: quamquam quomodo iſte dominus? Sed tamen quam à diſpari tenebantur.*

Ex ſummis opibus ad egeſtatem] Ut de Licinio Craſſo Divitis cognomento, aliiſque refert Val. Max. lib. 6. c. 11.

Pag. 149. *Ego illos in frivola invitavi noſtra*] Vetus liber *in fribola* præfert, & vero *b*, & *v*, ſæpe ſolent invicem commutari. Invitavi in caſam noſtram, quam *frivola* vocat, propter ſuppellectilis tenuitatem. Feſtus *frivola* vocat vaſa fictilia quaſſa, & Ulpian. JC. in l. ſolutam 2. §. ſolutam. D. de pignerat. act. *Non eſt credibile hoc conveniſſe ut ad univerſam penſionem inſulæ frivola mea teneantur.* Juven. Sat. 3.

-- *jam poſcit aquam, jam frivola transfert*
Ucalegon, tabulata tibi jam tertia fumant.

Et

Et Satyra 5.

Et ne te teneam, Romanorum omnia regum
Frivola.

Sidonius Apollinaris lib. 8. epiſt. *Nunc quædam frivola, nunc ludo apta Virgineo ſcruta donabat.* Plauti quoque *Frivolaria* à Feſto ſæpe laudatur & Nonio.

Patrem habeo] Nihil variant ſchedæ, ſed infra in Papirii Fabiani ore hæc ponit, ſed loco fortaſſe non ſuo: *Si caruero, abdicabor: Patrem amo, hæc eſt contumacia mea.* ubi pro *caruero*, *paruero* de veteri libro repono: ut hæc loca inter ſe contendendo, mutuam operam præſtent. Deprecatur Seneca in præfat. lib. 1. ubi multa de memoria ſua prædicat, veniam, quod in una eademque Declamatione ſententias repetat, *quaſi luxurians, memoriæque indulgens.* Hoc igitur vult: *Si paruero, abdicabor:* præſertim ſi dives filios recuperet: ſi non paruero meo patri, abdicabor item. Patrem habeo, aut amo: (utrumque enim eodem revolvitur) ita mihi moleſtum & grave in alienam familiam adoptari. Contumacia hæc mea eſt, ut commoder tantum, non adopter. Nunc reliqua κατ᾽ ἐπεμβολὴν aut per parentheſim. *Dives filium non habet, me dabis,* &c.

Ita non adoptari] Tota hæc comprehenſio iiſdem verbis in ore ejuſdem Vibii Rufi poſita eſt infr. non longe: niſi quod *accommodari* male legitur.

Immenſæ cultor ſilvæ] Silvas principum Romæ virorum ædibus annexas, de Attici domo cognoſcas in ejus apud Cornelium Nepotem vita: & mox in hac ipſa Controv. elegans eſt de ſplendidis ædibus ac ſilvis locus: *Quin etiam montes ſilvæque in domibus marcidis, & umbra fumoque viridibus.* Veſtigiis priſcæ lectionis tentabam, *immenſique cultor ſoli*, ut poſt Romæ editum vidi. Ridiculum enim *Syllam* à Correctoribus ex *ſylva* conformatum eſſe. Anton. Auguſt. ſic emendabat: *pecuniæ cuſtos immenſæ; cultor, ciſtæ.*

Non negabo, militabo] Negatio afuit à membranis, & *navabo* tentarunt alii conciſe, pro navabo operam. Mihi placet *navigabo*, quod nimium quantum alteri, *militabo*, reſpondet. Nullum ſe vitæ periculum, terra marique, imperet modo, recuſaturum ait infr. Controv. 14. Porcius Latro ait, *Naviga, milita, peregrinare.* Sic & lib. 6. Epitomæ Declamat. 1. & Controv. 31. Interim tamen, verum ut fatear, vulgarem illam non inſuper habeo. Poſt paulo legebat Ant. Auguſt. *Mille cum veterum inter vices ſuas exempla referebas.*

Pag. 151. *Nemo ab ejus origine eſt*] De Rom. principibus viris loqui videtur, qui fere adoptione in alias familias, ne vetuſtate nomina cum laude parta intermorerentur, tranſibant.

Amo æque pauper] Melius in Epitoma: *Amo æque paupertatem ac patrem, utrique aſſuevi.* Quomodo & hic reſtituendum.

Quis ſuus emptor eſſet] Locus impeditus. Vetus lectio præfert: *Nunquid ſi is emptor eſſet?* alii, *num quis ſuus emptor eſſet*, pro, an ſe ipſe redimeret. Alioquin peccatum eſt in uſu hujus Provocabuli reciproci *ſuus*, pro *ipſius*. Sed doctiſſimus Ant. Auguſt. *Quæreres quis ſervi emptor eſſet.* Poſt in eodem *hoc ſummum* legitur, pro quo editi, *hoc ſomnium.*

Loquar filiis ejus bene] Si quis conjecturæ locus, leg. videatur, *loquar de filiis ejus male, bene de abdicatione.* vetus tamen liber, ut editi omnes.

Nec meus recipiet pater] Ἐκλειπτικὸς λόγος cum interrogatione efferendus. Malo tamen affirmare legi, *me meus recipiet pater?* Sic enim Vibius Rufus ſup. *Si dives reduxerit ſuos, me recipies?* quæ & ipſa poſt paulo ſic leguntur: *Dives reduxerit ſuos, me recipies?*

Diſpendiorum malum] *Deprædiorum* diſertim ſcriptum repperi, quam vocem in linguæ Latinæ pomeriis requiro. fort. *deprædationem* leg. eſt. Significat enim artes, quibus filii familias amoribus dediti, ſervorum opera, ſenes emungere ac deprædari ſolent: Pleni ſunt Comicorum libri.

Ex commentariis] Quibus diurna inſcribe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ſcribebantur, vel potius tabulæ eorum qui accuſabant, vel qui carceris cuſtodiam gerebant. infr. Contr. 25.

Madentem unguentis] Infr. Controverſ. 14. *Unguentis coma madet*: & *Unguento cani madent, & comiſſator ſenex rediit.* Cicero poſt reditum: *Primum proceſſit, qua auctoritate vir? Vini, ſomni, ſtupri plenus, madenti coma, compoſito capillo.* Sic & pro Roſcio Amerino: *Compoſito pede, & delibuto capillo paſſim per forum volitare*, & Archeſtratus apud Athenæum lib. 2. δειπνοσοφ. Horat. lib. 2 Carm.

Cum quo morantem ſæpe diem mero
Fregi, coronatus nitenteis
Malobathro Syrio capillos. Reliqua ad præf. lib. 1. Epitomæ notavi.

Incedentem femina mollius] De his Arbiter in Satyrico:

Scorta placent, fractique enervi corpore greſſus,
Et laxi crines & tot nova nomina veſtis.

Eum hic *luxuriantem habitum* vocat. Tenues quoque & pellucidas veſtes vituperat matronarum Contr. 13. & 7. lib. 2. & 4. Epitomæ, quæ annecti debent Controv. in fine.

Pag. 152. *Non tibi per multos*] Aliter in excerptis, & fort. melius: *Non tibi permultis fulta liberis domus eſt.*

Crœſus ad tormenta] Nota ex Herodoto hiſtoria: victum à Cyro Crœſum, & regno exutum, dum Babyloni auxilium ferre ſtudet: Λαβόντες γὰρ αὐτὸν οἱ Πέρσαι ἤγαγον παρὰ Κῦρον, ὁ δὲ συννήσας πυρὴν μεγάλην, ἀνεβίβασεν ἐπ' αὐτὴν τὸν Κροῖσόν τε, καὶ πέδῃσι δεδεμένον, καὶ δὶς ἑπτὰ Λυδῶν παρ' αὐτὸν παῖδας. Tu lege Juſtinum lib. 1. ex Trogo Pompeio, & Oroſium lib. 2. c. 6. De Craſſo vero, ad Carras cum omni exercitu ad internecionem cæſo à Parthis, rege Orode, dum auro nimis inhiat, ann. U. C. 698. Plutarchum in Craſſo, & Appianum in Parthicis, ſi modo ille liber Appiani eſt: quod hic ex illo ad verbum tranſcriptus ſit. vide infr. Epitomæ lib. 5. Declam. 1. & 7.

Poſt eveſtigata fugitivorum arma] De hoc civili bello, quod in Italia à gladiatoribus duce Spartaco & Chryſo, excitatum, an. 680. & à M. Craſſo prætore geſtum, idem Appian. lib. 1. extremo bell. civilium: Athenæus l. 7. longeque copioſius utroque Diodorus Siculus lib. 34. in Photii noſtri Bibliotheca pag. 627. & ſeq. & Oroſius lib. 5. cap. 25. Cicero in Maniliana Servile bellum vocat, & à Pompeio penitus ſublatum, ac ſepultum, cæſis fugitivorum quinque millibus: quem & Plutarchus ad Senatum ſcripſiſſe refert, Craſſum acie gladiatores fudiſſe, ſe τοῦ πολέμου τὴν ῥίζαν, hoc eſt, bellum radicitus ſuſtuliſſe. Hinc patet cur eveſtigata potius quam debellata dixerit Annæus. v. & L. Florum lib. 3. cap. 18.

Hoc illum Ælium Tuberonem] Scil. pauperem fuiſſe. Propria ea laus gentis Æliæ, ut paupertatem amplexa, divitias contempſerit, ut auctor eſt Valerius lib. 4. cap. 4. Qui & Q. Ælium Tuberonem nullum ante argentum habuiſſe refert, quam à L. Æmilio Paulo ſocero ſuo (qui Perſen Philippi F. Macedonum regem, devictum in triumphum duxit) quinque pondo argenti ex præda, virtutis nomine, vel, ut Plutarchus, phialam 5. pondo, ut vero Plinius lib. 23. cap. 11. duo pocula dono accepiſſet. Catus item Ælius Sextus Ætolorum miſſa vaſa argentea repudiavit. Idem & Val. lib. 4. cap. 3.

Fabricium Samnitium non accipientem munera] Teſtatur idem Julius Hyginus lib. de vita Illuſt. viror. apud Agellium, lib. 1. cap. 13. Noct. Attic. & Valer. Maximus lib. 4. cap. 3. Manio Curio Dentato attribuunt non diſſimile abſtinentiæ Rom. exemplum: Cicero & Plutarchus in Catone, & Apophthegmatis, ibidem Valerius, & Athenæus lib. 10. Sed hic à Sabinis, non Samnitibus miſſos legatos ad Manium cum munere ait. Lege & Plinium lib. 19. cap. 5. infr. Albutius: *Munera regia reſpuit Fabricius: cum auro dominum timet accipere.*

Apud aratra] Valerius legendus lib. 4. cap. 4. & Seneca noſter ſupr.

Controv. 6. ubi plura notavi. *Quid tibi videntur illi ab aratro citati, qui paupertate ſua beatam fecere Rempubl.*

Apparet unde venias] Nullo plane ſenſu: melius in epitoma: *Abdico*, inquit, *tantum ut vincas.*

Pag. 153. *Illatorum multitudine*] In veteribus tribus erat *illatin* priſce, unde nihil eruo: conſtans tamen exemplarium lectio AMPLIUS pronuntiare jubet. Judicent acutiores.

Neque feris inter ſe bella ſunt] Lege, ſi vacat, Plinii eruditum Prooemium lib. 7. *Leonum*, inquit, *feritas inter ſe non dimicat: ſerpentum morſus non petit ſerpentes, ne maris quidem belluæ ac piſces, niſi in diverſa genera ſæviunt. At Hercule, homini plurima ex homine ſunt mala.* Eadem diſerte Lactantius lib. de Opificio Dei, & Prov. *Canis caninam non eſt.* Flaccus Epod. 7.

Neque hic lupis mos, nec fuit leonibus,
Unquam, niſi in diſpar, feris.

Et Juvenalis Sat. 15.

Certe ſerpentum major concordia: parcit
Cognatis maculis ſimilis fera. quando Leoni
Fortior eripuit vitam leo? quo nemore unquam
Expiravit aper majoris dentibus apri?
Indica Tigris agit rabida cum Tigride pacem
Perpetuam: ſævis inter ſe convenit urſis.

Vel ſorte, vel fato junctum] Emendo *forte*, ut Salluſtianum illud: *Falſo queritur de natura ſua genus humanum, quod imbecilla atque ævi brevis, forte potius quam virtute regatur.* Probo & elegantem illam libri noſtri ſcripturam, *vel fato vinctum*? Poſt etiam, *quam lucem innocentes intueri maluerint*, legendum conjicio. Cicero pro Sext. Roſcio: *Portentum atque monſtrum certiſſimum eſt, eſſe aliquem humana ſpecie & figura, qui tantum immanitate belluas vicerit, ut propter quos hanc ſuaviſſimam lucem aſpexerit, eos indigniſſime luce privarit.*

Tanta altitudo ædificiorum] Auguſtus Cæſar modum altitudini ædificiorum ſtatuit, ut Suetonius & Strabo lib. 5. refert. ſtatuit & Nero, ut Tacitus 15 Annal. poſt & Trajanus Imp. ad 60 pedes altitudinis exſtrui permiſit, ut Sext. Aurelius Victor ait.

Pag. 145. *Hinc & illa urbium excidia*] Locus perdifficilis, quia corruptum ſe clamat, qua in verbis, qua ab interpunctione. Tentabam, quando ne vetus ille quidem recte habet: *Hinc & illa urbium excidia ſunt: quippe non defenſioni, ſed in communi periculo ad prædam hoſteſque aliena, & in ſua damna validiora cæduntur talia: ipſaque cum maxime flagrant, ſpolium ex alienis ruinis ferunt.* Queritur Papirius Fabianus de ſeculi ſui in exſtruendo luxu, quo lapidibus exoticis & marmoreis, moles domorum inſulaſque exſtruebant, quæ in incendiis, vel urbium direptionibus plus obeſſent, aliaſque domos ſua ruina involverent. Lege Plinium lib. 36. cap. 1. & 6.

Quid faciam? Si caruero, abdicor] Et corrupta hæc periodus perpetuam orationis ſeriem, locique inſignem hypotypoſim interrumpens, & mea ſententia alieno loco poſita ex ſermone Vibii Rufi ſup. non procul à principio: ut pannus purpuræ aſſutus eſſe videatur, quare uncis incluſimus, ut furcillis hinc ejiciatur. *Paruero* autem leg.

Patentiſque campos] Accuſ. caſu ἀρχαϊκῶς pro *patentes*, ut illud Salluſtianum: *Omnis hominis, qui ſeſe ſtudent præſtare cæteris animalibus, ſumma ope niti decet, ne vitam ſilentio tranſeant.* Sic enim Cariſius lib. 1. & Priſcian. lib. 7. Gramm. legunt, & antiquam formam *omnis*, pro, *omnes* fuiſſe obſervarunt. *Patentes* autem pro planis Cicero 1. de Divinatione: *Babylonii in camporum patentium æquoribus habitantes.* Et Alphius Avitus lib. 2. Excellentium virorum de Camillo:

Tum litterator creditus (fort. *creditos*)
Ludo Faliſcum liberos
Cauſatus in campi patens
Extraque muri ducere
Spatiando paulatim trahit
Hoſtilis ad Valli latus.

Pag. 155. *Exiguum eſt & hoc*] Vetus lib. *Exigua eſt: ex hoc littoribus.* Sed ſenſus perbelle cohæret, ſi parentheſi

hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

hoc includatur. Talis L. Luculli in hortis villiſque exædificandis luxus, teſte Plutarcho, Cicerone ad Atticum, & Varrone lib. 3. Rei ruſticæ, & Horatio.

Divitem, inquit, te eſſe volo] Melius in Epitoma: *Divitem mihi vis dare, ego te volo.*

Pag. 156. *Unum abdicat adoption.*] Legendum videtur, *unum adoptat abdicatio.* Sed nihil immuto: *Unum abdicat adoptio*, quæ me patre germano privat: Abdicabit quoque, ſi filiis reconciliatus, eos recuperarit.

Fabriciorum imagines Metellis patuerunt] Mendoſum haud dubie. Metellos enim à Fabriciis aut contra adoptatos nullus legit. P. quidem Scipio Naſica à Q. Metello Pio eſt adoptatus, ut in Suaſoriam 6 adnotavi. Cauſæ itaque ſervit orator, vel memoria lapſus eſt: nec accurata ab his cenſoribus exigenda familiarum notio: vel librariorum potius vitio corrupte ſcriptum eſt. Anton. Auguſtin. quo nemo hac tempeſtate veterum familiarum majorem eſt cognitionem adeptus, legendum putabat pro *patuerunt*, *paria fuerunt*. Equidem ſic emendabam: *Fabiorum imagines Æmiliis patuerunt.* Ita enim hiſtoriæ veritas integra. L. enim Æmilius Paulus, qui de Perſe Macedonum rege triumphavit, filiorum alterum P. Cornelio Scipioni Africano majori, & Æmiliæ ſororis filio in adoptionem dedit: qui poſt Africanus minor, Carthagine diruta, appellatus eſt: alterum vero Q. Fabio Maximo quinquies conſuli.

Adoptio fortunæ remedium eſt] Ne ſtirpes & familiæ intereant, nomenque intercidat: Græci ἐκποίησιν vocant, qua alienos nobis liberos orbi adſciſcimus: differtque ab Adrogatione, quod in hac filius patre careat, in illa à patre vivo emancipetur. Pleni Juriſconſultorum libri, & Agellius lib. 5. cap. 19.

Cenſus Senatorum gradum facit] Plura in Epitoma leguntur his addenda: *Senatorium ad gradum cenſus adſcendere facit: Cenſus Rom. Equitem à plebe diſcernit: Cenſus in caſtris ordinem promovet: Cenſu in foro judex legitur.* Cenſus autem Equeſter quadringentorum millium ſeſtertium erat. Horat. Epiſt. 1.

Si quadringentis ſex, ſeptem millia deſunt,
Eſt animus tibi, ſunt mores, & lingua fideſque,
Plebs eris.

Senatorium vero alterum tantum fuiſſe ante Auguſtum, ab eodemque ampliatum Suetonius refert, & Dion. Plinius quoque præfat. lib. 14. *Poſteris laxitas mundi, & rerum amplitudo damno fuit, poſtquam Senator cenſu legi cœptus, judex fieri cenſu, Magiſtratum ducemque nihil magis exornare quam cenſus*, &c. *peſſum iere vitæ pretia, omneſque à maximo bono liberales dictas artes in contrarium cecidere.* Ut igitur Equites qui quadringenta millia, Senatores qui octingenta poſſidebant, legi poterant, ſic & Judices, qui ſu. Senatorium, aut Equeſtrem cenſum poſſidebant, ut ex Aſconio Pediano intelligo. Huc reſpexit Naſo lib. 1. Eleg. 7.

Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores,
Inde gravis Judex, inde ſeverus Eques.

Cenſus in caſtris] Hinc apparet militiæ quoque ordines ex cenſu diviſos: & gradus fuiſſe Vegetius ait, quos ob rem bene geſtam, ut in Rep. gerenda decurrere milites ſolebant: qui cum è quinque claſſibus legerentur, (nam & ipſi cenſeri ſolent) Tribuni militares & Ærarii fere ex prima claſſe. prima autem claſſis maximi inter illas cenſus. Ex donis etiam militaribus quæ virtutis ergo accepiſſent, ad ordines altiores adſcendere ſolitos, diſces ex Lucano lib. 1. Pharſal.

——— *Summi tum munere pili*
Lælius, emeritique gerens inſignia doni,
Servati civis referentem præmia quercum.

Et Salluſtius C. Marium milites bello Jugurthino ſcripſiſſe refert, non more majorum, neque ex claſſibus, ſed ut cujuſque libido erat, capite cenſos pleroſque. Adhæc infames, hiſtriones, pueri, ſervi & libertini,

ante

ante Cannenſem cladem militia arcebantur.

Quid Phocionem] De his omnibus Plutarchus & Valerius lib. 5. cap. 3. & lib. 4. cap. 4. Cicero 3 Offic. *Talis in hac urbe Fabricius, qualis Athenis Ariſtides.*

Quid Coruncanios] Κατὰ συνεκδοχὴν καὶ τοῦ ἀριθμοῦ ἐναλλαγὴν pro *Coruncanium*, quem cum M. Curio & C. Fabricio Luſcino conjunctiſſime vixiſſe, & frugi homines, maximeque abſtinentes fuiſſe, Cicero ait in Lælio.

Fictilibus fuerunt Dii faciles] Hinc Perſius Satyr. 2.

Dicite Pontifices, in ſacro quid facit aurum?
Nempe hoc quod Veneri donatæ à virgine puppæ.

Ligneum catillum M. Curii Dentati celebrat Valerius lib. 4. cap. 3. quem Plinius lib. 16. cap. 38. *guttum faginum:* Scriptor vero de vir. Illuſt. c. 33. *guttum ligneum* vocat. Lucilius lib. 13. Satyr. 5. apud Nonium.

Et non pauper uti Samio, curtoque catino.

M. Tullius Paradoxis: *Quid Numa Pompilius? minuſne gratas Diis immortalibus capedines, ac fictiles urnulas fuiſſe, quam filicatas aliorum pateras arbitramur?* Quo loco *Deliacas* Laz. Bayfium lib. de Vaſculis, legiſſe video, ex illo vulgari *delicatas alior. pateras:* quoſdam etiam *fictiles cirneas*, qua voce & Plautus Amphitr. utitur. Idem 6 de Repub. *Exſtat oratio Lælii, quam omnes habemus in manibus, quam Sympinia Pontificum Diis immortalibus grata ſint. Samiæque, ut is ſcribit, capedines.* Juvenalis Sat. 6.

—— *aut quis*
Sympinium videre Numæ, priſcumque catinum.

Et Arnobius lib. 7 adverſus gentes: *Date, quæſo, Diis immortalibus bibant: ſcyphos, brias, pateras, ſympiniaque depromite.*

Pag. 157. *Dico etiam ut licuerit*] De veteri lib. cenſeo negative legendum: *Dico etiam ut non licuerit, recte tamen recuſaſſe.*

Pag. 158. *In omnia patri parco dum ſit*] In veteri recte, *An in omnia patri pareat. Diviſit. Etiamſi*, &c. ſic fort. leg.

Pag. 159. *Tranſeunti bono*] Ant. Auguſtinus, *contactu ipſo nocent, tranſeunte bono.* For. nihil mutandum. Quod ſequitur, *Nec peccare diſcam.* ſic accipio quaſi ἀνθυποφορὰ ſit, & hoc objiciatur à divite filio pauperis: At divitiarum beneficio hoc aſſequeris, ut diſcas non peccare: quam ἔνστασιν diſſolvit filius exemplo ejuſdem divitis, qui didicerit tam cito & 3 filios abdicare.

Tacitum neſcio quem] Acute Anton. Auguſtinus: *Tacitus neſcio quis, Brocio non male uſus.*

Pag. 160. *At Declamatores*] *Aridi* lego ex Epitoma, flagitante etiam ſenſu.

Aliqua ſententiæ dulcedo ſubrepſit] Amplius in vet. *qui non potuerunt ſubſiſtere:* & mox pro his, *nulla dulcedo ſententiæ ſubrepſit. ſic:* tantum legit, *nulla ſententia.* Et vero videntur ex ſuperiori verſu huc tranſlata. Deerant & illa verba, *ſed corruptor.* Naſo:

—— *caſta eſt quam nemo rogavit.*

Amorem deſcribere volo] Anacreontis imitatio eſt:

Θέλω λέγειν Ἀτρείδας
Θέλω δὲ Κάδμον ᾄδειν
Ἁ βάρβιτος δὲ χορδαῖς
Ἔρωτα μοῦνον ἠχεῖ.

Pag. 161. *Non ſervorum domini greges*] Vetus lectio, *noti ſervorum domino greges.* In epitoma paulo aliter: *Non delectant dominos ignoti ſervorum greges.* Rom. editio: *Non me delectant ignoti domino ſervorum greges.*

Laxi ruris ergaſtula] Servi enim vinculis, etiam ruri, compediti opus facere cogebantur: ut diligenter annotavit Briſſonius lib. 2. Antiqu. ſelect. cap. 9. vide Declamationem 5. lib. 5. Epitomæ.

Occurrerunt mihi tres abdicat] *Abdicati* leg. Quod vitioſum in Gryphiana editione: putidum alioquin foret admonere. Mox pro *non litiget*, Ant. Auguſtin. *nolit* putat emendandum.

Neceſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Neceſſe timeo infelicem] Melius in Epitoma: *Neceſſe eſt ut timeam infelicem liberis domum.*

Nihil eſt inſolentius] Peccat vetus ſcriptura, quæ *innocentius* præfert. Claudianus:

> *Aſperius nihil eſt humili, cum ſurgit in altum.*

Et Aurelius Victor, à nobis primum editus, in Hiſtoria Auguſta de Diocletiano: *Quantum ingenium eſt, compertum habeo, humillimos quoſque maxime ubi alta acceſſerint, ſuperbia atque ambitione immodicos eſſe.*

Ut ex contemptu divitiarum] Notat hoc nomine Philoſophos M. Tullius, in Archiana extrema, qui de contemnenda Gloria editis libris, tamen titulis eandem captare videbantur.

Cum auro dominum timet accipere] In veteri non erat *timet*, ſed conjunctio *&*, ut & in Frob. edit. Verius Ant. Auguſtinus: *Cum auro dominum acciperet, Illum locum egregie tractavit.* Dominum, inquit, mavult capere quam pecuniam. Scitum illud Themiſtoclis lib. 2 Offic. *Malo virum ſine pecunia, quam pecuniam ſine viro.* Nota & in vulgus Hiſtoria, miſſum Fabricium ad Pyrrhum regem, ut de redimendis captivis ageret: fruſtraque ab hoc ſollicitatum, ut patria deſerta, aurum, adeoque quartam regni partem acciperet. Sup. hac Controverſia & Juſtinus lib. 18. Frontinus lib. 4. c. 3. Strategem. & Eutropius lib. 6. vulgarem lectionem retinet ex illo Publii Syri mimo:

> *Beneficium qui accipit, libertatem vendit.*

Pag. 162. *Quiſquis frugaliſſimus*] Hoc eſt, maxime frugi. Servorum autem maxima commendatio, frugi eſſe: & pædagogi olim fere ſervi, ut ex Plutarcho περὶ παίδων ἀγωγῆς didici, & Suetonii Claudio cap. 2. & l. ſi collectaneus. D. de manum. vind. Et Alcibiadis pædagogus Thrax fuit nummis emptus: & Themiſtoclis liberorum Sicinus ignavus ſervus, ut Clemens Alexand. ait, lib. 1. Pædagog. cap. 7. Igitur quid frugi ſervo honeſtius videretur, quam eum è medio ſuſtuliſſe, per quem fieri videretur, ut herilis filius, & à domo ſua & à familia aberraret.

Pag. 163. *Habebo hunc pro illis*] Mutila ſententia: deeſt quod in Epitoma integrum legitur: *Si emendati, inquit, fuerint liberi mei, habebo hunc cum illis, ſi perſeveraverint & filii peccare, habebo pro illis.*

Pag. 164. *Antiphontis libros*] Scripſit de ſomniorum interpretatione. Sic enim Suidas: Ἀντιφῶν Ἀθηναῖος, ὀνειροκρίτης περὶ κρίσεως ὀνείρων ἔγραψεν. Idemque alium celebrat τερατοσκόπον καὶ ἐποποιὸν καὶ σοφιστὴν, ὃς ἐκαλεῖτο λογομάγειρος. Sed de illo Seneca haud dubie: Philoſtratus cognominem Sophiſtam celebrat. Qui autem præter *Antiphontem* de hujus artis vanitate ſcripſerint, hi fere ex eodem Suida colliguntur, Geminus Pyrius tribus ea de re libris editis, Panyaſis Halicarnaſſeus, Alexander Myndius, Phœbus Antiochen. Demetrius Phalereus libris 5. Artemon Mileſius, qui ad 22. ὀνειροκριτικῶν libros conſcripſit, Nicoſtratus Epheſius, Aſtrampſychus, qui nunc circumfertur, hoc principio: Ἄνθρακι βαίνειν ἐχθρικὴν δηλοῖ βλάβην· & qui unus hodie exſtat Græce Artemidorus Daldianus è Lydia lib. 3 ad Coſſinum Maximum, & duos ad Arthemidorum filium cognominem ſcripſit: tametſi Suidas 4. tantum ejus auctoris eſſe affirmet. His addo ab Artemidoro laudatos, Antipatrum, Apollonium Attalenſem, Ariſtandrum Telmiſſenſem, Ariſtarchum, Caſſium Maximum, Dionyſium Heliopolitam & alios.

Tantum in illis ſomniorum] De eodem Othone Junio inf. Seneca Contr. 22. *Erat*, inquit, *ex ſomniatoribus totus: Ubicumque illum defecerat Color, ſomnium narrabat.* Et Controv. 3. *Othonem Junium patrem memini Colorem inſulſum inducere: quod minus ferendum eſt, quod libros colorum edidit.*

Alteri enim credi non debet, alteri non ſolet] De domeſticis teſtibus Paulus JC. cap. 24. de teſtibus. *Teſtes eos quos* accuſator

accuſator de domo produxerit, interrogari non placuit.

Pag. 165. *Ad calumniam juraverat*] Lege à me notata Controv. 19.

SPECIOSUM JUVENEM.

Errant qui hanc decimam à prima Controverſiam numerant, & à priori ſeparant, quos & libri veteris auctoritas frangit, & ipſe Seneca: cui enim credam potius? *Ad Othonem*, inquit, *redeo, à quo longius aberravi.* Eſt igitur παρέκβασις hæc, ſolemni Rhetor. more interjecta, ut in tam prolixa cauſſa auditor reficeretur: quam miror adeo prodigioſe perturbatam à Cælio Curione illo, ut aliud tum egiſſe putem, cum Senecam emendandum mercenarius receperat. Nam in Epitoma omiſſam animadvertere poterat.

Pag. 166. *Dominicæ libidini paparium facere*] Caſtigo, *pararium facere.* Natum, ut ſuſpicor, mendum, quod Græcorum ῥῶ littera eadem figura, qua Latinorum P, etiam à librario noſtro ſcribi ſæpe per imprudentiam ſoleat. Quæ mihi eo certior emendatio eſſe videtur, quo eadem voce hujus in litteris alumnum, filiumque uſum frequentius obſervarim. Sic enim lib. 2. de Beneficiis cap. 23. *Quidam*, inquit, *nolunt nomina ſecum fieri, nec interponi pararios, nec ſignatores advocari, nec chirographum dare.* Et lib. 3. cap. 15. *Ille per tabulas, plurium nomina interpoſitis profariis facit.* Pararii igitur quos Græci προξενητὰς, & Martialis, idemque Seneca epiſt. 21. vocavit: qui, ut ait Ulpianus JC. emptionibus, venditionibus, commerciis, contractibus utiles ſe exhibent. Idemque ſordidum hominum genus appellat l. 3. D. de Proxeneticis. Hinc & in obſcœnum detorſit Rhetor *pararium facere*, pro lenocinari, & amores conciliare: unde & *Conciliatores*, & *Conciliatura*, quales Terentius *Internuncios.* Itaque avorum noſtrorum memoria legiſſe recte Lud. Rodiginum video lib. 10. c. 10. Antiq. lectionum. *Pararium* quoque *aes*, Sexto Pompeio Feſto, ſed à paribus equorum jugis dictum. Deſinant igitur obſoletam eſſe vocem ſcribere & inauditam; quod de ſe affirmantibus vel injuratis credam. Illud pœne me fugerat, Ant. Auguſt. *paria*, vel *par pari facere*, leg. videri, unde *Pariatores*, de quibus & ipſe emendationum lib. 4. cap. 14. & nos infr. Contr. 24.

In cubiculum uſque perduxit] Alluſit ad *perductores*, qui & ipſi apud Plautum male audiunt.

Tu Apollodorum] Quem veneficii reum, & ab Aſinio Pollione defenſum, damnatumque Maſſiliam ſeceſſiſſe, ludumque aperuiſſe ait Controverſ. 13. laudatque Fabius, Pergamenum origine, & Theodorum, lib. 3. cap. 1. & Strabo lib. 13. Apolloniæ Auguſti præceptorem fuiſſe, unde & Apollodoreor. ſecta, quæ cito evanuit, orta ſit.

Pag. 167. *Ut iſta narrares. Tunc*] Reſtituo, *ut iſta narrares tu.* Et contra Maximum Stertinium, à quo premebatur. Cujus & Fabius meminit in cenſu Rhetorum ſcriptorum lib. 3. cap. 1.

Filii mei cauſſa facio] Sequor libenter, ut debeo, auctoritatem opt. illius libri Covarruviani, qui *cauſſam* præfert, eſtque dictum fortaſſe, ut à Juriſconſultis *litem facere ſuam*, pro litis damnum in ſe tranſmovere: quod Theophilus vertit ex Juſtiniano lib. 4. Inſtit. καθ' ἑαυτοῦ δίκην ἐγείρειν. utitur & Agellius lib. 10. c. 1.

Quod me tibi diviti] ἀποσιώπησις eſt, vel leg. potius: *Quid, inquit, me tibi diviti?*

Pag. 168. *Illum acta in aurem tegere*] Lipſius ad lib. 3 Ann. Taciti, acumen joci reddit, ſcribitque, *legere. Acta* enim publica erant, nec aliud tam vulgo promptum notumque: adeo ut proverbii loco Seneca filius alibi dixerit: *Beneficia in acta non mitto*, id eſt non publico, non divulgo. Quid autem magis ridiculum, quam *acta publica* alicui *recitare in aurem*? Subtilis ergo in id vitium hominis jocus: quem belle æmulatus eſt Martialis:

Garris in aurem ſemper omnibus Cinna:
Garris & illud, teſte quod licet turba.
Adeo ne penitus hic ſedit tibi morbus,
Ut ſæpe in aurem, Cinna, Cæſarem laudes?

CON-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

CONTROV. X.

Pag. 169. *SI quid alteri obtigiſſet*] Rectius *accidiſſet*, in vet. lib. & Epitoma. Formula eſt, qua εὐφημίας χάριν horrida mortis appellatio tegebatur, l. 162. D. de verb. ſignificat. Cicero 2 de invent. *Cujus heres non illo in teſtamento quiſquam ſcriptus erat, ſi quid pupillo accidiſſet.* Plenius etiam dicebant: *Si quid humanum, vel humanitus acciderit: Et ſi quid contigerit.* l. 39. §. Seium. D. de legat. 3. Item, *Si quid ei eveniret.* Pleni JC. libri, quorum ſcrinia compilare nolo.

Ita patri placeam] His verbis jusjurandum concipiebatur. Sic inf. Controv. 27. *Ita mihi ſuperſtite filio mori liceat.* Et in ἀποκολοκυντώσει· *Ab hoc ego quemcunque audivi, certa claraque adfero. Ita illum almum & felicem habeam.* Et Petronius: *Junonem meam iratam habeam.* Vide Suaſor. 8. & Cont. 28.

Solemne eſt amantibus] Sic Tibullus lib. 1. eleg. 4.

Nec jurare time: Veneris perjuria venti
Irrita per terras, & freta ſumma ferunt.

Et lib. 3. eleg. 4.

Et ſi perque ſuos fallax jurabit ocellos,
Junonemque ſuam perque ſuam Venerem,
Nulla fides inerit: perjuria ridet amantum
Juppiter, & ventos irrita ferre jubet.

Propertius lib. 2. eleg. 16.

Non ſemper placidus perjuros ridet amantum
Juppiter, & ſurda negligit aure preces.

Et Ovid. 1 Artium:

Juppiter ex alto perjuria ridet amantum,
Et jubet Æolios irrita ferre Notos.

Horatius Oda eleganti lib. 2.

Ulla ſi juris tibi pejerati, &c.

Protagoras quoque apud Platonem in Philebo: Ὡς ὁ λόγος καὶ ἐν ταῖς ἡδοναῖς ταῖς περὶ τὰ ἀφροδίσια, αἳ δὴ μέγισται δοκοῦσιν εἶναι, καὶ τὸ ἐπιορκεῖν συγγνώμην εἴληφε παρὰ θεῶν, ὡς καθάπερ παίδων τῶν ἡδονῶν νοῦν οὐδὲ τὸν ὀλίγιστον κεκτημένων. Et Callimachus: Ὤμοσεν, ἀλλὰ λέγουσιν ἀληθέα, τοὺς ἐν ἔρωτι ὅρκους μὴ δύνειν οὔατ' ἐς ἀθανάτων.

Juravit vere, ſed vulgo ut fertur amantum
Juramenta aures Cœlicolum haud ſubeunt.

Ardentibus rogis thorum miſcuerunt] In Epitoma legitur concinnius: *Quædam ſe maritorum rogis* (vel ut vetus liber Ant. Auguſtini præfert, *maritorum amore rogis*) *ardentibus miſcuerunt.* Idemque omnis antiquitatis promus condus de Porcia Marci Catonis filia, Bruti uxore, interpretabatur, quæ ardentes ore carbones hauſit. Plutarchus, Dio, Appianus & Valerius lib. 4. cap. 6. inf. Controv. 13. *Alia deſiderio viri attonita in ardentem rogum ſe miſiſſe dicitur: Alia pro incolumitate mariti vicaria morte decidit.* Et Controv. 32. *Aliqua ſpiritum viri redemit ſuo: aliqua ſe ſupra ardentem rogum miſit.* Unde & hic, *ſe immiſerant* reponerem ex illo, *thorum immiſcuerunt*, ſi lib. vetus calculum adderet. Thracum autem fœminarum hic mos. Herodotus Terpſichore, Mela lib. 2. cap. 2. Solinus cap. 16. Polyhiſtoris. Cicero vero Tuſculan. 5. Indicis matronis attribuit, & Propertius lib. 3. eleg. 11.

Felix Eois lex funeris una maritis,
Quos aurora ſuis rubra colorat equis.
Namque ubi mortifero jacta eſt fax ultima lecto
Uxorum fuſis ſtat pia turba comis.
Et certamen habent leti quæ viva ſequatur
Conjugium: pudor eſt non licuiſſe mori.
Ardent victrices, & flammæ pectora præbent,
Imponuntque ſuis ora peruſta viris.

Reſpexiſtis non Dii dignos] Corruptus locus. Lego, *Dii, Dii, quos numquam violavimus.* q migravit affinitate in g.

Pag. 170. *Jucunda ſunt*] In vet. *jocunda:* retineo tamen vulgarem ſcripturam, nam Cicero 2 de Finibus à *juvando* derivat potius, quam à joco.

Tantum illis agi] Rom. editio, *illius agi*, vel *illic* leg. vel *illos agere:* nam & accuſandi caſu in vet. ſcriptum repperi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Qui ſpiritum debet, quam eo qui impendit] Id eſt facilius marito, cui vitam tuam condonaveras, quam patre, qui eam tibi generando dedit, carere potes.

Pag. 172. *Reluſit*] Pro, ſcommata remiſit.

Quam ſolutum carmen] Teſtatur id de ſe ipſe Naſo eleg. ult. lib. 4 Triſtium:

Sponte ſua numeros carmen veniebat ad aptos,
Et quod tentabam dicere, verſus erat.

In armorum] Multi hoc titulo libros poëtæ ediderunt, de contentione armorum Achillis inter Aiacem & Ulyſſem: de quo ille ipſe Ovidius 12 Metamorph. quæ eſt omnium ſcriptorum Ovidii, mea ſententia, pars elegantiſſima. Scripſere & L. Attius, & M. Pacuvius. Varro item Togatorum doctiſſimus, de armorum judicio, ut ex Feſti Pompeii, Nonii Marcelli, & Priſciani libris didici.

Arma viri fortis] Exſtat hodieque 13 Metam. Ovidii in extrema Aiacis oratione:

Arma viri fortis medios mittantur in hoſtes,
Inde jubete peti, & referentem ornare relatis.

Hoc ſtratagemate ſæpe exercitum, fugam circumſpectantem, acieſque inclinatas, inſtauratas eſſe accepimus. De Vibio Acceo Pelignæ cohortis Præfecto, vexillum ad recuperandum in Annibalis, vel ut Livius, Annonis caſtra vallumque jaciente, Valerio Flacco, & T. Pediano, Valerius Maximus lib. 3. cap. 2. Erat enim capitale, ſigna & aquilam deſerere. Legionis quoque Martiæ aquiliferum, ineundæ fugæ gratia jam converſum, Cæſar obtorto collo retraxit. Comment. belli Gallici lib. 2. Suetonius & Plutarch. Vid. Jul. Frontin. lib. 2 Stratag. cap. 8. & Polyænum.

Scholaſtici quaſi carmen didicerant] M. Tullius 2 de Legib. *Ediſcebamus pueri duodecim, ut carmen neceſſarium.* & apud Livium, *Lex horrendi carminis.*

Mollit viros otium] Et hoc ipſum Ovidius eſt imitatus 1 de Ponto, eleg. 6.

Cernis ut ignavum corrumpant otia corpus?
Ut capiant vitium, ni moveantur, aquæ.

Et 1 Remedior.

Otia ſi tollas periere cupidinis arcus,
Contemptæque jacent, & ſine luce faces.

Ferrum ſitu carpitur] De ingenio idem Naſo, 5 Triſt.

—— ingenium longa rubigine læſum
Torpet, & eſt multo quam fuit ante, minus.

Deſidia dedocet] Aſſentior vet. libro, qui *dedocens* leg. monet. Pertinent enim ad ſequentia: *Deſidiam dedocens* Naſo dixit, vel referuntur à Seneca de Latronis verbis: nec enim verba Latronis ut eſſe credam, induci poſſum.

Vidi ego jactatas] Priſcianus Ovidii verſum paulo aliter legit:

Vidi ego jactatas motu flammeſcere flammas.

Equidem hoc elegantius puto, & venuſtius, ἑλληνικῶς in eadem voce ludens: ut, *vivere vitam*, *ludere luſum*, *pugna pugnata.* Mox:

Et vidi nullo concutiente mori.

in editis legitur Naſonis lib. 1 Amor. eleg. 2. Corn. Tacitus, ſive Fabii eſt, Dial. de claris Oratorib. *Magna Eloquentia ſicut flamma, materia alitur, & motibus excitatur, & urendo clareſcit.*

Pag. 173. *Tum hos opponis terminos*] Vet. lib. Covarruv. *cui hos optionibus impetres terminos, quaſi approbati cuſtodiant.* Edita lectio perbelle habet. ſi quid tamen mutandum, lege, *Tun' hos opponis terminos?*

Quod amantes jurent ſibi, crede] Melius fort. *mihi crede.* Hæc jam ſup. à me explicata ex Platone, Horatio, Tibullo, Propertio & Ovidio. Mox illud: *Sic Dii ſit ſemper:* amantium blanditiæ, quales apud Catullum leguntur.

Pag. 174. *Scripſerunt illi quos tolli vellent*] Amplius in Epitoma eſt: *Conſcripſerunt illi quos tolli vellent, ſecreto: hic quos tutos eſſe vellet.* Idque erat alia manu ad oram vet. libri adſcriptum:

Sup.

Sup. *Controverſias Ethicas*, de quibus nos ſequenti Controv. extrema.

Semibovemque virum] Minotaurum intelligit, quem Theſeus expugnavit, auſpiciis Ariadnes. Plutarchus in Theſeo, & Catullus de nuptiis Pelei & Thetidos. Laudatur ex eodem Ovidio illud:

Centimanumque Gygen ſemibovemque virum.

Idem alibi *Semimarem* dixit, pro eo qui utrumque ſexum gereret: ut & de Hermaphrodito Auſonius Gallus:

Vidit ſemivirum fons Salmacis Hermaphroditum.

Et gelidum Boream, egelidumque Notum] Totidem litteris in opt. illo libro ſcriptum reperi. Errat igitur Deſiderius Batavus, & hunc ſecuti Germani, qui pentametrum eſſe negant, & Anapæſticum eſſe putant ex Ovidii Medea. Me vero, quod & alter Pentameter ſit, magis movet, ut hanc lectionem tuear, quam & vet. libri auctoritas comprobavit. Offendit fort. *n* in *Boream* non elidi per ἐκθλίψιν, quod tamen ſæpe accidiſſe monet Priscianus Cæſarienſis lib. 1. Favet & carminis inciſio, quæ à vulgo litteratorum *Cæſura* vocatur. Mihi tamen ne quid diſſimulem, magis placet, *Borean* per *n* legi: *Et gelidum Borean.* Extat autem hic verſus hodieque lib. 2 Amorum eleg. 11. Sed mutatus, ut fit, ab iis, qui leviter litteris tincti cenſuram olim librorum invaſerunt, qui voces, quas non intelligerent, furcillis ejiciebant, notas vero reponebant. Sic igitur circumfertur:

Et gelidum Boream, præcipitemque Notum.

Et in eadem elegia:

Nec te præcipites extimuiſſe Notos.

Tale vero utrobique *egelidum* hic ſcripſerunt: Diverſa enim: *Boreas*, quod à ſeptentrione ſpiret, frigidus eſt; *Notus* quod à meridie, humidus. νοτὶς enim humor eſt Græce. Agell. lib. 2. cap. 22. Quanquam autem *egelidum* Servius in Æn. exponat, pro nimis gelido, hic tamen pro tepido, quod Græci χλιαρὸν vocant, capio, ut illud Catulli:

Jam ver egelidos refert tepores.

Et Columella lib. 10. cap. 27.

Nunc ver egelidum, nunc formoſiſſimus annus.

Cornelius Celſus lib. 4. cap. 20. *Vinum auſterum meracum, per æſtatem frigidum, per hiemen egelidum.* Et Sueton. Auguſtum perfundi ſolitum ait egelida aqua, vel ſole multo tepefacta. De fluminibus fere uſurpatum video. Virgil. 8 Æneid.

Et procul egelido ſecretum flumine vidit.

Quo loco non male quidam legunt: *Et procul è gelido, & ſecretum*, &c. ut ſint duo verba. Et ſupr. idem flumen *gelidum* vocat. Et Auſonius de Imp.

Impiger egelido movet arma Severus ab Iſtro.

Et epiſtola ad filium:

Jam ſuper egelidæ ſtagnantia terga Moſellæ
Protulerat te, nate, rates.

In his *E* ſignificationem mollit potius quam intendit, ut in *edurus*, nonnihil durus, Virgil. 4 Georg.

Eduramque pirum, & ſpinos jam pruna ferentes.

Et Naſo ipſe aliubi:

Sed neque te facilem juveni promitte roganti:
Nec tamen edure, quod petit ille nega.

Pet. Nunneſius Valentinus, *egelidum notum* pro non gelido exponit. Calidum enim *Notum* eſſe vulgo ex Phyſicis & Medicis notum. Idem ille Ovidius 1 Metamorph.

——— *madidis Notus avolat alis.*

Tertium Naſonis verſum à Criticis notatum, quando hic defecit eſſe, eum dicam, dum quid verius adferatur, qui à Fabio advocatur lib. 9 Inſt. Oratoriar. *Cur ego non dicam Furia te furiam?* Vel potius illum, quem Fl. Soſipatro acceptum referimus, libro 1. *Gauſapa ſi ſumpſit, gauſapa ſumpta probat.* in quo Ovidium ſecutus eſt Seneca, neſcio an Tragicus, auctore Priſciano, lib. 7. Gramm. Quæ duo litteratorum loca, inter ſe componi à ſtudioſis poſſunt. Offendit fortaſſe Criticos iſtos affectata in his μετάθεσις, in qua acumen laudari ſolet. Tale illud

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ſup. Controv. 7. *Sparſum hominem inter ſcholaſticos inſanum, inter inſanos ſcholaſticum.* Vide Fabium lib. 9. cap. 3.

Judicium non defuiſſe, ſed animum] Idem de Naſone Quinctiliani judicium lib. 10. *Ovidii Medea videtur mihi oſtendere, quantum vir ille præſtare potuerit, ſi ingenio ſuo temperare, quam indulgere maluiſſet.*

CONTROV. XI.

Pag. 175. R*aptor niſi & ſuum*] Lege Fabium Quinctilian. lib. 9. cap. 2. extremo,

Pag. 177. *Mortem vita non meruit*] Scriptum erat vitioſe, *morte vitiationem meruit, accuſatione deprecatus.* Quidam conjecerat legendum, *morte vita nunc meruit.*

Dies tuos non numero] In epitoma calamo exarata (quod tamen non ſequor) abſque negatione legitur: *Dies tuos numero.* Tale illud Ovidianum Metam.

Filius ante diem patrios inquirit in annos.
Et apud Quinctilianum lib. 9. cap. 3. ἀντανάκλασις eſt ejuſdem verbi contraria ſignificatione: *Cum Proculeius quereretur de filio quod is mortem ſuam exſpectaret: & ille dixiſſet: ſe vero non exſpectare: immo,* inquit, *rogo exſpectes.* quod & apud P. Rutilium in Figuris diſertius legitur. Emendandum tamen ſublata una voce, ex illo Fabii loco, ut in Suaſoriis admonui.

Quod deteriorem non rogavi] *Quod te priorem*, recte in membranis, *& rapui*, non, ut in editis, *rapuit*. Sic enim poſt paulo pater: *Me priorem rogare debuiſti: non dico quia dignus ſum qui prius roger, quia pater tuus, id quod minimum eſt,* (vel ut in veteri, *quod nimium eſt*) *propius habito.*

Anime, dura] Reſpexit hunc locum Fabius lib. 9. cap. 2. ubi multa de Declamatorum Controverſiis, legitque paulo aliter: *Latro igitur optime, occidet, ſi potero. Remiſſius & pro ſuo ingenio pater Gallio, dura anime hodie, dura: heri fortior fuiſti.* Sic Catullus Carm. 8.

Sed obſtinata mente perfer, obdura.

& C. Plinius lib. 1 Epiſtol. *Nihil jam ne me quidem impetraturum tam obſtinate magis magiſque induruiſſe.*

Pag. 178. *Denis, viceniſque annis inter bella juventus conſenuit*] Dena ſtipendia equites faciebant: ut ex T. Livii lib. 27 colligo. vicena vero, & quod excurrit pedites, ut Livius l. 42. Dion, Tacitus & Servius in Virgilium. Deinde *veteranos* eos appellabant, auctore Suida.

Pag. 180. *Quod vitæ mortiſque arbitrium datum eſt*] Legendi JC. de Patria poteſtate. Addam è Simplicio in Epictetum Philoſophum Stoicum inſignem locum, in gratiam eorum qui Philoſophia ex Græcis fontibus purius hauſta, & veteris Juris cognitione mirifice delectantur: Οἱ δὲ παλαιοὶ τῶν Ῥωμαίων νόμοι, καὶ πρὸς τὴν τῆς φύσεως ὑπεροχὴν ἀποβλέψαντες, καὶ πρὸς τοὺς πόνους οὓς οἱ γονεῖς ὑπὲρ τῶν τέκνων πονοῦσιν ἅμα, καὶ τοὺς παῖδας παντοδαπῶς ὑποτάξαι βουλόμενοι, καὶ τῇ τῶν γονέων οἶμαι φυσικῇ φιλοστοργίᾳ θαῤῥήσαντες, καὶ πιπράσκειν εἰ βούλοιντο τοὺς παῖδας τοῖς γονεῦσιν ἐπέτρεψαν, καὶ φονεύειν ἀτιμωρήτως. οἱ δὲ ἔτι παλαιότεροι τοσοῦτον τοὺς γονέας ἐσέφθησαν, ὡς καὶ θεοὺς αὐτοὺς ὁρμῆσαι καλεῖν. εὐλαβηθέντες δὲ τὴν θείαν ὑπεροχὴν, τοὺς τῶν γονέων ἀδελφοὺς θείους ἐκάλεσαν, ἐνδεικνύμενοι τὴν τάξιν, ἣν τοὺς γονέας ἔχειν πρὸς τοὺς παῖδας τοὺς ἑαυτῶν ὑπελάμβανον. Eadem & Sext. Empiricus Philoſophus Pyrrhonius lib. 3. Hypotypoſeωn, ubi de morum legumque apud omnes gentes varietate.

Dementiæ non poſſe agi] In veteri *dementiam* accuſandi caſu repperi: non rejicio tamen vulgarem. Et Contr. 11. *Illos agi:* Et hac ipſa: *Ita ſi quis veſtrum agere mecum hoc crimen non poteſt.* Sic Cicero in Lælio *caput agi* & alibi dixit, ut legit & Agellius lib. 1. cap. 3. pro quo vulgo *de capite* ſubſtitutum eſt.

Niſi quis morbo fureret] Inf. *Ego ſcio nullum patri curatorem dari, quia iniquus ſit, aut impius, ſed quia furioſus.* Lex Decemviralis in XII Tabulas relata: SI FURIOSUS EXISTAT, agnatorum gentiliumque in eo pecuniaque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

niaque ejus poteſtas eſto. Cicero 2 de inventione Rhetorica, & 3 Tuſcul. & Cornificius Rhetoric. lib. 1 ad Herennium, & Ulpianus tit. 12. Inſtit.

Inter res judicatas referri] *Res judicata* dicitur à JC. quæ judicis pronuntiatione finem Controverſiarum accepit: quod vel condemnatione, vel abſolutione contigit. l. 1. D. de re judic.

An quidquid optaverit vir fortis] Thema enim & hoc Controv. ſæpe numero fuit, ut ex Quinctil. lib. 9. cap. 2. & Fabii Senis Declamatoribus didici, & ex Plinii Controverſiis, de quibus Agellius lib. 9. cap. 16.

Pag. 181. *Utar & malis deficiar*] Mirum quam variet vetus codex: habet enim, *ut Arce malus deficiam*, in quo haud ſcio an repererim non quod pueri in faba. Fort. *Archemorus* reſcribendum, qui adhuc infans à ſerpente occiſus eſt, teſte Statio Papinio: in cujus honorem annuus agon inſtitutus, qui ludi Nemeæ dicti. Achias lib. 1 Epigramm. Nunneſius vero, *arte malus*, ut *malis deficiar:* id eſt, cum hanc Quæſtionem ex præceptis artis addidero, qua efficiam, ut pater abſolvi non poſſit, me malis explicabo.

Quod in Scholaſticam dementiam ageret] Corruptum ſane, pro *in Scholaſtica dementia ageret*, niſi forte accuſandi caſum affectavit Rhetor, ut ſup. hac ipſa Controv. admonui. Vide Cujac. lib. 9 Obſerv. cap. 13.

Pag. 183. *Eſt manifeſtus. Juſtus*] Aeriſcus deeſſe aliquid ad ſenſum admonuit, quod de veteri reponimus: *Eſt manifeſtus demens. JUSTUS* autem hic Declamator non alibi nominatur: nefas tamen contra libros mutare in *Junius*, aut *Fuſcus*, ut quidam auſi fuerunt. Numerum igitur hic Declamatorum augebit.

Pag. 184. *Cum raptore colludentem*] hoc eſt, dicis gratia, & perfunctorie accuſandi munere defungentem. Frequens eſt in JC. ſcriptis, qui & Prævaricationis crimen vocant.

Pag. 185. *Quod cum ad jus lugebit*] Hic crucem Grammaticis fixam video. Tentabam locum ſanare, parum aut nihil à libro adjutus, qui *&* pro *quod* legit. Leg. igitur: *Et cum is dies lucebit*, vel potius, *& cum id jam lucebit*, more Comico, Plauti & Terentii, digitum in cælum intendendo. Sic enim ille in Amphitr.

Eamus Amphitruo, luceſcit hoc jam.

Et Curcullione:

Nam hoc quidem, ædepol, haud multo
poſt luce lucebit.

Item Milite:

Vigila cum expergiſcere inquam: lucet
hoc inquam.

Et Terentius Heautont.

Luceſcit hoc jam: ceſſo pulſare oſtium.

Et Cicero 1 ad Atticum: *Catilina ſi judicatum erit, meridie non lucere, certus erit competitor.* Quid ſi, *& cum Dius lucebit*, propius à vulgari legas? Vel, *Et cum id jus lugebis, perſeverabo.*

Pag. 187. *Artemon dixit*] Græca hic à fuga revocavimus.

Diocles Caryſtius, à patre patris Ethicos dixit] Ἠθικῶς autem dicere, quod & Albucio Controv. ſequenti tribuit, & Naſoni Controv. 10. extrema, eſt Hermogeni Rhetori præſtantiſſimo, una de 6 Idearum generibus: quæ ſunt, μέγεθος, σαφήνεια, γοργότης, κάλλος ἢ ἐπιμέλεια, ἠθικὸς λόγος καὶ δεινότης, hoc eſt, *Magnitudo orationis, perſpicuitas, velocitas, venuſtas, morata oratio atque gravitas.* De quibus acute & diſerte Petr. Jo. Nunneſius Inſtit. Rhetoricarum libr. 4. quos ad Hermogenis Methodum ita revocavit, ut nihil in hoc genere editum hactenus accuratius.

CONTROV. XII.

Pag. 188. N*Actus in lectulo precario moriebatur*] Recte in vet. lib. *natus. precario* autem dare, poſſidere, ducere, frequens in JC. libris, ut ad præfationem lib. 1 Controv. admonui. Filius igitur patri nepotem moriens commendarat, preces adhibens potius: ut *Rogo*, ut *Peto*, ut *Deprecor*, &c. quam juſſione utens. Et fidei commiſſa non civilibus verbis, ſed precativo modo relinquuntur, inquit Ulpian. tit. 25. Inſtitut. hoc eſt,

Non directis verbis, ſed precativis. l. verbis. D. de vulg. ſubſt. Et Iſidorus lib. 5. cap. 24. Etymolog. Terentius Eunucho: *Hanc tu mihi vel vi, vel clam, vel precario fac tradas.*

Cadentes jam oculos] Ut in dormitu-rientibus & morientibus accidere ſolet. Virgil. 4 Georg. de Eurydice:

Fata vocant, conditque natantia lumina ſomnus.

Et lib. 5 Æneidos extremo de Palinuro:

— cunctantique natantia lumina ſolvit.

Pag. 189. *In Catone moderatio, in Cicerone conſtantia*] Deeſſe videtur aliquid, vel *eſt*, vel *deſideratur*, aut quid ſimile. Quid ſi *immoderatio* & *inconſtantia* legas, ut fere de Manlio & Gurgite Controv. 25. M. Porcii Catonis ſevere nimis acta cenſura prædicatur, & vino etiam pluſculum indulgebat, domi parcus. Ciceronis quoque inconſtantia notata ab æmulis. quo ſe crimine purgare nititur prolixa epiſtola ad Lentulum Spintherem. Hinc lepidus Laberii Mimi jocus, *duabus illum ſellis ſedere ſolitum.* Et bello civili dixerat: *Quem fugiam habeo, quem ſequar neſcio.* Macrob. lib. 2. cap. 3. Saturn. & lib. 7. cap. 3. Cicero, Plutarchus, & Seneca Controv. 18.

In ſumma dementia] Aſteriſcus judicium eſt loci vitiati. Quid igitur? Speremne medicinam à me fieri poſſe? Conandum, quando nulla pœna conatui propoſita. Conjicio igitur leg. *in Sulla dementia.* Reſpexit fortaſſe Cæſaris jocum, qui Sullam litteras neſciſſe dicebat, quod ſe Dictatura abdicaſſet. Suetonius cap. 77. jocatus in dictandi voce, quod eſt in ſcholis Magiſtrorum officium: & Dictator Romæ olim appellatus Magiſter populi, qui & ipſe Magiſtrum Equitum dicebat, Cicero lib. 1 de Repub. apud Senecam epiſt. 108. L. Lucullus & ipſe in dementiam incidit, cui M. Lucullus frater cuſtos ex lege XII datus eſt, authore Plutarch. ex Corn. Nepote: ſed hoc nomen longius abit à vulgari ſcriptura. Certe tribus, patri filiiſque duobus totidem illuſtres opponit Seneca. Legi etiam poſſet, ni fallor, *in Sulla clementia*, ut deſiderata ἀπὸ κοινοῦ exaudiatur.

Aliter tu à Diis] *Tua* poſſeſſionis provocabulum erat in pervetuſto illo: mihi tamen ſi fas ab eo diſcedere, magis placet, *aliter tu adis*, vel *adibis*.

Pag. 190. *Inter omnia mala fecundam vera inimicæ noſcis quibus ante*] Corrupta hæc ultimo loco poſita, quæ non dubitaſſem expungere, quod in excerptis Epitomæ nihil amplius legatur, quam, *inter cetera mala & fecundam:* ſi judicio meo niti potius, quam veteris libri auctoritati parere voluiſſem, in quo ita plane ſcriptum eſt: *Inter omnia malitia fecundam, vere inimice natis: quibus ante*, &c. Erit qui *noſtis* reponendum cenſebit pro *noſcis*.

Albutii Silii] Sup. hac ipſa Controverſ. *Silius eſt*, alibi *Silo*, ut *Pompeius Silo*, quæ ego per *i* ſcribenda cenſeo, ut Græci, qui Σίλους eos vocant, qui naſo ſurſum verſus adunco & repando deformes ſunt, auctore Feſto, qui & *Simi* dicuntur, Plin. lib. 2. cap. 37. *A naribus cognomina Simonum & Silorum.*

Pag. 192. *Declamavit per triduum*] Vitioſe, ni fallor, in veteri erat *patri: dum quæ dixerit*, &c. & ex hoc loco Suaſorias poſt Controverſ. ſcriptas ab Annæo colligas.

Fabius Maximus] Scriptura vetus maxime corruptam ſe eſſe de librario clamat: Illud miror Fabianum hunc mox appellari, pagina prope eadem, & diverſum eſſe à *Papirio Fabiano* Philoſopho ſuſpicor, qui in hujus libri Præf. inſigni elogio ornatus eſt.

Dementia res ſanitati contraria] Cicero Tuſcul. 4. *Nomen inſaniæ ſignificat mentis ægrotationem & morbum, id eſt, inſanitatem & ægritudinem animi, quam appellarunt inſaniam.*

Exempla ſani hominis] E corruptis veteris ſcripturæ veſtigiis divino primum fuiſſe: *Exempla ſani hominis atque patris. Intelligat: ipſum ſibi comparabo*; De quo alii judicabunt.

Pag. 193. *Amat meretricem: ſolet fieri*] Legibus civilibus non id vetitum olim, ſed lege divina. Terent.

Adelph.

Adelph. act. 1. ſc. 2. vide inf. à me annotata Contr. 14.

Vitia augeres in dies] Diverſa longe ab hac, priſca lectio, *non vitia augeres.* vides nullum illius vitium: ætatis eſt, amoris eſt. utraque recta lectio eſt.

Pag. 194. *Sed ut jocer*] Alii *aliquid* addunt. liber antiquus: *Sed ut aliquid jocemur. Vomicus* autem *morbus* à *vomica*, aut à *vomendo* dicitur Senecæ. Fab. lib. 8. cap. 6. Sordidam hujuſmodi tranſlationem vocat: *Non enim, ſi Cicero recte ſentinam Reip. dixit, fœditatem hominum ſignificans; idcirco probem illud quoque veteris Oratoris: perſecuiſti Reip. vomicas. Vomitoria* etiam à vomendo, de quo Macrobius lib. 6. cap. 4. *Et in ſpectaculis vomitoria, unde homines glomeratim ingredientes, in ſedilia ſe fundunt, effunduntque.* Quo & Maro reſpexiſſe Servio videtur: *totis vomit ædibus undam.* Nonnemo leg. putabat, *novitium morbum.* Sed recte Seneca, *vomicum morbum*, aut *vomicam* appellat, quem ex ſchola contractum in forum invexerat. Hoc enim Suaſor. 1. dixerat, corruptiſſimam rem omnium quæ unquam dictæ ſunt, ex quo homines diſerti inſanire cœperunt. Ubi pro inſanis & corruptis ſententiis ſubjicit illa: *Tumidum*, hoc eſt, inflatum, quod fiebat aliquando adjectione ſupervacanea, ut idem refert in eadem Suaſoria. Vomica autem tumet. Nunc ad illud Severi Caſſii acute dictum in Fab. Maximum: *Quaſi diſertus es*, &c. Nam eorum quæ tument & ſplendent, fallit ſpecies, ut vomicæ. Ita iſte ſuo tumore orationis videbatur diſertus, nec erat tamen: quales Sophiſtas deſcribit Ariſtoteles initio Elenchor. Unum tantum erat ſine adjunctione τȣ̃ *quaſi*, halopanta certe, ut hic emendandum cenſeo: quaſi dicat, Maximus, ſuo tumoris ſplendore, omnia, ſpecie falſa Eloquentiæ, errore complebat, ut omnes ἁπλῶς in errorem inducerentur. Mox *quaſi tricolum tale*, deleo τὸ *quaſi*: ut jam explanatio loci obſcuriſſima, plana ſit; & vero ex proximo verſu repetitum vocabulum irrepſit.

Unum tantum es non quaſi lapſam] Vetus ille Covarruvianus liber, qui magno mihi ad hanc Senecæ operam præſtandam primus auxilio fuit, *alapam* legit, noſque ad veram (niſi me amo) lectionem manu duxit. Emendo enim, ut jam dixi, *halopanta*, vel *holophanta*: ſalſo joco ſignificat hominem integre nequam & plane mendacem. Sic enim explicat Sext. Pompeius, & Nonius Marcellus. Plautus Curculione: *Halophantem, an Sycophantem hunc magis eſſe dicam, neſcio.* De cujus loci ſenſu contra omnium ſententiam Guil. Canterus lib. 4. Novar. cap. 10. Qui hic *lapſanem* herbam neſcio quam, in Hervagiana editione excogitarunt, lapſi mihi, Romane ut dicam, judicio videntur: quibus hoc tantum imprecabor, ut ea victitent ſoli, Gratiiſque litent. Amicus quidam meus, homo eruditus, leg. divinabat ex *alapam*, *lappam*, quæ eſt herba vulgaris, cujus aculeatum caput pungit tranſeuntium veſtimenta, & mordet, & mordendo adhæreſcit, ut ait Plinius. Et quia Maximus vomicum morbum in ſcholam induxerat, id eſt, maledicendi ſaniem, (nam *vomica* perpetuam ſaniem ore ſuo vomit) ideo *lappam* vocat. Sed quando ſuum cuique pulchrum, eruditiores judicium ferre volo. ut enim Theocritus ait:

Quæ minime ſunt pulchra, ea pulchra
videntur amanti.

Baſilicam infeſtant] Sic malo quam *inſertant*, quod in editis legitur. Erant enim moleſta ſeriis cauſis & veris, hujuſmodi frivola nimis venuſta. In Baſilica autem jus dicebatur. vide præf. lib. 5 Controv. Quod ſequitur, *omnes aliquid ad nos*, ſic corrige: *Omnes ad nos alendum imbecilli: alter alterius onera detulimus.* Sequitur autem tricolon: *Accuſatur pater in ultimis annis; nepos in primis adoptatur.* Sic enim repono ex Themate: *Nullus alit*, quæ & ipſa vulgo mendoſa. Nam filius alter deceſſerat, parens ſcilicet nepotis: alter accuſabat patrem dementiæ: atque ita tricolon fuit integrum.

Nullus autem. Hæc ſubinde] Mendoſus

doſus locus, unde nihil elicias. Leg. ut dixi, totidem pæne litteris, *Nullus alit.* Proponam tamen ſcripturam veterem licet corruptam: *Nullus autem hæc ſubinde refert: quid æqui tantarum rerum exempla poneuda ſunt.* Edita lectio apertum continet ſenſum, prætulerat enim exemplum Fab. Maximi nimia vetuſtate & feſtivitate corruptum. Poſt vero idem Nic. Fabro in mentem veniſſe video, nec invideo.

Pag. 195. *Nepotes ſuos Cæſar C. & Lucium*] Nepotes ex Agrippa & Julia 3 habuit, Caium, Lucium & Agrippam: neptes duas, Juliam & Agrippinam. Caium & Lucium adoptavit domi, per æs & libram emptos à patre Agrippa, teneroſque adhuc ad curam Reipubl. admovit, & Conſules deſignatos circum provincias exercituſque dimiſit. Hos in duodeviginti menſium ſpatio amiſit ambos. Caio in Lycia, Lucio Maſſiliæ defunctis. Sueton. cap. 64. & 65. Tacitus vero Hiſtoriarum initio primi Annalis: *Auguſtus M. Agrippam ignobilem loco, bonum militia, & victoriæ ſocium, geminatis Conſulatibus extulit. mox defuncto Marcello generum ſumpſit. genitos Agrippa, Caium & Lucium, in familiam Cæſarum induxerat.* Vidi argenteos nummos in altera parte Auguſti facie, & titulo: CÆSAR AUGUSTUS. DIVI F. PATER PATRIÆ. In averſa parte: C. L. CÆSARES AUGUSTI. F. COS. DESIG. PRINC. JUVENT.

Mæcenas innuit patri faſcira recuſantem] Ecquod monſtrum hoc verbi: an *fas ſit ita recuſare?* vel *faſcia?* Minime. Petrus Nunneſius Hiſpaniæ flos, *faria recuſare* leg. divinabat: hoc eſt modum quo nobilitabantur filii M. Agrippæ à Cæſare, quaſi Mæcenas id Agrippæ innueret, irridens illius genus. Beda lib. de Orthographia, *Faria*, & *Fariam* dici ait, à quo *Biſaria*, & *Biſariam.* Nec vero audax nimis hæc conjectura videri cuiquam debet: Mæcenatem enim abjecta verba & inuſitata in omni & ſermone & vitæ cultu uſque ad reprehenſionem, affectaſſe Seneca Philoſophus ait, ep. 115. Suetonius cap. 86. & Macrobius lib. 2 Saturn. cap. 4. Exſtantque carmina illius mollibus & portentoſis verbis, qualis & omnis ab eo acta vita, epiſt. 102. & apud Iſidorum lib. 19. Etymolog. cap. 32. quæ ſuis numeris reſtituere conati ſunt, Alciatus, Turnebus, Scaliger, Boſius, Briſſonius & Janus Guilielmus.

Tanta autem Mæcenas] Ingenioſe, ut omnia, vidit J. Lipſius hic à mala manu eſſe *Mæcenatis* vocem: & vero in optimo illo, cujus auctoritas apud me quidem longe plurimum valet, *Marcus* integre perſcriptum erat; quod ferri poteſt, licet mox idem nomen repetat.

Pag. 196. *Concurrite*] Reſpexit credo jactatum illud famoſum in Ventidium Baſſum carmen, quod in Atticis noctibus legas lib. 15. cap. 4.

Concurrite omnes Augures, Aruſpices,
Portentum inuſitatum conflatum eſt recens,
Nam mulos qui fricabat, Conſul factus eſt.

Reſponde Diis ea in arte] Sic opt. ille liber: *Reſponde Diis ea Marce. utique mihi videtur*, &c. Fort. *eia Marce.* Ludit Orator in *Marci* prænomine, & *Agrippæ* cognomine: abſtinet autem à *Vipſanii* gentilitio nomine, ut apparet, ignobili.

Caput potius quam digitum perdere] Lipſius noſter, *quam dictum perdere.* Cujus divinam conjecturam probo. Erat enim vetus verbum, ut apparet ex Fabio lib. 9. cap. 3. de Riſu: *Ludere nunquam velimus, longeque abſit propoſitum illud? Potius amicum quam dictum perdidi.*

CONTROV. XIII.

ILlam ſterilitatis nomine dimiſit] Cenſores Romæ jurare, ex animi ſententia cogebant, uxoremne duxiſſet liberorum quærendorum gratia: & vero, prodigii ſimile, ad quingenteſimum (male Tertullianus ad ſexcenteſimum) urbis annum nullum Ro-

mæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

mæ divortium fuiſſe. Primus enim Sp. Carvilius Ruga cognomine, vir nobilis, uxori nuntium remiſit, quod ſterilis eſſet, anno 522. Valerius Maximus lib. 2. cap. 1. Dionyſius Halicarnaſſ. lib. 2. Plutarchus in Numa, & Agellius lib. 4. cap. 3.

Ingrati actio eſt] Vetus liber, *agit illa ingrati*. Hæc quoque lex, ut pleraque harum Declamationum, Athenienſium fuit. Valer. Maxim. lib. 5. cap. 3. de Phocione, & lib. 2. cap. 6. de Areopago.

Et incaſte] Divinabam *ingrate* legendum, vel *in cataſta*. Cataſta enim non ſolum lapis, in quo ſervi venibant, ſed & compedes ligneæ quibus ſervi alligabantur, forte an & torquebantur. Anton. Auguſtinus ex conjectura, *ſine liberis torta eſt & incaſſum*. Sed de *incaſte* amplius pronuncio: nec ſatis intelligo illud, *ſubvecta manu ſatelles*, &c.

Pag. 197. *Terrebantur matronæ & premebantur*] In veteri libro, ut & in Epitoma, *trahebantur matronæ & rapiebantur*. Rectius mea ſententia; agitur enim hic feminei ſexus cauſa: quare & mox: *nullæ feliciores tunc videbantur, quam quæ liberos non habebant*. Facies eſt Reip. deſcripta ſub tyrannis, qualis & direptæ urbis apud Demoſthenem, Orat. περὶ παραπρεσβείας, & Æſchinem κατὰ Κτησιφῶντος, & in Progymnaſ. Theonis Sophiſtæ. Apud Latinos l. 4. Rhetoric. ad Herennium & in C. Cæſaris oratione, referente Salluſtio, & in Epiſt. 1. de Repub. ordinanda: & apud Tacitum Veronæ urbis vaſtatæ hypotypoſis lib. 3. Hiſtoriæ Auguſtæ.

Non bene vultus tegit] Corrupte vetus liber, *non benivolis exhibuit*, ſcitum illud Poëtæ:

Heu quam difficile eſt crimen non prodere vultu?

Pag. 199. *Nunquid premit te oneroſa ſumptibus*] Vetus lectio ſic fere: *Nunquid emittes oneroſam ſumptibus?* & mox *luxu fluentem*. Epitoma longe aliter: *Num premit cenſum oneroſa ſumptibus: & ut ſceleri mos eſt, & in deterius*, &c. Antonius Auguſtinus: *Nunquid emi te oneroſam ſumptibus?* & mox *luxu fluentem:* Nunneſius veterem præfert: nam accuſator loquitur plane cum viro, non vir cum uxore.

Nihil in matrona tecturam] Queritur & infr. de matronis minus honeſte, quam poſita veſte, nudis. De pellucidis autem matronarum veſtibus ſupr. vide ad Controv. 9. Mox legitur in vet. *Expecta, pariet*.

Pag. 200. *Non ex formula*] Hoc eſt legum præſcripto, quod eſt certum. formulas enim actionum & ſtipulationum priſci Juriſconſulti componebant, ut ſæpe Cicero teſtatur.

Aliubi offenditur] Eleganter hæc Maro 1 Georg.

Ventos & varium cœli prædiſcere morem
Cura ſit, ac patrios, cultuſque habituſque locorum:
Et quid quæque ferat regio, & quid quæque recuſet.
Hic ſegetes, illic veniunt felicius uvæ.
Arborei fœtus alibi, atque inviſa vireſcunt
Gramina: nonne vides croceos ut Tmolus odores,
India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi?
At Chalybes nudi ferrum, viroſaque Pontus
Caſtorea: Eliadum palmas Epeiros equarum?
Continuo has leges, æternaque fœdera certis
Impoſuit natura locis: quo tempore primum
Deucalium vacuum lapides jactavit in orbem.

Quod non indicavit] Video locum perturbatum. Tentabam: *Non agam gratias, quod non indicaverit uxor, Mede ne voltis gratiam?* Mihi tamen, verum ut fatear, nondum ſatisfacio. Quidam ſic, *quod non judicaverit uxor mea nepotis in gratiam:* Nunneſius vero, *quod non indicaverit uxori meæ, ne noter ingratiæ*, ut ſit nomen ἀντὶ τῆς ἀχαριστίας. Hujus adverbium uſitatum auctore Donato, legiturque *ingratis*, vel *ingratiis* in Plauti Curcul. Terentii Eunucho, Lucretio lib. 3. & 5. Item in Corn. Nepotis Themiſtocle.

Igitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Igitur tacere putas] Vetus liber, *Igitur utrum putas mirandum eſſe, tuum tyrannicidium, an hujus ſilentium.*

In ardentem rogum ſe miſiſſe] Ut Haſdrubalis uxor, ardente Carthagine, de qua Livii Epitoma lib. 51. & Dido. de utraque & Tertullianus libro ad Martyres, & in Apologetico.

Alia vicaria morte decidit] Eadem ſup. leguntur Controverſ. 10. initio, & 32.

Vobiſcum judices] Sic interpunge flagitante ſenſu : *Vobiſcum judices loquor, controverſia hæc reum facere: Primum ſi materia patitur, non accepi quidem*, &c.

Pag. 201. *Eſſe quidem crimen*] Status Juridicialis ſpecies eſt *conceſſio*, qualis in Ciceronis Ligariana. Vide Fabium lib. 3. & lib. 9. cap. 2.

Pag. 202. *Novi Declamatore Pos * cum Apollodoro*] E corruptis ſcripturæ veteris veſtigiis *Polmos*, conjicio legendum *plurimos*, donec melioris exemplaris copia ſit, nam in aliis membranis *poſt nos. Poſſidonium* enim, quem alii ſubſtituerunt, nondum in cenſum recipio : exſpecto dum illi alibi laudari mihi oſtendant.

An inter viros & uxores] *Ingrati* legitur, non *ingrata*. Vide ſi vacat l. 24. Pandect. de donat. inter virum & uxorem.

A nece tyranni] Priſca lectio, *exſpectata tyrannide*. Rom. editio, *excepta tyrannide*. Quid ſi *expectata nece tyranni* legas?

Pag. 203. *Quod Athenienſibus in bello accidit*] Perſico videlicet, quo ſuaſit Themiſtocles, Apollinis oraculum interpretatus, ut Athenienſes, adventu Xerxis cum innumerabili exercitu territi, in naves ſe ſuaque conferrent: uxores igitur cum liberis, quæque moveri poſſent omnia Salaminam, partim Trœzenem & Æginem aſportarunt. Cicero 3 Offic. Corn. Nepos in Themiſtocle. Juſtin. lib. 2. Frontin. lib. 1 Strateg. & Herod. Urania.

Et hoc contra Latronem dicebat] Supra enim Latro: *Ultima æquitatis tractatio, an quòd fecerit facere debuerit.* Notum eſt illud Divi Pauli: *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt.*

Pag. 204. *Poſtea cogitavi*] Adſcribam veterem lectionem : *Poſtea cogitatam*, (retineo tamen *cogitavi*) *& hæc ipſa cogitandi cauſa fuit uxoris ultio, utrumque ſecutum eſt, ut illa*, &c.

Pag. 205. *Cui ſemper tam deditus fui*] Qui *uxorius* eſt Virgilio & Horatio. Catullus in Epithalamio, cum præpoſitione extulit:

Non tuus levis in mala
Deditus vir adultera,
Probra turpia perſequens.

Pag. 206. *Ex tempore cauſas agebat*] Epitoma lib. 2. In eo quidem libro qui eſt Ant. Auguſtini viri nunquam ſatis laudati, illud *ex tempore* ad priora refert.

Unus Vinicius ingenium] Reſpexit ad hoc Auguſti dictum Fabius lib. 6. c. 4. *ut de actore facile dicente ex tempore diceretur, Ingenium eum in numerato habere.* Divus autem Hieronymus epiſt. 61. ad Pammachium conjunxit, veluti cauſam reddas: *En Lyſias*, inquit, *noſter, en Gracus, & ut aliquid de Neotericis inſeram, Q. Haterius, qui ingenium in numerato habebat, ut ſine monitore tacere non poſſet: de quo egregie Cæſar Auguſtus: Quinctus noſter ſufflaminandus eſt.* Vide præfat. lib. 4.

Hybreas dixit] Græca non integra præter illa extrema ..... νῦν λάβε τὸ ξίφος.

CONTROV. XIV.

Pag. 206. QUidam *luxuriante filio*] Operæ pretium erit contendere cum his Plauti comœdiam, quæ Aſinaria inſcribitur, & ſi tantum abs re otii, Caſinam.

Naviga] Vide Controv. 31. extremam.

Quære adoleſcens, utere ſenex] In eandem ſententiam Seneca Philoſophus epiſt. 35. *Juveni parandum, ſeni utendum.* Sic enim ibi leg. non *parendum*, docuit Pet. Faber lib. 2 Semeſtr. c. 16. Ennii verſus eſt apud Ciceronem in Catone:

Sicut fortis equus ſpatio qui forte ſupremo

Vicit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Vicit Olympia, nunc ſenio confectu quieſcit.

Pag. 207. *Domus noſtra luxurioſos*] Reſpexit verbum vetus, *bona arbor non alit duos erithacos.* quo omnem imperii ſocietatem infidam eſſe docetur.

Nihil mihi opus præcipientibus] Tale illud Horatii lib. 2. Sat. 3.

——— *Sive ego prave,*
Seu recte, hoc volui, ne ſis patruus mihi.

Sed illud Scipionum non objicies] *Scipio* primo caſu eſt in vet. libro: *& quid elegeris.* Equidem ad quod Scipionis dictum alludat divinare nondum potui, nec ſpatium vacuum relictum video: Niſi forte ad continentiam Scipionis Africani reſpexit: qui capta Carthagine nova virginem eleganti forma, in conſpectum ſuum adduci vetuit, quod ſe cum imperio, non privatum eſſe diceret. Verum facio libenter, ut certiora adducam, legamque, *ſed illud ſcio non objicies, quod non elegerit.* Rectius tamen Faber, quem poſtea legi: *Sed illud excipio.*

Convivæ dicunt, Bibamus] Frequens hic ſermo inter pocula eorum hominum, qui ſummam beatitudinem voluptate metiebantur: divinis etiam litteris reprehenſus, Eſaiæ 22. Sap. 2. & 1 Cor. 15. *Edamus*, inquiunt, *& bibamus, cras enim moriemur.* Lipſius extremo lib. 1 Saturnal. quibus Macrobium viciſſe mihi videtur, *vivamus* leg. putat: & Ammiani hiatum acute implet lib. 16. *Vivamus, pereundum eſt: calumniatorem ſic interpretatum.* & Catullus: *Vivamus mea Lesbia.* Sed mihi de fide opt. libri diſcedere nefas videtur. Ægyptii in convivio ſceletum inferebant, ut mortis memoria, qua gaudia finiri omniaque exſtingui credebant, ad hilaritatem invitarentur: ut ex Epigrammate Græco & Petronio Lipſius docet: quibus adde Plutarch. in Sympoſio 7. Sapientum. Pleni his vocibus poëtarum libri: de Græcis Anacreon: de Latinis Catullus, Horatius, Tibullus, & Propertius, Lucretius lib. 3.

Hoc etiam faciunt, ubi diſcubuere, tenentque
Pocula ſæpe homines, & inumbrant ora coronis:
Ex animo ut dicant, brevis hic eſt fructus homullis:
Jam fuerit, neque poſt unquam revocare licebit.

Et Martialis lib. 2 Epigram. 59.

Frange toros, pete vina, roſas cape, tingere nardo,
Ipſe jubet mortis te meminiſſe Deus.

Pag. 208. *Senex luxurioſus inſanit*] Natat pueris in ore Ovidianum illud:

Turpe ſenex miles, turpe ſenilis amor.

Ætates inhauriunt] Vetus lib. *Ætas & haurit & vitia laſciviunt.* unde confirmatum; *ætas exhaurit vitia laſcivia,* vel *exhauriat.* Virgil.

Omnia fert ætas animum quoque.

Non eſt luxuria? Patrem videre velimus] Sic interpungo interrogationis nota, neque plane expeditus locus.

Nec te decet diſſipare] Nihil variant membranæ. Fort. *Nec dedecet diſſipare bona, ſed diſſipas.* Non, inquit, putas indecorum tibi prodigere parta. Utitur Cicero 1 Offic. *Falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quam delirare & mente captum eſſe.*

Pag. 209. *Vocalem quæſtionem poſuit*] Sic inf. lib. 4 præfat. de Albucio, *Sententiæ vocales & ſplendidæ.*

Simulationem ſignificandam] Neſcio cur vetus *ſignificandæ* & *profitendæ* generandi caſu, niſi forte Græco & veteri more, *cauſſa*, vel *gratia* exaudiendum.

Pag. 210. *Ad luxuriam à patre præmiſſus ſum*] Aliter longe codex ille Covarruv. *Ad luxuriam patris unguento canis madentis & comeſſatorem ſenem. Itaque nulli nimis luxurioſus, ſed parum ſanus videbatur.* n. quo video *redii* vel ſimile verbum deſiderari.

Unguento cani madent] Sup. *unguento coma madet.* & Controv. 9. *Madentem unguentis heſternis: convulneratum libidinibus, incedentem, ut feminis placeat, femina mollius, & cetera, quæ morbi, non judicii ſunt.*

Pag. 211. *Et paraſitorum circumfuſam*] Dura locutio, pro *fuſam circum regem turbam.* Vetus lectio veram fortaſſe

taſſe ſuggeret, *& paraſitorum circumfuſam patri regem turpe ſit, & rivalibus rixas, & ebrietati nocturna addi iſtam diem.* Quidam tentabat: *& paraſitorum circumfuſum gregem,* (cujus gloſſema eſt *turbam) & rivalitatibus rixas, & ebrietati nocturnæ additum diem.* A qua voce ne ipſe quidem M. Tullius abhorruit. Sic enim Tuſcul. 4. *Obtrectare alteri, aut illa vitioſa æmulatione quæ ſimilis rivalitati eſt æmulari.*

Pag. 212. *Alter vobis ait hoc conceſſum*] In veteri: *Alter vobis hoc ait conceſſum: ætate opus utor, & juvenali lege fungor.* Nondum ſana lectio: Quid ſi ἀρχαϊκῶς Seneca *ætatis opus utor*? ut Comici, *Operam abutitur*, pro opera. & *juvenalis* alibi pro *juvenilis* ſcriptum memini. Non longe abiero: Hac ipſa pag. *permanet juvenalibus ſtudiis eo turpius luxurioſus quo diutius.* Porro de illius ſæculi licentia Terent. in Adelphis. Concubinatum quoque ea tempeſtate extra legis pœnam fuiſſe lib. 25. Pandect. tit. 7. ex Martiano, & Marcello JC. colligitur. Verum Ariſtoteles lib. 7. Politic. & Chriſtiana religio merito damnant.

Glycon Syricon] Vereor ne leg. ſit *Scyridion,* ſeu potius *Spyridion.* Sic enim appellatur extrema Controv. 9. Alibi fere conciſe *Glycon.*

Agrita pars inculta] Fort. *Agrippa inculta, ut ſcires illum:* è veſtigiis lib. vet. *Agripta, & ſcire.* vel *Agrita parcius culta.* vel potius *Agreta,* Maſſilienſis ille qui jam nominatus eſt: ſed ἐπισκεπτέον.

Damos Cambrus dixit] Prodigioſe hoc corruptum nomen. Alibi *Damas* quidam nominatur, qui forte *Damaſceticus* Suaſor. 1. Et vero ſic emendo: *Damaſus Scombrus,* à ſcombro piſce ex Strabone, qui 14 Trallibus oriundum Oratorem ait: ἐγένοντο δὲ καὶ ῥήτορες ἐπιφανεῖς Διονυσοκλῆς τε καὶ μετὰ τοῦτον Δάμασος ὁ Σκόμβρος. Et Dionyſocles quis ſcit an hic Diocles Caryſtius ſit, cujus & Cenſorinus de die Natali meminit? Græca hæc exſculpſimus: στῆτε μετ᾽ ἐμοῦ ἐν δέοντι ἀνασωθεῦν. Ἀνασωθεύειν eſt ἀναναφέρειν dictum ut ἀναφῆλαι.

Pag. 213. *In hac Controverſia dixit*] Græca hic diu nos torſerunt, & vix tandem emerſimus. Hic lege: ὦ τύχης δεινῆς ταῦτα ἐπιτάττοντες ἀλλήλοις ἐποιοῦμεν. *Barbarus* dixit vulgarem ſenſum ſatis vulgariter: γνώσῃ τέκνον, ὅτι νοῦς, ἂν πάθῃ τι, ἀναφύῃ.

CONTROV. XV.

ET *adjecit elogium*] In Teſtamentis & Legatis *Elogium,* titulus, vel cauſa, datæ vel ſublatæ hereditatis adjici ſolet. Pleni ſunt JC. lib. Quinctil. lib. 7. c. 4. *Nonnunquam etiam reus hic totius ſummam conſtituit, ſi exheredatum à ſe filium pater teſtatus fuerit, Elogio, propterea quod is meretricem amaverit.* Et Declam. 325. *Elogium* vocat verba precaria de hereditate reſtituenda, in heredem collata. M. Tullius nunc in teſtamentis, nonnunquam, pro ſepulcrorum monumentis, alias pro honorifica teſtificatione uſurpat: quæ & ipſa non exſcribam. Nec me fugit quæ nuper exorta diſſenſio eſt inter Scaligerum, in Catalecta Virgiliana, & M. Anton. Muretum lib. 11 Var. lect. c. 13. Hic *Eclogium*, ille *Elogium* dicendum contendit. Manutius, & ni fallor Lambinus, *Eulogium* ex Græca conſuetudine. Corruptus in hac voce & Fulgentius *de priſco ſermone.* Tentabam, *Elogium eſt hereditatis etiam in malo.*

Longe ab eo vitio ſemper fui, ut etiam timeam] Diverſa ab his vetus ſcriptura, quam tamen probam eſſe præſtare non auſim. *Tamen ego adeo longe ab eo vitio: jam patientiam egiſti meam, ne quis in me.*

Pag. 214. *In qua etiamnum auctor*] Ex obſcuris & depravatis vetuſtiſſ. libri veſtigiis, ſuſpicabar leg. *In quam etiam nomine auctoris uxore dictum eſt.* Jam vero nemini, paulum modo in JC. ſcriptis verſato, obſcurum eſſe poteſt, qui in venditionibus *Auctores* & in Tutela appellentur, nam & in XII Tabulis. *Auctoritas* pro jure dominii. ADVERSUS HOSTEM ÆTERNA AUCTORITAS. Cicero 1 Offic.

Pag. 215. *Sic ſe inverecundiam pignori*] Depravatus haud dubie & hic locus: nihilo melius in veteri, niſi quod *in verecundiam* in duas voces diducat: Tentabam addita una ſyllaba *pignorari*, pro ſuperare. quaſi dicat: Matronam quæ continentes habeat oculos, etiam impudicos vincere, & quaſi, ſanæ mentis beneficio, ſibi obſtringere. Talis modus & in illo Ciceronis Philip. 14. quem alibi explicat doctiſſ. Budæus: *Etenim Mars ipſe ex acie fortiſſimum quemque pignorari ſolet.*

Prodite mihi fronte] *Frontem compoſitam* accuſandi caſu in optimis codd. ſcriptum repperi, unde conjiciat aliquis *porrigite* legendum.

Se non ſubduceret internuncium] Hæc vitioſe hactenus edita. In vet. lib. nova hinc periodus auſpicatur: *Internuncium puto illud ſollicitantis arripiet. denudari juſſit*, &c.

Pag. 216. *Miſer ut maritus*] Ante hæc interpungendum cenſeo: *Mundum autem muliebrem intelligit.*

Pag. 217. *Adeone omnis patientia*] In Epitoma *pudicitia* legitur: ſed illud malo.

Atque omnia delinimenta] Proprium in Amoribus verbum: Turpilius Demetrio:

Vide mirum ingenium ac delinificium mulierum:
Commorat hominem lacrymis.

Et Afranius in Vopiſco apud Nonium:

Si poſſent homines delinimentis capi,
Omnes haberent nunc amatores anus:
Ætas & corpus tenerum, & morigeratio,
Hæc ſunt venena formoſarum mulierum:
Mala ætas nulla delinimenta invenit.

Solum ac firmamentum] Retineo copulam *ac*, licet à vet. libro abfuerit. Sic apud M. Tullium in Bruto Cæſar, *ſolum ac fundamentum*. Hinc *in ſolum venire*. Varroni apud Nonium & Afranio, Ciceroni item lib. 9. epiſt. ult. & de Natura Deor. quo de Hadr. Turneb. lib. 9 Adverſarior. cap. 2. Populum quoque fundum factum idem M. Tullius in Corneliana dixit, pro auctorem eſſe. à fundando & fundamento, non, ut quidam, à fundendo.

Novas fortaſſe] Extrema hæc adeo depravata & mutila, ut de medicina deſperem: conandum tamen. In emendatione quidem utendum conjectura, in mutilis vero reſtaurandis Epitoma libri ſecundi extrema ſupplebit ea, quæ hic temporis injuria interciderunt, de avaritiæ deteſtatione in matronis. Suſpicor igitur hic *nevos fortaſſe* legendum. Dolendum ſane integram hanc unius Porcii Latronis Declamatorum principis, actionem decurtatam ad nos perveniſſe: Nec enim aſſentior Petreio, qui illam Epitomæ partem aliunde hinc aſſutam putat: Quadrant enim ad amuſſim, & *Alteram partem* pro uxore continet.

Et horrenda, multa deinde ac varia daturus experimenta] Hæc verba aliunde huc tranſlata; neque enim hic quadrant. Deinceps ſic lego: *Feminæ quæ damnum pudicitiæ cuivis eſt, atque* (pro *ſtatim*; Agellius lib. 10. cap. 39. & Nonius) *curandum eſt, eſſe, ac videri pudicam.*

LIBER TERTIUS.

PRÆFATIO.

Pag. 219. *QVinquies ſexieſve populo diceret*] Erat in veteri, *quinquies exiens ut populo diceret*. Natum fort. mendum quod hujuſmodi in *ES* exeuntia N, littera addita efferrent: ut & *totiens* & *quotiens* perpetuo, non ſolum in libris noſtris, ſed & in Pand. Florentinis.

Incipiebat enim ſedens] Suet. de claris Rhetor. *Solitus Albutius propoſita Controverſia ſedens in opere* (recte Faernus *incipere*,) *& calore demum provectus conſurgere ac perorare. Declamare autem genere vario: modo ſplendide atque ornate.* Idem impetus dicendi in Porcio Latrone, qui & ipſe antequam dicere inciperet ſedens Quæſtionem ejus quam dicturus erat, Controverſiæ proponebat. Senec. in præf. epitom. Controv.

Sæpe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Sæpe ter buccinavit] Hoc eſt, ternas ſæpe horas declamando exemit. *Buccina* enim antiquiſſimis temporibus horarum ſignum dabatur: quem morem ex caſtris in urbem traductum puto. Fl. enim Vegetius inter ſigna militaria ſemivocalia & *buccinam* nominat: quæ in ſemetipſum æreo circulo flectitur. Polyb. lib. 6. ubi de Caſtrametatione Rom. ὁ γὰρ πρώτης σημαίας τῶν τριαρίων ταξίαρχος τὴν ἐπιμέλειαν ποιεῖται τὸ κατὰ φυλακὴν βυκανεῖν. Et mox: τὴν δὲ ἐπιμέλειαν τοῦ κατὰ φυλακὴν βυκανεῖν, ὡς ἀρτίως εἶπον, ἵνα σύμφωνον ᾖ τοῖς ἐφοδεύουσι πρὸς τοὺς φυλάττοντας οἱ τῆς πρώτης σημαίας τῶν τριαρίων ἐξ ἑκατέρου τοῦ στρατοπέδου ταξίαρχοι, καθ' ἡμέραν ποιοῦνται. *Princeps primi ſigni Triariorum curam gerit, ut competens Vigiliis ſignum tuba detur. Dandi autem ſignum buccina (ut paulo ante dixi) per ſingulas vigilias, quod circuitoribus conveniat, cum vigilibus ductoribus ordinum primi ſigni Triariorum utriuſque legionis quotidie cura incumbit.* In foro vero cauſſæ ad clepſydram perorari ſolent, cum duæ horæ accuſatori, 3. reo darentur, ex lege Pompeia, de qua Cicero in Bruto: 4 de Finib. initio lib. 13 ad Atticum epiſt. 49. & 7 ad Fam. ep. 24. Et Aſconius Pedianus in Milonianam. De horologiorum prima inventione Plinius lib. 2. cap. 76. & lib. 7. cap. ultimo.

Pag. 220. *Suam executionem*] Alii *excuſationem* legunt. Locus ſane decurtatus. Integre enim in Epitoma ſic legitur: *Sed tanquam Controverſiam implebat. Omnis quæſtio ſuam propoſitionem habebat, ſuam exercitationem, ſuos exceſſus, ſuas indignationes, Epilogum quoque ſuum. Ita unam Controverſiam exponebat, plures dicebat. Quid ergo? num omnis quæſtio per numeros ſuos implenda eſt? Quid ni? ſed tanquam acceſſio, non tanquam ſumma.* Quæ à Typographis omiſſa, huc revocanda ſunt: ſed retinendam plane *executionem* moneo. Fortunatianus enim lib. 2 Rhetor. Scholaſt. *Quæ ſunt partes probationis? Propoſitio, Executio, Concluſio.* Ita appellat, *Executionem*, quam Hermogenes ἐπεξεργασίαν apto omnino verbo, licet ſub eo nomine & ἐπιχειρήματα Hermog. complectatur. nam δείνωσις, hoc eſt, indignatio, pars eſt Epilogi. Exceſſus vero ſive Digreſſiones certo loco non ſedent, quibus quodammodo reſpondent αἱ εἰσαγωγαὶ τῶν χωρίων, Hermogeni & multa τῆς διασκευῆς.

Pag. 221. *Quas Pollio albas vocabat*] Sic & in Epitoma, etiam ſcripta. Covarruvianus tamen *albas violabat*. Acumen aliquod hic latet. ſuſpicor leg. *albas violas vocabat*. Vulgarem ut non rejicio, ita in Covarruviana videtur illud latere, quaſi albas & puras ſententias, hoc eſt, καθαρὰς καὶ ἀφελεῖς, tanquam παρθενικὰς violaret Albutius nævo & fuco τοῦ κομματικοῦ κάλλους· ſic enim accipe *ſententias ſplendidas*, καὶ τῷ ὄγκῳ τῆς λέξεως· ſic etiam interpretare, *vocales ſententias*. Poſitum autem eſt in præceptis artis, ut τὰ ἀφελῆ ἀφελῶς, effarentur, non περινενοημένως, niſi ſubſit aliqua δριμύτης, aut dedita opera conquiratur. Sed ſi hanc interpretationem ſequeris, illa verba (*optime Aſinius Pollio*) parentheſi erunt circumſcribenda: aut ſi hoc βιαιότερον, vulgata, quod malim, retineatur.

Figurabat egregie] Sic de hoc ipſo Albutio Controv. 12. decentiſſime in aliquas *Figuras* declamationem deſcribere, & Inf. de *Figuræ eventu*.

Nihil eſt tam inimicum] Monent ſtudioſe Rhetores, in his Cicero & Fabius, ſummi artificis eſſe, dicendi artem tegere, ne fucum auditori facere videaris. Sic præfat. lib. 6. *C. Silo partem Eloquentiæ putabat, eloquentiam abſcondere.*

Idem res dicebat omnium ſordidiſſimas] Hoc eſt, εὐτελεστάτας, de quibus Ariſtides Quinctilianus ἐν τῷ περὶ ἀφελοῦς λόγου, & Hermogenes illum ſecutus, ſed brevius ἐν τῷ περὶ ἀφελείας, ubi & obſervatur à Criticis aliqua quod εὐτελῆ eſſent, & indigna Demoſthene obeliſco notata: quale illud, κυάμους ἐφθοὺς βιβρώσκει, καὶ κατὰ πᾶν τὸ θέρος ἐπλανᾶτο. Talia de aceto, puleio, laternis & ſpongiis: ſunt enim hæc omnia ſine ulla dubitatione εὐτελῆ.

Pulejum,

Puleium, laternas, Philerotem] Ant. Auguſtinus v. c. legebat, *puleium, lacernas, pilam, rotam*, ſunt enim hæc in puerorum luſibus. In epitoma ſcripta addebatur, & *Damam*, notum animal ex Virgilio in Bucolicis:

Cum canibus timidi venient ad pocula damæ.

vel potius liberti aut ſervi nomen *Dama* vel *Damas* frequens in Pandectis, ut pigeat loca exſcribere: *Eros* item, & *Anteros*, Horatius:

Intererit multum, Davuſne loquatur, Eroſve.

ut in vett. lapidib. C. CÆCILIUS C. L. EROS, quibus Notis Caiæ libertus Eros deſignatur: & apud Suetonium de illuſtr. Gramm. emendante Joſ. Scaligero, *Staberius Eros emptus de cataſta.* cujus & Plinius meminit lib. 35. cap. 17. quanquam vulgares libri *Taberium Erotem* Luculli illum libertum vocant. *Phileros* quoque ſervi nomen & Tabellarii apud M. Tullium epiſt. ad Papirium Pætum: puer item in deliciis Valerio Æditto apud Agellium:

Quid faculam præfers Phileros, quæ nil opu' nobis?
Ibimus, hæc lucet pectore flamma ſatis.

Sunt igitur εὐτελέστατα πρόσωπα ſervorum, aut meretricum, etiam apud Athenæum, cæteroſque. Satis illud mihi Comœdiæ novæ videri, quæ ſunt εὐτελῆ & ἀφελῆ· qualia ſexcenta apud Menandrum eſſe monet Hermogenes, qui & prudenter obſervat, ut hæc omnia genera verborum vitanda ſint τῷ πολιτικῷ, ut etiam adhibenda Albutio certe, qui albas & ſimplices ſententias ſectabatur, adhibenda erant prorſus τὰ ἀφελῆ, imo ab eo ſtudioſe conquirenda. Epitomæ igitur lectionem hic ſequor, in qua & *Pulegium* ſcriptum vidi, herba hortenſis in vulgus nota, in qua luſit & Cicero, Tironi ſuo blandiens: *Cras*, inquit, *exſpecto Leſtam, etenim ad cujus rutam pulegio mihi tui ſermonis utendum eſt. Spongia* etiam ſordido ſolet miniſterio, exonerata alvo, adhiberi, de qua Seneca Philoſophus epiſt. 71. Item vulneribus detergendis. Inf. *de ſpongia non volante* idem Albutius.

Dum alterum vitium evitabat] Hinc Satyricus:

Dum vitant ſtulti vitia, in contraria currunt.

Pag. 222. *Ad imitationem ejus ardeſcere*] *Areſcere* eſt in veteri. Hunc alibi laudat Hermagoram: Cicero item in Bruto & de inventione: laudat & Fabius lib. 3. cap. 1. 6. & ult.

Ætas ei nihil proderat] In Epitoma paulo aliter: *Nihil enim ei ætas proderat ad profectum, cum ſemper ſtudium eſſet novum.* Quæ & in vet. cod. leguntur, ſed aberat *ad profectum.*

Idiotiſmus eſt virtus oratoria] Hermogeni ideæ ſpecies eſt. Eſt enim ἀφέλεια una ἐκ τῶν ἠθικῶν, quæ magnæ laudi eſt Oratoribus, etiam ἐν τοῖς πολιτικοῖς & in foro, quum perſonæ inducendæ ſunt aut exprimendæ τῶν ἰδιωτῶν, ut idem Hermog. monet. vide & Fabium lib. 3. cap. 6.

Vitio tam vicina virtus] Horat. in arte Poëtica:

Maxima pars vatum, pater, & juvenes patre digni
Decipimur ſpecie recti.

Juvenalis Sat. 14.

Fallit enim vitium ſpecie virtutis, & umbra.

Ovid. lib. 1 Remedii:

Et mala ſunt vicina bonis, errore ſub illo
Pro vitio virtus crimina ſæpe tulit.

Raro Albutio reſpondebat Fortuna] Præcedenti clauſulæ annectitur, & hæc in epitoma etiam ſcripta: *Quod eo magis mirabar, quia tenera ætas refugit omne non tantum quod ſordidum, ſed quod ſordido ſimile eſt.*

Triſtis ſollicitus Declamator] Hæc aberant ab Epitomæ libro veteri, qui eſt Ant. Auguſtini.

Pag. 223. *Unius figuræ crudelis eventus*] Qui & à Suetonio lib. de claris Rhetoribus ſic narratur: *Renunciavit foro partim pudore, partim motu: nam cum in lite quadam Centumvirali ab adverſario, quem, ut impium erga parentes inceſſebat, jusjurandum, quaſi per figuram,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ram, ſic obtuliſſet: jura per patris matriſque cineres, qui inconditi jacent, & alia in hunc modum: Arripiente eo conditionem, nec judicibus aſpernantibus, non ſine magna ſui invidia negotium afflixit. Eandem Hiſtoriam ut vulgo notam, refert & Fabius lib. 9. cap. 2. extremo: *Utilis etiam aliquando diſſimulatio eſt, ut in eo (nota enim fabula eſt) qui cum eſſet contra eum dictum, Jura per patroni* (fort. *patris*) *tui cineres, paratum ſe eſſe reſpondit: & Judex conditione uſus eſt, clamante multum advocato, ſchemata de rerum natura tolli: ut protinus etiam præceptum ſit, ejuſmodi Figuris utendum temere non eſſe.*

Qua illi omnia crimina irrogaret] In Epitoma, *qua illi omnia crimina retegeret.* At in veteri, *qua illius omnia tegeret.* puto tamen *detegeret* verum eſſe.

Et executus eſt locum] *Locum* vocat partem Controverſiæ, & *τὸ executus eſt*, valet hoc loco ἐπεξειργάζετο, ut ſupra paulo docui de *executione*, & in præf. lib. 3 Epitomæ. Ita ſupr. de eodem, quem locum imprudens pæne prætericram: *Locum beate implebat*, id eſt, partem Controverſiæ aut Quæſtionem ἐπεξειργάζετο, & ad ſummum perducebat. Totam enim Controverſiam, ut initio dixit, nunquam implebat. Quod autem nomen *loci*, pro parte uſurpetur, Stoïcum eſt, & Ciceroni familiare. Sic Apollodorus Stoïcus apud Laërtium partes Philoſophiæ τόπυς nominabat.

Ex diverſo ait] Aliter epitoma ſcripta: *Aruntius ex diverſo, ut accepit conditionem, juravit, Clamabat Albutius: non tali conditione ſchema dixi:* quæ & ipſa vitioſa ſunt.

Pag. 224. *Rebus jam ultimis ſeparabant*] An disjuncte leg. *ſe parabant*? quaſi ſe rebus jam ultimis & cauſſa bene cognita, ad ſententiam pronuntiandam parabant.

Dare ipſos ſecundum adverſarium Albutii] Propria hæc judicii formula. ſic & Atilius Colatinus judex captus inter C. Lutatium Coſ. & Q. Valerium Prætorem, de triumpho altercantes, quod hic ſponſione provocaret, ni ſuo ductu Pœnica claſſis eſſet oppreſſa: ille imperium auſpiciumque allegare poſſet: *Itaque*, inquit, *Lutati, quamvis adhuc tacueris, ſecundum te litem do.* Valer. Max. lib. 2. cap. 8.

Cum volo dico, quam diu volo] Mutila & hæc amplius eſt in Covarruviano, & in epitoma: *Cum volo dico: adſum uti volo, dico quamdiu volo.* Agnoſco forenſe vocabulum: *Adeſſe* enim *patroni clientibus* dicuntur in cauſſis agendis. Cicero pro Cæcina, & in Topicis. Quinctilianus lib. 12. c. 3. *Quid ſi forte peritus juris non aderit?* De hoc ad Controv. 1.

Calix ſi cecidit, frangitur] Nam vitro bibebant & ſulphure fragmenta redimebant. Cophino Judæus inſtitor, ut hodieque Romæ, vitra ſulphuratis per vicos geſtare ſolebat, ut obſervavit Illuſtriſſ. Baronius Cardin. Tom. 1 Annal. Eccleſ. Martial. epigram. ad Priſcum lib. 10.

Quæ ſulphurato nolit empta ramento
Vatiniorum proxeneta fractorum.

Statius, Sylvar. 1.

Illic agmina confremunt Syrorum:
Hic plebs Scenica: quique comminutis
Permutant vitreis gregale ſulphur.

Et Juvenalis Sat. 5. *— ac jam*
Quaſſatum, & rupto poſcentem ſulphura vitro.

Impoſuit in culeum ligneum] Covarruvianus codex *culleum* geminata liquida *ll* perpetuo ſcribit. In Epitoma vero ſcripta *in eculeum* legitur, quæ nota quæſtionum machina eſt. Tamen *culeum* retineo, ut pro navi exarmata capiatur, ut hic & proxima ſequenti Controv. clarius indicatur. Parricidas autem in culeum inſui ſolitos, vel ex Cicerone pro Sext. Roſcio Amerino cognoſcitur: & cæſi prius virgis *ſegmineis*, vel, ut alii legunt, *ſanguineis*, cum cane, gallo, vipera & ſimia in mare dejiciebantur. Modeſtinus JC. l. 1. & penult. D. ad l. Pompeiam de parricid. Si mare aberat longius, in proximum amnem: Conſtantinus C. de his qui patr. vel lib. occid. Quæ lex & in Cod. Theodoſiano exſtat: & Juſtinianus lib. 4. Inſt. de publ. judiciis: ubi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ubi Theophilus paraphraſtes legendus. Juvenal. Sat. 7. de Nerone:

Cujus ſupplicio non debuit una parari
Simia, nec ſerpens unus, nec culeus unus.

De quo Imperatore parricida & Declamatio lepida eſt inter Fabianas. Primus autem Romæ *Poblicius Malleolus* hac pœna affectus eſt. Cornificius ad Herennium lib. 1. & Cicero 2 de Invent. Eutropius lib. 5. Epitoma Livii 68. & Oroſius lib. 5. cap. 16. Solon vero Athenienſium legiſlator, teſte Plutarcho, nullam de parricidis legem tulit: quod neminem tam impium fore putaret: nec apud Romanos Romulus pœnam indixit: ſed cædem omnem parricidium appellavit. Sed de hoc ſupplicii genere pluribus ad proximam Controverſ. extremam diſſeremus.

CONTROV. XVI.

Pag. 225. EXarmato navigio] *Exarmata* navis dicitur, quæ malo, roſtro, antenna, ceteriſque armamentis ſuis ſpoliata eſt. Paulus lib. 2 ad L. Rhodiam de jactu: *Si conſervatis mercibus deterior facta ſit navis, aut ſi quid exarmaverit, nulla facienda eſt collatio.* Et in Græcorum legibus navalibus: Ἐὰν δέ τις κλέψῃ σκεύη πλοίου ἤ τι τῶν ἐν τῷ πλοίῳ χρηματιζόντων, τουτέστι σχοινίων τε καννάβινων ἢ ἀρμένων, ἢ διφθέρων, καὶ λοιπῶν διπλᾶ ἀποδιδότων, ὁ τὰ σῦλα ποιήσας τοῖς ζημίαν. *Si quis armamenta navis, aut quid aliud navi neceſſarium ſubduxerit, veluti funes cannabinos, aut vela, aut cilicia, aut ſimile quid, damnum paſſo in duplum reponito.* Eidem Græci vocant ἀνερμάτιστον πλοῖον. Ut Chryſoſtomus in aureis illis, quomodo Suidas nominat, περὶ ἱερωσύνης libris, dial. 1. πάντα γὰρ ἐκεῖνα ῥίψας ἱδρώως καὶ μηδὲ εἰς νοῦν βαλλόμενος, ὥσπερ ἀνερμάτιστον πλοῖον εἰς πέλαγος ἡμᾶς ἄπειρον ἀφῆκας. *Quippe repudiatis illis omnibus, & ne admiſſis à te in animi penetralia in immenſum nos conjeciſti pelagus, nec ſecus quam exarmatum navigium.* Contra *armata* quæ armamentis neceſſariis inſtructa eſt, l. 34. D. de reb. auctor. jud. poſſid. & l. 5. D. qui potiores in pignore, &c. Cæterum non diſſimilem hiſtoriam de Tarii filio parricida, Maſſiliam ablegato, lege apud Senec. fil. lib. 1 de Clement. cap. 15. & infr. *parricidii actio*, Controv. 20.

Nec ſatis memini] Longe aliter hæc in veteri concepta: *Plura timui crimina, pater, natura torquente, quam quæ videris ipſe noſſe. Indicabo: Solutum mihi fratrem tradideris, an alligatum neſcio.*

Pag. 227. *Volo mori, ſed pura manu tua*] Hoc eſt, manu tua à cæde & ſanguine innoxia. Sic Seneca Philoſ. l. 3. Natur. Quæſt. *Quid eſt præcipuum? Non admittere in animum mala conſilia, puras ad cœlum manus.* Herodoto eſt, ἀνὴρ καθαρὸς τὰς χεῖρας. Lege notas ſup. ad Suaſor. 6.

Vitam ſuam abſtuliſſet] Vetus liber diſertim præfert, ſine litura: *Quod ſi quis gubernator vidiſſet, vitem ſuum diſtuliſſet. Naufragus à littore emittitur.* Fort. *Vicem ſuam*, vel potius *vitem ſuam* ſcripſit Seneca: Vel *ſuum* pro *ſuorum*. Equidem, verum ut fatear, *vitem* naviculatorum geſtamen fuiſſe, nullus legit, ſed Centurionum, ſed militiæ Ducum frequenter Plinio lib. 5. cap. 7. Satyr. 8. & 14. Juvenali, Martiali item lib. 10. 26. Lucano lib. 6. & Silio l. 6. & 12. & JC. Martiano l. Milites. §. irreverens. De re militari, Tacito Annali 1. & Pithoco lib. 1 Adverſarior. Subſ. cap. 15. Hic locus mihi aurem vellit, ut alterum in Tibullo elegantiſſimo Poëta, eleg. 1. tentem:

Hic ego dux, mileſque bonus. Vos ſignæ tubæque
Ite procul, cupidis vulnera ferte viris.
Ferte & opes: ego compoſito ſecurus acervo
Vites deſpiciam, deſpiciamque famem.

Ita omnibus litteris ſcriptum eſt in vetuſtiſſ. codice, *Vites* non *Dites*. Contemnam, inquit, ſi modica mihi facultas ſuppeditabit, duo militiæ mala, imperia pœnaſque Ducum, & annonæ caritatem in caſtris. Eſt enim hic comparatio Militiæ & Amoris. Sed in his amplectendis, ſuo quiſque judicio utatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Fratrem inquit Turrinus] Corrupta hæc quis non videt? Turrino nullus hic locus. Reſtituendum ex Epitoma: *Frater, inquit, tu primus in domo parricidium facies?* Mox tentabam: *Inveni reliquum etiam à naufragiis navigium.* Vel *relictum etiam à naufragiis navigium.* Idque à veteri manu ductus, in quo eſt, *invenire locum à naufragiis navigium.* Jam *relicum* ſæpe olim librarios pro *reliquum* ſcribere ſolitos non ignorant, qui veteres libros tractant. Sed vulgata retineri poteſt: *Invenire etiam locum à naufragiis navigium*, id eſt, poſt naufragia etiam navigia aliquo loco ſupereſſe.

Pag. 228. *Utraſque ad cœlum manus ſuſtulit*] Mos hic deprecantium, manus ad cœlum tendere ac tollere: pleni Poëtarum libri, Virgilius 2 Æneidos:

At pater Anchiſes oculos ad ſidera latus
Extulit, & cœlo palmas cum voce tetendit.

Et lib. 1 Æneid.

— & duplices tendens ad ſidera palmas
Talia voce refert: O terque quaterque beati, &c.

Ovidius 1 Triſtium, eleg. ult.

Ipſe gubernator tollens ad ſidera palmas,
Expoſcit votis immemor artis opem.

Ariſtoteles, ſi modo illius eſt, lib. de mundo ad Alexandrum, hac gentium etiam barbararum conſuetudine Deum eſſe convincit: συνεπιμαρτυρεῖ γὰρ, καὶ ὁ βίος ἅπας τὴν ἄνω χώραν ἀποδοὺς θεῷ, καὶ γὰρ πάντες οἱ ἄνθρωποι ἀνατείνομεν εἰς τὸν οὐρανὸν εὐχὰς ποιούμενοι. Quæ ſic Apuleius exſcripſit, vel ut Nunneſius indicat, Græculus aliquis Apuleium Græce redditum Ariſtotelis titulo beavit: *Nam habitus orantium hic eſt, ut manibus extenſis ad cœlum precemur.* Infr. Triarius dixit, *ad cœlum manibus levatis.* Erat & vota facientium, & admirantium hic geſtus, ut alii ante me monuerunt.

Credam, parricidam ſi tibi] In veteri, *credam parricida? Mihi ferrum non ſentienti cum animo pariter excidit.* Reliqua abſunt, & quo pertineant, non video, niſi cum interrogatione efferantur.

Ita mihi honeſte dicere] *Vivere* conjicio legendum. Joan. Petreius *vincere*: Uter verius nemini dubium eſſe poteſt. Sic enim veteres jusjurandum concipiebant: ITA VIVAM. Cicero lib. 2 ad Famil. epiſt. 13. & lib. 5 ad Attic. epiſt. 15. Et Valer. Maxim. lib. 9. cap. 14. de Bruto, eademque leguntur apud Senecam philoſ. epiſt. 83. ut recte emendat Stephan. Pighii correctionem doctiſſ. Briſſonius lib. 8. form. vide ſup. Suaſor. 7. & alias ſæpe. Talis & hæc formula: ITA SIM FELIX. Auguſtus apud Suetonium in Tiberio cap. 21. *Vale jucundiſſime & ita ſim felix, vir fortiſſime.* Propert. lib. 1. eleg. 7. *Atque ita ſim felix primo contendis Homero.* Et Seneca Philoſophus in ἀποκολοκυντώσει: *Ita illum almum & felicem habeam.*

An me apud piratas quidem perdidiſſe] Quamvis hæc abſint à veteri meo, retineo tamen auctoritate epitomæ etiam ſcriptæ: rectiuſque videtur: *Anne apud* &c.

Pag. 229. *Sciſſa quoque vela*] E veſtigiis eruo, *ſcio quoque vela nunc fecerant ſinus.*

Multas rerum natura] Plinius l. 25. cap. 3. Natur. hiſtoriæ. *Ea vita conditio eſt, ut mori plerunque etiam optimi portus ſit.* Et lib. 28. cap. 1. *Ex omnibus bonis, quæ homini Natura tribuit, nihil melius tempeſtiva morte: in eaque id optimum, quod illam ſibi quiſque præſtare poteſt.* Sic & Salmanticæ ad Tormin. Fl. ſepulchrum Ferdinandi Nunneſii Pinciani hominis eruditiſſimi, atque adeo de Plinio ipſo, Mela & Seneca bene meriti, hoc elogio inſcriptum vidimus: OPTIMUM VITÆ BONUM MORS.

Componis in domo par.] Tranſlatum à gladiatoribus, quorum paria inter ſe *componi* & *committi* dicebantur. Cicero de perfecto Oratore: *Æſchines tanquam Æſerninus, ut ait Lucilius, cum Pacidiano componitur.* Verſus Lucilii eſt, lib. 4 Satyr. referente Nonio:

Æſerninu' fuit flacco ore, una equidem *

Samnis, ſpurcus homo, vita illa dignus locoque
Cum Tacidiano componier, optimus multo
Poſt homines natos gladiator qui fuit unus.

Et Epiſt. ad M. Cælium, octava, *gladiatorum compoſitiones* dixit. Horatius vero Sat. 7. lib. 1.

—— uti non
Compoſitus melius cum Bito Bacchius.

Plinius lib. 8. cap. 12. de Antipathia: *Quam quis aliam tantæ diſcordiæ cauſam attulerit niſi naturæ ſpectaculum ſibi paria componentis?* Ubi de veteri libro legit J. Lipſius, *niſi naturam ſpectaculum ſibi ac paria componendum:* lib. 2 Saturn. cap. 19. & Iſidorus lib. 18 Etymol. de Secutore: *ideoque cum Retiario componebatur.*

Pag. 230. *Parva materia ſe jungit fato*] *Fata*, erat in veteri: Juvenalis Sat. 12.

I nunc & ventis animam committe, dolato
Confiſus ligno, digitis à morte remotus
Quattuor, ac ſeptem, ſi ſit latiſſima tæda.

Et Sat. 14.

Curatoris eget, qui navem mercibus implet
Ad ſummum latus, & tabula diſtinguitur una.

Theon Sophiſta, ἐν μελέταις τῶν Περγυμνασμ. Οἱ πλωτῆρες ἐπειδὰν λύσαντες παραμείψωσι τῶν λιμένων τὰ στόματα, πλησίον ἔχοντες τὸν θάνατον πλέουσι, λεπτὴν ἔχοντες εἰς σωτηρίαν ἐλπίδα τὰ ξύλα, ἐφ᾽ ὧν φέρονται.

O maria, juſtiora judiciis] Cicero quoque Comitia mari contendit in Planciana: Euripo quoque & freto in Mureniana.

Capietur judex] Juris formulam agnoſco. Judicem enim *accipere*, vel *ſumere* litigantes dicuntur: loca in promptu his qui juris tractatione delectantur.

Pag. 231. *Alii vivere ſine R. P.*] De variis hominum ſtudiis gemina ſunt cum his, quæ Horatius Oda & Satyra 1.

Pag. 232. *An non putas miſericordem*] Hæc appinguntur fini præcedentis periodi: *Hoc vitium à te traxiſſe videor, an non? Putas miſericordem, qui quem*, &c.

Mithridatem non potuit occidere] Bithocus percuſſor hic & Gallus miles vocatur, in epitoma Liviana lib. 102. Βίτοιτος Appiano in Mithridatico. *Sitochus* Auctori de viris Illuſtr. cap. 76. Idemque refert de Caio Mario, c. 66. & infr. Controv. ſequenti. Quod eo moneo libentius, quo turpius hic, tanquam in ſalebra quidem hæſitavit.

Quam non dubium parricidam?] Nota ea ſunt ex Juſtino lib. 38. Appiano in Mithridatico & Plutarcho in Pompeii & Luculli vita. Notum & illud uno nuntio, atque una litterarum ſignificatione, innumerabilem civium Romanorum vim in Aſia trucidandam curaſſe, ex Ciceronis Maniliana, & pro Flacco, Plutarcho in Sulla, Appiano in Mithrid. Livii epitoma l. 78. & Valerio lib. 9. cap. 11. & Memnoni in excerpt. cap. 33. in Photii μυριοβίβλῳ pag. 378. Gr.

Nega tu parricidam fuiſſe] In vet. integris litteris: *Nega dumi paricidam.* Dictum fortaſſe ea forma, qua Cicero non ſemel, *Itera — dum eadem iſta mihi:* non ut inepti quidam *Iterandum.*

Pag. 233. *Quod forte offenſurum eſt*] Plura in opt. illo: *Quod fortaſſe offenſurum eſt aures, fratrem offenſurum eſt. Patri parere nolui, fratrem occidere non potui.* Quid ſi legamus? *Quod fortaſſe aures patrum eſt offenſurum: Patri parere nolui.*

Non poterat. Quidam occidere] Appingenda hæc initio ſequentis comprehenſionis leg. q. *Non poterit quidem occidere: Hominem tantum non poſſum.* Argumentum ductum eſt ex comparatione Majorum: Hominem non poſſum occidere, multo minus fratrem.

Per quos neceſſe eſt illis] Hic aqua mihi hæret. fort. leg. *Per quos neceſſe illi patrem exuli capere*, vel *in mari capere.* Nec enim *exularis* pro *exuli* Latinum puto. Tentabam & hoc modo: *Per quos neceſſe eſt illi patrem capularem capere. Capularis ſenex* quis ſit, vel pueri ſciunt: ſed doctiſſimus Nunneſius no-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

dum ſolvit, legitque, *Per quos neceſſe eſt illi patre populari carere.*

Pag. 335. *Triumviris opus eſt*] III Viri Capitales Romæ, de capite civis cognoſcebant; his & carceris & animadverſionis cura commiſſa. Hinc Ciceronis jocus ex ambiguo lib. 7 ad Familiares: *Triumviros vites cenſeo, audio capitales eſſe: mallem auro, argento, ære eſſent*, ut eſt à Pet. Bembo Card. in epiſt. 1. notatum. Addam & alia in ſuppliciis parricidarum à me obſervata. Malleolo enim, quod matrem necaſſet, damnato folliculo lupino os obvolutum eſt, & ſoleæ ligneæ pedibus inductæ ſunt, & in carcerem ductus eſt. Auctor Rhetoricor. ad Herennium: Mox virgis ſanguineis, (ut diximus paulo ante ad lib. hujus 3. procœmium) cædebantur, deinde culeo inſuti, cum cane, gallo, vipera & ſimia in mare projiciebantur. Modeſtinus JC. l. 9. D. ad l. Pompeiam de parricid. Vehebantur autem parricidæ plauſtro, nigris bobus juncto, atrocis criminis cauſa, ut ex Græcorum gloſſis, alibi credo, non lectum didici: Ἐγένετο νόμος τις τοιοῦτος τῷ τρόπῳ πᾶσιν ἀνθρώποις, ὅστις πατροκτόνιον πεποίηκε, δημοσίως εἰς μολγὸν πεμφθεὶς μετ' ἐχίδνης, καὶ κυνὸς καὶ πιθήκου, καὶ ἀλέκτορος, ἀσεβῶν ζώων ἀσεβὴς ἄνθρωπος, καὶ ἐπὶ τούτοις ἁμάξης ἐζευγμένης μελανοῖς βουσὶν κατενέχθη εἰς θάλασσαν, καὶ ῥίφθη εἰς βαθύ. Ἔδειξα οὖν ὑπόδειγμα τιμωρίας, ἵνα μᾶλλον φοβηθῶσιν οὕτως ἄνομον ἔργον ἐργάσασθαι.

Pag. 236. *Quidquid eſt, quod terris imperat*] Sic Deum invocabant, ut in hac ipſa Controv. ex Ariſtotele docui: Sic Mela & Plinius: *Omne igitur hoc, quidquid id eſt, cui mundi cœlique nomen indidimus, unum eſt, & uno ambitu ſe cunctaque amplectitur.* Græca veterum exemplarium ſubſidio hiatibus expletis prope conſtituta ſunt.

Pag. 338. *Nox erat & terras*] Virgilii eſt Æneid. 8. verſ. 26. Non diſſimilis intempeſtæ noctis deſcriptio lib. 3.

Nox erat & terris animalia ſomnus habebat.

Rurſum Æneid. 4.

Nox erat, & placidum carpebant feſſa ſoporem
Corpora per terras, ſilvæque & ſæva quierant
Æquora: cum media volvuntur ſidera lapſu:
Cum tacet omnis ager, pecudes pictæque volucres,
Quæque latus late liquidos, quæque aſpera dumis
Rura tenent, ſomno poſitæ ſub nocte ſilenti
Lenibant curas, & corda oblita laborum.
At non infelix animi Phœniſſa, nec unquam
Solvitur in ſomnos.

Quæ ideo integra adſcripſi, ut priora ex Apollonii Rhodii lib. 3 Argonautic. tranſlata eſſe oſtendam. Sic enim verſ. 743.

Νὺξ μὲν ἔπειτ' ἐπὶ γαῖαν ἄγεν κνέφας· οἱ δ' ἐνὶ πόντῳ
Ναῦται εἰς Ἑλίκην τε καὶ ἀστέρας Ὠρίωνος
Ἔδρακον ἐκ νηῶν. ὕπνοιο δὲ καί τις ὁδίτης
Ἤδη καὶ πυλαωρὸς ἐέλδετο. καί τινα παίδων
Μητέρα τε θνειώτων ἀδινὸν περὶ κῶμ' ἐκάλυπτεν
Οὐδὲ κυνῶν ὑλακὴ ἔτ' ἀνὰ πτόλιν οὐ θρόος ἦεν
Ἠχήεις. σιγὴ δὲ μελαινομένην ἔχεν ὄρφνην
Ἀλλὰ μάλ' οὐ Μήδειαν ἐπὶ γλυκερὸς λάβεν ὕπνος.

Placida compoſta quiete] Vario Atacinus Græcas litteras annos jam natus 35. avide arripuit Olympiade 174. Euſebius in Chronicis. Hic Apollonii Rhodii ἀργοναυτικὰ Latine reddidit. Sic enim lib. 3. verſ. 748.

Οὐδὲ κυνῶν ὑλακὴ ἔτ' ἀνὰ πτόλιν οὐ θρόος ἦεν
Ἠχήεις. σιγὴ δὲ μελαινομένην ἔχεν ὄρφνην.

Alter Varronis verſus citatur a Seneca Philoſ. epiſt. 57. ubi male vulgo legitur:

—— tacita compoſta quiete.

Nam *placida* explicat; quanquam ne quid diſſimulem, *tacita* propius ad Græcum σιγὰ accedit. Sequor tamen vet. lib. & Senecæ ipſius auctoritatem.

Et

Et ſic deſineret , omnia noctis erant] Idem in ipſius Ovidii verſibus , quod hic damnat in Virgilio, notatum à Scauro : ut extrema Controv. 28. videre eſt. Idem quoque de Ovidii verſu judicare ſoleo (cur enim mihi non liceat, quod ipſe ſibi in Marone licuiſſe judicavit ?) deſinere , aut alia inchoare debuiſſe in illo 1 Metam.

Jamque mare & tellus nullum diſcrimen habebant :
Omnia pontus erat ; deerant quoque littora ponto.

Poſtremum enim Hemiſtichium , ut pannus purpuræ adſutus videtur,quanquam aliter Nunneſius noſter, qui poſtremum hoc hemiſtichium ἐπεξήγησιν prioris eſſe putat , quæ familiaris eſt Poëtis & Oratoribus : quin etiam ἀστειότερον eſſe ait , quæ magna laus in ſcribendo , ut docet Ariſtoteles lib. 3 Rhetor. quaſi *littora* & *pontus* κατ' ἀντίθεσιν dicantur. Eſt præterea illa virtus τῆς διατριβῆς καὶ τοῦ πνεύματος ἐν τῇ λέξει, de qua Hermogenes in Ideis, & in methodo τῆς δεινότητος, qua virtute fit Oratio λαμπροτέρα , ὡς δὲ τὰ μικρὰ μεγάλως poſſe dicere magna laus eſt oratoris : Poëtæ vero cujus proprium μέγεθος multo major : ſic & τὰ σκοτεινὰ λαμπρῶς referre non minima eſt & Oratoris & Poëtæ laus , τί δὲ σκοτεινότερον τοῦ χάους ; Et ſi fatetur luxuriam ingenii Ovidiani : hoc tamen loco non condonandum illi , ſed requiri putat. Nec longe abhorrent ab his illa, licet ἐν τῷ πάθει dicantur :

— fuimus Troës, fuit Ilium & ingens
Gloria Dardanidum.

πολὺ μὲν ἐν τῇ φύσει, πλεῖστον δ' ἐν τῇ τέχνῃ. Sic acute diſſerebat Nunneſius Philoſophorum & Oratorum ævi noſtri flos : qui , quod de Carneade dictum, quod vult, extorquet. Sed Critici judicabunt.

CONTROV. XVII.

Pag. 239. DE *Moribus ſit actio*] De qua vide Jac. Ræward. JC. inſignem Variorum lib. 4. c.13.

Tantum dabo pro Cicerone] M. Antonius allato capite & manu Ciceronis , C. Popillium Lænatem (ſic enim *Popilii* nomen gemino *ll* in Faſtis legitur) coronavit : & quod infenſiſſimum hoſtem ſuſtuliſſet, decies centena millia HS. præmio dedit , auctore Appiano. Hoc igitur Baſſus ait, ſe tantundem daturum modo uno ictu pereat Cicero, non laniato capite , manu reſecta , & lingua acu puncta. Eſtque Ciceronis , ut apparet imitatio , in ea quæ eſt in Verrem de ſuppliciis de Sextio : *Quid ut uno ictu ſecuris afferam mortem filio tuo , quid dabis ? ne diu crucietur ? ne ſæpius feriatur ? ne cum ſenſu doloris aliquo aut cruciatu ſpiritus auferatur ? Ipſi etiam adoleſcentes cum Sextio de eadem plaga , & de uno ictu loquebantur.*

Pag. 240. *Qui in iſtum reum ſederatis*] Agnoſco forenſe vocabulum. Cicero in Milonian. & pro Rabirio Poſtumo : *Modo vos iidem in A. Gabinium judices ſediſtis.* Plinius lib. 6 Epiſt. penultim. *Sedebant judices centum & octoginta , tot enim quatuor conſiliis conſcribuntur : ingens utrimque advocatorum & numeroſa ſubſellia , aſtantium corona , latiſſimum judicium multiplici circulo ambibat.*

Accuſator tuus vivit] Contraria ex his collige, q. d. Pudeat accuſatorem tuum vivere , & patronum à te occiſum. Vel ſic. Nondum periculo liberatus eſt : vivit enim , qui te olim parricidii accuſaverat , & nunc juſtius poterit.

Quid tam commune] Deſumpta ad verbum ex Ciceronis oratione pro Sext. Roſcio Amerino parricidii reo, additurque ἀνταπόδοσις. *Ita vivunt dum poſſunt , ut ducere animam de cœlo non queant , ita moriuntur , ut eorum oſſa terra non tangat , ita jactantur fluctibus, ut nunquam abluantur , ita poſtremo ejiciuntur, ut ne ad ſaxa quidem mortui conquieſcant.* Quem locum & Senex laudavit lib. de perfecto Oratore & Quinctil. lib. 7. c. 6.

Pag. 241. *Ciceronem loquentem*] *Moriar*, inquit , *in patria ſæpius ſervata.* Livius apud hunc ipſum Senecam ſup.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Suaſor. 7. quæ cum hac Controv. diligenter eſt comparanda.

Nunquid & aliquis venerat index] Adoleſcentem quendam, Quincti Ciceronis fratris libertum, cui Philologo nomen, Lænati dixiſſe, lectica Ciceronem per ſilveſtres & opacas ambulationes ad mare deferri, auctor eſt Plutarchus.

Qui cum Popilio venit] Venit Herennius quidam Centurio, cum Lænate Tribuno militum, ſtipantibus aliquot militibus.

Italiæ humeris relatus eſt] Cov. cod. *in Italiam* præfert, ut & Frobeniana editio prima anni CIↃ IↃ XXII. Ciceronis verba reſpexit, in extrema orat. Poſt reditum in Senatu: *Cum me*, inquit, *veſtra auctoritas arceſſerit, populus Rom. revocaverit, Reſp. implorarit: Italia cuncta pene ſuis humeris me portaverit.* Quod Plutarchus infr. veritatem dictum fuiſſe, minuſque quam res eſſet, ait: Tanto enim ſtudio, tantaque lætitia revertenti Ciceroni Italiæ civitates occurrerunt, ut feſtos dies agere adventus ejus videretur. Tu vide Piſonianam & Sextianam, & quam poſt reditum in Senatu & ad populum habuit, itemque epiſt. 1. lib. 4 ad Attic.

Gemitus tamen Popilii liber] Reponendum *populi.* Ea enim tyrannis impendere videbatur, ut ne vultu quidem, vel ſuſpirio triſtitiam præ ſe ferre civibus liceret. Sic enim epiſt. 1. l. 10 ad Famil. *Antonii tanta eſt non inſolentia (nam id quidem vulgare vitium eſt) ſed immanitas, non modo ut vocem, ſed ne vultum quidem liberum poſſit ferre cujuſquam.*

Pater certe tuus proſcriptus non fuit] Q. d. cur igitur occidiſti?

Dii manes] Aliter in veteri: *Di manes Popillii ſenis & inultæ patris, Cicero, te perſequuntur animæ.* Alii *umbræ* legunt. Religioſe de mortuis veteres loquebantur. Itaque *ignoſcerent ſibi Manes* præfati, ſe memoriam eorum ſollicitare nolle, dicebant. *Manes* autem à mano, quod eſt bonum, derivant Varro 5 de ling. Lat. Feſtus & Macrobius lib. 1 Saturn. cap. 3.

Omnium quos terra ſuſtinet] Jurgantium eſt in comœdiis. Plautus Pœnulo:

—— homini, ſi modo leno eſt homo,
Quantum hominum terra ſuſtinet, ſacerrimo.

Et Homerus Iliad. 6. ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης. Unde poëta neſcio quis, *Telluris inutile pondus.* & *Terra onus.* prov.

Hortenſii ſe clientem] Plutarchus in Pompeio legendus: de peculatus accuſatione à morte patris Strabonis. Cicero in Bruto: *Hortenſius cum Philippo jam pro Cn. Pompeii bonis dicente, in illa cauſſa adoleſcens cum eſſet, princeps fuit.*

Romulus horum mœnium conditor] Ciceroni Catilin. 3. *Romulum, qui hanc urbem condidit, ad Deos immortales benevolentia famaque ſuſtulimus.* Cujus orationis initium cum his componere jubeo.

Metellus in Veſtæ æde] L. Cæcilius Metellus Palladium, cum ædes Veſtæ arderet, inter ipſos ignes, incolume ſervavit, cæcuſque factus eſt. Epitoma Livii lib. 19. Plinius lib. 7. cap. 43. & Val. Max. lib. 1. cap. 5. Incendium vero extinxiſſe nullibi legi. Vereor ne ἀνιστορησία ſit, nec ipſe Annæum, niſi prævaricari velim, à lata culpa ῥαθυμίας libero. vide infra lib. 4 Epitomæ, Declamat. 2.

Glorietur Hannibale] Recte in veteri, *revocato Hannibale.* Hic *P. Scipio Africanus major* dictus eſt: alter vero, qui Antiochum Syriæ regem devicit, *L. Scipio Aſiaticus.*

Popillium pauci ex hiſtoricis] Nunc contra omnes quotquot exſtant Hiſtorici, ei cædem M. Tullii, unius omnium quos Sol vidit, eloquentiſſimi, flagitioſiſſimumque crimen ἀχαριστίας imputant, Appianus, Plutarchus, Dion, Livius, Valerius, omneſque quorum ἀποσπασμάτια Suaſor. 7. Seneca recenſuit.

Pag. 243., *Non parricidii reum*] C. Popillium Lænatem Trib. militum, Picenæ regionis rogatu M. Cælii, non minore cura, quam eloquentia defendiſſe Ciceronem eumque cauſſa admodum

modum dubia fluctuantem ſalvum remiſiſſe domum, refert Plutarchus & Valerius lib. 5. c. 3. Oratio vero intercidit: Non igitur contra ſentientibus fides habenda eſt.

Pag. 244. *Ut cauſſam parricidii diceret*] *Diſſereret* in vet. non ſequor tamen, eſt enim verum illud, & fori proprium vocabulum.

Si poteſt quod] Corrupta hæc in veteri, unde hæc eruebam: quæ nihil in ſenſu variant: *Si quod civili bello actum eſt, poſt objiciant, an hoc objici debeat.*

Mortem nec immaturam] Ex Catilinaria 4. & Philip. 2. ut copioſe ad Suaſor. 6. annotare memini.

Pag. 245. *Cervicem hoſti porrigere*] Ductum à victimis ſacrificiorum, quæ cervicem præbere dicebantur. (Hortenſius autem primus *Cervicem* dixit, Aſcon. in Verrinas, & Fabius lib. 8. cap. 3.) Seneca fil. lib. 2. Nat. Quæſtion. c. 59. *Nonne contemneres eum, qui inter perituros conſtitutus, beneficii loco peteret, ut ultimus cervicem præberet?*

Offendebatur, inquit, proſcript.] In veteri, *offendebat proſcriptionem.* ut tanquam à Popillio in Ciceronem uſurpatum ſit.

Marillus præceptor noſter] De quo ſup. in procœmio lib. 1 Controv. Unaque Porcium Latronem ei operam dediſſe: ſed *Marullus* in editis legitur pro *Marillius*: quomodo membranæ utrobique præferunt.

Pag. 246. *Qua ad teſtem ducit*] Depravatum hoc, ut ſuſpicor, nec juvant membranæ. fort. Proverbii ſpecie dixit, *ad reſtim ducit.* Petreius vero ſic: *ad petendum teſtimonium ejus rei.* Vere Ant. Auguſt. *quia teſtem adducit.*

Ne aliquis P. Clodii] Probo veterem ſcripturam: *Ne aliquis P. Clodii cliens mitteretur.* Appianus enim clientem Clodii, acerrimi inimici Ciceronis, Popillio Lænati viam, qua lectica deportabatur, oſtendiſſe refert.

Præcluſerat fores] Falſum id: imo in campo lectica vehebatur: ut Plutarchus, Livius, Appianus & Hiſtorici Suaſ. 7. diſerte omnes prodiderunt.

Pag. 247. *Nunquid mutandus eſt locus, inepte, ab idibus*] In obſcuris lib. vet. veſtigiis, erat, *inepte abit dies:* Quod in Catulli Epithalamio frequens. Vel ut in Vatic. cod. *Abi diebus.* Quid ſi *inepte ab ædibus*? vulgarem retinet Briſſonius, ut luſerit in conſuetudinem migrandi veterum Romanorum, qui Kalendis Quinctilibus ædes commutare ſolent, quod olim ex Juriſconſultor. libris & Martiali lib. 12. epigramm. 32. Cicerone lib. 2. epiſt. 2. ad Q. Fratrem, & Suetonii Tib. c. 35. docuit ſummum Hiſpaniæ, omniſque Juris & Antiquitatis ornamentum Ant. Auguſtinus lib. 4 Emendationum cap. 14. Fefellit tamen memoria Briſſonium qui lib. 6 Formular. *Idibus Julii*, non *Kalendis* migrari ſolitum, exſcripſit. Sed fieri poteſt ad Idus uſque produci tempus ſolitum. Cicero epiſt. 2. lib. 13 ad Famil. Jam vero 7 Idus Decembris ann. 710. U. C. M. Tullium occiſum, ipſamque eloquentiæ vocem ſublatam, teſtimonio Tullii Tironis liberti, colligit C. Tacitus, ſive potius M. Fabius eſt, in Dialogo de Oratoribus. Acute igitur Albutius Iduum meminit, q. d. An non mihi domus tutiſſimum refugium? cogetne Popillius inquilinum me ipſis Idibus, non exſpectatis Kalendis Quinctilibus migrare? hoc eſt intempeſtiva morte abire. Joannes Petreius hoc in Popillii ore ponit, reſpondentis Tullio: Oportuit te jam ab Idibus mutaſſe locum. Sed ſcopum mihi ferire Ant. Aug. videtur hac lectione: *Nunquid mutandus eſt locus? Inepte Avidius Paulus*, vel *Avidienus quidam induxit Ciceronem.* Nomen ſane aliquod vel *Aufidii Baſſi*, vel *Æmilii Pauli*, aut ſimile, hic corruptum eſſe, libenter aſſentior. Qui hæc non probabit, ei ego illud Eveni Parii opponam:

Σοὶ μὲν ταῦτα δοκοῦντ' ἐστὶν, ἐμοὶ δὲ τάδε.

Quanto aliter] Reſpexit morem reorum & clientum Roman. qui ſordidati manum prenſabant, ut & candidati: Superiora idem Auguſtinus, *& Popilii manum dedit Popilio*, à mala

manu eſſe putabat, legendumque; *& dixit Popilio.* Rectius vero Nunneſius reponebat: *Et M. Tullii manum dedit Popilio:* ſenſu plano, & prono librariorum errore, nomina nominibus frequenter commutantium.

CONTROV. XVIII.

Pag. 248. Q*Vam ego miſer memet cœpi*] Verior ſcriptura vetus, quæ & in Epitoma: *Ergo quiſquam me magis odit, quam ego? Miſereri mei cœpi.*

Pag. 249. *Habuit malum medicamentum Mithridates*] Medicamentum pro veneno, ut Græcis φάρμακον accipi Nonius Marcellus docuit, & à Medis veneficis (haud ſcio quam recte) derivat, auctoritate Virgil. 2 Georg.

Media fert ſuccos triſteis, tardumque ſaporem
Felicis mali.

M. Varro περὶ ἐξαγωγῆς· *Quærit ibidem ab Hannibale cur biberit medicamentum: Quia Romanis,* inquit, *me Pruſiades tradere volebat.* Male igitur Petreius hoc verbum μέσον eſſe negat: ideoque additum eſt ſignanter *malum.* De Mithridate vero à Pharnace filio in turre obſeſſo, epitoma Livii lib. 102. & ſic ſcriptor noſter de vir. Illuſtrib. c. 76. *Venenum ſumpſit: cum id tardius ſubiret, quia adverſum venena multis antea medicaminibus corpus firmaverat, immiſſum percuſſorem Gallum Sithocum, auctoritate vultus territum revocavit, & in cædem ſuam manum trepidantis adjuvit.* Tu lege Plinium lib. 23. cap. 8. & 25. cap. 2. & 19. cap. 1. Juſtinus lib. 37. & 38. & Valerium lib. 9. cap. 2. De parricidiis illius annotavi ad Controverſ. 16.

Habuit Demoſthenes venenum] Mortuum eſſe tradit Philochorus epoto veneno: Satyrus autem hiſtoriæ ſcriptor, Ariſto, & Pappus, cujus hiſtoriam conſarcinavit Hermippus, veneno imbutum fuiſſe Calamum, quo ſcribere epiſtolam cœperit, eoque guſtato, ipſum periiſſe. Eratoſthenes, jampridem ſibi à Macedonibus metuentem, in annulo, quem pro armilla geſtabat in brachio, venenum tuliſſe. Sunt qui dicant, contento ſpiritu mortem ſibi paraſſe: alii venenum hauſiſſe, quod in ſigillo habebat. Hæc Plutarchus in vita, & Decem Rhetorum libello. Pro *vixit* autem, in veteri ſcriptum erat, *vivit.* Suſpicor *bibit* leg. nam hauſto veneno interiit.

Parricidium facere voluit] Hæc mutila ſunt: omiſſum enim alterum Dilemmatis membrum, quod, ut ſæpe fit, eædem pæne voces repeterentur, verum id eſſe vet. libri auctoritate didici, in quo additur, *Si iſti; à me parricidium fieri voluit. Qualis eſt reus*, &c.

Pag. 250. *Ut occidere voluerit*] Amplius & hic, in opt. illo, qui mihi ad haſce emendationes Cynoſura fuit: adjectum enim continenter: *Ipſe fatetur tam inviſum ſibi fuiſſe, ut occidere ſe voluerit.* Sed *ſe*, alia manu additum.

Murrhedius pro ſtupore] Sup. extrema ea Controv. quæ hanc proxime antecedit, eundem Rhetorem *ſtuporis* arguit.

Pag. 251. *Imitarentur*] De Cacozelia, vitioſaque imitatione nos ad Suaſor. 7. & Controv. 34. *Multi ſunt, qui detracto verbo, aut mutato, aut adjecto, putant ſe alienas ſententias lucrifeciſſe.* Sic Caſſius Severus.

Melius erant dicta, quam apud quemquam Comicum Tragicumque] Eadem Seneca fil. lib. 1 de Tranquillitate vitæ cap. 11. *Publius*, inquit, *Tragicis Comiciſque vehementior ingeniis, quoties mimicas ineptias, & verba ad ſummam caveam ſpectantia reliquit, inter multa alia cothurno, non tantum ſipariis fortiora, & hoc ait:*

Cuivis poteſt accidere, quod cuiquam poteſt.

Non abſimilis locus de hoc verſu in Conſolat. ad Marciam cap. 9. emendatus à Lipſio noſtro Elector. cap. 10. feliciter.

Tam deeſt avaro] Hujuſmodi Mimi aliquot Publii Syri referuntur à Macrobio, lib. 2 Saturn. cap. 7. & à Philoſopho de Tranquillitate vitæ, cap. 11. & epiſt. 8. ad Lucilium. Hanc

Fabius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Fabius inter Sententias retulit lib. 8. cap. 5. init.

Deſunt luxuriæ multa] Aliter epiſtola 109 ad Lucilium Seneca fil.

Deſunt inopiæ multa, avaritiæ omnia:
In nullum avarus bonus eſt, & in ſe peſſimus.

Ex captione unius verbi plura ſignif.] Talia fere jocularia omnia Ciceronis, in quibus acumen ſpectatur. Tale illud ex 6 Annali Ennii de ſexto Annali:

Qui potes ingentes cauſas evolvere belli.

Et Fabius lib. 6.

Pomponium Attellanarum] Quæ fabulæ ſunt, ſalibus & jocis conditæ, ab Oſcis derivatæ, vetuſtate celebres, de quibus leg. Livius initio lib. 7. Nonius in *Bidente* hæc citat Pomponii in Attellana: *Mars tibi voveo facturum, ſi unquam redierit, bidente Verre.*

Deinde ad Ciceronem] Jocis Ciceronem delectatum uſque ad reprehenſionem æmulorum, ut dicax atque adeo ſcurrilis Orator appellaretur, vel ex 2 lib. de Orat. conſtat. Item ex Quinctil. lib. 6. cap. 3. Macrobio lib. 2 Saturnal. cap. 3. & lib. 7. cap. 3. & Plutarcho. Si extarent Quincti Fratris, vel Tironis liberti, 3 libri *de Jocis* M. Ciceronis, ſitim urbano homini explere poſſent: quamquam plus ſtudii in congerendis dicteriis, quam judicii in digerendis adhibuiſſe Fabio videatur. Conſule Petr. Fabrum, lib. 2 Semeſtrium cap. 6.

Equeſtri illum ordini] Eadem referuntur à Macrobio lib. 2 & 7 Saturnal. cap. 3. Aſinius vero Pollio lib. 10. epiſt. 32 ad Famil. de Balbo eadem fere narrat: *Ludis, quos Gadibus fecit, Herennium Gallum hiſtrionem, ſummo ludorum die, annulo aureo donatum, in quatuordecim ſeſſum deduxit: tot enim fecerat ordines equeſtris loci.*

CONTROV. XIX.

Pag. 253. *NVnc cum matre colludere*] Audio forenſe vocabulum, quo frequenter JC. utuntur, de his qui perfunctorie accuſatoris munere defunguntur, l. 1. D. ad L. Juliam de adult. *Niſi pater maritum infamem, aut arguat aut doceat colludere magis cum uxore, quam ex animo accuſare, poſtponitur marito.* Et lib. 19. *Si per colluſionem cum adultero conſtiterit fueritque abſolutus, dedit mulieri nuptæ adverſus omnes ſecuritatem.*

Pag. 254. *Nulli poterit ſervire niſi patri*] Cui ea olim poteſtas legibus data, ut cum in filium eſſet vitæ neciſque poteſtas, venundare etiam ter poſſet ex Lege Romulea, & Decemvirali. Dionyſius lib. 2 Antiquit. Rom. Ulpianus cap. 10. Inſtitut. & Juſtinianus lib. 1. Inſtit. cap. de patr. poteſtate. Vide & Sext. Empiricum lib. 3. Hypotypoſeon, & quæ Controv. 11. ex Simplicio in Arrianum adnotavi.

Pag. 255. *Primæ partes ſunt patris*] Ductum à Comicorum perſonis, quæ in actione potiores, primarum, ſecundarumque partium dicuntur. Cicero pro Flacco: *Quis unquam Græcus Comœdiam ſcripſit, in qua ſervus primarum partium non Lydius eſſet?* Et ſæpius in Verrinis.

Puta (te) ſervum eſſe communem] Expunge auctore illo opt. libro *te* pronomen: Eſt enim à mala manu. De communi ſervo JC. lib. 45 Pandect. Tit. 3. de ſtipulat. ſerv. Licet & nominatim alicui ex dominis ſtipulari, vel traditam rem accipere, ut ei ſoli acquirat. Sed ſi non nominatim domino ſtipuletur, ſed juſſu unius dominorum, hoc jure utimur, ut ſoli ei acquirat, cujus juſſu ſtipulatus eſt, 5. 6. 7. D. eod. & Juſtinianus Inſtit. lib. 3. tit. 18. *Si juſſu unius eorum, aut nominatim alicui eorum ſtipulatus eſt, tunc ſoli eorum acquiritur.* & tit. 29. *Communem ſervum pro dominica parte dominos acquirere certum eſt, excepto eo, quod nominatim uni ſtipulando, aut per traditionem accipiendo, illi ſoli acquirit.*

Quomodo civis in jura] Qui enim in bello captus, hoſtium potitus erat, maxima capitis diminutione civitatis Rom. & libertatis jus amittebat, donec rediens, poſtliminii id jure recuperaret. Juſtinian. lib. 1. tit. 2. Inſt. & 16.

De-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

De ſumma Rep.] Repugnante lib. veteri qui, *Reip.* præfert, retineo editam lectionem auferendi caſu. Sic enim frequentius veteres: *de ſumma Repub. agere:* quod in hunc uſque diem in multis etiam Ciceronis libris corruptum eſt. Philip. 3. Catil. 3. (nam in 4 Orat. *de univerſa Rep.* dixit) pro Sextio, pro Flacco, & 4 Verr. & in Livii 26. & 42. Taciti lib. 2. & Suetonii Julio cap. 28.

Puta fœderis] Exaudiendum *gratia*, vel *cauſſa* Græco more, niſi Reipublicæ legas cum veteri libro, & *τὸ puta* ſit ἦγεν, q. d. cujus Reipubl. nimirum fœderis. Pertinet autem id ad Fecialem patriſque patrati, & Clarigatoris officium, ut vel bella indicerent, vel fœdera ſancirent, ut auctor eſt Livius & Servius.

Cetera ſunt] *Cataſtas ſuas* in veteri Covarr. lego, quæ & compedes ligneæ ſunt, Tibullo lib. 2. & *Cataſtus* Martiali lib. 12. & Vitruvio lib. 8. c. 4.

Pag. 256. *Cum Cicerone iniquiſſimam litem*] Calvum enim exanguem & tritum Ciceroni videri, cum ille contra Ciceronem ſolutum & enervem dixerit, Tacitus ſcribit Dialogo de Orator. quem, ne multa colligam, lege, & Ciceronem epiſt. 21. lib. 15 ad Famil. & in Bruto: Fabium quoque lib. 10. cap. 1.

Violentus accuſator & concitatus] Sic Baſileæ editum, Romæ vero *Actor*, ut & in epitoma legitur. Tacitus exanguem (ut jam diximus) & attritum Ciceroni viſum Calvum ait, & Cicero in Bruto nimia religione attenuatam orationem vocat: extremo quoque lib. 15 ad Familiares vi caruiſſe ait: *Multæ*, inquit, *erant & reconditæ litteræ, vis non erat, ad eam igitur hortabar. In excitando autem, & in acuendo plurimum valet, ſi laudes eum quem cohortere.*

Surgeret Vatinius] Meminit & hujus actionis in Vatinium Seneca fil. epiſt. 95. ex qua hæc ſententia eſt: *Factum eſſe ambitum ſcitis: & hoc vos ſcire omnes ſciunt.* Tacitus de Orat. *At Hercule in hominum ſtudioſorum manibus verſantur accuſationes, quæ in Vatinium conſcribuntur: ac præcipue ſecunda ex his oratio. Eſt enim verbis ornata, & ſententiis auribus judicum accommodata.*

Num ſi iſte diſertus eſt] Non diſſimilis illa Juliani Imp. vox apud Ammianum Marcellinum, lib. 18. Cum enim Numerium Narbonenſis provinciæ Rectorem peculatus accuſaſſet, crimen ille dilueret, *Ecquis*, inquit, *nocens, ſi inficiari ſufficit?* Subjecit Julianus ſapienter: *Ecquis tandem innocens ſi accuſaſſe ſufficiet?*

A clientibus Catonis rei ſui] Tacitus: *Altero & viceſimo anno Aſinius Pollio C. Catonem non multo ætate antecedens, Calvus Vatinium iis orationibus inſecuti ſunt, quas hodieque cum admiratione legimus.* Et: *Quotus quiſque Calvi orationem in Aſitium* (lego *Aſinium*) *aut in Druſum legit? at Hercule in hominum ſtudioſorum manibus verſantur accuſationes, quæ in Vatinium conſcribuntur.*

Circumventum in ſorite] Quæ eſt acervatio ſeu congeries, cavillationum ſpecies, qua plurimum Chryſippus valuiſſe dicitur. Perſius Satyr. ult.

Inventus, Chryſippe, tui finitor acervi.

Circumvenire autem, & *circumſcribere*, forenſia vocabula ſunt.

Erat parvulus ſtatura] Teſtatur id Ovid.

Par fuit exigui ſimiliſque licentia Calvi.

Pag. 257. *Salaputium diſertum*] Exſtat hodie in Catulli epigram. 51.

Riſi neſcio quem modo in corona,
Qui, cum mirifice Vatiniana
Meus crimina Calvus explicaſſet,
Admirans ait hæc, manuſque tollens
Dii magni, Salaputium diſertum.

Saluputium erat integris litteris in opt. illo Covarr. quem toties merito laudo. Legit Scaliger V. C. *L. Salaputium* etiam Catalectis, aitque nutricum eſſe infantibus blandientium vocem. Turnebi hominis cætera doctiſſimi, conjectura, nec mihi, nec ipſi (ſi reviviſcat) auctori placet lib. 21. c. 26. Adverſar. & lib. 24. cap. 23. Manutii tamen apud Muretum, quæ & Honorati Joannis Valentini apud Achillem Statium, lectio, *Salicippium diſertum*, ne quid diſſimulem, Senecæ loco non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ſatis quadrat: quaſi ſaliens in cippum, quod genus hominum nugivendulum Itali hodieque *Saltimbanco* nominat. Vidi in poſtrema Senecæ editione, & vix riſum tenui, *Salapuſium* adſcriptum à ſale & puſio: ſcilicet quod ſalſus & puſillus eſſet, quod jam olim Petreio viro erudito excidiſſe ſane doleo: nam cetera interpretum Catulli monſtra, ſi recenſere velim, & otio abuti, & riſum captare videar: De ſale enim multa, quibus anima pro ſale eſt. Deprehendi & nuper Joann. Ludovicum Draſſicanum Commentario in Politiani Nutritia *Solopychium* in Catullo leg. cenſuiſſe vocabulo ex Oſc. ac Græco compoſito. *Solum* enim teſte Feſto, oſci integrum, unde *Sollers* appellant. πῆχυς Græcis *cubitus* eſt, quaſi dixeris hominem integri cubiti, ſive bipedalis moduli. Juvenalis de Pygmæis:

— tota cohors cubito non longior uno.

Se in eum juraturum calumniam] Hoc eſt accuſaturum ſe eum, licet clientem ſuum, juraturumque non calumniandi ſe cauſſa accuſare, nec falſum crimen intendere. Vel ſic: *juraturum ſe calumniam contra eum, qui moleſtus eſſe pergeret*; hoc eſt ſe calumniandi cauſſa ad Pollionem accuſandum veniſſe: Juris formula hæc etiam frequens in legum libris: *Jusjurandum de calumnia*, ut l. 34. §. datur autem. D. de jurejurando. Item, *de calumnia jurare*, l.7. & 13. §. qui damni. D. de damn. infect. hoc enim caput 13. Prætoris edictum explicat, quaſi dixerit Calvus, juraturum, ni deſiſteret moleſtus eſſe Cato Pollioni, ſe non calumnioſe, non fraudulenter agere, ut hac ratione adverſarios etiam jurare, & forte an pejerare, cogeret. Sed quod in litteris liceat, ex Satyræ Varronianæ inſcriptione, *Cras credam, hodie nihil*. Voluit enim Orator litem finiri, nec à rei ſui clientibus adverſarium Pollionem cavillationibus circumſcribi. Sic *Kalumniam habere* dixit Annæus extrema Controv.27. & 9 Syriacus Vallius homo diſertus, *ad Kalumniam* juravit. Cæterum *Kalumnia* vocem per K ſcribi juſſi, ſi operæ parebunt, à verbo *Kaluor*, pro decipio: quæ vox in XII Tabulis reperitur: inde *Kalumniatores* qui per fraudem & fruſtrationem alios vexant litib. l. 233. D. de verb. ſignif. & Priſcianus lib. 10. Gram. illud Salluſtii laudat ex lib. 3 hiſtoriar. *Contra ille Kalui ratus. kalui*, inquit, *pro decipi: & puto kalumniam ex hoc eſſe derivatam*. Sic ille. Non diſſimilis hiſtoria de T. Manlii animo nec opinato erga patrem L. Manlium A.F. apud Cic. 3 Offic. Livium lib.7. Valerium lib.5. c.4. & Auctorem de viris illuſtr. cap. 28.

Impetu latus uſque in averſ. partes] In veteri erat *elatus*, vitioſum id in oratore. *Procurſio* (inquit Fabius l.11.) *opportuna, brevis, moderata, rara. Conveniens etiam ambulatio quædam propter immodicas laudationum moras. quamquam Cicero rarum inceſſum, neque ita longum probat: Decurſare vero, & quod Domitius Afer de Sura Manilio dixit ſatagere ineptiſſimum: Urbaneque Flavius Virginius interrogavit de quodam ſuo antiſophiſta, quot millia paſſuum declamaſſet.*

Carmina quamvis joca ſunt] *Jocoſa* legiſſe video Politianum Miſcel. c. 7. Poëtam etiam fuiſſe Calvum ex Catullo, Propertio, Suetonio, & Cicerone lib.7. epiſt. 25 ad Famil. conſtat. Laſciva quoque ſcripſiſſe Ovid. 2 Triſt. oſtendit.

Digito caput uno Scalpit] In verſuum numeros legitimos hic locus in opt. illo lib. redigitur, quomodo edendum curavi. Huc reſpexit & inf. Controv. 30. *In Cn. Pompeium terra marique victorem, fuit, qui carmen componeret, uno, ut ait, digito caput ſcalpentem.* Et Ammianus Marcellinus lib. 17. *Nec non etiam in Pompeium obtrectatores iniqui multa ſcrutantes, cum nihil, unde vituperari deberet inveniretur, duo hæc obſervarunt ludibrioſa & irrita: quod genuino quodam more caput digito uno ſcalpebat: quodque aliquamdiu tegendi ulceris cauſſa deformis faſciola candida crus colligabat: quorum alterum factitare ut diſſolutum, alterum ut novarum rerum*

cupidum

cupidum aſſerebant, nihil intereſſe oblatrantis argumento ſubfrigido, quam partem corporis redimeret regiæ majeſtatis inſigni. Hinc Joſeph. Scaliger verſum implere tentavit lib. Auſoniar. Lect. c. 27. & in Catalectis:

Faſciola qui crura tegit, digito caput uno
Scalpit, quid credas hunc ſibi velle virum?

Faterurque ingenue, in quadam ſcheda diſtichon aliter ſuppletum vidiſſe, credo Petr. Pithœi hominis doctiſſimi: ut utrum amplectatur animi dubius ſit:

Magnus, quem metuunt homines, digito caput uno
Scalpit, quid credas hunc ſibi velle virum?

Similia autem convicia in Pompeium à P. Clodio jactata refert Plutarchus. Huc reſpexit & Juvenalis Satyr. 9 extrem.

Quæ digito ſcalpent uno caput, altera major
Spes ſupereſt.

Ad exemplum Demoſthenis] De hoc critici judicant, nervoſa argumentiſque compacta oratione, Cicerone eſſe ſuperiorem. Vide Fabium, Plutarchum, Dionyſium Longinum περὶ ὕψους. & de hoc Calvo Plinius minor, lib. 2. epiſt. 2. Demoſtheni eſſe ſimiliorem quam M. Tullium, vide & Turnebum lib. 28. cap. 22.

Pag. 258. *In quem Eučtemon*] Vetus liber, *quam Euctemon*, ſine præpoſitione præfert. non recte. & P. Syri ſententia in eodem deſideratur.

Neſcio Rhetor an Soratos eſſes] *Soratos* ſcriptum, ſed R. ſup. appoſitum, quaſi *Sorator*, Σωρός, acervus, cui puſiones breviſque ſtaturæ homines vulgi ſermone hodieque comparantur. Compoſita itaque deridiculi gratia vox eſt ex Græca σωροῦ, & Latina Orat. Joan. Petreius σώρακος divinabat, quod & Jul. Polluci vocabulum, quo hiſtrionum ſupellex ferebatur. Periculoſa quidem conjectandi ratio: nec enim membranæ juvant. Venerat in mentem & alia conjectura, κόραξ fort. leg. cujus avis nota garrulitas eſt in ſophiſtis reprehenſa, & deformis habitus, vel κορδακισμός, ut ludat & in *Coracis* Siculi Rhetoris nomine, qui primus artis dicendi auctor eſſe creditur. Cicero in Bruto, & Fabius lib. 3. cap. 1. Hujus diſcipulus *Tiſias*, præſtans & ipſe perſuadendi facultate: de quo dictum κακοῦ κόρακος κακὸν ὠόν diſerte relatum à Sext. Empyrico lib. adverſ. Mathem. Sed apponam & Petr. Johannis Nunneſii conjecturas. An Latinum, inquit, & novum nomen *Sorator*, quaſi ſemi-orator (ut ſeſtertium) ob ſtaturam puſillam? In hanc tamen ſententiam videtur dici non potuiſſe ab Euctemone, antequam illum videret. An *Sorator*? fictum ex ſorice, qui ex voce & auribus magis quam ex conſpectu agnoſcitur. Fugit namque lucem: & referatur ad eandem ſtaturam, quaſi prius illum audiſſet, ut ſoricem, qui ſuo indicio perit, quam ne cernere potuiſſet. An *Socratios*? quod ſententiam Publianam dediſſet (hoc eſt, docuiſſet. ut *Dare fabulam*) quod magis eſt Philoſophi quam Rhetoris, & quidem moralis, in quo genere princeps fuit Socrates. Sed omnia incerta. nam in cervo poſtulat præviſum fuiſſe, quod liquido negat Euctemon: quare φοιβοληπτοτάτοις καὶ μαντικωτάτοις mandabo. Illud *neſcio*, non video, qui ſtare poſſit. leg. videtur, *Neſciebam Rhetor*, &c.

Captos luminibus] Jocus ex ἀμφιβολίᾳ. Nam & cœci luminibus capti dicuntur. Virgilius Georg. 1.

Aut oculis capti fodere cubilia talpæ.

Bellæ ſonantis ſententiæ nomen] Recte viderat Petreius *nomen* expungendum: cujus conjectura opt. lib. & Rom. editionis auctoritate confirmatur, & *belleſonantis*, ex eodem, per Hyphen repono.

In hac Controv. dixit] Græca exſculpere licuit omnia: τέκνον κἄν με φθέγγεις κατάκειμαί σε ἐπαιτοῦσα. Niſi quod in fine nihil amplius, quam in editis eſt, ſic *Romanus tamen.*

CON-

CONTROV. XX.

SI *qua eſt fides*] Quiritantium formula opem implorantium, vel Deorum, ut ſæpe in Plauto & Terent. & Donat. in Andr. act. 4. vel hominum: Exempla paſſim obvia in T. Livii libris omnib. in Cicer. & aliis. Seneca fil. epiſt. 15. *Nemo ſtatim Quiritium fidem implorat*, hoc eſt, auxilium cum miſeratione depoſcit. Serv. in 2 Æneid. Feſtus, & M. Var. lib. 5 de ling. Lat. & ſup. Contr. 4. *Fili, Tuam fidem.*

Pag. 250. *Aliquis uno teſte contentus* [?] In epit. lib. 7. negative legitur: *Aliquis non eſt uno teſte contentus:* At in erantiquo vidi, *Nemo eſt uno teſte contentus:* quod verum eſſe puto. Sic enim idem Seneca ſup. Controverſ. 16. *Quis teſtis? imo qui teſtes? uni enim, etiam de minori ſcelere non creditur.* & Imp. nius teſtimonio non eſſe credendum ronuntiavit. l. maritus 20. D. de quæſt. ataque omnibus in lingua divinum llud oraculum: *In ore duorum vel ium*, &c. Niſi forte hic interrogationis ſigno leg. *Aliquis uno teſte contus eſt?*

Pag. 261. *Pueri an ſenis? an mediæ atis?*] Senibus, quis dubitat, leviſmum eſſe ſomnum? quod & ſangui- defecti, & curis affecti, ægritudi-m animi non ferant: quæ ſomnum rumpunt, Ariſtoteles, Galenus, & rtemidorus.

Hominem occidere, bonos habeo teſtes] brarii errore factum puto, ut duo iora illa verba in eodem verſu bis culcata legantur: quare qui me au-t, obelo fodiet. Liber vetus, qui eodem vitio laborat, ſic legit: *honem occidere bonis habeo præteſtes:* non ite.

Pag. 264. *Utique quinquenni*] Atqui puberi teſti minime credendum, le- Julia de vi cavetur. l. teſtium 1. D. teſtib.

Et deridebat hanc in omne] Fort. *hoc nine* leg. ut ſententiæ verba, quæ oxime ſequuntur, irrideat. Notum nes cathenis alligatos ad fores excubare ſolitos, inſcribique ſolere CAVE CANEM. Ex Petronio Arbitro etiam homines, cuſtodes portarum, ex Suetonio de illuſtrib. Gramm. vide infr. Controv. 30.

Pag. 265. *Decertaverit in Vinitii actionem*] In veteri legitur, *dejectavit me Vicinii actio eſt ſententias ejus referebat:* quæ cum corrupta eſſe facile videam, vulgarem retineo, quaſi Montanus læſus à Vinicio, in ejus actionem ſententias ſuas torqueret.

Mutus in periculo patris] Herodotus lib. 1. Ἀλισκομένου δὲ τοῦ τείχεος ἤιε γὰρ τις Περσέων ἀλλογνώσας Κροῖσον ὡς ἀποκτενέων Κροῖσος μὲν νυν ὁρέων ἐπιόντα ὑπὸ τῆς παρεούσης συμφορῆς, παρεμελήκεε. οὐδέ τι οἱ διέφερε πληγέντι ἀποθανέειν, ὁ δὲ παῖς οὗτος ὁ ἄφωνος, ὡς εἶδε ἐπιόντα τὸν Πέρσην, ὑπὸ δέους τε καὶ κακοῦ ἔρρηξε φωνήν. εἶπε δὲ Ἄνθρωπε, μὴ κλεῖνε Κροῖσον. οὗτος μὲν δὴ τοῦτο πρῶτον ἐφθέγξατο, μετὰ δὲ τοῦτο ἤδη ἐφώνεε τὸν πάντα χρόνον τῆς ζωῆς.

Procuratore natus es] Malo veterem ſcripturam, *Procuratore natus eſt.* Mox in eodem HERMACOTAS, pro *Hermagoras*, ut fere alibi ſemper & apud Quinctilianum ſcribitur. Quomodo & in libris ſuis ſcriptum vidiſſe ait Ferd. Pintianus. Sed ego nihil à publica lectione: nam ὁ Ἑρμῆς καὶ ἡ ἀγορὴ habent aliquid commune. Ad hæc T. pro Γ in Græcis ſæpe irrepſit. Ut apud Ptolomæum in Tarraconenſi provincia, Etelaſta pro Egelaſta: quod Nunneſius obſervavit. Græca Euctemonis ſententia integre exſculpta eſt deſiitque ἀτελὴς eſſe Declamatio. Sic enim clauditur: οὐκ ἔστιν ἡμέτερος.

CONTROV. XXI.

Pag. 267. D*ominabus ſuis nubant*] Rectius in epitoma: *Tyrannus permiſit ſervis dominas ſuas rapere.* Nam *ducere* viri, *nubere* feminæ dicuntur: niſi data opera, ut ſup. Contr. 6. dixit, quod dominas ſervi ducerent: qui enim ditioribus potentioribuſque matronis in manus conveniunt ſerviuntque, *nubere* venuſte eos Martia-

lis

lis ait lib. 8. *uxori nubere nolo mea. Nubere*, inquit Nonius, etiam viri dicuntur, ut hodieque apud Italos. Pomponius penulatis:

Sed meus frater poſtquam videt me inde ejectum domo,
Nupſit poſterius dotatæ vetulæ, varicoſæ Afræ.

Vetus D. Matthæi interpres cap. 22. *In reſurrectione neque nubent, neque nubentur:* Græcis eſt, ἐν γὰρ τῇ ἀναστάσει οὔτε γαμοῦσιν, οὔτ᾽ ἐκγαμίζονται. Non diſſimilis autem de Vulſiniis hiſtoria apud Hetruſcos, qui cum ſervos temere manumiſiſſent, oppreſſi ab iiſdem ſunt, ut tantum non dominas duxerint. Anno vero U. C. 488. à M. Fulvio Flacco victi, in ſervitutemque revocati ſunt, auctore Val. Maximo lib. 9. cap. 1. L. Annæo Seneca lib. 1 Hiſtoriæ Rom. cap. 21. Oroſio lib. 4. c. 5. & Sext. Victore de viris illuſtrib. c. 36. & Zonara.

Fecit ſe ſimilem tyranno filiam rapto cruciaris libertum] Locus ænigmate obſcurior, ſic forte clarior evadet: *Fecit ſe ſimilem tyranno*, quia, quod tyrannus fecit, idem & ipſe: *Fecit filiam ſimilem raptis*, quia, quod paſſæ ſunt raptæ, idem & ipſa patitur: *Fecit libertum ſimilem cruciariis*, quia, quod fecerunt cruciarii & σταυρωθέντες, idem nunc libertus ipſius facit.

Libertum cruciariis] Male in vet. *cruciariis*. Dictus enim *cruciarius ſervus*, qui cruci affixus pendet: ea forma qua *fructuarius ſervus*, in quo uſum fructum quis habet, ſæpe in JC. libris. Eſt & furcifer ſervorum ſæpe nomen in Comœdiis: de quo Plutarchus ἐν αἰτίαις.

Quem ſanus pater dotalem dediſſet] *Dotalem ſervum* accipio, qui in dotis patrem ceſſit: ut *dotale prædium* l. 5. D. ſoluto matrim. & *dotales res*, quæ ſunt ex dote comparatæ l. 22. §. ult. D. eod. & de fundo dotali tit. eſt in Pandect. lib. 23.

Pag. 268. *Cuſtos relictus eſt*] Solent enim cuſtodes uxoribus apponi & virginib. L. Attius apud Priſcianum, & Cariſium de Junone, quæ pellices odit, & Argum πανόπτην. *Cuſtodem aſſiduum Junoni appoſuit virgini.* M. Tullius in ea rep. quam è Platonis conformabat lib. 4. *Nunc vero mulieribus Præfectus præponatur, qui apud Græcos creari ſolet: ſed ſit Cenſor, qui viros doceat moderari uxoribus.* Etiam in militiam proficiſcentibus adoleſcentibus, ut ad 5 Æneid. Servius docuit, & nos alibi.

Quam is ſtatus in libertate quem] Decurtata hæc in vet. & vereor ut recte: adeo verum eſt libris antiquis cum judicio, atque delectu, ut condimentis, utendum: nec uſquequaque fidendum, ut ne latum quidem unguem diſcedere liceat. Sic enim præfert: *Is ſtatus in libertatem, quem ceteri vix in ſervitutem fugimus. Felicitatem noſtram in calamitatem convertit.*

Cui ſacra aliqua & penetralia] Uxor in ſacra mariti concedere nuptiis dicebatur: quod res ſacra conjugium ſit. Catullus in nuptiis Juliæ & Manlii:

Quæ tuis careat ſacris
Non queat dare præſides
Terræ finibus.

Quem extenſum doleamus] Hoc eſt, cruciatum, vel in patibulo, vel in eculeo, ut ſervi ſolent. Sunt enim hæc ſervorum propria, *crux*, *cella*, *contubernium*, *verna*, *furcifer*. Mox, Latronis illud, *per tyrannum victurum, à vinco* explicat Petreius, non neceſſario.

Pag. 270. *Cum infelici face*] Quæ in nuptiis à quinque pueris novæ nuptæ præferri ſolet. Plutarch. Problem. Ibidem Catullus:

Tollite ò pueri faces.
——— *Viden' ut faces*
Splendidas quatiunt comas.

Plautus Caſina, *Primum omnium lucebis novæ nuptæ facem.* Sed de ritu nuptiarum, quoniam protrita ſatis ſunt, nihil addo ad diligentiam Briſſonii & Tiraquelli.

Aperiri jubet majorum imagines] Apparet hinc non in funus ſolum cereas majorum imagines produci ex atriis ſolere, ut ex Juvenali, Valerio, & Tacito conſtat; verum etiam in nuptiis

eaſdem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

eaſdem oſtentari ſolere. Cum igitur tam infelices & diſpares nuptiæ ſint, puta ſervi cum filia herili, velandas potius, quam oſtentandas eas eſſe, inquit Triarius.

Nempe frugi ſervum] Hoc enim elogio bonos vendituri commendabant. Leges in eam rem teſtes dabo l.ea quæ. D. de contr. empt. & l. ſciendum. D. de Ædilic. edict. & Plinius lib. 1. epiſt. 20. *Frugi ſervum, ut bonæ fidei mancipium.* Appuleius commendat lib. 4 Mileſiarum. Contra *nequam ſervus* hic in Latronis ore & Varii Gemini, & apud Ciceronem, & alibi reperitur.

Pag. 271. *In contubernium deducta domini ſerva*] Sic ſervile connubium, non matrimonium vocare prudentes ſolent. Paulus JC. lib. 2 Sententiar. tit. 20. multiſque locis, quæ colligere nec libet, nec licet. Reperiuntur & in iiſdem plenis omnis eruditionis libris, *Contubernales* ſervorum *uxores*. *Conſortium* à Juſtiniano Imp. appellari video lib. 3 Inſtitut. tit. 7. de ſervili cognat. quod Conſtantino *Contubernium* eſt l. cum ancillis. C. de inceſt. nupt.

Inter nuptias feſcenninos jocabantur] Idem Catullus:

Nec diu taceat procax
Feſcennina locutio,
Neu nuces pueris neget.

De his carminibus ſumma verborum licentia in ſponſos jactari ſolitis Horat. lib. 2. epiſt. 1. ad Auguſtum. & Livius lib. 7. initio. Plinius lib. 15. cap. 22. *Nuptialium feſcenninorum nuces comites.* In Rom. edition. *internuptiales* de conjectura editur contra libb. vett.

Pag. 272. *Nec adultero dominam venenum dedit*] Recte in vet. & in epitoma, *Nec adulter domino venenum dedit.* Quæ qui non probabit, næ ille faciet imperite.

Non eſt beneficium ſcelere abſtinere] Sic & Cicero Philipp. 2. de M. Antonio ait, ingrati ſe accuſaſſe, quod vitam cum poſſet, non ſuſtuliſſet: quod idem latroni jus eſſet: vitamque ei acceptam referre oporteret.

Habuit bonam mentem] Et hæc præſtari in mancipiis ſolet: Horat. lib. 2. Satyr. 3.

——— *ſanus utriſque*
Auribus atque oculis, mentem niſi litigioſus
Exciperet dominus, cum venderet.

ubi Acronem, ſi vacat, lege.

Pag. 273. *M. Cato coloni ſui filiam*] Cato grandævus Salonii ſcribæ clientis ſui filiam duxit, & ætate & conditione diſparem. Plutarchus Catone.

Quod habeo. Deinde fide factum] Locus aliis deploratus. *Fidele factum* conjectabam, ſed inſpecto opt. illo Covarruv. cod. aliam longe interpunctionem obſervavi: *Quam eo magis deſidero quod abeo: digna ille fide, Inde factum Liberti damnavit.*

Albutius & Phaneus] Hunc ego, ſive Deus, ſive Dea eſt, in cenſum Declamatorum, ut recipiam, nondum à me impetrare potui: cum quia non alibi laudatur, tum vet. libri auctoritate, in quo ſic lego: *Albutius & philoſophatus dixit:* ubi hæc legi malim, quam, ut amicus, *eſt*. Natum autem mendum, ex compendio, *Phatus*: & ſane Philoſophicus eſt locus de *Libertate* & *Servitute*. Qua de Ariſtoteles lib. 1. πολιτικῶν.

Pag. 274. *Retulit Servium regem*] Vet. liber, & qui Epitomen hinc conſarcinavit, *ſervum* legiſſe video. *Servus*, inquit, *rex fuit*. Supr. Controv. 6. *Servium regem tulit Roma: in cujus virtutibus humilitate nominis nihil eſt clarius.*

Et fueram, inquit, facere] Corrupta hæc, qua ab interpunctione, qua à verbis. Cenſeo itaque leg. *Sueveram inquit facere.* Ex *ſueram*, factum *fueram*: vel potius: *quia nemo in domum noſtram oculos dirigebat ad puellam: quid facerem? cui collocarem? Quærendus mihi erat gener*, &c. vel *dirigebat: & verear*, *inquit, facere.*

Nihil eſt invidia pericoloſius] *Invidia Siculi non invenere tyranni Majus tormentum*, inquit Flaccus. Sed ſup. de Invid. Controv. 8.

Pag. 275. *Publici mali ſegregem*]

Utitur & Philoſophus lib. 4 de Benef. cap. 18. *Quoniam ceteris animalibus in tutelam ſui ſatis virium eſt: quæcunque vaga naſcuntur, & actura vitam ſegregem armata ſunt.* *Segregem* ea forma σωώϑετον ὄνομα eſt, qua contra ab Horatio lib. 1. Od. 36.

Contaminato congrege turpium
Morbo virorum.

ut doctiſſimus Joſephus Scaliger animadvertit lib. 1. Auſonian. lect. c. 17.

Quaſi amputandi] Retineo uſitatam lectionem ex fide vet. libri: quod eſt agricolarum, vindemiarum tempore vites ſecantium, & racemos amputantium. *Serotinum* enim mere ruſticum vocabulum: Hinc *poma, uvæ & pira ſerotina.* Columella lib. 3. *Locis frigidis & autumni temporibus aquoſis præcoces ſerito: locis hibernis, ſerotina.* & lib. 8. cap. 5. Fugit igitur ratio eos, qui hic *occupantis* ad oram allinere auſi ſunt, & aliena occupare, non vacua tentarunt.

Pag. 276. *Cum diceret*] Præpone Sophiſtæ nomen ex fide illius lib. opt. & Froben. edit. primæ GAVIUS SABINUS. qui & frequenter alias loquens inducitur.

Ex tabellis emptionis] Quibus emptum eum ex lapide conſtabat. *Mancipio* autem ait, alludens ad res *mancipi*, & rerum *mancipationem*, quæ fiebat libripende, & quinque ſuperſtitibus præſentibus. *Mancipio* ergo accipi ſervus dicebatur, pro quo venditor, ſi vitium deprehenderetur, præſtiturum ſe de damno pollicebatur, ut JC. diſerte. tit. de Ædilitio edict. & Boëtius in Topica Ciceronis. Tacitus lib. 3 Annal. *Servos quoque Syllani actor publicus mancipio acceperat.* Jo. Petreius recte hunc locum ex Budæo, ut ſuſpicor, explanavit.

Pag. 277. *Fugitivum erronem non eſſe, & furtis noxaque ſolutum*] Uſitata hæc ex edicto Ædilium ſtipulatio in mancipiorum venditionibus, ut conſtat ex Juriſconſultorum reſponſis, quæ in tit. de Ædilitio Edicto retulit Trebonianus ex Ulpiano, Paulo & Pomponio JC. lib. 21. Pandect. nec rarius in eo, qui hunc excipit, tit. de Evictionibus, quæ ut omnia, accurate ſunt, & diligenter à doctiſſimo Briſſonio collecta lib. 6 Formular. Cicero Offic. 3. *Nec vero in prædiis ſolum Jus civile ductum à Natura, malitiam fraudemque vindicat, ſed in mancipiorum venditione venditorum fraus omnis excluditur. Qui enim ſcire debuit, de ſanitate, de fuga, de furtis, præſtat edicto Ædilium.* Et M. Varro lib. 2. rei ruſticæ cap. 10. *In paſtorum emptione ſolet accedere peculium, aut ſi excipiet, ſtipulatio intercedere, ſanum eum eſſe, furtis, noxiſque ſolutum.* Et Julianus in l. hæc ſtipulatio. D. de verb. ſign. & Ulpianus in l. ſi legati. D. de leg. 1. & l. ſi à ſubſtituto. §. hæres. D. eod.

CONTROV. XXII.

Pag. 278. N*Unquid oſſa filii*] Sic apud Fabium lib. 8. c. 5. Matri oſſa quidam è capite filii lecta tenenda dederat, Sententiæ gratia, *Infeliciſſima*, inquit, *femina, nondum extuliſti filium & jam oſſa legiſti.*

Imperator iſtum accuſat, nec ſubſcribimus] *Subſcribere* in crimen accuſatores ſolent libellis, quos dabant. ut Paul. JC. l. 3. & Ulpianus l. 7. D. de Accuſat. & pluribus locis. Aſconius in divinationem de aliis ſcriptoribus apud M. Tullium.

Pag. 279. *Quemvis potius quam vos*] Referri videtur ad legatos. Sed Petreius ad *patrem*, recte: legitque *ad hunc*, ut reſpondeat illi: *Dignum te non putavit filius, cui diceret: Cavete proditionem.* Duo autem libri vett. non habent *potius*, Græcorum more, qui μᾶλλον ſæpe exaudiunt.

Pag. 280. *Proditor ſine cuſtode*] Vide Valer. Maximum lib. 9. de cuſtodia, qua uſi ſunt quibus domeſtici ſuſpecti fuerunt.

Gravis auro revertatur] Eleganter ut Virgil. Bucol.

Nonnunquam gravis ære domum mihi
dextra redibat.

Quod & in Moreto exſtat.

Filius patrem de cruce] Ergo non laqueo, ſed clavis cruci affigebantur, ut

&

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

& ex Appuleio docet Lipſius lib. 1 Electorum cap. 18. quibus adde Lucianum in Prometheo.

Tanti & Imperatorem] Cum interrogatione Petreius effert, ut ob atrocitatem reddatur incredibile.

Patriam vendidit] Virgil. 6 Æneid.

Vendidit hic auro patriam, dominumque potentem
Impoſuit: fixit leges pretio, atque refixit.

Habet certum] Non eſt hoc membrum reſpondens adverſativæ: propterea addendum, *Eſtque, habetque* & melius fortaſſe, *haberetque*. ſed illud eſt membrum reſpondens, *fuit tamen*, &c.

Prætorem facere debere minuendæ litis cauſſa] Hoc eſt, reſecando inutilia. Cum autem alia multa, ut lites, Reip. bono citiſſime finirentur, Prudentes olim ſanciverunt: tum illud humanæ vitæ arctiſſimum vinculum Jurisjurandi religionem, ut Caius JC. ait . 1. D. de jurejur. & l. properandum. 13. C. de judic.

Pag. 282. *Erat ex ſomniatoribus totus*] Yid. quæ ſupra adnotavi extrema Controv. 9. ubi Antiphontis ſomniorum ibris comparat.

Pag. 283. *Priamum regem*] Et à πρία-σθαι Græci derivant. Virgil.

Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros,
Exanimemque auro corpus vendebat Achilles.

roianum tamen hic plures libb. vett. ræferunt.

Quod factum apud Rom.] Ut de captivis redimendis miſſus à Carthagienſibus primo bello Punico Attilius egulus, cenſuitque non redimendos ic. 3 Offic. Appius Cæcus de non reimendis Pyrrhi captivis ſententiam ixit, quos rex gratis remiſit, 1 offic. e clade Cannenſi captis cæſiſque Roanis. Idem 3 Offic. & Agell. lib. 7. ap. 18.

Ceſtius hoc vocabat] Locus hic, ſimul ſpexi negotium mihi faceſſit, credo em aliis, qui cum judicio veteres riptores legunt, quod bis in eodem erſu idem provocabulum temere poſitum ſit, ſtatim, niſi me amo, veram lectionem erui, de Græcis quæ in editis deſiderabantur. Lego itaque CESTIUS *Echo vocabat:* Sic enim Græca, quæ repoſita ſunt ὑπὲρ τὴν ἠχώ. Poſt vero non longe Homericum hoc Hemiſtichium ex eodem libro addimus: Ἔν σοὶ δ' ἄρξομαι. Tale Virgilii illud in Pharmaceutria:

A te principium, tibi deſinet.

Et Horatii epiſt. 1.

Prima dicte mihi, ſumma dicende Camœna.

In illo vero venuſta tranſlatio, quod imago vocis, quæ Græcis ἠχὼ, reſonet, Rhetores vulgo ἐπανάληψιν vocant. Jul. Rufinianus ex Lucilio adfert: *Vel conſilio veſtrum, quod dicitis, olim cœlicolæ adfuiſſemus priore concilio:* In poëtis frequens eſt hæc figura. Virgil.

Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo.

Tale illud Martialis lib. 8 Epigramma 21.

Phoſphore redde diem, quid gaudia noſtra moraris?
Cæſare venturo, Phoſphore redde diem.

Et alterum infra initio Controv. 30. Nunneſius noſter hanc emendationem mirifice probabat, ſeque olim in extremo Servii Centimetro reſtituiſſe ad me Barcinone ſcripſit, *Echoicum carmen*, pro *Heroïco:* cum ſimilis, inquit Servius, eſt ultima ſyllaba præcedentis: ut,

Exercet menteis fraternas gratia maleis.

leg.

Exercet mentes fraternas gratia malis.

Qui Auſonii vulgo eſſe putatur. Sed hunc Servii locum in Nomenclatura antea emendavit Junius. Hoc genus carminis vulgo Leoninum vocant, quod fortaſſe corruptum ex *Echoinum*, aut *Echoicum*. Cui enim *Leoninum* vocetur? Quam ἐπανάληψιν, ut dixi & ἐπαναδίπλωσιν, Hermogenes vero κύκλον *circulum* lib. 4 de Inventione nominat. Tale illud Maronis 9 Æneid.

I nunc, & verbis virtutem illude ſuperbis.

Et Horatii: *eſſe pares res. Ridiculus mus*, Nominis *Leonini* rationem inveſti-

gat Cæſar Scaliger lib. 2. Poëtices cap. 29.

Tu autem quouſque] *Et tu quouſque* Vat. cod. legit. Reſpexit initium Catilinariæ 1. *Quouſque tandem abutere, Catilina, patientia noſtra?* Ut ſup. quoque Suaſ. 7. extrema.

CONTROV. XXIII.

Pag. 284. *Brevitate conſtringeretur*] Deeſſe aliquid putabat Petreius, additque *cautum eſt:* vel quid ſimile: ſed hujuſmodi acceſſione nihil hic opus eſt.

Proponite vobis jam ſupplicii cauſſam] Diverſe rectiuſque in epit. *Proponite vobis illam ſupplicii faciem, carnificem, ſecurim. Hoc ſemel licere nimium eſt.* Joan. quoque Petreius ſagaciter loci vitium indagavit, legitque: *Proponite vobis jam ſupplicii faciem, carnificem: ſi cui tamen hoc ſemel liceret, nimium eſt.*

Pag. 286. *Si quis intra decem menſes*] Poſtumus intra decem menſes natus legitimus habetur, & heres fit: tot enim menſes partui plerumque deſtinantur. Virgilius:

Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.

Sic Plautus Sticho, & Ciſtellaria: Cæcilius in Plotio, Pomponius in Hirnea, & Propertius. Gallus quoque Aquilius, poſtumos etiam nepotes ab avis inſtitui poſſe ſic ait: *Si filius meus vivo me morietur, tum ſi quis mihi ex eo nepos, ſive quæ neptis poſt mortem meam in decem menſibus proximis, quibus filius meus morietur, natus nataque erit, hæredes ſunto.* l. Gallus. D. de lib. & poſtum. Poſt X. menſes natum Ulpianus ad legitimam hereditatem non admittit, in l. inteſtato. D. de ſuis & legit. heredib. Septimo etiam menſe & nono vitalis partus hereditatem cernit: ut ex Hippocratis ſententia Paulus JC. reſpondit lib. nonodecimo Reſponſor. in l. ſeptimo. 12. D. de ſtatu hom. & Divus Pius Imp. apud Ulpianum in l. 3. D. de ſuis & legit. hered. ex eodem Hippocrate de ſeptimeſtri & octimeſtri partu Herodotus lib. 6. de Demarato Ariſtonis filio. Philo de Antiquit. Judæor. & Macrobius lib. 1. cap. 6. Somnii Scip. Tullia quoque Cicer. filia ἑπταμηνιαῖον ἠντόκησε. Cicero lib. 10 ad Atticum. Octavo vero minime vitalis partus: de quo Ariſtoteles lib. 7. cap. 4. Hiſtor. animal. & ex eo Plinius lib. 7. cap. 5. Hippocrates de natura fetus, quamquam de auctore dubitat Galenus: Plutarchus lib. 5 de placitis Philoſoph. cap. 18. A. gellius lib. 3. cap. 16. Cenſorinus de die Natali, & Auſonius Eidyllio 12. Paulus quoque JC. lib. 4 Sententiar. tit. 9. ad SC. Tertull. *Septimo*, inquit, *menſe natus matri prodeſt: ratio enim Pythagorei numeri admittitur, ut ſeptimo menſe pleno & decimo partus maturior videatur.* De quo numero Cicero 3 de natura Deor. Macrobius lib. 1 Somnii, & Alexander Aphrodiſeus ſive Trallianus potius, ut Theodorus Gaza & Hieron. Mercurialis cenſent Problematis, & D. Auguſtinus apud Gratianum c. *Non obſervetis.* 26. qu. 7. Noviſſime Juſtin. Novel. 39. de reſtitut. & ea quæ parit undecimo menſe, impudicitiæ matronam arguit, quæ undecimo poſt viri mortem menſe peperit, & donatione ante nuptias à marito oblata, non tamen liberos privat. Sed ipſum Græce loquentem audiamus: οὔπω γὰρ ἑξήκοντος τοῦ ἔτους κατὰ τὸν ἑνδέκατον μῆνα περαιούμενον ἔτεκεν. ὥστε οὐκ ἔστι δυνατὸν εἰπεῖν, ὡς ἐκ τοῦ τελευτήσαντος γένοιτο τὸ βρέφος. οὐ γὰρ εἰς τοσοῦτον ἡ κύησις ἐξετάθη χρόνον. εἰκότως οἱ παῖδες οἱ τοῦ θαυμαστοῦ τῆς μητρὸς τοκετοῦ περιυβρισμένοι τὴν γοῦν προγαμιαίαν τῆς παιδὸς ἠξίουν λαβεῖν δωρεὰν καὶ μὴ κερδαίνειν ὀφείλειν τὴν γυναῖκα παρὰ τοῦ ἀνδρὸς, ὃν οὔπω θᾶττον ἠτίμησεν.

Judex quam tulit] Quia pronuntiata ſententia judex eſſe definit. Ulpianus in l. Judex. D. de re judic. legitur autem in epitoma etiam ſcripta: *Judex dat tabellam, revocare ſententiam quam tulit, non poteſt.* & *Quæſitor* malo, quam *Quæſtor.* Virgil.

Quæſitor Minos, urnam movet.

Pag. 288. *Permitti optio tam crudeliter uſuræ*] Aliter in veteri; *Non debeat*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

beat illi permitti optare uſura ſua poteſtate: hoc eſt arbitratu ſuo.

Pag. 289. *Alia mitti timuit*] Videor in veteri illo legiſſe: *Alias mittis: timuit ne illi, quam rapuerit faceret injuriam.* ut non de Rhetore, ſed raptore adoleſcente fingantur dicta. Quid ſi legas, *alias mitis*? Joan. Petreius non longe à veteri lectione abiit: *Aliam mitti. Timuit, ne illi, quam rapuerat, injuriam faceret.*

LIBER QUARTUS,

PRÆFATIO.

Pag. 290. *Memoria ſenilis marcet per ſe*] Multa in hanc ſententiam queritur, prima Præfat. Seneca & apud Livium Licinius Calvus lib. 5 ab U.C.

Ut ne exercitatus] Quid ſi *excitatus*? mox *honeſtam rationem* videtur vocare, quam inf. *ſpecioſam.* poſt paulo quas *explicationes* vocat? Dilationes credo, & exceſſus aut locos eſſe.

Pag. 291. *Ut judicium ex foro in Baſilicam*] Eadem Fabius lib. 10. cap. 5. extrem. *Quemadmodum forenſibus certaminibus exercitatos, & quaſi militantes reficit ac reparat hac velut ſagina dicendi; ſic adoleſcentes non debent nimium in falſa rerum imagine detineri, & inanibus ſimulacris: uſque adeo ut difficile ab his digreſſis, ſit aſſuefacere, ne ab illa, in qua prope conſenuerint, umbra, vera diſcrimina velut quendam ſolem reformident. Quod accidiſſe etiam Porcio Latroni, qui primus clari nominis profeſſor fuit, traditur. ut cum ei ſummam in ſcholis obtinenti, cauſſa in foro eſſet oranda, impenſe petierit ut ſubſellia in Baſilicam transferrentur.* De his in umbra educatis Ἐσκιατραφομένοις Declamatoribus vide Præfat. lib. 3 Controv. & Fabium lib. 12. c. 10. ex Bruto Ciceronis.

Pag. 292. *Luctantes binos ſimul ac ternos*] In veteri, *Juncta thenas binos* legitur: quæ licet non probem, fidei tamen liberandæ adſcribere placuit. forſaſſe leg. *Lucta Athenis binos ſimul ac ternos fatigavit.* de quo velim eruditiores judicent. Infra vero: *Declamatorio non ſtudio.* Sic Tacitus, ſive is Quinctiliani eſt de Oratoribus: *Non forenſibus tamen negotiis, & Declamatorio ſtudio ingenia veſtra exercetis.*

CONTROV. XXIV.

Pag. 293. *Miltiades peculatus damnatus*] *Militiades* quinque ſyllabis conſtanter ſcriptum repperi à librario, qui de *Militia* neſcio quid ſomniaret. Græcis eſt Μιλτιάδης. Varii autem varie narrant: ut vel alios ipſe legerit Seneca, vel declamatores ipſi, aut certe arbitratu ſuo theſin finxerint. Narrant enim accuſatum Athenis Miltiadem proditionis, à Xantippo, quod Parum inſulam, cum expugnare potuiſſet, à rege Perſarum corruptus, obſidione ſolviſſet. Capitis igitur abſolutum, lite æſtimata, quantus in claſſem ſumptus factus erat, pecunia quinquaginta talentorum multatum: cumque ſolvendo non eſſet, in vinculis vitam finiiſſe: filium etiam Cimonem in eadem vincula, donec ſolveret, compactum. Ei ſoror erat Elpinice, quam ſi ducere ſibi Cimon permitteret, Callias non tam generoſus, quam pecunioſus, pecuniam ſe ſoluturum promiſit. Sic Plutarchus & fere Herodotus lib. 6. extrem. & Corn. Nepos, qui vulgo Æmilius Probus. Juſtinus vero, Miltiadem ob crimen peculatus, ut noſter quoque Seneca, in carcerem conjectum, ibique defunctum. Cimonem autem tranſlatis in ſe vinculis ad ſepulturam eum redemiſſe. Sic ille lib. 2. extremo, & Valerius lib. 5. cap. 3. & 4. Herodotus τῆς Ἀθηναίων ἀπάτης ἕνεκα accuſatum ait Miltiadem, & quinquaginta talenta à Callia accepta ſolviſſe Cimonem. Quæ cum ita ſint, male Lambinus Probi interpres, *ſexaginta talenta* numerat. Solus, quod ſciam, Seneca Calliam ſocerum Cimonis facit, non Elpinices ſororis Cimonis maritum, forte quod caſtas juventutis aures in ſcholis ſe offenſurum putaret. Athenis quidem licebat cum conſanguinea ſorore,

rore, non tamen germana contrahere, ut Muretus docet lib.7.cap.1. & l.15. cap. 5. Var. Lection. Turnebus quoque lib.18 Adverſar. cap. 13. à quibus diſcedit elegantis vir ingenii Joan. à Wouuer, Notis eruditis ad M. Minucii Felicis Octavium.

Callias ſordide dives natus] Recte Pincianus, *Callias dives ſordide natus*, ut & Covar. lib. præfert, & Nepos Cornelius in Cimone: *Non tam generoſus quam pecunioſus.*

Nec liceor qua liceor quidem] Romæ editur, *ne feliciter quidem.* Petreius longius à veteri, vulgarique ſcriptura: *nec infelicior, quamquam infelicior quidem.* In veteri, *Nec liceor, quam liceor quidem*, pro, non emo filiam tuam, hac ſtipulatione, ut adulterium domi viderem. Propius autem abeſt vox *felicior*, verum ea religio animum meum inceſſit, nihil ut temere immutandum putem. Vel *liceor* παθητικῶς accipio, pro licitatori ſubjicio: negat Cimon ſe venundari, ne quidem ea pecunia, quam pro redemptione Callias dederat: quod impudicam filiam nuptum ſibi dediſſet. Ceteroquin ἐνεργετικῶς Cicero 3 Offic. *Non licitatorem venditor, nec qui contra liceatur, emptor apponet.* Perſius quoque:

Et centum Græcos curto centuſſe licetur.

Pag. 294. *Unus Miltiadis cenſus*] Sic de hoc ipſo Valerius lib.5. *Hanc hereditatem paternam, maximi ducis filius, & futurus ipſe ætatis ſuæ dux maximus, ſolum ſe creviſſe* (ſic enim in vet. lib. legitur) *cathenas ſcilicet & carcerem gloriari potuit.* De Cynægiro & Callimacho ſup. Suaſ. 5. & Plutarch. parall. minorib. initio.

Sed utinam tantum] Negationem addit Petreius, *non tantum.* Sed in veteri longe alia eſt interpunctio.

Pag. 295. *Quam paupertatem*] De qua ſup. Controv. 6. *Vindex* autem libertatis aſſertor: unde Juriſconſultis, *Liberali cauſſa manu aſſerere.* Et Virgin. Rufus ſepulchro ſuo inſcribi juſſit:

Hic ſitus eſt Rufus, pulſo qui vindice quondam
Imperium aſſeruit, non ſibi, ſed patriæ.

Plinius lib 9. Epiſt. 19.

Si adulterum ſolum dimitterem] *Occiderem* erat in vett. libris. tueor tamen vulgarem. Lex enim Julia de adult. qui adulterum domi ſuæ deprehenſum dimiſiſſet, uxoremve adulteram retineret, ut lenocinii reum, eadem, qua & adulterum, pœna coërcebat, hoc eſt, in inſulam relegabat: nam occidere utrumque corpus, dum incontinenti id fieret, impune olim licuiſſe ſup. docui. Veram videri hanc conjecturam patet ex Ulpiano in l. 29. D. de adult. & l. 2. C. eod. Et ex Paulo lib. 2 Sententiar. tit. 27. & l. auxilium. D. de minorib. l. 3. §. ſed etſi. D. de accuſationib. De Claudio quodam Gorgo, idem Ulpianus in l. 2. D. ad l. Jul. de adult.

Pag. 296. *Perſarum vindex*] Supr. *Jacebat Perſicæ potentiæ vindex, libertatis publicæ aſſertor, jacebat crimen ingratæ civitatis.* & in baſi Hermiæ Miltiadis, cujus mihi exemplum oſtendit vir clariſſ. Ant. Auguſt.

Qui Perſas bello vicit, Marathonis in arvis,
Civibus ingratis, & patria interiit.

Πάντας Μιλτιάδη τἀρήϊα ἔργα ἴσασιν,
Πέρσαι καὶ Μαραθὼν σῆς ἀρετῆς τέμενος.

Habes Calliam] *Habe filiam* Romæ editur: *Habes en Calliam*, lego ex illa ſcriptura *in Calliam*, hoc eſt, deſinit eſſe Callias Cimonis ſocer. Petreius in ſenſu eruendo, cetera non indiligens, hic laborat, neque ſe expedire poſſe hunc nodum fatetur.

Pro uno rogat, duos eripit] Inf. legitur, *pro una rogat, duos eripit*, in Latronis ſermone, ut de filia ejuſque mœcho loquatur. Quomodo & hic leg. cenſeo.

Pag. 297. *Ductus eſt pater meus in carcerem*, &c.] Indignum ſemper eſt judicatum, ut quo hoſtes ipſi duces victoria potiti alios conjecerant, eodem ducerentur: & inhumanum eas manus vinculis alligari, quæ hoſtem eeci-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

cecidiſſent, patriamque ſervaſſent. T. Livius de Manlio Capitolino lib. 6. & de L. Scipione Aſiatico, quem Ti. Sempronius Gracchus, licet inimicus, intercedens in vincula duci prohibuit: Idem lib. 28. extremo. Valerius lib. 4. cap. 1. & Agellius lib. 7. cap. 19.

Beneficium eſt] Hac tota de re Seneca fil. ſeptem libris diſerte egit. Tu vide lib. 1. cap. 6.

Pag. 298. *Filias vitiatas occiderunt*] Orchamus Babylonior. rex Thoën filiam apud Ovidium 4 Metam. eruditi plura exempla collegerunt, Muretus & Canterus.

Pag. 299. *Fœneratorem & menſularium*] Hos alii *menſarios*, alii *argentarios* vocant, Græci τραπεζίτας. Livius lib. 7. ab U. C. *Solutionem æris alieni in publicam curam converterunt, quos menſarios à depoſitione publicæ pecuniæ appellarunt.* & lib. 23. Romæ propter penuriam argenti, Triumviros *Menſarios* rogatione Minutii Trib. pleb. factos ait: *Nummularios* autem frequenter Juriſconſultorum filii appellant.

Thucydidis ſententiam] Diſerte in optimo illo lib. qui mihi in emendando Rhetore facem prætulit, cæteriſque tribus calamo exaratis, Demoſthenis hæc ſententia, quæ Olynt. 2. hodieque legitur expreſſa eſt, variant tamen ultima verba: Sic enim de Philippo, qui vitia recte factis tegere noſſet, Demoſthenes: αἱ γὰρ εὐπραξίαι δειναὶ συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰ τοιαῦτα ὀνείδη. Repetit eadem more ſuo idem orator, in oratione ad Philippi epiſtolam: καὶ συσκιάσαι τὰς ἁμαρτίας εἰσὶ τῶν ἀνθρώπων εἰ δέ τι πταίσει τότ' ἀκριβῶς διακαλυφθήσεται πάντα ταῦτα. Thucydidis autem Græcorum hiſtoricorum principis locum, quem exſtare quidam negant, ideoque fruſtra quæſitum iri affirmant, notavimus pridem libris Obſervationum per Saturam, & tanquam digitum in fontes intendendo commonſtravimus legi in Orat. Cleonis lib. 3. belli Peloponneſiaci his verbis: Εἴωθε δὲ τῶν πόλεων αἷς ἂν μάλιστα, καὶ δι' ἐλαχίστου ἀπροσδόκητος εὐπραξία ἔλθῃ, ἐς ὕβριν τρέπειν. Quam etiam ſententiam ut elegantem reſcripſit, ſimilibuſque comparatis illuſtravit Clemens Alexandrinus Stromat. lib. 6. initio. Hanc meo judicio *Criſpus Romana primus in hiſtoria*, feliciter, ut voluit, expreſſit, quos invicem compoſuiſſe T. Livium teſtatur ſic Seneca: non vero confert cum Demoſthene longe uberiore, Salluſtium, ut diſſimilem. Illud tamen certum eſt, libenter feciſſe oratorem, ut Hiſtoricorum, qui tum erant, principem ſtudioſe imitaretur exprimeretque, quippe quem eo nomine octies ſua ipſe manu integrum exſcripſerit, ut auctor eſt Dionyſius Halicarnaſſeus, & Lucianus: πρὸς ἀπαίδευτον, καὶ πολλὰ βιβλία ὠνούμενον. Sic enim ait: τὰ τοῦ Θουκυδίδου, ὅσα παρὰ τοῦ Δημοσθένους, καὶ αὐτὰ ὀκτάκις μετεγγεγραμμένα εὑρέθη καλῶς. Et Agathius Smyrnæus lib. 2. Hiſtor. de Choſroë rege Perſarum, quem Ariſtotelem legendo devoraſſe, non ſecus atque Thucydidæ hiſtorias Demoſthenem, ait: καὶ τοίνυν φασὶν, ὅτι δὴ ὅλον τὸν Σταγειρίτην καταπιὼν εἴη, μᾶλλον ἢ ὁ ῥήτωρ Παιανιεὺς τὸν Ὀλόρου. τῶν δὲ Πλάτωνος τοῦ Ἀρίστωνος ἀναπέπλησται δογμάτων. Quæ prodigioſe olim ab interprete converſa, emendavit Junius Animadverſ. lib. 1. cap. 3. Nam & Dionyſius Olori filium Thucydidem vocat, in libro ſcripto, qui fuit Franciſci Mendozii Cardin. Burgenſis. Quo modo & Carolus Sigonius hunc locum emendavit in fragm. Ciceronis. Dionyſii verba in Methodo ἐπιταφίων hæc ſunt: Παραδείγματα αὐτῶν ἐστὶ πολλὰ, καὶ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις. τοῦ μὲν κοινοῦ καὶ πολιτικοῦ παρά γε τῷ τοῦ λόγου (reſcribe Ὀλόρου) καὶ παρὰ τῷ τοῦ Ἀρίστωνος. De Choſroë autem legendus Suidas in Σταγειρίτης, & in Χοσρόης.

Pag. 300. *Res ſecundæ*] Exſtat lib. 1 Hiſtoriar. Salluſtii in orat. M. Æmilii Lepidi Coſ. citatque vetus Horatii interpres in lib. 1. epiſt. 18. Lud. Carrio JC. legendus lib. 2. Antiq. Lection. cap. 10.

Vult mecum pares rationes facere] Juriſconſultorum eſt & hoc. Scævola in l. ult. §. marito. D. de doli exceptio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ne, & Seneca fil. epiſt. 19. *Poteram tecum & hac Mæcenatis ſententia parem facere rationem.* Idem epiſt. 9. & lib. 2 de Beneficiis. *Paria facere.* & lib. 6. *parem rationem reſignare* dixit. & Africanus JC. *Adſcribere parem rationem* in l. qui filium. D. de manum. teſtam. Interdum vero *pariare* apud eoſdem auctores: unde conformati *Pariator* & *Pararius*, Græcis παρξενήτης. loca exſcribere putidæ eſſe diligentiæ videatur, & erudite, ut omnia, Anton. Auguſtinus collegit, Emendat. lib. 4. cap. 12. Vide & quæ extrema Controverſ. 9. adnotavi.

Gorgonius] *Gargonius* in vet. integre per primam vocalem, quem & *amabiliſſimum* vocat Suaſor. ult. & *Gargius* quidam infr. extrema Controv. 34. ſed & *Gorgias* ſup. Controv. 4.

Cacozeliæ] De hac nos Suaſor. 8. & mox in ea quæ proxime ſequitur Controv. 25. extr.

Ὅτ' εἰσῆλθεν Καλλίας] Dubium eſt ex obſcuris imperiti librarii characteribus ſi modo ita appellari debent, adeo perverſæ ſcriptæ litteræ, an Κλινίας ſit.

CONTROV. XXV.

Pag. 301. F*Laminius prætor*] Bis hic peccatum. Eſt enim *L. Quinctius Flamininus*, Titi frater, non *Flaminius*: ne duo gentis diverſæ nomina miſceantur, gens & hæc plebeia: *Flaminini* vero Quinctia Patricia familia eſt. *Proconſulem* quoque fuiſſe ſuſpicor, non *Prætorem*; cum quod in veteri ſic ſæpe appelletur, natumque mendum ſit ex ſingulis litteris *PR*. quibus & *Prætoris* & *Proconſulis* nomen inchoatur: tum quia *Conſularem* vocat in M. Catone, Auctor de viris illuſtr. *Conſulem in Gallia* Livii epitom. lib. 39. & *Conſulatus honore defunctum* ait Val. Max. lib. 4. cap. 5. Cicero in Catone ſeptimo anno id accidiſſe poſt Conſulatum anni 561. cum L. Domitio Ahenobarbo, & Plutarchus in Catone, qui in veteri Ciceronis libro octavus annus eſt, in faſtis Capitolinis 569. poſt U. C. quo à M. Porcio Catone, & Valerio Flacco Cenſoribus Senatu motus eſt *L. Flamininus*: nec honorum gradus, ut ignominia notatum, repetiſſe legimus. Equidem alterum facile tolero, memor *Prætorem* nonnunquam dictum *Conſulem*, qui cum imperio in provincias mittebatur, à Græcis præſertim ſcriptoribus & vice verſa: in exercitu quoque Imperatorem à præeundo: in foro vero à jure dicundo *Prætorem* nominatum: & *Prætorium tabernaculum, cohortem, portamque Prætoriam*, & *Prætorianos*, ut & *Conſulem* à conſulendo Cic. 2 de Leg. Exempla paſſim obvia.

A meretrice rogatus] Sic & apud Livium lib. 39. Valerius Antias: ad Placentinæ famoſæ mulieris, cujus amore deperibat, preces, ex vinculis ſecuri quemdam percuti juſſiſſe: quod ſe neminem gladio feriri vidiſſe diceret. Livius vero & ex eo Plutarchus in Quinctio & Catone, puerum Philippum Pœnum, id impetraſſe refert, ut ſua manu Gallum quemdam transfugam confoderet. Roma enim obſequii ipſius cauſſa, ſub ipſum gladiatorium ſpectaculum ſe diſceſſiſſe jactabat. Sed Catonem ipſum Ciceronis verbis audiamus: *Invitus feci, ut fortiſſimi viri T. Flaminini fratrem L. Flamininum è ſenatu ejicerem, ſeptem annis poſtquam Conſul fuiſſet: ſed notandam putavi libidinem. Ille enim cum eſſet Cos. in Gallia exoratus in convivio à ſcorto eſt, ut ſecuri feriret aliquem eorum, qui in vinculis eſſent damnati rei capitalis. Hic Tito fratre ſuo Cenſore, qui proximus ante me fuerat, elapſus eſt: mihi vero & Flacco neutiquam probari potuit tam flagitioſa, & jam perdita libido, quæ cum probro privato conjungeret imperii dedecus.* Tu vide & Val. Max. lib. 2. cap. 9. Non diſſimile illud in ſacris litteris, rogante meretricula ſaltatrice indicta cauſſa capite truncatum innocentiſſimum hominem D. Joannem Baptiſtam. Marci 6. Matth. 14. Luc. 3.

Nunquam decollare hominem] Utitur & *decollandi* voce L. Feneſtella lib. 2. Epitoma Hiſtor. de C. Cæſare animadvertente

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

vertente in piratas, ã quibus dum Rhodum, ſtudiorum cauſſa, peteret, captus fuerat, apud Diomedem lib. I Gramm. Aliter enim Suetonius & Plutarchus.

Si cujus feminæ] *Formæ* lego ex optimo illo lib. in quo & *quojus* diſerte, pro *cujus* ſcriptum eſt: ut hinc de probitate & antiquitate judicare liceat. Joan. Petreius locum corruptum ſubodoratus erat, qui vel *Si cui fœminæ* tentabat: vel eo ſenſu, ſi alicujus uxori meretrix invideat. Omnino ſcripta lectio vera eſt.

Objicio lenocinium] Aberant hæ duæ voces à veteri, & ſane non huc pertinent. Mox in eodem: *Objicio hiſtrionum jocos annuos: revixerunt. In convivio nihil aliud niſi occiditis.* Quæ & ipſa non ſunt integra.

Reliquiæ Prætoris] Ἀνάλεκτα reſpexit quæ conviviorum propria, in quibus cadaver hoc numerat. Et vero ſolent ſontes unco impacto trahi in Gemonias ſcalas. Nota res ex Cic. Philippicis, & Auguſtorum ſcriptoribus. Hoc moneo, quia ſudat Petreius, cur *uncus Prætoris* dicatur.

Lictor à conſpectu] Infr. Triarius: *ſubmove, audis lictor, ſubmove à Prætore meretricem.* vid. Controv. 2. & 35. & quæ accurate, ut omnia, doctiſſ. Lipſius lib. I Electorum cap. 23. de lictoribus attulit.

Accuſator cum commentariis] Hinc & *Commentarienſes* dicti Juriſconſultis, quorum manu acta ſubnotabantur, quoties apud fiſcum ageretur. Sic enim Paulus lib. 5 Sententiarum: *Quoties*, inquit, *apud fiſcum agitur, actorum poteſtas poſtulanda eſt, ut merito ius liceat, eaque manu Commentarienſis adnotanda ſunt. Quod ſi aliter proferantur, is qui ita protulerit, cauſſa cadit.* l. in fraudem. D. de jure fiſci. Dictus & carceris cuſtos *Commentarienſis* ab iiſdem Prudentibus ſup. Controv. 9. *Aliqua ſaltem ex Commentariis amici tui deſcribe.*

In hoc tecum uxorem non miſimus, ut ſalva] Sic vetus lib. integris litteris, quomodo Lipſius noſter εὐςόχως leg. iderat, ſed hac interpunctione: *In hoc tecum uxorem non miſimus? ut ſalva provincia ſit, optemus meretrici bonam mentem.* Petreius & ipſe interrogationem vulgari apponit, *In hoc te cum uxore non miſimus?* In hoc ſita eſt Provinciæ ſalus, ut meretrix non inſaniat. Hinc diſce maritis in Provincias proficiſcentibus uxores domi relictas. Apertius ſup. Ant. Muſa: *Hic eſt Flamininus, qui exiturus in Provinciam uxorem à porta dimiſit.* Et apud Tacitum 3 Annalium: *Severus Cæcina cenſuit, ne quem magiſtratum, cui Provincia obveniſſet, uxor comitaretur.* Tu vide & Sueton. in Auguſt. cap. 23.

Pag. 302. *Optemus meretrici bonam mentem*] Hoc eſt, propitios Deos. Seneca Philoſoph. epiſt. 3. *Jubeo te habere mentem bonam, hoc eſt, propitios Deos omnes, quos habet placatos & faventes quiſquis ſibi ſe propitiavit.* Amentibus contra *Deos iratos* eſſe dicebant. Loca diligentiſſime collegit Briſſonius lib. I Formular. Quæ non exſcribo. Mox illud, *una nocte contentus ſum.* Repetitur totidem verbis lib. 5. epiſt. 40. & declam. 6.

Quantum tibi perdiderat] Sic & in vet. laborat tamen ſenſus: Petreius acute, *Quantum tibi P. R. dederat:* prono errore librariis objecto ex ſingularibus litteris *P. R.* Quam tibi, inquit, in vitam necemque aliorum poteſtatem pop. Rom. dederat, eam tu ſcorto dediſti.

Pag. 303. *Humanus ſanguis evertitur*] Quanquam ita membraneus liber, malo tamen *everritur*, ut inf. Florus: *Inter temulentas ebriorum reliquias humanum everritur caput. Scobem* autem accipio pulviſculum, qui à ſcobina, hoc eſt, lima & ſerra decidit. Seduli famuli ut hodieque in Belgio arena, ſplendoris gratia, marmorea pavimenta aſpergere, & mundare ſolent: & apud Horatium Catius Epicureus, gulæ mancipium, inter mundicias numerat lib. 2. Sat. 4.

Vilibus in ſcopis, in mappis, in ſcobe quantus
Conſiſtit ſumptus? Neglectis flagitium ingens.

M. Varro lib. 6. de Ling. Lat. *Attius in Nervolaria: ſcobinam ego illam actutum adraſi. Scobinam à ſcobe: lima enim materia fabrilis eſt.* Sic ille. Verior igitur lectio, ut dixi, *everritur humanus ſanguis*, præ illa, *evertitur.*

Scelus eſt in convivio damnari] Imitatus eſt Rhetor hic Cic. locum extremo lib. 5. Verrinar. de ſuppliciis: *Facinus*, inquit, *eſt vinciri civem Rom. ſcelus verberari: prope parricidium necari. Quid dicam in crucem tollere? Verbo ſatis digno tam nefaria res appellari nullo modo poteſt.*

Pag. 304. *Victima crudelitatis ante menſam ac Deos trucidatur*] Eadem de hac ipſa re T. Livius lib. 39. *Facinus ſævum atque atrox, inter pocula atque epulas, ubi libare Diis dapes, ubi bene precari mos eſſet, ad ſpectaculum ſcorti procacis, in ſinu Conſulis recubantis, mactatam humanam victimam eſſe, & cruore menſam aſperſam.* Vide ſup. Contr. 11. extrema.

Securi percutiatur: legi cadat] Sacrorum verba ſunt. Ovid. 4 Triſtium:

Candidaque adducta collum percuſſa ſecuri
Victima, purpureo ſanguine tingit humum.

Et Virgil. 1 Æneid.

Multa tibi ante aras noſtra cadet hoſtia dextra.

Propertius lib. 4. eleg. 6.

Et cadat ante meos icta juvenca focos.

Supra *Cervicem porrigere*, eadem tranſlatione dixit Controv. 17.

Terrorem imperio quæri] OEdipus apud Senecam Tragicum:

——— *Odia qui nimium timet,*
Regnare neſcit: Regna cuſtodit metus.

Pag. 305. *Fit à Præcone ſilentium*] Præconis hoc officium, *Audientiam facere.* Plautus Aſinariæ prologo:

Face jam nunc præco, omnem auritum populum.

Appuleius lib. 3 Metam. *Jamque ſublimi ſuggeſtu Magiſtratibus reſidentibus, jam Præcone ſilentium clamante.* Et diſerte Xiphilinus ex Dione in Hadriani vita. Fiebat & manu ejus qui dicturus eſſet. Inf. Controv. 27.

Legitima verba] Lex horrendi carminis erat: *I lictor, colliga manus, caput obnubito, arbori infelici ſuſpendito.* Liv. lib. 8. & 9. Cicero pro C. Rabirio perduellionis reo. Seneca Philoſoph. *Sollemnia verba* vocat, lib. 1 de Ira cap. 16. Livius aliique *certa verba.*

Canitur claſſicum] Infr. Montanus Votienus: *Si cum claſſicum debeat, Symphoniam canere juſſerit.* Ergo ut in funere accinebatur, in majori quidem, tuba, in minori, ut puerorum, tibia: Lutatius in 6 Thebaïd. Statii: ita & in ſuppliciis claſſicum canebatur. Plura exempla doctiſſimus Lipſius ad 11 Taciti Annal. attulit ex Plutarcho in Gracchis, & Appiano lib. 1 bell. civil. De Latinis vero, Varrone lib. 5. de ling. Latina, & Seneca Philoſopho, ep. 16. & de Ira lib. 1. c. 16. quem locum inf. de legis Actione apponam.

Quis? Populus Romanus] In veteri, *Qui? C. R.* hoc eſt, cives Rom. & mox: *judicarunt te: Qui? T. R.* hoc eſt, Triumviri capitales: de quibus ſupra. quæ mihi germana lectio videtur, ſic T R. C. ſed utrobique C R. ſcripſiſſe quiſquam Senecam autumet, ex litterarum ut fit, compendiis locum contaminatum. Innumeris enim locis peccant librarii, cum pro P. R. nunc, populus Rom, alias Prætor, nonnunquam etiam inverſo ordine R. P. Reſpub. exſcribunt. Talis & infra interrogatio in Triarii ſermone eſt.

Num quid judices] Aliter lib. vetuſtus: *Numquid vidi, quod pro roſtris vidiſti, Prætorem cum mer. cœnantem?* Fort. leg. *Numquid tu quoque pro roſtris*, &c.

Nihil ſe gratiæ, nihil precibus dare] Hinc judices juratos ſententiam dicere toties ait Cicero lib. 2 de Invent. & pro Cluentio. In pronuntiando quoque ſe *Ex animi ſui ſententia facere* profitebantur. Auctor Fabius Decl. 313. idque ex Clemente lib. 2. Conſtitut. Apoſtolic. cap. 52. & Baſilii epiſt. ad Euſtachium, docet doctiſſimus Briſſonius lib. 5 Formul.

Peccavit proles vindicari poſſit] Mendoſus locus ex compendiis litterarum

prol.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

prol. Lego ex veteris libri fide: *An quod quis in magiſtratu peccavit Proconſul, vindicari poſſit majeſtatis lege reus.* Quo libri præſidio Petreius deſtitutus ſic commutabat: *An quod quis in magiſtratu peccavit, vindicari poſſit, prout læſæ majeſtatis reus.* Sed recte habet ſcriptura vetus. Et ſtatim, *Vnum enim quod,* &c. fort. leg. *Cum enim quis tueri ſe facto non poteſt.* In forenſibus enim negotiis ſæpe diſputatur, ſitne facti an Juris Quæſtio.

Se hac lege non teneri] Ad *exceptiones* Juriſconſultorum pertinet. Rhetores etiam criminis Tranſlationem in ſtatibus numerant. Videndus Fabius lib. 7. cap. 4. Talis fortaſſe & apud Q. Voconium Ciceronis Prætoris actio, pro A. Cluentio habita, veneficii à T. Atio accuſato. Oſtendit enim poſt longam defenſionem, qua eum falſa infamia, pecuniam in judicio olim verſatam liberat, non ea, qua accuſator vellet, Cluentium lege teneri. At vero Nunneſius tranſlationem illam criminis in Cluentiana, quia παραγραφὴ ἀτελὴς eſt, non eſſe ſtatum docet, ſed κεφάλαιον, ut docet Hermogenes: & quoniam in ea parum eſt dignitatis, cum ponitur initio, quod videamur diffidere, recte monet Sopater, poſt defenſionem adhibendam eſſe, diutiuſque nos in ea commorari poſſe. Sic enim ille ex Sopatro lib. 2 Inſtit. Rhetor. quibus libris nihil vidi in hoc genere ſcriptum eruditius, aut accuratius, ex Græcorum, Latinorumque fontibus.

Pag. 306. *Majeſtatis læſæ: ſiquid fecerit*] Fort. *Majeſtatis lege, ſi quid fecit, fecerit.* Nam in veteri lib. ſcriptum erat *fecit.* & ſic veteres in legibus condendis loqui ſolitos, vel una illa pro Cluentio Oratio declarat, in qua lege Corneliæ de veneficiis caput excutitur. QUI VENENUM MALUM FECIT. FECERIT.

Pop. R. majeſtatem læderet] M. Tullius Catone majore, de hoc ipſo Flaminino: *Tam flagitioſa & perdita libido, quæ cum probro privato conjungeret imperii dedecus.*

Sub prætextu publicæ majeſtatis] Vetus liber, *prætexto,* neut. gen. nec amplius habet. Videtur tamen deeſſe altera vox *majeſtatis*, omiſſa fortaſſe à librario ut ſupervacanea, quod per errorem bis poſitam putaret: Petreius igitur ſic ſarciebat: *In eo autem quod ſub prætextu publicæ majeſtatis fit, majeſtatis actione vindicandum eſt.*

Majeſtatis publicæ & juri & apparatus eſt] Locus inexplicabilis à ſcriptura, quia mutilus eſt; à conjectura fortaſſe non item, ſi Petreium audis. Hunc enim ſenſum eruit. Etiamſi teneatur lege majeſtatis, quatenus Proconſularem majeſtatem imminuit, an etiam teneatur publicæ majeſtatis læſæ, quod ejus opera pop. Rom. apud exteras nationes male audivit?

Pag. 307. *Si legatus falſa mandata adfert*] *Aufert* in veteri eſt, & ſic interpolatum: *Si claudit in curiam, quam illa P. R. dederat.* Emendo adjutus etiam ab Epitoma, *Sic audiuntur, tanquam illa P. R. dederit.* Nam vulgaris lectio ſana non eſt cum negatione. Alias legi queat: *vel aliter quam P. R. dederit.* Huc autem pertinet lex de Legationibus lib. 50. Pandect. & caput legis Juliæ majeſtatis lib. 48. quo reus eſt, qui hoſtibus pop. Romani nuncium, litteraſve miſerit, ſignumve dederit, feceritve dolo malo, quo hoſtes pop. Rom. conſilio juventur adverſus Remp.

Et continetur inito fœdere] *Indigno fœdere* exaratum vidi. De Mancino hoſtibus dedito, nec fœdere teneri populum Rom. voluiſſe, memoriæ referunt. Frequenter itaque Senatus eos, qui cum hoſtibus injuſſu ſuo fœdera feciſſent, dedendos curavit: ut T. Veturium, & Sp. Poſtumium Samnitibus. cum his T. Numicium, & Q. Melium Trib. plebis pacis auctores. Multis poſt annis C. Hoſtilius Mancinus Numantinis deditus, nec receptus. Cic. 3 Offic. & l. ult. D. de Legationib.

Pag. 308. *Lex quid oporteat, aliæ quid liceat*] Tale illud Divi Pauli: *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt.* 1 Corinth. 6. & 10. capp.

In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

In Gurgite luxuriam] Q. Fabius Gurges Q. Rulliani F. M. N. primo luxurioſus, poſt à paternis virtutibus non degeneravit. Nam ter Conſularis, bis Triumphalis, & Cenſorius, ac Princeps Senatus quater, ut ex Faſtis Capitolinis colligo. Macrob. lib. 3 Saturn. cap. 13. *Ad viros venio triumphales quos victores gentium luxuria vicit: & ut taceam Gurgitem à devorato patrimonio cognominatum, quia inſignibus virtutis ſecutæ, vitia prioris compenſavit ætatis: in quam foveam luxus & ſuperbiæ Metellus Pius ſucceſſuum continuatione pervenit.* Plutarchus quoque λαιμαργὸν alibi nominat.

In Manlio impotentiam] T. Manlius L. F. A. N. Imperioſus, Torquati cognomine, perindulgens in patrem, acerbe ſeverus in filium, quod contra imperium ſuum in hoſtem pugnaverat, necari eum licet victorem juſſit. Salluſt. Jugurth. Hinc *Manliana imperia* in Prov. ceſſerunt. Livius lib. 4. ab U. C. Valer. lib. 2. cap. 7. & alibi. Agellius lib. 9. cap. 13. De Sullæ crudelitate & Luculli divitiis, lege Plutarch. Varronem, Ciceronem & Horatium Epiſt. 6. In Epitoma vero omiſſa illa ſunt: *In Gurgite luxuriam*, legiturque *In Lucullo luxuriam, in multis avaritiam.* Non diſſimilia de Catone & Cicerone initio Contr. 12. de Manlio vero 32.

Pag. 309. *Iniqui eſt quod*] Petreius emendat, *iniquius eſt, quod objiciunt*, &c. *an Prætori perire damnato*. Liber tamen vetus nihil ab edito variat.

Ergo nunquam iratus] Male hæc interpunguntur. Lege: *Ille ergo nunquam iratus, quod clementia ſua contemtui eſſet, curabo, inquit, ſciant.*

Occiſus eſt, quia damnatus ſub Prætorio fuerit] Concinnius hæc in Epitoma per interrogationes: *Occiſus eſt. Quis? Damnatus. ubi? In Prætorio. Quo tempore?*

Ne exoraſſet, ut occideretur] Poſtrema hæc vox aberat à veteri, & locus decurtatus. Equidem ſic concinnabam: *Timebam, me Hercules, ne exoraſſet ut aut indemnatus occideretur: aut damnatus viveret:* quomodo & Petreio leg. videbatur.

Deſpolia] In ambiguo ludit. Eſt enim & amantium, & Prætorum, lictorem in reum animadvertere jubentium, *Nudare* & *Spoliare*. Virgas item & ſecures expediri jubebant, Liv. l. 2. de Volerone, & lib. 8. Dionyſius Halicarnaſſ. ἐσθῆτα περικαταῤῥῆξαι dixit. Plutarch. in Cicerone, ἐσθῆτα περισχίσαι. Valerius Maximus lib. 2. cap. 2. & Cicero 5 Verrina.

Pag. 310. *Age lege*] Formula & hæc magiſtratuum, ſupplicium de aliquo ſumi jubentium: ut ex Livio apparet lib. 26. & Valerio lib. 3. cap. 8. Eandem enim uterque formulam tribuit Q. Fulvio Flacco. Quæ ſolennia verba reſpexiſſe Senecam putant, lib. 1 de Ira cap. 16. Quem locum altius repetam, quod judiciorum morem, & noſtra vehementer illuſtret: *Itaque*, inquit, *& ſi perverſa induenda Magiſtratui veſtis, & convocanda claſſico concio eſt, procedam in tribunal, non furens, nec infeſtus, ſed vultu leni, & illa ſolennia verba, leni magis gravique, quam rabida voce concipiam, & Agi jubebo non iratus, ſed ſeverus.* Erat & in legitimis actionibus, *Lege agere* idem, quod jure experiri: apud Terentium Phormione, ubi Donatus legendus, & Plautus Aulularia, Cicero pro Cæcina, & 1 de Oratore, & 3 Verr. Valer. lib. 7. cap. 7. Plin. lib. 7. cap. 5. Agellius lib. 20. c. 9. & Pomponius JC. in l. 2. D. de Orig. Juris: *Augeſcente*, inquit, *civitate, quia deerant quædam genera Agendi, non poſt multum temporis ſpatium Sext. Ælius alias actiones compoſuit.* Debentur hæc Briſſonii ſummi viri diligentiæ. vide & inf. Controv. 30. & 32.

Pag. 311. *Mollem compoſitionem*] Quam pueriles figuræ illæ ſint τῶν ἀντιθέτων, ἰσοκώλων, καὶ παρίσων, docet Dionyſ. Halicarnaſſ. in Lyſia, ex Theophraſto, & in Iſocrate, exagitatum illum fuiſſe propter nimium uſum figurarum hujuſmodi, à Philonico Dialectico, & ab Hieronymo Peripatetico. Eaſdem vocat θεατρικὰ σχήματα in libr. de Idiomate Thucydidæ. Lucilius quoque idem irriſit apud Agellium lib. 18. cap. 8. Mitto

quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

quæ M. Tullius de nimia feſtivitate, qua iſti utebantur, in Oratore, aliique diſputant.

Prætor ſoleas popoſcit] Solent enim accumbentes in tricliniis calceos ponere, ne ſtragula fœdarent. Martiali lib. 5. epigr. 97.

Depoſui ſoleas, adfertur protinus ingens
Inter lactucas, oxygarumque liber.

Et Plinius lib. 3. epiſt. 1. de Spurinna: *Mane lectulo continetur: hora ſecunda calceos poſcit: ambulat millia paſſuum tria.*

Qui verba antiqua & ſordida] Quæ Cæſar tanquam ſcopulum effugere jubet. Notatus hoc nomine Salluſtius a Lenæo apud Suetonium, & Epigrammate ἀδεσπότῳ·

Et verba antiqui multum furate Catonis
Criſpe Jugurthinæ conditor hiſtoriæ.

Vid. Fabium lib. 8. cap. 3. & Agellium lib. 9. cap. 7.

Semper ad ſanitatem proclivis eſt] Idem Fabii conſilium lib. 2. c. 4. *Ipſis,* inquit, *doctoribus non eſſe curæ velim, ut teneras adhuc mentes, more nutricum, mollius alant: & ſatiari, velut quodam jucundioris diſciplinæ lacte patiantur. Facile remedium ubertatis; ſterilia nullo labore vincuntur. Materiam eſſe primum volo, vel abundantiorem, atque ultra, quam oporteat, fuſam. Multum inde decoquent anni, multum ratio limabit: aliquid velut uſu ipſo deteretur, ſit modo, unde excidi poſſit, & quod exſculpi.*

Illud genus Cacozeliæ] Ea mala affectatio eſt, de qua Fabius lib. 8. cap. 3. & ſupr. Senec. Controv. 24. extrema, & nos in Suaſ. 7.

Pag. 313. *Nicetes dixit*] Græca prope conſtituta, hiatum explent. Niſi quod negotium illud faceſſit ANHΙΟΑCΕΤΤΤΧ πϱϰ ὄψη.

CONTROV. XXVI.

Er vim, viquegeſta] Nugatio hæc: Tentabam, *per vim utique geſta.* Epitoma vero, *per vim, metumque geſta non ſint rata.* Pertinet autem ad eam M. Tullii diſputationem lib. 3 Offic. *utne fides hoſti ſervanda:* (quem mihi nunc campum ingredi non vacat) ad eumque lib. 4. Pandect. tit. 2. *Quod metus cauſſa*, & lib. 43. tit. 22. *Quod vi aut clam.*

Expoſitum qui agnoverit] Tale fere argumentum Comœdiarum Plautinarum: repertis enim legitimis parentibus earum, quæ expoſitæ fuerant, in matrimonium amantibus dantur. De ſolutione quoque expenſarum videndus Terent. in Heautont. & de hoc lemmate, Fabius lib. 7. cap. 1. initio.

Suſtulit & educavit] Diverſa enim hæc. *tolli* enim dicebantur veteri ſuperſtitione, cum terram communem omnium parentem, recens nati infantes attigiſſent: hinc educari an exponi vellent, parentes deliberabant. Terent. *Quidquid natum eſſet decreverunt tollere.* De ritu autem illo M. Varro, Plinius, Statius, Tertullianus, & D. Aug. Turneb. lib. 2. c. 6. lib. 4. c. 14. & lib. 22. cap. 11.

Pag. 314. *Hoſtilis haſta*] Captivi ſub haſta venibant, Valerius lib. 6. cap. 5. *P. Claudius Camerinos ductu atque auſpiciis ſuis captos ſub haſta vendidit.* Et Joſephus lib. 14 Antiq. Jud. cap. 22. ὅπως εἴ τινες ἐλεύθεροι ἢ δοῦλοι ὑπὸ δόρυ ἐπράχθησαν. Etiam *ſub corona* C. Cæſar Venetorum omni ſenatu necato reliquos vendidit, lib. 3 belli Gallici. Vide Varr. lib. 2 rei Ruſticæ cap. 10. & Agellium lib. 7. cap. 4. Nam & bona reſque omnes, quæ publice venirent, voce Præconis *haſtæ ſubjici* ſolere Paulus ex Feſto, aliique ex Cicerone, Seneca, Valerio, Juvenali & Macrobio docuerunt.

Pag. 316. *Hanc occaſionem vidit venditor & premit*] Forte, *premit*, pro ingenti pretio onerat. De his M. Tullius 3 Offic. diſſerit, propterea quod ſæpe incidant cauſſæ, cum repugnare Utilitas Honeſtati videatur: de mercatore, qui Rhodum Alexandria magnum frumenti numerum advexerit, aliaſque naves onuſtas adventare tacuerit. De domum peſtilentem proſcribente, ædeſque vitioſas, & male materiatas vendente, & vitia tacente.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

De C. item Canio Equite Rom. à Pythio argentario, Syracuſis, in villæ venditione circumſcripto.

Pag. 318. *Argentarium eſſe*] Nomen quoque ipſum a joco non abhorret: *Argentariorum* enim eſt, qui & *Menſularii* ſupr. Controv. 24. ex alienis bonis, pecuniaque quæſtum facere. In veteri fere legitur: *Quid putatis, inquit, Argentarius ecce.* Nihil tamen demuto.

Certiſſimum jus eſt] Emendo, *Ceſtii Simius eſt. Simius* enim is dicebatur, qui ſtudioſe aliquem imitaretur: quemadmodum ſolet ſimia, ut forma, ita & geſtu hominem referre:

Simia quam ſimilis turpiſſima beſtia nobis.

Ennius apud Ciceronem 1 de Nat. Deor. Horat. Sat. 10. lib. 1.

——neque ſimius iſte
Nil præter Calvum & doctus cantare Catullum.

Plinius epiſt. 5. lib. 1. de M. Regulo: *Ruſtici Aruleni periculum foverat, exſultaverat morte: adeo ut librum recitaret, publicaretque, in quo Ruſticum inſectatur, atque etiam Stoïcorum ſimiam appellat.* Et Sidonius Apollinaris ep. 1 ad Conſtantium: *De M. Tullio ſilere in ſtilo Epiſtolari melius puto, quem nec Jullius Titianus, totum ſub nominibus illuſtrium feminarum digna ſimilitudine expreſſit: propter quod illum ceteri quique Frontinianorum, utpote conſectaneum æmulati, cum veternoſum dicendi genus imitaretur, Oratorum ſimiam nuncupaverunt.* Cicero quoque ὑποκοριστικῶς lib. 7. Epiſt. ad Marium: *Hic ſimiolus animi cauſſa me, in quem inveheretur delegerat.* Græci quoque πιθηκίζειν pro fallere dicunt. Hinc & Ariſtophanes δημοπιθήκους velut populares ſimias vocat, qui plebi aſſentantur.

Non contenti unius linguæ eloquentia] Idem admirari ſolent Critici Græca nimis temere, à quibuſdam orationibus inſeri, oſtentandi potius cauſa, quam quod res expoſcere videatur: ut fit, dum aut venuſtiora Græca ſunt, aut σημειότερα, vel cum litteris interceptis nolumus conſilia & arcana ad plures dimanare, his, tanquam notis uti ſolemus. Aliter M. Tullius Græca ſe Latinis interponere negat Tuſcul. 1. & Græca verba inculcantes jure optimo rideri ait 1 Offic. ut Lucilium Horatius Sat. 10.

At magnum fecit, quod verbis Græca Latinis
Miſcuit.

Exſtantque hujuſmodi Lucilii verſus, apud Ciceronem lib. 1. & 2. de Finib. & lib. 5. M. Craſſum ἀγέλαστον Græce vocaſſe Lucilium. In L. vero Craſſum oratorem hos verſus jactabat:

Quam lepidæ lexes, compoſtæ ut teſſerulæ omnes
Endo pavimento, atque emblemate vermiculato.

Afranius in Prodigo, referente Nonio Marcello:

Nam me pudet, ubi mecum loquitur Numerius
Aliquid ſuffero, Græce irridet me illico.

Toga poſita, ſumto pallio] Illa enim Romanorum, hoc Græcorum. Sic de Valerio Liciniano Plinius Junior l. 4. epiſt. 10. qui cum in Sicilia profiteretur, in Pallio declamitabat Latine: *Cum*, inquit, *Græco pallio amictus interesſet, (carent enim togæ jure, quibus aqua & igni interdictum eſt) poſtquam ſe compoſuit, circumſpexitque habitum ſuum. Latine, inquit, declamaturus ſum, dicens triſtia & miſeranda.*

Ceſtii cinerem] Significat fort. per jocum. Ceſtio ſeni exaruiſſe jam ſtilum, dicendique copiam imminutam, quod in cinerem ligna exuſta vertantur. Cineri itaque, quo nihil aridius, comparat: ut ille viciſſim Argentarium, Orationum ſuarum ſimium vocat. In vet. erat *Ceſticinis*, quaſi à Veneris cingulo κεστῷ, quo amores conciliantur, jocum traxerit: verum *Ceſtii* quo dixi ſenſu magis placet. CESTIUS autem abſque diphthongo excudendum perpetuo curavi. Sic enim gentis Platoriæ cognomen CESTIANUS in lapidibus litteratis & nummis quamplurimis apud Ant. Auguſtinum ſcriptum vidi M. & L. PLÆTOR. CEST.

CÆ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

CÆSTUM vero pro pugilum armis cum loris ex tergore bovis manibus inductis per *Æ* tanquam à cædendo, ſcribi video, ut Veneris cingulum *Ceſtum* per *E* auctore Servio.

Pag. 319. Ἑρμηνεύματα] Latinis litteris erat in vet. *Ermenium acta*, vitioſe. Luſiſſe autem in voce puto, quæ interpretationem ſignificat obſcuri vocabuli, ut perſpicua fiat, præſertim vero, ut veritas puteo Democriti immenſa emergat: cujus, ut ſimplex eſt ratio, ita indiget ſæpe explanatione: quæ, ut fit, odium parit. Reſpexit itaque, ut conjicio, illa Euripidis in Phœniſſis:

Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ,
Κοὐ ποικίλων δεῖ τἄνδιχ' ἑρμηνευμάτων.

Sic & vulgus ſordidum jactat, eos qui philoſophiæ earumque litterarum, quæ vere humanos efficiunt, tractatione delectantur, jejunare. Scholaſticam autem & hanc vocem eſſe, vel inde colligo, quod in veterum exſtat dialogis apud Gloſſographum: ἐμάνθανον ἑρμηνεύματα, *interpretationes edici*.

CONTROV. XXVII.

Pag. 319. QUi patrem pulſaverit, manus ei præcidantur] Hujuſce legis caput repperi in Allegoriis Homericis Heraclidis Pontici. Sic enim ait: Οἱ νομοθέται τοὺς πατροτύπτας χειροκοποῦσιν, τὸ δυσσεβῆσαν αὐτῶν μέρος ἐξαιρέτως ἀποτέμνοντες. *Legiſlatores patris percuſſoribus manus amputant. illam præcipue partem mutilantes quæ ſcelus commiſit.* Male igitur Germanicus interpres reddit, *parricidas*, pro eo, qui patrem pulſaverit. Nam de Parricidarum pœna ſupra dicere memini Controverſ. 16. & ad procemium lib. 3. in fine.

Pag. 320. *Patri præcidite, ne vindicet*] *Archipregite* erat in veteri, ad oram vero alia manu adſcriptum, *arci præcidite*: quæ etſi manifeſte corrupta ſunt, debui tamen, fidei meæ liberandæ, appendere.

Iratus tyrannus] Vetus lib. ſic interpungit: *Iratus jacenti ipſas cadaveris manus in me ingeſſi*, ut patris ſit ſermo de filio, qui ſe præcipitavit. Petreius vero: *Jacenti ipſas tanquam cadaveri manus in me ingeſſiſti*, ut filium à quo cæſus erat, inſpectante Tyranno alloquatur.

Pag. 321. *Ita mihi ſuperſtite*] Jurabant ſolemni more per res ſibi cariſſimas: non ſolum autem per ſuum ipſi caput, ſed & liberorum, & Cæſaris, & amicorum. Ulpianus in l. 3. & 4. §. fin. D. de jurejurand. *Ceterum ſi ego detuli, ut per Deum jurares, tu per caput tuum juraſti vel filiorum tuorum.* Et infra in hac ipſa Controv. Mento. *Ita mihi libero, & vivere contingat & mori. Ita oculos meos filii manus operiant.* Et lib. 6. epitomæ Declam. 1. *Ita mihi contingat patrem utrique noſtrum placari.* Vide & Contr. 11. Apud Terent. Heaut. act. 5. Soſtrata Clitiphonti filio jurat, hoc modo: *Ita mihi atque huic ſis ſuperſtes, ut ex me atque hoc natus es.* Cicero 2 de Nat. Deor. *Qui tota die precabantur, & immolabant ut ſibi liberi ſui ſuperſtites eſſent, ſuperſtitioſi ſunt appellati.* Plin. lib. 2. epiſt. ult. de Regulo: *Clamat moriens Verannia Piſonis: O hominem nequam, perfidum, ac pluſquam perjurum: qui ſibi per ſalutem filii ſui pejeraſſet. Facit hoc Regulus, non minus ſcelerate quam frequenter: quod iram Deorum, quos ipſe quotidie fallit, in caput infelicis pueri deteſtatur.* Seneca quoque filius Conſolatione ad Helviam matrem de M. Annæo Lucano: *Deos oro contingat hunc habere nobis ſuperſtitem. In me omnis fatorum crudelitas laſſata conſiſtat.*

Neceſſitas magnum imbecillitatis] *Infelicitatis* ſcriptum vidi in epitoma, nihil tamen demuto. De hac elegantes Laberii Mimi verſus extant apud Macrobium lib. 2 Saturn. c. 7.

Neceſſitas cujus averſi curſus impetum
Voluerunt multi effugere, pauci potuerunt:
Quo me detruſit pæne extremis ſenſibus.

Excuſat Saguntinos] Libet ex Petronii Satyrico inſignem locum appone-

re:

re: *Saguntini oppreſſi ab Hannibale, humanas edere carnes, nec hæreditatem expectabant.* *Petavi* leg. *Petilini* ex Livio lib. 23. & Frontino lib. 4. c. 5.) *idem fecerunt in ultima fame: nec quicquam in hac epulatione captabant, niſi tantum ne eſurirent. Cum eſſet Numantia à Scipione capta, inventæ ſunt matres quæ liberorum ſuorum tenerent ſemeſa in ſinu corpora.*

Ad ſervilem delectum Cannenſis ruina] Liv. lib. 23. Dictatorem M. Junium, poſt cladem Cannenſem, ſervitiorum octo millia publice empta armaſſe refert. Appianus vero in Hannibalicis, Senatum octo millia ſervorum dominis ultro donantibus manumiſiſſe. Tu lege Macrobium lib. 1. cap. 2. & Feſtum de Volonib. & Oroſium lib. 4. cap. 16. & Senecam lib. 6. ep. Declamat. 7.

Ita oculos meos filii manus] Parentum hoc votum, ut filios ſuperſtites relinquant: qui ultimum hoc officium præſtent, ut oculos morientibus claudant. Virg. 9 Æneid.

—— nec te tua funera mater
Produxi, preſſive oculos, aut vulnera lavi.

& Romæ inſcriptio vetus in ædib. Delphinorum:

QUOD DOCUIT NATAM PATRI PRÆSTARE SEPULCRO,
HOC CONTRA NATÆ PRÆSTITIT IPSE PATER.

Ovidius de morte Tibulli:

Hic certe manibus fugientes preſſit ocellos
Mater, & in cineres ultima dona tulit.

M. Varro de lege Mania, apud Nonium (quæ de manibus erat, ut contra Crinitum docet Guicchiardus Gallus funeralium lib. 1.) ſanciebat: *Ne filii parentibus oculos luci claro ſugillarent.* Eundem ritum tradunt Homerus Il. λ. & Odyſſ. λ. Euripides in Hecuba & in Phœniſſ. Sophocles in Aiace, Stobæus in ſermone de exilio, Plutarch. in Conſolat. ad Apollon. & alia ad uxorem, Fabius, Plinius, & alii. Propertius:

At mihi non oculos quiſquam inclinavit euntis;
Condita ſunt veſtra lumina noſtra manu.

Sic *comprimere*, & *condere oculos* dixit ſæpius Naſo, quam ut colligere velim. Statius item & Seneca in Troadibus.

Pag. 322. *Pater adſit*] Tanquam advocatus, quo de nos ſup. Controv. 1. & *Advocationi* adeſſe nolle ait. Solebat enim *Advocationibus* interdici cauſſidicis, vel in perpetuum, vel ad tempus, qui quamvis iniquam cauſam, vel nocentem quemvis, ut hodie plerique defenderent. Sic enim Lex Moris. D. de pœnis. & Ulpianus in l. remunerandi. §. ult. D. de mand. refert Cl. Saturninum Prætorem Advocationibus cuidam interdixiſſe. Quid vero *Advocationem petere*, vide Controverſ. 8. & Juriſconſultos de teſtib. quos à reo graviores ſurgere mox Annæus ait.

Pag. 323. *Ille non dicitur ſacrilegus*] *Sacerdos* additus ex epitoma, etiam ſcripta, ubi & illud præmittit: *Non eſt impudica, quæ accerſita eſt à tyranno.*

Qui funeſtas Tyranni imagines] Ut qui Cæſaris ſtatuas vetuſtate corruptas reficit, non contrahere crimen majeſtatis, Martianus reſpondit in l. 5 5. D. ad l. Jul. Majeſt. At vero ſi conſecratas conflaverit, hac lege tenetur, l. qui ſtatuas 6. & l. famoſi 7. §. fin. D. eod. Niſi ſi pro reprobatæ fuerint l. cujuſque 4. §. hoc crimine. D. eod.

Pag. 324. *An ultio cæſi patris, nullius ſit patris*] Optime vetus liber, *nullius ſit niſi patris:* quomodo & in epitoma, etiam ſcripta lib. 9. Declamat. 4. integre legitur. Poſt non longe ſic emendo: *Pœna major eſt ejus qui cecidit; jus ejus qui cæſus eſt.* Idque ex auctoritate veteris libri Epitomæ in Bibliotheca Ant. Auguſtini V. Cl. Noſter enim hic vocibus aliquot detruncatus eſt.

Pag. 326. *Ne uno Rhetore plus haberemus*] Hoc eſt, ne duo Oratores viderentur. Clodius enim Sabinus Græce & Latine declamitare uno die ſolebat: ut ſup. Controv. 26. extrema.

Πρῶτον κολυμβᾶν] Reſpexit ad illud proverbium, μήτε νεῖν, μήτε γράμματα.

μαλα. Neque natare, neque litteras novit: uſurpatum à Platone, 3 de leg. & Ariſtide in Apolog. quatuor virum. Tranquillus in Aug. cap. 64. *Nepotes Caium, Lucium & Agrippam, litteras & natare, aliaque rudimenta per ſe plerumque docuit.* Et in Caligula cap. 54. de ſaltandi ejus & aurigandi arte: *Hic tam docilis ad cetera, natare neſcit.*

Occium Elammam Proconſulem] Refugiunt aures meæ hoc gentis nomen, putoque verum eſſe *Oppium* vel *Appium*: utrumque enim varie in variis edit. circumfertur in epit. lib. 9.

Barbam capillumque ſubmittere Cretenſium magiſtratus] Pertinet ad auctoritatem barbam comamque alere, omniſque Græcia id ſervabat: ubi & barbati Philoſophi, quos *Caſcos* Ennius vocat, barbam aluerunt. Hinc pro majoribus *Barbatos* dixit Cicero pro Murena & pro Sextio: Item pro Cælio: *Aliquis*, inquit, *mihi ab inferis excitandus eſt ex barbatis illis.* Poſt, Punici belli temporibus tonſores è Sicilia in urbem adduxit P. Licinius Mena, ad annum U. C. 454. Sic enim Plinii locum emendo lib. 7 Nat. hiſtor. cap. 59. ex Varronis lib. 2. extremo Rei Ruſticæ. Dehinc conſuetudo increbuit, ut barbam juvenes alerent, raderent ſenes. Hinc *Barbatulos juvenes*, qui ſua lanugine ſibi placerent, conjurationis reos vocat M. Tullius Catil. 2. & 1 ad Atticum. Xiphilinus quoque ex Dione Cæſares omnes ad Hadrianum uſque barbam ponere ſolitos obſervavit. Hæc commemoro, ut ab his minutis animadverſionibus feſſum lectorem reficiam: quibus adde & Decl. 2. lib. 4. epitomæ.

Et ſilentium fecit] Recte in Covarruviano, & Epitoma, etiam ſcripta, additur, *ſilentium manu fecit.* Hic enim geſtus manu fiebat, cum ſilentium imperaret is, qui verba facturus eſſet. Item Præconis voce, ut ad 25 Controverſ. notavimus. Sed & plena exemplorum omnis antiquitas.

Bis cauſſam dixerat] In luctu & reatu Romani atra veſte induti (unde & *ſordidati* dicebantur) barbam capillumque ſubmittebant. Liv. lib. 6. *Conjecto in carcerem Manlio ſatis conſtat magnam partem plebis veſtem mutaſſe, multos mortales capillum ac barbam promiſiſſe, obverſatamque veſtibulo carceris mœſtam turbam.* Et de P. Scipione Agellius ex Annalibus, cum eſſet reus die dicta ad populum, à Cl. Aſellio Tribun. pleb. neque barbam radi deſiiſſe, nec pulla ſed candida veſte, nulloque reorum cultu fuiſſe uſum ait lib. 3. cap. 4. Noct. Attic. Exteri contra in luctu tondebantur, Suetonius in Caligula de Germanici morte, c. 4. *Regulos quoſdam barbam poſuiſſe, & uxorum capita raſiſſe, ad indicium maximi luctus.*

Bene interpretati à Cæſare petebant] Placet impenſe vetus ſcriptura, quæ & in epitoma legitur ad oram depicta, *Bene precati Cæſari petebant.* Nam hic mos erat petentium ut principis ſalutem ſecundo voto præfarentur, hac vel ſimili forma: *Ita mihi contingat Cæſare ſuperſtite mori.* Apud Ciceronem ad Atticum Balbus lib. 9. *Te, ita incolumi Cæſare moriar, tanti facio, ut paucos æque ac te caros habeam.* Vid. ſup. Suaſor. 7. & Controv. 10. Exemplum illuſtre voti pro Claudii Cæſaris ſalute exſtat apud Senecam Philoſophum, lib. 1 de Conſol. ad Polyb. cap. 31.

Pag. 328. *Erat inter infames Turdus*] J. Lipſius noſter Electorum l. 1. c. 16. hujus hominis, mollis, atque ignaviæ infamis nomen reponit epiſt. 95. Senecæ fil. ad Lucilium: *Iſti quos publica quies aliis laborantibus molliter habet, Turdi illi ſunt tuti contumeliæ cauſſa:* ubi tamen Gruterus mallet reſtitui mss. omnium lectionem, *Turturillæ ſunt:* utique cum habeamus diſerte in Gloſſario Iſidori: *Turturilla, ita dictus locus, in quo corruptelæ fiebant: quod ibi turturi operi daretur, id eſt panem*, emend. *peni.*

Cum Mattea] *Matta* Petreius emendat: eſt enim altera vox nihili: Hæc vero voracem ſignificat à Græco μάττειν, quod Ariſtophani eſt *vorare:* & *Mattici* à Paullo è Feſto Pompeio, dicuntur homines magnis malis, atque

ore late patenti. Sed rectius Jac. Dalechampius vir doctiſſ. *Mattya* legit, in Notis ad Athenæum: qui lib. 13. δειπνοσοφ. de ejus vocis veriloquio ex Apollodoro Athenienſi. Ganeonem enim, cupediarium, guloſum & lautiſſimi cibi (quem *mattyam* vocant) avidiſſimum ſignificat. Sic & Cælium Rhodiginum Antiquarium legere illud Martialis memini lib. 10. cap. 12.

Inter quadrupedes Mattya prima lepus.

Ut diariam acciperet] De alimentis eorum, qui in carcere vincti, nos quædam lib. 1 Obſervat. per Saturam, & Lipſius lib. 1 Electorum cap. 8. & lib. 2. cap. 15.

Nomen ipſum Lautumiæ minime lauta res eſt] Ita lego cum auctoritate lib. Covarr. tum ex Epitoma (quamquam in editis quibuſdam *animo meo* legatur, pro *minime*, ut ſibi conſtet locus in παρονομασίᾳ καὶ παρηχήσει, *Lautitiæ* & *Lautumiæ*. Quamvis autem *Latomus* dicatur, *Lautumias* tamen veteres potius, quam *Latomias*: ut *Laucon* Petronius Arbiter, pro *Laocon*; & *Laudicea* pro *Laodicea*. Plinius epiſt. 14. l. 2. & *Laumentum* Livius Andronicus pro *Laomedonte*: & in Feſto Joſephus Scaliger emendavit. *Lautumiarum* autem meminit Varro lib. 4. de lingua Latina; *Quod Syracuſis*, inquit, *ubi de cauſa cuſtodiuntur Latomiæ, exinde Lautumia tranſlatum*. Cicero quoque in Verrinis, & Plinius lib. 9. cap. 37. de Ariſtomene, ubi Ferdinandus Pincianus, Hiſpaniæ, dum vixit, columen litterarum, ut & hoc ipſo loco, rectam ſcripturam inſtauravit.

CONTROV. XXVIII.

Pag. 330. *Quid times ne admittare cum veneris?*] In Epitoma lib. 9. *Quid times? ne non admittare cum veneris.* Varie autem particulam *ne* poſt verba Metus accipi, pueri olim didicimus.

Pag. 331. *Ad ſupplicium indicari à patre*] Quantum ex ſcriptura colligo, *indicatur à patris* ſcripſit Seneca: nihil tamen temere affirmo.

Pag. 332. *Cum Latrones aliquid obſiderent*] Ἀνακόλουθον eſſe quis non videt eorum qui in his litteris non admodum hoſpites ſunt? Lego itaque cum interrogationis nota: *Cum latrones aliqui obſiderent armata manu, ſi perfodiſſem villam, conjugem, liberoſque rapuiſſem, accuſari poſſet beneficium meum?* Sic fere optimus ille Covarruvianus, & Epitoma, quam ipſam eadem opera perſanabo. Ita enim legendum cenſeo ex fide vet. lib. Ant. Auguſtini, *ſi quis armata manu obſeſſam à latronibus conjugem liberoſque rapuiſſet, beneficium eſt.* Pincianus vero: *Si cujus obſeſſam*, &c. *rapuiſſem, beneficium erit meum.*

Quod avo ſervare licet, patri etiam occidere] Atqui pari jure avus, paterque. Nam & in avi poteſtate eſſe nepotem & neptem, non ſecus atque filius patria poteſtate continetur, docet Ulpianus in l. 4. D. de his qui ſui vel alien. jur. & Juſtinianus lib. 1. Inſt. de patr. poteſtat. Et avo ſuperſtite, pater in filios poteſtatem non habet, ſed avus in cujus poteſtate eſt & ipſe pater. Argumento l. ſic eveniet. 21. D. ad l. Jul. Majeſt. Sed hic avus maternus eſſe fingitur, cui jus illud legibus adjudicatum eſt. De patria autem poteſtate nos ſup. ex Simplicio, & Sexto Empirico Controv. 11.

Qui eſt inteſtati filius] Joan. Petreius, *qui eſt inteſtatæ filius*, legebat, ut ad novercam, quæ ſine teſtamento deceſſerat, referatur. Forte in nomine ambiguitas, ut *inteſtatus* ſit, qui in XII Tabulis *inteſtabilis* eſt, & qui ſine teſtamento decedit.

Pag. 335. *Tirocinium ponere*] Pro deponere, hoc eſt miles eſſe cœpit. Nam à Centumviralibus cauſſis auſpicari in foro ſolitum, ut in ſcholis fere ab Homero & Heſiodo, auctor eſt Plinius Junior.

Pag. 336. *Quod bene ceſſit*] *Geſſit* male vetus liber Epitomæ: Sic enim & Cornelius Nepos in Terentii vita apud Donat. *Auctore certo*, inquit, *comperi C. Lælium quondam in Puteolano Cal. Martiis admonitum ab uxore, temperius ut diſcumberet, petiiſſe ab ea ne interpella-*

terpella-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

terpellaretur : Serius tandem triclinium ingreſſum dixiſſe , non ſæpe in ſcribendo magis ſucceſſiſſe ſibi. In quo illud admonere viſum, Kal. Martias matronarum Romæ diem fuiſſe , ut Acron ad illud Horatii lib. 3. Od. 8.

Martialis cœlebs quid agam Calendis ?
Matronalia , inquit , *dicebantur , quod mariti pro conſervatione conjugii ſupplicabant : eratque dies feſtus proprie matronis.* Patet itaque , cur uxor Lælium temperius diſcumbere,ut genio indulgeret , optarit. Sed de his nos in fragmentis Nepotianis ex Tibullo & Martiali.

Ut ad tumulum Achillis immolaretur] Imo jam immolata erat Polyxena , cum ſic Hecuba quiritaretur , ut ex Ovidii lib. 13 Metamorph. didici , ubi & legitur : *In genus hoc ſævit.* vide quæ adnotavi extrema Controv. 16.

Non minus magnam] Sic de Protogene Apelles pictor inſignis omnia ſibi cum illo paria eſſe , aut illi meliora , ſed uno ſe præſtare quod manum ille de tabula tollere neſciret , memorabili præcepto nocere ſæpe nimiam diligentiam : Plinius lib. 35. Nat. Hiſtor. cap. 10.

CONTROV. XXIX.

Pag. 337. *Victoris quoque conditio*] D. Cyprianus epiſt. ad Donatum, Lactantius , Prudentius, & alii frequentes de crudeli ſpectaculo gladiatorum , quæ diligenter colligit Briſſonius ad l. Dominica. C. Theodoſ. de ſpectaculis.

Quædam feræ] Ut torpedo , cujus venenum per hamum & virgam , manum piſcatoris occupat , ut torpore captus cadat. Oppianus lib. 2. Halieuticon. & canis lapidem mordet , ut Pacuvius in Armor. Judicio apud Nonium Marcellum , Plinius lib. 29. c. 5. & Gregorius Nyſſ. Hom. de S. Stephano.

Abſciſſa miſſione] Nimirum hoc erat ſine miſſione gladiatores dare, de qua re multa Lipſius noſter lib. 2 Saturn. Serm. c. 21. Huc referens & Flacci illud ;

Ne populum extrema toties exoret arena.

Nocere poſſit , oſtendit] *Offendit* malebat Petreius , quem miror edita lectione offenſum. Mox rectius legitur in epitoma : *O veneficium ſimile mendacio !*

Pag. 339. *Nullis inquinatum fabulis*] Pro ſermonibus quibus detrahitur ſup. Controv. 15. *Adverſus omnes illecebras, atque omnia delinimenta muliebris ingenii eſt veluti ſolum firmamentum , in nullam incidiſſe fabulam.*

Servus tortus Catonem] Male tranſpoſitis vocibus hæc in epitoma leguntur : *Servus , furti tortus Catonem conſcium dixit.* vide infra Controv. 30.

Pag. 340. *Quid illa quæ fratrem*] Intelligit Abſyrtum , quem Medea occidit. De qua ſic M. Tullius in Maniliana : *Ex Ponto Medea illa quondam profugiſſe dicitur : quam prædicant in fuga , fratris ſui membra in iis locis , qua ſe parens proſequeretur , diſſipaviſſe , ut eorum collectio diſperſa , mœrorque patris celeritatem perſequendi retardaret.*

Pag. 341. *Magnus ad genua*] De hoc ſupplicantium more,ut genua contingerent, nos ſupr. ad Controv. 3. & 32. *Ad quorum eas genua, neſcis.*

Pag. 342. *Non mittenda in exilium, ſed ferenda*] Adoleſcentem admodum filiam fuiſſe ſignificat , ut de veneficio cogitare non potuerit , luditque in exſilii morem , quoniam *Deportati in inſulas* ; & præciſe etiam *Deportati* dicebantur.

Exportandos locari] Juriſconſultorum phraſis , quibus merces vehendæ locari à dominis dicuntur : conduci vero à navicułariis. l. 2. & ult. D. de l. Rhodia de jactu. M. Varro Præfat. lib. de re Ruſt. 2. de Romanor. luxu. *Frumentum locamus , qui nobis advehat, qui ſaturi ſiamus, ex Africa & Sardinia, & navibus vindemiam condimus ex inſula Coa & Chia.* Velleius Paterculus lib. 2. de Mummio Achaico : *Capta Corintho maximorum artificum perfectas manibus tabulas , & ſtatuas in Italiam portandas locavit.*

Pag. 345. *O incauta futuri mortalitas*] Expreſſit illud divini poëtæ 10 Æn.

Neſcia mens hominum fati ſortiſque futuræ,
Et ſervare modum rebus ſublata ſecundis.

LIBER QUINTUS.

PRÆFATIO.

Pag. 347. D*Icebat negligenter in ipſis ſubſelliis*] In epitoma ſcripta, quæ & hanc præf. continet, ſic legitur, *Dicebat ſæpe cauſſam in ipſis ſubſelliis.* Covarruvianus vero: *Dicebat negligenter ſæpe cauſſam in ipſis ſubſelliis, ſæpe dum admittitur dicebat.* Sed *amicitur* retineo. Poſt non longe in eodem: *Cupiebat aliquem evocare adverſariorum, & in altercationes venire. Vires ſuas noverat.* quæ ex fide bona repræſentare volui: ſana vero eſſe præſtare non auſim.

Pag. 348. *Noviſſime quidem lepide*] In epitoma ſcripta: *& noviſſime quidem Lepido:* quod & in libris ſuis omnibus ſe reperiſſe affirmat Pincianus, & haud ſcio an proprium viri nomen *Lepidum* ſit leg. Nam in ora *Labienum* alia manu adſcriptum vidi.

Pag. 349. *De Labieno interrogatis*] Covarr. *De rabie nunc interrogatus, declamavit non quidem populo,* &c. & inf. in eodem: *Rabies vocaretur*, pro quo editi libri *Rabienus*. De hoc in Procemio lib. 4 Epit. *Homo*, inquit, *mentis quam linguæ amarioris*. Hunc eſſe hiſtoricum illum apparet, de quo Suetonius in Caligula cap. 16. *Titi Labieni, Cordi, Cremutii, Caſſii Severi ſcripta Senatuſconſultis abolita, requiri & eſſe in manibus lectitarique permiſit: quando maxime ſua intereſſet, ut facta quæque poſteris tradantur.*

Ac frivolæ jactationis affectare] In Covarr. *adfectantem, imo Cenſorium ſupercilium:* & Epitoma ſcripta *actionis* præfert, non *jactationis*. Quid *frivolum* κωζίως, nos initio Contr. 9.

Pag. 350. *Pompeianos ſpiritus poſuiſſet*] Vera hæc lectio. T. Labienus primo Cæſaris partes ſecutus, ejuſque in Gallia legatus, poſt Pompeianus fuit. Cæſar Comm. belli Gallici, & 1 de bello Civili: Poſt contra Cæſarem dimicans victus eſt. Hirtius lib. 5 belli Africi. Idemne Hiſtoricus ille ſit ἐπέχω· Seneca ſane unum eundemque facere videtur.

Res nova, & inſueta ſupplicia] In epitoma, *& inſtituta:* ſed vera eſt Covarruviana ſcriptura, *& inuſitata.* Sic Nero in Fabricii Vientonis libros, quibus Codicillorum nomen dederat, ſæviit: *convictumque* (inquit Tacitus 14 Annali) *Vientonem Italia depulit, & libros exuri juſſit, conquiſitos lectitatoſque, donec cum periculo parabantur: mox licentia habendi oblivionem attulit.* Et Cremutii Cordi hiſtorias bellorum civilium, per Ædiles cremandos patres cenſuerunt, anno ab U. C. 778. ut idem Annali 4. *Sed manſerunt occultati editi. Quo magis*, inquit, *ſecordiam eorum irridere libet, qui præſenti potentia credunt exſtingui poſſe etiam ſequentis ævi memoriam. Nam contra punitis ingeniis gliſcit auctoritas: neque aliud externi reges, aut qui eadem ſævitia uſi ſunt, niſi dedecus ſibi atque illis gloriam peperere.* Tu lege & Agricolæ vitam ejuſdem Taciti. Libri quoque Numæ Pompilii, terra exarati, quod inanes quaſdam ſacrorum cauſſas continerent, patrum decreto cremati ſunt, ann. U. C. 583. Livius lib. 40. Plutarch. in Numa, Suetonius in Auguſt. cap. 31. & ibi Torrentius: Lactantius lib. 2. cap. 22. Similia colligit P. Jacobus Gretſerus lib. ſingulari de libris damnatæ lectionis, & Notis ad Minutii Octavium Joan. à Worvel. pag. 117. Plin. lib. 13. cap. 13. Valer. Maximus cap. 22. lib. 1. Auguſtinus lib. 8. cap. 34. Civitatis Dei, ex Varronis 5. Rerum Rom.

Bono Hercules publico] Epitoma vetus, *bono Hercules ſupplicio: iſta pœna ingenioſa crudelitas.* Priora non probo. Vetus enim illud, quod & in lapidibus litteratis inſpicitur, in quibus μοναδικὰ γράμματα viſuntur. B. P. N. vel B. R. P. N. hoc eſt, bono publico, vel bono Reip. natus. Infr. Controverſ. 32. *Crudelem bono publico fuiſſe periturum.* Et Seneca filius lib. 2 de Tranquill.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

quill. vitæ cap. 8. De ſapiente loquens emendante Lipſio noſtro: *Bono publico natus ſibi & aliis ſalutaris, nihil concupiſcet, nihil flebit, qui Rationi innixus per humanos caſus, divino incedit animo.*

Si Triumviri libros] Malim veterem lectionem Covarr. libri: *Si Triumviris libuiſſet, & ingenium Ciceronis proſcribere?* Tu lege Suaſ. 7.

Sunt Dii lenti quidem] Eadem Val. Max. lib. 1. cap. 2. *Lento gradu ad vindictam ſui divina procedit ira, tarditatemque ſupplicii gravitate compenſat.* Juvenal. Sat. 13.

Ut ſit magna, tamen certe lenta ira Deorum eſt.

Tibullus quoque:

Ah miſer, & ſi quis primo perjuria celat,
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.

Et poëtarum prope Deus Ὀδυσσ. θ.

Οὐκ ἀρετᾷ κακὰ ἔργα· κιχάνει τοι βραδὺς ὠκύν.

Idem etiam Aten Deam mollibus & teneris pedibus inducit. Horatius quoque:

Raro antecedentem ſceleſtam
Deſeruit pede pœna claudo.

Et *Dii laneos pedes* habere veteri verbo dicuntur. Vide & Plutarchi libellum de ſera numinis vindicta.

In caput invenientium] Tale illud Heſiodium:

Οἱ αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ, ἄλλῳ κακὰ τεύχων
Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.

De Phalaridis tauro, adeoque exemplorum plena eſt omnis vetuſtas, in auctores pœnas recidere ſolere. hinc illud, *ſuo capiti:* & Mamerci Scauri ad Aſinium Pollionem: *Quidquid mali dixi, mihi & capiti meo.* Seneca fil. lib. 4 de Benef. cap. 31.

Conquirite in vosmetipſos nova, quibus pereat] Abſunt hæc omnia à Covarr. in Epitoma vero ſcripta: *Conquirite in vos ne ipſos nova quibus peremtus eſt: ſi quid ab omni,* &c. Mox in eodem Covarr. *Si quid ingenium memoriamque nominis invenit, ægrè admodum reducatis ad eandem rem corporis.*

Pag. 350. *Quam non contenta*] In veteri Covarr. *Quam non contempta certa materia ſævitiæ eſt?* pro, *non contemnenda.* Sup. quoque initio Controv. 25. In eodem libro ſcriptum erat non recte, *una nocte contemptus ſum:* prono errore ex affinitate vocum librariis objecto.

Dii melius] Deprecantis eſt, & abominantis: Fabius Declamat. 321. *Hoc primum veluti mentiumque animique tentati veneno ſumus, ſed Dii melius.* Et Valerius lib. 6. cap. 1. extr. *Dii melius, quod hunc animum viris earum non dederunt.* In Poëtis ita frequens, ut vel unus Naſo ſitim explere queat. Integrum erat: *Dii melius faciant*, apud Plautum familiare. Horat. lib. 1 Serm. Sat. 4.

Di bene fecerunt, inopis me quodque puſilli
Finxerunt animi, raro & perpauca loquentis.

Pag. 352. *Pro Bacillo Mæcenate*] Lipſius homo doctiſſimus, *pro Batyllo Mæcenatis:* Equidem in Covarr. *Labieno* dandi caſu repperi, unde non nemo conjiciat legendum: *Recitavit reſcriptum Labieno pro Bathyllo à Mæcenate.* In Epit. ſcripta: *Reſcribunt Labieno pro Bacillo Mæcenate.* Corrupta & hæc vox Præfat. lib. 3. Declamat. *Si Pantomimus eſſem, Pantillus eſſem*, ubi alii *Partilius* ad oram alleverunt, inepte. In veteri Ant. Auguſtini *Batillus* eſt, ad quem locum nos plura ex Phædro Auguſti liberto attulimus: Reſcribe *Bathyllus*, cujus etiam nomen in Suida corruptum eſſe monuit idem Lipſius, dict. ὄρχησις. Nam pro Πυλάδου καὶ Βακχυλίδου, legendum Βαθύλλου. Fuit hic in deliciis Mæcenati. Horatius Epod. 14.

Non aliter Samio dicunt arſiſſe Bathyllo
Anacreonta Teium.

& Tacitus Annali 1. *Indulſerat Ludicro Auguſtus, dum Mæcenati obtemperat effuſo in amorem Bathylli.*

Quis enim ferret hominem typhonibus] Sic Gryphii operæ ediderunt, neſcio quid de vento ſomniantes. Covarr. liber: *Quis enim ferat ho. de Simponibus,* quod forte retinendum, ut προτότυπον

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Romanæ vocis, *Simpuli*, *& Simpunii.* Epitoma vero, *quis enim feret hom. de Seponibus dicentem.* Emenda ut in Pariſ. *de Siphonibus*, quæ tubos & canales, unde aqua effluit, deſignant. Plinius lib. 2. cap. 65. de aqua, *In ſummis jugis erumpente, quo ſpiritu acta, & terræ pondere expreſſa, Siphonum modo, emicat.* Columella lib. 3. cap. 10. *Naturali ſpiritu omne alimentum viventis, quaſi quædam anima, per medullam, trunci velut per ſiphonem, quem* διαβήτην *vocant mechanici, trahitur in ſumma.* Strabo lib. 5. γεωγραφ. σίφωνας καὶ κρουνοὺς vocat. Juvenal. Sat. 6:

Effigiemque Deæ longis ſiphonibus implet.

Ulpianus JC. inter incendiorum ſubſidia numerat, in l. quæſitum. §. acetum. D. de act. & l. fiſtulam. D. de ſervis. l. fines. l. fundi. D. de not. empt. lib. 2. l. omnis. C. de aquæduct. & Iſidorus lib. 20. Etymolog. Plinius quoque lib. 10. epiſt. ad Trajan. de Nicomedienſi incendio. Idem lib. 5 ad Apoll. *Siphunculum* ὑποκοριστικῶς dixit.

Cælo repluerunt] *Repluunt* malo, quod eſt in omnibus antiquis, etiam Pinciani: qui tamen *cœlo-repluum* conjicit leg.

Odoratos imbres] *Adoratos imbres*, quomodo Hadr. Turnebus hic etiam leg. putabat, lib. 3 Adverſ. cap. 8. in Epitoma ſcriptum. Liber Covarr. verius *odoratorii imbres.* Solent enim in Amphitheatris tubi ſeu fiſtulæ, liquorem odoratum è croco, evomere, quo ſpectantes jucunde aſpergebantur: quæ ut hic & à Seneca filio *Sparſio* vocatur epiſt. 91. & lib. 2. Quæſt. Nat. cap. 9. Id me docuit harum litterarum princeps Lipſius lib. de Amphitheatro cap. 16. prolato & illo Apuleii loco lib. 10. extremo fabulæ Mileſiæ: *Tunc de ſummo montis cacumine, per quandam latentem fiſtulam, in excelſum prorumpit unda, croco diluta, ſparſimque defluens paſcentes circa capellas odorato perpluit imbre.* Reliqua inde petas licet.

De corio ejus nobis ſatisfieri] In epitoma ſcripta apparet ſcriptum fuiſſe, *de corio canis.* Vid. Adagia. ut & inf. quid *Laterem lavare.*

Have Oſce] Schema ex ambiguo, nam & *Oſce* vocandi caſus eſt, & Oſcam linguam notat. leg. Feſtus. Et *have* cum aſpiratione ſcripſiſſe veteres etiam litterati lapides loquuntur, & libri, quo ſalus precabatur. Exempla innumera etiam exſtant apud Senecam fil. lib. 6 de Benef. c. 34. Quinctil. lib. 1. c. 6. Inſt. *Multum eſt litteratus qui ſine adſpiratione ſecunda ſyllaba ſalutavit, Aveto.* Apparet igitur *Have* antea veteres dixiſſe cum *H.*

Ille Paſſieno prima ejus ſyllaba] Quatuor viri inſignis eruditionis hic ſudarunt, & vereor ne fruſtra. Lud. Cælius Rodigin. lib. 2. cap. 13. antiq. lect. *Phyſſienum* appellatum putat, ſed longius abit à vero nomine. Jo. Brodæus lib. 2. Miſcellaneorum cap. 18. *Paſchienum* nuncupatum putat, ut πάσχειν Demoſtheni περὶ στεφάνου, Xiphilino, & Luciano in Alectrione. Tertio vero pedatu Hadr. Junius Animadverſor. lib. 1. cap. 14. *Paſſienum* Oratorem calumnioſe ab Oſco vocatum *Paſchaenum.* Ant. Covarruvias *Phaſianus* legebat. Ariſtophanis enim interpres in Acharnanibus φασιανὸν, pro *Sycophanta* παρὰ τὴν φάσιν dictum adnotavit, & Herodianus in fragment. φασιανοὶ ἵπποι, φασιανικοὶ καὶ ὄρνεις. Vide Suidam, Thomam Magiſtrum, & eundem Ariſtophanis interpretem in Nebul. & Athenæum. Nota vero ejus avis Colchicæ, & mollities, & in Apicii popinis, lautitia. At *Sycophantæ* nomen infame potius quam obſcœnum. Turnebus aliter legit lib. 3 Adverſar. cap. 8. *Prima ejus ſyllaba in Cra commutata:* ut non Græcum hic nomen reponat, ſed *Craſſienum* appellatum putet, pro Paſſieno; Lector arbitrabitur, cui libentius aſſentior. Ceterum de Criſpo Paſſieno Oratore Plinius lib. 16. cap. ult. Suetonius Nerone cap. 6. Quinctilianus lib. 6. cap. 2. & Seneca lib. 4 Natur. Quæſt. initio.

Pag. 353. *Quæ meo Latroni ſubjicitur*] In utroque veteri, quo uſus ſum, legitur, *quæ miſero Latroni ſubjicitur.* Tu vide Contr. 18. Capitonis ἀκρογράμματα.

Primum Tetracolon] *Tetradeum* eſt utrobique in Covarr. In epitoma ſcriptum *Tetradea* Græcorum more: In utroque etiam quinque nomina, præter quaternarii numerum. Pincianus tamen *Ceſtii* nomen tollit ex omni vetere, ut ait, lectione, Τετραδεῖον Suidæ diſerte τὸ τεσσάρων συνεστὸς: ει autem in è longum tranſire Latinorum Priſcianus lib. 1. & alii obſervarunt. Rectiſſime igitur Covarruvianus Codex, contra atque Turnebus l. 3. c. 8. Aliud enim τετράκωλον, de quo ſupr. Controv. 25. & lib. 9. Declam. 2. epitomæ.

Penes Latronem gloria fuiſſet] Hæc in utroque ſcripto aberant.

Pag. 354. *Caius Silo*] Peccatum ſæpenumero in ſophiſtarum nominibus, ut antea admonui. Hujus enim libri Controv. 31, 32, 33, 34. *Gavius Silo* ſcribitur. At vero ibidem & Suaſ. 3. *Pompeius Silo* eſt, tanquam diverſi ſint. Item Controv. 25. Et in Præfat. lib. 3 Epitomes. Unde ſuſpicari liceat *Caium Pompeium Silonem* integrum nomen fuiſſe.

In Trachinenſi colonia] In Epitoma veteri, *Terracinenſi*. In Covarr. *Tarraconenſi*. Utrumque repperit & Pincianus, probatque alterum. *Terracinenſi* ex Plin. lib. 3. & Strabone lib. 5. Artem quoque perſuadendi ab Oratore tegendam dixit præf. lib. 4.

At aliquando declamare ex tempore] In Covarr. *aut aliquam quod declamare poterat tempore decebat*, &c. Epitoma vetus eadem præfert, niſi quod vox *tempore* aberat. Confer cum his Præf. lib. 1 Controv.

Pag. 355. *Eos non poſſe niſi actione probari*] In Epitoma ſcripta longe aliter. Locum integrum apponam, ut comparari cum editis queat: *Eos non poſſe actione approbari. Negabat utique ulla* (*ullas* Covar. liber.) *placere poſſe, niſi totum noſceret. Reis res ſuas: & illarum fiducia a'iis metuenda, & prærupta audere multa. Se non perſuadere judici, ſed auferre.* Equidem pro *audere*, *ſuadere* conjeceram leg. *Adire* alii.

Sed circumſpectus cauſſam] In Epitoma, *ſed circumſpectus cauſæ:* & amplius illud: *Nemo diligentius expoſuit, nemo reſpondit paratius.*

Et dignitatem eloquentiæ] Hic omiſſa multa quæ in epitoma, & ſcripta & edita integre leguntur, ad oram vero Covarr. codicis alia manu, perantiqua tamen, adſcripta erant, hæc fere: *Et pecuniam itaque & dignitatem quamprimum in provincia Hiſpaniæ habuit, eloquentiæ debuit. Natus quidem erat ſplendidiſſimo avo Divi Julii hoſpite, ſed civili bello attenuatas domos nobiles viro* (ſic enim in veteri utroque repperi. for. *viros*) *excitavit, & ita ad ſummam perduxit dignitatem: ut ſi quid illi defuit ſcias loco defuiſſe.*

CONTROV. XXX.

Pag. 357. *CUr non agis? Quia vis tecum age*] Proprium fori vocabulum *agere*, ut Contr. 25. & 32. *Lege agere:* extatque lepidum epigr. apud Martialem lib. 1.

Semper agis cauſas, & res agis Attale ſemper.
Eſt, non eſt, quod agas, Attale ſemper agis.
Si res & cauſſa deſunt, agis Attale mulas:
Attale, ne, quod agas deſit, agas animam.

Pag. 358. *Magiſtratus ſervos poſt terga non ſummovent*] Sed obvios potius per lictores, ut via decedant. Nota res ex Livii lib. 3. & ſupra Controv. 25. in Triarii ſermone, *Servos* autem hic recte fortaſſe omittit Rom. editio.

Non erat præda quam] Diverſa ab his in Epit. *Non erat in illo præda, quam graſſator appeteret. Erat ſumma virtus, contumax adverſus divitiarum faſtidium innocentia.*

Pag. 359. *Quis de noſtra interim morte cogitaverit*] In eadem legitur: *Quis cædem machinatus eſt? ſcire non poſſum. Quod diſſimulari non poteſt.*

Civitates plerumque finitimæ] Cauſſam diſſenſionum civilium inter finitimos ſemper fuiſſe tyrannidis metum, Demoſthenes ait, Olynth. 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ὅλως ἄπιστον οἶμαι ταῖς πολιτείαις ἡ τυραννὶς, ἄλλως τε κἂν ὁμορειν χώραν ἔχωσι.

Cicero qua violentia in abſentiam Metelli] Hoc eſt in abſentem Metellum. Is eſt Declamatoris noſtri, vel aliorum, ex quorum ſenſu loquitur, loquendi genius. Q. Metellus Nepos Trib.Pleb. Silano & Murena Coſs. anno 691. ad populum tertio quoque verbo orationis ſuæ Ciceronem appellaverat, clamans, non licuiſſe ei Lentulum, Cethegum, & reliquos cives indicta cauſſa necare, ut ſcribit epiſt. 2. lib. 5 ad Famil. & Dio lib. 38. Cicero forti animo reſtitit, & orationem contra concionem Metelli abſentis ſcripſit, cum ille prior ſcripſiſſet. Idem lib. 1. epiſt. 10. & lib. 3. epiſt. 12 ad Attic. Quam orationem, quod à ſe ſcriptam eſſe fateatur negligentius, intercidiſſe puto: laudant tamen ex ea quædam, Fabius lib. 9. cap. 3. Agellius lib. 18. cap. 7. Fortunatianus in Rhetor. & Priſcianus lib. 9. & 10. Joan. Petreius vero contra veteris libri auctoritatem legit, *C. Marius* pro *M. Cicero:* quod ille Metelli legatus cum eſſet bello Jugurthino, petendi gratia miſſione impetrata, abſentem detraxerit, imperiumque Conſul abſtulerit auctore Salluſtio: ſed, verum ut fatear, non aſſentior.

M. Cato Pulchro objiciente] Sup.Controv.29. *Servus tortus Catonem conſcium furti dixit.* Notum enim ex Aſconio in Miloniana, ſervos in domini caput torqueri non ſolere, niſi cauſſa inceſtus & conjurationis. Item ex Cicerone pro Deiotaro, & in Partit. *Catonem* quoque minorem ab Aſinio Pollione accuſatum conſtat ex Controv.19. Peculiare gentis Porciæ. Cato enim major Cenſorius quater & quadragies cauſſam dixit ſcribente Plinio: & Orationes amplius centum quinquaginta ſe legiſſe Cicero in Bruto teſtatur. *De Calvi* in Cn. Pompeium digito caput ſcalpentem, dicterio, dixi ad Controv. 19.

M. Bruti ſacratiſſimam] *Sacratiſſimi viri* apparet ſcriptum fuiſſe. Bruti eloquentiam Cicero in eo libro quem de claris Oratoribus ipſi inſcripſit, mirifice laudat: quamquam diverſum ab illo dicendi genus amplexus ſit: Fabius etiam verſus orationi inſerere ſolitum ait lib. 9. cap. 4. qui & lib. de Oratorib. de Bruti ſcriptis: niſi Taciti is Dialogus eſt. Rurſum Petreius ſollemne illud mutandi ſtudium ſervat, & *M. Tullium Bruto* ſupponit, quem ſupra ſede ſua exturbarat, propter invectivam illam falſo C. Salluſtio inſcriptam, in qua Declamator ille, quiſquis eſt, hujuſmodi calumniam in M. Tullium congeſſit: *Cujus*, inquit, *nulla pars corporis turpitudine vacat: lingua vana, manus rapaciſſima, gula immenſa, pedes fugaces: quæ honeſte nominari non poſſunt inhoneſtiſſima.* Quem ego locum ex oratione, ſive ea epiſtola eſt, ſecunda de R.P. ordinanda totidem pæne verbis legi animadverti.

Infectæ manus] Dixi initio Suaſ. 6.

Pag. 361. *Quia inimicus, quia inſpoliatus*] Hæc ad conjecturalem ſtatum, probationeſque ἀντέχνους pertinent, de quibus Ariſtoteles 1 Rhetor. artis. & Fabius lib. 5. c. 9. Liv. 7. c. 2.

Pag. 362. *Si canem ad oſtium alligaſſes*] De hac canum cuſtodia quædam ex Petronio adnotavi Controv. 20. & ex Sueton. de claris Rhetor. Jo. Brodæus Miſcell. lib. 3. c. 3.

Patres & oſſa libererum] Cimmeriæ hic tenebræ, fortaſſe interpunctionis, vel affectati ſermonis, aut utriuſque potius vitio, lib. vet. ſic fere: *Conjecturam dividunt & illam, Producta Sacerdote ſtatuam illam ſuper cineres lib. noſt. Lupanar ad e-quantum eſt. Ipſe autem laudabat.* In quibus nihil me videre fateor, nec eſt tanti res ea, in qua deſudare oporteat. Græca vero Declamantium dicta integra appoſuimus ope membranarum adjuti. Niſi quod in Covarruviani veſtigiis in extremo Hermagoræ dicto fere deprehendas, καὶ ἡ ῥεῖν δυνα-μήν.

CONTROV. XXXI.

Pag. 363. V*Icit pater: accepit primum*] Liber Covarruv.

Vicit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Vicit patrem præmio ſtatuas patris pretium Abdicatur. Repone *petit* pro *precium* ex Epit. Hoc autem Thema tractatum à Plinio auctor eſt Gellius l. 9. c. 16. Noct. Attic. Clœlia quoque virgo Romana, obſes Porſenæ regi data, quod virili animo Tiberim equo tranaſſet, repetita & dedita, virtutis ergo, optione illi à rege data, legeret, quos vellet; virgines impuberes legiſſe dicitur, ut hoſtili injuriæ obnoxiæ eſſe deſinerent, Livius lib. 2.

Pag. 364. *Ecce amitto*] Sic editi, quos mihi videre contigit, ad unum omnes: malim *admitto*, quæ conceſſio eſt, quaſi dicat concedam me patri inferiorem, quia filius ſum: ſeni non item, quia adoleſcens.

Pugnandum non imperatori] Merus ἑλληνισμὸς eſt: quale illud Catulli:

——— *noli pugnare duobus.*

Et Virgil.

——— *Solus tibi certet Amyntas.*

&, — *placitone etiam pugnabis amori?*

Pag. 365. *Silentium videtur confeſſio*] Juriſconſultis in ore natat illud Pauli: *Qui tacet non utique fatetur: ſed tamen verum eſt eum non negare.* l. 142. D. de reg. jur. vide & lib. 42. Pandect. tit. de confeſſ. Cicero alibi, *Dum tacent, clamant.*

Pag. 366. *Miraris ſi patri ac legi*] Vet. cod. *ſi patria lege ſubducitur*; non longe hinc abierat Petreius, *ſi patri hac lege ſubducitur.*

Cum dubitaret ex ordine ſuo] Lib. antiquus: *Cum dubitaret ex ordine, ſcio quem dicentem nihil agi.* Fort. *Cum dubitarem ex ordine, ſcio aliquem dicere: En nihil agis.* Idem Petreius defectum locum ſupplebat: *Cum dubitaret, induxit ex ordine ſuo quendam dicentem.*

Pag. 367. *Si navigare imperaſſes, ſi peregrinari*] Sup. alibi hæc conjungit: *Naviga, milita, peregrinare.* Controv. 9. & 14. initio.

Pag. 369. *Quod etiam deſertoribus licet*] Solent enim transfugæ æquo animo cum adverſariis degere, idque ſibi jus faſque eſſe exiſtimant. Nicetæ Græcam ſententiam librorum ope integre appoſuimus.

CONTROV. XXXII.

CÆſar Pompeii caput] Inf. Antonius Muſa: *Allato ad ſe Cn. Pompeii capite Cæſar avertiſſe oculos dicitur.*

Pag. 370. *Aliqua ſuper ardentis rogum miſit*] Sup. Controv. 10. fuſius: *Quædam ardentibus rogis torum miſcuerunt: quædam vicaria maritorum ſalutem anima redemerunt.* & 13. Triarius: *Alia deſiderio viri attonita, in ardentem ſe rogum miſit.*

Quam leve judicaſti crimen] Reſpexit initium Ligarianæ, plenum Ironiæ: *Novum crimen C. Cæſar, & ante hunc diem inauditum, propinquus meus Q. Tubero detulit, Q. Ligarium in Africa fuiſſe.* Confeſſio vero poſt paulo ſubjicitur, quæ & per totam orationem cum deprecatione fuſa eſt: *Habes, Tubero quod eſt accuſatori maxime optandum, confitentem reum.*

Si iratus es fratri] Fratri condona iram, qui pro ſorore deprecatur. Infr. tamen hoc ſe conſilio pater duriorem ad filiæ preces fuiſſe ait, ut frater pro illa rogaret.

Pag. 371. *M. Cato*] Uticenſis nimirum, de quo nos Suaſ. 6. quæ eſt deliberatio, *an Cicero Antonium deprecetur.*

Optima civilis belli] Græci Athenis ἀμνηστίας ψήφισμα, quæ eſt rerum præteritarum oblivio, tulerunt. Sic enim ipſe, cujus hic meminit, Cicero Philip. 1 in M. Antonium: *Quantum in me fuit jeci fundamenta pacis, Athenienſium renovavi vetus exemplum, quo tum in ſedandis diſcordiis uſa erat civitas illa, atque omnem memoriam diſcordiarum oblivione ſempiterna delendam cenſui.* Hoc decretum comperio primo à Traſybulo Athenis latum. Val. Maxim. lib. 4. cap. 1. & Oroſius lib. 2. c. 17. Romæ vero M. Tullius poſt cædem C. Julii Cæſaris ferre tentavit, Philip. ut dixi, prima, & Paterculus lib. 2. Iterum ſub Tiberio Claudio revocatum. Idem Oroſius lib. 7. c. 6. Rurſum ab Aureliano Imp. ἀμνηστία decreta, ut in ejus vita Vopiſcus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

An non exorares] Argumentum eſt à comparatione majorum: ſi pro te patrem victorem exorare non potuiſti, quid ſi pro alio deprecata eſſes?

Sed age lege] Mala hic interpunctio eſt in editis. Vetus quoque liber hic turbat. Sic enim legit: *Morere ſed occide. ſed agente lege.* Rectius in epitoma: *Non dicunt occide, non Morere, ſed Age lege.* Natum mendum librariorum vitio & ignoratione priſci ritus, quo εὐφημίας χάριν hac formula Magiſtratus, animadverti in aliquem more majorum jubebat. Livius lib. 26. de Q. Fulvio Flacco Procos. Acceptas litteras neque reſolutas cum in gremio impoſuiſſet, præconi imperavit, ut lictores *lege agere* juberet. Et mox pronunciaſſe refert: Lictor viro forti adde virgas, & in eum primum *lege age.* Idem etiam eadem formula expreſſit Valerius lib. 3. c. 8. Reliqua vide ſup. in Flaminino, quæ eſt Cont. 25. & rurſum 30. & Jac. Rævardum ad l. 123. D. de reg. jur.

Non patris exigere] Vetus liber, *non patris recedere.* ſcripſerat fort. *non patris regere*, ut in epitoma, etiam ſcripta, poſt repperi. vel ſic abſque negatione *patri cedere.* Vulgarem tamen non damno.

Pag. 372. *Animadvertit Manlius*] De Bruto ſecuri filios percutiente. Livius lib. 2. de Manlianis imperiis l. 4. & ſup. 29. & 25.

An ſub his exemplis] Apertior videtur epitome priſca lectio: *Vide an ſub his exemplis liceat patri forti tantum loqui.*

Nec enim eventus] Recte Ovid. Heroïd. epiſt. 2.

Exitus acta probat: careat ſucceſſibus opto,
Quiſquis ab eventu facta notanda putat.

Pag. 374. *Non magis tibi ego*] Dictum puto, pro, non tu me pluris facis, fili, quam ſoror tu maritum? ſigno itaque interrogationis hæc notabam.

CONTROV. XXXIII.

Pag. 374. *AUt ut agnoſcant aut recipiant*] Aſſentior Petreio qui negative legit, *aut ne agnoſcant.* Ex epitoma in qua legitur: *Factum eſt ne liberos patres, aut agnoſcant, aut recipiant.*

Pag. 375. *Et ſi nemo obſtet naturæ*] Viderat idem deeſſe aliquid, legitque: *Et ſi nemo obſtet naturæ procera, proceritas tamen mutabitur.* Ego vero fidem lib. vet. ſequor, in quo ſcriptum repperi: *Et ſi nemo obſtet, nimia naturæ proceritas mutabitur.*

Quid ſi ſacerdos] Quem integrum eſſe oportet, nulla corporis parte mutilum. Tu vide Declam. 2. lib. 4. epitome. Item etiam jure Pontificio religioſe cautum, ne mutilati ſacris noſtris initientur. Can. Præcipimus, Diſt. 33. & can. expoſuiſti. c. de corpore vitiatis ord.

Nec puto incredibile] In epitoma, *Num incredibilia loquor? Ex fortuna,* &c. Vetus noſter longe aliter: *Nec puto incredibile in hac fortuna loquor: certe ex hac turba origo Romanæ gentis apparet.* De prima advenarum colluvie paſtorum & Latronum in aſylo à Romulo patefacto, diſerte Oroſius lib. 2. c. 4. & Juvenalis Sat. 8.

Et tamen ut longe repetas, longeque revolvas
Nomen, ab infami gentem deducis aſylo.
Majorum primus, quiſquis fuit ille, tuorum,
Aut paſtor fuit, aut illud quod dicere nolo.

Ant. Auguſtin. ad expoſitos Romulum & Remum referri mavult.

Pag. 376. *Plus acceptum, quam expenſum refert*] Sumptum à tabulis rationum. Sic Plinius lib. 2. c. 7. de fortuna: *Huic omnia expenſa, huic omnia feruntur accepta: & in tota ratione mortalium, ſola utramque paginam facit.*

Merendarios tuos] Luſit forte in voce fictitia, quod merendam adferrent educatori ſuo hæc mendicabula. Petreius *mercenarios* divinabat, qua etiam voce

voce Baſſus in hac ipſa Controv. utitur: propius tamen abeſt *incendiarios*, & Feſtus *Mercedonias* à mercede ſolvenda dictos olim ait.

Pag. 377. *Via eſt qua poterat*] Locus manifeſte mendoſus, quamobrem aſteriſco notavi: ſi quis conjecturæ locus, ſic lego: *Vitaſti quos poteras:* vel, *via iſti qua poteras.* Objurgantis enim educatoris verba ſunt ad alumnos, quod via decederent, ne ſtipem poſcerent: hinc vacuas domum referre manus. In veteri erat, *vitus eſt quas pot' at.* Quid ſi etiam? *Deviaſti quoad poteras.* In Curiana editione, *quia eſſe quoque poterat* leg. conjicitur.

Spiritum tamen relinquerem] Petreii conjectura optimi illius libri auctoritate probatur: nam *Spiritum tibi non relinquerem*, diſerte præfert. *Capturæ* vocabulo, ſequiori notione, pro ſordido quæſtu, & meretricio, utitur ſup. Controv. 2.

Sacris publicis triſtia auſpicia] Sacra male ominatis vocibus interrumpebantur. Hinc *linguis favete* præco renuntiabat, & *hoc age:* imperans nimirum ſilentium, & à ſcævis vocibus abſtinendum. Seneca lib. de vita beata ad Gallionem: *Multo magis triſtia auſpicia ſacra turbabant.* Male igitur in epitoma, *fatis publicis* legitur. De feſtis vero ſolemnibus doctiſſimus JC. Briſſonius & alii, ad tit. Cod. Theodoſiani multa accurate collegerunt, qui nobis hunc laborem adimunt.

Si otium fuerit] Rom. editio: *ſi verum fuerit. Si fuerit* vet. cod. & alia manu *otium* adſcriptum. Petreius tamen, *ſi odium fuerit*, ut miſericordiæ ſit. Appoſitum membrum, cui ſequentia adhærent. Sup. quoque idem legi mavult, *portat ad eos.* Mihi vulgaris non diſplicet. Quidam, inquit, ab impuro homine ſtipem acceptam, quod nefas, diis offerunt, qui puri puris victimis delectantur.

Pag. 379. *Nondum Reſpublica*] *Læditur* addit Petreius, non neceſſario: Negat Remp. ex duobus conſtare, ut & collegium. Neratius Priſcus in l. 85. D. de reg. jur. & Ariſtoteles in Politicis: *Decem homines faciunt populum.* Non igitur crimen eſſe Reip. læſæ. Subjicitur locus perturbatior. ſuſpicor enim ex tribus vocibus, *ſuadere* unam eſſe conflatam: vel potius tempora eſſe præpoſtero ordine collocata, legendumque: *Juvenes quis ſuadet infantes perdere & infelices.*

Expoſiti nullo numero ſunt, ſervi ſunt, hoc legumlatori viſum eſt] Infantes expoſitos ſervos olim fuiſſe eorum, qui eos ſuſceperant, ſignificat ut & paulo poſt: *Reip. læſæ eorum nomine agi non poteſt, qui extra Remp. ſunt.* Quod confirmatur ex Traiani ad Plinium ep. 72. lib. 10. & lib. 1. C. Theod. de infant. expoſ. ac præterea ex l. 8. de pignor. & hypothec. juncta. l. 6. ejuſdem tituli, cum ſit utraque ex l. 73. Ulpiani ad edictum. ubi quod dicitur de alumno, accipiendum eſt de ſervo alumno, ac proinde de expoſito. De antiquato hoc jure vide Cujacium ad tit. 1. lib. 1. Sent. Pauli & Fuil. Ranchinum lib. 1. variar. c. 2.

Pag. 380. *Non poteſt, inquit*] Repetit iterum vet. codex. *Reſp.* legitque, *Reſp. lædi an poſſit.*

Non in cenſu illos invenies, non in teſtamentis] *De cenſu* multa Antiquarii, quæ non exſcribo. Illud tantum addam, ex Aſconio, ſextam claſſem Proletariorum & capite cenſorum fuiſſe, de quibus Agellius lib. 16. c. 10. cumque Juriſconſultis profeſſionum aliæ Cenſuales, aliæ Natales appellentur, illis patrimonium quiſque, his parentes liberos, domi natos apud acta profitebantur. Qui vero expoſiti utrumque parentem ignorabant: Itaque nomina in Cenſorias tabulas non referebantur, nec in cenſum recipiebantur. Ergo nec hereditatem adibant: quod teſtamenti factio civitatis Romanæ jus ſit. Legendus Briſſonius Antiqu. l. 1. cap. 6.

Pag. 381. *Omine infauſto editos abjiciunt*] Monſtroſi partus Romuli lege abjici jubebantur. quod & in 12 Tabulas relatum ex Cicerone didici. Sic enim l. 2. de legib. de Tribunatu loquens: *Cum eſſet cito ablegatus, tanquam*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ex 12 Tabulis inſignis ad deformitatem puer. vide Ulp. in l. quæret aliquis 135. D. de verb. ſign.

Ad longiorem patientiam] Semiramis prima omnium (ô flagitium ingens) teneros mares caſtravit. Ammianus Marcellinus lib. 14. Ovid. lib. 2. eleg. 3. Amor. & Claudianus lib. 1 in Eutropium.

Pag. 382. *Idoneum caſtris in ludum conjiciunt*] De ludo gladiatorio intelligo. Non recte igitur in epitoma etiam ſcripta: *Idoneum caſtris illudunt, detrahunt*. Ad oram vero *detrudunt*, pro illo, *detrahunt*.

Non mutuatos] Recte in veteri illo: *ut putem illos non mutuari hanc ſententiam, ſed imitari:* eſtque pulcra παρονομασία.

Pag. 383. *Solus plura habes membra*] Fulvius Sparſus ſup. *Exigitur à te talio: non habes totidem membra, quot debes.* Lex talionis hinc uſque à ſacris Moſis legibus, & XII Tabulis decemviralibus arceſſitur.

Facultatis non minus, licentiæ minus] De Latinæ linguæ copia, non ſemel Cicero, quæ tamen jejuna eſt, ſi cum Græca componatur. De Græcorum præſertim poëtarum libertate Martialis lepidum exſtat epigramma lib. 9.

Dicunt εἰαρινὸν *tamen poëtæ,*
Sed Græci, quibus eſt nihil negatum:
Et quos ἄρες ἄρες *licet ſonare:*
Nobis non licet eſſe tam diſertis,
Qui Muſas colimus ſeveriores.

Unicus ſummus] *P. Vinicius* emendo, qui & Controv. 20. extrema *exactiſſimi ingenii* laudatur quod dicere res ineptas, nec ferre poſſet. Huic frater *Lucii* prænomine, Declamator & ipſe inducitur Controv. 13. & 21.

CONTROV. XXXIV.

Pag. 384. L*Æſæ religionis*] In epitoma *Reip.* eſt, ſic fere in Declam. ipſa, hæc inter ſe commutari video & ſane arctiſſimo inter ſe vinculo colligata ſunt, Reſp. atque Religio: fremant licet Athei noſtri ævi.

Parrhaſius pictor Athenienſis] De hoc pictore multa Plinius lib. 34. Nat. hiſtor. cap. 10. Fictum autem argumentum puto à Declamatoribus, quale & illud noſtra memoria falſo dici exiſtimo de Michaële Angelo Bonarotto Florentino noſtræ ætatis Apelle, ſculptore quoque & architecto inſigni, pretio quemdam conductum cruci affixiſſe, quem & expirare permiſit, ut Servatoris in cruce paſſi, imaginem vivam depingeret. De Prometheo Caucaſo alligato, ob direptum cœlo ignem, nota fabula eſt ex Heſiodo, Æſchylo, & Luciano. De capta vero Olyntho à Philippo vide Juſtinum l. 8. & Oroſium lib. 3. cap. 12. Dionyſius autem Halicarnaſſ. in epiſt. ad Pompeium, ex Philochoro, geſtum refert hoc bellum anno ante Olympiadem 108. Archonte Athenis Callimacho: quo & tres Olynthiacæ habitæ putantur à Demoſthene, ut opem Olynthiis ferre vellent Athenienſes. Anno autem inſequenti capta Olynthus, Archonte Theophilo, C. Sulpicio Petico quinctum, T. Quinctio Pœno Cos. qui in faſtis eſt 402. poſt U.C. vide Diodorum Siculum lib. 16. Strabonem quoque lib. 2 Geograph. & Libanium in argumentis. Antea etiam capta ab Artabazo, Xerxis temporibus, auctore Herodoto lib. 8. extremo: quod Mardonio tribuit idem Juſtinus lib. 2.

Pag. 386. *Pinge Philippum crudelem, oculo foſſum*] Talem depingit Demoſthenes in orat. de Corona, citatque & Agellius lib. 2. cap. 27. Ἑώρων τὸν αὐτὸν Φίλιππον, πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ ἀγὼν ὑπὲρ ἀρχῆς καὶ δυναστείας, τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον, τὴν κλεῖν κατεαγότα, τὴν χεῖρα τὸ σκέλος πεπηρωμένον. Dum enim Methonam oppugnat, quam mox expugnavit & cepit, *Aſter* miles illum oculo ſagittæ ictu privavit. Plutarchus, Diodorus Siculus, Strabo lib. 8 Geograph. Ulpianus Demoſthenis interpres, & Oroſius lib. 3. cap. 12. *Critobulum* vero Plinius vocat, qui ſagittam extraxit, & citra deformitatem oris orbitatem luminis curavit libr. 7. cap. 38.

Jaculo perfractum] Recte in veteri, *Jaculo*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Jaculo fracto. Petreius addendum putabat vulgari lectioni *humerum* aut *femur.* At in Græco Demoſthenis eſt, τὴν κλεῖν κατεαγότα· Sed ſcriptam non rejicio, quod ſit fortis viri imago, telo fracto apparere. Faber tamen hic *jugulo* quam *jaculo* mavult, cum quo non pugno.

Pag. 387. *Finge Promethea*] Supr. Triarius: *Corrupiſti duo maxima Promethei munera, ignem & hominem.* Quam ſententiam & inf. in ejuſdem ore poſuit.

Ignes dividentem] Heſiodus ἐν ἔργοις·

Κρύψε δὲ πῦρ. τὸ μὲν αὖθις ἐὸς παῖς Ἰαπετοῖο
Ἔκλεψ' ἀνθρώποισι, διὸς παρὰ μητιόεντος
Ἐν κοίλῳ νάρθηκι, λαθὼν διὰ τερπικέραυνον.

Dividere autem Latini fere in his uſurparunt. Cornificius ad Herennium: *Si, Prometheus cum mortalibus ignem dividere vellet, ipſe à vicinis, cum teſta ambulans, carbunculos corrogaret, non ridiculum videretur?* Et Cicero 2 Tuſculana: *Quomodo fert apud Æſchylum Prometheus dolorem, quem excipit ob furtum.*

Lemnium, unde ignem mortalibus
Diviſiſſe cluet doctus Prometheus
Clepſiſſe dolo, pœnaſque Jovi
Fato expendiſſe ſupremo.

Et Horat. lib. 1. Oda 3.

Audax Japeti genus
Ignem fraude mala gentibus intulit.
Poſt ignem ætheria domo
Subductum, macies, & nova febrium
Terris incubuit cohors.

Si ad currendum profectus es] Locus hic decurtatus. Rectius in epitoma Dilemma hoc legitur: *Si ad ſuccurrendum profectus es, queror, quod unum ex his emiſti: ſi ad torquendum, queror, quod illum ſtatuat reum.* Tametſi ne quid diſſimulem, in veteri Anton. Auguſt. aliter, *queror quod illum ſtatuit, Ex altera parte,* &c. Equidem vulgarem epitomæ lectionem retineo, niſi quod *ſtatuiſti* vel *ſtatuis* repono.

Phidias Jovem velut tonantem] Phidiæ Athenienſis *Juppiter* Olympiæ, ex ebore & auro factus mirifice celebratur à Plinio lib. 7. c. 38. & lib. 34. c. 8. Ubi & in *Minerva* ejuſdem ex ebore, in arce Athenienſi poſita. & lib. 36. c. 5. aitque ebore & auro, cum ſit cubitorum 26 conſtare. Et Cicero in paradoxis, in Bruto, & Oratore, & Tuſcul. 1. Quinctilianus lib. 12. cap. 10. Ariſtoteles ſeu quis alius libro de mundo ad Alexandrum: Φασὶ δὲ τὸν ἀγαλματοποιὸν Φειδίαν κατασκευαζόμενον τὴν ἐν ἀκροπόλει Ἀθηνᾶν, ἐν μέσῃ τῇ ταύτης ἀσπίδι τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον ἐντυπώσασθαι, καὶ συνδῆσαι τῷ ἀγάλματι διά τινος ἀφανοῦς δημιουργίας, ὥστε ἐξ ἀνάγκης, εἴ τις βούλοιτο αὐτὸ περιαιρεῖν, τὸ σύμπαν ἄγαλμα λύειν τε καὶ συγχεῖν. Plutarchus in Pericle & de Iſide & Oſiride, Thucydides lib. 2. & Pauſanias in fine Achaic. & in Atticis de Lemnia Minerva Phidiæ.

Aram miſericordiæ orna] Ἐλέου βωμὸν Athenis ſacrum fuiſſe auctor eſt Pauſanias: quam aram inſtar aſyli, ab Herculis nepotibus inſtitutam ait Servius in 8 Æneid. ut Romæ à Romulo aſylum patefactum. De quo & Statius Papinius lib. 12 Thebaïd.

Semper habet trepidos, ſemper locus horret egenis
Cœtibus: ignotæ tantum felicibus aræ.
Fama eſt defeſſos acie poſt buſta paterni
Numinis, Herculeos ſedem fundaſſe nepotes.
Fama minor factis, ipſos nam credere dignum eſt
Cælicolas, tellus quibus hoſpita ſemper Athenæ,
Ceu leges hominumque manum, rituſque ſacrorum,
Seminaque in vacuas hic deſcendentia terras
Sic ſacraſſe loco commune animantibus ægris
Confugium: unde procul ſtarent iræque minæque,
Regnaque, & à juſtis Fortuna recederet aris.

Theophilus Juſtiniani Imp. Paraphraſtes lib. 1. Inſt. Ἀθηναῖοι τοσοῦτον τῆς ξενηλασίας ἀφεστῶτες, ὅτι καὶ βωμὸς ἐλέου τιμᾶται παρ' αὐτοῖς· οὕτως ἑτοίμως σοὺ εἰς

αὐ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

αὐτοὺς φοιτῶντας ὑποδεχόμενοι ὅτι πολλάκις διὰ φιλανθρωπίας ὑπερβολὴν καὶ πολεμεῖν ὑπὲρ αὐτῶν οὐκ ὤκνησαν. Genua quoque ſupplices tangere, ut aram miſericordiæ, ſolitos auctor eſt Plinius lib. 2. c.45. & in 3 Æneid. Servius.

Dum Euthycrates aut Laſthenes] Hi proditores Olynthi, à Philippo pecunia corrupti, ut auctor eſt Diodorus Siculus. Plures enim urbes pecunia quam armis ſe expugnaſſe rex ille gloriabatur. Vid. Ciceronem lib. 1 ad Atticum epiſt. 10. Demoſthenes Orat. περὶ στεφάνου. Μέχρι τούτου Καθένης φίλος ὠνομάζετο Φιλίππου, ἕως προὔδωκεν Ὄλυνθον. De quo & Virgilius dixiſſe putatur, 6 Æneid. ex L. Vario:

Vendidit hic auro patriam, dominumque potentem
Impoſuit, fixit leges pretio atque refixit.

Pythia ſomnia] Rom. edit. *Pinthias omnia.* Perdifficilis hic locus merito viſus Petreio, qui Pythio aliquo vate indigeret, mutabatque, *Somnia* in *ſumma*, vel *eadem.* In veteri erat, *Phithia ſumma paraſive tortore*, ex quibus antiquæ ſcripturæ veſtigiis leg. divinabam: *Olynthii ſummam Parrhaſius ſine tortore fecit:* hoc eſt, Parrhaſius emit Olynthium tantum ſervum, ſine ulla adinventione tormentorum.

Pag. 389. *Si quis Olynthi*] Aliter in veteri: *Læſa eſt, inquit, Reſp. læſa. Non ut exiſtimo aliquis Olynthi depoſitum negaverit, videtur hominem læſiſſe.* Suſpicabar leg. *Læſa eſt, inquit Reſp. Non læſa ut exiſtimo.* Et mox: *Videbitur non niſi hominem læſiſſe.* Quam lectionem niſi probavero doctis, verba ſaltem tranſpoſita eſſe facile perſuaſero.

Picturæ Herculis liberos occidentis] Hercules in furorem actus à furiis; Euripides enim in Tragœdia, quæ *Hercules furens* inſcribitur (qualem & Seneca Tragicus docuit) Irim inducit, quæ Junonis juſſu Lyſſam Furiam, id eſt rabiem adduxit, ut Herculem in Furorem ageret: qui mente captus in filios crudeliter ſæviit, Cicero in Lucullo, qui eſt Academicarum lib. 4. *Quid apud Euripidem Hercules, cum ut Euryſthei filios, ita ſuos configebat ſagittis? cum uxorem interimebat? cum conabatur etiam patrem?* Et Lucanus lib. 1 Pharſalidos:

—— aut qualem Junonis iniquæ
Horruit Alcides, viſo jam Dite, Megæram.

Pag. 390. *Quidquid eſt*] In veteri fere legitur: *Quidquid eſt, bello partum eſt, contra ait: ille ſervus alii emptori poteſt eſſe, Athenienſi non.*

Quod civem in ſua ſervitute tenuerit] Opt. ille liber Covarruv. *in ſui ſervitute tenebit.* Et mox recte: *ſi quos tunc inter neceſſaria ſervil. offic. miniſterio percuſſit: Miniſteria* autem pro miniſtris, ut ſæpe Juriſconſulti uſurpant.

Pag. 391. *Medicos ut vim ignoratam*] Ut Medicos mittam, videor apud Tertullianum legiſſe ab Herophilo Medico ſexcenta cadavera ſecta fuiſſe. lib. de anima cap. 10.

Pag. 392. *Multi ſunt quos detracto verbo*] Pertinet ad imitationis rationem, de qua variæ ſunt, & repugnantes doctorum hominum ſententiæ, & ſup. Suaſ. 7. & Contr. 18.

Homo & prohomo & profeſſus] Eaſdem voces bis repetitas quis non videt? Tentabam: *venuſtiſſimus homo & probus.* In veteri per compendia legebatur h̄o & ph̄o. Quid *philoſophorum* aut *promus & condus* reperiſſe dicam librarium, & corrupiſſe?

Aſinius qui bellum cum omnibus Atticis] *Atticos* vocat non Græcos, ſed Latinos, qui ſe Atticos dicebant, ut Calvus, & Brutus, item Lælius, Scipio, Cato, apud Fabium lib. 12. c. 10. Alioquin Græce doctum Aſinium Pollionem (ſi modo eſt, qui hic nominatur) fuiſſe, Græce ſcripſiſſe hiſtoriam, ex Plutarchi Cæſare colligo.

Talentum in quo viginti quatuor ſeſtertia] Hoc eſt 24 milla ſeſtertium, ſeu denariorum ſex millia. Plinius lib. 34. cap. 11. *Talentum Atticum denariorum ſex millibus taxat M. Varro.* Ita enim emendandum docuit Budæus lib. 4. de Aſſe, natumque mendum, quod Denarius olim figura decuſſatim ſcripta cum tranſverſa linea, ut in nummis veteribus apparet, ſic pingeretur X. unde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

unde librarius *XVI millibus* fecerat, pro *Denariorum ſex millibus*. Tu vide Pollucem lib. 9. Athenæum lib. 4. c. 6. Livium quoque lib. 34. Feſtum, & cæteros. Græca huic loco lucem adferunt. *Adde*, inquit, *vel deme, ne Atticum ſit*.

Niſi menſe Decembri audiret, dixit] Duo hic Græca verba exſculpere tentavi. ſcriptum erat Μελαβοταωορα ἴχξη. Fortaſſe μήποτ' ὥρα ἔϛη. quaſi exſpectandæ eſſent Kalendæ Januarii ad ſtrenas accipiendas, quibus illas deſtinatas fuiſſe, quod annum aperirent, auctor eſt Symmachus Pr. urbis l. 10. epiſt. 28. *Ab exortu pæne urbis Martiæ ſtrenarum uſus adolevit auctoritate Tatii regis, qui verbenas ex luco Streniæ, anni novi auſpices primus accepit.* Hanc tamen probiorem lectionem, niſi quid judicans fallor, in ſeriem admiſi.

Pag. 393. *Nicetes dixit*] Græca hæc integra eſſe præſtare auſim, ut & Dorionis ea quæ proxime ſequuntur. Metrodori quoque verba, ut potuimus, repræſentanda curavimus.

Pag. 394. *Non odiſſem ignium auctorem*] Hoc eſt *Promethea*, qui ignem de cœlo furatus eſt ἐν κοίλῳ νάρθηκι, ut Heſiodus ait: Quanquam Pauſanias in Corinthiacis auctor eſt, Argivos ignis primam inventionem ad *Thoroneum Inachi* filium detuliſſe.

Hiſpo rideon honeſte *Romanus* fecit] Tametſi in veteri una voce *Hiſperideon* legatur, integrum tamen nomen HISPO ROMANUS eſt: qui non eſt poſtremarum partium in hac declamandi fabula. Quidam etiam SPIRIDION reponunt. Mox etiam SYPERIDEON nominatur, voce ex totidem ſyllabis conflata: dicam tamen quod ſentio: Senecam puto riſus cauſſa Latinam Græca terminatione vocem finxiſſe, q. d. ridendum eſt: ut Cicero lib. 1 ep. ad Atticum: *Iſtos conſulatus non flocci facteon*, ut Budæus legit: Turnebus vero ἐατέον. Sed hæc conjectura tantum mea, nihil ut temere affirmem. ſup. Contr. 9. extr. *Glycon Spiridion* Græcus Declamator, verum in nominibus propriis ſæpe hic peccatur.

Traditur enim Zeuxin ut puto] Sic locum emendavi & hiatum explevi, quod particula *enim* Græcis characteribus etiam in codice noſtro ſcripta eſſet, anſam librariis dedit, ut vacuum ſpatium relinquerent, iis præſertim temporibus quibus Accurſius tanquam ex Tripode reſponderat, *Græca, ſi occurrant, legi non poſſe, intelligi multo minus*. Sed hoc perfamiliare librario eſſe noſtro deprehendi, qui ſæpe *Glyconis* nomen Græce ſcripſerat. Hiſtoria nota ex Plinii lib. 35. cap. 10. Zeuxin cum Parrhaſio de picturæ gloria certaſſe. Ille enim uvas ferentem pinxit, ad quas cum advolaſſent aves, operi ſuo iratus dixit, uvas melius pinxi quam puerum: nam ſi & hoc conſummaſſem, aves timere debuerant.

Niſi ſimilis eſſet] In veteri diſerte ſcriptum erat, *ut ſimilis eſſet*: ſed particula *ut* oblitterata, & pro duabus his litteris, audaculus quidam totidem voces *aves niſi* ad oram collocarat. Mihi nimis hæc temeraria emendandi ratio ſemper viſa, ut, quæ ipſa ingenii tarditate non intelligas, ea arbitratu immutes. Rob. Titius Controverſor. Locor. lib. 1. cap. 22. legebat: *ſi puer ſimilis eſſet*. Equidem ne à ſymbolis hinc abeam, quod ea res judicii noſtri qui Senecam edolandum ſuſcepimus, eſſe videatur, tentabam nulla vi adhibita, vel intruſa voce: *Non fuiſſe enim advolaturas ei, ſi ſimilis eſſet*. Verum mea non prius amare ſoleo, quam doctis ea probaverim.

Pag. 395. *Zeuxin aiunt obleviſſe unam*] Non diſſimile de Protogenis pictura Strabo lib. 14 Geograph. in qua perdicem, quod eum homines tantum admirarentur, & vivi perdices accinerent, Satyrum quoque quamquam perfectiſſimum contemnerent, ſpongia inducta oblitteraſſe refert. Nam πάρεργον τοῦ ἔργου cedere oportere, nec pluris faciendum eſſe judicabat.

Pinge Triptolemum] Auctor Rhetor. ad Herennium, lib. 4. *Si Triptolemus cum hominibus ſemen largiretur, ipſe ab aliis id mutuaretur.* Tu lege Ovidium 4 Metam. extremo. Appaturii autem

Græcam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Græcam ſententiam, qua licuit, exſculpſi, ne & hæc ἀτελὴς Declamatio eſſe videretur.

CONTROV. XXXV.

Furem ſubmoveri non juſſit] In vet. diſerte, *puerum ſuum moveri non juſſit.* Suſpicor vulgarem ſollicitari non debere. Etenim meretrices & lenones, Controv. 2. & rurſum 25. à lictoribus ſubmoveri prodeunte Conſule, ſolitos dixit Seneca, ita & fures ut infames, ſolere veriſimile eſt.

Pag. 396. *Furtum eſt, quod timet dominos agnoſcere?*] Furtum eſſe negat, quod infitietur dominus ſibi ablatum. Eſt enim *furtum, contrectatio fraudulosa lucri faciendi gratia, vel ipſius rei, vel etiam uſus ejus, poſſeſſioniſve, quod lege naturali prohibitum eſt admittere.* Paulus in l. 1. D. de furtis, & Juſtinianus lib. 4. Inſt. tit. 1.

Mille navium domini Græci] Rotundo numero uſus eſt, ut & Maro Æneid. 2.

Non anni domuere decem, non mille carinæ.

& lib. 9.

Non armis mihi Vulcani, non mille carinis
Eſt opus in Teucros.

Et Æſchylus in Agamemnone ϛόλον Ἀργείων χιλιοναύτην. Euripidis enim Scholiaſtes mille centum & ſeptuaginta naves fuiſſe ait. Homerus Il. β. in Catalogo navium mille, centum, octoginta ſex, numerat, quem numerum & Iſacius Tzetzes in Lycophronem notavit his litteris α. ρ. π. ϛ. Dion vero Chryſoſtomus mille ducentas. Hygini hac de re locus nimis mendoſus eſt. M. Varro lib. 2 Rei ruſticæ cap. 1. *Si numerus non eſt ad amuſſim, ut non eſt, cum dicimus, mille naves eſſe ad Troiam, centumvirale eſſe judicium Romæ.* & 70 Interpretes vulgo dicimus pro 72. Illud monebo in vetere noſtro nihil amplius, quam in hactenus editis fuiſſe: integram tamen declamationem non eſſe (ut nec ſupra extremo lib. 3. quinctam decimam Controv.) ex epitoma lib. 10. unde, quæ hic deſiderantur, cætera peti poſſunt.

A N-

ANDREÆ SCHOTTI

NOTÆ

IN

EXCERPTA EX LIBRIS CONTROVERSIARUM M. ANNÆI SENECÆ.

LIBER I.

DECLAMAT. I.

P. 401. P*Atruus abdicans*] Addunt quidam *Nepotem*, ſed inepte. Nam *fratris filium* dicendum, ex Jureconſultorum, ad quos hæc tractatio pertinet, ſententia. Nepos enim avi Nepos eſt, non patrui. Sed hæ declamationum inſcriptiones, ab indoctis librariis & Grammaticis confictæ. Quare nihil ſudandum putem.

DECLAM. IV.

Pag. 406. *Ipſam legem recita. Liceat & marito. liceat & filio*] Malim, *liceat & patri*, ut in ipſa Controverſia legitur: & in capite legis Juliæ de adult. ut ſupra adnotavimus. In Fabio quoque Declamationis Senecæ, quæ intercidit, lemma exſtat lib. 9. cap. 2. Hujus ſumma erat: *Pater filium & novercam, inducente altero filio in adulterio deprehenſos occidit. Duc ſequor. Accipe hanc ſenilem manum, & quocumque vis imprime.* Et paulo poſt: *Accipe*, inquit, *quod diu non credidiſti.* Non placet igitur, vere ut dicam, Pinciani emendatio, qui initio legit: *Liceat adulterium & marito & filio vindicare.* vulgarem retineo, quæ in Controverſ. legitur: *Liceat adulterium in matre & filio vindicare.* Nam de marito minime quidem dubium, ut de filio; qui nullum in matrem jus habet.

LIBER TERTIUS.

PRÆFATIO.

Pag. 424. C*Ommentario, in quo nudæ res ponuntur*] Hinc & C. Julius, rerum à ſe geſtarum capita, *Commentarios* appellavit, de quibus Cicero in Bruto, qui eſt de claris Ora-

toribus: *Nudi ſunt, recti, & venuſti, omni ornatu orationis, tanquam veſte detracta, ſed dum voluit alios habere, paratam unde ſumerent, qui vellent ſcribere, hiſtoriam, ineptis fortaſſe gratum fecit, qui illa volunt calamiſtratis inurere: ſanos quidem homines à ſcribendo deterruit.* De iiſdem *Commentariis*, Hirtius ita prædicat apud Suetonium, c. 56. *Adeo probantur omnium judicio, ut prærepta non præbita, facultas ſcriptoribus videatur.*

Pag. 425. *Ciceronem eloquentia ſua in carminibus deſtituit*] Sic & poetæ ipſi judicant. Juvenal. Sat. 10.

O fortunatam, natam me Conſule Romam!
Antoni gladios potuit contemnere, ſi ſic
Omnia dixiſſet. ridenda poëmata malo,
Quam te conſpicuæ divina Philippica famæ,
Volveris à prima quæ proxima.

In quam ſententiam & Martialis pedibus conceſſit. Sic enim lib. 2. in Gaurum:

Carmina quod ſcribis Muſis & Apolline nullo,
Laudari debes, hoc Ciceronis habes.

Tacitus quoque, ſive is potius Fabius γνήσιος auctor eſt, de Orator. *Niſi qui & carmina Cæſaris & Bruti miratur. Fecerunt enim & carmina, & in bibliothecas retulerunt, non melius quam Cicero: at felicius. quia illos feciſſe pauciores ſciunt.* Plutarchus tamen carmina feliciter pangere ſolitum, & quidem uno tempore quingentos verſus dictaſſe: Pontium Glaucum, poëma Cicer. tetrametris ſcriptum ſuo etiamnum tempore exſtitiſſe ait. De temporibus ſuis libros 3. verſibus à ſe conſcriptos refert Lentulo, lib. 1. extremo, ad Famil. & Attico lib. 1. ep. 16. & lib. 2. epiſt. 4. & 1 de Divinat. & Lactant. lib. 3. cap. 17. Mox vero non placet ea lectio quam in libris ſuis exſtare Pincianus affirmat, *in honorem hiſtoriarum non leguntur.* Affirmate enim legi malim. De his vide quæ ad Controverſiam 24 adnotavi. Accidit tamen neſcio quo modo, ut cum Criſpi Hiſtoriarum libri ſex malo publico intercidering, Orationes tamen integræ ad nos pervenerint. Ad quas tamen Senecæ verba referri non debere putat Ant. Auguſtinus v. c. Cum ex Hiſtoriis ſumptæ ſint, ſed ad alias orationes, qualis eſt in Ciceronem inſcripta.

Platonis oratio pro Socrate] Exſtat hodieque pro Socrate *Apologia Platonis*: ex quo Cicero 1 Tuſculana, de *Animorum immortalitate* quædam tranſtulit. Ejuſque in dicendo ubertatem idem ſæpe laudat: & Jovem ſic philoſophi aiunt, ſi Græce loquatur, locuturum: ut idem in Bruto & Plutarchus in Cicerone. Sed aliter Seneca judicavit: ſi cum aliorum ejus ſæculi Oratorum orationibus Apologia illa componatur, philoſophicam potius quam oratoriam viſum iri: in qua & Dionyſius Halicarn. quædam reprehendit. Lyſias quoque diſertiſſimus Orator, Socrati orationem attulit, quam ſi ei videretur, ediſceret, ut ea pro ſe in judicio uteretur. Legit ille non invitus, & commode ſcriptam eſſe dixit. Sed inquit, ut ſi mihi calceos Sycionios attuliſſes, non uterer, quamvis eſſent habiles, & apti ad pedem, quia non eſſent viriles: Sic illam orationem diſertam ſibi & oratoriam videri, fortem & virilem non videri. Idem de Orat. 1.

Pylades in Comœdia, Bathyllus in Tragœdia] De his & Seneca Philoſophus lib. 7 Natural. quæſt. cap. 22. *Stat per ſucceſſores Pylades, & Bathylli domus: harum artium multi diſcipuli ſunt, multique doctores.* Poſt paulo hic à librario *Bathylli* nomen transformatum in *Pantillum*: de quo plura leges, ad Præfat. libri 5 Controverſ. Hujus quoque Bathylli Hiſtrionis meminit & Phædrus Auguſti libertus Fabularum Æſopicarum lib. 5. quem libellum immortali Petri Pithœi beneficio acceptum referimus:

Princeps tibicen notior paulo fuit,
Operam Bathyllo ſolitus in ſcena dare.
Is forte ludis, non ſatis memini quibus,

Dum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Dum pecma rapitur, concidit caſu gravi
Nec opinans, & ſiniſtram fregit tibiam,
&c.

Pag. 426. *Cum ſcena componi cupiunt*] Recte in vet. *Schema*, ut & doctiſſ. Turneb. leg. viderat, & ſtatim, *quomodo aliti eſt* legit lib. 3 Adverſar. cap. 8. ut fert idem liber optimus. Gladiatores enim avis figura in arenam prodibant, quibuſcum *Pinnirapi* componebantur. Juvenalis Sat. 3.

Pinnirapi cultos juvenes, juveneſque laniſtæ.

Schema autem femin. genere dixiſſe & Plautum in Amphitr. & Perſa, apparet: cui & Priſciani auctoritas initio lib. 6. accedit, & Nonii.

Pag. 427. *Scholam quaſi ludum eſſe*] Hinc Auſonius ad Nepotem:

——— *Graio ſchola nomine dicta eſt,*
Juſta laboriferis tribuantur ut otia Muſis.

Et *Declamatio* à vera actione hoc diſtat, quod illa umbræ, hæc Soli: illa velitationi, hæc pugnæ: illa imagini, archetypo hæc comparetur, ut ad lib. 1 Præfat. docui. Supr. non longe, *in ſchola iſta* quam lectionem contra libros cudit Pincianus, quod non placet.

Declamatores produc à Senatu] Rectior vet. libri ſcriptura: *Agedum iſtos declamaturos produc in Senatum, in forum: Cum loco mutabuntur.* Unus autem inſtar omnium, Declamatorum princeps *Latro*, de quo Seneca proœmio lib. 5 Controverſiarum. Eadem pæne de ipſo leges apud Quinctilianum lib. 10. cap. 5. ubi & de Ceſtii Oratione contra Milonianam Ciceronis: Sed quia corrupte illic *Seſtius* ſcribitur, *Ceſtius* ex hoc loco emendandum moneo.

Pag. 428. *Riſus omnium ingens*] De quo Turneb. lib. 10 adverſ. cap. 6.

Se executurum] Vide Notas ad præfat. lib. 3 Controv.

Pag. 429. *Ut prætor nomen ejus reciperet. Lege inſcripti maleficii*] Inf. lib. 5. Declamat. 1. *Inſcripti maleficii actio eſt*, quæ Græcorum potius quam Romanorum, ut pleræque aliæ, moribus comparatæ, exercitationis gratia declamabantur. Sic enim Suidas & Heſychius ἄγραφα ἀδικήματα περὶ ὧν νόμος οὐ γέγραπται. Docuit hoc doctiſſimus Turnebus lib. 10 Adverſarior. cap. 6. quibus adde & Fabium lib. 7. cap. 4. *Advocationem* autem *petere*, Formulam eſſe forenſem pro (ut fit in cauſſæ diffidentia) patrono ſe egere, oſtendere, exemplis clarum, ſup. Controv. 8. Vide & Contr. 27.

Curatorem ei petebam] Ut furioſis, amentibus & prodigis ex lege 12 Tabularum ſolet: nec rerum ſuarum adminiſtratio ipſis concedebatur, ſed ad agnatos ea pertinebat. Caius & Juſtinianus Impp. lib. 1. Inſtitut. Cornificius 1 Rhetor. ad Herennium. Et Cicero lib. 2 de Invent. & Tuſculana 3. Seneca Controv. 2. Horatius epiſt. 1. lib. 1.

Nec medici credis, nec curatoris egere
A prætore dati.

Et lib. 2 Serm. Sat. 3.

——— *interdicto huic omne adimat jus*
Prætor, & ad ſanos abeat tutela propinquos.

CONTROV. VIII.

Pag. 437. *Qui cœtum fecerit*] Nocturni cœtus coitioneſque tanquam ſeditioſorum hominum optimo jure vetitæ, jam inde à primis juris incunabulis, quæ lex quoque à Decemviris in XII relata, niſi fallit Porcius Latro noſter, in ea Declamatione, quæ in Catilinam circumfertur, verene, an falſo ei inſcripta ſit, nunc non diſputo.

Ubi Athenarum fides] Fœdera enim Athenienſibus cum Olynthiis erant, adverſus Philippum, tyrannidem occupare conantem, Diodorus Siculus, Demoſthenes, & Juſtinus. Vid. & Controv. 34. Hoſpitalis vero dexteræ, fidei ſignum: ut & *Teſſera*, mutui hoſpitii. Illæ quoque in ſummo ſignorum militarium implexæ geſtabantur, ut & in nummis antiquis idem ſignum cum hac inſcriptione: CONCORDIA EXERCITUUM, quales

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

quales edidit omnis antiquitatis princeps Ant. Auguſtinus. Tacitus hiſtoriæ Auguſtæ lib. 1. *Miſerat civitas Lingonum Vitellio, vetere inſtituto, dona Legionibus dexteras, hoſpitii inſigne.* Et lib. 2. initio de Pſeudo-Nerone: *Centurionem Siſennam, dextras, Concordiæ inſignia, Syriaci exercitus nomine ad Prætorianos ferentem, variis artibus aggreſſus eſt.* Unde Virg.

——— *& dextram jungere dextræ.*

Pag. 438. *Cœtus multitudinis*] Reſpub. res populi: populus autem non omnis cœtus multitudinis, ſed cœtus juris conſenſu, & utilitatis communione ſociatus. Cicero 3 de Republ. apud D. Auguſtinum, lib. 2. c. 21. Civitatis Dei.

CONTROV. IX.

Pag. 438. *Lex Cornelia te appello*] Exſtant hujus legis capita de *Sicariis* & *veneficis* lib. 48. Pandect. tit. 8. qua tenetur, qui hominis necandi cauſa venenum confecerit, dederit: de qua & Cicero diſerte in oratione pro A. Cluentio habita.

LIBER QUARTUS.

PROOEMIUM.

Pag. 440. QVod munerarii ſolent] *Munerarius* primum ab Auguſto dictus, teſte Fabio lib. 8. qui *Munerator* eſt L. Annæo Floro de Spartaco lib. 3. cap. 19. *Munus* autem officium dictum eſt, quod gladiatores funebribus ludis pro extremo officio Romæ exhiberentur, ut auctor eſt Tertullianus lib. de ſpectaculis. Et Lipſius noſter 1 Saturnal. c. 7. D. Cyprianus lib. de pietatis opere, & eleemoſyna in extremo: *Munera mihi quam precioſa, quam grandia, quam nimio & longo tempore quæſita ſumptuoſiſſimis apparatibus comparant, rebus ſuis vel obligatis in muneris apparitione, vel venditis, ac niſi editio honeſta ſucceſſerit, convitiis ac ſibillis ejiciuntur, & furore populari nonnunquam pæne lapidantur. Tuos tales munerarios Chriſte demonſtrans, illos copioſis opibus affluentes, an in Eccleſia præſidente & ſpectante te ejuſmodi munus edant.* Utitur & voce *munerarii* Tranquillus in Domitiano.

Pag. 441. *Ille triumphalis ſenex*] Ἐπιδείξεις, *id eſt declamationes:* ἀποδείξεις in obſcuris libri veteris veſtigiis erat, Latiniſque litteris exaratum. utrumque idem ſignificat. Hinc ἐπιδεικτικὸν, Demonſtrativum genus, quod ideo Declamatorium potius quam Oratorium videatur, quod bene dicendi finem, puta *fidem facere*, non aſſequatur. Vid. Fabium lib. 3. c. 14. Suetonius de claris Rhetoribus: *Olim*, inquit, *Græci* συντάξεις *vocabant, mox Controverſias quidam, ſed aut fictas, aut judiciales.* Ubi in veteri quodam meo ſcriptum melius, συνθέσεις *vocabant.* ἀκροάσεις tamen hic legere ac tueri Fabrum noſtrum poſtea comperi, nec repugno.

Marcello Æſernino nepoti ſuo] Hujus meminit & Corn. Tacitus Ann. 11. ut Oratoris & innocentis vitæ. Et Sueton. in Auguſto cap. 42. *Aſinio Tollione oratore graviter, invidioſeque in curia queſto Æſernini nepotis ſui caſum, qui & ipſe crus effregerat.*

Pag. 442. *Intra quartum diem Haterium F.*] Diverſe in veteri *Herenum F.* & mox hac ipſa pagina *Herium.* Non immerito igitur vulgaris mihi lectio de mendo ſuſpecta eſt, præſertim cum ſtatim ſubjiciatur, *ſex filiorum morte imbecillo animo tuliſſe Haterium*, qui in hoc declamatorum cenſu non poſtremus eſt, laudaturque Suaſor. 3. Itemque Controv. 6. extrema & 13. Item in præfationis hujus fine.

Pag. 443. *Aſinius intra quartum diem*] Non diſſimile de Potamone Suaſor. 2. qui à funere filii contulit ſe in ſcholam & declamavit.

Pag. 444. *Haterius noſter ſufflamandus eſt*] Admonuerunt jam alii ante me natum: in his Pincianus, hic *ſufflaminandus* legendum eſſe, qua voce L. Seneca in ἀποκολοκυντώσει utitur & bis Juvenalis, quibus adde & D. Hieronymi auctoritatem. Eſt autem *ſufflamen*

ſlamen retinaculum, quo rotarum curſus reſtringitur, ne currus è ſummo loco in præceps deferatur. Sic enim ille in ludicro Claudiano extremo: *Aliquando Ixionis miſeri rotam ſufflaminandam.* Juvenal. Sat. 8.

Carpento rapitur pinguis Damaſippus, & ipſe
Ipſe rotam ſtringit multo ſufflamine Conſul.

Et Sat. 16 metaphoricῶs:

Nec res atteritur longo ſufflamine litis.

Pro dilatione & remora ut fit lite pendente. Divus Hieronymus epiſtola ad Pammachium, adverſus errores Joannis Hieroſolymitani: *En Lyſias noſter, en Gracchus, & ut aliquid de Neotericis inferam, Q. Haterius, qui ingenium in numerato habebat, ut ſine monitore tacere non poſſet: de quo egregie Cæſar Auguſtus: Quinctus, inquit, noſter ſufflaminandus eſt.* In quo loco ante Rom. editionem, legebatur *ſufflamandus*, ut & hoc loco *ſuffibulandus.* Sed utraque lectio flamma & fibula potius digna. Duo autem Auguſti dicteria de eodem pronunciata conjungit. *Ingenium* enim *in numerato habere* de L. Vinicio, non de Q. Haterio dixit Auguſtus: ut extrema Controv. 13. auctor eſt (quem vide & Suaſoria 3. extrem.) Seneca noſter, à quo pius ille ſcriptor eſt mutuatus, legens identidem hunc Rhetorem.

Adeo non currere ſed decurrere] Alciatum legiſſe video, *Nedum currere ſed decurrere.* Neſcio quo codice uſum, dum rixatur cum Valla de *nedum* particula, in qua multa peccantur, lib. 6 Parergon cap. 10. quin & cap. 5. ſufflaminandi aliam à nobis originationem attulit. Vide & Cælium Rhodiginum lib. 9. cap. 10.

Libertum habebat cui & parebat] De C. Graccho idem refert Cicero 3 de Oratore, & M. Fabius in concione fiſtulatorem poſt ſe habere ſolitum, qui actionem ſuam moderaretur.

Pag. 445. *Aliquandiu Officioſi vocitati*] Quin etiam *Obſequentes* & *Morigeræ* amicæ dictæ. Afranius Vopiſco apud Nonium:

Ætas, & corpus tenerum, & morigeratio.

Et Nævius Tarentilla apud Cariſium:

Nunquam quiſquam amica
Amanti amico nimis licet fidelis,
Nec minus erit morigera: Nota quiſquam.

Quæ duo poſtrema verba à gloſſa religioſi ſcribæ eſſe ſuſpicor.

Redimebat tamen vitia virtutibus] Pro penſabat, ut Juvenalis Sat. 4.

— monſtrum nulla virtute redemptum.

ut ad Suaſoriam 6. notabam. M. Cicero C. Cælio lib. 2 ad Famil. epiſt. 15. quam quidem acerbitatem à Rep. meis privatis & domeſticis incommodis libentiſſime redemiſſem. Et libro 10. Plancius ad Senatum: Non enim præterita videri volo redemiſſe. Utitur & hac notione Seneca Philoſophus.

CONTROV. I.

Et detonſus coactus convivio intereſſe] Sic interpungo. Nam in funere atrati barbam capilloſque alebant. ut & in reatu intonſi erant. Vide Contr. 20. extrem.

Pag. 447. *Nemo amicus, nemo propinquus*] Infelicium ſcilicet. M. Antonius Muretus, lib. 2. Variar. lect. cap. 6.

CONTROV. II.

METELLVS pontifex] L. CÆCILIUS METELLUS L. F. C. N. princeps Cæciliæ familiæ: nam bis Cos. anno 502, iterumque 506. Magiſter equitum 503, Pontifex Maximus 510, cui ſacerdotio duos & viginti annos præfuit. Dictator 529, de Pœnis procos. triumphavit, anno 503. duxitque in triumphum duces tredecim, Elephantos 120, ut Epitoma Livii lib. 19, vel 152, ut Plinius lib. 8. cap. 6. Natur. hiſtor. & Frontinus lib. 2. cap. 5. Stratagem. Hic Palladium ex incendio templi Veſtæ eduxit, cæcuſque factus eſt. Hinc ſoli conceſſum id beneficii, ut

curru in curiam vehi poſſit. Idem Plinius lib. 7. cap. 43. & Valerius Maximus lib. 1. cap. 5. de Palladio: ſic Dionyſius lib. 1. Ἀρχαιολ. Ῥωμαϊκ. τὰ μὲν οὖν εἰς Ἰταλίαν ὑπ' Αἰνείου κομισθέντα ἱερὰ τοῖς εἰρημένοις ἀνδράσι πειθόμενος γράφω τῶν μεγάλων θεῶν εἰκόνας εἶναι, οὓς Σαμοθρᾶκες Ἑλλήνων μάλιστα ὀργιάζουσι, καὶ τὸ μυθολογούμενον Παλλάδιον, ὅ φασι τὰς ἱερὰς φυλάττειν παρθένους ἐν ναῷ κείμενον Ἑστίας, ἔνθα καὶ τὸ ἀθάνατον πῦρ διασώζεται. id eſt, *Secutus auctores idoneos aio ſacra per Æneam tranſlata in Italiam eſſe, Magnorum Deorum, quibus Græcos Samothraces initiantur præcipue, fabuloſumque illud Palladium, quod in templo Veſtæ à ſacratis virginibus dicunt cuſtodiri, ubi etiam aſſervatur ignis perpetuus.* Vid. Controv. 17.

CONTROV. III.

Per humanos, inquit, errores, &c.] Totus hic locus obſcurus eſt: Hoc nimirum dicit. Raptor cum precibus à me ſalutem peteret, inter cetera adjurabat me etiam per errores humanos: cum ſignificaret ita errorem illum ſuum humanum fuiſſe in filia, ut fuerat meus in eo quem imprudens interfeceram. Agnovi igitur preces meas, id eſt, quibus ego quoque aliquando uſus eram. Potes, inquit, raptor omnibus oſtendere, quam non poſſis hominem occidere. Sin vivere me, quam mori malueris, cum vitam meam in poteſtate tua habeas, oſtendas te ab interficiendis hominibus abhorrere. & ne illum quidem alterum à te dedita opera interfectum fuiſſe.

CONTROV. IV.

Pag. 405. *Sepulchri violati*] Vide veterum prudentium reſponſa à Treboniano in 47. Pandect. lib. tit. 12. congeſta.

Neceſſitas eſt, quæ navigia] Exſtat elegans Mimus de Neceſſitate Laberii à Cæſare coacti in ſcenam prodire, cum jam eques Roman. factus eſſet apud Macrobium lib. 2 Saturn. cap. 7. Eum ad Controv. 27. adſcripſi: tranſeo itaque ad alia.

Pro Republ. plerunque templa nudantur] Idem Religio docet, in Chriſtianis captivis: ut exemplo D. Paulini docet Ambroſius lib. de Offic.

CONTROV. V.

Pag. 451. *Abdicavit filium*] Mutuatus hoc declamatorium argumentum, forte à Seneca noſtro Lucianus, Sophiſta & ipſe, Dialogo qui Ἀποκηρυττόμενος, id eſt, *Abdicatus* inſcribitur. Eſt enim Rhetorum, ſtatuſque qualitatis, Generis Judicialis. Abdicationis autem duas ſpecies Fab. numerat, criminis partim perfecti, partim imperfecti. Thema autem eſt, Ἀποκηρυχθείς τις ἰατρικὴν ἐξέμαθε· μανέντα τὸν πατέρα, καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων ἰατρῶν ἀπεγνωσμένον, ἰασάμενος φαρμάκου δόσει, ἀνελήφθη αὖθις εἰς τὸ γένος, μετὰ ταῦτα μεμηνυῖαν τὴν μητρυιὰν ἰάσασθαι κελευόμενος ἀποκηρύττεται. *Quidam abdicatus artem medicinæ didicit: patrem inſania laborantem reliquis medicis deſperantibus dato pharmaco cum ſanaſſet, denuo receptus in familiam eſt, poſt hæc novercam inſania correpta ſanare juſſus, abdicatur.*

Si quid acciderit] Humanitus ſcilicet, hoc eſt ſi morietur. Lemma Controverſia 16. *Si quid alteri obtigiſſet*, ad quam plura notabam.

Temerariis remediis graves morbi curantur] Atqui vetat Hippocrates in gravibus, deſperatiſque morbis temere medicinam adhiberi. Sic enim περὶ τέχνης initio: Ἰατρικὴν εἶναι τὸ δὴ πάμπαν ἀπαλλάσσειν τῶν νοσεόντων τοὺς καμάτους, καὶ τῶν νοσημάτων τὰς σφοδρότητας ἀμβλύνειν καὶ τὸ μὴ ἐγχειρέειν τοῖσι κεκρατημένοισιν ὑπὸ τῶν νοσημάτων, εἰδότας ὅτι ταῦτα οὐ δύναται ἰατρική. Et Galen. in Aphoriſm. Hippocratis: Ἀρχομένων τῶν νόσων, &c. Et Θεραπευτικῆς μεθόδου βιβλ. ια'.

Hoſtis aliquando vulnus ſanavit quod fecerat, ut Achillis haſta vulneratus Telephus ab eadem remedium petit. Ovid.

Vulnus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Vulnus Achilleo quod quondam fecerat hoſti,
Vulneris auxilium Pelias haſta tulit.

Et Propertius:

Mylus & Hæmonia juvenis qua cuſpide vulnus
Senſerat, hac ipſa cuſpide ſenſit opem.

CONTROV. VI.

Pag. 452. *Utrumque puerum*] Fortaſſe non alienum ab hoc judicium Salomonis regis lib. 3 Regum, cap. 3.

CONTROV. VII.

Pag. 454. *Perlucidam veſtem perfuſus unguento*] Sup. lib. 2. Declam. 7. *Infelices ancillarum greges laborant, ut adultera tenui veſte perſpicua ſit*. Item Controv. 9. *Madentem unguentis heſternis* (lego *externis*) *convulneratum libidinibus: & luxuriantem habitum* dixit.

Populus Rom. veneno vinci hoſtem] Ut bello Tarentino, Pyrrhi medicus, venenum ſe regi daturum promiſerat: ſed recuſavit conditionem Fabricius. Quidam etiam remiſſum ad Pyrrhum cum litteris putant. Tu vide Valerium lib. 6. c. 5. Ælianum lib. 12. Var. Hiſt. & Agellium lib. 3. cap. 8.

LIBER QUINTUS,

CONTROV. I.

Pag. 457. *A Liberato reus fit maleficii*] Inepte quidam *à liberto*. non diſſimile argumentum in Horat. lib. 2. epiſt. 2. extrema de inſano, qui ſe dementia liberatum per cognatos moleſte Argis tulerat:

—— Pol me occidiſtis amici,
Non ſervaſtis, ait, cui ſic extorta voluptas,
Et demens per vim mentis gratiſſimus error.

Pag. 458. *Cn. Pompeius in Pharſalia*] Res nota vel pueris ex Lucano. De Craſſo vero ad Controv. 10.

Domus mea fata claudo] Tale illud Horatianum:

Omnes compoſui: Felices: nunc ego reſto.

At ne quid diſſimulem, longe aliter vetus liber: *Domus mea eſt effecta: ego vivo, nullo miſerior*, &c.

CONTROV. II.

Pag. 359. *Fabricius aurum à Pyrrho*] Etiam quartam partem regni oblatam recuſavit. Supr. Controv. 9. non ſemel Juſtinus lib. 18. Frontinus lib. 4. c. 3. & Eutropius lib. 2.

Mortales eſſe inimicitiæ debent] Hinc illud Philoſophi dictum: *Mortalis cum ſis, immortales inimicitias ne geras.* De Ti. Sempronio Graccho, qui cum Scipione Aſiatico tribunus pleb. & Africano majore inimicitias geſſit: hujus etiam Corneliam filiam uxorem duxit ex qua Ti. & Caium Gracchos ſuſtulit. legendi Cicero, Livius, Plutarchus, Valerius, & alii.

CONTROV. III.

Pag. 460. *Malæ tractationis*] Quam per ὑφὲν *maletractationis* unica voce alii ſcribunt. Idem argumentum lib. 3. Declam. 8. & lib. 4. Declam. 6. quam actionem & uxor inſtituere poteſt, ſi quid pater crudelius in filias admiſerit. vide Quinctil. lib. 7. cap. 4. & Controv. 2. extrema.

CONTROV. IV.

Pag. 461. *Diebus feſtis intercedentibus*] Juſtitium cum eſſet pœna differebatur, vide Juriſconſultos elegantiores ad tit. de Feriis & dilationibus: qui eſt 12 libri 2. Pandect. Ciceronem pro M. Cœlio: & Platonem de dilata morte Socratis poſt damnationem.

Pag. 462. *Imaginabar mihi culeum*] Non repetam quæ ad Controverſiam ſextam decimam & alibi adnotare memini.

CONTROV. V.

Intendit platanum] Lex erat decemviralis, ut qui alienas arbores injuria

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

(vel ut Paulus Juriſconſultus ait, *furtim* l. 1. D. arbor. furtim cæſarum) cecidiſſet, in ſingulas æris 25 lueret. Plinius lib. 18. cap. 1. Confer hæc ſi placet, cum tit. 28. lib. 43. Pandect. de arboribus cædendis: Et ad L. Aquiliam lib. 9. & tit. 7. lib. 47. Arborum furtim cæſar. Et de tigno juncto ex lege XII Tabb. Et quæ diſputantur de ſervitutib. prædiorum urbanorum lib. 8. puta, ne altius tollantur ædes, neve luminib. alienis obſtruantur.

Et immenſam erecti altitudinem] Locum hunc vehementer illuſtrat Papirii Fabiani querela de exſtruendarum ædium luxu; quo tanquam emblemata exornatur Controv. 9. Lege & Juriſconſultorum ſcripta de ſervitutibus urbanorum prædiorum, ſi modo tantum abs re tua otii tibi.

Pag. 463. *Maria ſubmoventur projectu molibus*] Sic Horatius lib. 1. od. 11.

Seu plures hiemes, ſeu tribuit Jupiter ultimam.
Quæ nunc oppoſitis debilitat pumicibus mare Tyrrhenum.

Sæpe etiam Pomponius Mela noſter, *frangi promontoriis maria dicit.*

Pars domus eſt arbor] Non enim alterius arbor eſſe intelligitur, quam cujus in fundum radices egerit. Et ideo prope confinium arbor poſita, ſi etiam in vicini fundum radices egerit, communis fit, Juſtinianus lib. 2. Inſt. tit. de rer. diviſ. & Juriſconſulti de jure finium regundorum.

CONTROV. VI.

Pag. 464. *Una nocte contentus ſum*] Fit neſcio quomodo, ut in Flaminino quæ eſt Controv. 25. eadem legantur, in Porcii Latronis ſermone, *Non inquiro*, inquit, *in totum annum*, *una nocte contentus ſum.* Non ignotum autem, quibus hæc dici ex formula ſolent.

Nunquid cecini? nunquid carmen famoſum] *Cecidi* alii. Sancitum id capitis pœna jam inde à decemviris, ſi quis incantaſſet, ſive carmen condidiſſet, quod infamiam faceret, flagitiumque alteri, Cic. 4. de Rep. apud Auguſtinum lib. 2. cap. 16. Civitatis Dei: vide & Horatium lib. 2. epiſt. ad Auguſtum, & JC. lib. 47. Pandect. tit. 10. de injur. & famoſis libellis.

Nefas putabatur, brachium extra togam exerere] Mos hic veterum fuit, ut in ſtatuis Græcorum apparet. M. Tullius in Cæliana: *Nobis quidem olim annus erat unus ad cohibendum brachium toga conſtitutus, & ut exercitatione ludoque campeſtris tunicati uteremur, eademque erat ſi ſtatim mereri ſtipendia cœperamus, caſtrenſis ratio ac militaris.* Hæc & Fabius reſpexit lib. 12 Inſtit. Orator. cap. 10. *Falli*, inquit, *mihi multum videntur, qui ſolos eſſe Atticos credunt, tenues & lucidos ſignificantes. ſed quadam eloquentiæ frugalitate contentos, ac ſemper manum intra pallium continentes.* Et in Gloſſis Græcorum reperi: Περήνεγκα χεῖρα δεξιὰν, ἀριστερὰν ὑπέστειλα πρὸς τὰ ἱμάτια, id eſt, *Proculi manum dextram, ſiniſtram perpreſſi ad veſtimenta.*

CONTROV. VII.

Pag. 466. *Cannenſi prælio*] Sic malo, quam quod vulgo editur *Carthaginenſi*, ex Controv. 27. auctoritate, ubi nos ex Livio de ſervis manumiſſis, in militiamque aſcriptis: ut & de *Craſſo* Controv. 9. diximus, & ſup. Decl. 1. lib. 5. *Atilio* vero *Regulo* admiranda Tubero refert, apud Agell. lib. 6. Noct. Attic. cap. 4.

LIBER SEXTUS.

CONTROV. I.

Pag. 469. *Patrem utrique noſtrum placari*] *Patri utrumque noſtro placere* in veteri eſt. Proba utraque lectio. Eſtque votorum formula: quales plurimæ his libris inſperſæ ſunt. Sic in Ἀποκολοκυντώσει initio: *Ita illum ſalvum & felicem habeam.* Poſſet & ſic *Patri utrumque noſtrum placere* legi: tametſi abierit in alia omnia Pincianus.

D E-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

CONTROV. II.

Imprudentis cædis damnatus] Idem lemma lib. 3. Declamat. 3. de quo Fabius lib. 7. cap. 4. extr.

CONTROV. III.

Pag. 471. *Major dividat*] Eadem in epiſcopatus diviſione ſervanda patres præceperunt in Carthaginenſi Synodo cap. 85. in Græco vero exemplari cap. 118. quæ Gregorius retulit in lib. 3. Decretal. tit. 29. cap. 1. & his longe antiquior D. Auguſtinus lib. 12. cap. 20. de Civitate Dei, de ſeceſſione Lot & Abrahæ: *Hinc fortaſſis effecta eſt inter homines pacifica conſuetudo, quando terrenorum aliquid partiendum eſt, major dividat, minor eligat.* Vide & Cujac. lib. 13 Obſerv. 24. Libet autem inſignem proferre locum Salviani Maſſilienſis Epiſcopi & ſui temporis, ut Gennadius ait, Epiſcoporum magiſtri, cum ut declamantibus materiam ſuppeditem, tum ut ſæculi noſtri abuſus tollantur, quo hodieque parentes avaritia occæcati liberos hereditate fraudant, eo potiſſimum nomine quod Deo ſe in religioſorum familiis conſecrarint: aliis vero ſeculo ac lucro addictis, nimirum quia liberos habent, duplam triplamve portionem tranſcribunt. Lex quidem eſt fateor decemviralis in 12 Tabulas relata: REI SUÆ UT QUISQUE LEGASSIT ITA JUS ESTO. At naturæ lex æquis condi teſtamentum portionibus jubet, ut nullus querimoniæ actioniſque ſit locus: niſi ſit nequam & prodigus & decoctor, qui heres eſt futurus, aut parentib. non obediens, aut denique ingratus: cum & ſervus manumiſſus ob ingrati crimen in ſervitutem detrahatur, Chriſti vero lex juſtiſſima, quæ ſunt Dei Deo reddi (à quo omnes acceperunt) & Cæſaris Cæſari reſtitui præcipiens. *Honora*, inquit Salomon, *Deum de tua ſubſtantia*, ſcilicet ne ingratus fuiſſe videaris. Hinc ſacrificiorum ac decimarum origo & veterum religio: hinc & primitias frugum Deo libabant, ut auctori, & patriarchæ liberorum primitias offerebant: at tu ſceleri impietatis affinis dæmoni offers, Deum fraudas ejuſque ſervum qui ſeculo nuncio remiſſo ei ſe totum dedicavit. Verum non mihi ſed diſerto Galliæ ſcriptori, qui ſeculi ſui vitia merito ſevero ſtylo caſtigavit, fidem haberi volo. Sic enim ille lib. 3. ad Eccleſiam Catholicam. Nunc, " *inquit*, diverſiſſime & impiiſſime " nullis omnino à ſuis minus relin- " quitur, quam quibus ob Dei reve- " rentiam plus debetur: nullos pietas " minus reſpicit, quam quos præcipue " religio commendat. *Denique* ſi qui " de parentibus filii offeruntur Deo, o- " mnibus filiis poſtponuntur oblati: " indigni judicantur hereditate, qui " digni fuerant conſecratione, ac per " hoc una tantum re parentibus viles " fiunt, quia cœperunt Deo eſſe pre- " tioſi. Ex quo intelligi poteſt, quod " nullus pæne apud homines vilior " eſt, quam Deus: cujus utique fit di- " ſpectione, ut eos præcipue, parentes, " filios ſpernant, qui ad Deum cœpe- " rint pertinere. "

Sed præclaram videlicet, qui hæc " faciunt, rationem conſilii ſui red- " dunt, dicentes. Quid opus eſt, ut fi- " liis jam religioſis æqua cum fratri- " bus ſuis hereditatis portio relinqua- " tur? Nihil ergo juſtius, nihil di- " gnius, quam ut quia cœperunt reli- " gioſi eſſe mendicent: non quidem " quod eos hæc res mendicitate op- " preſſura ſit, quod à terrenis faculta- " tibus abdicantur, cælum ſpe poſſi- " dentes, cito etiam re poſſeſſuros, re- " gente illos Deo ſuo ac protegente, " qui eos cum immortali ſpe æterno- " rum etiam ſufficientia temporalium " muneratur. Sed tamen quantum ad " humanitatem parentum pertinet, e- " gent, à quibus ſic relicti ſunt, ut ege- " rent. Certe etiam, ſi qui non peni- " tus domo eliminantur, & quibus " non omnino extorribus, quaſi aqua " & igni interdicitur, cum aut tenues " aut recte uſufructuarii relinquuntur, " tamen tanto inferiores fratribus re- "

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

,, linquuntur, ut etiamſi paupertate
,, non egeant, comparatione tamen e-
,, gere videantur.
,, Dicitis quid opus ſit religioſis æ-
,, quam cum fratribus accipere patri-
,, monii portionem ? Reſpondeo ut
,, religionis fungantur officio : ut Re-
,, ligioſorum rebus Religio ditetur: ut
,, donent, ut largiantur, ut illis haben-
,, tibus, cuncti habeant non habentes:
,, Imo ſi tanta eſt eorum fides atque
,, perfectio, ut habeant, cito non ha-
,, bituri, beatius utique poſtquam ha-
,, buerint, non habentes: cur eis (quæ-
,, ſo, ô inhumaniſſimi parentes) neceſ-
,, ſitatem indigniſſimæ paupertatis
,, imponitis ? Permittite hoc religioni
,, ipſi cui filios tradidiſtis: rectius, pau-
,, peres à ſe fiunt. Si tantum eos ino-
,, pes eſſe cupitis, concedite id ipſorum
,, devotioni, liceat eis (quæſo) ut ve-
,, lint pauperes fieri, eligere inopiam
,, debent, non ſuſtinere. Poſtremo et-
,, iam ſi ſuſtineant, devotione eam
,, tollent, non damnatione patien-
,, tur. Cur eos velut à natura expelli-
,, tis, & quaſi è jure ſanguinis abdica-
,, tis? & ego eſſe eos pauperes volo, ſed
,, ut habeat tamen præmium ſuum
,, ipſa paupertas : ac præclara demuta-
,, tione eligant inopiam ex copia, ut
,, ex inopiæ electione copiam conſe-
,, quantur. Quanquam quid ego vos
,, per ipſum ſanctiſſimæ rationis offi-
,, cium trahere ad humanitatem pie-
,, tatemque contendo, cum id maxi-
,, me obſiſtat, & hæc res parentes im-
,, pios faciat, quæ magis pios facere de-
,, beret ? Nam cum vos ideo plus re-
,, linquere patrimonio veſtro religio-
,, ſis filiis deberetis, ut aliquid ad
,, Deum ex facultatibus veſtris, ſaltem
,, per filios, perveniret, ideo filiis non
,, relinquitis, ne illi habeant Deo quod
,, relinquant : præclara videlicet ratio-
,, ne atque cautela contenti eritis : vos
,, filios non agnoſcere, tantum ne illi
,, ſe filios Dei eſſe cognoſcant : magni-
,, ficam repenſantes divitiis ſacris vi-
,, ciſſitudinem, dum id ſtudioſiſſime
,, procuratis ne vel per veſtros aliquid
,, honoris Deus habere poſſit. cum vos
omnia per Dei munus habeatis. Cur "
(rogo) tam infideliter, cur tam im- "
pie ? non exigimus ut veſtra domi- "
no largiamini : Aliquid Deo de ſuô "
reddite : cur tam avare, cur tam im- "
pie agitis ? Non eſt veſtrum quod "
denegatis. Iniquum ergo arbitrami- "
ni ut ſæcularibus filiis Religioſos fi- "
lios ſubſtantia pares eſſe faciatis ? Id "
ergo agitis ut pœniteat eos cœptæ "
religionis, quos religio apud vos fe- "
cerit viles. Pius itaque eſt ac bonus "
dominus qui ſervet in eis propoſi- "
tum ac profeſſionem ſuam. Cæte- "
rum quantum in vobis eſt, id agitis, "
ut ſæculi eos cultores eſſe faciatis, "
quibus ſæculares filios antefertis. "
Quid eſt enim aliud quam Religio- "
nem interdicere, ob Religionem de- "
ſpectui habere ? Sed injuſti fortaſſe "
videamur, cunctos parentes in hoc "
negocio æqualiter accuſando : cum "
ſcilicet non omnes pari agant ini- "
quitate cum filiis. "

Sunt enim (inquit aliquis) ſunt "
ex parentibus multi, qui æquales fi- "
liis ſuis faciant portiones : niſi quod "
una tantum eos conditione diſcer- "
nant. quum in iis ipſis partibus, quæ "
filiis religioſis videntur aſcribi, u- "
ſum, jubent, ad eos, proprietatem ad "
alios, id eſt ad ſæculares filios perti- "
nere. At vero hoc multo pejus eſt "
& infidelius : tolerabilioris quippe "
impietatis eſſe videtur, hæreditatem "
aliquem filiis ſuis minus relinquere, "
quam proprietatem his rerum peni- "
tus auferre. Poteſt enim aliquatenus "
fieri ita conditio, ſi aut amicis aut "
affinibus aut propinquis hac lege a- "
liquid relinquatur ? Filiis vero qui "
proprietatem rerum non tribuit, nil "
relinquit. Sed invenit iniquiſſima "
infidelitas parentum, quomodo à pa- "
trimonio ſuo Deum penitus exclu- "
dat, proprietatem rerum religioſis "
filiis auferendo : Num enim his de- "
dit, ut eſſet quo ipſi viverent, pro- "
prietatem his tulit, ut quod Deo re- "
linquerent non haberent ? O no- "
vum irreligioſæ mentis ingenium ! "
invenit quo videretur, filiis ſuis ma- "

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

„ jore erga Deum ſua impietate con-
„ ſulere: fecit enim ut ſancta ſoboles
„ uſum rerum habens, jus rerum non
„ habens, quaſi locuples quidem vive-
„ ret, ſed quaſi mendica moreretur:
„ ac ſi teſtator infideliſſimus plena de
„ hoc mundo poſſit ſecuritate diſcede-
„ re, cum ſciret de ſuo ad Deum peni-
„ tus pervenire nil poſſe. Quamvis in
„ hoc ipſo quod ſupra dixi, per uſum
„ rerum aliquem, filios Religioſos o-
„ pum imaginem poſſidere, ne hoc ſit
„ quidem: quia etſi uſus videtur ali-
„ quid habere, conſcientia tamen u-
„ tentis non habet, nemo enim poteſt
„ ſe, vel brevi divitem credere, qui ſcit
„ ſe proprium nil habere. Quid agis,
„ miſerrima infidelitas, & paganicæ
„ (ut ita dixerim) religioſitatis error?
„ Itaque tantum odiſti Deum ut poſ-
„ ſis etiam filios tuos ob hoc tantum,
„ quod ad Deum pertinent, non ama-
„ re? Meliori enim conditione qui-
„ dam relinquunt libertos ſuos, quam
„ tu relinquis filios tuos. In uſu ſiqui-
„ dem quotidiano eſt, ut ſervi (etſi
„ non optimæ, ſaltem non improbæ
„ ſervitutis) Romana à dominis liber-
„ tate donentur: in qua ſcilicet & pro-
„ prietatem peculii capiunt, & jus te-
„ ſtamentarium conſequuntur, ita ut
„ & viventes cui volunt res ſuas tra-
„ dant, & morientes donatione trans-
„ ſcribant. Nec hoc ſolum, ſed & illa
„ quæ in ſervitute poſiti conquiſie-
„ rant, ex dominorum domo tollere
„ non vetantur. Tantum eis interdum
„ gratia patronæ liberalitatis impartit,
„ ut etiam juri ſuo detrahat, quod li-
„ bertorum dominio largiatur. Quan-
„ to, ô quiſquis ille es infideliſſime pa-
„ ter, quanto domini illi melius cum
„ libertis agunt, quam tu cum liberis?
„ Illi quæ donant, perpetuo jure do-
„ nant, tu temporario. Illi teſtamenti
„ faciendi arbitrium dant libertis, tu
„ tollis liberis: illi poſtremo ſervos
„ ſuos dant libertati, tu quaſi addicis
„ filios ſervituti. Nam quid eſt aliud
„ quam ſervituti addicere, quos non
„ vis aliquid quaſi ingenuos poſſide-
„ re. More illo illorum uteris, qui
ſervos ſuos non bene de ſe meritos "
quia civitate Romana indignos ju- "
dicant, jugo Latinæ libertatis addi- "
cunt: quos ſcilicet jubent quidem "
ſub libertorum titulo agere viven- "
tes, ſed nolunt quidquam habere "
morientes: negato enim his ultimæ "
voluntatis arbitrio, etiam quæ ſu- "
perſtites habent, morientes donare "
non poſſunt. Ita & tu religioſos fi- "
lios tuos quaſi Latinos jubes eſſe li- "
bertos, ut vivant ſcilicet quaſi inge- "
nui, & moriantur ut ſervi, & juri "
fratrum ſuorum quaſi per vinculum "
Lat. libertatis aſtricti, etiamſi arbitrii "
ſui videntur eſſe dum vivunt, quaſi "
ſub eorum tamen poſiti poteſtate "
moriantur. Quid tantum (quæſo) "
ſceleris in titulo eſſe religionis pu- "
tas, ut ideo eos qui religioſi ſunt "
Deo filios tuos eſſe non credas, quia "
filii Dei eſſe cœperunt. In quo tibi "
hoc tam bonæ voluntatis quaſi pia- "
culo rei facti ſunt, ut idcirco eos pu- "
tes eſſe habendos pejores, quia o- "
ptant eſſe meliores? Sed dicitis non "
eo à vobis hoc animo agi: quod i- "
dem eſt ac ſi quiſpiam dicat, malas "
res bono animo à ſe fieri, & impie- "
tatis facinus pia mente committi. "
Quid prodeſt, (ô inhumaniſſimi pa- "
rentes!) quod filios religioſos bono "
à vobis adhonorari animo adſeratis? "
Res ipſa hoc reſpuit, res fefellit. Pa- "
rum eſt quod nudis aſſertionibus di- "
citis, ipſi actibus veſtris contra vos "
teſtes eſtis: indignum ergo arbitra- "
mini, ut ſancta ac placita Deo pigno- "
ra, Filii, mundo ſervientibus com- "
parentur. Verum eſt & bene arbitra- "
mini, ſi tamen arbitrio iſto, juſte & "
in diverſum uteremini: id eſt, ut "
comparandos bonis filiis, malos & "
peccatores, ſanctis non putaretis: & "
quia apud Deum vita ac meritis no- "
bis antecellerent, iidem apud vos "
gratia & honore ſuperarent. Quid "
enim rectius? quid magis juſtum, "
quam ut qui meliores ſunt, iidem et- "
iam honoratiores eſſent? & qui vin- "
cunt judicio, iidem vincerent præ- "
mio: & qui antiſtant in Euangelio "
ſacro, "

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

,, ſacro, iidem quoque in Teſtamento
,, humano antiſtarent, & hac ſaltem
,, re concordaret cum voluntate Chri-
,, ſti parentum pietas ac voluntas, ut
,, quos Deus præpoſuiſſet electione,
,, eoſdem etiam parentes antepone-
,, rent dignitate. Sed non ſolum hoc
,, non agitur, ſed in diverſum omnia
,, aguntur. Præponuntur enim puris
,, inviolatiſque commaculati, præpo-
,, nuntur fidelibus impii, præponun-
,, tur lumini tenebræ, præponitur vitæ
,, mors, præponitur terra cœlo, præ-
,, ponitur mundus Deo, & evaſuros ſe
,, hujuſmodi parentes, vel in hoc ſolo
,, judicium Dei æſtimant, qui cum Dei
,, & dignitatem judicii ſui indignitate
,, conculcant.

,, Sed videlicet non contemptu Dei
,, dicunt parentes hæc à ſe fieri, ſed
,, cauſa atque ratione: quibus enim
,, relictam ſubſtantiam relicturi ſunt
,, filios non habentes? dicam quibus,
,, nec nominabo eos quos ſupra dixi
,, pauperes Dei, non alienos aut lon-
,, ginque poſitos, ne durum aut inhu-
,, manum forte videatur. Illos dico
,, charos & individuos, & quos recte
,, etiam vos qui ſoboles multas habe-
,, tis, filiis anteſertis, ipſos ſe, inquam,
,, homines, ô infideliſſimi parentes
,, ipſos ſe, inquam dicimus. Nunquid
,, poteſt cuilibet quicquam ſeipſo pro-
,, pius, nunquid carius inveniri? ſuam
,, unicuique veſtrum animam, ſuam
,, ſalutem, ſuam ſpem commendamus,
,, & pios vos eſſe dicitis quia filios di-
,, ligitis? Nihil plane vobis durius,
,, nihil inhumanius, nihil tam ferum,
,, nihil tam impium dici poteſt, à qui-
,, bus impetrari omnino non poteſt,
,, ut vos ipſos ametis: *Pellem*, inquit
,, Diabolus in ſcripturis ſacris Job 2. 3.
,, *pro pelle, & cuncta quæ habet homo da-*
,, *bit pro anima ſua.* Dilectiſſimam eſſe
,, animam ſuam homini etiam diabo-
,, lus non negavit, & qui avertere o-
,, mnino cunctos ab affectu animarum
,, ſuarum nititur, idem tamen cariſſi-
,, mas eſſe debere cunctis ſuas animas
,, confitetur. Quis eſt ergo furor, vi-
,, les à vobis animas veſtras haberi,
quas etiam diabolus putat eſſe pre- "
tioſas? Quis furor eſt, viles à vobis "
haberi, quas etiam ille caras vobis "
debere eſſe dicit, qui viles facere co- "
natur? Ac per hoc quicunque ani- "
mas ſuas negligunt, etiam infra judi- "
cium diaboli ſe amant. "

Quæ cum ita ſint, videte vos qui "
putatis religioſos homines non ha- "
bere quibus relinquant ſubſtantiam, "
videte vel juxta diaboli opinionem: "
videte ſi non habent qui ſeipſos ha- "
bent. Sufficere quidem ad hanc ne- "
gotii portionem de qua nunc agitur, "
hæc quæ jam diximus ſatis arbitror, "
id eſt quod præponere vitam, ſpem, "
ſalutemque veſtram cunctis omnino "
rebus atque affectibus debeatis. "

Hactenus Salvianus, reliqua enim non exſcribo, ne otio abutar ac patientia lectoris. Sacræ enim ſcripturæ diſertus ille ſcriptor confirmat locis, quæ Tomo 5. Bibliothecæ SS. Patrum leguntur: quæ auxit ſingulari libello *de piis teſtamentis* Joannes Molanus Doctor Theologus, unde haurias licet.

Circumſcriptores dici ſolent] Pro decipere & circumvenire dictum *circumſcribere*: quod à Græcis ſumptum, quibus περιγράφειν idem interdum valet: idque fere cum minores falluntur. Cicero 3 Offic. *Dolus malus etiam legibus erat vindicatus, ut tutela* XII *Tabb. & circumſcriptio adoleſcentium lege Lectoria.* Et Juriſconſulti in l. exceptiones 7. ff. de except. & l. item dixit 16. D. de dolo malo. & l. ſi ex cauſſà 9. & l. in cauſæ 16. D. de minoribus 25 annis.

CONTROV. IV.

Pag. 472. *Proſcriptum uxor ſecuta eſt*] Ut *Leponina* Julium Sabinum conjugem, Veſpaſiani imperio, quod eſt ſingulare fidei conjugalis exemplum, exſtatque apud Tacitum lib. 4. Hiſtoriæ Auguſtæ, & diſertius in Plutarcho, in Erotico extremo, qui *Emponam*, Xiphilinus vero ex Dione *Peponillam vocat.*

Pag. 473. *Venenum Cato vendidit*] Plinius lib. 29. cap. 4. extremo, *Cantarides objectæ ſunt Catoni Uticenſi ſeu ve-*

nenum

nenum vendidiſſet in auctione regia, quoniam eas ſeſtertiis 60 addixerat. Auctione ni fallor, regis Ptolomæi in Cypro, in qua avare nimiſque amicis diffidentem ſeſe Catonem geſſiſſe, auctor eſt Plutarch.

CONTROV. V.

Miſſus Iphicrates adverſus Thracum regem] Cum Thracibus bellum geſſiſſe auctor eſt Xenophon extremo lib. 4. *ἑλληνικῶν*. Æſchines quoque initio orat. *περὶ παραπρεσβείας*, Imperatorem ab Athenienſibus eſſe creatum adverſus *Amphipolim* Thraciæ urbem: cujus belli ſtratagemata refert Frontinus lib. 1. cap. 6. & lib. 2. cap. 5. & plurima Polyænus lib. 3 Strateg. Duxit autem Threſſam regis Cotys filiam, ex qua *Mneſtea* filium habuit: qui interrogatus utrum parentem pluris faceret: matrem inquit. Id dum omnibus mirum videretur: ait ille, Merito, inquit, facio: nam pater quantum in ſe fuit, Thracem me genuit, contra mater Athenienſem. Corn. Nepos de vita externorum Imperatorum, ſive is Æmilius Probus eſt. Quamobrem emendandum puto Senecam Philoſophum lib. 2 de Tranquillitate vitæ cap. 18. *Iphicrates cui mater barbara & Threſſa objiciebatur, reſpondit, & Deorum matrem Idæam eſſe.* Emenda Iphicratis. F. ſingularem litteram à librario omiſſam puto. Tu lege quæ ex Alexandride Athenæus de Sympoſio nuptiarum Iphicratis refert lib. 4. *δειπνοσοφιστῶν*.

Et cauſam diceret] Et quidem capitis. Proditionis enim accuſatus bello ſociali cum Timotheo, à Pharnabazo: quod ejus opera Ægyptus capta non eſſet. Diodorus Siculus lib. 15. & 16. & Plutarch. in Apophthegm. Polyænus quoque lib. 3. ſtrategem. gemina cum Seneca refert. quo aſtu judicum ſententias effugerit. Abſolutus vero Iphicrates, damnatus vero Timotheus. Verba Polyæni Græca apponam de meo ſcripto libro, quod rem, de qua agitur, vehementer illuſtrent: *Ἰφικράτης θανάτου δίκην φεύγων παρεστήσατο νεανίσκους ἐγχειρίδια κατέχοντας οἱ παρεμφαίνοντες τοῖς δικασταῖς τὰς λαβάς, οὕτως αὐτοὺς κατέπληξαν ὥστε φοβηθέντες ἀπεδίκασαν τὴν δίκην.* Ab Ariſtophonte quoque accuſatum Ariſtoteles ſignificat, extrem. lib. 2 Rhetoric. & ex illo Fabius lib. 5. cap. 12. Idemque Polyænus, & quidem proditionis, additurque Chares accuſator. metuque armorum judicum ſententias à condemnatione, ad abſolutionem convertiſſe: *καὶ μετὰ τὴν νίκην ψηφισαμένου τινός, ὡς παρεκρούσατο τοὺς δικαστὰς, εὐήθης ἂν εἴην, ἔφη, ὑπὲρ Ἀθηναίων μὲν στρατηγῶν, ὑπὲρ ἐμαυτοῦ δὲ πρὸς Ἀθηναίους μηκέτι.*

CONTROV. VI.

Veneficii] Vid. Sopatrum in Rhetoricis lib. 2. cap. 89.

Verſa in exequias nuptiæ] Talis *παρονομασία* ſcribendum alicui, ſeni morbiſque fracto uxorem ducenti *Epitaphium* potius quam *Epithalamium*. De geniali autem lecto Lipſius 1 Elector. cap. 17.

CONTROV. VI.

Pag. 476. *Medici dixerunt animi vitium eſſe*] Deſumtum conformatumque hoc lemma videtur, ex hiſtoria de Seleuco rege: qui Stratonicen uxorem ſuam ægrotanti filio Antiocho, & novercam perdite amanti, ut convaleſceret, indulgenter officioſeque ceſſit. Plutarchus in Demetrii vita, Appianus in Syriacis, Julianus *παραβάτης ἐν μισοπώγ.* Galenus medicus libro de Prænotionibus (ubi vereor ne male Germanicus interpres *pellaca* quaſi primum nomen reliquerit, quæ *pellicem* ſignificat: nam hæc de Græco conformata vox teſte Agellio lib. 4. cap. 3. quæ Dorica Dialecto *puella* eſt) & Suidas eadem. Latinorum vero Valerius Max. lib. 5. c. 7. Nec diſſimile fortaſſe arg. in ſacris literis 2 Reg. 13. de Ammone amore capto Thamaris ſororis Abſolonis.

Marito

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Marito conciliante] Accipitur ſequiori notione, ut *internuntii* apud Terentium. Hinc & *conciliatores* & *conciliatura*.

CONTROV. VIII.

Felices nuptæ] Per Parodiam ſic invertere licet:

Felix virginitas: melius nil cœlibe vita.

Magiſtratus faſces ſubmittunt] Quod erat minorem ſe profiteri. Sic & Cn. Pompeius confecto Mithridatico bello, intraturus Poſidonii Philoſophi domum, faſces lictorios januæ ſubmiſit. Plin. l. 7. c. 30. Tu vide quæ de lictoribus ad Controv. 2. & 25. notavi.

Putas poëtas quæ ſentiunt, ſcribere] Communis hæc poëtarum obteſtatio, nec ſatis fide digna, quamvis laſcivum carmen ſit. Sed vere ex Menandro D. Paulus: *Corrumpunt bonos mores colloquia prava.* Catullus in Aurellium & Furium:

Qui me ex verſiculis meis putatis,
Quod ſint molliculi, aut parum pudici.
Nam caſtum eſſe decet pium poëtam
Ipſum: verſiculos nihil neceſſe eſt. (rem,
Qui tum denique habent ſalem ac lepo-
Si ſunt molliculi & parum pudici.

Et Ovid. 2 Triſtium eleg. 1.

Crede mihi, diſtant mores à carmine noſtro.
Vita verecunda eſt, muſa jocoſa mea eſt.

Et Martial. lib. 1. epigr. 5.

Laſciva eſt nobis pagina, vita proba.

Quem verſum Auſonius Plinio attribuit: qui & petulantiam carminum ſuorum excuſat, lib. 4. epiſt. 14. & lib. 5. ep. 3. Hadrianus quoque Imp. teſte in Apologia Apuleio, cum Voconii amici ſui poëtæ tumulum verſibus veneratur, inſcripſit:

Laſcivus verſu, mente pudicus eras.

Corneliæ matri Gracchorum] De qua Fabius lib. 1. Inſtit. Orat. *Gracchorum eloquentiæ multum contuliſſe accepimus Corneliam matrem, cujus doctiſſimus ſermo in poſteros quoque eſt epiſtolis traditus.* Epiſtolarum ejus (& id ἐν παρόδῳ adjiciam,) fragmenta à Cornel. Nepotis libris nuper eruta è membranis legimus hoc principio, *Dicis pulchrum eſſe ulciſci*, &c. Et in Bruto M. Tullius, Gracchus non tam in gremio, quam ſermone matris educatus. De Catonis matre nihildum comperi.

LIBER OCTAVUS.

CONTROV. I.

Pag. 491. *Fertur quædam*] Exſtat hiſtoria apud Livium lib. 22. de matribus poſt pugnam ad Thraſymenum, & apud Agell. lib. 3 Noct. Attic. cap. 15. quæ accepto nuncio de morte filiorum clade Cannenſi, cum nec opinato illi rediſſent, nimio gaudio exanimatæ ſunt. Hinc, credo, mos ille inolevit, ut, ſi quis peregre poſt diuturnam abſentiam, redierit, amicis nuntium adventus præmittat, etiam maritus uxori. Tibullus eleg. 3.

Tunc veniam ſubito, nec quiſquam nunciet ante,
Sed videar cœlo miſſus adeſſe tibi.

Plutarch. in Quæſt. Rom. 9. cauſas reddidit, ſive, ut ſe diligentius præpararet: ſive ne, de pudicitia ejus dubitans, opprimere velle, nec opinantem videretur. Quibus & hanc addere liceat, ne repentina vis gaudii ſubito aſpectu incommodi aliquid adferret. Sic M. Antonius amicæ ſuæ nuntius acceſſit, ſed obvoluto capite: apud Ciceronem Philip. 2. extrem.

CONTROV. V.

Pag. 497. *Quanta exhortatio juvenum, ſenex fortis*] Hinc ſenum apud Lacedæmonios chorus, teſte Plutarcho, ἐν τῷ περὶ τοῦ ἐπαίνειν ἑαυτὸν ἀνεπιφθόνως canebat: Ἄμμες ποτ᾽ ἦμες ἄλκιμοι νεανίαι. Quo ſe fuiſſe quondam fortes ſignificabant.

LIBER DECIMUS.

DECLAM. VI.

Pag. 518. *In forum veni, narravi nocturnam*] Quæ deinceps ſequuntur à Controv. 35. avulſa eſſe quis non videt? Annectenda ſane.

Lex quæ nocturnum furem] XII Tabularum lex furem quoquo modo, ſi, cum furtum faceret, nox eſſet aut interdiu telo ſe defenderet, impune occidi permiſit. Vide Ciceronem initio Milonianæ, & Agellium lib. 15. Noct. Attic. cap. 18.

ANDR.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

AND. SCHOTTI
IN
M. ANNÆI SENECÆ SUASORIAS
VARIÆ LECTIONES.

Typographus Lectori.

V*Ariantes ſcripturas in M. Annæi Rhetoris ſcripta ab Andrea Schotto, prius editas, prætermittendas eſſe hac editione non putavi, ne quis eas requireret: tum ut ſitim explerem eorum qui Criticum affectant, atque illam circa contextum Auctorum* πολυπραγμοσύνην. *Schottus quidem quatuor perantiquos in membranis ſcriptos & calamo exaratos Codices cum totidem antiquis editionibus contuliſſe aſſeverat. Scripti vero codices brevitatis gratia ſingulis hic literis notantur.* A. Auguſtodunenſe exemplar, *deterioris notæ in membranis tamen, ut & reliqua tria, Græcis characteribus, ſed inepte ſcriptis, exaratum.* B. Brugenſe, *hominis eruditiſſimi beneficio eſt conſecutus.* C. Covarruvianum, *longe optimum, Ant. Covarruviæ JC. doctiſſimi dono accepit.* V. Vaticanum, *Pontificiæ bibliothecæ, de tribus optimum, Romæ inſpexiſſe teſtatur.*

SUASOR. I.

SINUT CUISQUE rei magnitudinem natura dederat, dediſſet & modum] *Cov. Br. Vat.* FINITAM cuiqu. rei magnitudinem natura dedit: dedit & modum.

Novam] Nova B. C. A.

Viciſſe] *fort.* vixiſſe *legi quoque poſſet.*

Facile iſta finguntur] *Frob. editio* franguntur. *non placet.*

Lugere] *fort.* lucere.

Stat immotum mare] ſtatim mortum mare B. *non ſequor.*

Quaſi definientis ſuo fine] in ſuo fine A. B. C.

Magna etiam Oceano] *Fort.* & in Oceano.

Confuſa lux] offuſa B.

Qua licet] lucet B. C. licet *tamen rectum videtur. Sequitur enim,* nihil tantum eſt, quod ego Alexandri periculo petam. *inde* periculum, *quia non liceat.*

Nihil tantum eſt] *fort.* tanti. tutum *legit* B. C.

Adorarint] adorarent A. B. *& Covarr.*

Quod noveram vici] noverat ei vicinum A.

Nunc concupiſco] num B. A. *fort.* non.

Inagi-

Inagitata remiſſio vaſtitas] *fort.* remigio. *Quidam conjicit*, inagitata remis ſæva vaſtitas.

Tætra caligo remittet fluctus] fluctus remittet B. A. *Quidam legit* fluctus remittens. *ut de æſtu intelligatur.*

Neſcio quid humanis] neſcio quin quod humanis A. B.

Et terram nox obruit] è terra A. B. C. *Hinc Rom. editio* extrema nox obruit. *Malim tamen* æterna nox, *quod propius abeſt à vetere ſcriptura* è terra.

Cum fortuna] qm A. quo B. qn C.

Claudit Oceanus] cludit A. C. B.

Tibi videtur] ubi videtur C. B. A. *Contendebat tamen amicus leg.* vix videtur, *contra librorum auctoritatem.*

Non hæc India] India eſt B. C. A.

Nec terribilis ferarum] ferarum terribilis A. B. C.

Quidam] ſed *pro* nec *reponebat. idemque*, mox pæne littus exceſſit, *audaci conjectura: vulgatam tamen malo* penitus receſſit.

Circumfluat] circumpluat A. B. C.

Colligatus] colligatur A.

Quaſi ſpiramenta quædam] ſpiramento quodam A.

Regem domitoremque] dominatoremque B. C.

Quam capto relinquas] chato A. catho B. C. *fort.* pacato.

Dicendam eſſe ſententiam] eſſe *abeſt ab omnibus.*

Supra mortalis animi vim elatos] animi modum elatos A. V. C. B.

Cernimus] acerrimus B. A.

Inſolentiam ejus coarguit Orbis] coarguit, & orbis B. C.

Propter intempeſtive liberos] intempeſtivos liberos A. C. B.

Viſo ſanguine philoſophus] viſo ſanguine ejus Philoſophus A. C. B. V.

Multum jocabatur] jocatur C. B. A.

Sed timeo ne ille gladio] ne ille gladio B. C. A.

Dicendam eſſe ſententiam] ita dicendam V. eſſe dicendam B. A.

Nomen ſtatuis ſubſcribi, habitu] ſubſcribi juberet, habitu A. B. V. C.

Conjugibus & liberis] ac liberis B. C.

Bene illis ceſſerat] belle A.

In matrimonium Minervam] illi Minervam Muſam ſuam A. C. V. *legend. Petr. Faber 2 Semeſtrium cap. 15. & Lipſius in 1 Annalium Taciti, ubi & quidam* Minervam Muſicam, *legit.*

Tum ex Græculis] tunc B. C.

Eodem tempore Octaviam] & Octaviam C. B. A.

Belliſſimam tamen rem] *fort.* tum rem.

Quem deſertorem bellor. c. vocat] deſultorem A. B. C. V. *rect. Lipſius libro Animadverſorum ad ſecundum Velleii Paterculi.*

Ad Caſſium tranſituro] tranſiturus C. V.

Salutem ei pactus eſt] ſibi pactus C. V.

Et tamen dicito illos] *fort.* ſcito illos, *ut in Rom. editione.*

Annum biennii] adnua A. C. B. *leg.* annua, bima, trima die.

Militi totius orbis victoris laſſo] orbis *abeſt ab omnibus. fort. melius* militi toties victoriis laſſo. *Quidam* tot victoriis *legunt. & ſic Rom. editio.*

Illa demum magna eſt] eſt magna A. B. C.

Quæ arbitrio ſuo conſiſtit] conſtitit A. B. C.

Nihil ſtabile eſſe] eſſe ſtabile C. B. A.

Exempla rerum à faſtigio] è faſtigio B. A. V.

Difficultatem ignoti maris] difficultatem navigationis ignoti maris C. B. A.

Alexandrum naturæ terminos] Alexandrum rerum naturæ A. C. V. B.

Supergreſſum notuiſſet] *Vaticanus & Frobenius* enotaviſſet. enotuiſſet. B. *Malo tamen* innotuiſſet. *Frobenio etiam voces deſunt* rerum *&* ſupergreſſum.

Hic matrem memoravit] memoravit *abeſt ab omnibus.*

LYCONIS celebris] GLYCONIS A. V.

Sic Ceſtius deſcripſit] deſcripſiſſet A. B. C.

Terras relinquas] relinquat B.

Eſſe in metaphraſi] è metaphraſi C.

Dictum Homeri] dictam B. C. A. dicta V. *Putant quoque* Dorionis *ſcribendum.* Orionis *retine*, *ut* B. Arionis V.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Tum excæcatus] cum excæcatus B. A.
Nec tamen ſana ſint] & tamen A.B.C.
Virgilius quidem ait] quod ait C.
Rapit haud exiguam partem montis] *Æneid.* 10. *verſ.* 128.
Virgilius ait] quod ait de navibus C.
Propitiis auribus videtur] accipitur *Frob.* V. auditur. *fort. etiam* promptis auribus auditur *legi poſſet.*
Credas innare revulſas] pelago credas innare revulſas Cycladas. *Æneid.* 8. *verſ.* 691.
Sententiam Miniſtrati] MINISTRATI. *fort.* Meneſtrati.
Qui dixit ipſi Charybdi & Scyllæ. Charybdis ipſius maris] *fort.* Charybdin.
Et in mare ſemel inſaniret] in una re ſemel C.
Non minus viguerunt. Nam aut nimis deſcripſerunt] *ſic & Frob.* Non nimis viguerunt. Nam aut minus deſcripſerunt. *Sic* A. V. *niſi quod Vat.* tumide deſcripſerunt aut curioſe. *Quid ſi ſic legas*, omnes minus viguerunt. Nam aut minus deſcripſerunt aut curioſe?
Sævas undique Piſtris] Priſtes A. B.C.
Conſurgere panſis] prenſis A.C. B.V. pandas carinas *dixit Ovidius pro* curvis. *& Maro* pando vectus aſello.
Sydere limo] ſidere limo, *pro* ſedere V.
Flumine claſſem] flamine C. *recte.*
Tam non felici] *Malim* jam non felici. *Veteres aquis ſubmergi horrebant, ne piſcium eſca fierent, aut inſepulti jacerent.*
Spectat ſublimis] *ſic* V. ſe dat *Frob. & Covar. fort.* ſedens. *alii* ſpectans.
Rumpere niſu] viſu C. A. B. *probatque verſus inſequens.*
Ruit ipſe dies] rugit A.
Libris intactum] *Divinat quidam acute,* labris intactum, *quaſi orbem ſignificet, de quo fando nihil eſſet auditum. Sed vulgatam retineo. Nota ſunt enim, quæ de Atlante in Timæo Plato ſcripſit. Verſus qui proxime antecedit, uno pede claudicat in Frob. editione, aſteriſco adpicto, deerat enim* ultra.
Utriuſque vobis faciam poteſtatem] utriuſque faciam poteſtatem B. C. A.
Ut vos illa magis laudaretis] ſi vos illa A. B. C.
Quod ſolebat] volebat B.
Supervacua quo ad tumide perderet] ſupervacua atque tumida V. *forte ſcriptum erat* ſuperu. quodammodo perderet.

SUASOR. II.

TRœzeni] Treceni A. B.C. *quæ mire placet lectio pro* Trecenti.
Arelii Fuſci patris] ARELLI FUSCI S. P. *ſic* A. B. C.
An vulneribus] *Frob.* aut vulneribus.
Si remeabimus] ſi remeamus C.
Lacedæmonii adverſus Barbaros] Lacedæmonii & adverſus Barbaros A. C. B. *fort.* etiam *pro* & V. ſi adverſus.
Tuti ſumus] loco tuti ſumus *in Covar. legi videtur.*
Quod tantum ex vaſto] Quod tandem C. Nam Xerxes totum navibus occupaverat.
Vixque minimo] qua vix minimo V.
Arcet inquietatione] *fort.* arcet inquietans omne quod circumfluit mare, *& ita* C.
Aſpera ſcopulis & cæca] & cetera V.
Pudet inquam Lacedæmonios] Pudeat inquam & Lacedæmonios V.
Trœzenios] Trecentos B. C. A.
Sed etſi cadendum eſt, erratis] *lego,* ſed ſi cadendum eſt, erratis ſi metuendam creditis mortem.
Adeo in ſecuram quietem receſſus eſt] ceſſus eſt C. A.
Sic ages ea ſatagunt] hoc ſic A. B. C. *fort. legendum* proximique Deo hoc ſic agere ſatagunt.
Frequens hinc in mortem] frequens hoc in mortem A. B. C.
Quos memoria ſacravit referam] quos memoria ſacravit viros referam C. A. B.
Interbitos ſummi poculo] interlitos omni periculo B. A. interritos omni periculo V.
Muros non habet] viros habet C. *fort.* ubi viros habet; ibi muros non habet: *vel ſic*, ibi viros habet ubi muros non habet: *aut*, ubi viros ibi muros habet.

Melius revocabimus Trœzenos] melius revocabimus fugientes trecenos A. C. B.
Rerum natura] *fort.* naturam.
Tandem amens] ſi tandem amens C. A. B.
Ut agmen fugientium cogeremus] *fort.* augeremus.
Elui poteſt] *recte. Frob. tamen* elici *habet.*
Ne revertamur] ne revertar A.
Inter Trœzenos] inter trecentos B. C. A.
Trœzeni] Treceni A. B. C.
Quam turpe fugere] quamdiu turpe fugere C.
Taygeti montis] Taygeti nemoris B. A. C.
Difficilia niſu Laconibus juga] difficilia niſi Laconibus juga V. C. B. A.
Ideo Herculem gloria operibus cœlum meritum] *leg.* ideo Hercule gloriamur operibus cælum merito, *&* *ſic* B.
Videmus quanta turba ſit] videamus *Frob.*
Ita non bello] ita ne bello A. V.
CORNELII HISPANI] HIPPANI *Hervag. male. infra mox* Cornelius Spatinius, *pro quo* Hiſpanus *quidam reponendum cenſet.*
Tot ad nos pertinent] pertinet C.
Videre liceat] *Sic libri omnes: repudio itaque vulgarem lectionem* vivere.
Quod Trœzeni] quod trecenti C. A. B.
Non potuit rapi] non potuit capi C. B. A. *ſed* V. *codex* potui non capi, *habet.*
Fugere voluiſſem] voluiſſet A. B. C.
Deſcribere terrores Perſicos] deſcribere jam terrores Perſicos B. C. A. *Frob.* deſcribite.
Quanti bellum æſtimandum ſit] æſtimatum ſit C. A. B.
Vos mihi Sparta] hos mihi Sparta B. A. C.
Fugerunt Trœzeni] fugerent trecenti B. C. A.
Id de nobis tradetur] credetur *Herv.*
Id eſt autem meum] Idem autem meum V.
Sed gaudet perditos] ſed perditos gaudet A. B. C.
Multum rei geſſimus] rei *abeſt ab* A. C. B.
Quod nos excitare poſſet] quod vos excitare poſſet *Herv. leg.*
Sed invidere] ſed ludere C. *illud tamen alia manu inſcriptum.*
Niſi ſuaſor dixerit] dilexerit V. C. A. B. *fort.* direxerit.
Periculorum eſſe fugere] periculoſum eſſe fugere *Hervag.*
Primam partem ſic tranſegit] ſic tranſit C. tranſiit A. B.
Quaſi nemo dubitaret] quaſi nemo dubitet A. C. B.
Quod puto etiam apud Herodotum eſſe] quod puto & apud Herodotum eſſe A. B. C. *legi etiam poteſt* eſt. *non extat tamen in Herodoto, ſed in Plutarcho.*
Sabinus Aſydius] Aſilius C. *alii* Aſidius.
Vertit] intervertit C.
Noſtra ætas vidit] veſtra ætas vidit C.
Hic meus eſt dixere dies] dixiſſe dies C.
Pendentium] prandentium C. B. A.
Complures induxiſſet] plures induxiſſet B. C. A.
Diceret] dicere C.
Accuſabat id quod] id accuſabat quod A. B. C.
Quod ex cauſa ſermo trahitur] quod ex communi ſermone trahitur.
Proverbii loco ait] proverbii loco eſt B. C. A.
Tanquam in chorum] *lego* in choro.
Damæ] Dameti C.
Eleganter dixit Aterius] Haterius *lego.* Acerius C. *Frob.*
Natus trecentis locus] ſatis trecentis locus C. nactis B. *Frob.* locis *habet. ſed malim* natus, *ut capiendis trecentis locus à natura factus ſit.*
Nemo unquam ampliore animo ſe geſſit] *locum depravatum eſſe vidit N. Faber, legitque* nec quicquam amplius animo ſe geſſit. *Equidem tentabam*, nemo unquam puſilliore animo ſe geſſit, *ex veteris ſcripturæ veſtigiis.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Potamon magnus fuit Mitylenis] Potamo magnus declamator fuit Mitylenis C. A. B.
Potamon à funere] poſt tum C. *non ſequor.*
Temperandum puto] *emendo* comparandum. *Comparat enim mox duos illos Rhetoras,* hic durius, *inquit,* ille mollius.
In hac Suaſoria] *Frob.* Controverſia *habet. non ſequor.*
Otroyadem] Othryadem *leg.*
SARCONIUS] Carcon A.B.C. *fort.* Gorgon.
Otryades periit] Otryades qui periit V.
Vulnera geſſit] vulnera preſſit B.C. A.
Tropeæ Laconum inſcriberet & Deo dignum in Spartano] *fort.* tropæa Laconum inſcriberet, ô dignum Spartano ſacramento.
CATIUS CRISPUS] *ſic Frob. alii* CÆSTIUS.
Gatozeos dixit] *fort.* Cacozelon dixit.
Municipalis aliud ceteros] municipalis *delendum puto.*
Eo pervenit inſania ejus, ut] *fort.* eo pervenit inſaniæ ut.
Velut Meſſala ait cognomentum] cognomen, vel (ut Meſſala ait) cognomentum. *Sic tres* C. A. B.
Senecio Grandio] *Frob. addit:* aliquando inveniret.
Idem dixit] Item dixit C.
Faciem importat] Faciem imperat B. C. A. V. *Rom.* imperaret.
Contra cælum aſtra] contra cælum caſtra A. B. C. *recte.*
Armis obſidet] armis poſſidet *Frob.*
Maria ungulis] maria vinculis B.C. A. *recte. ſic enim Juvenalis:* Ipſum compedibus qui vinxerat Ennoſigæum.
Contradictionem ſumpſit] ſumpſit contradictionem A. B. C.
Et ita reſpondet] & ita reſpondit B. C. A.
Poſſe certe victos reverti] poſſe certe invictos reverti C. A. B.V. *Palat. cod.* vinctos. *qui & mox legit:* cum non tantum deſeruit ſed polluit, *pro quo editur* poſuit.

Et beneficio loci] beneficia loci B. C. A.
ABRONIUM SYLONEM] *lego* Apronium Silonem.
Belli mora concidit hora] *Frob.* & C. ore. *quidam* ora *reponunt.*
Quidquid apud duræ ceſſatum eſt mœnia Troiæ] *Æneid.* II. *verſ.* 288.
DIOCLES CARISTIUS] *Frob.* CHARISIUS, *& mox* APATRIUS *legit. fort.* APATURIUS *reponendum.*
Qui cum tentaret] *fort.* qui cum oſtentaret.
Romæ ſummo illi] *Pompeio Magno, ut opinor.*
De eaque apud Matronas] *leg.* de ea quæ.
Redolentis animæ] *fort.* amomi, *aut amaraci.*
Myrrata contio] *Frob.* mirata. *alii* Mithrata.
Si nihil aliud effecturi ſcilicet] ſi nihil aliud hoc effecturi A. C. V. B. *omiſſa voce* ſcilicet.
DURIO dixit] *veteres libri* DURION, *unde* DORION *quidam reponit, qui alias ſæpe declamitat.*
Lacedæmonis] *fort.* Lacedæmonii.
Inſignem hanc ſententiam fuiſſe futuram] futuram fuiſſe A. B. C.
Interciderentur] inciderentur *Frob.*
Qui prædixeram] quia prædixeram B. C. A. *& Pal.*

SUASOR. III.

ALiter navigari potuiſſe] aliter navigari fuiſſe A. B. C. poſſe V.
Ceterum ipſa] certum C. *Frob.* cetera. *unde quidam* ætheria *conjiciebat.*
Et miſeri cremata agricolæ] concremata A. C. B.
Alia negatis] *fort.* alias.
Aliis ſerena] alia ſerena. B. A.
Omne cœlum nubilo grave] *Frob.* gravi, & omnis dies cælum nubilo gravat. ſubſidet cælum A. C. B. *recte.*
Alius incertis] alias incertis B. *& Pal.*
Invicem nimio] nimio *abeſt ab* V. C. B. *recte. Nam ex præcedenti vox repetita eſt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Ut ferunt] ut fertur, concurſu gerit B. B. *Quidam* curſu regit.
Sive occupata nubilo] ſive occurrit de nubilo *Frob. & deeſt* oſtendit, *&* nec ante finit *legit. Infra autem legitur integre eadem periodus. Lege hic & Nic. Fabri conjecturam annot.* 1. *Suaſ.* 3.
Qui occupavere] quem *fort.* qui occupatione C.
An non potero] at non potero C. A. B. *recte*.
Ne quid virginitati hujus] ne quid hujus virginitati B. C. A.
Hoſtium parcendum] hoſtium parcam C. B. A.
Ad hanc diem immortales] *leg. puto,* ad hæc Dii immortales invoco.
Recluſuri] *Frob.* præcluſuri.
Immolaturus es] eſt B.
Virginis Deæ] Dea, *vocandi caſu* B.
Non eſſe faciendum. quia homicidium eſſet] *Mutilus hic locus in editis. Amplius in veteribus* — Non eſſe faciendum & ſic tractavit ut negaret faciendum, quia homicidium eſſet.
Petitur impendi] *ſic emendandum:* Peti adulteram impendi Iphigeniam: *& ſic recte Mureti Rom. editio.*
Hæc Cæſtius] hoc *Vat.*
Sacra profutura] ſacrari futura C. *unde conjiciebam* ſacra nil profutura.
Auguri negavit] Auguriis V.
Et pæne repugnat materiæ] & repugnante pœne materiæ V. pugnæ repugnante materiæ C. *fort.* repugnantes.
Quanto ſimplicius] *Frob.* hæc quanto ſimplicius.
Plena neque obſcuris] *Legitur extremo primo Georg. & hic in manu ſcriptis.*
Pura nec obtuſis per cælum cornibus ibit.
Non in aliqua ſe] *Negationem tollit Rom. editio.*
Quod tantum non impie] *Pal. & Frob.* quod tanto nomine impie. *locus conſiderandus.*
Plena Deo] *Non legitur hoc in Virgilio. fort.* pura Deo *reſcribendum, ut ad ſuperius è Georg. carmen alludat.*
Hæc aptiſſime] hoc *veteres libri.*
Gallio ait] Caldos ait B. A. *pro* Calidus *ἀρχαϊκῶς: probantque ſequentia. Vide Suetonium in Auguſto.*
Aliter eum agnovit] aliter illum B. A.
Interrogat] interrogatum B. interrogabat V.
Quid hoc eſſe vellet] *fort.* ſibi vellet. *alii* hocce vellet. *& infra.* Itaque delectatus *malo quam* atqui.
Palam imitandi] *Frob.* mutandi.
Feror huc illuc, ut plena Deo] *Frob.* huc illucve. Anapæſticus eſt è Medea Ovidii Tragœdia.
Jam vultis] jam multis C. *fort.* Tam multis.
Futurorum ſcientiam] *Frob.* futuram ſententiam, *quod repudio.*

SUASOR. IV.

AN Babyloniam] Babylona A.
Contentus ſit utero] Conceptus C. *& paulo ante* vindicet *lego.*
Supra humanæ] ſuper humanæ ſortis habitum ſit *in Covar.*
In ſidera] inter ſidera *Frob. &* B. *fort.* tradat. *mox leg. & infr.* claudatur, *abeſt à* C.
Quid tam inutili] quid ita V. B.
Et prima omnium meliorum annorum habent initia] nuntia C. V. *Vidi qui* mediorum *legerent pro* meliorum.
Affulſerit] *Frob.* effulſerit: *ſed illud melius.*
An initia] an vitia C.
Exiſtimant] æſtimant C.
Egentes inutiles animæ] *abſunt hæc à* C. V. B.
Finguntur] *male Frob.* funguntur. *Suæ enim quiſque faber fortunæ eſt, ut ille apud Cic. ait.*
Babylone cluditur] *priſce pro* clauditur. *ut Suaſ.* 1. Babylonia clauditur C. *leg. tamen* Babylone excluditur, *vidit Jac. Bongarſius vir Cl. Notis ad Juſtinum lib.* 2. *vel ſcripſit* Babylon ei cluditur.
Nihil aliud tractaſſe] aliud *abeſt à Frob. & Pal.*
Declamabat] declamitabat V.
Putavit æque belle] putabit B. *fort.* putabat. *&* bene *non* belle *Frob.*

Eundem verſum eſſe] & illum verſum eſſe V.

Et altum capulo] *Compendium id eſt natum ex* alterum , *quod in Frob. legitur: in Virgilio tamen eſt, Æneid* 2.

—— lateri capulo tenus abdidit enſem.

Quaſi nemo] quare V. *ſed illud rectius.*

Fuſcianas] Fuſcinas B. V.

SUASOR. V.

NIſi tollerentur] *alii* ſi tolerarentur.

Victoriæ noſtræ] veſtræ V.

Ex hac acie] ex tanta B.

Merſæ claſſis] merſa claſſis V.

At neſcio] an neſcio *Frob. Vtraque particula deeſt* C.

Regni is eſſet] regnus V. *fort.* pignus.

Ubi ignominia ſpem premit] *ſic Hervag. Frob. vero.* Omnis æſt. ſi tu animum premit. Omnis eſt ſit animum dies V. omnis ſte ſitu animum. *Monſtra hæc verborum ſunt. fort. legend.* omnis eſt ſitis animumque premit. *aut ita:* Omnis eſt ſic animum ſpes (*al.* dies) eſt *pro exedit*, *ut Catullus & Virgilius* 4 *Æneid.*

—— eſt molles flamma medullas.

Plura in notis leges.

Et impacta ſolvitur] non ſolvitur *Frob.*

Monent] movent C. V.

Et nulli] *delenda copula ex fide* V.

Quam viſiſſe] ſed viciſſe V.

Eventus fiduciam ſurrigere] ſurgere C. eventus ſurgere *Frob. & paulo ante* nova refractas, *pro* novare.

Manus adferret] munus auferrent C.

Et quid] ecquid *libri veteres.*

Et mox pro habuimus *iidem* habebimus.

Omnium bellorum] *ſic & manuſcripti omnes : aliquid tamen deeſſe puto. Quid ſi* pudet *addas*?

Multo timidiores eſſe qui] quam *Frob. & præmittunt hic initio quædam editiones :* An neſcitis timidiores eſſe qui ſuperbiſſimi fuerint.

Illos adducet quos] illas adducet quas. *Et mox* ſi quid *Frob. pro* ſi qui.

Non inutiliter] *Male quidam* non utiliter.

Effundere ſe , ideo] *fort. leg.* effundere, ſed eo magis.

Venire ad ſe] *Deeſt rurſum aliquid. fort. ſcripſit*, ac ſi ipſis novam victoriam nova trophæa adferret.

Illa ponetis] Alia ponetis *recte Romæ editum.*

SUASOR. VI.

VErba deficient] dificiunt A.

Si diligenter] cum diligenter C. V. *& mox* viſurus *habet* C. *ſine verbo es.*

In ſe infectas] *pro*, non tinctas. *alii* infeſtas.

Scipio cum gladium poni juſſus foret, dicitur abdiſſe ſe] Scipio cum gladium ponit abdidiſſe C. *Nic. Faber* occidiſſe ſe *legit. Equidem minore mutatione ſic :* abdidiſſe in ſe, *ut* ferrum *vel* gladius *ἀπὸ κοινοῦ exaudiatur? quod antea in mentem quoque veniſſe J. Grutero lib.* 9 *Suſpic. cap.* 17. *poſt comperi. Hiſtoria nota vel ex L. Annæo Philoſopho epiſt.* 24. Abdere *autem* ferrum, *ut &* in gladium incumbere *quid ſit, pueri hodie non ignorant.*

Vocem victoriæ] victoris *lego.*

V. CL.] *hanc notam* V. *Covarr. habet.*

Loquitur Imp.] *hæc vox ex ſuperioribus huc intruſa. Repone igitur :* Ergo loquetur unquam Cicero, ut non timeat Antonius. *& ſic* C. V.

Humili in adulatione verba] humilia V.

Quod quia] quoque V. C. *fort.* quodque.

Quando perieris] quandocunq; *Frob. malo,* quandoque, *ut Horatius Flaccus dixit :*

Indignor quandoque bonus dormitat Homerus.

Dum trucidamur] domi *legunt quidam &* domi in ſanguine.

Ignobilis tumultus] tumulus *omnino leg. &* ignobilis *abeſt à Covarr.*

Quis non hæc populi Romani ſcita] quis non hoc PR. ſtatu. *ſic Covarr. recte, & paulo ante* LIB. ERIT, *for-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

mulam reſpicit vindiciarum ſeu manumiſſionis.
Idem vitæ tuæ] *Locus mire depravatus. Vide Notas.*
In omnia te ſecuta] ſecula *lego*, *& pro* frugalitatis, fragilitatis caducæ *repono.*
Nec ſenectus ulla] non C.
Quod in Pompeium] quod *ut redundans deleo*, *&* in Pompeio C. *non recte.*
At ſi non occiduntur] at ſic V. an non occiduntur C. *recte.*
Sententiam ſecutus eſt] exſecutus *malim.*
Præluditur] *ſcribo* proluditur *ex* V. C.
Non putes tanti] *lego* non eſt tanti.
Turpe eſſet] eſſe B.
Oppetiſſent] apprehendiſſent V. B. C.
Aut enim placiturus es] haud *lego ex* V.
Cum hæc inſectatio temp. fuerit] *lego* fuit, *omiſſa particula* cum *ex* C. *&* V.
Quia moriendum eſt] moriendum eſt illi ſi ſua ſponte quam moriendum eſſet etiam ſi mori noluiſſet, *& ſic* C.
Gravis es] eſſet C.
Rogo, Cicero, ora unum] roga Cicero, exora unum V. rogo, Cicero, ex ora B. ora unum *abeſt à* C.
Si non alterutrum] *negationem delendam puto.*
Sed aliud & tertium] ſed aliquid C. A.
Petere poſſit regiones percurrit] poſſet & percurrit V. *&* religiones A. *male.*
Item Caſſius] itaque B. *& mox* audiebat *pro* aiebat A.
Vivum conſilium] unum *reponi malim.*
Idiotem, perit] *ſic libri vett.* perire *tamen locus exigit vel* petit.
Et quam plura] complura V. *ſic ſupra:* quam valde excepta eſt *legitur in* C.
In priori parte poſuit] illud poſuit V.
Illum deſcripſiſſet] *ſic Frob. malo tamen* proſcripſiſſet.
Qui & judicaſſet] quietum B. qui & eum judicaſſet *Frob.*
Ac dato rogari] dato ac rogari alii. *vide notationes.*
Occaſionem ſcholaſticis occaſione dedit] occaſionem ſcholaſticis alterius Suaſoriæ dedit. *ſic recte* C. *& ſequitur proxime Suaſoria huic adnectenda. nonnulli hic divinant leg.* hac poſitione.
Sequens Suaſ. ſuperiori continenter adhæret. In Covarr. ad oram adſcriptum: Hiſtoricorum de Ciceronis morte teſtimonia.

HISTORICORUM

de Cicerone Elogia; aliis

SUASOR. VII.

NUnquam perficeret] *deſunt hæc in Vat.*
Quin evitaret] *male ſic vulgatum eſt.* qui ne ejuraret C. quin ejuraret V. *recte, ut P. Pithœus lib. 2. Adverſ. ſubſecivor. cap. 8. Utitur Petronius Arbiter, B. Hieronymus & alii.*
Scriptas illis] illas A.
Ac veluti ipſe] ac vel ipſe V.
Sed compoſuiſſe] ſed poſtea compoſuiſſe A. B. V.
Habentibus] habenti A.
Recedatis] æquiores *addit* B.
Hoc ſi tamen] tam A.
Potionem ſumpti poculi hujus adeo] *ſic* C. *malim tamen* abſynthiati poculi, *ut in Germania ediderunt.*
Et ſtatim Livius adeo. Contrectationis] *Corrupta vox. fort.* contationis detrectationis V. *fort.* retractationis, *vel, ut alii videtur*, deliberationis *reponendum. hæc autem verba*, hujus adeo contrectationis conſilium habuiſſe, *abſunt a Covar.*
Sub adventu] *ſic libri vett. Alias* ſub adventum.
Cæco volvente fluctu] *Explicat Turnebus lib. 6 Adverſ. c.* 4.
Certum habens] pro certo habens C. V. *& mox* eripi ſe *abeſt provocabulum* ſe *à* C.
Fugit] fugerat B. *alias* fugiens.
Exprobrantes] aliquid exprobrantes V. *Palat. cod.* aliud.

Ubi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Ubi Conſul] ubi ille Conſul *Herv. & in ſequenti verſu omittit.*

Quibus viſis] quibus luſis C. *ſic ſuaſ. 6.* Tota tabula tuæ morti præluditur.

Dixiſſet, eſſet quippe] *ſic* C. dixiſſet eſſe, quippe V. *fort. leg.* eſſetque non ſatiatus.

Sed defectus quoque pro roſtris exponit. Item qua ſæpius] *ſic Hervag. at Frob.* ſed defectus, quot quoque ſint pro roſtris exponit.

Item quæ ſæpius. quot ſint per roſtra exponit] Itaque ſæpius A. B. quot quoque juſſit. Itaque qui ſæpius V.

Ingenti circumfuſus turba] ingenii circ. turbæ C. *non placet.*

Brevi ante] *Hic auſpicanda periodus.*

Victoribus] *deeſt* A. & imputatur. *Frob.* & notare. *male.*

Loco ſedato] loco dato B. V.

Maximi viri inferiæ] maximæ B.

Jactationis] lactionis B. *fort.* jactionis. actionis V.

Ac aleam delatam] ac alienam C. & A. & dilitam A.

Semel aut iterum, adhuc itidem factum] *ſic Frob. rectius Herv.* ſemel atque iterum à Thucydide factum. adhuc id idem factum C. *ſed illud rectum.*

Idem] item B. *& Frob.*

Præſtitit] præſtiſſe B. C.

Si vis abfuiſſet] afuiſſet V.

Operarum] *ſic Frob. &* C. operum V.

Crudelius paſſus erat] nil crudelius paſſurus erat V. *& ita legendum divinarat Lipſius Epiſtolicarum Quæſt.* 18. *ſic Propertius.*

Quid faciunt hoſtes capta crudelius urbe?

Compoſito feciſſet] compos ipſe *legit ibidem Lipſ.*

Penſarit] apenſarit C.

Vir magnus, ac memorabilis fuit] vir magnus, acer memorabilis fuit *Frob.*

Ut eſt noſter] alii auctor *legunt. leg. ex tribus* B.C.V. ut eſt natura candidiſſimus, *ex compendiis* a̅n *natum mendum.*

Nihil enim ipſo Cicerone indignum eſt] ipſe à V. *lege* nihil enim in ipſa Cicerone dignum.

Maximum & tolerabile eſt] maxime tolerabile eſt C.

Credendam ejus] credendam civis C. *& mox* conſpiciendus, *quod non placet.*

Prædicare, cujus ingenio atque induſtriæ ſuperbe natura pariter atque Fortuna obſecuta eſt] *ſic Hervag. at Frob.* prædicare de ingenio atque induſtria ſuperba, natura autem atque Fortuna pariter eſt. De ingenio atque induſtria ſuperba. Natura autem atque Fortuna partem obſecuta eſt C. *fort.* prædicare de ingenio ejus atque induſtria ſupervacuum eſt. Natura autem atque Fortuna par eſt.

Munera magna deum] *ex Poëta ſumptum videtur.*

Patri cumque nefas eſt] nefas tunc: nunc & pœna ceteri *lego.*

Profuerunt] profuerant A. B. C.

Et vita quid artibus ætas] *ſic Frob. &* C. *Hervag.* acta *pro* ætas. *fort.* exacta quid arctibus ætas?

Hemagio] *lego* Emathio.

Non fecit in hoſte Philippo] *Mutilus hic verſus in Frob. duabus primis vocibus.*

Abfuerat] affuerat *Frob.* adfuerant V.

Noſtræque cadens] *fort.* noſtræ cedens ferus Hannibal iræ. *vel ſic:* noſtriſque cadens (*aut*, noſtris cedens) ferus Hannibal armis. *ſic* dirus *quoque* Hannibal *ab Horatio vocatur Od.* 12. *lib.* 11. *Carm. & explicat P. Victorius var. lect. lib.* 2. *cap.* 24. *& lib.* 13. *cap.* 20.

Eruditus] cruditus B. *male.*

Advocaverat] advocaverant A.

Ne interfuiſſet] *fort.* ne intereſſet.

SUASOR. VII. vel VIII.

INtolerabilis malo ingenio] in malo ingenio V.

Quam propriæ turpitudinis] quam proſperæ turp. V.

Tedet me vitæ] tedet tantum me vitæ V.

Si non civili enſe cervicibus luderetur] lueretur *Frob. Covarr. cod.*

longe aliter: Si ſuum in libertate eloquentia, ſi libertas & eloquentia non civili enſe cervicibus lueretur. *fort.* ſi non civium cervicibus luderetur.

Pæne nemo] pene *abeſt ab* V. *& mox* vivere velis Cicero *pro* poſſis: *& ſtatim* ſinu ceciderat C.

Diu iſta narravero] *fort.* ſi diu, *vel* dum iſta narravero.

Inter Canicios & Saxos] Saxas *omnino legendum. alii* Caninios *hic legunt ex Philip.* 2. *ego* Canidios *malim.*

Nemo tanti emit] emit *abeſt à* C. *ſic inf.* Non eſt tanti ſervare Ciceronem.

Præſtaris patientiam] *malim* præſtares.

Multos ea re] ea re *abeſt à* V.

Permitte Pop. Ro.] *fort.* permitte te Pop. Rom. contra Antonium, ſi ſcripta combuſſeris.

Oppignoravit Remp.] oppigneravit *Frob.*

* Viros ſalutem] viro *leg. cenſeo ex* V.

Quam occidebat] quem *Frob. non recte.*

Generoſa mors] generoſus amor *Cov. & Frob.*

Ingenii tui ſuperſtitem] *fort.* ingenio tuo.

Pateris perire ut quod dico optimum habet ante ſe efferat] *ſic* B. *& Frob.* pateris perire ut quod Cicero optimum habet ante ſe efferat. *fort.* pati poteris, ut quod in te optimum habes, ante te efferas.

Quam diu rerum naturæ] quam diu Reip. noſtræ. *ex compendiis nata varietas.*

Deſiderat ſuam] tuam C.

Pertæ, M. Tullii] *malim ſic legi:* Tibi, M. Tullii, per quatuor & ſexaginta annos.

Quæ ne quid te putes carum illi relinquere ante cœperit] *fort.* quæ ne quid te putes carum relinquere, ante te periit.

Et hic conditiones] *ſic Frob. & Cov.* alii has conditiones.

In tantum extuliſſet] in civem C. *fort.* in civem tantum.

Et eloquentia] *copulam deleo ex* V. *& mox* factura *pro* facturum *habet* C. B.

Tam degener] tangere A. C. V. *fort.* tam care.

Malle] male V. *&* dari *pro* dare.

Item quod turpiter] itaque V. B.

De corio Ceſtii ſatisfecit] *Vide Cælium antiquarum lectionum lib.* 14. *c.* 8.

Excidiſſet] illi excidiſſet A.

Adferri protinus] otius C.

Erat autem etiam ibi pietas. Non exigeret Scordalus Hibriæ] *ſic Frob. & C. Rom. editio leg. cenſuit:* Erat autem etiam ibi Pietas, Niger, & Scordalus (*al.* Cotula). *Vide epiſtolam Senecæ filii* 83. *de* Scordalo *&* Tillio Cimbro.

Hybrias partibus ſtultorum] de paritate ſtultorum *Rom. editio.* de patribus ſtultorum C.

Ita ut totus] *fort.* ita aut totus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

AND. SCHOTTI IN M. ANNÆI SENECÆ CONTROVERSIAS VARIÆ LECTIONES.

LIBER I.

PRÆFATIO.

NAm duo millia] *alii cod.* & duo millia. *quidam* ad duo millia *legunt.*

Referebam] reddebam.

Aliquid præſtare, tamen, &c.] aliquid præſtare non poſſit promittere, & diu ab illa nihil repetivi.

Quæ obſervantia mihi] *vett. libri* obverſantia: *alii* obviantia.

Seriam rem agenti] ſerioſam rem, *erat in Britannico exemplari, teſte Joan. Pontano lib.* 3. *Analectorum cap.* 4.

Precario paret] *vet. lib.* non paret.

Plus eloquentia proficitur] in eloquentia *libri tres.*

Imitator auctori] auctori *vetus lectio.*

Semper citra veritatem, &c.] *forte* circa veritatem minor eſt ſimilitudo. *vel ſic*; citra veritatem eſt ſimilitudo.

Quotidie data res eſt] *al.* quotidie decreſcent.

Relabantur] *In Britannicis ſchedis* refelluntur, *unde ibidem Pontanus* revelluntur emendat.

Nec in ullius] unius *antiqua lectio.*

Capillum frangere] *alii* ſtringere.

Quid dicam] quis dicam *alii legunt.*

In vitio nati ſunt, in vitio manent] quod nati ſunt inviti manent. *ſic libri duo. al.* emolliti enerveſque nati ſunt. *Colon. editio*, quod nati ſunt viri manent. *Alii longe aliter, ut apud Gruterum hic leges.*

In hos nec dii, &c.] in hos necdum tantum mali, ut cadat eloquentia. *ſic duo libri.*

Et in iſtis fluxis] *vet. cod.* vulſis *recte.*

Oratores] oratorem *al.*

Quis qui non dico magnis viribus, ſed ſuis placeat?] *unus cod. manuſcr. habet:* quis qui non ſibi magis viribus ſuis placeat? *alter vero ſic:* quis qui non dico magnis viribus, ſed ſuis placeat? *ſupra ſcriptum autem erat* ſibi *hoc modo:* quis qui non ſibi dico. Quis qui non dico magis viribus ſuis placeat. *Sic libri duo alii, ſed pro* magis magnis *habet unus. Quare miror quoſdam hic legendum cenſuiſſe* viris *pro* viribus. *Plura in notis Gruterus.*

Et ſic acerrimam] *duo libri* etſi acerrimam. *Pincianus legendum conjecit* & ſacerrimam. *J. Gulielmus Quæſtioni-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

bus ad Pœnulum legit & ſic ſacerrimam, *quod ſequatur* violare.

Clariſſimæ facundiæ viris] *alii* clariſſimis. *al.* magni in eloquentia nominis.

Præter Ciceronem] excepto Cicerone *alii. Hinc argumenta colligit Lipſius cap.* 1 *Electorum, & Alciatus lib.* 4 *Parerg. cap.* 14.

Intra coloniam meam] *Corduba* COL. PATRICIA *dicta Plinio, cuſumque in antiquis nummis.*

In Latinum ita tranſlatum] in Latium *legendum conjecit Petrus Faber lib.* 3 *Semeſtr. cap.* 16.

Declamationem diſtinguit] *al.* definit.

Jam non mediocriter benedicere] *vetus lectio* non mediocriter dicere. Bene alterum putat.

Porcii] *al.* potius cariſſimi mihi.

Gravis ſibi inſtabat] gravius *al. rectius.*

Niſi defecerat] *libri duo:* niſi deficeret.

Jocoſe reſolvebat] *al.* jocos ſe reſolvebat.

Pervenerat] perveniebat *duo codd.*

Concupierat] cupiebat *iidem.*

Studium ejus prohiberi] ei prohiberi *veteres libri.*

Itaque nunquam] ideoque nunquam *libri duo.*

Vox robuſta ſed ſordida lucubrationibus] *duas voces* ſed ſordida *à Britann. membranis abfuiſſe refert ibidem Pontanus Analect. lib.* 3. *cap.* 4.

Et Hiſpaniæ] Hiſpanæ *recte codd. duo. male autem ſubjiciunt quidam* antiquæ.

Non ſudorem olei unctione] olei *recte abeſt à vet. lib. Et mox* ambulatione *eſt, non* ablutione.

Perveniebat] veniebat. *Et mox* vocari *pro* vetari *habent lib. vett.*

Sed plurimum adjuta arte] *vet. lectio:* plurimum adjuta tamen arte.

Quin id in illo] cum id, *libri duo.*

In conſilium veniunt] eunt *melius antiqui libri.*

Affigant] *duo libri* afficiant. *& mox:* comprehendenda. Aiebat ſe ſcribere in animo cogitata.

Dicebat] *uterque codex ante* cogitata *interpungit.*

Ejus acta] facta *in utroque lego.*

Hoc quod tantum vobis mirum videtur] *liber unus* tantum *& mirum omittit. Duo vero ſic per interrogationem:* Hoc quid vobis mirum videtur? *Idque concinnius.*

Et protinus memoria recitavit] memoria *abeſt à duobus.*

In auctione] in actione *libri duo. non recte, ut hic ex auctoribus variis Gruterus docet.*

Quæſtionem ejus] quæſtiones *alii, &* quas.

Unde hæc de illo fama?] *in ora veteris libri erat:* & mihi ſuſcepta ſunt.

Aliquibus locis] quibuſdam *unus cod. alter* pluribus.

Tam meum, quam veſtrum] *abſunt hæc à duobus, & gloſſam olent.*

Abduxerit] abduxero *libri duo, melius.*

Marullum] Marillium, *iidem libri duo, ut infr. Quidam tamen libri* Marillium *nominant, non nemo* Maxillum.

Suſpenſos pedes habere] *melius uterque liber* ponere. *ſic & Pincianus & tres Palatini codd.*

Quam maxime] tum maxime, *alii* cum maxime.

Epicheremata] *uterque cod.* Epithemata? Epiphonemata *Pincianus reponit è Cicerone, Quinctil. & Rhetoribus.*

Reciperet] *unus hic* erit *legit, alter* erat. *& ſtatim infra* judicium autem fuit, *non* fuerit.

Surreperet] *vetus liber* ſubriperet, *lege* ſubreperet.

Suſtineo diutius vos] *media vox à vett. lib. accrevit.*

Quam odioſa mihi res ſit Circenſium pompa] *vetus hæc ſcriptura eſt à vulgari diſcrepans.*

Diem ducere] *Pincianus à ſuperioribus, de Latrone:* cum jam cœpiſſet dies lucere. *Rod. Agricola* diem dicere *legiſſe videtur: ut Juvenalis* — latam fecit cum Statius urbem Promiſitque diem, *Gruterus vero vulgatam tuetur* diem ducere.

CONTROV. I.

DEFENSIO ADOLESCENTIS. Quid mihi] DEFENSIO ADOLE-

LESCENTIS PORTII LATRONIS. Quid mihi objicis?

Largitione effudimus] effundimus & conſumatur.

Cum vetaret me pater alebat ipſe] cum vetaret me pater aiebat: ipſe mihi cum egerem &c. *ſic* C.V. *Nota vocare* patrem *qui patruus erat, ſed erat pater adoptivus.*

Non dabat] non daret A.

Ut omnem ſpem ultimorum alimentorum] ut omnium ſtipem, *&c.* V.

Ecce oppreſſit increſcentem] *Monſtra ſunt verborum.lego ex* C.oppreſſit mors ſenem, quid acturus es.

Pluris tibi pater] frater C. *recte.*

Aut quis porro] *ſic per interrogationem interpungo:* aut quid?

Porro quis rogandus eſt] porro tum V.

Frater alere non poteſt] fratrem alere V.

Extremum blandimentum in ſtipem perdidit] *ita* C. *ſed lego:* exterorum blandimentum in ſtipem perdidit. *& in* B. *deeſt vox* extremum.

Innocentiam vocas] *leg. per interrogandi modum.*

Nec eo quid] *ſic Frob.* nec eo quidem C. *& alii.*

Præſentes habemus Deos] Judices habemus Deos V.

Scis tanto te facere] ſcis tu tote face C. *lego* facis tu ſtulte, facies ſtultitiam, ſi abdicaveris aliam. *vel ſic,* ſcis tute *pro* tu, *& ante* aliam *interpungendum cenſeo.*

Item do pœnas ego] iterum itaque V. itaque C. A. B. *&* eget parentibus *pro* ego parentibus.

Ego parentibus meis] egeo A.B.V.*rect.*

Meam notam quærunt] meam notam convenit V.

Faciam hoc quod vultus] faciamque hoc C. *lego* faciam quia hoc vultus quoque veſtri hortantur.

Elido] *ita* C. elidar *lego.*

Ergo morientem videbo] *omnes* A. B. C. V. *amplius habent:* ergo famæ morientem videbo.

Juraturus ſum] curaturus ſum B.

Super crepidinem] ſupra C. V.

Marium fuiſſe conſulem] Marium aut fuiſſe Conſulem, aut *&c.* V.

Tanquam modo non ſit qui illum viderit] *ita* C. *ſed lego:* illud viderit. *Nam eo tempore quo hæc ſcripta ſunt vix eſt ut quiſquam Marium viderit. Sed vidit inſtabilem felicitatem.*

Tu judica] judices B.

Equidem nova] & quidem nova *rectius.*

Uterque diſcordiæ] uter V. C. *recte.*

Ut hoc crimine] carmine B.

Non muto] non mutaſſem *malim.*

Et provexit fortuna] & quos provexerat, deſtituit V.

Mittamus] mittam *ex* V. *legendum puto.*

Da quis alimenta rogetur, & quis roget] *ita* C. *lego* da quis alimenta rogetur.

Illo nihil prius] & ille nihil prius.

C. ARELLII FUSCI Patris] Pater C. *& in ſuaſoria ſecunda* ARELLI FUSCIS. P. *litteris vermiculatis.*

An peregrini penates tuos] quid hæc an peregrini penates tuos. *& in margine:* Et quid? *lego* an peregrini penates tuos. *&*, aperi generi penates tuos. *id eſt ſanguini tuo. Nam filius patrem alloquitur qui illum adoptaverat.*

Pater placui] placuit A. B.

Nolo tranſire] volo C. B. V. *& eſt vera lectio.*

Perierat totus orbis] periret V.

Finierat miſericordia] finiret V.

Jactatus inter duos] lactatus C. B.

Felicior abdicatus] *ita* A. C. B. V. *& Frob. habet, ſed lego*, ſemper ego felicior abdicatus. *Nam pater naturalis, cum eſſet dives, abdicavit quod egenum patruum aleret, pater adoptivus abdicavit quod patrem item egenum aleret, & ſic ſemper à feliciori abdicabatur.*

Inter duo pericula] *Abdicationis ſcilicet, ſi egeno ſuccurrat, periculorum, ſi non alat: vel mendicitatis, ut infra innuit.*

Præparaverant] præparaveram C. V. *bene.*

Hoc tu objicis] *per interrogandi modum legendum arbitror.*

Prior agere cœperit] egere cœperit C. *lego* timeo ne iſte qui prior egere cœperit. *Nam egeſtas quæ patruo accidit & quem aluit diſcordiarum cauſa fuit & abdicationis factæ à patre.*

Fra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Fratrem, inquit, alere noluit] *Ita prorſus* C. *Sed legendum puto* voluit, *aut* frater me alere noluit.

Et præ meis oculis narrem] & primum oculis narrem B. C. A. *Unde* ut primum *recte emendat Gruterus Suſpicionum libris.*

Volo utrunque] utramque C. A. *recte, id eſt* geminæ abdicationis.

Neutrum] neutram C. A. B.

Adſit mihi alius] abſit B. I ad illum &c.

Advocatum patruum aut patrem] patrum aut *abſunt à* C. *remanet* Advocatum patrem, *recte. Nam uterque pater eſt, unus natura, alter adoptione.*

Alter alterum amet] *Ita in excuſis & manuſcriptis. Forte tamen legendum addita particula* & ſi: & ſi alter alterum amet, uterque me amabit. *Nam odium fratrum, odium filii, qui utrumque aluit* in paupertate.

Quam injuriam fecerit bono fratri] quam bono fratri injuriam fecit V.

De parte beneficio quod cum per ætatem noſſe non poſſunt] de patre bene quid in eum per ætatem noſſe non poſſum C. & *Hervag. lego* de duo bene quamvis eum per ætatem noſſe non poſſum.

Imo quod abdicavit, quod aluit] *ultima duo verba forte delenda.*

I ad illum] ad illum *habet tantum* C. B. A. *forte* audi illum. *infra non longe.* I ad patrem, i ad filium.

Imperes parendum eſt] *Covar. cod.* non omnibus imperes patri parendum eſt. *Lego* non omnibus imperiis patri parendum eſt. Et imperiis *Hervag.*

Semerſa & tenui] *ſic Frob. corrige* ſemeſa.

Exaudiri poſſit] poſſit B. A.

Introrſum conditos oculos] introrſus C. A.

Quem vis adoptari] adoptare B.

Putas me hodie] puta C. *al.* putate.

Patris tui] patris ſui V. B. A.

Veſtram domum] beatam domum C.

Monitio] vitio meo V. *alii* convitio *ediderunt.*

Adoptent talem] optarent talem filium C. optant ſimilem filium A. B. V.

Non vis alium civem] non vis ali civem C. ali hominem *Hervag.* alium hominem B. & *ſtatim* alium civem.

Non vis alium amicum] non vis ali amicum, non vis ali propinquum C.

Abdicat] abdicabat V.

Non oportet fieri] oportebat B. & *Frob.*

Dicebas oportet] oportere B.

Nihil amplius quam miſereri monſtrat ad patrem id eſt ad filium] *Covarr. cod.* nihil amplius quam monſtrat, ii ad fratrem, ii ad filium. *lego:* nihil amplius quam iter ei monſtra, i ad patrem, (V. ad fratrem) i ad filium. *Librarius ex* i. *fecit* id eſt. *Hervagius locum mendoſum obſervans,* vade *repoſuit.*

Satra populi digna eſt] ſacra populi. *Hic aqua hæret. Frob. editio* ſatra *perſert. fort. legendum* ſatura: per ſaturam *autem* ferre, *alibi quid ſit, explicavimus.*

Incertæ fortunæ fluctus appellet] *Ita* C. *ſed* appellit V. *lego* impulit. *Nam divitiæ primum à patre ad fratrem, deinde à fratre ad patrem quaſi marino fluctu impulſæ ſunt.*

Innocens ſit] ſum V.

Conditionem] contionem V. C. *recte, id eſt, laudabimus illum in corona.*

At qui juſtus metus meus tu es] V. Ecqui. Atqui juſtus metus meus eſt tuus C. *puto leg.* juſtus metus tuus eſt. Nam tres *erant qui mutuo odio diſſidebant, timebantque ne alter alteri heres eſſet.*

Patior eſſe omnia] *Hervag.* patiar. patior eſſe communia V. C.

Amabo] ambo C. *recte deeſt tamen hæc vox in* B.

Projecimus] rejecimus V. & juſſit *delendum videtur. forſitan* projecit me verborum contumeliis. Pater dives fratrem projecit, & abdicavit qui eum alebat frater, poſtea dives pauperem patrem projecit. *Tota hæc periodus mendis eſt impedita.*

Et tunc primum] *fort.* at nunc primum.

Precatus ſum] precatus eſt V.

Patrimonii parati] *ſic* C. *fort.* parti.

Ut extant calamitatum ſtupores]

Ita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Ita C. *fort.* ut extiterant. *vel* ut ex tam calamitoſo ſtupore: aut ut ex tantarum calamitatum ſtupore.

Niſi quod hoc prior facere non poſſum] *Ita & C. puto legendum*, niſi quod hic prior feci quod facere non poſſum. *Et ita expono, quod in omnibus æquaverit eum fortuna fratri. Nam frater ex opibus incidit in paupertatem, & abdicavit filium. Hic etiam ex divite pauper factus abdicat, ſed non prior.*

Adoptavi te cum abdicatus eſſes, abdicas abdico] *Verba ſunt patrui ad fratris filium quem adoptaverat abdicatum à patre. Sed miror quomodo dicat* cum abdicas abdico. *filii enim non abdicabant parentes, & foras* abdico *hic improprie accipitur pro* derelinquo *ac* deſero. *ſed de mendo ſuſpectus locus.*

Diurnam petam] *recte & pro* diario *ſumi poteſt.*

Audebat] audebit C. B. V. *recte.*

Verba ſua ſibi dici] *Id eſt ea exprobrari ſibi quæ fratri exprobrabat egenti. Nam dixit ſuperius* adjectis verborum contumeliis irriſit, ad cælum manus ſuſtulit.

A multis tuli] multis tuli B.

VIBII RUFI] *fort.* RUFI.

Quiſquis es] quiſquis eſt C. *& Hervag.*

Cognationis attingat] affingat C.

Grave ſit & quotidie mortem] grave ſit quotidie & mortem V.

Etſi non odiſti] etiam ſitu &c. V. etſi *deeſt* A.

Ego qui fecit] *ita* C. ego odi eum qui fecit tibi *Hervag non neceſſario.*

Recens utrum ſubtilior] *lego* recens veteri ſubtilior.

Hos in has quæſtiones] hoc *Hervag.* hos in ſuas C. *quidam* OSCUS *pro* hos *legit.*

Deſinat reus eſſe] filius eſſe C. *recte.* & deſinit eſſe filius. *Hervag.*

Etiam ſi reus erat] etiam ſi filius erat C. *& Hervag.*

Non alit] non aluit B.

Tanquam æger] *lego* quanquam æger, vinctus, captivus.

An iniquam] an æquam C. *nonnulli* aliquam.

Accipiat] accepit B.

An hoc accipere] *Ita* C. *ſed in margine:* an hic. *recte.*

Per hoc quæſivit] *lego* poſt hæc quæſivit.

Recte fecit, qui aluit] recte fecerit, quia aluit C. B. A.

Indignus fuit] fuerit V.C.

Græcis auctoribus] Græcis actoribus C.

An abdicatus] an adoptatus C. *recte. Nam ſequentia firmant, & ita ad oram Hervag.*

Jam adoptatus] etiam adoptatus.

Novum fuit adoptati] *ſic Frob. ſed C. & Hervag.* notum fuit adoptanti, *recte.*

Hoc autem] hæc autem C.

Nulla autem interdici miſericordia] *ſic* A. B. nulli interdici miſericordia C. *recte. vel*, nulli interdici miſericordiam.

In noſtra poteſtate ſunt] non ſunt C.

Quædam enim jura non ſcripta] quædam injuria C. *non recte.*

Et humum cadaveri] *Naturali jure nedum Gentium humo corpora mortuorum mandanda ſunt. Vid. Petr. Fabrum lib. 2 Semeſtr. cap.* I.

Non fecit ratione] rationem A.

Hoc aiebant] agebant A.

Quamvis vetares] vetarem B.

Velle ali à fratre meo] *In margine Covar. codicis conjectura aſcribitur:* velle ali fratrem eo vultu vetabas, *vel ſic emendo:* velle ali fratrem. Vultu vetabas.

Præteritum] præreptum V. C. B.

Tibi officium] *ſic Frob. Caret autem* tibi C. V. B.

Colore ſimplici] colorem ſimplicem B. A. *& Frob. ut pro* habere, habet *leg. videatur.*

Offenſas] *ſic editi.* offenſam C.

Meæ mentis fuiſſem, expectaſſem dum rogarer] *ſic German. edit. Sed Covar.* fuiſſes, non expectaſſes.

Movet & humanitas] *copulam* & *omitto, ut mox quoque* & deinde.

Probata exemplo] *Addendum* veritas *ex B. & Frob.*

Nec ſummiſſis verbis] nec ſummis verbis C.

Agen-

Agendum eſſet] erat V.
Non expavi verba] expectavi C. *quidam* expiavi.
Interroga] interrogo A. *& Frob.*
Hoc quidem ſi facere oporteat] quid me facere oporteat C. V.
Nam patrem ut alteri patri] *fort.* non patiar, *ut & Gruterus leg. conjecit. Nam Nicolaus Faber:* non alerem *reponit.*
Prohibitus aluiſſe] patrem *addit* B. A.
Neſcio quis te miſericordia mea] *al.* neſcio quis iſte miſericordiam meam.
Nec meum] hæc mecum cogitavi C. V. B.
Egentem video] videto B. C. vides A.
Nec miſeretur] non V.
Hoc eſt inquam novi vitii] *fort.* hoc eſſet iniquum. *&* non vitii V.
Scit hanc Fortunam meorum] *fort. leg.* ſcit inhumana fortuna meorum. *Hervag.* ſciebam.
Hoc peccavi] ſpeculavi *Frob. &* B.
Nolo aliud præſtare quæ] nolo amplius præſtare quam C.
Quid habui facere] *malim* quid debui.
Merito iraſcitur] *lego* iraſceretur.
Non approbabat] *melius:* non probabat, *ut in* B. V.
Non eſt cuiquam crinitus] *ſic Frob. al.* quidquam non eſt, *inquit*, abdico vel cuiquam ex gloria ſui criminis detrahendum C. *& Hervag.*
Exiguos furtive cibos mitto] furtive C. *pro* fortunæ.
Colorem] colore A.
Tandem debere furere] ſed futere C.
Scit ipſe] ſcis ipſe V.
SYRIACUS] *Amplius eſt in* V. VALLIUS.
Triſtiſſimam ambo] ambo *ut bis repetitum omittunt alii.*
Odium paternum] *fort.* fraternum.
Patrem rogavi] patre mi C. *ad oram* fratrem.
Declamari ab Alphio Flavo] *Frob.* Allio *male, &* declamatori B.
Mala faciebat] ſatiabat C.
Aliqua res extra eloquentiam] *interpungit* C. *poſt* res.
Erat ingenii ætas] ingenium, ætas C. *at Frob. male*, ingenium, habebat adulta ætas. *Vide Gruteri notationes.*

Patrem abdicati] *melius* forte abdicantis.
Fratrem ſententiam] patrum V.
Tu non peccas] tu nunc peccas V. C.
Fugiſſemus] fuiſſemus C. *unde apparet hiatum hic eſſe. & forte deeſt:* niſi nos fugiſſemus, vidiſſemus impias epulas. *Amicus ſic tentabat:* Niſi nos fugiamus, impias epulas, & deteſtabili parricidæ furvum diem: *tamen* futurum diem A. B. *& Frob.*
Graviſſimam fratris injuriam] *media vox amplius eſt in* C. *& mox*, inquit, *delendum videtur.*
Ut ipſe præſtares] præſtarem C. A.
Recitare] tentare C.
Hermacoras] *ſic Frob. &* B. Hermagoras C. *& Hervag.*
Hac controverſia tranſiit] in hanc controverſiam tranſit B.
Rariſſimo quidem genere, veni eadem re tranſitus] veni *abeſt à* C. *ſed addit* eadem re. *fort.* cum eadem re tranſitus eſſet.
Non quod titubet] non titubaret C.
Caleo] *ſic Frob.* Gallio V.
Per ſententiam] ter ſententiam C.
Quid ni filium] quid filium C.

CONTROV. II.

A lenone] ad lenones B.
Sacerdotium] contradicitur *addendum eſt.*
Noſtra] veſtra C. *& Frob. recte.*
Occidit] occidi C. V. *quod placet. nam ſubjungit*, & hercle lenonem non occidiſti. *ubi* at *legi malim ex* V. *&* B. *qui & ſupra paullo* putabit *habet.*
Neſcio quid cellulam] neſcio quid in cellulam & obſcœnum lectulum vocas C. *fort.* neſcio quem in cell. *&* voces *lego. eſt hic aliquid quod non cohæret. Gruterus legebat:* quid tu cellulam.
Si qua tibi occurriſſet] *Corruptus hic locus vel hians.*
Puto ſacerdoti] *lego* puro ſacerdoti pro libertate vota facienda ſunt.
Iſta mandabitis] iſti A. *& Frob. legendum:* iſti quæ militem occidit mandabitis.
Reciperent] recipiant A. B.
Ut ſciamus illam apud lenonem fuiſſe blanda

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

blanda eſt, ut ſciamus apud piratas cruenta (*al.* conjuncta) eſt.

Nemo inquit me attigit] *ſic duo hæc membra in ſcriptis leguntur. Nondum tamen perſpicuus locus eſt.*

Domi lenonis] *quidam legit* Domini lenonis. *Nic. Faber.* da mihi lenonis rationes. lenoni V. *& Herv.*

PUBLII VINITII] VINICII *reponendum puto.*

Aut honeſte faciat quod ſemper fuit] honeſta faciat quod ſemper fuit C. honeſta maneat quod ſemper fuit. *Frob.*

Etiam ſi nobis] etiam ſi nos nobis non timeremus C.

Indignam te ſacerdotio] te *additum ex* A. V.

Procedente has] procedentes C. *male* præcedentes hanc A.

Submoveri videbitur] *fort.* ſubmovebit, *ut Romana habet editio, aut* ſubmoveri jubebit. *Lipſius legit* ſummovere jubebitur *lib.* 1 *Elect. cap.* 23. *ubi ritum hunc explicat.*

Fieri ne ſacerdotē] *fort.* te ſacerdotem.

Partes corporis & conſpectæ] *De hoc emptionis more multa Jac. Durant. l.* 1 *Variar. cap.* 2.

Vultis actionis] *ita* C. *ſed* auctionis *rectum eſt.*

Quam mori quæ ſtipem rogaſti] quam mori impenſius ſtipem rogaſti, quam ſacerdotium rogas C. V. B. A.

Hoc me cogit] hæc me coëgit A.V. *&* miſereor tui *pro* tibi *lego.*

Aurium majeſtatiſque] auribus majeſtatique veſtræ velim V. *& hæc formula vetus eſt:* DEVOTUS NUMINI MAJESTATIQUE EJUS. *Ut & altera præfari ſolent:* Honos ſit auribus, *ut docet Briſſonius l.* 8 *Formular.*

Vitam æſtimat] virginem æſtimat. B. V. A.

In actionem] *ita* C. *& Frob. fort. ut ſupra leg.* in auctione. *& ita Hervag.*

Ne metuas] ne metu C.

Venientes] venientem C. A. B. *ut de milite accipiatur.*

Potius ſcirem] *Gruterus* neſcirem *recte. Rom. editio præfert* tacerem.

Meretricum oculis] oſculis V.

Confingitur] confringitur *al.*

Avertite aures petituræ ſacerdotium] avertit aures petitura ſacerdotium C. *& editi libri. Illud tamen magis placet.*

Ad vos afferam] deferam V.

Colluctatem te tamen] colluctatam te tum cum viro C. *nata varietas ex compendiis* t̃n.

Exoravi] *ſic Hervag. rectius.* Exoraſti tamen B. A. *& Frob.*

Tempus erat nos ſortiri] non ſortiri C. *& Frob.*

In lup. ut nemo violaverit] in lup. ante ut nemo violaverit C. ut te nemo *Frob.*

Capturas tulit] captivitas B.

Et omnia alia impetrares, oſculum rogaſti] *melius* ut omnia alia impetraris, oſculo rogaſti.

Non emuntur] non oriuntur B.

Maria latrocinantis] latrocinantes B. *Sed alterum vetere fortaſſe forma accuſandi caſu dictum eſt. Ut illud Salluſtianum:* omnis homines qui ſeſe ſtudent, *legit Soſipater & alii Grammatici.*

Sed lup. excepit omnes] ſed lup. excepit omnes ſordida injurioſaque turba huc fluxit, *pro* influxit, C.

Omnes favere fabulis tuis] *Id eſt cum exorares integram tibi ſervari pudicitiam, omnes favebant fabulis tuis ſcilicet.* cavere *pro* favere *legitur in* B. *& Frob.* aut *pro* at *editi libri, unde* haud N. *Faber tentabat.*

Vixeris] *Redundare vox videtur.*

Se non abſtinuiſſet] *delenda forte negatio.*

Contrectata es alicujus oſculo] alicujus manu, alicujus oſculo, alicujus amplexu C. *Frob. & Herv.*

Converſata eſt diutius inter humano ſanguine delibutos] *ita Hervag. Frob. ſic:* conſervata eſt caventis (*forte* cruentis) & hum. ſang. delibutis: converſata eſt cruentis & humano ſanguine delibutis. *In margine* conſerva. *lego* converſata es.

Quod poteſt] *fort.* potes.

Pontificis maximi arbitrio] arbitrio *abeſt male à* B. C.

Convenit omnis libidinoſorum turba] *fort. leg.* quo venit.

Non-

Nonnullas non ſanctitatis] *puto leg.* notæ non ſanctitatis tantum.

Inquirit in mores] inquirit in majores C. B. A. *recte. Nam adjicit* in vitam, *id eſt* in mores.

Tam moroſæ] moroſſæ B. *& infra* irritaret, *pro quo Hervag.* irritaret ab ira.

Exoravimus] *Frob.* exorabimus. exorabamus B. A.

Mulieri in crimina deſilienti] deliteſcenti C. *Frob. & Hervag. Placet* deſilienti: *nam ex uno crimine deſiliebat in alterum. Vide quæ ad ſuaſoriam primam de Deſultore notavimus.*

An lege] in hac lege B.

An caſta ſit an pura ſit in hæc diviſit] *Hæc abſunt à* B. C. *Sed locus ut mutilus ſtellula notatur.*

Contrectatam te oculis] oſculis C. *recte. Et* te *abeſt ab* V.

Si citra ſtuprum] ſi ultra A.

Cum viris volutatam] cum viris volutata es. Caſta talis qualis videri poteſt cui lex nocere vult C. *Frob. vero:* Cum viris tamen voluntate non caſta, *al.* voluntate es caſta: *ſed malo* voluntatem.

Matrem quoque inceſtam eſſe] matrem quoque inceſtanti etiamſi B. *Quidam legi volunt*, matrem quoque jure caſtam eſſe. *Alter illa delebat & pro* eſſe, etiam *reponit.*

Fixa eſſet hæreat & tuta] *Locus impeditus, & forte an ex compendiis litterarum corruptus. tentabam:* ſi fixa eſſet hac jure ſententia.

Non enim potitur adhuc virgine] non enim ponitur ut de virgine C.

Oſtendit non puram] occidit A. B.

Ut cauſam diceretur] *Sic Frob. & Hervag. legerim* diceret.

Caſta de caſtis] *Frob.* è caſtis, *ut ſupr. Quidam tamen præpoſitionem omittunt.*

Caſtis cum dicit] cum dicit *abeſt* A. B.

Quæ proſtituta] reſtituta B.

Noviſſime quod] quia B. *& Frob.*

Putaverunt miraculo eſſe] *ſic Hervag.* miraculo poſſe B. A. *Frob. utrumque poſuit*, putaverunt poſſe miraculo eſſe.

Indignationem] dignationem B.

ALBUTIUS] *Malim* ALBUCIUS.

Cruente & in perniciem cruente tuam, hæc, inquit arma] *ſic Hervag. & Rom.* Cruentique & in perniciem cruenti ſuam, Ne, inquit, arma quæ neſcis tenere pro pudicitia C. in perniciem cruenti ſuam B. A. cruenta ſuam V. *ut verbum ſit. Frob. ita.* expectant cruenti, & in perniciem cruenti ſuam. Nec, inquit, arma qua neſcirent teneret pro pudicitia.

Majora eſſe videbantur] eſſe *additum ex* B. *& Frob.*

Auxilio geſta] auditorio A. B.

Prærogationem ſacerdoti] *ſic libri ſcripti & excuſi.* prærogativam *Rom. editio. Et habet pro* habet, habemus C.

Objici illi fuiſſe] illum fuiſſe A. B. & objiciunt *Frob.*

SYLO] *melius* SILO.

Corripere] arripere V. *fort.* abripere *vel potius* corrumpere.

Matronarum notum in libidine magiſterium] nullum C. *Frob.* vultum *legit. Unde* N. *Faber* multum *reponebat.*

Pudicitia permanebat] *ſic Frob.* pudica permanebit. *Hervag.* pudicitia permanebit B. C. *Utraque vox omiſſa in Rom. editione ex Vat. cod. tanquam gloſſema.*

Loco turpi probroſe] probroſo C. *& Frob.*

Apparet quas præpoſuit] propoſuit *Rom. Videtur & hoc gloſſema eſſe, legitur tamen in ſcriptis libris.*

Extra portam iſtam virginem] natam virginem C. *ſed in margine* iſtam: nam virginem V.

An cum venientibus] an *abeſt à* C. *& in margine* an non venientibus, *quomodo & Frob. edidit.*

BASILIUS] *Rhetoris nomen eſſe non videtur. Vidi qui leg. conjiceret* ASINIUS, *qui ſuaſoria 2. declamitat: vel* BASSUS JULIUS, *cujus infra ſordida verba carpit Seneca.*

Te alio libidinis genere dedixeris] *It Frob.* addixeris *Hervag.* deciderit *Rom. editio*, ex V. *ſine pronomine* te. *Quidam codex* dederis?

Et damnata & damnavit V.

Noluimus] *ſic Fro.* nolumus *Herv. Rom.* novimus. *Malim tamen* noluimus.

Impu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Impunitam ſtultitiam] ſententiam B.
Nihil non & permiſerunt ſibi] qui nihil & non C. *& Frob.*
Qui Tribadas deprehenderit & occiderit] qui Tribada deprehenderat & occiderat *leg. puto.*
Non ideo] *forte* num.
Quam verecundiæ] dicere *deeſſe videtur.*

CONTROV. III.

Dejecta repetitur] *amplius eſt in Epitoma:* vixit dejecta repetitur.
Seipſa] *abeſt hæc vox à C. qui habet:* ſed dejecerit ſe.
Numen] nomen C.
Quia inceſta] quia & inceſta V.
Dubitari non poteſt] dubitari poteſt V.
Dejicienda ſit] dejicienda eſt C.
Imprecer] præ cæteris C. *in margine* imprecer *recte, quomodo & in excerptis legitur. Frob.* preceris.
Bis dejecta pereas] bis quidem dejecta pereas.
Veniet] *ſic Hervag.* venit C. A. *& Frob.*
In loco inceſtarum] *ſic Frob.* loco inceſtarum A.
Ampliatur à judicibus in pœnam] *Nam ampliatio quaſi præjudicium erat condemnationis.*
Ne damnati] ubi damnati C.
Et à ſuperis] *delenda copula videtur.*
Potuit quam] polluit & quam C.
JUNII BASSI] NONII V. *alius cod.* JOVII. *Vidi qui* Julii *reponerent, qui frequenter hic declamitat, nihil tamen demuto. Meminit enim* Junii Baſſi *Fabius Quinctilian. l. 6. c.* 3.
ALBUTII SYLI] SILII *reponunt alii.* Vide Rhetorum *indicem.*
Ab ipſo (cum *amplius habet* A. Potiſſimum ab inferis ſervetis) *ſic Frob. & Hervag.* ſervatis, eruatis V. *& fort.* propemodum, *non* potiſſimum *leg.*
Ergo ſi inceſta ſim] ergo ſi inceſta ſum V.
Damnatas accipit] *ſic Hervag.* damnatas B. A. damnatus *Frob. male.*
Judices cœpi] narrare cœpi V. A. B.
Quod judicaſtis] judicatis A.

Ab Tarpeia] ab Tarpeio ad Veſtem C.
Hic pudicæ ſacerdotis] hac pudicæ C. A. B.
Inter ſuperos inferoſque] inferoſque *deeſt in* A.
Inceſta] bis inceſta C. bis *tamen omittit Rom. cod.* V. A. & moribus *pro* morer etiam A.
Adverſariam] adverſari eam A. *vitioſe.*
Permittitis jam abeam? accuſator recede, eamus ad abſolutionem tuam, ita dii damnatam &c.] permittitis jam ab ira Accuſator recedamus ad abſolutionem tuam, ita dii damnatam abſolvere tuam, quam ſacerdotem C. A. B. *fort. ſic leg.* Permittitis jam abire? Accuſator recedam? eamus ad abſolutionem tuam. Ita dii damnatam abſolvere malunt ſuam, quam ſacerdotem. *Quidam libri pro* ab ira, ab rea *legunt.*
Puellam demitti] dimitti B. A.
Habebat] habebit B.
Dixerat itaque tantum Deos invocabat] vixerat *hic reponit ingenioſe doctiſſimus Faber. Eſt qui tueatur* dixerat *hoc ſenſu:* Dixerat cum deos invocabant. *Nam qui dicunt, ad gratiam ſe componunt, ubi dixerunt, de ſua gratia & compoſitione remittunt.*
Ad ſaxum deferet] differet *libri vett. plerique omnes.*
Genibus ſubmiſit manus] gentibus B. *male.*
In has] *præpoſitione* in *caret* B.
Lex de inceſta] *ſic Hervag.* lex ex inceſta. C. *& Frob. male corruptum è ſuperiori voce.*
Dejici non debeat] *negationem tollendam puto.*
Improbat Albutius] *ſic Romæ editum.* improbat Albutium C. *Frob. & Hervag. male.*
Utrum inceſtæ pœna ſit dejici: an perire] *hæc deſunt in* A.
Si voluntate Deorum ſervata ſit] & eſt *addit* B.
Quo crudelius] ut crudelius V.
Diutius torqueretur, aiebat] diutius loqueretur agebat A.
Erit in pœna] in pœnam B. *& Frob.*
Probabat ille] illum A.

Et verbum in ſententia poſitum non eſt damnantis ſed dubitantis] ea qua verbum in ſententia petitum eſt, non eſt damnantis, ſed dubitantis C. *&* V. eoque verbum in ſententia poſitum *Hervag.* ſed petitum & ea quæ *Frob. vide Nic. Fabri Annotationes.*

Cum deſcripſiſſet circumſtantem turbam & dolentem] cum deſcripſiſſet circumſtantem, *&* *abeſt* turbam dolentem A. C. *Frob. Hervag.*

Oculis pene ſubduceretur] pœnam A. pœna V. *unde Nic. Faber* pœnæ *ut gloſſema, &* oculis *tollendum cenſet.*

Dii immortales populi vota] Dii immortales ſupplicum voti preces C. *Frob. & Herv. ſed Romani:* populi vota *legunt, & interpunctione facta ante* inceſſam præceps *mox collocant, non* preces.

Nam ante poſuiſti] poſuit C. *& Frob. recte.*

Si iſta negligentia] ſi *particulam deleo.*

Filiam objurgabat] *ſic editi:* filium tamen *libri vett.*

Reverberaret] reverberet C. *interpunge itaque* reverberet multum.

Hoc male] hæc male C. V.

Athleta aut pictes eſt] ille qui aut antidita aut Pirhnicus eſt *in margine* C. *in textu* qui Autaut eleta aut poſt. *lego* qui aut athleta Pythicus eſt vel pictes eſt. qui aut antidita aut Pythnicus eſt *Frob. & Hervag. niſi quod hic* Antideta *habet.*

Durius ſaxo] durus ſaxo C.

Multa duxerat] *fort. leg.* multa qui dixerat virgo de ſub ſaxo.

Patrem memini] patrem meum B.

Dicentium] *fort.* & dicentium.

Non potes non vis mori] non potes vis mori C. *Frob. & Hervag.*

CONTROV. IV.

ILle onuſtus] honeſtus B.

Dimiſi adulteros] *vetus lectio* adulterum.

Quid ridetis inquam quod non habet manus] *lego,* quid ridetis inquit, an quod non habeo manus? voco filium. *Tamen* voca filium C. *& Frob. in quo etiam deeſt* quod. *ſic infr. in extrema Controv.* erratis inquam, qui me putatis manus non habere. Filium vocavi.

Tu viri] *ita* C. *forſan* tun *pro* tunc.

Ne truncus quidem] ne te uncus capi potuit C. *lego ex ſequentibus:* nec te truncus (*id eſt truncatus manu*) capere potuit, niſi domi.

Ex quo ſciemus] *interpungo nota interrogationis:* ex quo ſciemus? cum adulteros deprehendis? *pro quo vulgatur* deprehendero.

DESCRIPTIO pugnantis viri fortis] *Hæc, licet in vett. libris compareant, ut alieno loco poſita expungo, ut cohæreat oratio.*

Aſprenatis accerſitus] cum à patre natus accerſitus C. *Frob. & editi omnes. Sed* ASPRENATIS *veſtigia hic odoratus ſum &* arceſſitus *malim quam* accerſitus.

Ita ego etiam manus] *lego:* ita ego manus etiam pro adulteris perdidi.

Inter ſpolia viri fortis] *fort. leg.* vir fortis.

Voluntatis adulteros] *ſic Propertius:*

Signa voluntatis non jacuiſſe duos.

Quidam tamen libri volutantes *hic legunt.*

Parricidium putavit] B. *interponit rurſum provocabulum* illius.

Debuiſtis] debuiſti A.

Dimiſiſti quære] *ſic Frob.* dimiſiſti ſequere V. A. *in hoc etiam deeſt* adoleſcens.

Quæ inter] *malo,* inter quæ.

Truces quoque animos] truces quoſque C. *& Frob.*

Vindicare oportuerit] vindicare oportuit B. A.

Tunc liceat adulterum] tunc *abeſt à* B. *&*, adulterium, *quinque ſyllabis* A. V.

Quæſtionem tractaverunt] tentaverunt V. *ut mox inf.*

Qui deprehendit] deprehenderit A.

Salva lege non licuit] ſua lege licuit A. B.

In tanto inopinanti] *malim,* in tam.

Torſionem] *ſic Frob. melius tamen* tortionem.

Ex bonis declamatoribus] *leg. è ſuperioribus conjicio:* ex novis.

Navigationem excuſanti] *ſic Herv.* recuſanti B. A. *& Frob. quidam etiam*

codex:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

codex : ſi non ferat mare, *ut mox infr.* ſi non poteſt.
Liceat & marito liceat & patri] *Vetus quidam codex :* liceat marito, liceat & filio, *recte. & mox* poſſint *malo quam* poſſunt.
Hoc inquam putavi] putavit *malim.*
Mater faciliorem] feliciorem B.
Occidere ſi matrem turpe eſt noluiſſe] *melius :* occidere matrem ſi turpe eſt noluiſſe.
Non aſſedero] *fort. melius* non aſſidebo. *& ſtatim pro,* egentem, *male Frob.* agentem.
Dixit AMAS] DAMAS *leg. puto, abſorpta prima in priore littera.*
Habet aliquid] ſed habet aliquid A. B.
Quod non cito oculos perdidiſſem] quod nocet oculis B. *forte :* quod non & oculos perdidiſſem.
Aut oculos erue] *ſic editur paſſim.* oculos ſerva A.
PUNITIUS] *omnino leg.* VINITIUS. *qui ſæpe alibi declamitat.*
VIBIUS RUFUS dixit] *inſignem hic lacunam trium verſuum ope trium codicum explevimus.*
CÆSTUS dixit, vocavi filium] voca filium A. B.
Pugnantem acie] *fortaſſe* in acie, *abſorpta in priore littera præpoſitione.*
Effugerit] *lego,* effudit *ex* V.
Suſpectum quaſi patri conſilium] *ſic editi omnes, ſed vox* patri *de mendo ſuſpecta tollenda videtur.*
Exiit noviſſime] *de conjectura ſic legitur, tametſi libri omnes etiam in vulgus editi habeant,* ex tenuiſſime.

CONTROV. V.

SE parabat] ſperabat A.
Stuprum defendit] *fort.* ſtupro defenditur.
Securitas] ſeveritas C. V.
Exteritus credit] exterritus vir credit C. *& Frob.* vir *pro* vix B.
Habitura ſit virum] ſis V.
Ne una quidem nolle] ne *abeſt à* C.
Perieras raptor] *vetus liber :* Perieras jam latro.
Illi optionem ceſſimus] illic optione ceſſimus A.
In conſpectum publice] *prima duo verba, ut gloſſema omittit* C.
Totus hodie pereat] *malim,* toto die pereat. *Subjicit enim,* qui tota nocte peccavit.
Dicam ſuus] *ſic editi.* civis A. B. *lege :* dicam ſi vix *ex* C.
Quid dixerim tibi] dixerit A. V.
Idem enim dixi] dixit V. A. *& ſtatim* incidit, *pro* incidi.
Poſtera die] poſtero V.
Servari reum] eum C.
Inter diſpares] inter pares A.
Referas] refer C. refert B. *& Frob.*
Plures tamen Sabinæ ſunt] Sabinæ ſint A. plures tamen ſibi adſunt ex Tribunis *Frob.*
Ex tribunis] ex tribus C. *omnes tamen* ex tribunis *legunt.*
Ante te rapuiſſet] *ſic* V. ſi is ante rapuiſſet, *ut editi omnes.* ſi te ante rapuiſſet *alius liber.*
Optaſſet — nuberet] optaſſes — nuberes *libri duo.*
Negares iſtum] illum V.
Atqui nihil intereſt] atqui nihil obſtat & intereſt C.
Jus habet] habeat *lego.*
At idem ſi eadem nocte] *ſic Hervag.* ſi *abeſt à* C. *& Frob.*
Propter vitate ſervatus peribit] *ſic Hervag. & ad oram,* propter te vitiate, *quod non placet.* puellæ protervitate ſervatus peribit *Frob. fort. melius,* raptor à te ſervatus peribit. *vel,* vi raptor à te ſervatus peribit.
Impelleres] interpellares V.
In ea eligenda] *lego* an ea eligenda.
Etiam mihi contumelioſum] *ſic* B. *& Frob. deeſt tamen* etiam *in Herv.*
Utraque at dignior ſit victima. Non quæſtionem] *ſic Frob.* B. *&* A. victrix *Hervag. lego tamen ut in Rom. editione:* utra dignior ſit.
Ultimam non quæſtionem. Non raptorem impunitum futurum] *malo,* nullum non raptorem impunitum futurum.
Utrique debebat] utrique debeat V. *malo,* debet.
Quod optatis] *melius* optetis.
Ne exemplum quidem] *fort.* ne exemplo.

Proripere] *cenſeo leg.* perire.
Ne hunc morem] *lego*, hinc morem, *ſublata negante particula.*
Eſſe vindicandum] *fort. rectum eſt:* etiam dicendum, *ex compendiis litterarum corrupto loco.*
Et eam impleri] & hanc B. A.
In hoc controverſiarum] in hanc controverſia A.
In maſculos] in maſculis A.
Gratulor vobis] gravior B. A.

CONTROV. VI.

PAtri redemptionem] de redemptione *libri duo.*
Si dimiſſus eſſet] ſi dimiſſi ſe etiam C. *lego* dimiſiſſet eum. *Nam illa fuit quæ eum liberavit, ut poſtea tota apparet controverſia.*
Dimittat] dimittas B.
Terra prohibendum] terram A.
Obſero] obſecro.
Poſſum inquit judices] inquit *abeſt à* C. *& Frob. Et interrogationis nota eſt poſt* judices.
Nuptiis ſuis] *malo* tuis.
Ut dixi] ubi dixi B.
Promiſi nuptias] promiſit. *& mox.*
Arctius nos fortuna alligavit] *margini additum in Cov.*
Niſi corpus omnia vinculis, quam ut orba poſſit divellere] *quæ & in editis leguntur. Verum in Vatic. in ora aſcriptum* R. *ut ſolet, cum aliquid redundare ſignificat, hæc nimirum.* niſi corpus, omnia vinculis.
Maciem, retractos] macie retractos *vetus lectio.*
Alia pollicitus fuit] *Ita* C. *& in margine* talia. *fort.* varia pollicitus ſum.
Hoc enim jampridem] *ſic Vat. lego ex veteri libro & Frob.* ſic enim jam pridem ſi enim *Hervag.* ſi hæc enim B.
Te vocabam] vocabat V.
Poſteris genus] contemptis genus C.
Laudabile] *ſic Hervag.* laudabiles C. *& Frob. forte etiam* laudabile eſt.
Sortem facere] ſeriem A.
Sed quamdiu non ſumus] *leg. conjicit amicus*: ſed quoniam domini non ſumus. *retineo tamen vulgatam.*

Hinc ſumus] C. hic ſumus *habet. malo tamen* hinc.
In ſuis] *abeſt à* C.
Majoribus] moribus A. *non ſequor.*
In Conſulatu] inter tot Conſulatus, *legitur in excerptis.*
Servium Regem tulit] Servum, *vetus lectio.*
Quemcunque volueris revolvere nobilem] quemcunque volueris, revolve nobilem C. *fort.* quemcunque volueris, imo revolvere nobilem, ad humilitatem pervenies.
Inter hæc] *ſic Herv.* interque C. inter quæ *Frob.*
Humili caſa] Romuli caſa, *quidam legendum divinat. Non ſequor tamen, auctoritate Senecæ initio Controv.* 9.
Præter lucet Capitolium] perlucet *Frob. quidam conjiciebat* proluit Capitolium. *Faber aliter emendat. vulgata tamen retineri fortaſſe poſſet.*
Eſſe magis liberi] *id eſt, ſi liberiores imperando vel animo indulgendo.*
Fecerimus] fecerim C. *& mox*, relinquet, *pro* relinquit A. *melius.*
Repetet ſuos] *quidam legit:* repetet ſervos. *non ſequor. Malim,* repetet ſua, *ut ſequentia docent.*
Uxores] *ſic* V. uxorem C. *& Frob.*
Quidam autem emptis] *mediam vocem delendam cenſeo.*
Pro patre: Puellam] *ſic interpungit, & legit Rom. editio.* Pro patre: Puellæ C. *Frob.*
Capere orbos ſenes] *ſic Frob. malim ex antiquis libris* captare, *ut & Hervag.*
Velit tolerare] *ſic paſſim editur è veſtigiis tamen Vat. codicis in quo* vena *ſcribitur, emendo:* una tolerare.
Etiam nunc] *malo* etiam num.
Inſolens malum] impotens A.
Arcas noſtras oneraverit] honoraverit A.
Hunc putas] *fort.* an poſſit.
Eleganter] elegantem B.
Secutam] ſecuta C.
Voluit enim nubere] nudari *Frob. &* C. *& in ora* videri. *vulgata tamen præferenda.*
Re illa honeſta] *ſic Frob.* re illi honeſta *Hervag.* re illic honeſta C. *forte*

te: ratione illa honeſtam conditionem. Nam r̄c *pro* ratione *librarii olim pingebant.* re illam honeſtam conditionem *habet* B.
Potuiſſet] *melius* potuiſſe.
Solum adoleſcentis] *ſic* C. *& libri veteres. Malo tamen* ſoluti.
Nuptias orbæ] orbam B.
Occaſiones] *quid ſi* occurſiones *legas? Nam id poſcere locus videtur.*
Suſpectam eſſe] *ſic* C. *& omnes. fort.* ſuſpectum *melius. & ante* illi *interpungendum*
Ut quid liberi] *fort.* ne quid.
A miſericordia] *tollenda fort. præpoſitio.*
Curſu orationis ſcribere] *ſic quidem libri veteres. quadrat tamen magis* fervere, *ex quo forte* ſcribere *factum, quod* v *&* b *invicem ſæpe commutari ſoleant.*
Comburi incendiis] *ſic libri vett. & Hervag. Frob. male* convenire incendiis.

CONTROV. VII.

DUrius] tutius C. *& Frob. fort. etiam* crudelius.
Præcidiſſent illi manus] *vetus liber* illi addit: *& mox pro* duplum, duplam pecuniam *habet.*
Manus publicæ ſunt. Talem] publicæ ſunt.
Nunquid pecco tyrannidem talem me dimittere, qualem à Piratis recepiſtis] C. *pro quo editi legunt:* nunquid peto tyrannicidam, *quæ verba non ſunt in Rom. editione.*
Eum qui manus meas configit] *ita editi. fort.* niſi cum manus meas configit. *in Vat. tamen* confugit *legebatur. illud malo.*
Si occideris tyrannicida] *ſic liber vetus.* ſi occiderit tyrannicidam. Exitium tyranni rogo C. *& editi. fort. leg.* ſi occideris tyrannicidam. Tyrannicida exitium tyranni rogo. Rogo, non timeo.
Manus quas] *vetus lectio:* rogo. Non timeo. ne quas manus.
Pyrataſque] *copulam delendam cenſeo.*
Quod felici re] quod feliciorem rem A. Feliciter *emendat Faber, quem lege.*
Remp. appella] C. *in gloſſa habet* compella.
Tuus ſum] *repono* tutus ſum.
Duplas dabo pecunias] *libri duo* duplam dabo pecuniam: *apparet pro unico filio rogat. Duplam alteram pro filio, alteram pro tyrannicida. Reliqua è gloſſa nata videntur, quibus hic Frob. editio abundat.*
Hoc ne adulteris quidem licet. *ſic editi. Liber vetus, quem ſequor:* hoc nec adultero fecimus, nec tyranno. *& mox* pecuniam *legi malim.*
Age parum eſt. Si dixero] agere C. *fort. hæc claudenda ſunt parentheſi* (age parum eſt ſi dixero) *vel* alere parum eſt? *ut Hervag. edidit. & mox* epiſtolas *legit* B.
Egens ſum] ages ſum C. *Frob. & Hervag.*
Et habes argumentum] *unus liber*, & abeſſe argumentum. *mox ex eodem lego:* Dic ego & rogare pro adultero ſoleo, *pro quo editur:* dices erogare adultero ſoleo.
Privato] privatus C.
Nihil alius] nihil amplius B. A.
Duplam pecuniam dabo] *his*, *Q. Pii*, *nomen præfiximus. de vetere libro.*
Petitur unde] *editi omnes* petiturum te *nullo ſenſu. & mox* habeas etiam nunc *vetus lectio eſt: ſed de hoc loco N. Faber eſt conſulendus.*
Petiturum te tantas patrimonii] *ſic editi omnes, ſed ut è ſuperioribus repetita, redundare quis non videat?*
Locuples pater poterat dare] locuples patrem poteram dare C. & poteram, *Frob. & Herv.*
Quicunque] *editi omnes* quæcunque.
Ego inquit] *ſic editur. repono* egeo, *ut alibi ſupra. & mox*, quo ex tota, *pro* quod *Herv.*
Apud eos] apud meos C. *& Frob.*
In fabulis] *præpoſitionem omitto. & vetus quidam liber ſic legit:* hoc noſtro ſæculo ad fabulas: *deerat.*
Ut narretur] *in Vat.* narraretur, *ſed eraſæ duæ litteræ ſunt. mox*, & alligatus *copulam deleo.*
Hanc eripis filio] ſi hanc, *& ſtatim* potuit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

potuit, *malim quam* potui.
Obſtupuerunt piratæ] prædones *liber vetus.*
Indica] *puto* dic *tantum leg.*
Quomodo voluit præcidit] quomodo voluit præcidere C. *Frob. & Hervag.*
Abdicat] alligat *libri duo, ut & infra ſæpe repetitur, & ad legis illud caput pertinet,* aut vinciantur.
Hic eſt, inquit] inquam V.
Quod tyrannus inſtituit? quod adulteros facit] *ſic Frob. & Hervag.* niſi quod inſtituit *legat. vetus liber,* quo tyrannus inſtituis quo adulteros facis?
Inter ſe & me furentia] inter ſe & judicio furentia *Frob.*
Alium qui *&c.* obtinere *&c.*] *Emendatur hic locus ex Epitoma:* unum qui poſſet patriam opprimere, alium qui fratrem violare, alium qui patrem. *Quidam codex:* unum qui patriam opprimeret, alium qui fratrem violaret, alium qui patrem. *Editi libri longe aliter:* obtinere *autem pro* ut tenere *raro ſignificatu reperias quoque apud Salluſtium.*
Dies meos] cives meos B. V.
Uno ſenſit] uno me ſenſit V.
Qui nihil] quia non V. *& ſtatim* in ſe, *pro,* in nos.
Exercuerunt] exercentem A.
Non eſt] non opus eſt V.
Magna omnia ſunt] *hæc verba in ſequenti Controverſia repetuntur, & utrobique omittit Rom. editio: ſunt tamen, ne quid diſſimulem, in antiquis libris & editionibus Baſileenſibus.*
Ultores ſubjice ignes] uſtus es C. *legit diſerte pro* ultores *alius,* ultus es.
Per beneficia] *malim* pro beneficio. Et fortem *pro* ſortem B. *non recte.*
Tanquam adulter moriar] *media vox deeſt in* B.
In ſollicitudine] in ſolitudine B. A. *& mox* ſollicitudine ii.
Modicam] modicum A.
Tyrannicidam inquinaret] tyrannicidium V.
Hæc & pro iſto] hoc V. hoc & pictum eſt C.
Hæ nempe] hanc nempe A.

An omnes] an homines A. *& Frob. non ſequor.*
Non redemit] non redemerit A.
Manus voluerit] voluit V.
Alendus ſit] eſt A. *ut mox infra.*
Quaſi ſacras, *&c.*] quaſi enim ſacras, *&c.* V.
Deſideraſſet] deſideraret, & qui non vindicaret C. A. V.
Exerceret] *ſic editi:* exercentes A. *& mox pro* latrocinium, latronum V.
Miratus fui hodie] *ego* iratus *repono, ut paulo ante.*
Niſi pecuniam accepiſſent] *Vat. addit:* quam non mittebam. Quamobrem.
Quam aiebat] quod aiebat V.
Iram faſſus eſt] paſſus eſt C.
Q. Fuſcus] quomodo Fuſcus C.
Aiebat has] *malim* eas.
Jam tum illum fugiſſe] fuiſſe A. *non recte.*
Sanum inter ſuos] *in Excerptis legitur negante,* inſanum & inter inſanos.
Alant] *alias* alunt.
Feliciter certe] certe *abeſt à* B.
Excuſſa mens eſt, ex quo filium in mari vidi unum] *ſic in excerptis legas:* excluſa mens eſt, ex quo vidi in arce unum filium. *malim tamen:* excuſſa mens eſt.
Ad propoſitionem cœptam] *melius:* à propoſitione cœpit: Alimenta Pater.
In inſaniam malis actus eſt] *ſic Rom. editio.* mali V. inſania mali actus eſt C. *Frob. & Herv.*
Hic Philoſophicum locum introduxit] *ſic* V. A. hic Phyſicum locum introduxit C. *editi libri* Phyſicum introduxit.
Animo everterentur] *prima vox abeſt à* B. *& Frob.*
Quod occupans] quod occupat C. V.
Aut diſſimulaſſet] aut diſſimulavit C.
Commendationem facere] fratre V.
Nihil dixit] nihil dicit *malim.*
Baro] *ſic repoſui, cum in editis omnibus* Baros *eſſet.*
Voces habes] vocem *lego.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

CONTROV. VIII.

TEr pater fortem] ter fortiter agentem pater in acie quarto volentem exire retinet C. *duo tamen verba* fortiter agentem *hic redundare videntur.*

Miſerrimum] *ſic* A. B. *Frob.* miſerrimus *Herv.*

Pluſquam aut legi aut patri ſat eſt] *repoſitum ex conjectura:* pluſquam lege, aut patris eſt C. *& editi omnes.*

Non redditur] *ſic editur. malo tamen,* non redditus.

A diis vocationem] advocationem C. *& editi omnes: quam lectionem tuetur hic Faber &* dilationem *exponit, allatis Senecæ locis ſimilibus. & ſupra* denuntiantes A. *pro* denuntiantis.

Laſſus ſum] *ſic* B. *melius* laſſum *ut Herv. ſequentia verba*, magna omnia ſunt, *intruſa videri, ſuperiore Controv. ubi eadem leguntur, admonui. & mox pro* viri fortis, vir fortis B.

Timet] timeat C. *& editi: &* hoſtis *pro* hoſti B.

Inquit, objicit] requirit, objicit C. *&* objicis *vulgo editur.*

Unum tollas] *ita* C. *ſed in margine:* unum alia virum.

Nullum tam tibi vulnus niſi per cicatricem] *id eſt tot vulnera accepiſti, quæ jam ſanata ſunt & cicatricibus obducta, ut denuo vulnerari niſi per cicatrices non poſſis.*

Domi tantum ſanatus es] *ſic Rom.* dum tantum C. *& editi omnes. forte* domi tantum natus es.

Pudet me ter victum militare] Pudet me ter victi militant. *recte: nam excuſa lectio Themati repugnat:* qui ter fortiter fecit, *ergo non* victus.

Sexageſimum & quinctum annum] *Frob.* ſexaginta & quintum. *male. putat quidam tranſpoſitis numeris Senecam ſcripſiſſe* X L. *&* V. *non* L V. *&* V.

Liceat] licet C.

Alioquin] alioqui C. *&* deſinit *pro* deſiit *liber vetus.*

Pareo tibi pater] *ſic repono:* pareo illi patri C. *& editiones.*

Ille in me dominatur] ille in nos V. B.

In tantum etiam] *ſic Herv.* tum etiam C. *& in margine* jam tantum etiam *Frob.*

Hoſtis] *ita editur:* hoſtes A. *& paulo ante* juſtitia *pro* injuſtitia, *ſed vitioſe.*

Adornavi] *ſic Frob.* adornavit *Herv. &* hic ſupplicationes *pro* huic A. B.

Huic ſupplicationes illas debeo] *hoc eſt quod ſuperius dixit*, trium victoriarum vota ſolvenda ſunt.

Comprehenſis] *fort. melius* deprehenſus.

Humeris non cedit] numeris C. *Frob. male. & vetus quidam liber:* non ſedet.

Ire juſſeris] ire juſſerit C. *hic amplius eſt in Excerptis:* otium imperas animo non otioſo.

Et adhuc] & hoc B.

Refero tibi] referes tibi C. *fort. leg.* credisne quidquam referentibus.

Vita curſum agamus] ſcimus quem vitæ curſum agimus C.

Quos labor corroboraverat] ſæpe quod corroboraverat deſidia conſumpſit C. *pro quo editi* roboraverat *legunt.*

In patriam conferre] in patriam conterere C. *fort.* congerere.

Adhuc militia mea legis munus eſt] *ſic in Excerptis.* adhuc militia eſt mea aliis munus eſt C. *in marg.*

Hæc militia eſt mea] *in Herv. neque* aliis, *neque* legis *eſt.*

Ne vilis ſit opera mea patriæ] *ſic Herv. niſi quod* patri *legat.* ne utilis ſit opera mea patri C. *Frob. &* V. *qui tamen* patriæ *pro* patri *habet. fort.* ne inutilis ſit opera mea patriæ.

Ego merui] *ſcilicet deleri meam abdicationem virtute.*

Ab illo facta] omnibus B. A. V.

Illi adeſt] illi adfert V.

Item male illum] itaque A. B. V.

Hoc imperio Reip. cauſa] cauſa *abeſt à* C.

Duo videtis] vides C. B. *& mox* potuerit *pro* potuit A. V.

Illud Reip. cauſa imperare ſic tractavit]

vit] Illud Reip. cauſa ſe imperaſſe ſic tractavit C.
Ut animi] ut & animi V.
Hoc loco Gallus] *ſic editum: repono* Gallius.
Nec illam] ne illam C.
Optare omnes honores] omnes *additum ex* V.
Illud unum adjicit non poſſe] Quod certe illud unum non adjecit de lege, non poſſe C. *& utraque Baſil. editio.*
Detineri] retineri V.
Ætas & affectus] ætas pectus C. B. *in marg.* & affectus, *quomodo in editis omnibus legitur.*
Neceſſarios uſus] caſus V.
Nunc illi] illum A. *inepte.*
Bellum Numantinum apparuiſſet] *ſic Hervag.* Numantiarum A. B. *pro quo* nunciatum *male Frob.*
Invidorum] invidentium C. A.
Hoc compoſitum] hoc quoque.
Abdicato non permittam] abdicato quoque non permittam C.
Aleſtocle, &c.] malles beolle Græco tenuiſſem qui dixit ſic A.B. à Lesbocle Græco tenerius, qui dixit ſic. *Hervag. fort. etiam* tenuiſſime *leg. ex veſtigiis ſcriptæ lectionis.*
Omnibus territum] *ſic editi. reſcribo* ominibus.

LIBER SECUNDUS.

PROOEMIUM.

IN *ſcriptis libris præfatio deeſt, huc ex Epitoma poſt tranſlata, & iidem libri* omiſſa *inquiunt* Præfatione.
Et implicata] implicita *libri duo.*
Cultus nimis exquiſitus] adquiſitus *liber unus*, acquiſitus *tres*, *& in excerptis Frob.*
Sæpe minus] ſemper minus *v. c.*
Separavit] temperavit *liber Anglicanus.*
Simpliciſſima facultate] *alii* ampliſſima, *alii* ſimplici. *quidam etiam* felicitate *pro* facultate.
Quædam] & quædam tam ſubito definit. *libri vett.*

Deerat illis] illi deerat *libri vett.*
Voluptarius] *melius vetus lectio* voluntarius. *& antea* pugnatorius *pro* pugnatoris.
Videlicet compoſitus] videlicet cum compoſitus *vet. lectio.*
Cum veros compreſſiſſet affectus] cum vero concepiſſet affectus *libri vet.*
Imitari poterat] *quidam codex* vitari, *in marg.* imitari. *fort.* vitare.
Suaſoriis aptior] altior *libri vet.*
Curſu ac facillimo omnes res beata] *&* facillimo curſu *lib. vetus, qui has voces*, omnes res beatas *omittit.*
A civilibus officiis] vilibus *liber unus.*
Ut eloquentiæ tantum ſtudeas] ut eloquentiæ tuæ ſtudens *lib. vet.*
Decurſus eſt] diſcurſus eſt *antiqua lectio.*
Crediti ſtudii] cedentis *lib. vett. al.* credentis. *melius liber Anglicanus:* ut bene tibi cedentis ſtudii labor teneatur. *ſubdit enim:* ego vero non ſum bonæ mentis impedimentum: perge quo inclinat animus, &c. *quaſi dicat, non hoc ago, ut optime tibi procedentis ſtudii curſus ſiſtatur.*
Ambitioſe curæ ſunt] *fort.* ambitioſa.
Aliquando ejus] ejus alioquin V. C. *fort. leg.* alterius proceſſus *pro* aliquando ejus proceſſus.
Vel periculoſe] *idem* periculoſæ. *Brit. cod. perantiquus omittit hæc:* vel periculoſæ, dum honeſtæ modo induſtriæ: *& tollit ut gloſſema Joan. Pontanus Analect. l. 2. cap. 4. qui & paulo ante ex iiſdem membranis interpungit:* Bonarum artium capaciſſimum. Eſt & hoc, &c.
Illa, quam] in illa quæ *vet. lect.*
Declamabat] declamitabat *libri vett.*
Stadio parari, non per illud alteri] ſtudio parari non per illud alteri præparari *libri vett.*
Pulcherrima diſciplina continebatur] *codices antiqui* pulcherrimæ diſciplinæ continebantur. *recte.*
Plotius] *eadem Suetonius. vett. quidam libri*, Plotinus. *inepte.*
Docere, quod honeſtum erat diſcere] dicere, quod erat honeſtum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

diſcere *antiqua ſcriptura.*
Minor quam ipſe erat] *Lipſius noſter initio Electorum* major *reponit: Muretus vero legit*, minorem quam ipſe eram. *quod non diſplicet. Neutra autem vox in Britannico codice comparebat niſi à recenti manu.*

CONTROV. IX.

NOlentem ire abdicat] *adde* CONTRADICITUR PRO ADOPTANDO.
Quæ te ſenem facit] quæ te, ô pater, ſenem facit C.
Succurrerent exempla] ſuccurrent V.
Hoc pater verus] hoc pater uſus C. hoc pater verſus *Frob. male.*
Contentus] contemptus C. *ſed ita ſolet & hoc verbum ſcribere.*
Poterat enim] poterat unum V.
Pecuniæ cuſtos immenſæ] pecuniæ cuſtos immenſique cultor ſoli C. cultor ſilvæ *Hervag. ad oram. nam Frob.* Syllæ *præfert.*
Impera quodvis] imperas A. *&*, non navigabo *pro* non negabo C. *male uterque.*
Ubicunque] ubique C. *ſic* quandoque *pro* quandocunque *Horatio*, *&* quique *pro* quicunque ἀρχαïκῶς.
Ita nos pauperes] ita *abeſt à* A. B. *Frob.*
Gaudia dominorum, at onera ſunt] domorum? an onera ſunt? V.
Mille cum ventum] conventum V. *locus eſt depravatus, nam &* exemplar *Herv. habet. pro* exempla. *male.*
Ponebas & divitis domum] *ſic Herv.* ponebas ſcilicet divitis domum C. ponebas. Sed divitis dono *Frob.*
In Capitolio caſum] *ſic Hervag.* cauſam *Frob.* caſam A. *recte. vide ſup. Controv. 6.*
Quem non reliquerit. Pater] *ſic* V. qui non reliquerit patrem C. reliquit *Herv.* relinquit *Frob.*
Redeuntem] redeuntemque C. V.
Amo æque pauper pauperem patrem utique conſuevi] *in excerptis rectius:* amo æque paupertatem ac patrem: utroque conſuevi.
Quæreres quis emptor eſſet] non quis ſuus emptor eſſet C. *& editi. ita corruptum fuit, nam in textu:* Nunquid ſi is emptor eſſet: quæreres ſi is emptor eſſet B.
Non me hercule habeo quo tibi irato ſatisfaciam] *ſic Hervag.* nam me hercule horam qua tibi irato ſatisfaciam C. *& Frob.*
Omni matrimonio] patrimonio *Mureti Rom. editio hic & cap. 3. l. 1. de Ben. non recte cum Eraſmo reponit. Nam* matrimonia *pro maternis bonis dici, ut* patrimonia, *docuit pridem Jac. Cujac. & Gul. Fornerius in Notis ad Caſſiodori varias. Sic ſup. paulo retinendum:* quid porro iſta matrimonia.
Hoc ſummum] hoc ſuum ſummum C.
Loquar filiis ejus] *ſic editi:* de filiis ejus B. V.
Tunc illic ſi quid commiſero] tu me illi quid commiſero B. *Frob.*
Recipiet] recipiat Pater C.
Aut negandum] abnegandum C.
Diſpendiorum] deprediorum C. *in margine ut in excuſo.*
Per multos liberos anguſta domus eſt] *ſic Herv. Rom. editio* fulta, libera domus *in Excerptis* per multos liberos domus eſt C. B. *& Frob.*
Heres eſt, quanquam] heres eſt, *ut poſt* te aliquem retineas. quanquam C. *in margine* ut apud te aliquem retineas. *ſic & editi, niſi quod* nec *pro* ut *habeant.*
Debuiſti dare cum Deos] debuiſti dare. Quam enim Deos cum votis patris vidiſſe certantes C. *& editi.*
Habemus exemplum] exempla B.
Ditiſſimus] divitiſſimus C. *antique.*
Apud Parthos eges] Reges *Frob. non recte: ut & mox* præpea *pro* præterea.
Ælium Tuberonem] Turbonem C. *male.*
Samnitium] Samnitum A.
Lictores] *ſic libri omnes:* lectores *Hervag. male.*
Surgite, ſurgite juvenes] *ſic Herv.* ſurgite miſerrimi, ſurgite juvenes A. *&* B. ſurgite miſerrimi juvenes C. V.
BLANDUS] BLANDI *repono, ut alibi ſemper.*
Quare? tum, nec] *lego* quare: ne auferam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

feram. *&* A. B. reſpondeo *addunt. ſed gloſſam olet.*

Qui abdicat] abdicavit *melius.*

Ego meo] ego me meo C. *& editi. recte.*

Conſerturi prælium, manus conſtituerunt] prælium *ut gloſſema recte omiſit Rom. editio, &* conſtiterunt *reponit.*

Illatorum] illatium *Frob. & diſerte* C. B. *quæ priſca fortaſſe vox.* illatuum A.

Fer inter ſe is ſe in] bella ſunt C. *non recte.*

Uno genere] humano generi *Rom. editio.* uni generi *melius fortaſſ.*

Poculis] poculis C. *quod amplectitur Gruterus.*

Interim maluerint] *fort.* intueri *reponendum.*

Quod in vitio corruperint] *ſic Frob.* corruperunt A. *fort. leg.* quod non vitio corruperunt.

Sedes ipſa] ædes *malim.*

Ut domus] ut cum domus B. *Frob.*

Qui tectis] qui ſub tectis C. *& Frob.*

Hinc & vicina urbium excidia ſunt] *ſic Romæ editur ex* V. *& ab Hervag. niſi quod* illa, *pro* vicina *habet.* Quæ & illa excidia ſunt B. *& Frob. niſi quod* urbium *addit.*

Defendis uni] *ita* C. *ſed in marg.* defenſioni.

Apprehendam] hen *delevit* C. *ut ſit* ad prædam.

In ſua damna] dominia C. A. *& mox,* junctis *pro* vinctis A.

O paupertatis] *ſic editi. malim* ô paupertas: *&* es, *pro* eſt.

Si paruero] *ſic* B. *& Frob.* ſi caruero *Hervag.*

Quemquam vidiſſe] quemquam eorum vidiſſe C. *& editi.*

Poſſet] poſſit C.

Cognoverit] cognoveris C. *& editi.*

Exiguum eſt & hoc] exigua eſt & hoc C. A. B. *fort. leg.* quia exigua eſt.

Congeſtiſque in altum] in alto *Frob.* congeſtique B. A.

Quid mihi objicitur] qui ni objicit A. *in marg. Cov.* quid nunc objicit.

Accommodari] commodari *malim ut in* V.

Plurimum vivo in lupanari] lupanaris A. *&* vino *pro* vivo *Herv. male uterque.*

Repente divites] *ſic Frob. melius Herv.* dives. *Reſpexit enim ad illud è Mimo:* Modo egens repente dives.

Hoc nunc primum mihi] hoc non V.

Intelligerem] intelligeret A.

Patriciorum eorum] *ſecunda vox ut otioſa delenda.*

Fundamentis urbis habita uſque] *rectum puto:* ab fundamentis urbis uſque, *tametſi* C. *& editi* habita *præferant.*

Convictos] *ſic Herv. & vetores.* conjunctos *Frob. non recte.*

Conſequitur] conſequi neque ſinit C.

Oſtendit] oſtenditur A.

In foro egit] *ſic* B. *& Frob.* legit V. *& Herv. quod verum puto.*

Coruncanos] *melius vett. libri una amplius ſyllaba,* Coruncanios.

Eſſe paupertatem] pauperem C. A. *& ſtatim* imperio *pro* imperium.

Pius ſum] *ſic Hervag.* plus ſum C. *& Frob. & mox etiam:* ut plus ſim, *pro* ut pius ſim. *non recte, ut apparet.*

Ejiciat an transferat] *ſic Herv. reliqui omnes:* ejiciar an transferar.

Patri pareo] patri pareat C.

An poſſit] *ſic Hervag.* an non poſſit C. *Frob.*

Liberis ſpem reconciliationis paternæ eripere] liberis rem reconciliat. niſi paternæ eripere C.

Dixit patri utilem eſſe] *ſic editi omnes excepta Rom. ubi* inutilem *legas.*

Adoptare eum] *pronomen omittit Rom. editio.*

Inutilem eſſe diviti] *ſic Hervag.* inutilem rem diviti C. *Frob.*

Corrumpi poſſit] poſſet C. *Frob.*

Nec eſſe quod] non neceſſe eſſe quod quiſquam C. *Frob. niſi quod* eſt *pro* eſſe *habet.*

Nocentia tranſeunti bono] nocent tranſeunti C. *&* meo *pro* bono V.

Propius inſpectus] prius C.

Placuerit] *ita* C. *ſed appoſitum oræ erat* diſplicuerit.

Ego nec] ego ne C. *& Frob.*

Futuram adoptionem] *ſic Mureti Rom. editio:* abdicationem *editi omnes & ſcripti libri.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

In hanc quæſtionem] in hac quæſtione *Rom. editio.*
Dicturum tacitum neſcio quem] *ſic Herv.* dicturam tacitam neſcio quam C. *& Frob.*
Non male re uſus] non malo rem viſum erat C. malo ceteri viſum erat A.
Capitalia quædam vilia] capita quædam vilia C. capita, quædam vitia *Frob.*
Diſtrictum innocens nollet] *ſic Herv. & Rom.* ſtrictum innocentiæ C. A. diſtrictum innocentiæ V.
Alius filium] aliquis filium C.
Diviti daretur] divitiis *Rom. Hervag. tamen* dividit daretur, *niſi operarum vitium eſt.*
Dicit hic] dicet hic C.
Deinde tranſiit] ſic tranſiit C.
Sic cum] ſic *non habet* C.
In eum quod tantum æs ille habet] *ſic Frob.* in eum qui tantum æs habet *Hervag.* eo quod tantum æs illi debet A. in eum qui tantum æs illi habet C. *forte* qui tantum etiam illi debet.
Aliqua ſententia] aliquos ſententiæ C.
Nulla dulcedo ſententiæ ſubrepit. Sic quæ malam faciem habent] nullam ſententiam quæ malam faciem habet *Frob. Sed hæc fere deſiderantur in* A.
Sed corruptor] *ſic Herv.* ſed *abeſt à* C. *& Frob.*
At tradi diviti] *ſic Rom. editio.* at alicui tradi diviti C. *& editi.*
Quo diſſimulabat] quod diſſimulabat C. *& editi.*
Corruptius quam Fabianus] *ſic Rom.* de corruptis C. *& editi.*
Non ſervorum greges] non ſervorum domini greges C. *& editi. fort. leg.* notati ſervorum greges. *Nam in MS. ora eſt* noti, *ſed in Excerptis* ignoti *legitur.*
Hominibus] *ſic Herv.* omnibus C. *& Frob. fort.* ominibus.
Tres abdicati] mihi tres abdicato C. abdicatio *Frob.*
Divitis filiis] divitibus A.
Dixi] dixit C. *& editi.*
Quos] illos quos C.
Me ſtatim abdicabit] te ſatis minatum abdicabit C. *& Baſil.*

Non faciet? atqui] *ſic Romæ editur.* non faciet aliquid? atqui C. *& alibi editi.*
Nihil inſolentius] *ſic Herv.* nihil innocentius C. A. B. *& Frob. fort. melius* nocentius: *ut Claudianus,*

Aſperius nihil eſt humili, dum ſurgit in altum.

Dominum timet accipere] *ſic Hervag.* accipere *abeſt à* C. *Frob.* dominum & accipere.
Trium pædagogi] *ita habet* C. *quidam leg. putabat*, terrent pædagogi. *nihil muto.*
Adhuc non abdicationem] *malim* nec abdicationem, *ut* furtum nec manifeſtum *Jureconſultis.*
Quidam indixerunt] quidam cum dixerunt A. *& Frob.*
In hoc uſu] *ſic* B. in hoc uſum C. *& editi.*
Ita Latro] Itaque *melius.*
Reconciliantur] *ſic Herv.* reconcilientur B. *& Frob.*
Velim timeres] vellem V. *rectius.*
Item cum] itaque V.
Niſi mihi illudis, &c.] quid ſi mihi illudis? tantum unicum etiamnum filium habeo. *ſic Herv. Frob. enim hic mire corruptus eſt:* quid ſic mihi illudis (*& deletum eſt pronomen mihi*) tanquam unicus etiamnum filium habeo *Cov.*
Si emendati] *Cov. in margine:* hi emendati erunt. Tentavi quoties tentavi quo rere ſubtrahendum eum C. *&* V.
A filiis avertant] filiis advertant C.
Sic de me] hæc *Frob.* hic V. *malim tamen* ſic.
Commodato] *ſic Hervag.* commodare C. *& Frob.*
Ita certam] *malim,* itaque.
Antiphontis libros] Autipontis *Frob.* Terentiphontis C. *vide Notas.*
Somniorum eſſe] eſt V.
Aſſeverent] aſſeveret C.
Item memini] itaque C.
Pro juvene adulterii reo] *Frob. male,* hac re ne adulterii reo. dicere pro hac re de adulterii reo C.
In quem] in quam C. *& Frob.*
Et ob id] ob hoc C. *Frob.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Pro adulterio poſtulatum] *aliter* adulterii poſtulatum. *Utroque enim modo antiqui libri legunt.*

Præjudicium] per judicium tuebatur C.

A marito] *ſic Hervag.* ac marito *Frob. male.*

Nullam rem certam] rem *abeſt à* C. V. *& Frob.* nullam incertam *poſuit*, *ubi veſtigium apparet vocis* rem.

Accerſitum] arceſitum *malim.*

Qui inter ſe] ut inter ſe C. V.

Uſus eſt colore] uſus eſt, quem colorem C. *Frob. male ut opinor.*

Dominam rem haberet] domina regnum haberet A.

Narrare placet] narrari C.

Si quæris Niger] deinde quæris niger C. deinde quæres magis *Frob. non recte.*

Dic quid] ſic quid A. *male.*

Injuriam vocatis finem ſervitutis] *hæc aberant à Frob. ſunt tamen in Excerptis.*

Me: an ſine te] me autem ſine te C. *& Frob.* me, aut ſine te.

Ama] *ſic editi:* amas *malim, quod cum interrogationis nota Faber hic interpungit.*

Quam ſi filium ei facerem] quaſi filii mei facerem C. quaſi filium ei facerem *Frob.*

Scit me non inutilem] ſcit me non inviſum C. *& Frob. leg.* ſcis me non invitum.

Totam bene dixit] totam inquit bene dixit C. *& Frob.*

Dicendum ſic eſſe] dicendam *Frob. & mox* mirabere *pro quo Hervag.* mirarere.

Bene de hoc vitio] belle C.

Dixit ſententiam] fecit ſententiam C.

CONTROV. X.

DEceſſiſſe ſe] deceſſiſſe virum C. *& editi.*

Si abdicata fuerim non vivam] *ſic Hervag. nam Frob.* fuerit *habet* A.V. *vero:* ſi abdicata fuerit non vivet.

Huic pater non credit] hujus illi pater non credit C. *& editi.*

Vir credidit] *fort.* vir illi credidit.

Hic es] *ſic editi*, hic eſt V.

Moriar inquit habeo & cauſam & exemplum] moriar ab eo excluſus. Et ero exemplum C. *& editi niſi quod* excluſa *habeant.*

Brevi ſollicitudine] *ſic in Epitoma, nam editi hic* ejus ſollicitudine.

Sine te vivere non poſſum] *ſic* B.V. *& Frob.* vivere poſſum *Herv.*

Juravimus hic animus, &c] *hæc amplius in Excerptis & in Rom. editione:* juravimus, ne morte divideremur. Juravimus reſpexiſtis nos dignos C. *in margine:* dii nos nunquam violavimus. *Certe puto* ex dii nos *irrepſiſſe* dignos *in vulgatos codices.*

Difficile eſt judici] *ſic editiones Baſil. Melius* judices.

Illis agi] *malim* illius: *& mox* amet *pro* amat C.

Et patrem amat, tanquam juraverit] *hæc ex conjectura. Nam* C. *& editi:* & pater narrabat tanquam murmuraverit.

Quidam non poteſt] *ſic* C. *editi vero* quid ni, inquit, non potes rurſum. *& ſtatim* potes *pro* poteſt.

Itane qui falſum mortis nuntium miſit] *ſic Herv.* pæne qui falſum mortis nuntium miſerit C. *& Frob. unde Romæ editur:* pæne dum falſæ mortis nuntium miſit.

Optimam tamen] *fort. melius:* Prima tamen.

Sic illa inquit] inquit *ut gloſſema repetitum expungo.*

Amabile ingenium] *non aſſentior iis qui* admirabile *reponunt, contra libros veteres. Nam de Naſone loquens ad Amorum, credo, libros, & furta reſpexit.*

Audivit] audit C. *ut ſcripſiſſe* audiit *appareat.*

Didicerat] didicerunt A.

Et rubiginem ducit] *addidimus ex Epitoma. mox* deſidiam dedocet C. *& editi: malim tamen*, *verum ut fatear*, deſidia.

Per jocos diſcurrerat] *ſic editi &* C. *malim tamen* per locos diſcurreret.

Objurgator noſter quam effrenato amore fertur] *ſic Rom. editio ex* V. objurgatur,

jurgatur, noſtro quam effrenato amore fertur *Frob. & C. niſi quod* qui *habet*, *pro* quam: objurgatur, neſcis quam effrenate amor fertur *Hervag.*
Evocet] *ſic editi. malim tamen* avocet.
Hic qui amare] hic amare C. hic *qui* amaret *Frob.*
In amore] in amorem A.
Tum hos ponis terminos] tui hos optionibus impetres terminos quaſi approbati. *in marg.* tu ne hos opponis terminos quos approbatis cuſtodiant. *& in alia ora:* tum hos opponis terminos quos approbatis. *forte* tun *pro* tune.
Et ligavimus] & litigavimus C. *cum editis* fatigavimus B.
Ad patres] ad patrem C.
Si vis credere nec ad deos pertinet] ſi credere nec ad eos pertinet C. jurent ſibi credere nec ad Deos pertinet. *ſic editi omnes.*
Fer. ſocer] per, ſocer, felicitatem tuam C. *& editi*, *eſtque jurandi formula*, *ut*, per ego te hanc dexteram oro. *& ſtatim* magnam *pro* magnum *repono.*
Diligentiores] ut jubes diligentiores C.
Sic Dii ſic ſemper] ſic deſiſte ſemper C. ſic deſit ſemper, *ſic editi*, *niſi quod Hervag. ad oram habet fort.* Dii ſit.
Uxore necata] *ſic Herv. & Rom.* uxori nota C. uxori notatam *Frob.*
Niſi in carminibus] *ſic editur paſſim rectius quam* C. non in carminibus.

CONTROV. XI.

Sum non exoravit] *malim* non exorat.
Oculi obſtupuiſtis] *in Excerptis:* obtorpuiſtis oculi.
Ne triſtiore equidem vultu] *ſic Herv.* ne triſtiorem equidem vult C. *& Frob. niſi quod hic* me *pro* ne *habet.*
Ne novo] *ſic Herv.* te novo C. re nova *Frob.*
Exoratus ſit] exornaſſit *Frob.*
De re] de herede C. *& editi.*
Me juvenem] me juvene C.
Nec tam ſeverum ſcilicet] *ultima vox omittitur in* C.
Hei intra] *ſic editi. malim tamen*, hæc.
Cum tam libenter] & cum C. *& editi.*
Et alius ante me] & aliquis ante me C.
In hac qui pares ſententias] in hac culpa res ſentias *habet* C. in hoc tibi pares ſententias. *ſic editi: malo tamen*, qui pares. *Nam in judicio reus ſententiarum pari numero abſolvitur.*
Pater accuſat] *leg. puto:* raptor, *ut in* A.
Tempus flendi] tempus faciendi C. *& editi.*
Diem neſcies] ſcies C. *& editi omnes.* & exorabo *forte melius legas.*
Odii effregit fores] *ſic Herv.* ô ſi & fregit C. ô ſi effregit *Frob.*
Mortem vita meruit accuſatione deprecatur] *Frob legit*, morte vita non meruit accuſatione deprecatus. *Hervag. ad oram:* mortem vita non meruit. *amplector tamen Rom. lectionem ut loco aptam.*
Rogo inquit non eſt tuum me rogare. Nunc ego] *ſic V.* rogo inquit nunc. Tunc me rogas. Nunc ego rogare debueram C. *male Frob.* ego *pro* rogo *Herv.* num *pro* nunc *legit.*
Vides turpiter] vides nimirum *in Excerptis.*
Ad judicem vocatus non adſum] *Hervag.* vocatus adſum ad judices, vocatus ad judicem ſum C. *& Frob. niſi quod melius initio*, judicem.
Num ſic] nunc hic. *ſic Herv. & ad oram* num. num hic, *ſic* C. ut hic *Frob.*
In ſuppliciis] *in marg. Cov.* in ſupplicis.
Cum inquit] *ſic Hervag.* quoniam inquit C. quando inquit *Frob.*
Quod deteriorem] terriorem V. *unde factum:* te priorem, *recte. ut ex ſequenti pagina apparet. & antea* rapui A. B. *pro* rapuit.
Anime dura] *ſic Herv.* anime durere fortior C. animæ diu aëre *Frob.*
Nihil promitto] nihil promittam C.
Quid miraris] qui ſic miraris C. quid ſic miraris *Frob. qui ſtatim* ocius *pro* citius *habet.*
Cujus miſericordia crudelis] miſericordiæ

cordiæ A. cujus miſericordiæ ſenex *Frob.*
Qualem filiam] qualem filium C. *&* *editi.*
Qui prius] *ſic editi.* quia prius C.
Id quod minimum] id quod nimirum C.
Huc videlicet] hoc video illa pars, *&* *in marg.* huc video, *quomodo & Frob.*
Patrem natus] pars patrem nati *Frob.* Patrem nati? ſic aliquis exorat *Herv.*
Filius meus moriturus eſt] *in marg. Covar.* cum filius meus moriturus ſit.
Teſtamentum meum] *pronomen omitto.*
Etiamnum] *ita C. ſed correctum & appoſitum:* etiam nunc.
Patris tui miſereor] patris tui judicio C. patris judicio *editi.*
Cui paream] *verum puto*, peream.
Inter ſomnos quoque] inter ſoceros C. *in margine*, *& inter lineas:* inter ſomnos.
Non poſſum ſuſtinere] *ſic Rom. editio.* non poſſum metum ſuſtinere C. *&* *editi.*
Aliud licet] aliquid licet C.
Raptor agere] raptor cum filio C. *&* *in marg.* cum patre. *ſic & editi.*
In carcere eſt] *ſic* C. in carcere etiam *editi. nata ex compendiis varietas.*
Cui vitæ] quod vitæ C. *& editi, qui addunt etiam* ſuæ.
Cum illi] an illi C.
An ob id poſſit cujus faciendi] *ſic melius Rom.* à nobis poſſit C. V. *in marg.* an in iis poſſit quibus faciendi lex patri dedit: an labiis poſſit, quibus *Frob. unde Herv.* an ab iis poſſit.
Iſta] iſti C.
Debeat iraſcendi] & iraſcendi C.
Paterno affectu] paternos affectus C. *& editi.*
Et in ea multum moratus eſt] & in ea multum miratus eſt C. *& editi.*
Pronunciatum eſt] ſit *malim.*
Et officio] & de officio C.
Nec abſolvi] *ſic Herv. & Rom. editio.* nec *abeſt à* C. *& Frob.*
Utar ſed cum aliis] *ſic Rom.* ut arce malus deficiam C. *& in marg.* utar & malis deficiar, *ut & editi.*
Nullum patri] *ſic Herv. & Rom.* nullam præter C. *in marg.* nulli patri, nullum præter *Frob.*
Quod in ſchola dementiæ agere] *Sic edimus, quomodo & legit Cujacius lib.* 9 *Obſervat. cap.* 13. quod in ſcholaſticam dementiam agere C. *& editi.*
Non adulteri] nec adulteri C.
Facturus ſit aliquid] futurus ſit B.
Tu vero inquit mecum agis] *ſic Herv.* tu non inquit mecum agis non quod exoraſti C. *& Frob. in marg.* tu non, inquit, mecum agis quod non exoraſti, ſed quod non exacturus es.
Exorari ergo demens videor] demens non ero, demens videor C.
Qui uno me verbo] qui uno ne verbo *Frob.* qui uno verbo *Herv. &* C.
Quod non exoratur] qui non exoratur V.
Nam qui etiam viceſimo] *ſic emendatum ex Frob. lectione:* nunquid etiam & vigeſimo. num & qui viceſimo C. V.
Etiam num] *ſic Hervag.* etiam nunc enim C. *Frob.*
Ita ſiquis] *malim* itaque.
Hoc crimen] C. *in textu* crimen. *in marg.* hoc crimine.
Incurrentia] currentia C.
Quanquam hoc ipſum] tanquam C.
Quam de judicibus] quam hodie de judicibus C.
Quod imbecillum] quod *abeſt à* C.
Puta enim] *ſic Hervag.* putat B. *& Frob.*
Tam palam] *ſic Herv. & Rom.* aut palam C. an palam *Frob.*
Atqui] *ſic Herv.* atque C. *& Frob.*
Clemens juſtus] demens juſtus C. B. *quod Fabro probatur* juſtum A. juſtus *tantum habent editi*, *& ad oram forte* Junius. *quod Fabro placet. Opſopœus enim* Fuſcus *emendat.*
Iniquitatem tractationis] iſte iniquitate tractatione ponebat C. *& in marg.* æquitatis tractatione.
Et ſic jam poteſt] & ſi jam ſi poteſt C.
Etiam nunc exorari poſſum] etiam nunc tempus C. V. *in marg.* C. tempore exorari poſſum, *ut & Frob.* etiam num tempore *Herv. & mox* iniquum V.
Exoravit] *malo* exorari.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Ita tu cum tam exorabilem haberet patrem rapuiſti] *ſic ex conjectura edimus:* miratur cum exorabilem haberet patrem rapuiſſe C. *Frob. in marg. Cov.* miratur rapuiſſe. rapuiſſet *Herv.* rapuiſti A. B. *&* haberes A.

Iſte cito rapuit, ille cito ignovit] *ſic Herv.* ille cito ignoravit C. rogavit *Frob.*

Niſi demens ſum aliunde] *Cov. in marg.* niſi demens ſum aliud eſt: *ut & editi.* aliquid A. *pro* aliud.

Nec victum] non victum C.

ASPRENAS dixit] jam dixit *Frob. male.*

Dic ergo verum] *Repetitur in Frob. non neceſſario.*

Videro te] *ſic Herv. in marg.* C. videor te *ut & Frob.*

Et tunc quoad lucebit] *ſic Rom.* quoad is lucebit *Herv.* quod cum id jus lugebit. *Frob.* luceſſit hoc jam: *frequens apud Plautum & Terentium.*

Sed joco quoque remoto] *ſic Hervag.* remotam C. B. *Frob. &* C. *in margine* remoto loco *pro* joco A. *male & ſtatim pro* agebat, aiebat B.

Carnificem venire] veniri B. A.

Eſſe volui] volui *abeſt à* C.

Illi rogatur] ubi rogatur C.

Raptoris] raptorum C. raptarum B.

Item amici] itaque amici C. B. A. V.

Quod tarde ſuum exoret patrem] *ſic* V. exoraremus *editi:* quo tarde exorari patrem C. *in marg.* quo tarde ſuum exoraremus.

Bello docíſmo] *ſic editi omnes* dotiſſimo A. *male. & mox* vix *pro* vis B.

Occurremus] *ſic* V. hoc curemus C. *& editi.*

Ille prior] ille *abeſt à* C.

Non poſſe mutari] mutare A.

Quam tarde rogari] *addita hæc ex* A. V.

Miſer eris] miſereris C. *& editi.*

Niſi etiam] etiam *abeſt à* C.

Jam tui miſereor] jam te miſerebor C. *& Frob.* jam tui miſerebor *Herv.*

CONTROV. XII.

PAter filio] patre A. *male Rom. editio hanc vocem omittit.*

Non impulſis tantum] miniſteria & impulſis C. *fort. leg.* miniſtra & impexis. *quod placet Grutero.*

Ubi eſt inquit] inquam *malo. & mox* ſubito *pro* ſedulo A. B.

Dum iſte permitteret amens cucurri] *ſic Rom. ex Vat.* dum iſte curreret. cucurri C. dum iſte curreret amens cucurri *editi duo.*

Steterim ſi ſteterim] ſi ſteterim C.

Hoc unum] hoc tamen unum C.

Depoſitum crimen] depoſitum eſt crimen meum C.

Patrem infamat] fratrem C.

Et expiravit] & *abeſt à* C.

Cui crederem] cui redderem V.

Rogavimus] *ſic* B. *& Frob.* rogabimus *Herv.*

Non audeat] non auderet C.

Inſanum fuiſſe] infamem *editi.*

Fœdi vidi] *ſic Hervag.* fide vidi C. *& Frob.*

Natus] nactus C. *& editi. in marg. Cov.* natus.

Inter infantem] & inter C.

Deficientis] *libri ſcripti* A. B. V. *addunt:* adoleſcentis.

Coheredem tuum] *ſic malo quam ut Frob.* coheredem cum.

Nec hoc à fratre] nec hæc *Frob.*

Vidit & fratrem] vidit patrem circumſpiciebat & fratrem C.

In Catone moderatio, in Cicerone conſtantia deſideratur] *ſic Herv.* in Catone moderatio, in Cicerone conſtantia in ſumma. *in marg.* immoderatio, in Cicerone inconſtantia, *& vox* deſideratur *abeſt, ut in Frob.*

Ad ſummam tres fuimus] *ſic* V. in ſumma dementia ad ſummam tres fuimus C. *& editi. conjicio leg.* in Sulla dementia, *ut & leg. conjicit Guilielmus in Plautinis quaſtionibus ad Pœnulum.*

Habere volui] *melius* volo.

Mihi crede aliter à diis de coherede cogitate & quis roget, & quem roget. Videbitis] mihi crede aliter tu à diis de coherede. Cogitate quis roget, pro quo roget quem roget videbitis neminem rogare non poſſe C. cogita, te quis roget? quem roget? *ſic Baſileæ editi.* videberis autem A.

initio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

initio. fort. legendum adi & tu.

Quem honeſtius] quem honeſtus ſubjecit meretrix C. *&* *in gloſ.* ſubjecit *partim ſuppoſuit.*

Quia mulieri ille frater donavit] *ſic Hervag.* quam multa illi frater donavit C. quia multa B. *Frob. & mox* pro ſua parte *Herv. nam* pro *deeſt in Frob.*

Inter omnia mala fœcundam] *ſic Hervag.* inter omnia malitia fœcundam C. *& Frob.* inter omnem malitiam fœcundam A. B. *fort.* omni malitia fœcundam.

Vere inimicæ noſtis quibus] vere inimice natis C. *& in marg.* noſtis quibus, *&* noſcis *in editis legitur.*

Hac meretrice] hac, *abeſt à* C.

Injurioſior ſis] *abeſt à* C.

Sine veniam illuc amici ſine propinqui] ſive *utrobique* A. ſive propinqui *editi. malo tamen* ſin.

Non potes] poteſt C. *& editi.*

Severiſſimus] ſerveris modis, *editi omnes & ſuperioribus adnectunt.*

Filius ad illam ibit] C. *in marg.* filius illam adibit, *id eſt, filius meretricis illam domum, id eſt hereditatem noſtram adibit.*

In controverſia] *ſic Herv.* controverſiæ C. controverſias *Frob.*

Videretur] videbatur C.

Decenter] indecenter B.

Laudatus eſt] laudatum eſt B.

Et ea ratione illum adoptaſſe] recepiſſe puerum quam adduxiſſe & qua ratione & eſt adoptandum eſſe C. *editi* eum adoptandum eſſe.

Meſſalæ] Meſſala C. *Frob. in marg.* C. Meſſalæ.

In omnes quidem ſtudiorum partes] *prima verba in editis deſiderantur.*

Quam Suaſoriam] quam compoſitam C. *& Hervag.* quam expoſitam B. quam compoſitam quam ſuaſoriam *Frob.*

Declamavit per triduum] patri *per triduum* C. B.

Junius unum] hujus unum C. huic unum *Frob.* hic unum *Herv.*

Nos hic Rhetoris nomen latere credidimus.

Fabius Maximus] Fabius maxime C.

Sani homines] ſani omnis C. *& Frob. & in marg.* hominis *& Herv. ut patris intelligat.*

Ad quod paret me rogat] ad quod patris mergat C. & quod patris me rogat *Frob.* & quod pater *Herv.*

Tunc quid faciebat? Oderat luxuriam ut nunc caſtigaret] *ſic Hervag.* quid faciebat? Aderat, luxuriam uti caſtigaret, nunc *Frob.* & caſtigat, *pro* caſtigaret C.

Lupanar oſtendero] *libri vett.* in lupanari.

Comparandum] comparando C.

Impetrata] imperata C. *ſed in marg.* impetrata.

Qui aiebat] quod, aiebat C. *forte* quo. *&* qui etiam *ſecundam vocem deleo.* quod etiam *Hervag.*

Non egiſti dementiæ] *ſic Romæ interpungitur. Aliter editi* non egi? Dementiam tuam aiebat, expectabat. Sed egiſti A. B. V. *& mox* recipiet, *pro* reſipiet *recte libri vett.*

Augeres in dies] in dies *abeſt* C. *ſed pro eo legit:* vides nullum vitium.

Cur mox] cujus mox C.

In paterno ſolo ſuo] ſuo *abeſt à* C. *editi vero:* in paterno ſolo ſuo puero, *ſed* puro *legit* A. *Rom. editio hanc vocem expungit. Hervag. autem ad oram*, ſalvo puero *leg. conjicit.*

Hac figura] hanc figuram *liber vetus.*

Vocetur pater] vocaretur pater C.

Aliquid jocer] jocemur B. A.

Caſſius] Caſſio C.

Infeſtant] *ſic Hervag. ad oram & Rom.* quaſi tricolum talia qualia baſilicam quæ ſunt infeſtant C. *& Frob.*

Nepos in primis] *ſic Hervag.* nepti *Frob.*

Subinde refero quod æque vitandarum rerum] *ſic Hervag.* refert quod æqui tantarum rerum exempla ponenda ſunt C. *& Frob.*

Sed ſibi] *ita habet* C. *fort.* & ſibi.

Illum Cæſare] illam A. V.

Iſti adoptione] iſti ex imperio adoptione C. *& editi. equidem* furunt *malim quam* fuerunt.

Faſcina recuſare] *ſic Rom. lego* fuſcin recuſſo. *Nam Agrippa ager pedibu* *fuſcin*

fuſcina utebatur ad ſuſtentaculum. editi tamen faſcira *præferunt.*

Mæcenas eſſe] Mæcenatis eſſe C. B.

Tanta autem ſub Auguſto libertas] Marcus ſub D. Auguſto C. A. *& in marg. C. poſt aſcriptum* Mæcenas *ut Frob. legit. puto hic* Marcum *accipi pro quolibet cive Romano, ut apud Juvenalem:*

Verterit hunc dominus momento turbinis exit
Marcus Dama.

id eſt ex ſervo liber.

Meditum eſt] in medium eſt C. *& editi.*

Habebis] habebitis B.

Reſponde diis] *ita C. & editi. de hoc loco Lipſ. ad* I *Annal. Tac. leg. divinat ingenioſe Lud. Orlantius JC.* te ſponde. *Et eſt, ut opinor, verſus ex quadam priſca Comœdia, in qua obſtetrix inducitur adſtans parienti, & ait ancillis, concurrite. Nam frequens eſt muliercularum concurſus in tali actu. Quod ex Comicis & ex Terentio in Hecyra palam eſt. Ait igitur, Concurrite ancillæ. Mox verſa ad parietem, Agrippa eſt, id eſt, fœtus, qui procedit pedibus & infauſto partu. Malum habebis, ô tu pariens. Sponde diis, vel, te ſponde diis. Sic apud Tacitum in orat. Senecæ ad Neronem,* quietem reſpondere, *legendum* ſpondere. *De Agrippæ autem nomine ab ægro partu Plinius l. 7.*

In parte utique] in arte utique *Herv. uterque Frob.* ea Marce ut cunque mihi videtur C.

Caput] caput potius quam digitum C. *correctum ab aliis* dictum.

CONTROV. XIII.

A Tyranno] à tyrannis *Frob. non placet.*

Et in caſte Eſcende] & in caſe Eſcende C. V. *editi* deſcende, *alias* & in caſte. *forte leg.* & in eas & Eſcende.

Subinjecta] C. V. *ſed in margine Cov.* ſubvecta, *ut & editi Baſileæ.*

Ad ſtuprum vocor] non vocor C.

Inſtabat] ſtabat A.

Deſcende] *lego* eſcende, *ut ſupra, è membranis.*

Niſi tyrannicidæ] *ſic Herv.* in tyrannicida C. *& Frob. in marg. Cov.* in tyrannicidæ.

Trahebantur matronæ, rapiebantur virgines] terrebantur matronæ, & premebantur virgines C. *& editi hoc loco. ſed additum in gloſſa:* trahebantur matronæ, rapiebantur virgines. *forte ex Epitoma.*

Nulli] nullæ B.

Agit fortunæ ſuæ gratias] *ſic Herv.* At ſine fortunæ gratias C. ac ſine fortunæ gratias *Frob. qui & ſtatim* iſto *pro* illo habet.

Non bene vultus tegit] *ſic Herv.* non benevolis exhibuit C. B. *Frob.* exigunt A.

Taceat] taceret A.

Erant tormenta] *ſic* V. tormenta erant C. extant tormenta *editi Baſil.*

Trahitur iſti de tyrannicidio] *amplius eſt in C. & editis:* trahitur (hanc aliquis ſi torta non ſit mirabitur non peperiſſe cum cogitur) iſti de tyrannicidio.

Audacter jam conſilium indicemus] *ſic* A. B. jam de conſilio indicemus *editi, à quibus abeſt* audacter.

Explicantur tyrannicæ] tyrannicæ *abeſt à C. & editis. mox* totus *&* illa *pro* alia *legit* V.

Virorum quoque animos] *ſic Rom. nam Baſil. uterque:* viros quoque ipſos.

Conſtantiam] *hoc malo quam quod in editis eſt,* conſcientiam.

Minando] mirando C.

Plus tibi præſtare] ſibi A.

Vitalibus tacet] *ſic Rom.* licet reſtet C. *ut & editi.*

Ita eſt] ita fert C. ita fit *editi.*

Puerperæ] puerperii A.

Accedenti] accidenti C.

Virtutem ſubmovet] non ſubmovet C. *& editi.*

Virum occupatum] occupatum virum C.

Etiam num] etiam nunc C. *& editi.*

In conſpectu virorum] maritorum B.

Hiſpo Romanus] Hiſponis Romani C.

Falſa eſt] faſſa eſt V. *malim tamen*, feſſa eſt.

HISPONIS CORNELII] *Baſil. editiones rectius* HISPANI.

Contabatur ille] *ſic editi omnes.* Contabatur illi A. Concitabatur ille B.

Puta ut taceam] *ſic Rom.* putabam taceam C. putabat taceam *Baſil.*

Duplici beneficio] *Epitoma his præmittit ſequentia, quæ tamen in ſcriptis libris hic deſiderantur, ſed infra paullo in Papirio Fabiano reperies:* verbera, laminas, equuleos, quidquid antiqua ſævitia invenerat, quidquid adjecerat nova.

Obligatur] & obligatur C.

Et cur non eſt otioſus] *Fort.* & quod.

Meretrix] *ſic* B. C. *in marg.* C. matrix. *ut & editi. Vtramque vocem recte omittunt Romani.*

Hæc deſinebat] hoc C.

Laminæ] *Vitioſe in editis pro hac voce legitur* jam.

Premite] permittet C.

Privatum] privatus inſanit C. *& editi.*

Tecturam] Tectura C.

Reſpondet] reſpondes A.

Et neque ad] *copulam* & *redundare arbitror.*

Quod non indicavit] *ſic Herv. &* C. quod indicavit *Frob.*

Cæditur tacet] *ſic Herv.* Tacetur C. *& Frob.*

Igitur tacere tutum putas, miratur tutum tyrannicidium] *ſic Herv.* igitur utrum putas mirandum eſſe tuum tyrannicidium, an hujus ſilentium C. *& Rom. editio. niſi quod* igitur *deeſt.*

Aliqua] aliquam C.

Cum expectaſſe] cum expectaſſet C. *& Frob.*

Deſiderio] deſiderium C. *& Frob.*

Quæ pro viro] quæ *abeſt à* C.

Cedo hanc nec in] credo hanc in C. *& editi. Et mox* præſtitiſſe *paſſim excuditur.*

Quem occidiſti] quæ occidiſti C.

Vicerat ſævitiam patientiam] ſævitia patientiam vicerat A.

Superabat fides] ſupererat A.

Talem uxorem] talem *addidi ex* V. B. *carent enim editi.*

Et ipſum] *ſic Rom.* & ipſam *editi.*

Ego torta] ego tamen C. *& excuſi ex-cepto Rom.*

Niſi vindicaſſem] te vindicaſſem C.

Non quiſquis] nam quiſquis C *male.*

Primam] niſi primum C.

Poſſe] poſſet C.

Ingratum eſſe] ingratum ſe C.

Attico Vipſanio] *ſic Rom. Herv.* Vipſani. Viſpani *Frob. male. Et mox* hæc *pr* hoc *Baſil. editi.*

Quam ille dicat] illis dicat B.

De tyrannicidio viri] *ſic Herv. & Rom* de beneficio viri A. *& Frob. qui fort* veneficio *legerunt.*

Nec tam magnum conſilium] *ſic Her-vag. & Rom.* nec meum magnum conſilium C. *& Frob.*

Etiam ſi dedit] ſi *abeſt à* C.

Occidit tyrannum] occidit A.

Libertatem mihi tibi ultionem reddidi] libertatem tibi reddit ultionem pleniſſimam C. A.

An etiam certam] an jam C. *tamen in gloſſa* etiam *repoſitum.*

Uxori bonæ facere debuerit] *ſic editi:* uxoris bonæ ferre debuerit A. V.

Poſmos cum Apollodoro] *ſic* C. *& Frob.* poſt nos A. pos *Herv. & in marg. forte* Poſidonium.

Qui reus veneficii] venefici C. *mal* *Frob.* beneficii. *Et mox inepte Herv.* ingrata lege *pro* ingrati.

Ut ſi ut] ut *abeſt a* C.

Diſputatur quæſtionem fecit] fecit *abeſt à* C.

Excepta tyrrannide] *ſic Rom. Nam & infra non longe*, tyrannidis tempus excipi deberet: expectata tyrannide C. B. V. expectata nece tyranni *Frob. Herv. vero*, à nece tyranni: illud.

Tyrannidis ſolet] *ſic* C. *Herv. Frob. vero* debet.

Pendentia] *ſic Herv.* pendentis C. *& Frob.*

Altius repeti: an non quæcunque] altius repetis: an vero quæcunque *editi Baſil.* altius repetit B.

Eviratus] à viro tortus C. *& editi. ſed placet Rom. lectio niſi forte* ejuratus *pr faſcino vinctus legendum ſit.*

Quæ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Quæritis] queris C. & editi.
Nemo cum parentibus] *ſic editur:* nemo non cum *Rom. editio. quæ & ſtatim* hæc quod torta eſt, *pro* hic.
Hic quod maritus] *forte* animus *magis quadrat.*
BUTEO] BUTIO C. *male.*
Hic quæritur] quærit *Frob.*
Sic hanc in partes] *ſic Herv.* ſic in hanc partem quæſtionem dividebat C. & *Frob.*
Imputabitur hoc tempus] *Baſileæ* imputabatur.
Quo viros deſtituunt non habent] *ſic Herv.* quod viros non deſtituunt ſi non habent C. quo viros non deſtituunt ſed non habent *Frob.*
An hæc poſſet & hic etiamnum] & hic poſſent & hæc etiam nunc *baſil. duo:* ad hæc poſſet & hi etiam nunc V. *unde Romæ editum:* an hæc. Dicebat C.
Hæc enim an hæc poſſit per illum non poſſet] hæc enim an hæc poſſit per illum implo, non poſſum V. *Frob. unde:* per illum impleo C.
Impune] *ſic Herv.* immune C. & *Frob.*
Sed hoc adhuc propter æquitatis tractationem reſervo. Sed non perit] *Hæc abſunt à Frob. & aſteriſco locum notat.*
Sed non peperit qui tu maxima] *ſic Herv. & Rom.* ſed peperit quia torta eſt, quia tu maxima C.
Maxima in cogitatione] maxima rei cogitatione C.
Et temporis ſui] *ita malo quam* atque, *ut in editis.*
Tractandas per ſe eſſe] *ſic Herv.* pertractandæ per ſe eſſent *Frob. qui & mox* ageretur non gratia, *pro quo Herv. & Rom.* ageret, non ingrati.
Quod utique] quam utique C.
ALBUTIUS decentiſſime fecit] ALBUTIUS figuras decentiſſime fecit C. *à quo ſtatim abeſt* enim.
Viro contulerit] *Hæc abſunt à* C.
Hic omnes] hinc C.
Quæſtionem] actionem C.
Pro viro] pro jure C.
Eo tempore] quo tempore C.
Quo nihil] quo *abeſt à Frob.*

Poſtea cogitavi] poſtea cogitantem & hoc cauſa cogitandi fuit.
Uxoris ultio] *ſic Rom. ex* V. *Baſil. duo:* uxoris vitio.
Secutum eſt] ſecutus eſt A. C.
Si jam tum de tyrannicidio cogitaſſet] ita tunc de tyrannicidio cogitaſſe C.
Uxori non] ſed uxori non A.
Quam oratori] quam *abeſt à* C.
Et cogitaſſe] & *abeſt à* C.
Quod tyrannicidium non prodiſti] *ſic Rom. editio. Baſil. duo:* tyrannicidium non prodidiſſe.
Ex tuo vis] ex tuo quo vis *Frob.*
Si nihil unquam ſecretum] *ſic Rom.* vacuum decretum C. & *editi Baſileæ. Quidam rectè legi poſſe putant:* ſi nihil jam tum decretum.
Tam magni] ſe tam magni *Frob.*
Mutam efficiam] *ſic Rom. & Herv.* multam efficiam C. *Frob.* multa officia A.
Cogitavi] cogitavit A.
Sed publicis] publicis *deeſt in* A.
Ingenium in numerato habet] *Amplius id eſt quam in promptu vel ad manum habere pecuniam, nam quæ in nominibus eſt, ea ſtatim ad uſum promi non poteſt. At quæ in numerato habetur, uſui eſſe poteſt. Fabius vero lib. 6. cap. 4. vult de actore facile dicente, & ex tempore intelligi. Noſtrate ſermone dicimus,* ad digitos tenere.
Ex vultu] ex ſumptu C. & *editi Baſil. in marg.* C. ex ſomno.
Si tacuiſſet] ſi *abeſt à* C. & *in marg.* ſi tacuit.
Tacuiſti] habuiſti B.

CONTROV. XIV.

LUxuriari accuſatur à filio dementiæ. Contradicitur] Luxuriare cœpit filius, accuſat patrem dementiæ C. & *editi.*
Pro patre] *abſunt hæc à* C. & *Frob.*
Inter ſe contrarios affectus] *ſic Rom. reliquæ editiones,* diverſos & inter ſe contrarios.
Quid me velis facere] A. *tantum habet,* quid velis.
Senex inquit] ſenex es inquit C.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Diſcant] *ſic Herv.* diſcunt C. *Frob.* dicunt B. A.

Ex quid mihi] hæc quid C. equidem mihi *Frob.*

Exemplum habeo] exemplum propoſui C.

Feceris me facere] *pronomen delendum cenſui.*

Si navigaris] ſi navigares C.

Illud excipio ne objicias] *ſic Rom.* illud Scipio C. *& in marg.* illud ſcriptum non objicies, *ut & Baſil. duo.*

Oſtendit tibi luxuriam quam in te] *ſic Herv.* oſtendit tibi lumina quæ certe non videbas C. in te non videbas *Frob. &* B.

Aliam cauſam haberem] *ſic Baſileenſes duo.* Malam *tamen verius eſt.*

Luxuria] luxuriam C.

Senex luxurioſus] ſenex autem *Baſil. uterque.*

Ætates exauriunt] inhauriunt *Baſil. uterque.* ætas inhaurit B.

Non eſt luxuria tua] tua *abeſt ab editis. & mox*, matrem videre velim B. pro patrem videre velimus.

Nec te doces diſſipare bona ſed diſſipas] *ſic Herv. Frob.* decet. *In Exceptis legitur :* ne videri vis diſſipare bona, ſed diſſipas.

Nemo vitia quæ odit] *ſic editi* : nemo putet vitia quæ odit C. A. B. *Unde Gruterus* puto *concinnabat.*

Imperator] Imperatur A. *male.*

Faſtidire Seleucius] faſtidire ſilentium A.

Minime ſolere] *ſic Herv.* ſolere *autem abeſt à Frob.*

Hæc ultiorum] hic A.

Patri ſolet] *ſic & C. legit, ſed expunctum verbum* patri, *quod etiam abeſt à Frob.*

Emendaveris] emendares C.

Luxuriæ ſignificandam] *ſic* V. ſignificandæ C. luxuriæ *vero abeſt ab editis Baſil.*

Patri remittere] patri non remittere C.

Idque ſi narravit] *malo* itaque.

Mores formare] domum formare *Frob. male.*

A patre præmiſſus ſum] *ſic Hervag. & Rom.* ad luxuriam patris unguento canis madentes C. *& Frob.*

Et comiſator ſenex rediit] & comeſſatorem ſenem redii C. *& Frob. verbum autem* redii *abeſt à Rom. &* qui *ab Herv.*

Non omnem] *negatio abeſt à* C. *& editis Baſil.*

Quæ faciebam imputabat] *pro his tantum legit :* quod. faciebam A.

Deſideria] deſiderio C.

Vitium factam] vitioſum factum C. *Baſileenſes.*

Senem fieri] ſenſum fieri C.

Iſtum emendo] *ſic Herv.* æſtum emendo *Frob.* iſtum emendato C. *& in marg.* emendo.

Dependentem] defendentem A. B. *& Frob.*

Circumfuſam regi] *ſic Rom.* circumfuſam patris regem C. B. *in marg.* C. circumfuſam patri gregem. *recte.* circumfuſam regem *Baſil. uterque. Romanam lectionem tuetur & explicat Gruterus lib. 6 Suſpicionum cap.* 3.

Turbam, ſic cum] *ſic Rom.* turpe ſit hic cum rivalibus B. *& Frob.* turpe ſit hic cum rivalibus C.

Rixari] *ſic Herv.* rixas C. *& Frob.*

Addi item] *ſic editi omnes :* ebrietati nocturnæ addicam iſtam diem, *ſed* iſtam, *expunctum eſt.* addi item diem B.

Hoc turpius] *ſic Herv. & Rom.* & turpius *Frob. forte :* hoc eo turpius, *quia ſtatim* quo diutius *Hervag. legit. Frob vero* & diutius.

Si ſuo more] *&* ſi ſuo more C. ſuo more *Baſil. uterque.*

Rufus Vibius feſtivum ſenem] *ſic Hervag.* adoleſcentis feſtivum ſenem C. *Frob.*

In honorem] *ſic Frob.* qui in honorem C. *& Herv.*

In narratione] in narrationem C.

Qui vitia etiam objurgare] *ſic Hervag* qui vitato etiam objurgare vult C. *Frob.*

Hoc colore] hoc clamore B. *non recte.*

Lege fungor] defungor A.

Negabit] *ſic Herv.* negabat B.C. *Frob.*

Oportet fieri] oporteat B.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Commovere] *ſic Herv.* commemorarent C. *& in marg.* commoverent. commovet *Frob.*
Fuiſſetis] *ſic Herv.* fuiſtis B. *Frob.*
Agrotas Macilienſis] Agnotus C.
Dicebat autem Agrotas inculta] docebat autem Agripta pars inculta C. agrita *editi Baſil.*
Ut ſcires] & ſcire *Frob.* & ſcires *Herv. & ſtatim* aut ſcires *excuſi Baſil. pro quo* ut ſcires *Rom.*
Quæ laudatur] quæ labatur C.
Raras ſententias] rara ſententia dicebat, ſed arguta C. *& editio Baſil.*
Afficerent] afficeret C. *& Baſil. duo.*
Fabulam præſtiti] *ſic editi omnes:* fabula præſtiti A.
Celeberrime] celerrime C.

CONTROV. XV.

TEr illa] ter *abeſt à* C. *& editis Baſil.*
Adjecit preces] adjectis prætiis V.
Elogium pudicam] *ſic editi.* quia pudicam *in* C. *& Rom.*
Prolapſi mores jam ſunt] mores jam civitatis ſunt C.
Nimium credulus] crudelis A.
Vitio ſemper fui] *ſic Herv.* vitio jam patientiam egiſti meam C. *& Frob. in marg.* C. ne quis in me aut patientiam. *Amplius vero in Herv. & Rom.* ut etiam timeam.
Seram querelam] *ſic Herv.* ſeveram C. *Frob. & in marg.* C. ſeram.
Plus iſta intra] *ſic editi omnes.* plus intra C.
Hac me cauſa habuiſſe] in hac me cauſa fuiſſe C. *& Frob.* fugiſſe *Hervag.*
Ex queſtu habet plus habitura eſt] *rectius fortaſſe:* plus ex quæſtu veſtro habitura eſt.
Aſſidua ſocietate] ſatietate V.
Interrogo Judices] *ſic Rom.* intelligo inde *excuſi Baſil.*
In qua etiamnum auctor ab uxore] *ſic Herv.* inquam etiamnum authoris C. *& in marg. etiam* numen. *quo modo & Frob. alias* nomen authoris ab uxore dictum.

Uxore & marito credi] *ſic Herv.* & uxorem marito C. *Frob.*
Non in meo] *negatio* non *in Romana acceſſit.*
Si non maritum ad ſollicitandum] *ſic* C. *& editi omnes: ſed in marg.* C. magnum. *forte legi poſſet:* ſi unum ad ſollicitandum.
Sextum] ſenſum C. *& editi Baſil.*
Separari poteſt] *forte poſſet.*
Matrona] matronæ C. *& editi Baſil.*
Quæ ſe adverſus ſollicitantes aviam volet] qua eſſe adverſus ſollicitatos laſcivia ſolet C. B. *in marg.* C. ſollicitationis.
Ornatane immunda ſit] *ſic* V. quantum ne immunda quidem, *ſic* C. *& editi.*
Qui impudicos] *ſic Hervag.* qui impudica C. B. *Frob. & in marg.* C. impudicam.
Verecundia annorum removeant] *Herv.* removent. Removendi C. *& in gloſſa* removeant. inverecundia amorum removendi *Frob.*
Ferat jacientes in terram oculos] ſit fera jaciendis in terram oculis C. *Frob.*
Sic ſe inverecundiam pignori, longe alte] *quatuor priora verba abſunt à Rom. editione.*
Fronte compoſita] *ſic Herv.* frontem — compoſitam B. *Frob. diverſa nimirum ſignificatione verbi* prodite.
Obſcœnius] *ſic Rom.* obſcurius C. *& editi Baſil. Frob.* obſcurius compoſita.
Reti attulere] *editi Baſil.* retia *legunt, &* C.
Sollicitantis ſe] *ſic rectius Rom. quam Baſil.* ſollicitari. *& mox* arripiet C. *pro* arripi.
Continuit. Nemo, &c.] *ſic Rom.* continuit, quoties quod non una peregrinaretur, queſta eſt C. *& Baſil. duo, ſed in marg.* C. *ante addendum monet.*
Quoties abſentis viri nomen imploravit. Nemo. *tranſpoſita vero illa in Rom. editione.*
Negantem] rogantem C.
Cum quo queſta eſt] *Frob.* cum ergo queſta eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Profuturum] profuturam C.
Reditum] perditum C. *& in marg.* redditum.
Sic contempta] *ſic Rom.* ſi contenta *Frob.* ſi contentus *Herv.*
Si quod] *ſic Baſil.* ſi quid V. *unde* ſi qui *Romæ editum.*
Voluiſſet Toties] voluiſſet & toties C.
Quidquid ego non enim in mundo tibi miſer] *ſic editi omnes.* quidquid ego in emundo tibi miſerum maritus C. *in margine alias:* non enim in mundo tibi miſer ut maritus.
Munera adulteri] *forte* adulteræ.
Quia cum ſemel] *ſic malo quam quod in Frob. eſt*, quancunque, *vel in Herv.* quam cum. *& mox* appellaſſem, *quod ſecundo eſt omitto.*
Cum iterum] *Hæc abſunt à* C.
Tace pauliſper] Tange A.
Teſtamentum viri credetur] *al.* creditur. *Baſil.* teſtamento viri creditis, *ut &* C.
Nullam eſſe] eſſe *abeſt à* C.
Sola heres eſto] *ſic Herv. & Rom.* heres eſt *Frob.* ſoleres eſto C. *& in marg.* ſola hæres.
Cenſorio adultero] adulterio A.
Aut nulla earum] atque nulla C. nulla aut quæ earum *Frob.*
Quia nulla] *ſic Rom.* quin illa C. *& Baſil. uterque.*
Pudicam mihi] *pronomen* mihi *deleo.*
Mos abiit] *ſic Rom.* ſeculi noſtri abii *Herv.* nos habet C. *& Frob. ſed repoſitum* mos.
Si hunc morem] *ſic Herv.* ſi hoc amorem C. A. *in marg.* C. ſi hunc morem. ſi hoc ſcribendi in morem recipitis *Frob.*
Peregrinante me] peregrinantem A. *male.*
A duobus] *ſic Herv.* à *abeſt à* C. *& Frob.*
In concilium] *ſic Herv.* in conſilio C. *Frob.*
Magnus pudicitiæ] *ſic Herv.* munus *Frob.* unus C.
Muliebris ingenii] muliebribus ingeniis C.
Ac firmamentum] ac *deeſt à* C. *Frob.*
Incidiſſe] accidiſſe C.
Daturus] *ſic editi omnes.* daturis C.
Fœmina quæ damnum pudicitiæ qui vis eſt atque curandus] *ſic editi omnes.* fœmina quidam unum pudicitia equus eſt atque curandus C. *in marg.* damnum pudicitiæ qui vis eſt atque curandus eſt. Eſſe & videri pudicam.
Muliebrium vitiorum] *ſequentia aberant à libris calamo exaratis: ſuntque ex Epitoma huc aſſuta.*

LIBER TERTIUS.

PRÆFATIO.

Audierim] audieram C. *Frob.*
Sexieſve] *ſic Herv.* exiens ut C. *Frob.*
Irrumperent] interrumperent *vet. lib.*
Cum paucitate contentus erat] cum paucitatem contemſerat C. *Frob.*
Moleſte magis] modeſte magis *Ms.*
Suam probationem habebat] *ſic editi & Epitoma lib. VII.* ſuam propoſitionem implebat C.
Suam excuſationem] *hæc abſunt à* C.
Proponebat] *in v. l. & excerptis*, exponebat.
Quid igitur omnis quæſtio] quid ergo? nunquid omnis quæſtio C. *& in excerptis:* quid ergo? non omnis *lib. vet.*
Implenda non eſt] implenda eſt *lib. duo & Epitoma.*
Eſt quidem] quid in *lib. tres.*
Non lexis magna] *ſic Rom.* non theſis magna *editi.* non laus oris magna, ſed fraus *libri duo.*
Sed præparato] *ſic editi omnes.* ſed apparatus C.
Putabatur] putabat C.
Albas vocabat] violabat C.
Nihil eſt] nihil eſt autem *ms.*
Ideoque] itaque adhibenda moderatio eſt *in excerptis.*
De inopia] de vitio C.
Quomodo diceret] *additur in excerptis:* ſed quid diceret. *ubi & mox* enim *deeſt.*
In electione] in ſelectione C.
Libebat] non libebat C.
Et pulcium & laternas] & pulegium laternas *vet. cod. in Epitoma tamen*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

men *Frob. lectionis :* & pulœium & damam, philorotem, laternas. C. *vero* & ſpongias & philerotem. *Vide hic Gruterum.*

Vitium evitabat, incidebat] *in Epitoma* devitat incidit in aliud &.

Orationis] Orationis ſuæ C. *& excerpta.*

His admixtis] admiſtum *vet. lib. ex Epitoma.*

Et hoc æquæ] & æquale hoc *lib. duo.*

Quomodo videretur] quomodo non videretur *Epitoma.*

Hoc illi accidit] *ſic Herv.* accidebat C. *Frob. in Epitoma vet. etiam lib.* accidebant.

Rebus omiſſis] amiſſis *Frob. in Epitoma : & in eadem mox* codicibus *pro* condiſcipulis, *quod Grutero arridet excipiendæ ſcilicet declamationi.*

Ardeſcere] areſcere C.

Mutatio] mutatio ingenii ſui C.

Modo nimis ſe attollit] *abſunt à* C. *& male.*

Nihil enim ei ætas proderat ad profectum] non proderat, cum eſſet ſtudium ejus eſſet novum C. *& unus lib. non habet* ad profectum.

Res quæ raro procedit] rei ponere quæ raro procedunt C. *& ſtatim*, ac virtute *pro* hac *lib. vet.*

Gallione] Gallieno *lib. vet. & Frob. in epitoma* Galeno *vitioſe.*

Adoleſcentulus] adoleſcens *ms. & epitoma.*

Et decenter] *hæc in excerptis non ſunt.*

Adire licebat] audiſſe licebat audiret triſtis ſollicitus declamator C. *Herv. quæ tria verba abſunt ab epitoma Frob. quæ &* audire *habet.*

Nam in quodam] nam illi quodam C.

Qua illi] quia illi C.

nterrogaret] *in marg.* C. *alias* retegeret, *quod & in excerptis Frob. legit.*

. Aruntius] *prænomen abeſt à v. l. & epitoma.*

x diverſo ait occipimus] *ſic Herv.* ex diverſo, & ait C. ex diverſo, ut accepit *Frob. Legendus Suetonius de claris Rhetoribus.*

eparabant] preparabant C. *al.* properabant.

Nunquam enim amplius in foro dixit, homo] *ſic Herv.* dixerat C. *pro* dixit. Erat enim homo, *quomodo & alius liber legit.*

Injuriam nec pati ſciret] nec facere nec pateſceret C. nec facere nec pati ſciret *vera lectio eſt.*

Dum volo dico, quam diu volo] cum volo dico. aſſum uti volo, dico quandiu volo, *Frob. in epitoma & lib. duo.*

Hoc delectabat] hoc *abeſt à* C.

Nec tamen in ſcholis, nec in ſcholas Ceſtii mordaciſſimum C. *in marg.* nec niſi ſcholaſticis tamen effugere contumelias poterit mordaciſſimi nominis.

In culeum] in eculeum *lib. vet. ſupra* culeum *vocavit navem exarmatam.*

Ut perveniant] *ſic* C. perveniat *Hervag.*

Si ceciderint] *hæc duo verba abſunt à* C. *& Herv.*

CONTROV. XVI.

Contra patrem Albutii Silii] contra patrem *abeſt à* C. *Frob.*

Potuit] potui *Frob. plura hic Gruterus.*

Diſpicere potui] *ſic Frob.* diſpicere *Hervag.*

Ipſe noſſe indicabo] *verbum ultimum omiſit Hervag. contra libros, ab ingenio potius. cujus loco ponit :* nec ſatis memini.

Tale miniſterium, &c.] miniſterium an pœnam eſſe voluiſſet an vindictam an paricidium C. A. *editi autem Baſil.* voluiſſes. *amplius tamen eſt in Roman. ex epitoma.*

Quid frater in fratrem non poſſit] non poſſet? *Frob.* quid frater in fratrem poſſet *Hervag. & mox* uterque dedit, *habet pro* dedi. *Et ſtatim* incuſas *Frob. pro* accuſas.

In remigio ne hoc quidem in committe?] *ſic Rom. ex* V. nunc eſt ecquid eſt in comite? C. in remigio non eſt. Hæc eſt in comite *editi Baſil.*

An fratri] ac fratri C. at fratri *editi Baſil.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Civis eſt] *Factum id in Rom. edit. ex* cujus, *ut eſt in Frob. pro quo* tuus *Hervag.*
Quæ miſerta] *ſic ex conjectura Rom.* quæ emiſerit *Baſil. uterque.* quæ miſerit C. *& in ora,* miſerta eſt. *recte.*
Reliquit] *ſic Rom.* relinquitur *Baſil.*
Inter patrem iratum] *ſic Herv.* hinc patrem iratum *Frob.*
Mihi per fratrem aliter quam parricidæ mori] *hæc abſunt à* B.
Hæc eſt] *ſic editi omnes.* eſt *abeſt à* C.
Abſtuliſſet] diſtuliſſet A. V.
E littore emittitur] altiore educitur C.
Culeum] aculeum C. *in gloſſa* eculeum.
Deliberabam, an parerem patri frater, inquit tu primus in domo] *ſic ingenioſe Rom. editio. Cov. enim:* fratrem inquit trimus. *& in margin.* tu primus deliberatum an patrem patri. fratrem inquit TURRINUS in domo *Frob. & Hervag. niſi quod:* hic deliberatum an parentarem patri. *alii* deliberavi.
Naufragiis] naufragis C. *& editi Baſil.*
Dii immortales rerum judices adiſſe] *ſic Hervag.* ſi immortales verum judices adeſſe C. *Frob. & in marg.* C. Dii immortales veri judices rerum omnium adeſte.
Infeliciter vexarat] *ſic Herv.* vexarat C. & infeliciter vexaret *Frob.*
Credam parricidam ſi tibi proficiſcenti navigium ſuum reddidit] *ſic Herv. & Rom. & in Excerptis.* Parricida non ſit ô mihi nunc ſentienti ferrum cum animo pariter excidit C. *& Frob. niſi quod* non ferrum ſentienti *habet. reliqua vero in utroque deerant.*
Nolui ne nunc quidem poſſum] volui *Frob.*
Aut honeſte vivere] dicere *Baſil. duo.*
Felicius] *abeſt à* C.
Patronum] *ſic Herv.* patrocinium C. *Frob.*
Anne apud piratas quidem perdidiſſe] *hæc abſunt à tribus lib. Sunt tamen in excerptis & Herv.*
In mare] in maria? C.
Sciſſa quoque vela ferant ſinus] *ſic Herv. ex Epitoma.* ſcio quoque ut ante fecerant ſinus C. ſcio quoque vela nunc fecerunt ſinus *Frob.*
Scires] *ſic Herv.* ſciret C. *Frob.*
Expectata: vide an fortuna] expectate C. expecta te videam: fortuna *Frob.*
Sejungit fato] *ſic editi omnes.* fata C.
Viſa ſunt] viam C. *in marg.* viſa.
Ejeciſtis animam] *ſic Epitoma.* effeciſtis animam C. *& Baſil. duo.*
In portum] *ſic Hervag.* in pontus C. *Frob.*
Ut illum] ut illam C.
Parricidii potui] potuit *lib. duo & Frob.*
Sic Patrem parricida] parricidæ C.
Video vos invitos] *ſic Frob.* video ut invitos C. video quos invitos.
Animus meus] meus *abeſt à* C.
Utrum] utro C.
Mitior plus] plus *abeſt à* C.
Pater naturæ] paternæ curæ C.
Non putatis] an non: putaſne C. an non putas *Baſil. uterque.*
Faciat votum] vota C. V.
Nega tu] negandum C.
Quem ſcis eſſe piratam] *ſic Hervag.* quem ſcis parricidam fuiſſe *Frob.*
Me quoque vocant] me quidam vocant C. V.
Pro difficulter] non difficulter C.
Forte offenſurum eſt aures] *ſic Herv.* aures fratrem offenſurum eſt patri C. quod forte oſtenſurum ſit patri *Frob.* & fortaſſe *pro* forte B. *& ſtatim* nolui *malim quam* volui.
An abdicari debeat] non debeat B. *Frob.*
Ita tu neſciebas] *ſic* B. *& Rom.* Ita tu pater neſciebas C. ita ut neſciebas *Frob.* ita me neſciebas *Herv.*
Tam unum] *melius tamen* tanquam unum.
Hæc deſcripto] hic deſcriptio C.
Illi patre populari capere] *ſic Rom. & Baſil. niſi quod* illis *habeant.* Patrem populari capere C.
Sed ne per illos] eone per illos C. *in marg.* ſed ne per illos, *ut editi omnes.*
Geminus Varius] *ſic editi omnes.* Geminius Varius C.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Partitam] partitur C. *in marg.* partitam.
Tamen ſero deffendit] *ſic Frob. Melius* tamen *Herv.*
An nihil] *ſic* V. an non *editi Baſil.*
P. ASPRENAS] P. d. ſenus & Albucius C. *Fort.* Paſſienus *de quo ſtatim vide Nic. Fabrum.*
Horum Rhetorum] horum Rectorum C. bonorum Rhetorum V.
In veherentur] veherentur C.
Non probabat] *ſic & Frob.* non probat *Herv.*
Et eum colorem dixit] eum *abeſt à* C.
Uno inquit] *Fort.* inquam.
Frater eſſem, ſed hujus] fratrem ſe hujus C. *& mox vocem* ad jumenta, *redundare* puto.
Si parcere voluiſſet] *ſic Herv. Frob.* ſi patrem, *male.*
Velle occidi] occidere C.
Cui tradidiſſet] cui contradidiſſet C.
Ad expiandum ſcelus] ſeculum *pro* ſcelus C. A. *& Frob.*
Quid porro inquit] *ſic* V.B. *Baſil. enim:* quid pater.
Inſtrumenta] inſtrumentum C.
Vipſanius] HISPANIUS C. *Frob. vide Fabrum.*
Diſplicebat color hic] *ſic & Herv.* non diſplicebat color iſte *Frob. qui mox cum* A. *legit* nec paruit *pro* ne parit.
Spem habuit] habet V.
HATERIUS] hactenus B.
Res ſpectat humanas] reſpectat res humanas C.
Rogabam] rogabamus B.
Non quia] non me quia B. *ſed non neceſſario repetitur.*
Contra reos] contrarios C. *in marg.* contra reos.
Noſſe vitia liberorum & ferre] & ferre *abeſt à Frob.* debere patrem vitia liberorum ferre C.
Lætius] *ſic* V. *Fort. etiam* latius *legi poſſet.* letibus C. *ſed expunctum, & abeſt à Baſil. utroque.*
Ingenii direxerat] *ſic Frob. Herv.* dixerat *vitioſe.*
Qui comes] comes C.
Expreſſiſſet] expreſſos C.

CONTROV. XVII.

DEfendit abſolutus eſt] *Duo poſtrema verba aberant à* C. *ſed poſt ad oram adſcripta.*
Contra Popilium] *abſunt hæc à* C. V. *& Frob.*
Sic liceat] ſi liceat *Baſil. uterque.*
Potes vel patrem] potes ut patrem C. pro te vel patrem V. *ut verba ſint Popilii M. Antonio reſpondentis.*
Occiſurus Ciceronem] *ſic* A. occiſurus Cicero V. *Frob.* occiſus Ciceronem *Herv. male.*
Juſſit] me juſſit *Frob. inepte.*
Et caput ejus humero tenus reciſum] *ſic Baſil. uterque.* malo morte tenui reſciſum C. *pro his tantum Rom. editio habet:* malos mores voco. *reliqua è proximo verſu huc tranſlata videntur.*
I nunc] *prima vox abeſt à* C.
Hoc unum tantum] tamen V.
Occidis patrem] occidiſti patrem C.V.
Facilius Cicero] Cicero *abeſt à* C. *& Frob.*
Quam pro ſe] quam ut ſe C.
Ecquid] *ſic Herv. melius quam Frob.* & quid. *& mox* abſolvere A. *pro* abſolviſſe.
Infamis adoleſcentia turpis eſt, infamis pueritia turpis eſt] *ſic Baſil.* infamis pueritia turpis eſt. *ut duo prima verba abeſſe videantur: Rom. editio duo quoque verba tollit:* adoleſcentia turpis eſt, infamis pueritia eſt.
Negarit Cicero] negarat C. V.
Exonerare te poſſis] te poſſum V. B.
Dic Antonio ego iſtud ſcelus] dic Antoni ego illud ſcelus C.
Timendus] *ſic Frob.* timendus eſt *Herv. & Rom.*
Italiæ humeris] in Italiam humeris relatus eſt C. *Frob.*
Cum unius metu omnia tenerentur] quamvis omnia metu tenerentur C. V. *& mox ex conjectura* populi, *pro* Popilii, *recte Romani ediderunt.*
Popilii ſenis, occiſi & inultæ patris umbræ, Cicero te perſecuntur] & inultæ patris Cicero C. *Baſil. vero*

 duo:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

duo, Popilii ſenis patris, & inultæ Cicero te perſecuntur umbræ: *ſed* animæ *legit Frob. & A.*
Nemo à Popilio quidem. niſi poſt] *ſic Herv. niſi quod* ne *pro* nemo *legit.* ne à Popilio quidem poſt *Frob. forte rectum:* nemo à Popilio, niſi poſt. *& mox idem Frob.* nec damnationem quidem deſpero.
Nunc defenditur] nunc *abeſt à* C.
In Veſtæ æde] *hæc verba abſunt ab* A. *præpoſitio in* C. *deſideratur.*
Hannibale Scipio] revocato Hannibale Scipio C.
Fert appenſum] adpeſſum C.
Popilium pauci] Popilius pauci C.
Sed hi quoque non] non *abeſt à Frob.* ſed ne ii quoque C.
Paricidam reum fuiſſe] *ſic Herv.* parricidii B. V. *Frob.*
Habiturus ſis] *ſic Baſil.* ſit B.
In bello] in illo bello C.
Quod patronum] *quæ hinc ſequuntur:* naturale eſt enim, *&c. uſque ad Latronis perſonam, abſunt à Frob. & Rom. deſumpta fort. ab Herv. ex epitoma.*
Quo abſolutus] quo *abeſt à* C. *& Frob.*
Actum eſt objici] actum eſſe objiciant C. *in marg.* actum eſt poſt objiciant, an hoc objici debeat. *editi*, an hæc objici debeant.
Fuerit ei] illi A.
Defenſi rei profuerit] *ſic Rom.* defenſi Reipublicæ A. B. V. defenſi in Repub. *Baſil. duo. natum mendum ex compendiis.*
Offendebantur] offendebat C.
Genere punitus eſt] punitus *abeſt à* C.
Qui proſcribebat] *ſic* A. B. V. *Frob.* proſcripſit *Herv.*
Volo me] volui V. voluit B.
Non licebat non occidere] *ſic Herv.* non licebat occidere B. *Frob.*
Quod glorietur] *Rectius Frob.* quo.
Aliter Antonii] *his additum in Brug.* & qui contumeliis afficeretur antequam occideretur & vivus laniaretur. pro Popilio, *&c. quæ periodus in omnibus editis hic non legitur, ſed poſt paullo in Vario Gemino nonnihil diverſe.*
Prima facie] prima ſpecie B.
Varius quidem] variuſque minus dixit C. Varius Aminus V. *unde emendo* Varius Geminus dixit, *è veſtigiis litterarum, quod & Fabro in mentem veniſſe gaudeo.*
P. Clodii mitteretur] P. Clodii cliens mitteretur. B. C. V.
HISPANUS Cornelius] VISPANUS *Herv. male.*
Ecquid tuto] nunquid tuto C.
Inepte Avidienus Paullus] *ſic leg. conjicio è veſtigiis ſcriptæ* Abidiebus, *& excuſæ ſcripturæ* ab idibus *vel* Abydenus Paullus, *ſeu potius* Avidius Baſſus, *qui alias ſæpe nominatur. Briſſonium hoc in loco refellit Gruterus.*
Quidem induxit] *lego* qui induxit.
Ciceronis Popilium dixit Popilio] Deſcripſit enim ferentem caput & manus Ciceronis Popilium & Popilii manum dedit Popilio C. *& Baſil. uterque, niſi quod* manum & caput *legunt.*
Tenebas manum ejus] *ſic Herv.* & tenebas manus ejus *Frob.*

CONTROV. XVIII.

TEr abdicatus comprehenſus] *ſic Frob.* ter abdicatus, ter abſolutus comprehenſus C. *Hervag. & Rom.*
Medicamentum terens] medicam emptum terens C.
Certe nec ſecreta te fallunt] *ſic Herv.* ne certe *Frob.*
Dic quid commiſerim] *ſic* V. *commiſi Baſil. uterque.*
Reo objicere] *ſic* V. *Baſil. duo* committere, *ut & alibi.*
Quid ergo reus vivet quia ſordidatus aſſidebit pater] *ſic Herv. & Rom.* reus vivet, vivet quia ſordidatus adſedebit C. quid ergo mori reus vivet, vivet quia ſordidatus aſſidebat pater *Frob.*
Non juvat] non jubet C. *in marg.* juvat.
Miſerrimi mei cœpit] miſerrimi & cœpi C. miſer memet cœpi *Baſil. duo.*
Quod venio] *hæc duo verba addita*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ſunt ex A. B. V. *& mox* tam jucundum *malo, quam quod editum eſt* iracundum.
Mori voluit] mori noluit C.
Domus meæ] mea B.
Teneo parricidam] *ſic* A. B. V. paricidium *Baſil. uterque.*
Odiſſes, ſi jam tibi paricidium objeciſſem] vitam odiſſes ſuam, tibi paricidium objeciſſes C. *Frob. & Herv. niſi quod* cui *pro* tibi.
Daturus erat] eſſet V.
Paraverit vivit] non vivit B. C. *Frob. & in marg.* C. nunc vivit *leg. conjicitur.*
Quam paricida] quam *deeſt in Frob. & pro* inquam, inquit V.
Idem ego tibi pater] *ſic Baſil.* id eſt ego tibi pater *Rom. edit.* idem ergo tibi pater C.
Alium poſſit occidere] an alium poſſim C. *Baſil. uterque.*
Si mihi creditis, &c.] *aliter Baſil. utraque:* ſi mihi credis paricidium facere voluit, qualis eſt reus.
Dico tam inviſum tibi patrem fuiſſe, ut occidere volueris] *Baſil. duo* illi *pro* tibi *&* voluerit *pro* volueris. *his plura addunt libri vett. Vat. hæc:* ſi iſti a me paricidium fieri voluit. Qualis eſt reus B. *&* A. *hæc:* ipſe fatetur tam inviſum ſibi fuiſſe, ut occidere voluerit. *Rom. vero editio:* tam inviſum ipſe confiteris, ut mori volueris.
Habet tamen] habet tam diſſimilem ceteris quam conjecturam & duplicem C. *Frob.*
Hic color] ſi hoc colore C.
Tædio abdicationis] odio A. abdicationum C.
Abſolutio] *ſic Rom. ex conjectura. nam* abſoluto, *lib. omnes, & fort. mox leg.* mori non finis eſſet periculi, ſed initium.
Odio eſſe] *lego* odio me eſſe.
Affectum ejus] adfectum C. *ſcribit per* d.
Sententiam dixit] dedit C. Publiana ſententia dixit *Baſil. uterque.*
Loqueremur] loqueretur C. & *Baſil.*
Qua tranſire] *ſic editi omnes.* quam C.

Eſſent dicta] erant dicta *reliquæ editiones:* quædam apud eum melius eſſe dicta, *emendat Faber.*
Ut illum] aut C. *Frob. male.*
Et illos verſus] ut illos *Frob.*
Hujus vitii] hujus *abeſt à Baſil. duobus.*
Multoſque tunc, *&c.*] *malo:* multos tunc in Senatum legerat Cæſar. *nam* in Senatu elegerat C. *Frob. non recte. & mox* meruerat *omittit, ut & Romani male* patribus *pro* partibus *ediderunt.*
Miſit ad Laberium] miſit enim C. *& editi Baſil.*
Verum vis] vis verum C.

CONTROV. XIX.

Oculos amiſit] perdidit V.
Pro matre] *hæc abſunt à C. Frob.*
Quia minatur] *ſic Rom.* qua minatur V. *in marg.* C. *& editi Baſil.* quæ minatur.
Ergo tu] *pronomen additum ex* V. ergo i adoleſcens *Hervag.*
Cauſam qua timet] *ſic* V. quam timet C. cauſa eſt quia timet *Baſil. uterque.*
Moritura eſt] paritura eſt C.
Duos alligat] alligavit *editi Baſil.*
Cui victo] cui vincto *Baſil. duo, & ſtatim* denuntias *iidem, cum* C. *legunt pro* denuntiat.
Ire cum matre] ire nunc cum matre C. *& Hervag.* ire nunc cum patre *Frob.* nunc cum patrem concluderem A. B. *inepte.*
Patri nihil timeo, &c. relinquo] *hæc abſunt à Frob.*
Ad alendum] *ſic editi omnes:* ad alendam V. B.
Ad patris tantum nomen] ad patres pertinens C.
Puta, inquit, te eſſe ſervum] te *abeſt à* C.
Ægrotos] *ſic Herv.* ægros *Frob.*
Quid enim videt cathenas ſuas & cædes] *ſic Hervag.* qui enim videt caſtitatis ſuæ & cædis C. *Frob.*
At periculoſum eſt nihil] at periculoſum eſt nihil, non eſt domini auderet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

deret & flere C. V. *in marg.* C. *&* *editi Baſil.* at periculoſum nihil niſi domi manere & flere.

Sit orationi orator] oratione ſit orator C.

In forecæ] *ſic* V. in forete vel ſorete C. *rectius Herv.* in ſorite.

Saleputium] Salaputtium V. Salaputia C. Salluputium *Baſil. uterque.* Salapuſium B. A. *vide Catulli interpretes, Guarinum, Parthenium, Muretum, Statium & Scaligerum.*

Impetu latus] elatus V.

Partes tranſcurrere] parte C. partem *Frob.*

Quamvis joca ſint] quamvis joco ſint plena C. joca ſint plena. *Baſil. uterque.*

Quid credas hunc ſibi velle virum] *male Frob.* quo credas ſibi hunc belle virum. *Sed Rom. editio diſtichon integrè conſtituit, & interrogationis notam collocat ante* virum. *Scaliger in Auſonianis lectionibus & catalectis.*

Sententiam dedit] dixit C.

VETUS] fœtus C. fetus *Baſil. uterque.*

In quam] *ſic* V. qua *Frob.* in quam *Hervag.*

Soratos eſſes] *ſic editi omnes:* an ſorator eſſes C. *leg.* an ſi orator eſſes, *vel.* aut ſi.

Falciſſimam] falſiſſimum C. falſiſſimam *Frob.*

Quos roget] quod, *utrobique legit Baſil. utraque.*

Nomen impoſuit] nomen *omittit Rom. editio, ut* imponere decipere *ſignificet, & recte, ut ſequentia docent.*

Magno clamore] maximo C.

Nec quibuſdam] Hoc quibuſdam C. V. in quibuſdam *editi Baſil.* ad huc quibuſdam B. A.

CONTROV. XX.

SPeciosum] ſpatioſum C. ſpatioſa *Frob.*

Nec facile] non facile V. *& mox* audaciter *pro* audacter.

Non placet] non placet C.

Ut cum uxorem habere vellet] haberi C.

Lumen Tantum] *ſic Rom. ex conjectura.* lumen ea tantum C. *& Baſil. uterque.*

Quam leviter] *ſic Rom. ex conjectura.* quæ C. Ut quem *Baſil. duo.*

Perſequitur etiam populus] & populus *Baſil. uterque. ſtatim* etiam puer *legit Rom. editio ex* V.

Domo natus eſſet] *ſic editi omnes*, dominatus eſſet C.

Ne cum matre, ne] nec, *utrobique* V. *legit. Et ſtatim forte* convenit *melius.*

Offerebant] efferebant C.

Occidere poſſem, patrem non poſſem] poſſem *abeſt à* C. *& Baſil. cujus loco* ſed *habent.*

Bonos habeo teſtes] *Baſil. uterque & C. amplius habent:* Hominem occidere bonos habeo teſtes. *Frob. tamen:* bonis habeo præteſtes. C. *vero:* bonis habeo per teſtes.

Novercam ne] *ſic Hervag. & Rom.* ne *abeſt à* C. V. *Frob.*

Tibi fuit] *ſic* A. B. V. fuerit *Baſil.*

Mihi erat patris] patris *abeſt à Frob.*

Majore licentia] *ſic Rom. ex conjectura.* minore C. *& Baſil.*

Cui parcam non habeo] *ſic Rom. & Baſil.* tibi parcam parricidium non habeo.

Et quam facile] &, *recte Rom. editio omittit.*

Hui, nolui te occidere] noli *Frob.* vi nolui *Herv. Forte etiam* quid *legi poſſet pro* hui. *Mox illa verba*, non habui poteſtatem, *omittit Rom. editio ut repetita.*

Et crimen] & cum crimen C.

Partem habent] habet C.

FUSCUS ut diſtricta] FUSCUS ait diſtricta C.

Cui nec paries] ne paries C.

NIGER BRUTIDIUS] *ſic Hervag. & Rom.* BRUTUS BRUTIDIUS B. *Frob.*

Id quod amator] *ſic Herv.* iſtud quod *Frob.*

Vulnerata ponatur] *ſic Romæ editur. Nam Frob.* vulnera tanta (*Hervagius* tantum) ponantur.

Diligens ſtultitia] ſtultitiam B.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Acre omnino & experrectum eſt animal] *ſic Rom. ex conjectura:* hanc in omne & experrectum C. *Frob.* hanc in oratione & experrectum *Hervag.*

Paratus] *Fort. melius*, pacatus. *Quid ſi* PARATUS *proprium ſit declamatoris nomen?*

Volentes] *Romani* volunt & *de conjectura habent.*

Hoc ut aliquando] hoc quod *Frob.*

MUSA] *Hoc nomen ex* V. *acceſſit editionibus.*

In parentes] in partes C.

Rupit] corrupit A. *& Frob. inepte.*

Etiam in hunc putabat] nunc putabat C.

Procurator] procuratori *Baſil. uterque. forte:* procuratore.

Natus es] natus non es C.

O digitum multa ſignificantem] *ſic* A. B. V. *Rom.* digito multa ſignificante *Baſil. uterque.*

Mimico] minimo A. *male.*

Non parcit] non pepercit *Baſil. duo.*

Et exſuccus declamator] *ſic* V. ſed & vetus C. *& Baſil. duo. in marg.* C. aridus ſed auctus.

HERMAGORAS] HERMACOTIS C. HERMACOTAS *hic & paulo ante Frob.*

Qui infeſtus novercæ] qui infeſtæ C. quod infeſtus *Frob.*

CONTROV. XXI.

DOminas ſuas rapere] *Hic Rom. editio Epitomen ſecuta brevius habet. Vaticanus tamen codex cum utroque Baſil. conſentit.*

Mavult] maluit C.

Facit ſe ſimilem] *ſic Herv.* feciſſe C. *Frob.*

Meruit] *ſic editi omnes.* metuit C.

Deſponſa eſt puella] ejus puella B.

Ad crucem eundum eſt] *ſic Herv.* ad cruces C. *Frob.*

De tyranno loquor] queror. B. A. *Frob. rectius &* patri *pro* patris C. *Mox:* Quid de patre non querar? tyranno ſimilis eſt, *non recte omiſit* A.

Permiſerat] permiſerit C.

Exulandum eſt] exultandum eſt A. *male.*

In libertate] *ſic Herv.* in libertatem C. *Frob.*

Vix ferunt in ſervitute?] vix in ſervitutem fugimus C. B. *in quo deſiderantur hæc*, ne ſerviremus.

Aliquando enim fuit ſatius] *ſic Rom. &* A. fugit Statius *Baſil. uterque. puto etiam* aliquanto *legi melius poſſe.*

Servus non ſtultus] *ſic Herv.* noſter ſtultus C. *Frob.*

Et caput] & *abeſt à* C. *& in marg.* Tergum caput ſuis deliciis.

Si dicit] *ſic* V. ſi dixiſſet C. *& Baſil. uterque.*

Ancillulæ] *ſic editi omnes:* ancillæ C. *& mox*, ſed *forte delendum.*

Nuberet] nubet C.

Conſervula] conſerva C. A. *& mox* ejecta eſt A. *pro* exacta.

O te ſoror] ſororem A.

Ut dicis] ut dices C.

Quia affinitatem] *malo* qui. & quam moratus eſt, *pro* tuam *Frob.*

Coſſaſſet, jam fortaſſe] *ſic Herv.* ceſſaſſet fortaſſe C. ceſſas etiam fortaſſe *Frob.*

Habeamus generum] *ſic Rom. ex conjectura:* habebimus C. *& editi Baſil.* habemus V.

Parem, ſin minus] *ſic Rom. ex* V. parem ſimilem C. patri ſimilem, ſin minus *Baſil. uterque.*

Ex cenſu] ex cenſum C. extenſum *Baſil duo.*

Cum infelici face ad dotalem ſuum] *ſic Herv.* cum infelice faciat C. *Frob. in marg.* face dotalem ſuum. *forte leg.* ſervum *pro* ſuum.

Illo tempore & aliæ virgines] *ſic Hervag. Frob.* ne aliæ. Illo tempore metaliæ C. *in marg.* in illomet tempore.

L. VNICII] P. Vinici C.

Eſſe eos quibus quidem duo, &c] *ſic editi omnes:* equidem duo quæ miſerrima ſunt, *pro* fuerunt C.

In eadem] *ſic Herv.* in ea conditione C. *Frob.*

Clauſa domo fecimus] fecit B.

Accim

Accuſator] *ſic Hervag.* accuſator C. *Frob.*

Sed mala cauſa eſt] ſed male eam V. *natum ex compendiis litterarum* c̄a.

Factum quali] quale *Frob. & antea:* deinde animo *diviſim. Rom. editio ut infra legitur:* deinde de animo ſervi.

Nec adultero dominam venundedit] *ſic Baſil. uterque.* nec adulter domino venundedit C. nec domino venenum dedit *Rom. & in Excerptis.*

De hoc beneficio non eſt] ſic *Herv.* deinde hoc beneficium ejus quod laudas ſervos C. *Frob. niſi quod* laudes *habet &* ſervum *Herv. pro* ſervos.

Denique quod aliæ] quod *abeſt à* C.

Suffigi cruci] ſuffici *Frob. vitioſe.*

Etiamnum puella] *ſic Herv.* etiam puella C. *Frob.*

Habuit bonam mentem] *ſic Frob.* habui *Herv.*

Abſtinuit] *abeſt hæc vox à Frob. & mox* ſcit, *pro* ſcivit, *legit.*

In exilium ergo] *ſic Rom. è veſtigiis* ut exilium, *quod in Frob legitur. Neutram enim particulam Herv. habet.*

Obſequens maritus] maturitus C. *vitioſe.*

Quod habeo, &c.] quod habeo: Deinde fide factum liberti laudavit. *ſic Herv.* quod ab eo. Diva illa fide inde factum liberti laudavit C. *Frob. & Rom. niſi quod* habeo *legat. Locum pro depoſito habet Nic. Faber.*

Nihil eſt inquit] nihil eſt *abſunt à* C.

Publici mali] publicis malis A.

Amputanti] ſic *Frob.* amputandi *Hervag.*

Uſus eſt, cum diceret] *ſic Hervag. & Rom.* uſus eſt, GAVINUS SABINUS *Frob. quod hic nomen è ſuperiore repetendum eſt.*

Conſumatam] *ſic Frob.* conſumptam C. conſummatam *Herv. & Rom.*

Etiamnum] *ſic Herv.* etiam nunc C. *Frob.*

Erronem] *ſic Hervag.* errorem A. B. *Frob. ut & infra. non recte. Eadem vox in hymno B. Ambroſii emendanda, qui aurora de galli cantu canitur:*

Hoc omnis errorum chorus
Viam nocendi deſerit.

Repone erronum, *ut de vagis furibus ſermo ſit.*

Non fugitivus eſt] *negationem tollit Baſil. uterque. Vide Gruterum. & forte* habet *paullo ante melius quam* habemus *legatur.*

Non habebitis] non habetis B.

Solutum nunquid] tum nunquid C. *& Baſil. ſed particulam* tum, *ut geminatam jugulo.*

Fuerit. non fuerunt] *ſic Baſil. uterque. duo tamen poſtrema verba omittit Rom. editio.*

NEPOS MAMILIUS] *ſic malo, quam ut Baſil. duo,* MANULIUS.

Tranſite liberti] *ſic recte Romæ editum: nam ſervis reſpondet. Baſil. uterque* liberi *non placet. & ſtatim* cum *melius forte, quam* tum.

Subripuiſſet] *ſic Rom. è veſtigiis Vat.* ſubripuit: corripuit, ſed ſoror *Frob.* ſed corrupit ſoror *Herv.*

Audio] *ſic Rom.* habeo C. *& Baſil. uterque. forte* aveo *magis hic quadrat: propius ad editam lectionem.*

CONTROV. XXII.

IMperator ſupplicium tulit, proditor precium] impetratur precium C. *Frob. nihil amplius.*

Quam quod poſſet] quod *deeſt in Frob.*

Jam comitiis] *ſic Herv.* jam comites C. *Frob.*

Intelligere ſciſſetis] *ſic Herv.* intelligere ſciſſes C. *Frob. fort.* ſi ſciſſet.

Indicavit] indicaverat B. V.

Auferebat] *ſic editi omnes.* adferebat C.

Aurum tantum habuerat] *ſic Hervag.* utrum tantum auri erat, ut appareret C. B. A. utrum tantum haurierat, ut appareret *Frob. & mox:* etiam nunc *pro* etiam non *legit.*

Potius] potius *abeſt à* C. *Frob. idque Græcorum more.*

Proditionem cavete] proditionem caviſtis C. *Frob.*

Rem intelligite] reum C. *& Baſil. uterque. recte.*

Non habet] non habeo A.

Loqui proditorem] loqui pro proditore *Frob.*

Quid

Quid abitis] quo abitis C. *in marg.*
Pepercerunt] pepercerint V.
Pater es, & aurum] eſſet C. eſſes *Baſil. uterque.*
Præteribat] *ſic editi omnes*, præterierat C.
Numerum minuebat, & loco.] *Sic* V. numeros minuebat, & locos. B. *Frob. Herv. niſi quod hic* locus *habeat.*
Vicerit] *ſic editi omnes*, vicerat C.
Dicit ſtatim] dixit ſtatim V.
Accipere & filium prodere] *ſic editi omnes*, acciperet ut filium perderet C.
Ut filium proderet] perderet V.
Nihil, inquit, dixit mihi] dixit, inquit, mihi C.
Profeſſus ſum] Profeſſum C.
Aiebat] aiebant C.
Talem ſenem] & talem ſenem C.
In una domo duos eligere] ducem eligere C. A. B. *non ſequor.*
Manſit itaque] manſit inquit C.
Inexplebilis locorum] exploratis *Frob.* in exploratis *Herv. diviſim.*
Prænunciantibus agitatur] *Fort. melius* agnita re.
Somnium narrabat] *ſic Herv.* omnium C. *Frob.*
In ſummam] ad ſumma C.
Æſtimari quam ſi] quam *abeſt à* C. *ſed poſitum in marg.*
Adjuvarem] *ſic editi.* adjuvare C.
Ad Priamum] Troianum V.
Colorem Albutius hunc fecit] color eſt *Frob.*
Ceſtius hoc vocabat] hoc hoc V. *emendo*, ἠχώ.
Quouſque invicte] quoque invicto C. *ſed in marg. ut in editis.*
Et tu quouſque] tu autem quouſque C. *& Baſil. uterque.*
Illum ſuffixum] illum Fuſcum *Frob.*
Arceret] *ſic Rom. ex conjectura:* urgeret C. *& Baſil. uterque.*
Et exoneraret] *ſic Herv.* & ex eo narraret C. *Frob.*

CONTROV. XXIII.

RApta producta, &c.] *ut in Excerptis hæc leguntur tanquam loco aptiora, edenda curavi, non ut in Baſil. utroque.*

Adverſus judices] judicem C.
Semel licere optare] licere *additum ex* V. A.
Brevitate conſtringitur] conſtringeretur *Herv.* in brevitate conſtringeretur C. *Frob.*
Iteratio] *ſic Herv.* reiteratio C. *Frob.*
Vobis jam] vobis illam A. B. V. *ut & in Excerptis. & ſtatim* faciem, *pro* cauſam *in eadem Epitoma.*
Nimium eſt] meum eſt C. *& Baſil. uterque.*
Poſſet] poſſit C.
Quid tu puella] quid te puella & quid *Frob.* quid te puella hæc & quid *Herv.* & quid te puella, & quid te horum lacrymæ movent. *Lego*, ecquid puella, ecquid te horum lacrymæ movent?
Non eo inquit] *ſic Herv.* non, inquit, ad illum magiſtratum C. *Frob.*
Ignoſcit, perdit] ignoſcit poſt miſericordiam C. *in marg.* perdit miſericordiam, *ut & editi.*
Raptorem dimiſiſti] vitiatorem dimiſiſti C *& Baſil. duo.*
Quadam nocte, quid dicam: Non negare jam non audeo, nec. vinum, error, quid iraſceris puella, *&c.*] quadam nocte puella. Quid dicam? Jam negare non audeo, non diligenter cauſa mea acta eſt. Num mihi timetis. Jam negare non audeo C. quadam nocte, quid dicam. Jam negare non audeo, non diligenter cauſa mea acta eſt, dum nihil timetis *Baſil. uterque. abſunt autem illa:* non, unum, error quid iraſceris puella?
Non nuptiis] non nulli A. *ut & Gruteri codices.*
Ante magiſtratus] *ſic Herv.* ante ingratus tribunal *Frob. quem fortaſſe compendium hoc* ingratus *decepit.*
Qui quid] quidquid fecerit C.
Confitere, confitere] confitere confitetur C.
Nunquid negat?] nunquam negat? *Baſil. uterque.*
Si tibi non credit?] creditur B.
Etiam ſi quid] *ſic Baſil. uterque.* etiam *tamen abeſt à Rom. editione, ubi & mox,* quicquam *pro* quiſquam *reperias.*
Si tibi jam de ſtupro tuo liquet] ſuam tibi

tibi de ſtupro liquet C. *lego*, Jam. *& mox :* tu vero ne meruiſti quidem. ne *particula ex* V. *additur*.

Cauſam haberes] *ſic Herv.* cauſam habes C. *Frob.*

Illa optio] illa interrogatio C. *& Baſil. uterque*.

Non fuit, inquit, juſta] non ſunt inquit *Frob.*

Etiam ita ſi] *ſic Herv.* ita *abeſt à* C. *& Frob.*

Et juſta fuit optio] & ita juſta B. *Frob.*

Optione reſcindere] ratione B.

Hæc defenſio] hic defenſio C.

Qui negavit] quia negavit C.

Et ordinem mutavit quæſtionem] & ordine mutavit quæſtionem & numerum auxit C. *ex compendiis nata varietas ſcripturæ*.

Neque amplius] *Fort. melius*, ne amplius.

Optio eſt enim] enim *abeſt à Frob.*

Raptor non fuit] rapta V.

Rapta ait] raptor C. *in marg. ut in editis*.

Non judicatum eſt] non judicata eſt C. judicatum eſt *Frob.*

Permitti optio tam crudeliter] permitti optare tam crudeliter C. *&* uſura C. *Frob. pro quo Herv.* uſura.

Hoc die] *Concinnius fortaſſe* hodie: *Qualis eſt Satyræ Varronianæ inſcriptio:* Cras credo, hodie nihil.

Magis credere] magis quoque credere C.

Se non rapuiſſe] Sed non V.

Virum, inquit, invenire] virum, inquit, inveniri C. *in marg.* utrum, inquit, invenire, *ut Baſil. uterque*.

Tertiam ſententiam ſecutus eſt] *ſic editi omnes :* illam ſent. ſecutus eſt B. illam ſent. ſecuti ſunt V.

Invitam raptam eſſe] raptam *abeſt à* C. V. *& mox* non *malim*, *quam* nonne.

Ignoſceret] ignoſceretur B. ignoſcetur A.

Ipſum impulerant] *ſic Herv.* illos *Frob.* qui illum nocte impulerant A. C. V.

Non eſt hæc quam rapuiſti, timuit, ne illi quam] rapuiſti alias mutis timuit ne illi C. non eſt hæc quam rapuiſti, alia mitti timuit, ne illi qui eam rapuerat *Baſil. uterque & V. niſi quod* quam *pro* qui eam. nunquam rapuerat B.

Putat nolle] puta nolle C.

Se velle] nolle C. *in margine*, *ſed in textu*, ſe non velle, *quomodo & editi. Fort.* non nolle *leg*.

LIBER QUARTUS.

PROOEMIUM.

ADvocetur memoria] vocetur C.

Quæ quando] quæ quomodo C. & quæ quando *Frob.*

Scribit] ſcripſit C. *& Baſil. uterque*.

In forum] inferorum C. inferiorum *Frob.*

Fatuos fingant] fingunt V.

Futurus] *in marg.* C. futuris.

Plauſus excipere] *ſic Hervag.* deficere *Frob.*

Adjice nunc] adjice in hunc C.

Obloquitur] alloquitur *Frob.*

Nec ante] negante C. negantem *Frob.*

Tectum ac parietes] tectum ac parietem deſiderantem C. tectum *autem abeſt ab utroque Baſil. & mox* qua *legit Frob.*

Ad quod exercet] quod exerceat C. *Baſil. uterque*.

Solet eſſe, vero certamine gladiatores] *ſic Herv. interpungit. Cov. vero ſic :* itaque ſolet eſſe. at vero certamine gladiatores, *& Frob. eodem modo*.

Luctantes] Juſt. Athenas C.

In exercitatione] *ſic editi.* in exercitationem C.

Quo decernimus] *ſic* V. quod cernimus C. *& Baſil duo*.

Evenit: omnia] venit, omnino *Baſil. uterque*.

Perferenda eſt hic] *duæ poſtremæ voces abſunt à Frob.*

Pendant] pendunt C.

CONTROV. XXIV.

THema] *abeſt à* C. *& Frob.*

Miltiades] Militiades peculatus C.

Ci-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Cimon] Timon *male Frob.*
Sordide dives] dives ſordide C.
Eique filiam] *ſic Rom. Baſil. uterque* filiam ei ſuam.
Filiam nubilem] nobilem A. *Frob. male.*
Nihil inquit filiæ] *ſic Frob.* nihil inquit filia C. *Herv.*
Contingent.] *Baſil. uterque* contingerent.
Ad vindictam] *ſic Herv.* an ad vindictam C. *Frob.*
Projiciam[projiciemus C. *Frob.*
Callias] Gallia C. *& ſic alibi vitioſe.*
Heredi ſuo] *ſic Herv.* habendi ſuo *Frob. male.*
Ex Cimone] ex Gimone C. Timone *Frob. vitioſe uterque.*
Ne infelicior quidem] nec licet quam liceor quidem C. nec liceor qua liceor quidem *Baſil. uterque.*
Inter parentis] partis C.
Unus Miltiadis] unius *Baſil. duo.*
Præter ſeipſum poſſet] poterat C.
Infelicitas eſt] *ſic Herv.* felicitas *Frob. & Rom.*
Faciam dicat] *ſic* C. *Frob.* faciat, dicat *Herv.*
Certe beneficium reddam] certus reddam *Baſil. uterque.* certius reddam C. V. *&* honeſtum C. *pro quo editi* honeſte.
Niſi liber ſum] niſi libertum C. *& Baſil. duo.*
Major injuria eſt] malorum injuria eſt *Baſil. uterque.*
Quam fuit beneficium quo tunc] quantum fuit beneficium quod tunc *Baſil. duo.*
Non iſte] *ſic Hervag.* non eſt *Frob. forte* non is.
Vis divitias] vis tu divitias C.
Nullo mihi felicior] *ſic* A. nullibi *Baſil. uterque.*
Jacebat] *ſic Baſil. duo.* alligatus jacebat B. A. V.
Cui non tam] *ſic editi.* cum non C.
Adulterum ſolum occidero] *ſic Rom.* occiderem C. A. B. V. dimitterem *Baſil. uterque.*
Non occidam] occidam C.
Magnum uterque beneficium dum datis recepiſtis] *abſunt hæc à* C. *& eorum loco:* uterque magnum beneficium dediſtis, tantumdem datis recepiſtis. Cimon quod C. *& Baſil. uterque. forte leg.* tantum dum damus recipimus. *Et paullo ante:* neutrum beneficium, *pro* non beneficium *Rom. vide Excerpta.*
Nihil aliud aſpexi] reſpexi C.
Ab eodem mitti] *ſic Baſil. duo.* dimitti V. *Rom.*
Quantum ſit] quantum eſt C. eſſet *Frob.*
In civitate] in civitatem C.
Impenderem] impenderam C. *Frob.*
Hominum] *ſic Hervag.* omnium C. *Frob.*
Habe filiam] *ſic Rom.* habes in Calliam C. *Herv. vero*, habes Calliam. *Forte* habes in Callian. *hic in Frob. tres amplius verſus deſiderantur.*
An quiſquis] an non quiſquis *Frob.*
Pro tractatione] *forte* pro ratione.
In ingrati controverſiis] *male Baſil. uterque* ingrati in contr.
Me in cubiculo meo] *pronomina de vet. lib. acceſſerunt.*
Niger Brutidius illas] Brutus Brutidius illis (*lego* illic) illas C. *Frob.*
Nam & metu] *ſic Rom. pro* timore me tum *Herv. diviſim legit:* nam & me tamen *Frob. nata ex compendio* t̄n *varietate.*
Menſularium] inſularium C.
Hanc ſic tractavit] *ſic Romæ ex conjectura editum.* ſic putavit *Baſil. uterque.*
Memini. Deinde Fuſcum] *ſic interpungendum:* memini deinde Fuſcum.
Non commendationis ſe id] non commendatione in ſe C.
Mire fuit] mire *Frob.*
Detrimento ſenſus] detrimentis C. *& Baſil. duo.*
Laudat] *ſic editi.* ſed laudat A.
Paſſus eſt] eſſet V.
Nactum eam occaſionem] nactam eam occaſionem C. nec eam occaſionem *Baſil. uterque.*
Illud publicum] *ſic recte* A. *& Frob.* iſtum *Herv.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

CONTROV. XXV.

FLAMINIUS Prætor] *ſic Herv.* Proconſul C. *Frob.*

Cujus formæ] cujus fœminæ *Baſil. uterque.*

Non objicio] non *abeſt à* C. *& Baſil. utroque.*

Non objicio lenocinium] *ſic Herv. abſunt tamen à Romano & Frob.*

Objicio hiſtrionicam, jocos mimicos, in convivio, &c.] *ſic Herv.* Objicio hiſtrionum jocos annuos, revinxerunt in convivio, &c. *Frob. ubi* revixerunt *forte edere voluit, ut & in* C. *legitur.* non objicio hiſtrionum jocos, apud vos refrixerunt in convivio *Rom. editio. hanc varietatem excerpta pepererunt.*

In hoc te cum uxore non miſimus] *ſic Hervag.* te cum uxorem non miſimus *Frob.* in hoc tantum uxorem miſimus C.

Ecquid intelligitis quomodo] *ſic editi omnes:* & qui intelligetis quemadmodum A. B.

Multa dederit] alia dederit V. *utraque vox in Baſil. utroque deſideratur.*

Homicidium neget] negaverit C.

Sub ebrietate] ſub hebrietatem C.

Sparſam in convivio ſcobem] ſcrobem B. *Frob. & male Baſil. duo* evertitur *pro* everritur. *& mox* ſortiti *pro* ſorti *Herv. vitioſe.*

Si in triclinio] qui in triclinio C.

Quid occidere ad arbitrium] *ſic Herv. interpungo tamen interrogationis nota poſt* occidere: *non poſt* meretricis.

Voluptati fuit] voluptatis eſt B.

Quicunque] quique C. *antiquo pro* quiſque *vel* quicumque, *ut ſup. nonnunquam & Horat.* quandoque *pro* quandocunque.

Immotum] in locum C. in locum *Baſil. uterque.*

Legi potius] *ſic Herv.* lege *Frob.*

In convivium attrahas] in convivio *Frob. non recte. mox* deſcribitur *idem pro* deſcripſit.

Noxiæ] *ſic Frob.* noxie *Hervag.* noxia B. A.

Statim intento] *ſic Rom.* ſtat intento *Baſil. uterque.*

Initiis adeſt] abeſt C.

Accuſavit te. quis?] accuſant te: quis C. R. cives Romani *Baſil. uterque* Po. Ro.

Judicarunt te: qui te prætor] *ſic Baſil. duo:* judicaverunt te: qui? T R. *pro* tribuni *vel* triumviri. *editi omnes* Prætor. *nata à ſingulis litteris varietas eſt.* te *pronomen expunge.*

Unquam pro roſtris] unquam *abeſt à* C. *& ita ſcriptum eſt:* nunquid judices: quid pro roſtris vidiſti? *lego* vidiſtis.

In ſinu meretricio] in ſinum meretricium C.

Cujus oſculo] *ſic Hervag.* ejus oſculo *Frob.*

Ob cuſtodiam] ad cuſtodiam *Frob.*

Damnatus eſt] erat C.

Majeſtatis læſæ. Reus enim quod tueri ſe facto] majeſtatis lege, reus unum enim, *ſed correctum in marg.* Cum enim tueri ſe facto C. majeſtatis læſæ reus. Unum enim quod tueri ſe facto *Baſil. uterque.*

Necare. puto] negare puta *Baſil. duo.*

Si quid fecit] fecerit *Baſil. duo.*

Committit] committat C.

Item cum veneficium] *abeſt* item *à* C. *ſed margini additum.*

Cic. animadvertit] animadverteret C.

Et juri & apparatus] & jure apparatus eſt C. *in marg.* & juris apparatus eſt.

Magnitudini] magnitudine B.

Tanquam ſi legatus] ſi *abeſt à* C.

Mandata affert, ſic audiuntur tanquam populus Romanus illa dederit.] Mandata aufer, ſic audit aliter, &c. C. V. *unde putavi aliquando gloſſema hic latere:* quod auferri jubeat: mandata affert non aliter quam populus Romanus dederit *Baſil. uterque.*

Et imputatur] ejus imputatur C. *& Baſil. uterque.*

At ſingulorum] & ſingulorum *Frob.*

Si quid in aliquo eſt mali] *ſic Roma editur ex veſtigiis Vat.* ſicut in aliquo mutatum eſt malis. Non tamen ſicut in aliquo mutatum eſt malis C. *& in gloſſa:* non tamen ſiquid in aliquo muta-

mutatum malis. Si cum aliquo mutatum eſt malis *Baſil. uterque.*
Quod aliquem occidit] *addit* V. in domo.
Majeſtatis lege accuſari] *ſic* A. læſæ V. *neutra vox eſt in Baſileenſibus.*
Violaverit majeſtatem] violaverit A.
Propter hos] propter hoc C. *& Baſil. uterque.*
Ut Flaminium judex probet] *ſic Herv.* ut illum judex probet C. ut illum juvet; ac probet *Frob.*
Dimittat. Itaque ſic agere] itaque ſic ageret C. ſed dimittatur, ſed ſic agere debemus *Baſil. duo, niſi quod Herv.* dimittat.
Item negabat] itaque V.
Narraturum] *ſic Hervag.* negaturum *Frob.*
Senecio dixit] *ſic Rom.* Senecionis eſſe bonum ſe habere animum pro reo C. *& Baſil. uterque.* Sertiones deeſſe V.
Abſtinentia diligentiam excutiatis] *ſic Hervag.* abſtinentia diligentia C. abſtinentia diligentiane excutiatis *Frob.*
Prætorem perire] prætori perire *Herv.* Procoſ. *Frob. pro* Proconſule. *ſic ſupra in Montanus Votienus:* proles vindicari poſſit, *in Vat. eſt.* Procoſ
Ergo iratus] *ſic Rom.* ergo nunquam iratus *Baſil. uterque.*
Qui, damnatus ubi? in prætoris] *ſic recte Romæ editur & interpungitur. Alibi enim ſic editur:* quia damnatus ſub prætorio fuerat.
Eſt enim ullum] eſſe enim nullum *Frob. ſine interrogationis nota.*
Ut aut occideretur indemnatus aut damnatus viveret] *ſic Rom. editio è veſtigiis Vat. nam Baſil. duo:* occideretur aut indemnatus viveret.
Multa corrupte] corrupta *Frob.*
Flamini vive] *ſic editi.* Flaminine C. *recte* Flamininus *enim non*, Flaminus appellatus eſt.
Argentarius in quæ] inique C.
Idem dixit quod meretrix tua hoc nunquam] *Baſil. uterque:* id eſt, quod dicit meretrix tua, nunquam.
Quendam auditorem] *ſic editi omnes.* quondam C.

Nec ulli alii contigiſſe ſuo] nec Julio nec alii conceſſiſſe C. *in marg. in textu*, conticeſſe. *Baſil. uterque:* nec Julio nec alii contigiſſe. ſuo, *pro quo ſcio leg. ex Vat. Lipſius noſter* nec Vibio, *pro* nec Julio *reponendum cenſebat. Notis ad auctorem de cauſis corruptæ Eloquentiæ quem Quintiliani dialogum eſſe nullus dubitat.*
Ut diſcipuli] ut diſcipulis *Frob.* ut à diſcipulis *Herv.*
In Flaminio] in Flaminino C. *recte.*
Publicam ſecurim] ſecuram C. *& ſtatim* eras *Herv. pro* erat.
Sed non minus bonam] *ſic Frob. Herv.* ſed minus bonam.
Ut omnia] *ſic Herv.* & omnia *Frob.*
Sordidioris notæ Prætor] *ſic Herv.* Sordidioris pater notæ, ad occidendum *Frob.*
A prætore lege actum eſt] à patre *Frob. vitioſe, ut ſupra paullo.*
VIBIUS] LIBIUS. *Repone* TITUS LIVIUS *ex Epitoma.*
Munus ſpei eſt] *ſic Herv.* minus ſpeciei eſt C. *Frob.*
Illi qui tument & abundantia] *ſic Hervag.* illi qui tument, illi qui abundantia C. illi qui tum etiam abundantia. *Frob.*
Tumidiſſime dixiſſet] dixit *Frob.*
Tetracolon] *ſic leg. ex* V. *Baſil. uterque:* tetracolo.
Hanc ideo ſententiam] *ſic Herv.* hanc igitur ſententiam *Frob.*
Vi ſenſus] an ſenſus C. *Frob.*
Et certe] ecce & genus C.
Nocte] nocti C. *Fort.* noctu.
Ne victimæ quidem] ne *additur è veſtigiis Vet. libri.*

CONTROV. XXVI.

Per vim metumque] *ſic Herv. & epitoma.* per vim utique C. V. *Frob.*
Pacta conventa] *ſic Frob.* conventaque *Herv. ſed illud melius.*
Rata ſint] *ſic in excerptis.* facta ſint *Baſil. duo. illud tamen malo.*
Duos expoſitos] ſuos filios C. duos filios *Frob.*
Reddit illi duos] reddit illi ſuos filios *Baſil. uterque.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Cum alienis] *ſic Herv.* cum alternis *Frob.* cum alterius C. *& in marg.* alienis.
Abſtuleris] abſtulerim C.
Invidia eſt] indieviva eſt V.
Vis pro alimentis] *Frob.* quas pro alimentis eſſe duco datas.
Dum ne minus reddas] dum minus reddam *Herv. Frob. tantum habet*, minus reddam. reddas A. V. dum ne minus. *hæc abſunt à* C.
Non cum educatore pacta eſt] *negatio abeſt à Frob.*
Si vis ex æquo dividamus] ſi vis *abeſt à* C. *&* vis *à Frob.*
Irumque habebo] habeo C.
Quod modo agnovi] ignovi *Hervag. male.*
Uterque inquis] utique in his C.
Si jam meos] ſi tam os C.
Vel paciſcenti vel neganti] *ſic Rom. ex* V. vel pacti eſſent, vel negati *Baſil. uterque.*
Patrem dimittere] *ſic Herv.* patrem C. *ſed gloſſa* parem, *quomodo & Frob.*
Aſſuevit] aſſuebit C.
Ego etiam ſi] *pronomen ex* V. *acceſſit.*
Ex illis unus] vel unus C.
Sine herede manere] *ſic Rom. ex conjectura. Baſil. enim* ſine hærede herere. hereo C. *in ora.*
Sunt, inquam] *ſic* V. inquit *Baſil. uterque.*
Illic ait] *ſic Herv.* ille ait *Frob.*
Mihi erat neceſſe] *ſic Rom.* mihi, cum eſſet neceſſe mihi C. *Frob.* mihi, cum eſſet neceſſe *Herv.* cum eſſet autem V.
Tanquam quia] *ſic Herv.* tamen quia C. *Frob.*
Vidit] videt C. *& Baſil. uterque.*
Niſi hic emero] hæc V. *unde* hanc *emendo. vide Jac. Revardum ad lib.* CXVI. D. *de reg. juris, & Cujacium lib.* XXIII. *Emendat. cap.* XXXII. *qui & de alimentis præſtandis ad hunc ipſum Senecæ locum lib.* XVI. *Obſervat. cap.* XXXIV.
Neceſſe tibi? quare? etiamnum carere poteras] *ſic Romæ editur ex conjectura vulgatæ lectionis &* C. tibi neceſſe carere, primum etiam non carere poteras *Baſil. duo.*
Ergo hoc tibi] *pronomen* hoc *abeſt à Baſil. utroque.*
An ſi] niſi C. *in gloſſa* aut ſi.
Adhibita eſt] adhibitus eſt C.
Sed paſſo ſuccurrit] *ſic Herv.* ſi paſſos ut incurrit C. *in gloſſa* paſſo ſuccurrit, ſi paſſos incurrit. *Frob.*
Quam per quem] quam *ut ſupervacaneum delevimus.*
Illi neceſſe fuit] *ſic Frob.* illic *Herv.*
Quod & ſponte] *ſic Herv.* quod exponere C. *Frob.* quod exponeres A.
Morbidum] *ſic Baſil. uterque.* orbum C. B. V. *& Rom. recte.*
Dixit modo] dixit mihi V.
Recuperantem] recipientem C. A.
Sinite me] ſi ita me C.
Non eſt quod dicas] *ſic Rom.* dicas alium *Baſil. duo.* alios A. dicat C.
Et illud dixit] dixerit C. dixerat A. *delenda forte copula* &.
Ceſtii ſimius eſt] *vera hæc lectio eſt è veſtigiis vulgatæ lectionis:* certiſſimum jus eſt, *quam ſequentia Græca confirmant.*
Illud tamen] illum tamen C.
Hermenumata] *ſic Herv.* Ermenium acta C. *Frob.*
Male vicit] vicit *abeſt à* C. *& Rom. editione.*
In ultima parte teſtamenti figuram tractaret] cum ultimam partem teſtamenti per figuram tractaret C.
Quando ego] *ſic Hervag.* quandoque ergo C. *Frob. & in marg.* C. quandocunque.

CONTROV. XXVII.

ACcerſiit,] *ſic Frob.* accerſit *Hervag. fort.* arceſſit *melius.*
In amicitiam] amicitia C.
Reus fuit cæſi patris] *hæc addita ex Epitoma abſunt ab utroque Baſil.*
Quod manu illius uſus ſum] *ſic Romæ è veſtigiis* V. *editur? ubi legitur:* quod manus illius uſum. *pro quo* illius ſunt *Baſil. uterque.* uſus eſt C.
Integer tyrannus] *ſic Herv.* inter tyrannos C. *Frob.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Præciduntur tyrannicidæ manus] *ſic editi omnes.* præciſa tyrannicida manus C.
Patri præcidete] *ſic editi.* archi pregite C. *in marg.* arci prædite.
Impune vapulavi] vapulabis A.
Patrem cædere.] cæderet C.
Virgines rapere] *ſic Herv.* virgines parere C. *Frob. in gloſſa* par.
Sic hujus] ſi cujus C.
Pater interfecit] pater te fecit, frater te interfecit, pater fecit C. pater ferit *Baſil. uterque.*
In me ingeſſiſti] *ſic Herv.* in me ingeſſi C. *Frob.*
Occupant] præcipitant C. *in ora & in textu,* occupant, *ut editi omnes.*
Tenent ecce cruentum] *ſic Herv.* terrent ecce cruentum tyranni caput C. *in marg. & Frob.* in textu tenent ecce tyranni caput.
Ex arce deſcendentem] *verbum abeſt à Frob.*
Non putares illas] putarent illum A.
Pereant] pereat. V. *& mox* qui ſunt, *pro quo vulgati* quam ſint.
Fortius inquit] inquam V.
Mihi peperciſſet ſi unicus fuiſſet] *ſic Herv.* pepercit *Frob.* ille quoque mihi pepercit, ſed ſi unicus fuiſſet C. *in marg. autem :* ſed imitatus fratrem fuiſſet.
In funere manus] ille cujus in funere me cecidit C.
Defendit enim] *ſic Baſil. duo. ſed* enim *abeſt ab* V.
Illi mandavi] mandavit B.
Pro Rep. inquit feci] pro Rem. *& in marg.* pro rep. *quomodo editi omnes.*
Nec imputare] nec imputa C. *puto leg.* ne imputa.
Habuiſti inquit quod] inquit *omittit* V. *ut gloſſema.*
Erat iſti tradebatur] *ſic Rom. editio ex conjectura.*
Erat quam vis quiſquis iſte tradebatur C. *& Baſil. uterque. in marg.* C. cedebatur.
Qui à reo] qua reo C. *in marg.* qui à reo *ut editur.*
Frater periit] *ſic Herv.* frater *abeſt à* C. *Frob.*

Quem invitum] quidem C. *utrumque forte recipiendum.*
Itane apud vos] qui apud vos C. *in margin.* quia apud vos, *ut & Baſil. duo.* qui apud nos V.
Quiſquis patrem ceciderit] *ſic Baſil. uterque. Hæc verba abſunt à* C. *ſed margini aſcriptum deeſſe aliquid.*
Et ſcriptum legis anguſtum eſt, interpretatio diffuſa eſt] *ſic Herv. & Rom. abſunt tamen omnia hæc à* C. *& Frob. præterquam* diffuſa eſt, *ut verſus integer defeciſſe videatur.*
Quid legis intereſt excipere] *ſic Herv.* quamvis in te in legem excipere C. *in marg.* quamvis legis intereſt excipere, *quomodo & Frob. niſi quod* exciperet *legit.*
Quid opus eſt caveri lege] lege cavere C.
Si officioſe] *ſic Herv.* ſi efficio ſiquis C. *in marg.* ac officio *Frob. vero,* ſi officio ſiquis.
Quam multa] *ſic Herv.* multa quam tyrannus C. *& in gloſſa* quæ multa quamque *Frob.*
Tyranno jubente] *ſic editi omnes.* C. *in marg.* tyrannus. *&* jubente *abeſt à* B.
Frater vultu] *ſic Herv.* contumaci & fraterno vultu C. *Frob.*
Intellexit] intellexi C. *Frob.*
Item an illo jam tempore] idem an illo tunc tempore *Baſil. duo, niſi quod Herv.* item,id eſt an illo jam tempore V. *nata varietas ex compendiis,* Idem.
Invitum, inquit, me nemo vindicaret] *ſic Herv.* invite, inquit, me non vindicavit *Frob. forte* nemo vindicabit *leg.* nemo judicaret C.
Ejus qui cæcidit jus idem ejus] *hæc male omiſſa puto in* B. *& Frob.*
Manus pendere] *ſic editi omnes,* manus perdere C.
Ne dixeris] *ſic Herv.* ne dixerit C. *Frob.*
Sed patri dignus parricidio viſus eſt] *ſic Romæ editur ex* V. *ubi legitur,* parricidio dignus es. dignus eſt C. *in marg.* viſus eſt. ſed patri parricidio dignus es. *Hervag.* ſed ipſo parricidio dignus es *Frob.*
Dolorem] Colorem C. *in gloſſa* dolorem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Et induxit] & duxit C. *& Baſil. uterque.*
Cicatrices patris] cicatrices pulſati patris C. *& Baſil. uterque.*
Nihil poſſe] non poſſe *Frob.*
Ab altera hoc colore] *ſic Herv.* ab altero *Frob.* ab altera parte, hoc colore C. *&* V. *qui & mox* manibus *pro* manu *habet.*
Tibi ſe putet debere] *ſic* V. ſibi *Baſil. uterque, & ſtatim rurſum* ſibi judico videre C. *aſcriptum oræ tamen* debere.
A Julio Sabino] & à Julio & à Sabino C. *& Baſil. uterque. Melior tamen Romana lectio.*
Cum deſcriberet tyrannum occiſum] *ſic Hervag.* deſcribe, inquit, deſcribe tyrannum occiſum C. *& Frob.* niſi quod deſcribere *utrobique infinite legat.*
Quanto melius frater tuus perierit] *ſic Rom. ex conjectura.* beneficio perierit *Baſil. uterque.* quanto frater tuus Buſitius pepererit C. *in gloſſa, unde nihil eruo.*
Calumniam] calumnia C.
Urbanas res] res *abeſt à Frob.*
Oppium Flammam] *ſic Romæ editur, pro quo* ocium *Frob.* occium *Herv. vitioſe uterque.*
Silentium fecit] manu fecit *amplius eſt in Frob.*
Sed bene precati.] *ſic Rom. editio: ceteræ enim* interpretati *habent.*
Atque illud dixit] aut illud dixit C.
Nolite inquit] inquam C.
Sæpe qui miſereri potuit, miſericordiam rogat] *Carminis lege excudendum curavi. eſt enim Trochaicus verſus de vetere aliqua tragœdia.*
Seianus] *ſic editi omnes.* Seanianos V. *al.* Seianianos, & anianos C.
Ut in Lautumias] *ſic* V. *& Herv.* ut Latumias *ſine* u *Frob.*
Lautumiæ minime] illa minime C. ille minime *Frob.*
Initum eſſe] *ſic Rom.* ſed in his eſſe C. ſed iis eſſe *Baſil. uterque.* unde Faber iniiſſe *ingenioſe repoſuit.*
Perveniret] pervenerit C.
Difficilius feci] fecit B.

Jam tum factum eſſet] *ſic Herv.* quantum C. *Frob.*
Tyrannum effugiſſem] tyrannicida C. tyrannicidia *Frob.*
Illa qua frater] illam quam B. *male.*

CONTROV. XXVIII.

DE VI ſit actio] *E veſtigiis Vat. codicis & excerptis addidimus titulum.*
Cruditatis] crudelitatis C. B.
Maternus avus] filium ejus avus maternus C.
Viſendos nepotes] nepotes *abeſt à* C. *& Baſil. utroque. eſt tamen in* V.
Querenti patri per præconem] patri *abeſt à* C. *& Baſil. utroque.* querenti præconi *Frob.* quærenti per præconem *Herv. de præconibus multa colligit Pet. Pithœus lib.* 1. *adverſariorum Subſecivorum cap.* 2.
Sinu meo rapui] *ſic Rom. ex* V. è ſinu meo rapuit *Baſil. duo.*
Noverca] novercam C.
Habui filiam quamvis iſte unus filius ſuperſit fœcundam] *ſic Hervag. & Rom.* habeat filium, quamvis iſte unicus filius ſuperſit fœcundum C. *& in marg.* habeat mater, habeat filium quemvis, iſte unum filium habeat, mater habet ſecundum *Frob.* habuit filiam quamvis unum filium habeat fœcundum A.
Habebat] habeo C.
HABUI dicendum] habeo A. *non recte. uſurpatum illud in Comœdia. Terentius Heautontim. Act.* 1. Ehem quid dixi habere me? habeo, imo habui Chreme.
ALTERA PARS. Habitu] *intrudit hæc Herv.*
Ne non admittare] non *acceſſit ex* V.
Juvet] juvat C.
Raptor ille & impotens] *Copula abeſt à Frob.*
In domo avi à patre queritur] *ſic Rom. ex conjectura.* Judicatam patris quæritur C. *in marg.* judicaria, *ut &* V. indicari à patre quæritur *Baſil. uterque. ex quo Romæ editur:* in domo avi à patre quæritur.

Non

Non ſum] non ſolum C. *in marg.* non ſum.
Hæc vis vera fuit] hæc vera fuit C. *in marg.* vis vera fuit, hæc res vera fuit *Frob. ſed magis placet* vis.
Pater quos] per quos C. *Frob.*
Abducam] adducam *Frob.*
Et tribus] & ex tribus C.
Nihil vobis ſubtraham] *ſic Herv.* hunc vobis *Frob. & mox* præconi quoque omnia V.
Rapuiſſem, accuſari poſſem, *&c.*] accuſari poſſet beneficium meum C. *& abſunt illa* quod vivit puer. rapuiſſet accuſari poſſet A.
Quam cum patre] *ſic* V. *melius quam Baſil. duo,* pro patre. *Præceſſit enim* cum avo, *& ſequitur* cum matre.
Ut dicas] ut dicat B. *ergo* poteſt *antea* erat *legendum.*
Qui eſt inteſtati filius.] *ſic editi omnes* qui eſt tu inteſtati filius C. *& in gloſſa pro* tu tui.
Tuus heres] cujus V. *& mox* eſt *pro* es. *Frob.*
Nobis attributa] ſi attributa C.
Si nepotem] ſi *abeſt à* C. *& Frob.*
Laſcivos jocos] *ſic editi omnes.* Pueriles jocos C. A. B.
Cui male] quo A. *forte* quoi.
Profeſſas] profeſſus C. *Frob. &* tuas *pro* ſuas.
Languente vero puero] *ſic* A. V. languente vero genero *Baſil. uterque. malim tamen* languente puero.
Generi venientem.] ingeri *Frob.*
Medicis vero ſuaſiſſe ne venirent.] Medicos C. *ut Baſil. uterque.*
Ne puerum] & puerum *Baſil. duo, unde* ut *reſcribo.*
Non ſemper proximos] proximos *abeſt à* C.
Qui videri] videre C. *Frob.*
Alterum occidiſtis] *ſic Rom. ex conjectura.* occidiſtis enim *Baſil. duo.*
Ubi alicui] aliquot C. *neutra vox eſt in Frob. & abeſſe poteſt.*
Produxit] *ſic Herv.* induxit C. *Frob. melius.*
Ei qui poſtea] ejus qui poſtea B.
Caſum fratris] *ſic editi omnes.* caſu fratris C.

Veni cum voles aſpicere] *ſic Rom. & Baſil. duo, niſi quod hi* veniet *habent.* veniet cum voles aſpice C. *Forte:* veni & cum voles aſpice.
Quæ eſt iſta tam ſera pietas, tam præpoſtera] *ſic Rom. ex Epitoma.* quæ eſt iſta aucta præpoſtera C. *in gloſſa* actio. *leg. forte:* quæ eſt iſta auſtera vel ſevera pietas. quæ iſta auctoritas præpoſtera *Baſil. uterque.*
Quærere duos] tuos V. C.
Homo rariſſimi] non moratiſſimi C.
Si eadem ſunt] *ſic Rom. ex* ſic *quod in Frob. tantum legitur.*
Galla Numiſia] *ſic Rom. è veſtigiis* V. C. *Frob.* Nummiſi. *unde Herv. edidit* non niſi.
Dictum] dictum ſi C. *& mox:* unciam nec filiæ deberi. *forte:* uncia nec filiæ debetur.
Filiæ locus] *ſic Herv.* filio C. *Frob.*
Plura multa] multo C. V.
Bellum eſt] eſt *abeſt à* C.
Erras pater, inquit, &c. *hæc eadem ſupra dixit Montanus Votienus.*
Scaurus vocabat] *ſic* V. notabat *Baſil. uterque.*
Rem veram, non minus] *ſic Hervag.* non *abeſt à Frob. &* rem veram, *in excerptis deſideratur.*

CONTROV. XXIX.

Conſcios indicet] *ſic excerpta. Baſil. hic duo* dicat.
Me patrem] fratrem C. *in marg.* patrem.
Elegi] eligere V.
Niſi occideret] ut occideret C. niſi & occideret *Herv. neutra vox eſt in Frob.*
Deſperatione ultima] cum deſperatione C.
Auctorem per vulnera] per *abeſt à* C.
Ubi graviſſime mihi] me graviſſime *Frob.*
O mendacium ſimile veneficio] *ſic Rom. & excerpta.* veneficium ſimile eſt mendacio *Baſil. uterque.* ubi beneficium B. A. *ut* b. *&* v. *ſæpe à librariis, & Hiſpanis confundi ſolent.*
Sic credibile eſſe in ſorore parricidium] *ſic Rom. ex conjectura.* parricidium

in ſorore creditis C. ſi incredibile eſſe in ſorore paricidium *Baſil. uterque.*
At illa dum novercæ meminit matris oblita] at illa dum novercæ meminit, *hæc abſunt à C. & eorum loco:* novercæ meminit, matris oblita eſt.
Peto ne quia] *ſic Herv.* nepote ne quis filium vindicavi C.
Expaviſti] expaveſcis C.
Tanquam novercam] noverca C.
Noverca quoque ante occidit] *ſic Rom.* C. *& Frob.* noverca quoque non ante occidit *Herv.*
Cineribus tuis] ſuis *Frob. & mox* inſequitur *pro* perſequitur.
Torqueri] *ſic Hervag.* torquere B. C. *Frob. & Rom.*
Huc mea] huccine C. huc me V.
Puellare ſit ætas ſic magn. *ſic Rom. & Herv. ſed* ita *pro* etas *habet.* puellæ ſit ita ſi C. *Frob.*
Si parentes] iſtius parentes *Frob.*
Conſciam furti dixit] fuiſſe dixit C.
Quæretur] quæritur C. *in marg.* quæreretur.
Totius populi habitum lacrimis ſuis expreſſit] lacrymas ſuis expreſſit C.
Video ſubito] videte C.
Ætatis adjecit] ætas adjiciet *Baſil. uterque.*
In qua torta] in qua & torta C.
Non ferebant] *ſic Baſil.duo.* ferebat. B.
Inveniat quemadmodum] invenerat B.
Illa enim ſi tam] illam C.
Se perferre] *al.* ſe poſſe ferre.
Debere eſſe ætate provectam] *ſic Herv.* ætate provecta *Frob. quid ſi* debet *legas?*
Fuiſſe opus & conſcia] *ſic editi omnes, ſed redundat copula, expunge itaque.*
Habuerim] habueram C. *Frob.*
Patri affuit] adfuit B. A.
In hoc eodem loco] *ſic* V. hoc *abeſt à Baſil. utroque.*
Liberos ſuos eſſe] *ſic* C. liberos eſſe ſuos *Baſil. duo.*
Poteſt iſta] poſt iſta *Frob.*
Difficilius] facilius C. *in textu. in marg.* difficilius. *& mox* filios *pro* liberos *Baſil. duo.*

Scelera ferat] *in marg.* C. fiant.
Recte nihil] mihi C. *Frob.*
O incauta] ô *abeſt à* C. *& Frob.*
In dolorem] in dolore C. *Frob.*
Æſtimo, cum tum ira, tum odio furerem] *ſic Herv.* nemo tunc cum ira, tum odio furere *Frob. &* C. *qui in marg.* furerem.
Liberos] *ſic.* V. Filios C. *& Baſil. duo.*
Occidiſſem] *ſic Herv.* occidiſſet *Frob.*
Volui? ſed] *ſic Rom. ex conjectura: nam* voluiſſet C. *Frob.* voluiſſem *Herv.*

LIBER QUINTUS.

PRÆFATIO.

SI qua] *ſic Herv.* ſi quam C. *Frob.*
Fatebor] fateor *Baſil. uterque.*
Jam pudet] me jam pudet *Frob.*
Agam ſcholaſtica ſtudia] *ſic Herv.* Agam hoc habent ſcholaſticorum ſtudia C. *Frob.*
Tractata] tracta C.
Et dimitte] & dimittere *vet. lib.*
Jurejurando] jurejurandi C.
Quod affirmem dixiſſe me quæ ſcivi] *ſic vet. lib. & Rom.* quod ferme dixiſſe memini me quæ ſcivi *Baſil. uterque. mox* quæque audivi *abeſt à Frob.*
Pertinere credidi] judicavi *Herv.*
Habuit] habuerit C. *Frob.*
Non in ipſius, *&c.*] non ut ipſius C. *& mox:* in ſocero efferrent *habet exemplar Britannicum rectius quam* ferrent.
L. Aſperanas] quomodo Aſprenates C. *Frob.*
Quinctilianus] *ſic Rom. & v. l.* ſenex *addunt Baſil. duo.*
Sæpe cauſam] *ſic vet. cod. & Frob. hæc tamen abſunt ab Herv. & mox* amicitur *in quibuſdam deeſt, ut cum ſuperioribus cohæreat. & forte* diſcebat *pro* dicebat *leg.*
Aliquam vocem] *pro his* aliquem *legit Frob.*
In altercatione pervenire. Vires ſuas noverat] *ſic legit & interpungit Frob. Reliqui enim carent verbo* pervenire.
Verborum quoque non vulgarium gravitas ipſe cultus habituſque corporis]

potis] *ſic Herv. brevius* C. *Frob.* Verborum quoque corporiſque mire. *& mox* aptus *Frob. pro* aptatus.

Scire poſſes] ſcire poteſt C. *Frob.*

Præſtaret Scaurus, ſed quantum deſereret] Ignarus charus, ſed quantum diſſereret C. *Frob. niſi quod hic* ignaris Scaurus *habet.*

Sed quam fortunæ] quam tum fortunæ C. *forte* quam tu *reſcribendum. & ſtatim* ſic illum *v. l.*

Cum illis] cum illo C. *& ab uno v. l.* ſenatus conſulto *abeſt, forte quia duabus tantum litteris S. C. ſcriberetur.*

Sed extant libelli] ſed ex his libellis C. *Frob.*

Lugent] *ſic v. l. & Rom. al.* lucent. pugnant *Baſil. duo.*

Multoque diſſolutiores] multo quidem ſolutiores C. *Frob.* multoque ſolutiores V. C.

Actionibus] auctionibus C.

Deſtitueret] *ſic Frob.* deſtituerit C. *Herv.*

Labor adjuvabat ii caloris] *ſic Herv.* hi calores *Frob.* calor adjuvat, ii caloris *Rom.* calor adjuvat ii coloris C. color adjuvat, hi coloris *lib. vet.*

Noviſſime] & noviſſime C. *Frob.*

Illepide] lepide C. *& Baſil. uterque.* cum M. Lepido. *Rom.*

De Labieno interrogatis] *ſic Herv.* de rabie non interrogatis C. *in marg.*

Labienum interrogatis faciebat enim] *ſic Rom. forte etiam* affectabat *legi poſſet.* adſectantem imo cenſorium ſupercilium C. *Frob.* affectare cenſorium ſupercilium *Herv.*

Cum alius] cum alias C.

Qui permulta] qui multa C. *Frob.*

Summa quidem] quidem *omittunt libri duo.*

Inter obſtantia] ante obſtantia C. *Frob.*

Nemo erat quin cum homini] *ſic Hervag. hæc abſunt à* C. *& Frob. ejus loco:* quæ non cum homini.

Hominesque] *ſic Rom. ex* V. honoreſque *Baſil. uterque.*

Rabienus vocaretur] *ſic Herv.* Rabies *Frob.* vagaretur *lib. tres, ut ad ſequentia pertineat.*

Animus per vitia] *ſic Herv.* inter vitia C. *& Frob.*

Et qui Pompeianos] *ſic l. v.* & *abeſt à* C. *& Frob.* & Pompeianus *Herv. legit male.*

Incenderentur] comburerentur C. *Frob.*

Si triumviris ingenium Ciceronis proſcribere libuiſſet] *ſic Rom. & fere Frob.* ſi triumviri libros, ſi ingenium Ciceronis proſcriberent *Herv.*

Vindices] judices C.

Regerunt ut juſtiſſima] juſtiſſima *Frob.* rejecerunt ut juſtiſſima *Hervag.*

Sæpe excipiet] *ſic Herv.* emitat *Frob.*

Conquiritis in voſmetipſos nova quibus pereatis] *hæc abſunt à* C. *& Frob.* Conquirite in vos ne ipſos nova quibus pereatis *v. l.*

Si quid ingenium] *ſic* C. *Frob.* ſicut *Herv. & Rom.*

Inveni te quemadmodum perducatis] *ſic Rom.* Invenit C. *& Frob. qui & legit:* æque admodum reducatis: invenitis quemadmodum perducatis. *Herv.*

Mala] malam C.

Quam non contenta certa materia ſævitia eſt] *v. l.* quam contenta cetera ſevitiæ materia eſt.

In ſcripta Labieni ſententiam tulerat, &c.] *integer hic verſus qui apud Herv. legitur, deeſt in Frob. librariorum, credo, vitio.*

Sed etiam ſepelivit] *vet. lib.* ſed etiam ſe flevit.

Magnam partem convolviſſe & dixiſſe] *ſic Rom. ex* V. magnam partem libri illius cum volviſſet dixiſſe *Frob.* magnam partem illorum librorum convolviſſe & dixiſſe.

Illis libertas] illis liberatas *Frob. ſed ſine præpoſitione malim veterum codd. auctoritate.*

Labieno junctiſſimi] *ſic Herv.* Labieni amiciſſimi C. *Frob.*

Res ferebatur] recitabantur *Frob. & deſunt illa,* illo tempore.

Qui illos edidici] edidi ti *l. v.*

A Gallione] à Galeno *l. v. male.*

Recitavit] *ſic Frob.* recitabit *Herv.*

Labieni] Labieno C.

Pro Batyllo Mecænate] pro Batillo illo Mæcenate C. *Lego* Mæcenatis. illo *expuncto.*

Puto jam] *ſic Herv.* hic puto jam *Frob.*

Soletis] ſolebatis C. *Frob. & ſtatim* minus cordis *malim quam* nihil cordis *de vetere libro. Martialis:*

Accipe cor quod abeſt.

Ferret] ferat C. *Frob.*

De ſiphonibus] *ſic editi omnes:* ſimponibus C. *alius* ſi penibus.

Repluerunt] *ſic Herv.* repluunt & de *Frob.* replevit *v. l.*

Odoratos imbres] odoratoriis imbres *Frob.* adoratos *vet. lib.*

Mortibus] montibus C.

Quidquid avium volitat] *hæc abſunt à Frob.*

Sepelitur] deponitur C. *Frob.*

Et ſi jam] etiam ſi jam *Frob.*

Nobis ſatis fieri] *ſic Herv. & Rom.* nobis calceus fieri *Frob. qui & mox* de judicibus.

Ne plura] *ſic Rom.* licet & non plura C. *Frob. & Herv. niſi quod* licet *in hoc deſit.*

Vel ſubjicietis vos] *ſic* V. vos ſubjicietis C. vos ſubjiciatis *Baſil. uterque.*

Cum nihil] nam nihil *v. c. qui & ſtatim* potuit *pro* cupit.

Inurendas] *ſic Herv.* injungendas C. *Frob.*

Paſieno] Paſſennæ *v. c.*

Prima ejus ſyllaba in Græcum mutata] ſyllabam Græcum mutatam C. *& in marg.* ſyllaba in Græcum mutata.

Impoſuit declamatori] *puto leg.* ut declamatori.

Subtili & arido] ſed arido *Frob.*

Cum Rhetore] cum Hectore *v. c.*

Dicebat valenter] violenter *Frob.*

Latroni ſe addixerat non tamen] *ſic Herv.* ſe Latronis direxerat nec tam unquam *Frob.*

Demptam velim] velis *v. c.* velles *Frob.*

Et ſimulationem] & aſſimulationem *Frob.*

Quam ubi ſcholaſticus quod] quam ubi ſcholas forum quod *Frob.*

De Popilio hæc quæ meo Latroni] *ſic fere Herv.*

De pupillo, quæ miſero Latroni ſubjicitur *Frob. & v. l.* niſi quod hic ſubjiciuntur.

Nulli non poteſt primum Tetracolon præferendus. Primum Tetracolon quorum faciam] *ſic Rom. & Herv. niſi quod* Tetradæum *legit.* nulli poſt primum Tetradeum referendus. Primum Tetradeum quorum faciam *Frob.* Tetradea cum quo faciam *v. c.* Tetradium quidem faciam C.

Fuſci Albutii] Ceſtii, Fuſci, Albutii, *vet. cod. & Frob.*

Conflixiſſent] conflixiſſet C.

Penes Latronem gloria fuiſſet] *abſunt hæc à* C. *& Frob.*

Componite] *abeſt à* C. *Frob. ſed margini additum.*

Ut vobis videtur] *ſic Herv.* ita vobis videtur *Frob.*

Hos minus] his *vet. lib.*

Dum in his ad ſatietatem] *ſic Hervag.* cum bonis ad ſatietatem C. *Frob.* quamvis ad ſatietatem *libri duo vett. & C. ad oram.*

Et aliquos quos non noſtis] & alios quos noſtis C. & alios quos non noſtis *Frob. & C. in ora Herv. tantum habet:* & aliquos ex ſinu proferre.

Caius Silo] Gabius Silo C. *Frob.*

Audiſſet] vidiſſet *Frob.*

Nunquam audivi patrem familias diſertiorem] nonnunquam audivi patrem familiæ præferre oratorem ſubducere C. *Frob.*

Patrem eum] eum *abeſt à* C. *nam* partem eſſe *Frob. quod adjicitur in* C.

Studioſe Turrinus] ſtudioſe & Turrinus C. *Frob.* Tyrantius *lib. vet.*

Fraterno vobis] *ſic Herv.* paterno vobis C. non vobis *Frob.*

Quam ſequi, quantum conſequi poſſet] *ſic Rom.* quam conſequi. quantum ſequi poſſet *Herv.* quam conſequi quantum poteſt *Frob.*

De viribus remiſerat] viribus deſerat C. *lego* dempſerat.

Et ſummam legem dicendi eum putat] *ſic Baſil. uterque.* & ad ſummam legem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

legem dicendi ſe amputat *lib. duo. quod rectius putatur.*
Etiam ſi ars abeſſet] *ſic Herv.* etiam narranti bene *Frob.*
Inſidioſe aliquid petens] *ſic Herv.* inſidioſas aliquid potentes *Frob.* inſidias aliquid petentes *lib. vett.*
At aliquando declamare extempore ſolebat] aut aliquando declamare extempore ſolebat *Herv.* poterat ex tempore *Frob.* quod declamare poterat tempore dicebat *v. l.*
Negabat itaque ulli placere poſſe, niſi] negabat niſi actitata quoque illis placere poſſet niſi *Baſil. duo. ſed è veſtigiis Vat. forte leg.* niſi agitata quædam illis placere poſſe. negabat unquam ullis placere poſſe, niſi totum noſſent *l. v.*
Turrinus contra] quoque *pro* contra *Frob.*
Cauſas nemo expoſuit diligentius, nemo reſpondit] *abſunt hæc à* C. *& additum:* cauſas nemo reſpondit paratius, *quomodo & Frob.*
Quamprimum] *hæc omnia quæ ſequuntur abſunt à Frob. &* C. *uſque ad vocem* dignitatem, *ſed repoſita hæc in marg.*
Attenuatæ domus] attenuatas domos, nobiles viros excitavit & ad ſummam perduxit dignitatem C.
Ut ſi quid illi defuit ſcias locum defuiſſe] *ſic Herv.* ut ſi quid illi deerat ſcias loco defuiſſe C. ut ſi quis illi deberet ſcias loco fuiſſe *Frob.*
Id eſt meus] *ſic tres libri.* idem meus *Baſil. uterque.*

CONTROV. XXX.

Sordidatus] ſordidus C.
Sordidatam veſtem] ſordidam C.
Si hic magiſtratus eſſet] ſi magis iratus eſſet *Baſil. uterque.*
Qui adhuc] quid *Baſil. uterque.*
Quæſo] quæro C.
Sed vitium] *ſic* V. quod vitium *Baſil. uterque.*
Taceo utinam, &c.] Taceo hoc vitium utinam habuiſſet & pater dum libere loquitur C. *ſed hæc omnia abſunt à Frob. Herv.* vitium meum *legit.*

Accuſa] accuſet C.
Quis accuſare ſic loquentem poteſt] *ſic in excerptis.* quis hoc loquentem auderet accuſare C. quis hunc loquentem *Frob.* quis hunc locupletem auderet accuſare *Herv. forte ex conjectura.*
Cum ſpoliatum cadaver non ſit] *ſic Hervag.* cadaver meum ſit *Frob.* cum ſpoliatum cadaver meum inventum ſit C.
Per eadem veſtigia inceſſimus] *ſic Rom. ex conjectura.* per *abeſt à* C. *& Baſil. utroque.*
Non facis? quia accuſatorem] *ſic Rom. ex conjectura.* facis? qui accuſatorem *Baſil. duo.*
Timeo ne quis injuriam] Timeo etiam ne quis ſibi injuriam fieri putet C.
Si dixero occiſus] ſi dixero occiſori occiſus eſt pater meus C.
Junii Gallionis] *verba Gallionis abſunt hic à* C. *& inſerit quod à Sparſo dictum eſt, & hæc infra collocantur.*
Qui iſte accuſatori] iſti B.
Adhuc neſcio] *ſic Herv.* at hunc neſcio *Frob. qui mox* reliquerit *pro* reliquit, *cum Herv. legit.*
Magiſtratus poſt terga, *&c.*] *ſic Rom. ex* V. magiſtratus ſervos poſt terga ſua non ſubmovet C. *& Baſil. uterque.*
TURINI PATRIS] PATRIS *abeſt à Frob.*
Quid igitur] quid ergo C.
Cujus neceſſarius] *ſic Herv.* cujus neceſſarium C. *Frob.*
Dolor eſt] dolorem C. *Frob.*
Gemit] genuit C.
Hæc ab inimico petita ſunt ſpolia] nec ab inimico ſpoliati ita ſunt C. *Frob.*
In miſera] in *abeſt à Frob.*
Miſeriarum] miſerrimi C.
Increditam] ita creditam C.
Potens iſte] poteſt iſte C.
Exiſtimare] æſtimaret C.
Quis de noſtra] qui C. *Frob.*
Regiam ſuam effundit] effudit B.
Cur me non accuſas non poſtulas] cur cum me C.
Inter civilia bella] inter certamina C.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

In abſentia] *ſic Frob.* in abſentiam C. *Herv. & Rom.*
Ne eſſet reus] ut eſſet *Frob.*
Inquam multi] quam multi C.
Pulſare non licet] non liceat *Frob.*
Sed tamen] ſi tamen C.
Quia inimicus eras] *ſic* C. *& Baſil. duo. Abſunt tamen à Romano.*
Si quem non poſtulavit] *ſic Rom.* ſi qui non *Herv.* ſi quidem non *Frob. Nondum tamen perſanatum eſſe locum monet hic Faber.*
Inquit, ſequeris] *ſic Herv.* inſequeris *Frob.*
Quam abſolvere] *ſic* B. *Frob.* abſolvero *Herv.*
Impotens alias eſt] adeo es C.
Non cauſam ſibi deeſſe] *ſic Rom. ex conjectura:* ſibi eſſe *Baſil. uterque.* ibi eſſe C.
Sed vires etiam hanc ſententiam] ſed jure etiam nunc ſententiam *Frob.* ſed jure etiam hanc ſententiam C. *& Herv.*
Eandem terram calcamus] ex eadem terra calcamus C. *Frob.*
Suſpiceret] ſuſciperet C.
Ne in lupanar] ut in lupanar C. *& Baſil. uterque.* de lupanar V. *unde Romæ editum:* ne in lupanari.
Lapſis] læſis C. *Frob.*
Eos] eis C.
Referrem] referre C.
Tumidas] tonſas C. *in marg.* Invidas.
Producta ſacerdos tuam] *ſic Rom. ex* V. producta ſacerdote ſtatuam illam C. *recte.* ſtatuam & illam *Baſil. uterque.*
De quantum] *ſic Herv.* adhequantum *Frob.* adæquatum C. *Faber* eſſe quantum *leg. conjicit.*
Ipſe utique] *ſic Herv.* ipſe autem C. *Frob.*
Itaque docuerat] *Forte* docueram. Hæc autem docuerat C. *& Baſil. uterque.*

CONTROV. XXXI.

PLures judicio contendant] *ſic Hervag.* ſi plures erunt, judicio contendant C. *Frob. ſed illud ut brevius, legibus eſt aptius.* præmio ſtatuas patri petitum V.
A filio] *hæc abſunt à* C.
Petit pro præmio ſtatuam patri] *ſic Rom. partim ex Epitoma, partim ex conjectura.* Statuas patri prætium petit abdicatus C. accipit præmio ſtatuas patris, pater ipſum abdicat *Baſil. uterque. niſi quod* patris *abeſt à Frob.*
Faciles habetis partes] *ſic Rom. ex conjectura:* patres *Baſil. duo.*
Majorum quoque] *ſic Frob. qui & mox* & virtutes. quouſque *Hervag. non recte.*
Cum ullo] *ſic* V. cum illo *Frob.* cum aliquo *Herv.*
Judicium vocatur] *ſic Herv.* vocat C. *Frob.*
Paruit] *ſic Herv.* paravit. C. *in marg.* paruit, *ut & Frob.*
Militare] pugnare C.
Aiunt etiam num] *ſic Rom. ex conjectura: Baſil. enim duo*, aiunt, ecce nunc.
Quanto honeſtius] *hæc duo verba abſunt à Frob.*
Inter ſe contenderant] *ſic.* V contenderunt A. contendunt *Baſil. uterque.*
Virtutes meas] tuas C.
Nunquid] nunc quid C.
Ego præmium tantum habeo] ego patrem tuum habeo C. *ſed te loco* tuum *ſuprapoſitum.* ego patrem tantum habeo *Frob.*
Permitte] mittente C.
Sed quidquid licet non oportet] *ſic Rom. ex conjectura.* Si quid quid licet, ſi non oportet C. ſi quid quod licet, non oportet *Baſil. uterque.*
Quod præmium accepit] *repetendum puto* propter quod.
Nota] *ſic Herv.* notam C. tota *Frob.*
Si poteſt abdicare] abdicari C.
Tum inquit] tibi inquit C. *& mox* fuit, *pro* erat *Frob.*
Qui nunc non proceſſit] *negatio abeſt à Frob.*
Tuo vinci] tuto vinci C.
Nulla laus tua fuiſſet] *ſic* V. tibi fuiſſet *Baſil. uterque.*
Silentio, &c.] *in marg.* C. non viri fortis fuiſſet, ſed patris ſilentio virtutes noſtræ tranſiſſent. Tunc illuſtratus

es

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

es dum conferuntur. *editi omnes* nunc *pro* tunc.
Si nihil profecero] profero C. *& in marg.* profecero.
Putabat eſſe tenendam] *ſic editi omnes:* tentandam V. B.
Si patria lege] *ſic* V. patri ac lege *Frob.* patri ac legi *Herv.*
Cum dubitaret exaudiſſe quendam dicentem] *ſic Rom. ex conjectura. nam Baſileæ editum eſt:* ex ordine ſuo quem dicentem cum dubitare: ex ordine ſuo quem dicentem C.
Cognovi] cogitavi V. B. C.
Occaſionem beneficii] occaſione C.
Quæſtu non concupivi] quæſtum concupivi C.
Videri volui laborioſior] *hæc abſunt à Frob.*
Et dicturi] ſcilicet, *addit Baſil. uterque.*
Omnium intereſt] omnium *abeſt à* C.
Miſſus ſum] miſſum C.
Ad ruborem] roborem C.
Virtutes ejus] tuas V.
Inter dignorum] inter *abeſt à* C.
Nec illinc inulti redimus] nec illinc redimus C. *& in marg.* inulti.
Jubebat Reſp.] *ſic Herv.* volebat B. videbat *Frob.*
Contendere me vetabat imperio] *ſic* V. contentione me invitabat imperio *Frob.* contentionem, me invitabat imperio *Hervag.*
Res invidioſiſſima] invidioſiſſimi C.
Erant qui accederent] *prima duo verba de ſuo Romani omittunt.*
DENTO dixit] *Forte* MENTO, *qui ſæpe alias declamitat.*
Imperaſſe videreris] *ſic* V. imperare *Baſil. uterque.*
Cauſam meam egiſſem] egiſſet V. *forte* egi, ſed.

CONTROV. XXXII.

HAberet patrem & fratrem] *amplius eſt in excerptis.*
Mulieris] mulierculæ C. *& Baſil. uterque.*
Quid dico] *ſic* V. quid ego dico C. *& Baſil. duo.*
Et hoc illi] & *abeſt à* C. *& Baſil. utroque.* ille *Frob.*
Debuerat puella] puella *abeſt à* C. *& Baſil. duobus.*
Adeo jam] adeo *abeſt à* C. *& Baſil. utroque.*
Ut alterum] ut *abeſt à* C. *& Baſil. duobus.*
Quam periculoſe eum offendo] *ſic Herv.* quam periculoſum ſi eum offendo C. *Frob.*
Veſtrum] noſtrum C.
Componere] compone C. *& Baſil. uterque.*
Si iraſceris] iraſcereris V.
Filium] filiam tuam C. *& Baſil. duo.*
Sibi non ſentit] ſibi *abeſt à* C.
Iraſcare malo] *ſic* V. *rectius quam Baſil. duo* iraſcere. *& mox* eſſet *malo*, *quare* fuiſſet.
Defendiſſet apud] defendiſſet & apud C.
Cicero Marce Tulli] *pro his tantum habet Frob.* M. Tullius. *& mox* eſt *pro* es.
Dubitari poſſit] poſſet V.
Ut intra] ut *abeſt à Frob.*
Specioſius] ſpecioſus C.
In morte] in mortem C.
Uſque ad ultimæ] uſque ad intimæ C.
Immune victoris iræ] victoriæ *Frob.*
Tibi & pro] tibi eſſet pro *Frob. ſed tum* eſt *mox redundat.*
At tu pater] aut pater noſſ. aut victor inſanis C. *Forte legendum:* aut pater inofficioſus, aut victor inſanis. inſanus *legit* B.
An non,&c.] *ſic Baſil. uterque, niſi quod* patrem *pro* pater. an non exoraretur victor cum pro alio C. B.
Morere inquit] inquit *abeſt à* C. *& Baſil. utroque.*
Age lege] *ſic Hervag.* agente lege C. *Frob.*
Pars altera Turrinus] *abſunt hæc à* C. *& Frob. uſque ad* DIVISIO, *& infra collocantur.*
Si durioribus utar] ſi durioribus verbis utor V.
Vulgata quæſtione] *ſic Rom.* calcata C. *& Baſil. uterque, & præfert Gruterus.*
Impotens ſum, immitis] *ſic editi omnes.* im-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

impotens ſum, crudelis ſum, immitis C. A.
Non patris regere] exigere *Baſil. uterque.* patri recedere C.
Sententiam] ſententiam dixi C. *Frob.*
Hic accuſatio filiæ] hæc *Baſil. uterque.*
Cum illam ipſa natura] illam ipſam *Frob. & C. qui in marg. ut in editis.*
Patri fortius tantum loqui liceat] *ſic Rom.* patres C. *& in gloſſa* an patres. exemplis fortius loqui liceat: *Baſil. duo.*
Cum vellet] cum vellem A. C.
Ob id puella] hæc puella C.
Morte penſaſſet] *ſic Frob.* mortem *Hervag. male.*
Attonito] attonita C.
Res viri] res viſa C.
Tranſitus ſit] tranſitus fit C.
Eum fuiſſe periturum dixit dure] *ſic Herv.* hunc eum fuiſſe parium dixit ducem C. *& Frob.*
Jubere] jubet C.
Illam nupſiſſe] *ſic Rom. ex conjectura:* illam dixiſſe *Herv.* illam dixiſſe B. C. *Frob.*
Hoc loco] hoc colore A. C. & periit C. *& Baſil. uterque.*
Non ſummiſſioribus verbis] *ſic Rom. è veſtigiis* V. ſummiſſioribus *adjecta voce* verbis: non ſubmiſſioribus C. *in marg.* ſummiſſis oribus. *quomodo & Baſil. uterque, quod repudiant Grammatici.*
Nihil agnovi filiæ nihil victa] *abſunt hæc à* C. *& Baſil. utroque.*
Primum quare] primum *abeſt à* C.
An etiam fratri] *ſic Rom.* an & in hunc fratrem *Frob.* an in hunc frater C. *in marg.* fratrem: an etiamnum fratri *Herv.*
Volui fratrem ſorori dare] *ſic* V. volui fratri ſororis dare *Baſil. uterque.*
Loquar] loquebar C.
Mora torquere] *ſic Herv.* hora torqueri *Frob.* ora C. *& in gloſſa* una torquere.
Iterum ac tertio roget] *& iterum tertio roget Frob.*
Primis vocibus] proximis C. *Frob.*
Illa] illi C.

CONTROV. XXXIII.

QUi factum eſt ne læſi partes] *abſunt hæc à* C. in quo læſi patres *Baſil. uterque.*
Aut agnoſcant] aut ut agnoſcant *Baſil. uterque.* aut ut agnoſcunt C.
Expoſitis quam tolli quam agnoſcere] *ſic Herv.* expoſitis quam agnoſcere C. *Frob.*
CESTII SEVERII] *Repone* CASSII *ex Baſil. utroque & antiquis libris.*
Femina contudit] contulit *Herv. male.*
Oſſifragus iſte] *puto legendum* eſt, *non* iſte, *licet ita* C. *habeat.*
Alterius enervat] *bis hoc repetit Frob. male.*
Tuber] Tuber *abeſt à* C. *& Frob.*
Agedum] agendum C. *male.*
Specum tuum] tuum *abeſt à* C.
Spoliarium] *ſic Herv. una littera minus Frob.* ſpoliarum. *neutra tamen vox proba eſt.*
Ars aſſignatur] mors aſſignatur *Frob. forte* Mars *melius, ut in uno lib.*
Huic recta] recte *Herv. inepte.*
Proceritas micabit] *ſic Rom. ex* V. mutabitur *Baſil. uterque. al.* mirabitur. *non nemo* mutabit.
Allevare] allevari C.
Radicitus] radicibus B.
Huic ſpecioſa] *ſic Herv.* huic non ſpecioſa C. *Frob.*
Invalida ſint] inutilia B.
Ita non ſic infelicius ſuperſunt quam perituri fuerant] *ſic Rom.* A. *& Herv.* ita non in reliquis ſuperſunt qui perituri fuerant C. *Frob. in marg.* C. ita non pœnis ſuperſunt quam perituri fuerant C. *forte* queis *pro* qui *legendum.*
Quanti ex his &c.] quid ſi aliquis ex iis futurus eſt tyrannicida, quid ſi ſacerdos C. *& Baſil. uterque, niſi quod* ex iſtis *legant.*
In hac fortuna loquor] *ſic* V. *loquar Frob.* in hac fortuna origo Romanæ gentis, *&c. ſic interpungit legitque Herv. Frob. ut Rom.* certe ex hac turba origo Romanæ gentis, *niſi quod Frob.* humane *legat.*
Experireris] experieris V.

Ne-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Nemo non noſtrum] *ſic Herv.* nemo *abeſt à Frob.*
Neſcis] neſcio B.
Quod juſtum dominum] *ſic Hervag.* iſtum dominum B. *Frob.*
Iſtum reum] *ſic editi omnes.* Juſtum reum C.
Mercenarios ſuos] tuos B. V.
Quorum miſereri] *abſunt à* C. & *pro* quorum *Baſil. uterque.*
Niſi ſtipem] ſtirpem B. *inepte.*
Nemo agnoſcet] nemo, nemo agnoſcet C.
Publica alitur] *ſic Rom.* alit *Herv.* publicavit. *Frob.* publica vivit V.
Nulli plus] *ſic Herv.* niſi plus *Frob.*
Via eſte quas poterat] *ſic editi omnes.* Demaſti qua poteras C. *in marg.* via eſte quaſi. virtus eſte quas V. *& ad oram* Cælii Curionis. *forte* quia eſſe quoque poterat ut non negaret.
Tibi non relinquerem] *ſic Rom. ex* V. tamen relinquerem tibi *Baſil. uterque. & ſtatim* in *omittit* V. *cujus loco Rom.* te *ponit.*
Apparet te nudum] te *acceſſit ex* B. V.
Etiam num] *ſic Herv* etiam nunc *Frob.*
Occurrunt nuptiis omnia dira] *Repone* omina, *de qua voce Gul. Canterus.*
Et hilaritati dicatis diebus] *ſic Herv.* in hilaritates C.
Et in hilaritatis diebus *Frob.*] *ſic Herv.* in hilaritates C. & in hilaritatis diebus *Frob.*
Portat ad Deos] *verbum* portat *abeſt ab* V.
Ex damnato petierunt provocavit] *ſic Hervag.* quam ex damnati petierunt probro capit C. *Frob. niſi quod hic* damnato *legat.*
Protraxerunt] protexerunt B.
Quæ ſimultates, &c.] *ſic* V. *Baſil. duo longe aliter:* quæ ſimultas iis ut noceas quos contra exiſſe pudeat.
Cum ſtimulant ii qui] *quidam conjicit:* cum iſtum alant ii qui ſe alere non poſſunt.
Verum fuerit] ſi otium fuerit C. & *Baſil. uterque.*
Nos paſcimus] *pronomen acceſſit ex* V.
Non habes] *male Herv.* non tales.
Non incidit] inciderit *Baſil. uterque.*

Tui, inquit, qui manus &c. rogato] *hæc deſunt in Frob.*
Omnes omnibus conferunt] *ſic Herv.* omnes homines congerit *Frob.*
Conſtare oportet] conſtaret oportet C.
Deinde tunc reum] *ſic* V. hunc *Baſil. uterque, ſed Herv. pro* deinde, in *legit.*
Non videbat] *negatio abeſt à* B. & *Frob.*
Atqui etiam] atqui *Frob.*
Infantes perdidit & infelices] juvenes qui ſua de re infantes perdidit C. & *Frob. in marg.* C. qui ſuadere *vel* quis ſuaſit infantes perdere, *quomodo Herv. nam tria illa verba:* juvenes qui ſuadere, *abſunt à Rom. edit. ex conjectura ſtatim quoque* potuerunt & perire *nihil amplius eſt in Frob.*
Ego nunc non] ego non C.
An ab hoc] an *abeſt à Frob.*
Quæ legi innititur] lege *Frob.* lege mittitur B.
Diruam] diruit C.
Hoc licuerit] non licuerit C.
Expoſiti inquit] inquit *non re petit ſecundo Frob.*
Non poteſt agi] *negatio abeſt à Frob.*
Cum illa quæſtio] *ſic* V. tum *Baſil. uterque.*
Debilitat expoſitos] debilitabat A.
Faciant invidiam] *ſic Romani legendum conjecerunt.* invidi *enim Baſil. uterque.*
Dicant illos per hunc tam miſere vivere] *ſic Rom.* dicant illum per hunc vivere *Baſil. uterque. quid ſi ita legas:* dicant dum hoc quoque dicant, illum per hunc vivere: *cujus hic reperias in excerptis veſtigia, ut notat Grut.*
Multati] *ſic* V. *nam Baſil. duo* mulctati.
Infauſto editos] *ſic Herv.* æſtitos *Frob. typographi vitio.*
Abjiciunt] ejiciunt C.
Miſeratus abſtulit] manus abſtulit V. C.
A quo dicatis] quod dicatis *Frob.*
Experimenta] experimentum C.
Debilibus curatis qui ex ſolitudine infantes auferat] *ſic Rom. & Herv. niſi quod* quis *pro* qui *habeat* C. & *Frob. longe aliter:* cum raro vobis in mentem venit quis ex ſolitudine. C. *in marg.* quid extra ſolitudines iſti ſuas iſti beati ingeniorum ergaſtulis exſolvant

non

non curatis. *ſed Frob.* excolunt *legit*, *pro* exſolvunt. *Confer cum his Epitomen.*

Quemque maxime] *ſic Herv.* ac maxime C. *Frob.*

Inſectatus ſeculi vitia] *prima vox accrevit ex* V. *&* vitio *legit Herv.*

Magis propriore] *ſic Herv.* magis propiore *Frob.*

Miſerabiliores] miſeriores C.

Sed ſic ut putem illos non mutuatos hanc ſententiam, ſed iratos] *ſic Rom.* non mutuati arti hanc ſententiam ſed irritatos. *in marg.* ſic ut putem illos non mutuatos hanc ſententiam ſed irritatos: *quomodo & Herv. legit. Frob. enim fere ut in contextu* C. ſed ſic ut putem illos non mutuati arti hoc ſententiam, ſed iratos.

Alit rogata] *quid ſi* togata *legas hic*, *& ſupra paullo, ut pro meretrice accipiatur, quod genus hominum liberos exponit. Martialis:*

Si vis, quod deceat, mittere, mitte togam?

Adjecit] *abeſt hæc vox à Frob.*

ΔAMACCOMPOS] *ſic Rom. recte nominat ex Strabone. Reliquæ enim editiones,* DAMAS SCOMBRENUS.

Educatorem] Glycon corruptam quoque dixit ſententiam. *hæc abſunt à* C.

Se ſine ſe trahit] *ſecundum* ſe *abeſt à Frob.*

Debilitatis reliquit] debilitatos B.

Pro dii, erunt plures mendici quam membra] *ſic Rom. ex his veſtigiis* V. proderunt plures mendici membra. *nam. Baſil. uterque &* C. prodiderunt plures membra. *quidam* prodegerunt.

Et quam omne] & quantum omne *Frob.*

Dixerat] dixit C.

Vinicius] unicus *Baſil. uterque. ſed illud malo.*

Mercenarios] *ſic Rom. ex veſtigiis* V. mercedarios merendarios *Baſil. uterque. quæ vox inuſitata, ut & ſup. paullo* emencaſſe.

O infelicem] *ſic Rom. ex conjectura. nam reliqui edunt* ô felicem.

Quid dicit] qui dedit C.

CONTROV. XXXIV.

OLynthium] *ſic* V. *Baſil. uterque* Olynthum.

Numquis ut naufragum] *ſic Rom.* quis *abeſt à* C. *& Frob.* cui cum *Herv. legit* naufragum nem ut. *unde leg. divino* nemo ut naufragium.

In irato] in *abeſt à* C.

Producitur ſupervacuum] producitur puer ſupervacuum C. *Baſil. uterque.* puer *autem delet Rom. quia* ſenem *appellavit. Obſerva enim hic ſæpius repet Anaphoram* producitur *&* ſupervacuum.

Poteſt genere] poteſt emere C. *in margin.* cernere, *quomodo Baſil. uterque.*

Iſtud donum] id donum C.

Ergo nemo] *ſic Rom.* ergo munus C. ergo minime *Baſil. duo.*

Moriatur] moritur C. *& Baſil. duo.*

Tantum ergo] *ſic Herv.* tantum porro C. *Frob.*

Sic intendite ſic iſtum] *ita Rom.* ſic intendite ſic, cædite ſic iſtum C. *& Baſil. uterque.*

Quem fecit] quæ fecit *Frob.*

Sit ſibi ipſi] *ſic Rom.* ſic ſibi ipſi *Herv.* ne iſti ipſi C. *Frob.*

Dona ſolvuntur] ſolventur C.

Græciæ carnifex] Græciæ *in marg.* C. *aſcriptum.*

Dominum perveniſſem] perveniſſem B. *qui & ſtatim* illud, *pro* iſtud *legit.*

Niſi laſthenem] *niſi* Latenam C. *in marg.* Leſtenem *qui Olynthum prodidit.*

Ipſe Philippus] *ſic* V. B. *Frob.* & Philippus *Herv.*

Aut infami auctione] aut infamia vitio me C.

Jaculo perfractum] *ſic editi omnes.* jaculo fracto C. V. *& paulo ante* effoſum V. *pro* effoſſo.

Miſerrimus ſenex forte] *ſic Herv. abſunt tamen hæc à* C. *& Frob.*

Felicius ſervit] felicitati ſervit C.

Queror quod, &c.] *verſus fere integer deficit in Frob. ſaltante librarii oculo, ut fit, voce eadem repetita. Sic enim Vatic. præfert:* queror quod unum emiſti ſ

ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ad torquendum. queror quod ullum. Utinam Philippe, &c. *quæ in utroque Baſil. deſiderantur.*

Quod ullum utinam Philippe] *ſic Rom.* quod utinam Philippe C. *& Baſil. uterque.*

Exceptione] exemptione C. *Frob.*

Statuemus acies] ſtatuamus B.

Internecioni] *ſic* V. internitioni *Baſil. uterque.*

Torque verbera] torque aiebat C. torqueat verberet *Baſil. uterque.*

Iſte vultus] hic vultus C. iſte *in gloſſa.*

Apud Philippum fui] *ſic Rom. ex conjectura. Reliqui enim* fuit *habent.*

Euthycrates] Eutucrates C.

Phintias omnia Parraſio tortore digna fecit] Plutia ſumma Paraſius tortore fecit C. *in margin.* Plythua ſomnia Parraſime tortor fecit. Pythia ſumma Parrhaſi me tortor effecit *Baſil. duo.* Pythia aſine tortor me fecit V. *ſuſpicor* Phinthiam patriam prodidiſſe. *ut alibi legi, ut Romana lectio verior videatur.*

Vultus infelix] infelix *abeſt à* C. *& Baſil. utroque.*

Ante tormenta] antequam torqueat C. *Baſil. duo.*

Diſtortus] *ſic Hervag.* dixit ortus C. *Frob.*

Propter Promethea] propter me Promethea C. *Frob.*

Olinthiis vivere] Olynthios B. *Frob.*

Ut controverſiam] ut non controverſ. C. *& Baſil. uterque.*

Accuſant. In ſcholaſtica, &c.] *ſic interpungit Hervag.* accuſans in ſcholaſtica *Frob.* accuſatis C. *ſic autem fit in illis declamationibus quæ Ciceroni & Salluſtio affinguntur. Forte mox prima delenda negatio, quia duobus dicitur locis.*

Poſuerit] poſuit *Frob.*

Quam aut eam] quam etiam eam *Frob.* quam ut eam C.

Aut non refellere] aut non fallere C.

Fere ſimilem diviſionem] fecebat diviſionem *Frob. & mox habuit:* habuit enim *pro* ei.

it-reſp.] *ſic* B. *in marg.* C. religio, *ut Baſil. uterque.*

Ita verum Athenienſium corrumpitur opinio] *ſic Rom. nam Frob.* Ita vera opinio Athenienſium corrumpitur *Herv.* ita vero. *&* Athenarum *pro* Athenienſium C. V.

Publica fama] pub. ſumma *Frob.*

Tormentis captivi] *hæc duo verba abſunt.* labefactari ullo modo poſſit C. *& Baſil. uterque.*

Si quis Olynthii] *ſic Hervag. & Rom.* Reſp. læſa non ut exiſtimo aliquis Olynthii C. *Frob.*

Num Remp. ſed hominem] *ſic Herv.* non niſi hominem C. *recte.* non hominem *Frob.*

Hoc non tribuiſti] non *abeſt à Frob.*

Quod hanc picturam in templo poſuiſti] *hæc omnia abſunt à* C. *& Baſil. utroque. ſunt tamen in Rom.*

Ergo & ſacerdotes] primo *pro* ergo *Frob. legit.*

Quod ei facere] quod illi B.

Quæ non licuit] qua non licuit C. quia *Baſil. uterque.*

Nulla vindicta eſt] *forte,* multa indicta eſt.

Olynthus fuerit] fuerit *abeſt à* C. *& Frob.*

At ille] ait ille C.

Non quiſquis] numquid is qui C.

Tenuerit] tenebit C.

Aut nec cedere licuit] *Frob.* aut cedere nec licuit. *& mox* fecit *deſideratur.*

Ut vim ignoratam] ignotam C. B. *Frob.*

Hodie cadaverum artus reſcindi &c.] *diſſecari jam tum mortuorum corpora ſolebant, quam* Anatomen *medicorum filii appellant.*

Animo eſſet] *ſic Herv. recte. pro* iviſſet, eſſet *Frob.*

Et ſe pœne cauſa torſiſſe] & ſe non ſine cauſſa torſiſſe. *hæc in gloſſa* C. *in textu*, & ſæpe ne cauſſa torſiſſe. *forte* ſine cauſa.

Noverit] noverunt C.

In ſervum] ſi in ſervum C.

Nihil non pingere] non *abeſt à Frob.*

Cujus nationis] & cujus nationis C.

Illis] illi C. *& Baſil. uterque.*

In eoſdem ſenſus] in eodem ſenſu *Frob.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Mutantibus] mutuantibus C.
Duo maxima] duo maxime *Baſil. uterque. non ſequor.*
Surripuerunt] ſubripuerunt C.
Et cum commendaretur à Cæſare Paſſieno nec, &c.] & commendaretur à Cæſare Paſſienus. nec *Baſil. duo.*
Cum Timagene] *ſic Rom.* cum imagine C. *& Baſil. uterque.*
Æcidæ linguæ] *ſic Herv.* Æacidæ linguæ C. *Frob.*
Et qui nimis] minus *Frob.*
Et ipſe illi ingenio] *ſic* V. & ipſi ingenio *Baſil. uterque.*
Pictoris iſta an Philippi officina eſt] *ſic* V. Pictori iſti an Philippi officina eſt? C. Pictori iſti à Philippo officina eſt *Baſil. duo.*
Bellum pingere] impingere *male Frob. Repetita ſyllaba è ſuperiori voce.*
Dixit enim] *deeſſe hic aliquid videtur, tametſi in membranis nihil hic ſpacii ſit relictum. & mox,* quid ſi parricidium, *abeſt à Frob.*
A Græcis DORON] à Græco Dorion C.
Ferri poſſit] fieri *Baſil. uterque.*
Quod à Metrodoro] quoddam à Theodoro dictum C. *fort.* Theodoro.
Supra quod] ſupra quo *Frob. & paullo ante* ſed *acceſſit ex* V.
Quod genus ſtultorum] *ſic* V. A. ſtudiorum *Baſil. uterque.*
In hoc colore deriſus eſt] *ſic Rom.* hoc colore deriſus eſt *Herv.* deciſus *Frob.*
Hiſpo Rideon] Hiſperidion C. *Lego* Spiridion. *& ita poſtea.*
Traditur enim ZEUXIN] ZEUSIN *male Baſil. uterque, & infra quoque.*
Ex præſentibus] ex præceptoribus C. *& Baſil. duo.*
Aves male] *Frob.* habes. *& ſtatim* advolaturas aves.
Si puer ſimilis eſſet] vel ſimilis eſſet V. niſi ſimilis eſſet *Baſil. uterque.*
Spiridion æque familiariter] *ſic fere Herv.* Spiridio neque familiari quam in templum C. CYPRADIO neque familiarius in templum.
In illa re] *ſic Rom.* in ulla re *Herv.* in nulla re C. *Frob.*
Dixerant] *ſic Baſil. uterque* dixerunt B. addixerunt C.

CONTROV. XXXV.

Poſtulaſſet proditionis] *ſic* B. *Frob.* accuſaſſet *Herv.*
Parietem ejus domus perfodit] *ſic Hervag.* patricium C. *& in marg.* parietem ejus effodit *Frob.*
Prohibitus eſt] eſt *abeſt à Frob.*
Id ſolum ſuſtuli] ſuſtulit C. *& Baſil. duo. & mox prior vox* fur *abeſt à Frob.*
Ne dominus furtum nollet agnoſcere] ne dominus res ſuas non agnoſceret C. *Herv. & Frob. niſi quod* ut *legat.*
Magiſtratui] Magiſtratum C. *in marg.* Magiſtratui.
Furem ſummoveri] *ſic Herv.* puerum ſuum moveri C. *Frob.*
Dominus agnoſcere] *ſic Herv.* cognoſcere *Frob.*
Feci ſed ex hoſtibus] *ſic* C. feciſſet ex hoſtibus *Baſil. uterque.*
Perdiderat ſupplicium tulit] *repetita hi eadem in* C.
Permiſiſſetis loqui] permiſiſſet loqui *Frob.*
Fur veniſſet] perveniſſet C.
Duces] *ſic in excerptis, ubi multo plura leguntur.* domini Græci C. *& Baſil uterque. non placet.*
Sed pectus] ſed *abeſt à Frob. & ſic ſæpi veteres locuti, redditque orationem vehementiorem.*
Liberos veſtros] *ſic* V. noſtros *Baſil duo.*
Ego fur ecce] fur *Frob.*

AN

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ANDREÆ SCHOTTI IN EPITOMEN CONTROVERSIARUM VARIÆ LECTIONES.

LIBER I.

DECLAM. I.

PAtruus in egeſtatem] *vet. lib.* Patruus illius egeſtatem incidit.

Aluit illum adoleſcens] filius *libri duo.*

Ipſe inquit] inquis *lib. duo.*

Super crepidinem Marium] *ſic lib. duo.* crepidine *Herv. vide Juſtinum lib.* 2.

Quid deſperandum infelicibus] *rectius in Britannico exemplari:* quid non ſperandum: *quo uſus eſt Iſaacus Pontanus lib.* 3. *Analect. cap.* 4.

Me circam plures] *duo lib.* circa.

Deos teſtor] Deum *libri duo, à quibus & mox* te *abeſt.*

Tamen ego odi] tamen *abeſt à duobus.*

Alfius Flavius] Flavus *libri duo rectius, ut cognomen ſit.*

Extra eloquentiam] *libri duo* controverſiam.

DECLAM. II.

CAſta è caſtis] *præpoſitio* è *abeſt hic, & mox ab antiquis & Frob.*

Quid mihi ſacerdotem] cum ſacerdote *libri duo.*

Pati coëgit] *vetus lectio* cogit.

Ita cara] ita curæ *duo codd.*

Potuerit] potuit *libri tres.*

Audite quam] audiat *duo codd.*

Negabo] *iidem* nego.

Miraculo] *in duobus hæc vox deſideratur.*

Narrent] narrate *lib.* 4.

DECLAM. III.

DE ſaxo dejiciatur] de *recte abeſt à vett. libris.*

Quando commiſit] commiſerit *libri duo.*

Iſtam] iſta *iidem & Frob. & mox* caverit *pro* cavit.

De diis] *ſic lib. vet. & Frob.* de iis *Hervag.*

Deferet] deferret *Frob. & ſcripta lectio.*

DECLAM. IV.

ET marito & filio vindicare] *tres lib. & Frob.* & in matre etiam filio vindicare.

Effugit] aufugit *liber unus,* fugit *alter.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Ex omnibus] ab omn. *lectio vetus.*
Deceptus eſt, &c.] *Frob. & lib. vett.* contemptus eſt iſto, à quo ſciemus.
Deprehendero. Tunc] deprehendi, tum *ſcriptura vetus & Frob. & mox* me, *à duobus abeſt.*
Non potus inquit] inquis *lib. duo.*
Adjice] adjicias *ſcriptura vetus.*
Defuerunt] defecerant *duo codd.*
In me reverterer, exierant] in memoriam reverterer, exierunt *Frob. & lib. duo.*
Ultra vires meas] *iidem duo:* majus viribus meis.

DECLAM. V.

NUptias petat] *vetus lectio melior* optet. *& mox:* nuptias petit *Frob. legit.*
Mitior vincat] vincit *lib. duo.*
Dic Lucretiam] *D. Auguſtinus lib. 1. cap. 38. De civitate Dei.*
Cum foderet gladio caſtum Lucretia pectus;
Sanguinis & torrens, egrederetur, ait:
Teſtes procedant me non ſerviſſe Tyranno,
Sanguis apud manes ſpiritus ante Deos.

DECLAM. VI.

COëgit] cogit *lib. duo.*
Et orbam ducat] *antiqua lectio* & alteram.
Narret inquit, ſocero] *duo codd.* obſecro ſoceri. *al.* narra.
Attritas cathenis & inutiles manus] Attritus cathenis eram. *forte etiam* mutilas manus *leg.*
In tot conſularibus] inter tot conſulatus *Frob.*

DECLAM. VII.

NE faceret] *abeſt à duobus.*
Negantem] filium, *addunt lib. duo, qui & mox* deducere. *ſed forenſis vox* ducere *magis quadrat.*
Tyrannicidam] tyrannicida *Frob. & lib. duo.*

Non timeo manus quas piratæ] non timeo ne quas manus piratæ ſolverunt *Frob. & vet. lectio.*
Optem patrem] patrem *abeſt à duobus.*
Egens alligat] pauper, *vetus lectio & Frob.*
Vel quo] vel *utrobique libri omittunt.*
Patrem opprimere] patriam *Frob. & lib. duo.*
Non habeam] non habebam *Frob.*
Excluſa mens] *vetus lectio vera,* excuſſa, *ut in Controv.*
Relictus ſolus] *prior vox in antiquis omittitur.*
Accuſans, ſe] accuſando ſe *lib. tres. &* miſerabilem *pro* mirabilem *Frob.*
Pertium] *ſic Herv. vetus lectio & Frob.* Sparſum *rectius.*
Inter inſanos] *melius fort. lib. duo.* inter ſanos.

DECLAM. VIII.

VIndico. O me] *Frob. interpungit:* vindico omne. vindico *lib. quidam inepte. & mox* laxum *Frob. pro* laſſum.
Jam pro te neſcio] jam pro te dubito. neſcio *Frob.*
Optimus finis] optimæ *lib duo.*
Ter viro forti aut diffidat aut conſulit] *al.* diffidit. *vetus lectio & Frob.* Lex quoque viro forti interdum aut diffidit, aut conſulit. diffidere *autem quid ſit, vide ad leges 12. Tab.*
Imponitur] *duo lib.* injungitur, *qui ſequentem periodum omittunt ad ſuperiora pertinentem.*
Vicerunt] vincunt *duo codd.*

LIBER SECUNDUS.

DECLAM. I.

AN ille] ut ille *lib. unus,* utrum ille *alter.*
Quod divites rogent] quod dives rogaret *Frob. & lib. duo.*
Tibi permultis] tibi pater multis, *liber unus.*
Nec ſic] ne ſic quidem *lectio vetus.*
Tantum ut vincas] unde venias *lib. duo & Frob.*

O me-

O merito abdicandum] O me abd. *lib. duo. & antea* bono *Frob. pro* beato.
Ejiciat an tranferat] ejiciat an transferat *lib. duo.*
Si parendum] eſt *bis hic addunt lib. vett. &* ſi *omittunt.*
Quem alius] quem filius *Frob. & lib. vett.*
Non potes inveniri] non potes invenire *vetus ſcriptura.*
Senatorium ad gradum, &c.] ad *abeſt à Frob. alii legunt*, Senatorum gradus cenſus aſcendit.
Judex legitur] eligitur *lib. duo: illud tamen malo.*
Habebo hanc] habeo *utrobique lib. duo.*
Gallus Nibius] *vitioſe. rectum eſt* Caius Vibius.
Caſu caderet] *Alii* tam incideret.
Otho Junius] *male Frob. & alii* Octavius.
Antiphontis] *Philoſophi, qui ſomniorum libros ſcripſit teſte Fulgentio & Suida.*
Officio tuo fui] officio ſuo fui *duo codd.*
Injuriam vocatis] ut injuriam vocetis *lib. tres.*

DECLAM. II.

MOriar] moriatur *lib. tres.*
Maritorum amore] amore *abeſt à pleriſque l. vet.*
Puellas viva numeratur] puella viva nominatur *lib. duo, & quidam* una nominabitur.
Diducerentur *&c.*] *vet. lectio:* diduceremur, caveremus, divideremur.
Quicquam non] quid non *lib. duo. & Frob. forte:* quidnam non poteſt.
Torpeſcat] ſtupeat *lib. duo.*
Eſt deinde] inde *lib. duo.*
Si amare permiſeris. ejuſdem] ſi amari permiſeris eidem *lib. tres & Frob.*
Et cecidimus] aliquando *præmittit lib. vet.*
Gelidumque notum] *Repone* egelidumque.

DECLAM. III.

SAnus eram] eſſem *Frob.*
Fugientem animam] fugientemque animam *lib. duo.*
Nec hoc à fratre] ne hoc quidem à fratre *lib. duo.*
Adoptavi enim filium ejus] adoptavi ejus filium *tres cod.*

DECLAM. IV.

IGnovit enim, inquit] *vetus lectio:* ignovit enim. ite aliquis inquit. ante à me temere rogatus eſt. *alius* ita *pro* ite.
Permiſi] promiſi *lib. duo.*
Tanquam demens] tam demens *Frob.*
Sic occiſurus] ſi occiſurus *vet. lectio & Frob.*

DECLAM. V.

EXplicatur] explicabatur *Frob. & lib. duo.*
Excutiendum] excutiendam *lib. duo.*
Si tranſit] tranſiit *vet. lectio.*
Et uterum obturatum] & virum occupatum *Frob. & codd. duo.*
Si dixero faſſa eſt] ſi dixerit feſſa eſt *Frob. & lib. duo.*
Torquebatur, tum] torquebat, & cum *vet. lectio & Frob.*
Num premit] non *lib. vett. & Frob.*
Muliebris ambitio] mulieris. ambitio *Frob.*
Privatim] privatis *lib. vett. & Frob.*
Fecunditas diem] fidem fecunditas *lib. duo.*
Utrum ne magis] utrum putas mirandum *Frob. & lib. duo.*
Viri, & ſi] *pro his,* etiam ſi *Frob. & lib. duo.*

DECLAM. VI.

LUxuria tua] mea *lib.* 1. *& mox* deſinit *pro* deſinet *lib. duo.*
Objicit ebrius] objicis *lib. duo.*
Ob hoc] ipſe *addunt lib. duo.*
Meam quoque lux.] *ſic Frob. & libri vett.*

DECLAM. VII.

UXorem] mulierem *lib. vet.*
Adjecit elogium] elogio *lib. duo.*
Tacere jam non poſſum] ſi tacere jam poſſum *libri vett.*
Quam inverecunda ſit] *recte Frob.* quam verecunda.
Neget ore] in ore *Frob. & lib. vett.*
Feliciter] fideliter *lib. duo.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Muliebrium vitiorum fundamentum, &c.] *hæc uſque ad lib. finem in Frobeniano quidem leguntur, ab Hervagio tamen & Romana editione in Controverſiarum librum ſecundum, ubi deſiderantur, poſtliminio reſtituta ſunt.*

Futura exiſtimabo judicia] *ſic Frob. vet. enim liber* fruſtra eſſe æſtimabo.

LIBER TERTIUS.

PRÆFATIO.

SIne damno] *negatio forte addenda:* non ſine damno. *liber vetus Britannicus legit:* nihil in quo non auditor aliud ageret, *ut auctor eſt Joannes Pontanus Analectorum lib. 3. cap. 4. probantque quæ præcedunt, quæ ſequuntur.*

Rerum potiebatur] *ſic Herv. tres tamen libri vett. & Frob.* regno quodam potiebatur: *quod hic magis placet.*

Quæ hiſtrionem poſſet producere] quam hiſtrio non poſſet prod. *lib. vett. & Frob.* quam hiſtrionem poſſet *lib. duo.* quamvis hiſtrionem, *libri totidem.*

Tamen quæſtionis poſſet videri] tamen quæſtio poſſet fieri *lib. duo.*

Nec tamen illo] *ſic Herv.* in illo *Frob.* nec enim illo *l. v.*

Interpellarent] impellerent *lib. duo.*

Plures aiebat] res *addunt libri tres.*

Contigerit] contigit *liber unus.*

Adeo nunquam reorum, ullam materiam dicendi, &c.] *ſic Herv.* reum nullam materiam, *Frob.* Adeo ut nunquam rerum nullam materiam, *&c. libri duo.* adeo ut nunquam ullam materiam, niſi in periculis ſuis habuit *lib. unus. Britannicus codex, teſte ibidem Pontano, ſic præfert:* adeo nunquam rem nullam materiam dicendi, *&c. & reponit* rem ullam.

Quod diligentiam] quo *libri tres.*

Sed lectam] nec electam *lib. duo. & Frob.* ſed electam *lib. unus.*

Sed etiam infra multos erat] etiam *omittunt lib. tres & Frob.*

Magna quoque ingenia] *lib. tres addunt,* eorum ingenia.

Orationes Salluſtii] *lib. unus:* oratio Sall. *& mox* legitur. *ut de invectiva in Ciceronem loqui videatur: quam & Fabius agnoſcere videtur, lib. 4. cap. 1.* Quid? *inquit,* non Salluſtius directo ad Ciceronem in quem dicebat, uſus eſt principio, &c.

Ad animalia veni] venatum *lib. duo.* venandum *lib. unus. vide Turnebum Adverſar. lib. 3. cap. 23.*

Velocitas eſt] celeritas *lib. duo.*

Aberat] aberrant *lib. unus.*

Numenio cum velocitas] *ſic Herv.* nomine meo *Frob.* nomine meo *lib. tres.*

Cum Thracibus.] Threcibus *lib. duo. ut & Cicero in Philipp. ut in 6.* Mylaſis Myrmillo Thracem jugulavit. *& in 7.* Mirmyllo in Aſia depugnavit, cum ornaſſet Thræcidicis comitem, & familiarem ſuum: *& Feſtus Pomp. lege Lipſium 2. Saturn. cap. 9.*

Sic cum ſcena] *ſic Herv.* ſi cum ſchema *Frob. & lib. unus.*

Quomodo alteri eſt] quomodo aliti ſunt *lib. unus.* quomodo aliqn eſt *alius cod.*

Fuga ſit] fit *legit Frob. lib. unus:* fugavit ad epilogum omnes.

Mediam tantum, &c.] *ſic libri tres interpungunt.*

Proclamante dimitteret] prælocutione *lib. tres, rectius: qua voce & alibi Seneca noſter utitur, & ſtatim,* declamatos male *lib. duo.*

Sic ſe indulſit ſe] *additum ex libris quattuor.*

Cenſorius] cenſorinus *lib. duo.*

Videor mihi] audior *lib. 4.*

A ſenatu in forum] in Senatum *lib. 4.*

Sub dio] ſub divo *lib. 4.*

Spectes] expectes *tres libri.*

Paſſienum] Baſſienum *lib. tres.*

Sed etiam Ciceroni] *tria hæc verba ab ſunt à tribus libris.*

Scholas] ſcholam *iidem libri.*

Pantyllus] Patyllus *tres, unde reponi* Batyllus, *de quo ſic paullo ante:* Pylades in comœdia: Batyllus in tragœdia multum à ſe aberant.

Meliſon] Meliſſio *lib. unus.*

Magna eſſes] maxima eſſes *l. unus.*

Sed negavit ſe executurum, niſi exrem de domo] ſed negavit ſe exiturum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

rum, niſi exiſſem de domo *lib. duo.* ſed ſe adſeruit exiturum, niſi exiſſem de domo *lib. unus.*
Ut Prætor] *ut* P. R. *lib. unus, unde quidam libri vitioſe* P. Romanus, *ſcribendum erat* P. R. *quod* Prætorem *deſignat.*
Reciperet] acciperet *Frob. & mox* ſcripti *pro* inſcripti *inepte.*
Ad alterum P. R. eduxi] *ſic Herv. forte* Prætorem *leg.* adulterum P. R. edixi *libri tres.* adultum P. R. edixi *Frob. unde?* ad ultum P. R. adduxi *leg. videatur.*
Hanc inquit] *forte* inquam *reponendum.*
Obtineri non poteſt] non *abeſt à tribus & Frob.*
Sed ea quæ eminebant] ſed neque eminebant *Frob. & iidem libri tres.*
Sed hæc ego optime teneo] ego *pronomen amplius eſt in Britannico cod.*

DECLAM. I.

Excæcatus] cæcatus *lib. tres & Frob.* Ex pacto] de pacto *lib. duo. & mox* petit *lib. tres, pro* petiit.
Extimuiſtis] timuiſtis *libri tres.*
Reſpub. *hæc vox abeſt à Frob.*
Sed miſer homo cum excæcareris] ſed miſerere: hoc cum excæcareris *Frob. & lib. tres.*
Cogentibus] conſentibus *lib. unus.*

DECLAM. II.

Æ Quis ſententiis] *amplius in vet. codice,* quem etiam æquis ſent.
Et culeum] & eculeum *Frob.* ſed dubiis ſententiis.
Ut abſol.] ſed dubius. ut abſolvaris *libri quatuor. & mox* tibi *abeſt à duobus. & infra :* & paribus tabulis dat *libri tres.*
Adjecero] adiero *lib. vet.*

DECLAM. III.

Habuit filium] *Britannicum exemplum legit :* habuit duos filios.
Abdicat] abdicavit *lib. tres. & mox :* redit *pro* rediit *iidem.*

Non eſt] nec eſt *libri tres.*
Frater iſti me reduxit] frater iſti huc reduxit : ego iſthuc fratrem *lib. unus. alter vero,* ego iſti fratrem. *in eodem cod.* ego iſti filium. *quod placet Joanni Pontano lib. 4. Analectorum cap. 4.*
Hoc uno, hoc alter] *ſic libri quatuor.*
Alteri placet] alterum mihi placet *libri 4.*
Exſecetur] *lib. unus* exercetur. *non probo.*
Admittit] admiſit *libri tres.*
Aqua aliquis filius] *ſic amplius in tribus lib.*
Aut in filium] *rectius lib. vet.* ut in filium.
Pro filio rogaſſes] pro illo *lib. vet.* pro illis *Frob.*

DECLAM. IV.

Ne quam habeat.] nequaquam *Frob.*
Eum abdicat.] *pronomen abeſt à tribus : mox additur* C. D. *quod* contradicitur *alibi ſæpe hic deſignat.*
Cui non licet] ſi non *libri tres. & mox :* putatis, *pro* putas.
Quo jam tantopere beneficia vitæ jactat ?
Audite] quoniam *lib. tres, & abſque interrogatione.*
Patria poteſtate] patris *lib. unus. non ſequor.*
In exemplum] in *abeſt à Frob. & tribus.*
In acie] in aciem, *melius libri tres.*
Servavit] *ab uno hæc vox aberat.*

DECLAM. V.

Nuptias petat] optet *lib. vet. ut & ſup. declam. 5. lib. 1.*
In jus educor] adducor *Frob.*
Cum tu non voles] cum tu noles *lib. tres.*
Premo interim gemitus] primo intus gemitus *Frob. non recte.*
Herentes lacrimas] erumpentes *lib. quattuor. vide qui* arentes *pro* hærentes *leg. putaret : non aſſentior, tametſi nihil citius areſcat lacrima. Quidam etiam* habentes *præferunt, unde alii* labentes *conjiciunt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Sed videte] videtis *lib. tres.*
Lex] lex iſta *lib. tres.*
Non permittitur] non *abeſt à tribus libris & à Frob. forte interrogationis appoſita nota.*

DECLAM. VI.

EGit cum illo domus dominus] domus *acceſſit neceſſario ex Britanico exemplari.*
Cur non.] Quem excluſiſti *lib duo. & ſtatim iidem* quem recepiſti *pro* quare recep.
Domum clauſit] cluſit *antiquo more lib. tres. ut & Suaſor.* 1. *annotavi.*
Certe quod negare] quod *abeſt à Frob.*
An ejiceretur] an exiret *lib. duo.*
Irruperat] irrupit *lib.* 3.
Quam ſit damnum: ſarcire debet.] Quam ſi damnum ſarciret *Frob. unde legend. puto* quam ſi debet.

DECLAM. VII.

MAle detractionis] *ſic Herv. vitioſe Frob.* malæ tractationis, *quanquam alii ſine diphthongo* male tractationis.
Alſius Flavus] Flavius *lib. duo.*

DECLAM. VIII.

CApitale ſit] capitalis ſit *libri tres & Frob. malim tamen* capital ſit.
Ut in ea civitate] in *additum ex Frob. & lib. tribus.*
In aliquem locum] in alium locum *lib. tres.*
A quo cœtus factus eſt] cœtus *abeſt à tribus lib.*
Nec potui] *in marg. unius libri* nec profuit.

DECLAM. IX.

QUid enim ille non voluit] ille *acceſſit de tribus libris, &* non *in quibuſdam male deſideratur. & mox* petit *pro* petiit *Frob.*
Et ſi ipſe voluit] & ſe voluit *Frob. & lib. quattuor.*
Num poſſunt ſuccurrere] non *lib. tres. & Frob. abſque interrogationis nota. & mox* natum *iidem lib. veteres omittunt.*
Liberorum cum Tarquiniis] liberorumque Tarquinii *utrumque rectum.*

Sed tormenta] ejus *addit lib. unus.*
Tribuni ne ferent, &c.] mortuorum tribuni? Itane fur ei præferatur? non morieris. *ſic libri tres. & unus,* præfertur *habet. Scriptum fuiſſe puto:* Itane furcifer? non morieris?

LIBER QUARTUS.

PRÆFATIO.

AD expectationem] qui ad expect. *lib. tres.*
Nova paria] nota *lib. totidem, qui & ſtatim* penſant *pro* diſpendant.
In gladiatoribus] *Frob. addit,* in oratoribus.
Ad nova omnes] homines *libri quatuor pro* omnes.
In ſtudio] ſtudiis *lib. vet.*
Ἐπιδείξεις id eſt declamationes] *hæc gloſſemata ex ora irrepſerunt. in Rom. editione* ἀκροάσεις ſuas *legitur.*
Audiebat illum] aut delebat illum *lib. quattuor. & mox* quidem *abeſt à Frob.*
Floridior erat aliquando] *lego* aliquanto.
Ratum incendio ſuo judicium] *emendo* in dicendo judicium. *& lib. tres* iratum *præferunt.*
Marcellus] vero *addunt lib. duo.*
Quod ſemper] *forte* quod ſæpe *ſcripſit Seneca.*
Aterium] Hererium *lib. duo. alius* Herinum Herium. *Romæ editur, ut & mox infra lib. tres:* Herium filium amiſit.
Hominum naturam] *melius* hominis *Romæ editur.*
Fortuna ſua] ſua *abeſt à duobus.*
Inſultantis] exultantis *lib. tres.*
Tanto miſerabilius] mirabilius *lib. vet.*
Declamabat Aterius admiſſo] *ſic Herv.* Marius *legit Frob. quatuor vero libri:* declamabat autem Marius dimiſſo.
Quos meo tempore cognovi] quos modo ipſe cognovi *lib. tres.*
Græcam facilitatem] facultatem *lib. tres. & Frob.*
Adeo non currere] ne *pro* non *lib. tres.* necdum *Frob.*

Vide-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Videbatur] videatur *lib. tres.*
Regi poſſet] *lib. unus ad oram* urgeri.
Ab ſeipſo] ab ipſo *lib. tres & Frob.*
Alioquin] aliquando *melius.*
Aliquandiu] aliquem diu locum *lib. tres.*
Dividere] Diu videre *lib. tres.*
Obſoleta] obſcena *lib. quatuor.*
Hoc exempto] hoc exemplo *lib. tres & Frob.*
Quæ deriſum effugere] *ſic Herv.* quæ de rei ſumma effugere *lib. quattuor & Frob.*
In liberto officium] in libero *lib. tres.*
Res in jocos abiit, non facis mihi officium] rem ſinite, loco abite non facitis mihi officium *Frob. & libri tres. niſi quod* faciatis *legunt.*
Locis præbuiſſe] in locis *lib. tres.*
Iniiſti] *al.* luſiſti. juſſiſti. *lib. quattuor, ſed ad unius oram* vixiſti. Magnus quidem, ſed turbidus flueret. *ſic alibi:* Cum flueret luſibus Redimebat tamen vitia virtutibus] *ſic Juvenalis Satyra de Varrone:* —— monſtrum nulla virtute redemptum

A vitiis ——

Quod ignoſceres] cui ign. *lib.* 4.

DECLAM. I.

PErductus eſt] abductus eſt *lib. tres.*
Sed etiam irritantur] *vel* ſed *delendum, aut* imo *legendum.*
Rapuit me] *vocem* nam *male præmittit Frob.*
In convivio] *rectius vetus ſcriptura* in convivium. Eſt quædam in ipſis malis miſerorum voluptas *&c. ſic Naſo* —— eſt quædam flere voluptas.
Levamentum] *ſic liber unus.* lamentum *duo.*
Cui ſi viveret pater, fleret] quem *lib. tres,* qui *Frob. al.* quem ſi viverent, patrem flerent.
Nomina filiorum] liberorum *lib. tres.*
Nec de nuptiis, nec de liberis cogitandum. Dirum omen occurrit] *rectius lib. veteres quatuor:* ne cui de nuptiis, ne cui de liberis cogitanti dirum omen occurram? cogit.
Nemo, inquit,] inquam *libri quattuor.*

Conſolarer te] eum *pro* te *lib. duo. & mox* poſſet *pro* poſſes *iidem.*

DECLAM. II.

EOrum intereſt] illorum *lib. tres.*
Non cum haberet] non autem haberet *lib. unus. & mox* ſacra *idem lib. omittit & Frob.*
Pollio: Ante hoc &c.] Pollio autem hoc ſi cæcus ante factus eſſet, *quattuor libri longe melius.*
Probabat] probavit *lib. tres & Frob.*
Ita ut cogatur] *leg. forte* rogetur.

DECLAM. III.

IN exſilio] in exemplo *tres codd.*
Ejus dolori] pudori *lib. tres.*
In patria] in patriam *lib. duo.*
Qui eam] eum *lib. quattuor.*
Tardius periit] petiit *libri tres. unus ad oram* perit.
Hoc derivari] hic *libri duo. forte* huc.
Imprudenter eos facere] non prudenter facere eos *libri tres.*

DECLAM. IV.

VIdiſſes jam vere] jam *abeſt à vet. lib.* vidiſſem vere *Frob.*
Quicquid fit non legitime pro legibus, &c.] *liber unus:* dum quicquam non fit legitime. melius cum ipſo ſepulcro actum eſt, in quo notiora ſunt iterum arma victricia. *libri vero legunt:* quamquam non ſit legitime pro legibus. melius eſt ero ipſo ſepulcro. factum eſt. in quo notiora ſunt arma iterum victricia.
Dona] ſacra *addit liber unus, ſed ad oram.*
Inertem] inermem *lib. duo. & mox* in utroque *abeſt à tribus.*
Excuſari] excuſare *totidem libri. ut & ſtatim.*
Deprehenſus] *abeſt hac vox hic à tribus, & legunt:* deprehenſus non eſt, hoc illi.
Honoravimus] ornavimus *lib. duo.*

DECLAM. V.

REductus eſt poſtea] *alii interpungunt,* eſt. poſtea ægrotare. *Frob. tamen* patri *legit pro* poſtea.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Ut curet] ut curaret *lib. tres.*
Abdicat] *duo libri addunt*, contradicit.
Reditu noverca] *ſic Herv. & lib. unus.* reddita *lib. duo & Frob.*
Quod qui ſanant. & qui *lib. tres.*
Ego vero cedo domo ſi] modo, *pro* domo *libri quattuor.* Ego viro credo ſi *Frob.*
Adverti] agnovi *tres codd.*

D E C L A M. VI.

NOn minimæ jam lites ſunt] non me nuntio lites ſunt *liber unus*, *duo* me nuntiante *& Frob.*
Privignus erit] eſt *lib. tres.*
Filius ejus] enim *liber unus.*
Indico tibi] tibi *abeſt à veteribus, & mox copula* etiam.
Et ſi ſcirem] ſed etiam ſi ſcirem *libri tres.*
Dici contra virum] dici enim contr. *libri tres.* & enim contra virum dici *Frob.*
Et pædagogo] à *pro* & *lib. tres.*
Si ſciat] ſi ſcit *lib. tres.*
Simpliciſſimum] ſpecialiſſimum. *libri duo. & Frob.*

D E C L A M. VII.

PRæmium detur] *omittunt lib. tres recte. & mox* petit *lib. tres pro* petiit. *melius.*
Noſter jure] veſter *lib. tres, ut & poſt paullo.*
In pari] impari *tres codd. & Frob.*
Certe occidiſti] incerte *liber unus.*
Aſcenſurus] acceſſurus *Frob.*
Subſederunt] ſubſederint *lib. tres.*
Permitteret] promitteret *lib. quattuor.*
Occidat iratus civis] *ſic Frob.* occidat illum *Herv.*
Contulerat] attulerat *lib. tres & Frob.*
Non habebas] non habebam *duo codd.*
Detuli] *forte leg.* retuli.
Si tyrannum inquam,] unquam *Frob.*
Invenero obvium quælibet res] invenero. obvia quælibet res telum erit.
Fortioris eſt] erit *lib. vet.*
Ne non,] ne *tantum legit Frob.*

D E C L A M. VIII.

COnſignatio facta eſt: reſtitutus] cum ſignatione facta reſtitutus *lib. duo & Frob.*
Operas] operam *lib. tres.*

Tabula Syllana] tabula illa *lib. tres.*
Ut qui] & qui *lib. tres.* ut quæ *Frob.*
Patere] parem *lib. tres.*
Etiam cum] etiam ſi *Frob.*
Ita periculoſas] tam *pro* ita *lib. tres.*
Mihi potiſſimum] potiſſimum ei te *Frob.*
Non habere] *negatio abeſt à tribus vett. libris.*
Etiam poſſes rogari.] non poſſes etiam rogari. *Frob.*
Otho Junius] Othonius *lib. tres. male. &* Ottonius *Frob. ut & poſt paullo.*
Remiſiſſe] emiſſe *lib. tres.*
Molliore] *ſic cum editus liber unus:* meliori *lib. duo.*
Ne ſi nolimus] ne ſi volumus *tres codd. iidem* etiam *mox omittunt.*

LIBER QUINTUS.

D E C L A M. I.

SIt actio] fit *Frob. non perinde recte.*
A liberato] liberto *Frob. non ſequor.*
Ea te conditione] te *abeſt à Frob.*
In Pharſalia] in Theſſalia. *lib. tres, ſed in uno ſupraſcriptum. Quare nihil muto.*
Majus] *duo hæc verba abſunt à Frob. magis perſpicue.*
Expertus negationem.] experta negatione *tres libri veteres & Frob.*
Legeras] *totidem libri* legerat, *& mox* poſſet.
Tot ille] tulit ille *Frob. & libri tres, quorum unus ad oram*, tollat ille.
Suſpendo laqueum] ſuſpendo *Frob.* ſuſpenſo *lib. tres pervetuſti.*
Apertum.] aptum *libri tres & Frob.*
Alterum miſero] alteram *liber unus, ut* ad ſolitudinem *pertineat.*
Ergo ut moriar] ut ne moriar *Frob. & cod. unus. lib. duo:* ego ut moriar iſte prohibeat, *ſed excuſi:* iſte ut me prohibeat.
Cui me vita] vitæ *lib. tres, & Frob. rectius.*

D E C L A M. II.

QUo credito] quo perdito *Frob.*
Jubente patre] vivo patre *lib. tres & Frob. ad oram. forte* vivente *ſcripſit Seneca.*

Non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Non quæris] *forte rectius*, num.
Et poſtea Socer] & tamen Socer *lib. tres.*

DECLAM. III.

PAncratiaſtes] Pancratiaſtas *codd. tres & Frob.*
Ad Olympia duxit] eduxit *totidem codd.* ad Olympiam *Frob.*
Parricidii] *ſic Herv.* Parricidiis *tres lib. vett.* parricidi *Frob.*
Non ut neceſſitatem] non ut metum *iidem lib.*

DECLAM. IV.

DIxit] *tres codd.* dixerit.
Non revertebatur] non revertebatur pater *Frob. & lib. tres.*
Quia jam redii] rediit *iidem lib. & Frob.*
Quod reliqueras] quia *lib. duo.* qui *lib. duo* qui *lib. unus. & mox* filii mei, *amplius eſt in iiſdem codd.*
Potuit occidere] *tres codd.* putavit, *ſed ad oram. & ſupra pro* levius, leniter *legunt.*

DECLAM. V.

REddat quadruplum] quadruplum puniatur *lib. tres. ſed ad oram. nam unus* ſolvat *in contextu legit. & ſtatim* inſcius *pro* inſciens *lib. unus, &* neſciens *lib. duo.*
Videbat obſtare] *melius lib. tres* dicebat.
Fidem imploravi] *lib. tres* exploravi.
Impotentiæ] *Frob.* impudentiæ.
Orbium fines] *ſic Herv.* urbium *tres codd. & Frob.*
Nihil lætius] latius *lib. duo.* lautius *unus. & mox* occurrit *non eſt in Frob.*
Incendio] in incendio *lib. tres. & mox lib. unus amplius:* quod proſpectui obſtabat.
Ambulationes] *lib. unus ad oram* habitationes.
Quam volui] voluit *Frob. & tres codd.*
Sic licet] *rectius* ſcilicet *iidem lib. vett.*
Alunt] agunt *tres lib.*
Arata] Aurata *vet. ſcriptura libri unius non placet.*
Ergaſtulorum] ergatulorum *liber unus,* ergatularum *lib. duo. unus etiam* ergaſtula *præfert.*
Latiuſque nunc] *forte* tunc.
Dare voluiſti, partem noluiſti] *ſic editi, veteres tamen quattuor:* dare noluiſti, ſi tamen voluiſti partem.
Si fatereris ſcienter, &c.] ſi fateretur iſte ſcienter januam incendiſſe, puto tota domus intelligeretur ex parte. ſi unum tignum *Frob. & lib. vett.*
Minuerant] moverant *lib. quattuor vett.*

DECLAM. VI.

ET damno] & damnati ſunt *Frob.*
Puella eſt] veſtem puellarem *Frob.*
Imitatus eſt] eſt *ab eodem abeſt.*
Nunquid cecini] cedi *lib. duo, & unus* cecidi, *& in magine* cecini.
Auſpicabantur, &c.] auſpicabatur, nefas putabat brachium toga exerere *lib. tres.* evehere *lib. unus. forte* eruere, *vel* exuere. *quidam* toga exerere *legit. vid. notas, & Hottomannum lib. 9. obſerv. cap. 13. Jac. Durantium lib. 2. var. cap. 5.*
Damnati erant] eſſent *Frob. melius tamen* ſint.
Severum fuiſſe] Serium *lib. unus, & ad oram ut hic Romana item editio.*

DECLAM. VII.

POſt victoriam.] ejus *addit Frob.*
Ne perirent.] *non recte Frob.* ne perierunt.
Indie] interdiu *lib. unus.*
Poſtridie] *duo libri* poſt triduum.
Pugnaturis] *ſic Hervag. veteres tamen lib. quattuor & Frob.* pugnaturus.
Trecentos] ſexcentos *unus lib. ſed vitioſe.*
Niſi fuga] præter fugam *lib. tres: & mox,* præter numerum.
In Carthaginienſi] In Cannenſi *lib. quattuor.*
Dabis notam] das *lib. unus.*
Iniquo eos] *Frob. amplius*, quod iniquo eos.
Argui poſſet] agi *tres libri præferunt.*
Hæc poſtremo] *ad unius libri oram additur,* negare.
Mitte arma] mittite *lib. duo.*

DECLAM. VIII.

Sub abolitione] obligatione *lib. duo. & Frob.*
Objeciſſet] abjeciſſet *tres cod. & mox* petit *pro* petiit *iidem.*
Urebat ignibus] *melius* urgebat *lib. duo. vide Proverbium, Phalaridis taurus.*

LIBER SEXTUS.

DECLAM. I.

Daturum ſi non reſpondiſſet] *amplius Frob.* ſibi daturum promittens ſi non reſpondiſſet : *& abeſt* Patri irato.
Tantum æris alieni] hæres *Frob.*
Spe morior] ſperno *libri tres. Gruterus ex Palat. codice* ſpem moror *ponendum cenſuit.*
Patri periculoſum accipienti turpe] *ſic editi Frob.*
Exagitari] exagitare *Frob.*
Vinceres] vincerem *duo codd.* vincerent *unus.*
Niſi ſi reſciſſet] niſi reſciſſet *unus cod.* niſi ſi ſciſſet *duo. Pintianus mallet* ne ſi reſciſſet.
Fratrem pium] eſſe *addunt libri tres magis perſpicue. ſic Pintianus.*
Patrem utrique placari] patri utrumque placere *lib. tres & Frob.* placare *mavult Gruterus.*

DECLAM. II.

Non liceat] non licet *Frob. illud tamen malo.*
Quinquennium] quenquennio *lib. tres & Frob.*
Accuſator civium] *Herv. ad oram forte* finium.
Quos in tam bona timuiſti] *libri duo,* quod in tam bona obtinuiſti.
Alii exul eſt, tibi pater eſt] alii *Franc. Jureti vet. cod. lib. duo & Herv. ad oram. forte* illi pater eſt tibi exul.
Facere] tacere *lib. unus.*

DECLAM. III.

Elige, aut] ut aut *lib. quattuor amplius.*
Imprudentia timebat] impudentia. Timebas *Rom. editio. alius cod.* impudentia timebat.
Imo non] imo nihil *lib. tres, & mox* ex lege *Frob.*
In matrem] meam *addunt lib. totidem.*
Nihil aliud egi] egi *abeſt à Frob. & abeſſe poteſt.*
Habes enim partem] enim *abeſt à Frob. &* matrem *quidam reponunt, hoc modo :* habes matrem, habes patrem. *& mox* & ut *idem Frob. & pro* voluerat, voluit *lib. duo.*

DECLAM. IV.

Poculum tenentem] terentem *tres lib. rectius, probatque Gruterus lib. 3. cap. 2. Opinion.*
Maritus heres] *prior vox abeſt à Frob.*
Sic egit] hic egit *Frob. non recte.*
Quod eſt hoc venenum] quid enim illud venenum *lib. tres.*
Qui dicit] dicit *lib. tres.*
Quid nam] jam *lib tres & Frob.*
Gravis illa] illi *Frob.*
Qui volenti] nolenti *lib. unus.*
In imum. Potionem bibit iſte,] *tres lib. ſic interpungunt,* in imam potionem, bibit iſte uſque ad venenum. *Plura Gruterus.*
Sequitur] ſequatur *lib. quattuor. & Rom. editio.*

DECLAM. V.

Iphicrates] Epicrates *Frob.* & *codd. duo, & unus* Epigrates. *Quinct. lib. 5. cap. 12.*
Bis acie] in acie *Frob. non neceſſario.*
Cum toto tibi regno ſocer venit] cum toto ibi regno ſuo venit *lib. quattuor & Frob.*
Sententias ſuas ferrent] ſententiam *Frob. & mox* extraxi *pro* ſtrinxi. *& Gruterus continenter legendum putat* cum judices.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Ut gratiam] gloriam *lib. tres.*
Quid obſides vobis abduxi] quod vobis obſidem abduxi *codd.* adduxi *unus.* quod ob fidem vobis uxorem adduxi? *plura hic Jan. Gruterus.*

DECLAM. VI.

CRuditatis & veneni] crudelitatis *lib. tres totidemque Gruteri: illud tamen malo.*
Altera, quod futurum eſt] altera etiam quod futurum ſit *lib. tres.*
Commendavi adulterium] *rectius legas* adulterum.
Qua adulterii] adulterium *lib. tres & Frob.*
Veneficium nec denunciatum quidem credidi] quidem *abeſt à Frob. tres lib.* veneficium quod denunciatur credidi.
In cadavera] in cadavere *lib. tres & Frob.*
Filiam veneno] veneficio *lib. unus, probaturque Jureto, ut ſimiliter cadentibus reſpondeat.*
Non minus quam filiam] quam pater filiam *Frob.*
Eſt ſæpe] ſæpiſſime *lib. tres.*

DECLAM. VII.

UXorem pater] uxorem ſuam *tres lib. & Frob.*
udite rem] *lib. unus* videte.
rius amare cœpi quam duceres] amare antequam duceres cœpi. *lib. tres & Palat. cod.*
eſcio furioſius] furioſus *lib. tres. non placet.*
rorem concupiſceret] concupiſcet *ib. unus. forte etiam* concupiſſet.
deriſum] & *abeſt à Frob.*

DECLAM. VIII.

MOriar niſi] *tres lib.* peream niſi *legunt: illud tamen in carmine eſt.*
at experta juras, *&c.*] aut experta vium, aut inexperta petebas.
a cedunt] omnia credunt, *quæ ex mpendiis* oīa *varietas videtur.*

Et hic quidem non totus] nec hic quidem totus.
Vix modeſte caſtigare] vixit modeſte, caſtigate *lib. tres.*
Luxurioſior] *rectius duo lib.* licentior.
Matri Gracchorum] *hæc à tribus libb. noſtris, iiſque quos Gruterus inſpexit, ut gloſſemata omiſſa ſunt.*
Quid ni inviderint] ei inviderint *iidem codd. Palat.* invideret.

LIBER OCTAVUS.

DECLAM. I.

DE confeſſo] de confeſſa *lib. vetus & Frob. ſed illud malo.*
F·ciam] facio *vet. lib. & Frob.*
Prohibens] prohibeo. *Frob. & lib. vet.*
Duobus filiis] liberis *vetus ſcriptura.*
Quod videbat] vivebat *Frob. & mox pro* obfuturus, affuturus.
Rogabo ream] rogo *lib. unus.*
Ubi eam] *vetus lectio* niſi cum.
Orbata] orba *cod. unus.*
Inquis ſacrilegium potuit committere] inquit potuit, *vet. lectio & Frob.*
Calamitoſus animus] *codex antiquus* clamitoſus.
Mori etiam] jam *tres lib.*
Si priuſquam amitteret] ſi poſtquam *lib. duo utrobique legunt.*

DECLAM. II.

REcepturos] reputaturos *codex unus.*
Elii ultimum] Dii ultimum *quattuor codd.*
Athenienſes] Athenienſis. *Frob. & lib. unus.*

DECLAM. III.

MOrtis fuit] non *addit cod. unus.*
Morte piavit] expiavit *lib. unus.*

DECLAM. IV.

ET quam invidioſum] & quidem invidioſum.
Quoque] *malim* quoquo.
Non illud Codrus dedit] Codrum illum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

lum *edidit vet. cod. & mox* illo *pro* ullo.

Quod ſe] qui ſe.

In præcipitem locum] *aſſentior viro docto* lacum *reponenti.*

DECLAM. V.

COntumacia] *vet. lib.* contumelia. *& mox* mihi date *pro* patri date.

Tu feciſti] fregiſti *lib. vet.*

Exanguis] *vett. libb.* longius. *forte* languidus.

Efficis ut poſſit] efficit ut poſſit *lib. unus. Frob.* poſſis. *Herv.* poſſim.

DECLAM. VI.

RApta raptoris] vitiata vitiatoris *vet. ſcrip. & Frob.*

Adducatur] educatur *vet. cod. & Frob.*

Naufragium meum flevit] flevi *lib. unus & Frob.*

Quidem & nuptias] *ſic Herv. ſed* quidem *abeſt à Frob. & ſane redundat.*

Socer deſinat] ſinat *Frob. ſed illud malo.*

Putat.] putavit *Frob.*

Sibi; cum hic] ſibi hic cum necdum *Frob.*

Inter terram & cælum] *aliter* inter mare terramque dubii *inepte.*

Interrogor] interrogatus *lib. unus.*

Matrimonii celebritatem] matrimonium celebritate *Herv. in altera editione anni* 1573. celeritatem *male excudit. vide Gul. Forverium D. ad L.*34. *& mox* abſconde *pro* abſcondit.

Fecit nuptias] facis *lib. unus. & ſtatim pro* vultus index, inultus *quidam legit. & rectius forte. doctus vir tamen* mutus *reponit.*

Sicut] ſic ille *codd. duo.*

Naufragium duo] *forte melius* naufragum.

Si me potuerit] poterit *vet. lectio.*

Præceps] preces *lib. duo & Frob.*

Patrem legis amputaturus] *ſic Herv.* partem *Frob. & vet. lib. qui etiam* imputaturus.

Quid dum fieret faceret] quid fiere fecerit *lib. duo.*

Quas non habet] *negatio abeſt à vet. cod. & Pintiano, idque recte.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

JOHANNIS SCHULTINGII
AD
M. ANNÆI SENECÆ
SUASORIAS ET CONTROVERSIAS,
Quæ ſuperſunt,
NOTÆ ET EMENDATIONES.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

JOHANNIS SCHULTINGII

AD

M. ANNÆI SENECÆ

Suaſorias & Controverſias, quæ ſuperſunt, notæ & emendationes.

SUASORIARUM LIBER.

Pag. 1. S*Vaſoriarum.* Ven. *Suaſoriarum liber primus incipit*, unde plures fuiſſe libros colligas. Conſtitueram autem Suaſorias præmiſſis Controverſiis rejicere in finem: quia ſatis ipſe fatetur Seneca Controv. 12. illas ſe poſterius publicaviſſe. Quem etiam ordinem olim probaſſe video Nicolaum Fabrum ſummum illum ſine dubio ingenio atque eruditione virum, cujus immortalia hos in libros ſunt merita. Poſtquam tamen animadverti in antiquiſſima editione Veneta (eam utendam accepi à Clariſſimo viro Joh. Georgio Grævio, quem eruditionis & virtutis cauſa nomino) primum Suaſoriis locum datum: præterea poſtquam rediit in mentem non temporis tantum, quo vel ſcripti, vel editi ſunt libri, ſed & rerum, quas præcipiunt, continentve, habendam rationem. Qua de cauſa non dubitaverunt eruditi Hiſtorias Taciti, quanquam natas prius atque editas in lucem, tamen ſubjungere Annalibus. Horum, inquam, ego contemplatione, in diverſam traductus ſententiam, cœpi nihil mutare velle: cum id ſit certiſſimum, & vulgo jam doctorum non ignotum, Suaſorias tanquam minus prudentiæ exigentes pueris delegatas, controverſias robuſtioribus aſſignatas fuiſſe. Eundem igitur ordinem, eoſdem gradus ſi in digerendis his libris obſervaverim, nec quicquam contulerim mutationis in ea, quæ adhuc pleriſque nec ſine cauſis gravibus placuerunt, nemo, credo, æquus id mihi vitio vertet. Illud vero etiam in limine hujus libri dicendum, eum ſuo capite truncatum videri: non tantum, quod deſit nonnihil initio Suaſoriæ, ut nonnulli cenſent, quod in medium relinquo: Nomen certe deeſt Rhetoris: Verum quod intercidit epiſtola, ſive præfatio ad filios. quorum maxime cauſa hæc recollegit animo, retulitque in literas Seneca. vid. Præfat. 1. Controv. ab initio, & confer hujus Suaſoriæ finem, & ſequentis diviſionem init. item finem Suaſ. ejuſdem, ut & Suaſ. 7. ubi ſunt *Hiſtoricorum de Cicerone elogia*; itidem in fine; nec cunctanter in noſtram ſententiam

hanc diſceſſionem facies. Similem calamitatem nonnullis etiam Controverſiarum libris temporum injuria illatam oſtendunt earum excerpta.

Deliberat Alexander &c.] Hyperbolica ſunt omnemque excedunt comparationem, quæ hac ſuper re dixerunt Rhetores. Sed hos, quod ita indulſerint ingenio, excuſes magis, cum ipſi quodammodo huc dixerint Hiſtorici. Curt. 9. 9. *Pervicax cupido inceſſit* (Alexandrum) *viſendi Oceanum, adeundique terminos mundi.* Juſtinus ex Trogo: *Poſt hæc Indiam petit, ut Oceano, ultimoque Oriente finiret imperium.* Hujuſmodi ex narrationibus illa Suaſoria fluxiſſe videtur. In quibus tamen recte ipſe Oceanus ille mundi habetur terminus, ad quem pervenire ſtudebat Alexander. Cujus ſunt illa eod. Curtii cap. cum didiciſſet haud procul abeſſe Oceanum; *Adeſſe finem laboribus, omnibus votis expetitum. Jam nihil gloriæ deeſſe, nihil obſtare virtuti ſine ullo Martis diſcrimine, ſine ſanguine orbem terræ ab illis capi: nec naturam quidem longius poſſe procedere. Brevi incognita niſi immortalibus eſſe viſuros.* Ex quibus colligas, quod ſatis ille habuerit ingredi Oceanum: ſane nihil neceſſe eſt, ut intelligamus, quod novas in Oceano fertileſque terras quærere voluerit Alexander: multo minus, quod ultra Oceanum, alia littora, alium orbem ſe reperturum ſperaverit, dum, ut ait poëta, *Æſtuat infelix anguſto limite mundi Unius.* Cum tamen hæc aliqua ratione eo trahi poſſent, & infinitam ambitionem non ſemel qua rebus, qua verbis teſtatam feciſſet Alexander, non dubitaverunt Rhetores, iſtud ad exemplum hanc Suaſoriam declamitare. Gemina de Theodoſio Latin. Pacat. cap. 23. *Dum in remota terrarum vincendo procedis: dum ultra terminos rerum metaſque Naturæ regna Orientis extendis; dum ad illos primæ lucis indigenas, & in ipſum, ſi quod eſt, ſolis cubile feſtinas.*

Pag. 2. *Poſt omnia Oceanus, poſt Oceanum nihil*] Quod Avitus affirmat hoc loco ſuæ ſerviens cauſæ, in eo videas alios ex antiquis dubitaſſe. & his non falſa ſubjecit animus. Ultra Oceanum, quem Romani aliæque gentes Europææ hac tempeſtate habebant cognitum, alias terras ac vaſtiſſimas quidem rerumque copia nihil noſtris cedente jacere, id avorum noſtrorum memoria repertum & jam notum eſt pueris. Ut vera vaticinatus ſit Seneca filius in Medea 375. *Venient annis ſecula ſeri Quibus Oceanus vincula rerum Laxet & ingens pateat tellus, Tethyſque novos de tegat orbes.* Qui in *Hercule* etiam *OEte* huc adſpexiſſe videtur 414. *Cuju triumphos ultimi Seres canunt, Et quiſ quis alius orbe conſepto jacet.* Quo in loco quamvis ſummi id velint viri, nihil cenſeo mutandum: Sed *alius orb conſepto* accipio, alius, quam hic orbis conſeptus Oceano: quem paul poſt Oſcus *totius orbis* (hujus) *vinculum, terrarumque cuſtodiam appellat* Sulpitius Apollinaris Gellii lib. 12 cap. 13. *Cum vero omnes terras omnifa riam & undique verſum circumfluat* (Oceanus) *nihil citra eum eſt: ſed undarum illius ambitu terris omnibus convallatis, i medio ejus ſunt omnia. Alius* vero u hic, ita eſt & apud Horat. non *aliun Sapiente bonoque beatum.* item: *Ne qu ſe præter Apellem Pingeret, aut alius Ly ſippo duceret.* Cic. ad Fam. 11. 2. *nos a initio ſpectaſſe otium, nec quicquam aliu libertate communi quæſiſſe exitus declarat* ubi vid. Manut. Nec hoc ignotum ſummis illis viris, quorum ab altero ante hos annos duodecim id me didi ciſſe fateor, ſed hoc loco cogitatum non eſt. Si quid tamen ſuperſit, in his quod turbare quemquam aliqua ſpe cie, poſſit, illud erit τὸ *quiſquis*: quod nonnulli forſan mutatum velint in *quis*, ut ſit oratio, qualis illa Lucani:

Sub juga jam Seres jam Barbarus iſſ
Araxes,
Et gens ſi qua jacet naſcenti conſcia Nil

Quod blandiebatur mihi, fateor, cum primum viderem. Cum vero reſpex ad locum iſtum Senecæ ejuſdem e Medea, ubi novos orbes detectum ir auguratur, cauſſæ nihil eſſe putavi cu cenſoria virgula uſus quicquam im

muta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

mutarem Philippus Cluverus, quod in tranſcurſu moneo, etiam antiquiſſimis temporibus notam fuiſſe Europæis Americam, ut nunc vocatur, ex Platone & Diodoro probari poſſe, exiſtimat. Ipſum vid. lib. 6. Geograph. Introd. cap. 11. Illud in tranſcurſu monuerim: videri non inelegans futurum, ſi verſ. 102 Tragœdiæ ejuſdem legatur: *qua templa tollens area Cenæi Jovis Auſtro timendum ſpectat Euboïcum mare* nunc *ara* legunt, quod mihi non ita commodum videtur. *Area tollit templum* dixerit, ut in Herc. fur. 662. *Spartana tellus nobile attollit jugum.* Tacit. 5. Hiſt. 6. *Præcipuum montium Libanum erigit* (Judæa) in Germ. 46. de Venedis: *Quicquid inter Peucinos Fennoſque ſylvarum erigitur latrociniis pererrant.* Hoc ipſo de loco templi Cenæi Jovis add. eand. tragœd. verſ. 775.

Vicimus, qua lucet] Veneta: *licet.* Quod in nonnullis etiam obſervavit & probat Schottus. Manifeſtius vero & certius demonſtretur hanc lectionem non eſſe reprobandam, ſi adſcribantur illa ex carmine Pedonis, quod eſt infra hac Suaſ. *Dii revocant rerumque vetant cognoſcere finem Mortales oculos; aliena quid æquora remis Et ſacras violamus aquas divumque quietas Turbamus ſedes?* Mox etiam Fabianus: *Sacrum quidem terris natura circumfudit Oceanum.* Unde colligitur jam pro certo, quare ſubjungatur: *Nihil tantum eſt, quod ego Alexandri periculo petam:* nempe quia illicita & nefaria deorumque provocatura indignationem atque iram cœptabat Alexander. Reſpondent his Rhetoris illa Flori. 2. 17. *Peragratoque victor Oceani littore, non prius ſigna convertit* (Brutus) *quam cadentem in maria Solem obrutumque aquis ignem non ſine quodam ſacrilegii metu & horrore deprehendit.* Niſi ita tractetur & illuſtretur hic locus, eadem ratione poſſit videri probum *lucet:* nam cum periculo ſine dubio conjunctum eſt, ſi quis non ignotum tantum ſed & alta conſitum caligine ingrediatur mare, ubi

— *nil erepto valeas dignoſcere mundo.*

Atque hac de cauſa etſi *licet* præfero, *lucet* tamen damnare non auſim, quia fuit & ſupra: *Satis ſit hactenus viciſſe Alexandro, qua mundo lucere ſatis eſt.* Et quia mox Oſcus dixit: *Tempus eſt Alexandrum cum orbe & cum ſole deſinere.*

Quo tibi operæ eſt adeſſe] Schottus hoc de loco amplius pronunciat. Me etiam, fateor, diu habuit exercitum: nec adhuc illi attulero opem, niſi mihi concedant eruditi, ut voculam unam inſeram. Ita fiet, *venit ille dies, Alexander, exoptatus, quo tibi operæ eſt tuis adeſſe.* Monent in margine codicis antiqui notatum occurrere, *finis adeſſe*, quod ſi à libro eſt manuſcripto, non ab ingenio, unice meam affirmet conjecturam. Illud *operæ eſt* non dubito, quin verum ſit; nec enim facile in antiquis libris iſtiuſmodi reperias gemmas, quin probæ notæ ſint. Et valet *operæ eſt*, otium eſt. Ut in illo Gellii patet 7. 17. *nunc*, inquit, *mihi operæ non eſt, quum otium erit reviſes ad me*, &c. Plautus Moſtell. 4. 4. 30.

Numquid vis? Di. fac valeas! opera ubi mihi erit, ad te venero.

In Milite 2. 2. 97.

— *occupata 'ſt, operæ non eſt, non poteſt.*

Mercat. 2. 2. 15. *Dicam ſi videam tibi eſſe aut operam aut otium.* Ly. *Quanquam negotium eſt, ſi quid vis Demipho, Non ſolum occupatus unquam amico operam dare.* Cujuſmodi ex loco colligas *non eſt mihi operæ* eo, quo dixi ſenſu in uſu eſſe cœpiſſe, quia plenum eſt, *non eſt mihi operæ, quod tibi dem:* quod vi ſua ſignificet, non eſt mihi otium. *Operæ* vero *eſt* pro operæ pretium eſt, etiam eundem apud Plautum Liviumque, cui hoc frequens, item Suaſor. 7. reperies. Solemus vero, cum petitur opera noſtra in rebus nullius vel non ita magni momenti, cujus ſunt, quas iſto tractamus tempore, negare nobis eſſe otium. Quod cum ita à nobis iſto de rerum genere effertur, *operæ non eſt*, poteſt accipi & quod otium ſuperet nullum ad illa curanda, & quod ea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

cura noſtra indigna judicemus. Et poſteriora hæc, ſi originem quæramus hujus locutionis, magis huic loco accommodata judicem. Nam & operæ pretium eſt Alexandro jam ſuis adeſſe, ut cum iis extra pericula poſitus non ſolum ſe oblectet, & fruatur gloria rerum geſtarum ſubactique orbis, ſed & ut parta tueatur, ſtabiliatque res ſuas, & ipſos illos Macedones ſuos, ſuaſque neceſſitudines defendat ac protegat. Quod etiam Macedones ultimis in verbis Fabiani tacite ſignificare videntur: *Memento, Alexander, matrem in orbe victo adhuc magis, quam pacato relinques.* De ſe non fatentur, ut ſuam tamen ſuorumque ſimul cauſam agant. Maxime vero accipio *operæ eſt*, ut dixi initio, idem hic eſſe, quod otium eſt, vacat, quia cauſæ loco ſubjungitur, *iidem ſunt termini & regni tui & mundi.* Præclare huc pertinet, quod eſt apud Plutarchum in vita Pyrrhi, ubi ille rex ad Cineam oratorem ſapientiſſimum, ait ſe Italia, Sicilia, Africa, Græcia redactis in poteſtatem, cum ita jam late ex ſententia potiretur rerum, otia ſe cum ſuis agitaturum; cui cordate reſpondet orator. vid. loc. adde hiſtoriam de Calano.

Quæ non Alexandrum poſito genu adorarint] Ita ut regem Perſarum exceperint. Notum eſt illud apud Nepot. in vita Cononis: *Neceſſe eſt enim ſi in conſpectum veneris, venerari te regem, quod* προσκυνεῖν *illi vocant.* Senec. Thyeſte, 599. *Ille qui donat diadema fronte: quem genu nixæ tremuere gentes.* Hæc de rege regum apud Perſas, vel Parthos potius (ita enim nunc plerumque nominantur) accipio: ad quos tunc tranſlatum erat Perſarum imperium, non minus late, quam olim patens. Juſtin. 41. 1. *Parthi, penes quos velut diviſione orbis cum Romanis facta, nunc Orientis imperium eſt, Scytharum exules fuere.* Nec enim poſſum inducere in animum, uti credam Senecam hoc de Nerone publice teſtimonium perhibere voluiſſe; qui illi ſupparaſitari ſolet; & ſi quid iſtiuſmodi rerum dicendum docendumve

eſt; externorum mavult regum exem-
pla proferre. vid. Epiſt. 80. Quod au
tem ad imperatorem Romanum hæ
Senecæ retulerunt, cauſa ea ſine du
bio fuit, quod ſequitur: *Cujus ad nu*
tum poſuere bella Medus, & Phœbi pr
pioris Indus, & Dahæ Parthis equitem m
nati. In quibus ſi pro *Parthis* legas *A*
riis, nihil erit, cur vel Nero ſibi illa
tam interpretetur injuriam; & omnia
quo verba ferunt ad Parthos pertin
bunt ſine difficultate: niſi quod po
ſint iniqui cavillari, quod nova h
emendatione procudatur hiſtoria. S
& abſque hac emendatione ſingular
eſt hiſtoria; & ratio eorum, quæ d
cit Seneca, ad hujuſmodi cogit co
jecturam: quam probabilem præter
Tacitus reddit 11. Annal. 10. *Proſ*
riſque præliis medias nationes ſubegit
flumen Ginden quod Dahas Arioſque d
terminat. inſignes Arios fuiſſe teſ
eſt Lucan. 3. 281. *fortis Arius.* ite
Juſtin. 41, 1. Ut vero dicam, qu
ſentio, mihi id minime mirandu
quod etiam efferæ gentes poſito ge
Alexandrum adoraverint: qui ſcia
quod ad Orientem populi reges ſu
divinis proſecuti honoribus, &
ἐμψύχους θεοῦ εἰκόνας ſint venerati, qu
ipſi unice eorum indigerent præſid
inepti quippe plerique ad imper
dum; inde ſervituti & regibus un
addicti ac devoti ſerviebant. *S*
Aſiaque & ſuetus regibus Oriens. G
teſte Ariſtotele 1. Polit. pronunci
non dubitabant, quod *ſit natura b*
barum eſſe & ſervum: unde collig
eopſe loco, βαρβάρων Ἕλληνας ἄρ
εἰκός. *æquum eſſe Græci ut imperent*
baris. quia ſcilicet φύσει τὸ ἄρχειν οἰ
τῷ κρείσσονι. *Meliori natura impe*
competit. Sed Rhetor, quantum j
co, hoc maxime expreſſum vol
quod Alexander remotiſſimas et
ſedibus gentes (eæ moribus vita
maxime erant barbaræ) ad confeſ
nem imperii & accipiendum im
rium coëgerit. Quod vero Græc
Ariſtoteles pro ſervis habent barba
id ad Orientales alioſque pauco
ſtringendum: de iis, qui Septen

rem verſus incolunt, notum & verum eſt illud Poëtæ:

Libertas ultra Tanaim Rhenumque receſſit,
Et toties nobis jugulo quæſita negatur
Germanum Scythicumque bonum.

add. Tacit. de Morib. Germ.

Immenſum & humanæ] Petreius *petimus*, aut *ingredimur* vellet inſertum. Tu leviſſima mutatione ſcribe: *Immenſum eſt & humanæ &c.* Ita numerus atque omnia convenient.

Pag. 3. *Tetra caligo remittet fluctus*] In hoc loco laborarunt jam Dalechampius, cujus inventum probatum à N. Fabro; item Schottus: denique Gronovius, qui proxime acceſſit verum. Legit enim, *Tetra caligo permiſta fluctibus.* Nempe Virgilian. hic locum habet,

——— *Ponto nox incubat atra.*

Et illud Lucani lib. 5.

——— *niger inficit horror*
Terga maris.

Nec iſte ſenſus minus eſt commodus, quam hic verborum Latini Pacati in Paneg. cap. 2. *ab ultimo Galliarum receſſu qua littus Oceani cadentem excipit ſolem, & deficientibus terris ſociale miſcetur elementum.* Sed non dubitaverim, quin verum ſit: *Tetra caligo remiſcetur fluctui.* Quam in viam me iſta conjectura Gronovii deduxit. Credibile vero eſt, quia verbum *remiſcere* minus uſu plebeio erat tritum, inde factum eſſe, ut corrumperetur hic locus. At Virgilianum eſt:

——— *ſic veris falſa remiſcet.*

quod vulgo, permiſcet. Multa ſunt huic ſimilia, in quibus particula *re* vim auget ſignificationis. Sueton. Octav. 73. *Togis* (uſus eſt) *neque reſtrictis neque fuſis.* ead. vita, cap. 78. *retecti pedes.* i. diligenter contecti. Cæſar lib. 4 Bell. Gall. *Vinum ad ſe importari non ſinunt, quod ea re ad laborem ferendum remolleſcere homines atque effeminari arbitrantur.* Curius Fortunatianus lib. 3. *& fere aſpernantur homines, quæ non recognoſcunt.* Ita *remittere* pro permittere, vulgatum. Unde pro indulgere eſſe videtur Controv. 14. *Facere illum rem non improbam: nam ita patri non remittere, quod à patre ipſi remiſſum ſit.* Filius luxurians patrem luxuriari incipientem accuſabat dementiæ. De voce *Remittere* vide Gronov. 4. Obſervat. Etiam *recludere* pro ſecludere apud Juſtin. lib. 9. & Inſtit. §. 7. de leg. agn. ſucc. jam obſervarunt alii. Poſſem etiam ipſe alia addere, ut ex Præfat. 1. Controv. *repoſitus animus* pro bene compoſito. item ex Vell. 2. 69. *reciſum opus.* Etiam Seneca filius cap. 17. de Conſol. ad Hel. *ad otium repoſiti mores.* Sed hæc, credo, ſufficiunt.

Neſcio quod humanis, &c.] Nonnulli cod. teſte Schotto, *quin quod hunc,* & dein, *& terram nox obruit.* alii è *terra:* Lego: *Ne neſcias, quicquid ſit, humanis natura ſubduxit oculis, & terram nox obruit. Terram,* quam tu ſperes ultra Oceanum,

——— *ſedes ubi fata quietas*
Oſtendunt. Iſtud autem quod affirmat, *ob poſt terga diem Solemque relictum.*

Quæ iſta toto pelago] Hiulca eſt oratio, niſi legas & diſtinguas: *Quid? iſta toto pelago infuſa caligo, navigantem t. v. a. quæ p. q. excludit?* ut pronomine *quid* & continuata poſt illud interrogatione animetur oratio. Quomodo Controv. 2. *Quid? ſi jam Xerxes ad nos ſuo mari navigat, fugiemus, antequam nobis terra ſurripiatur?* Ita enim illum emendandum cenſeam locum. ita & Suaſ. 2. init. reſtitui.

Ferarum ille conventus] Quo diutius hæc conſidero, eo credo certius intercidiſſe nomen *gentium.* ut fuerit: *nec terribilis ferarum ille gentium conventus.* Ita multo elegantius ſubjecta ſint iſta ab oppoſito: *immanes propone belluas.* Etiam firmari videtur hæc conjectura illis Oſci ſupra: *quæ tam feræ gentes fuerunt, quæ non Alexandrum poſito genu adorarint. Conventus* autem hic ipſe locus, ubi convenitur, quod notiſſimum. Simillimum, nec intellectum tamen perinde, quod Flor. 1. 16. Campaniam *Liberi & Cereris certamen* appellat. Item Lucrinum & Avernum *quædam maris otia.* Si *gentium* mini-

minime quis putet deeſſe, ſed omnia hæc eſſe integra, is ſaltem concedet, in iis, quæ ſequuntur, *immaniores* eſſe legendum.

Imperfecta natura penitus receſſit] Quare & Chaos opinione gentilium ſibi inferorum accepit ſedem, & inter deos inferos invocatur ab iis maxime, qui ſacris magicis ſunt operati. Ineptiſſima hoc loco Aurelii eſt conjectura: qui tam turpiter non deſiſſet ſe, ſi intellexiſſet, quid ſit *penitus recedere*, quod à pueris diſcere poterat. Penitus abſtinere hujuſmodi à locis debuerat ille manum. Faciunt ad hæc Fabiani illa Glyconis infra. τῦτο εἰ μή τι καλὸν ἦν, ἐκ ἂν ὕςατον ἔκειτο.

Pag. 4. *Circumfudit Oceanum. Illi*] Mallem: *Oceanum: & illi*. vel, *ſed illi*, ut ſenſus ſit: quanquam proximus & circumfuſis terris noſtris ſit Oceanus, tamen neminem adhuc mortalium illius ſpatia cognita atque explorata habere.

Siderum collegerunt metas] Non neſcio, quam late *ſidus* pateat. nec item quomodo definiant oppoſite ad ſtellam. Senec. Herc. fur. 13. *Suaſque Perſeus aureas ſtellas habet*, intelligit ſidus eſt. Hoc loco maxime ad Solem & Lunam id nominis forſan referendum. Certe enim & Sidus κατ' ἐξοχὴν de Sole ponunt Juſtin. 13, 7. de Ariſtæo inter cætera: *Eum ſolſtitiales ortus ſideris primum inveniſſe*. Ovid. *Debet & à radiis ſideris eſſe niger vultus* nautarum. Lunam vero ſimul *ſiderum* nomine hic poſſe comprehendi, tum ratio convincit, tum vel unicus ille (ne multis agam) Propertii locus lib. 1. eleg. 1.

Tunc ego crediderim vobis, & ſidera & amnes
Poſſe Cite inis ducere carminibus.

Cui non ſimul hic venit in mentem,

Carmina vel cælo poſſunt deducere Lunam?

Ratio vero iſtius opinionis meæ eſt, quod ſubjicitur: *& annuas hiemis atque æſtatis vices ad certam legem redegerunt*. Solſtitia vero atque æquinoctia iſta temporum in ordinatione maxime conſiderantur. Nec tamen de Sole tantum locus hic accipi poteſt, cum ſiderum fiat mentio: igitur intellexerim quoque de Luna: Cum digeſturi tempora & annos maxime Solis & Lunæ habuerint rationem; aliiſ- que Lunares, aliis Solares fuerint anni. Præterea cum de Oceano hic tractetur, quibus terminetur finibus, quibus vel includatur, vel excludatur locis, negare non dubitat iis etiam conſtare, qui ſiderum collegerunt metas, cum hi tamen acceſſus & receſſus Oceani ex ratione Lunæ certiſſimo te- neant. Nam id non latuiſſe antiqui teſtis Seneca cap. 1. de Provident. lo- cus egregius eſt: *Jam vero ſi quis obſe- vaverit, nudari littora pelago in ſe rec- dente, eademque intra exiguum temp- operiri, credet cæca quadam volutatio- modo contrahi undas & introrſum agi, m- do erumpere, & magno curſu repetere ſ- dem ſuam, cum illæ interim portionib- creſcunt, & ad horam ac diem ſubeun- ampliores, minoreſque, prout illas L- nare ſidus elicuit, ad cujus arbitrium O- ceanus exundat*. add. Pompon. Melan- 3. 1. init. & locum Solini cap. 26, ne. Si quis vero pertendat præter S- lem & Lunam hic etiam alia intel- genda ſidera, is ſententiæ ſuæ firm- mentum reperiet in iis quæ ſequu- tur, *quibus ignota nulla pars mundi* & in iſtis Flori, 4. 3. *In annua cæli co- verſione fieri ſolet, ut mota ſidera tone- ac flexus ſuos tempeſtate ſignificent*. U notabiliter etiam aliis ſideribus ſu- tribuit flexus, igitur & metam: na- ad hanc adſpicitur, quoties de fle- hoc modo differunt Cicero in Or- pro Cælio: *In hoc flexu ætatis fama doleſcentis hæſit ad metas*. Perſius, 3. *meta quam mollis flexus & un-* Senec. de Tranqu. vitæ. *Non in c- ſu tantum circique certamine, ſed in ſpatiis vitæ interius flectendum eſt*. Q loca Torrentius congeſſit, ut & a ad Horat. lib. 1. Od. 1. Senec. Thy- ſte 796.

Nondum Heſperiæ flexura rota
Jubet emeritos ſolvere currus.

Tacit. 5 Hiſt. Cum autem ad met-

fleć

flecterent currus, redibant: inde Soli, Lunæ, aliis ſiderum maxime non fixorum, ut currum & equos, ita metam flexumque tribuunt, cum eo pervenerunt, unde retro remetiuntur curſus. Simili comparatione Juſtin. 12. 10, de Alexandro extremis ab Indis revertente in patriam *Reverſus in naves Oceano libamenta dedit, proſperum in patriam reditum precatus. ac veluti curru circa metam acto, poſitis imperii terminis, quatenus aut terrarum ſolitudines prodire paſſæ ſunt, aut mare navigabile fuit, ſecundo æſtu oſtio fluminis Indi invehitur.* Unum præterea in his Senecæ notatu in primis dignum, quod *colligere metus ſiderum* dixit de iis, qui iſtas inveſtigarunt & repererunt, quod ſine arte computandi & ſummarum collectione fieri non potuit. Nam *colligere* ad computationes & ratiocinia pertinere jam oſtenderunt alii Quia vero ii, qui ſenſu, quo dixi, aliquid colligunt, ac aliquid demonſtrant, aut demonſtratum volunt: inde etiam *colligere* dicunt, qui argumentantur, ut aliquid reperiant concludantque certi. Suaſ. 5. *Hoc non eſt diu colligendum. de eo dico,* (l. *denuo d.*) *vincemus, quem vicimus.* Senec. inde ep. 45. *collectionem* pro Syllogiſmo & ſæpe alibi dixit. Hinc porro Quinctilianorum loca accipiunt lucem. Declam. 1. *Sed quid ego, rem manifeſtiſſimam colligo?* Declam. 252. *Forte argumentis hoc colligo: longa & difficili conjectura probandum puto.* Ironicum eſt Declam. 308. *Hoc propius colligamus.* Declam. 270. *Et hæc omnia, quæ pro cauſa mea dixi, quibus collegi me non eſſe obligatum huic legi, non temporis cauſa, nec præſentis periculi fingere me vel ex eo manifeſtum eſt, quod raptorem alter occidit.* Ita enim legenda poſtrema judico. Inde porro *colligere* pro judicare Declam. ejuſdem 255. *Si quis noſtrum transfugiſſet, non ipſum modo peſſimum civem & omnibus ſuppliciis dignum judicaretis, ſed infames etiam, qui receperunt, & velut ductores ſcelerum, vel magiſtros turpitudinis colligeretis.* Sed de his ſatis.

Velut vinculum circumfluat] Conſtanter fatentur in antiquis eſſe *circumpluat:* quod non expedio, inquit Schottus. Aurelius damnat. Ego vero intelligo pro *circumluat* ſcriptum fuiſſe. Nam amant *p* inter *m* & ſequentes quaſdam conſonantes inſerere: ita *dampnum, dampnare, condempnare, temptum* pro *tentum*, ſive *tentorium* ut *temptare* pro *tentare*, quod in Belgica lingua ſervamus. in ms. teſte Salmaſio ad Flor. quod minus mirabitur, qui promiſcue poni cogitet *emptum* & *emtum*, *redemptum* & *redemtum*, *contemptum* & *contemtum*, aliaque quibuſvis nota. Quamvis vero iſtum ad modum hic ſcriptum, & *circumluere* & *circumluvio* apud ipſum Ciceronem & Livium reperiantur; item *circumluvium* apud Feſtum; malim tamen *circumfluat*. Æthicus Coſmogr. init. de Romanis. *quid*, inquit, *cum quicquid ſubjacet cælo, penetrarent triumphis omnem terram Oceani limbo circumdatam invenerunt.* Dionyſ. περιηγ. μνήσομαι ὠκεανοῖο βαθυρρόου, ἐν γὰρ ἐκείνῳ Πᾶσα χθὼν, ἅτε νῆσος ἀπείριτος ἐστεφάνωται. Etiam apud Strabon. lib. 2. ἐκ πάντων ἢ τούτων φησὶ δείκνυσθαι διότι, ἡ οἰκουμένη κύκλῳ περιρρεῖται τῷ Ὠκεανῷ. Οὐ γὰρ μὲν δεσμὸς περιβάλλεται ἠπείροιο, Ἀλλ' ἐς ἀπειρεσίην κέχυται, τὸ μὲν οὔτι μιαίνει.

Quaſi ſpiramenta quædam magnitudinis exæſtuet] Ille quem novimus & navigamus Oceanum, quemque ut terrarum concipimus vinculum, ſpiramenta ſua habet, nempe illa, quibus ſubtus terram varie & late diffuſis oriuntur fontes & flumina. Iſti vero, qui alium quendam imaginabantur Oceanum, qui ſuum ſibi conſtitueret orbem alicubi, ut terra & cæli; hos ipſos ſinus & immenſa illa, quæ navigamus ſpatia, tantum ſpiramenta eſſe illius Oceani volebant, quorum ex ſententia infinitis, quam nunc ſolet, partibus Oceanus major cogitari debuit. Multo autem dilucidius hæc haberent, ſi legatur: *An in ſuum colligatus ſit orbem, & in hos, per quos navigatur, ſinus, quaſi ſpiramenta quædam magnitudinis ſuæ exæſtuet.* Solini locum non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

non poſſum quin aſſcribam : cap. 26. *Phyſici autumant mundum animal eſſe, eumque ex variis elementorum corporibus conglobatum moveri ſpiritu, regi mente, quæ utraque diffuſa per membra omnia æternæ molis vigorem exerceant. Sicut ergo in corporibus noſtris commercia ſunt ſpiritalia, ita in profundis Oceani nares quaſdam mundi conſtitutas, per quas emiſſi anhelitus vel reducti, modo efflent maria, modo revocent.*

Victo adhuc magis quam pacato] De victis magis quam pacatis eſt illud Flori, lib. 4. 12. *Necdum aſſuetæ frenis ſervitutis, tumidæ gentium, inflatæque cervices ab ipſo nuper jugo reſiliebant.* Ad pacatos pertinet illud Virgilianum 4 Georg. *— victorque volentes Per populos dat jura.* & illud quod Alexander vovet Aſiam ingreſſus apud Juſtin. 11. 5. *Ne ſe regem illæ terræ invitæ accipiant.*

Aliter declamandum eſſe, quam ſuadendum] Non dubito, quin vera ſit Fabri conjectura: *hoc genus Suaſoriarum aliter atque aliter declamandum eſſe.* Sed quæ ſequuntur, non ut ille, judicem expungenda: tantum emendanda videntur. ut ſit: *Declamandum eſſe. Quum enim ſuadendum non eodem modo*, &c. Vel: *Nam quum ſuadendum.*

Pag. 5. *Veritatem facti Alexandrum exiſſe*] Ita Juſtin. 2. 6. *Athenienſium bella non modo ultra ſpem gerendi, verum etiam ultra geſti fidem patrata eſſe.* Liv. de Horatio Coclite: *Rem auſus plus famæ habituram apud poſteros, quam fidei.*

Quoſdam ſuperbiſſimos] Ut hæc nectantur antecedentibus, lego: *exiiſſe. Quo quoſdam ſuperbiſſimos.* Eadem particula omiſſa videtur Suaſ. ſeq. ubi fuit, credo: *Lesbocles ſcholam ſolvit: quo nemo unquam ampliore animo ſe geſſit.* Ad hunc vero Senecæ locum pertinent illa Æliani 9. 3. Var. Hiſt. καὶ οὐδεὶς ἐτόλμα ῥᾳδίως προσελθεῖν αὐτῷ (Ἀλεξάνδρῳ) πολὺ γὰρ ἦν τὸ ἐξ αὐτοῦ δέος ἀρθέντος ὑπὸ φρονήματος καὶ τύχης εἰς τυραννίδα.

Eleganter in C. Caſſii epiſtola] Monet Aurelius in quodam ms. eſſe *id C. Caſſii.* Præterea Veneta exhibet, *Quædam ad Ciceronem:* unde velim: *eleganter id in C. Caſſii epiſtola quadam ad M. Ciceronem miſſa, poſitum.* Nam poſtremam vocem minime mutem: cum eam Senecæ amatam videam. Suaſ. 2. *Cum poſuiſſet hoc dixiſſe trecentis Leonidam*, &c. Suaſ. 3. *Solet autem Gallio noſter hoc aptiſſime ponere.* & centies alibi. Nicolaus vero Faber, ut prætereundo id moneam, dormitavit hunc ad locum ſcribens: Ciceronis locus in epiſtola ad C. Caſſium ſic habet *vereor ne nos ruſtice velit* ἀντιμυκτηρίσαι Imo Caſſii ea eſt ad Ciceronem, ut recte ſcriptum à Seneca; & eſt undevi ceſima libri 15. Ne illud nunc dicam *gladio* ante *velit* ab eo prætermiſſum eſſe.

In omnibus regibus hæc urbanitas] Nam ἀντιμυκτηρίζειν non minus eſ urbanitatis, quam μυκτηρίζειν.

Pag. 6. *Deſpondere ipſos in matrimo nium*] Non diſplicent, quæ conjeci Gronovius. Poſſes etiam *ipſi ſe.* Se hoc leviuſculum eſt. In eo adhuc o mnes hæſerunt eruditi, quid ſibi ve lint illa paſſim in antiquis expreſſa *Minervam Muſam ſuam.* Nihil adhu reperire potui, cui acquieſcerem Quanquam fateor veniſſe in mentem *Minervam, unicam ſuam.* Ut ita ex audiatur, quaſi unicæ filiæ nuptiæ o ferantur: quæ maxime deſiderabile ſolent haberi: nec addunt tamen f liæ, cum niſi inſulſe non poſſent. Se ludunt in ambiguo: cum revera ipſ Minerva eſſet unica, ſenſu, quo eſt i illis Plauti Capt. 1. 2. 47.

Tibi ille unicu'ſt: mihi etiam unico m
gis unicus eſt.

ubi vide Comment. In tutela enin Minervæ urbs erat Athenarum, u notum. Quare ſi ita, ut divinavi, d xerunt Athenienſes, minime pro i ficeto id æquus quiſquam & intel gens aſpernabitur. Hac ratione etia multo quadrant magis, quæ de ſpo ſalibus & dote ſubjiciuntur.

Athenienſium ſponſalia] Malim *thenienſibus ſponſalia m. t. æſtimata ſu* Quomodo *litem alicui æſtimatam*

cur

cunt. Accommodatiſſimum vero ad rem ſit, ſi cogitentur illa Florentini Juriſconſulti in l. 1. D. de Sponſal. *Sponſalia ſunt mentio & repromiſſio nuptiarum futurarum.*

Pag. 7. *Illos tibi annua, bima, trima die*] Quanto plus vidi ſudaſſe ſummos eruditorum ad hunc locum ex vero illuſtrandum, tanto flagravit animus deſiderio magis laborem hic ſumendi, uti perviderem, quo hæc, ſi jura adhibeas, παράδοξα, pertinent. Poſtquam igitur mentem diu verſavi in omnia, tandem ſuccurrit hæc Deillium dicere potuiſſe Antonio ad exprobrandum, quod effeminatus & parum vir eſſet. Mulieri diſſoluto matrimonio (& quaſi reſciſſum jam ſit, accepit Deillius) reſtituebatur dos annua, bima, trima die. Simillima ratione Diotimum taxat Diogenes apud Ælianum. 4. 27. Σοὶ δὲ θεοὶ τόσα δοῖεν, ὅσα φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς Ἄνδρα τε καὶ οἶκον. Quem locum non videntur cepiſſe interpretes: igitur eum ad Controverſ. 6. explicatum dedimus. Vide, ſi tanti videtur. Saltem quæ illic notata huc plurimum faciunt.

Pag. 8. *Deinde exempla rerum*] Hæc periodus ejus eſt generis, cujus illæ Suaſ. 2. *Deſcriptio Thermopylarum.* Controv. 4. *Deſcriptio pugnantis viri fortis.* Quæ ſingulæ & ſolæ periodi ſunt, quibus in tranſitu monet aliquid dictum loco certo fuiſſe, quod conſulto tamen omittat. Add. notam Gronovii ad Controverſiam iſtam. Quo obſervato, mutataque hunc ad modum diſtinctione: *montes ſubſidere: deinde exempla rerum è faſtigio ſuo devolutarum adjecit,* &c. Locus erit minime, ut nunc poſſit videri mutilus. Controv. etiam 14. *Hic vitiorum exprobratio.* & Controv. 23. *Hic defenſio adoleſcentis.* Utroque *loco* male *Hæc.*

Devolutarum] Apuleius: *Ampliuſcula fortuna devolutus.*

Naturæ terminos ſupergreſſum notuiſſet] *Noteſcere* vox haud dubie proba. Malim tamen hoc loco ducente huc orationis numero, *innotuiſſet.* Apud Tacit. 12. Annal. 58. *Utque ſtudiis honeſtis & elegantiæ gloria niteſceret.* Vellet Lipſius *noteſceret*; quæ erat conjectura Groſſotii; ſed nihil mutandum. Nihil notius quam Tacitum maxime omnium in ſcribendo ſe ad exemplum compoſuiſſe Salluſtii: Hujus vero eſt in Bello Catilinario de Cæſare: *Sibi magnum imperium, exercitum, bellum novum exoptabat, ubi virtus eniteſcere poſſet.* Juſtinus 43, 3. *Qui pericula propulſando in tantum enituerunt.* Niteſcere non minus probum eſſe oſtenditur locis Velleii, 1. 17. & 2. 9. Tacitus vero etiam amat ſimplicia ponere pro compoſitis: etiam ubi inde eſt periculum obſcuritatis. Veluti *nunciare.* 13. Ann. 32. *De capite famaque conjugis cognovit & inſontem nunciavit,* i. e. pronunciavit. Sed hæc in loco potius oſtendentur.

Quomodo illa trepidavit] Lege: *Trepidaverit.*

Pag. 9. Διὰ τοῦτο μέγιστον] Ut in his aliquid ſit, quod videatur compoſitum ad imitationem ſententiæ Glyconis; ſcribendum pro μέγιστόν ἐστι, μισητόν ἐστι, aut ſimile. *odio proſequendum*, ſive *fugiendum vult Oceanum*, cum ſcilicet ab ipſo deo relegatus & in ultima plane rerum naturæ parte ſit ſitus. nam, ut ait: *ipſe eſt poſt omnia, poſt ipſum nihil.*

Δύο Ἑλλησποντίαις ἠόσι] Quia membri ſequentis initium eſt οἱ δὲ, inde colligitur facile, quid hic deſit. Nempe fuit: Οἱ μὲν Ἑλλησποντίαις, &c. Sequentia recte habent, ſi ita in manuſcriptis ſunt: tantum οὐ negativam periſſe verum mihi videtur, & emendandum τὴν ἐμπεδόθεσμον οὐ προσδοκῶμεν ἄμπωτιν. *Vos ô juvenes duos vultis* (& exſpectatis) *ſoles?* At *alii quidem noſtrum duobus Helleſponti littoribus præfecti, alii mari Pamphylio,* (qui rerum maritimarum periti, & hic præſentes ſunt; Add. Arrian. lib. ult.) *ne quidem ſtatum certumque* (in Oceano) *exſpectamus refluxum:* quo curſus adjuvari navigantium ſolet. Adeo hic rerum natura deficere incipit. Pertinet huc, quod in carmine Pedonis Albinovani, *pigræ* ultimi & à littoribus adeo remotioris Oceani *undæ* dicuntur. Nam ad

a 5 littus

littus πλημμυρίδα etiam ἄμπωτιν ipſi animadverterunt. Verum eſt cum in Oceano longius receſſeris à terra continenti, fluxum & refluxum non obſervari. quod Rhetores iſti hyperbolice exaggeratum nunc eunt. Freinſhemius, quod caſu vidi, in indice Curtii, aliquid etiam & nimium, niſi fallor, auſus eſt.

Ἐντεῦθεν ναῦς ἐκ μιᾶς φορᾶς] Ναῦς in his *navigatio* eſt: quo ſenſu *navis* & *navigium* apud Latinos deprehendas. Juſtin. 32. 3. *Naves ſuas humeris per juga montium uſque ad littus Adriatici maris tranſtulerunt* (Colchi) *cognito, quod Argonautæ idem propter magnitudinem navis priores feciſſent*: ubi bene Bongarſius *navem* pro *navigatione* dici judicat: etſi diverſum judicat Berneggerus, cujus certiſſimus error eſt. Cenſorin. de die nat. cap. 12. *Denique quo facilius ſufferant laborem vel in navis metu à vectore ſymphonia adhibetur.* Ubi Lindenbrogius: an *motu* legendum, an, ut alii volunt *meatu*, vel *metatu*? diſpicias. Scrupulus inde injectus, quod non intelligebant vocem *navis* Dictys Cretenſis ita *navigium* lib. 1. *Præparatione navigii inconſulto uſi ventis ad Cyprum appulere.* Vide Gronov. obſerv. in ſcript. Eccleſ. Præterea ἐκ μιᾶς φορᾶς accipio *uno impetu* (& refluxu undarum maris: add. Didym. in Odyſſ. Hom. 1. 486.) & vult poſſe perveniri ad locum Orientis Solis: Quia his ſe proximos credebant vulgo decepti oculis, at deinde perpetuas Occidentis auguratur tenebras. Quaſi ſi alius etiam orbis huic noſtro junctus foret, is eodem, atque noſter, ordine eſſet ſitus. Ita enim poſtquam hujus penetraſſes Orientem orbis, deinde in alterius illius Occidentem tranſires. Ἀόρατος in his non eſt infinitus (ἀόριστος tum eſſet legendum) ſed *inviſibilis*. Nobis mundi noſtri occidens non eſt inviſibilis, quia ab hac parte, quam nos adſpectamus, plerumque aliqua ſunt ſidera, quibus illuſtretur: nulla ſunt, quorum ſplendore pars altera & poſterior (ut ex vulgari hæc enarrem ratione) illuminari poſſit. Idem nunc fertur judicium altero de orbe, quem iſti nunc fingunt. unde ἀοράτους δύσεις hic intelligi tantum poſſe, mea quidem eſt ſententia.

Corruptiſſimam rem omnium] Hic locus eſt primus, ubi corruptorum, ſenſu & uſu hujus ſeculi, eſt mentio: quæ paulatim ita invaluerunt, ut ipſe quærendam eorum medicinam mox judicet, eamque ex ſententia Mæcenatis monſtret. Paſſim dein de corruptis occurrunt his in Suaſoriis & Controverſiis judicia. Eadem *tumida*, *inflata*, *inſana* appellat; quique iis utuntur eos *inſanire* dicit. Vel hanc vide & pauculas periodorum ſequentium. Item fin. Suaſ. Controv. 8. *rem elatiorem*, quæ paulo minus corrupta & inſana eſt. *Dorion dixit rem quidem paulo elatiorem, quam preſſa & civilis orátio recipit.* Præfat. 10. Controv. *Omnia uſque ad ultimum tumorem perducta, ut non extra ſanitatem, ſed extra naturam eſſent.* Suaſ. 2. *Inſanierunt in hac Suaſoria multi circa Othryadem.* Suaſor. 14. *Hunc ſenſum ipſe Ceſtius ſano genere dixit: Flavium Alſium auditorem ſuum, qui eandem rem laſcivius dixerat, objurgavit.* Controv. 9. in colore, *inſaniam* hanc, ut par eſt, opponit *eloquentiæ*. vid. locum integrum. pluſcula enim ſunt huc pertinentia. Controv. 25. *Ex altera parte multa bene dicta ſunt, multa corrupte.* Eadem dein Controv. non ita procul fine locus eſt ſane quam egregius, quem proin adſcriberem totum, niſi in promptu cuivis eſſet eum reperire & inſpicere: illud monendum, quod vitium irrepſerit ignorantia Græcæ linguæ: nam quod nunc eſt ὅτι τὸ πλησίον μαίνονται, fuit ſine dubio ὅτι τὸ πλεῖστον μαίνονται. *Quam maxime inſaniunt*, quod ſenſum habet, non illud Schotti ex corrupto tranſlatum, *Ad propinqua inſaniunt.* Plura ad locum ipſum dicemus. Solent vero ea, quæ hujuſmodi cum inſania faciunt mixturam, maxime placere juvenili ætati: unde tumorem in declamationibus obſerves, quæ convenienter conſuetudini & ingenio juvenum ſunt ſcriptæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ſcriptæ. Vid. Petron. & Dialogum de cauſis corr. eloq. Igitur Seneca notabiliter in fine Suaſ. 2. metuere ſe ſcribit, ne recitatis exemplis corruptarum inſanarumque ſententiarum infatuet ſuos filios. Nempe illa ætas grandiloqua & calamiſtris inuſta maxime mirari ſolet: Refugit omne, ut ipſe ait Præf. 7. Controv. *non tantum quod ſordidum, ſed & quod ſordido ſimile eſt.* Igitur & loco Suaſoriæ, quam dixi addit: *Finem Suaſoriæ faciam, quarum nimius cultus & fracta compoſitio poterit vos offendere, cum ad meam ætatem veneritis. Interim non dubito, quin nunc vos ipſa, quæ offenſura ſunt, vitia delectent.* Cui junge quod ipſe etiam fert de filiis ſuis juvenibus adhuc, judicium ad finem Suaſor. hujus. Rediit, dum de his diſſero in memoriam, quod Servius notavit ad Virgilii 3 Æneid. 443, ubi eſt de Syllaba: *Inſanam vatem adſpicies, quæ rupe ſub ima Fata canit. Melius*, inquit, *deo plenam & vaticinatricem intelligimus: à Græcorum tractum etymologia, qui μάντεις ἀπὸ τῆς μανίας, appellaverunt:* nam ſupra ſenſus humanos intelligentia furor & inſania dicitur teſte Cicerone, de Divinatione: *Huic præſtantiſſimæ rei nomen noſtri à divis; Græci, ut Plato interpretatur, à furore dixerunt.* Ut obiter hoc dicam; hinc patet calumniam eſſe illam apud Ciceron. 1 de Divinat. *Quid deinde cauſſæ ſit cur Caſſandra furens futura proſpiciat, Priamus ſapiens hoc idem facere non queat.* Pergit Servius: *Rurſus furoris divinationem Sibyllinis maxime verſibus contineri arbitrati ſunt.* Ita legam & diſtinguam, diverſus enim à priore citatur locus. Commodiſſimum eſſet *Prorſus, ut deinde ait*, ſed ita ſcribere quis auſit, cum nulla horum appareant veſtigia? Adjicit deinde Servius præterea: *Unde adhuc, qui inſpirari ſolent*, FATUARI *dicuntur.* Quæ poſtrema ipſiſſima etiam Juſtini ſunt verba lib. 43, cap. 1. Ubi miror iſta Ciceronis authoritate Berneggeri, quaſi ejuſdem ſint loci, notata eſſe. Ex iis vero Servii intelligimus *inſaniam* & *furorem* cum tribuuntur vatibus, non in vitio accipi, quod firmat Juſtin. 24. 6. de monte, in quo Delphi: *Media ferme montis altitudine planities exigua eſt, atque in ea profundum terræ foramen, quod in oracula patet: ex quo frigidius ſpiritus, vi quadam velut vento in ſublime expulſus mentem vatum in vecordiam vertit, impletaſque deo reſponſa conſulentibus dare cogit:* unde cap. 8. lib. ejuſdem de Vatibus inſpiratis: *Ipſi vates ſparſis crinibus cum inſignibus atque infulis pavidi vecordeſque in primam pugnantium aciem procurrunt.* Virg. 2 Æneid. 345.

Infelix qui non ſponſæ præcepta furentis
Audierat.

Ubi Servius *Furentis*, *Vaticinantis* ait eſſe. De Sibylla eſt & illud Virgilii 6 Æneid. 48.

—— pectus anhelum
Et rabie fera corda tument.

Hinc intelligitur illud Petronii 78. *Per ambages deorumque myſteria & fabuloſum ſententiarum tormentum præcipitandus eſt liber ſpiritus, ut potius furentis animi vaticinatio appareat, quam religioſæ orationis ſub teſtibus fides.* Quæ quidem in poëtis ſine dubio præclara, proſaica vero in oratione unice vitanda ſunt. Infra noſter: *Nemo illorum potuit tanto ſpiritu dicere, quanto Pedo.* Optimis tamen quibuſque poëtis id curæ fuiſſe cernas, ut modeſto furore cuncta tractarent. quod exemplo mox oſtendetur Virgilii. At poſtquam tranſlata ad Cæſares rep. ingenia in anguſtum coacta ſunt, & ſpecimina eloquentiæ multorum tantum in umbra, & de rebus ſæpe nullius momenti, magno tamen edi conatu cœperunt, vaniſſimo ſententiarum ſtrepitu & rerum tumore cæteros eloquentiæ anteire poſtularent, ducentibus huc enormis & ventoſæ eloquentiæ magiſtris ex Aſia, paulatim factum eſt, ut merito etiam multos ex eruditis inſanire & furere; poëtas vero nimium furere diceres: Deleta hinc ingenia ad magna ſurgentia, corruptaque eloquentiæ regula ſtetit atque obmutuit: cœperat hic jam morbus, cum ſcriberet hoc loco Seneca: *homines deſerti*

inſanire

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

inſanire cœperunt: id eſt, ut ſignificatum ſupra, tumida ac corrupta recitare atque edere non dubitarunt. Corruptas vero etiam ſententias illas tumidas atque inſanas non ſine ratione dixerunt; cum corrumpere ſit notione vulgari à vero rectoque deflectere. De hominibus plerumque ita accipimus, ſed de rebus etiam pulcherrime ita uſus eſt Tacitus 2 Hiſt. 101. *Scriptores temporum, qui potiente rerum Flavia domo, monumenta hujuſce belli compoſuerunt, curam pacis, amorem reip. corruptas in adulationem cauſas tradidere.* Item 4 Annal. 11. *Peteremque ab iis, quorum in manus cura noſtra venerit, ne divulgata atque incredibilia avide accepta, veris neque in miraculum corruptis antehabeant.* Quæ loca huc egregie pertinent. Corruptum vero, ut Seneca hic poſuit, quomodo ſit intelligendum, Quintilianus, quod addere adhuc neglexi, ita docet Inſtit. 8. 3. *Corrupta oratio in verbis maxime improprius, redundantibus, comprehenſione obſcura, compoſitione fracta, vocum ſimilium aut ambiguarum puerili captatione conſiſtit.* Idem 2. 5. *Ne id quidem inutile, etiam corruptas aliquando & vitioſas orationes, quas tamen plerique judiciorum pravitate mirantur, legi palam pueris, oſtendique in his, quam multa impropria, obſcura, tumida, humilia, ſordida, laſciva, effœminata ſint: quæ non laudantur modo a pleriſque, ſed quod pejus eſt, propter hoc ipſum, quod ſunt prava laudantur,* &c. vid. locum.

Putabant Dorionis eſſe] Putabant, inquit, nec enim idem ſentit paulo poſt affirmans, multo ſe corruptiorem nactum Meneſtrati cujuſdam ſententiam in hac Suaſoria. Sententiam vero Dorionis an poſuerit hoc loco Seneca, an præmiſerit, ut Meneſtrati dein præmiſiſſe ſuſpiceris, pro certo non affirmem. Excidiſſe tamen verius puto; ut ea, quæ ſequuntur, utcunque res habeat, commode connecti ita potuerint: *Hujus eſt in Metaphraſi, Odyſſeæ Homeri. Odyſſeæ* eſt ab ingenio Gronovii.

Saxum in mare jecit] Et verſus inflatus ac tumidus eſt, & præterea inſanum, quod Homeri κορυφὴν ὄρεος vertit *ſaxum.* Quamvis veri ſit ſimile partem ſaxi Homerum intellexiſſe. Virgil.

—— penituſque ſonantes
Acceſtis ſcopulos, vos & Cyclopia ſaxa
Experti.

Vide dein Virgilianum, ad quod veluti regulam hoc Dorionis exigitur.

Et magna nec tamen ſana] Putida hæc ſunt, ſi illud *nec* tueantur Mss. Pertendam fuiſſe, *ut & magna, nec tamen inſana ſint.* Veneta: *& tamen ſana ſint.* quod ſenſu idem, elegantia inferius videtur.

Ὄρεος ὄρος ἀπεστήσατο] Similitudinem vocum, non tantum imperitiam Græci Sermonis, cauſam fuiſſe reor, cur temporum injuria plurimum in hæc potuerit. Ex Homero ſine dubio refingenda ſunt, aliter tamen, quam viderunt eruditi. Nec enim κορυφὴν ὄρεος ἀπερρήξατο ſi ſcribas, exemptus erit omnis continuo ſcrupulus. Ita enim relinquetur ut in Homero tumor poſſit accuſari. Quod ego verum perinde judico, atque ſi quis dicat navigans, cum Halcedonia ſunt, & venti omnes poſuerunt, *Tollimur in cælum curvato gurgite.* Mæcenatem aut Senecam id judicium non feciſſe conſtat: Cum Virgilianum

Rapit haud partem exiguam montis,

pro non tumido habeant. Quod ſi contendas cum illo Homerico, fatearis neceſſe eſt, neque aquam aquæ, nec lac lacti uſquam, quantum ad propoſitum attinet, ſimilius fuiſſe. Quinimo hac illi de cauſa Virgilii producunt locum, ut oſtendant, quanto modeſtius, nulloque inſaniæ vitio Homeri verſum Latine reddere Dorion potuiſſet. Qui, cum ſcripſiſſet Homerus, κορυφὴν ὄρεος ἀπερρήξατο, ita vertit, quaſi reperiſſet ὄρος ἀπερρήξατο, igitur ſaxum vertit, non ſaxi ſcopulive faſtigium, quod elatum eſt. Cum diu inter ſpem & metum hoc de reſtituendo loco dubius hærerem, tandem hæc vidi & ſimul perſpexi, quomodo medicina illi fieri poſſit. nem-

pe ſi ſcribas: *Tumidum eſt, non ὄρεος κορυφὴν, ſed ὄρος ἀπερρήξατο.* Ita Homero ſua laus manebit indelibata. Et pulcherrime convenient, quæ ex Virgilio ſubjiciuntur. Atque hac in ſententia eſt Hermogenes Rhetor ſummus 4 de invent. cap. 12. locus digniſſimus, qui videatur.

Pag. 10. *Magnitudini ſe dat*] Veneta *Ita Magnitudini.*

Κὰρ καιρεία βάλλεται μέσος] Schottus vertit: *Caput faſcia mittitur medius.* Quovis pignore contenderim, neminem eruditorum iſta vel Græca vel Latina intelligere. Nec apud Homerum locus iſte quærendus, ubi exempla inſaniæ nemo natus reperiet. Cujus tamen ſit, non facile dixerim: illud non dubito, quin apposite ad rem ex ipſo literarum ductu, ita hæc emendaverim: Κόρκυρα βάλλεται νῆσος. *Corcyra jactatur inſula*; manibus Cyclopum gigantumve. Quod dictum ad demonſtrandum, quantas illi vi ſua moles & pondera movere & mittere potuerint. ut nimia tamen & inſana ſit ὑπερβολή. quam quomodo effugere auctor iſte potuiſſet, exemplo dein perfectiſſimo oſtenditur Virgilii.

Qui dixit ipſis Charybdi] Tumida ſit, qualis expectatur, minimeque ut nunc eſt, hiulca oratio: *Qui dixit Oceanum ipſis Charybdi & Scylla majus portentum: Charybdin eam ipſius maris & naufragium videri.* Suaſ. 6. Triarius: *Quæ Charybdis eſt tam vorax? Charybdin dixi? quæ ſi fuit animal, unum fuit Vix mediusfidius Oceanus tot res tamque diverſas uno tempore abſorbere potuiſſet.* An hæc igitur ſunt Triarii, qui reperta ſemel iſta apud Ciceronem comparatione à Charybdi, eſt enim in Phil. 2. dum nimium delectatur, etiam abuſus ſit?

Et ne in mare] Pulchre ſcriptus: *& ne in una re ſemel inſaniret.* quod obſervavit Gronov. Sequentibus etiam excidiſſe vocem credo, & fuiſſe: *Quid ibi, inquit, poteſt eſſe ſalvi, ubi ipſum mare perit?*

Latro ſedens hanc dixit] Melius vel *hinc* vel *hunc*.

Pag. 11. *Aut tumide ſcripſerunt, aut curioſe*] Malim, *incurioſe*: ut intelligamus quoſdam dum effugere conantur vitium tumoris affectatæ elegantiæ, negligenter & inculte nimis ſcripſiſſe: ut ſit, *Stulti dum vitant vitia in contraria currunt.*

Poſt terga diem Solemque relictum] Hæc ideo, quia Oceanum Septentrionalem Germanicum cum exercitu navigare aut navigaturum credebat poëta. De parte exercitus id tantum verum eſt. Qui experti tamen ſunt graviſſima conflictati tempeſtate, non eſſe pigrum hunc Oceanum, *nec rapido deſertam flumine claſſem* ſuam fuiſſe. Tacitum adi 2 Annal. 23. & ſeqq. Sed gratiæ velificatur Germanici carminis auctor, & quaſi is rerum extrema adiret, fingit. Quo de deliberantem vidimus Alexandrum, quo magis accommodate ad propoſitum hi poſiti ſunt verſus. Etiam apud Tacitum Germanicus Alexandro comparatur: vide locum illuſtrem 2 Annal. 73. Nullus vero dubito, quin alii etiam his verſibus fuerint præmiſſi: Sed dat tantum Seneca, quæ de Oceano ſunt dicta. cætera ἀπροσδιόνυσα fuiſſe credibile.

Per non conceſſas] Pertinebant enim hæ ad Zonam frigidam, quam Virgil. 1 Georg. 237. negat:

——— *mortalibus ægris*
Munere conceſſam divum.

Hinc infra:

——— *aliena quid æquora remis*
Et ſacras violamus aquas?

Heſperii metas] Inter hæc duo particulas periiſſe ſuſpicor, quæ totius difficultatis, quæ adhuc torſit eruditos, fuerit cauſa, ea nulla eſt, ſi legas: *Heſperii ad metas extremaque littora mundi.* Quia ſub vertice Arctico quandoque nullus apparet Sol, perpetuæque ſunt tenebræ; inde Heſperii mundi metas & extrema littora illic locare videtur. Plin. *Nemo ſub vertice Arctico ſex menſibus videt Solem.* Inde præbita materia exaggerandi poëtis.

Tigris immania monſtra ſub undis]

Pigras

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Pigras etiam undas Oceani ad Orientem exiſtimaſſe ſupra Fabianus videtur: qui propterea negarit *naturam illam patientem navigationis.* Huc reſpiciunt illa ut oſtendemus:

—— Jam ſidere limo
Navigia & rapido deſertam flamine claſſem.

Ratibus conſurgere prenſis] *Conſurgere* aliquid hoſtile dicit, eſtque eorum, qui adverſus quempiam bellum ſumunt, eumque invadunt. Flor. 2. 17. *Hiſpaniæ nunquam animus fuit adverſus nos univerſæ conſurgere.* Idem 3. 18. *Quum omne Latium atque Picenum, Etruria omnis atque Campania poſtremo Italia contra matrem ac parentem ſuam urbem conſurgerent.* Et ſæpius.

Accumulat fragor ipſe metus] Valde mihi blanditur: *accumulat fragor ipſe metu. Jam ſidere limo,* &c. ut *Accumulat* paſſive accipiatur. Quomodo apud Principem poëtarum

—— per pectora cunctis Inſinuat pavor. item: *Et lateri adglomerant noſtro.* ita & alia multa apud eundem, alioſque ſatis nota. Liv. 1. 23. *Foſſa Cluilia ab nomine ducis per aliquot ſæcula appellata eſt, donec cum re nomen quoque vetuſtate abolevit,* pro abolitum eſt, niſi ab *aboleſco* ducas.

Jam ſidere limo Navigia & rapido] Illud *ſidere* pertinet ad *credunt*, omniaque hæc junctim legenda uſque ad *relinqui.* Schottus ignorat, unde limus eſſe poſſit in Oceano, cui inhæreant naves inter navigandum. Quod minus mirum eſt, cum heic etiam profundiſſimum eum imaginetur. Ego cum ad mentem & propoſitum attendo poëtæ; facile ſecundum iſta concipio, nec profundiſſimum iſtum eſſe & egregie limoſum. Vult enim pigras immotaſque hujus Oceani eſſe undas, ac nullis ventis agitatas: quippe ubi ut intelligimus rerum deficit natura. Faciunt huc illa infra:

— Divumque quietas Turbamus ſedes.

Quæ autem immotæ conſiſtunt undæ, eæ ut limoſæ ſint, παράδοξον eſt nullum. Quo conceſſo, nec ſummæ eum profunditatis eſſe probabile omnes judicabunt. Aliqua tamen illi tribuenda hoc ipſo in carmine, ne plane abhorrens fiat à vero, quod præceſſit, Oceanum immania monſtra ſuis ſub undis & ſævas priſtis ferre. Poſſis etiam accipere limoſas navigantibus undas viſas, quod denſiſſimæ illis incumbebant tenebræ: & quod tardiſſime procedebat naves, quaſi per undas limo turbidas atque impeditas.

Pag. 12. *Tam non felici laniandos,* &c.] Etiam ad claſſem *laniandos* referri debere ſenſus revincit: ut innuit paulo ante: *æquorei canes erant, & ſævæ priſtis, quæ metuerent. Eorum iſti homines lacerant:* Virgil.

Ah! timidos nautas canibus laceraſſe marinis.

Hæ etiam naves affligunt, perduntque. Quare fingunt poëtæ, quod Scylla exitium certum navium. *poſtrema* ſit *immani corpore priſtis.* Claſſis vero ut laniari dicatur, quomodo hic accipere me dixi, non eſt pro plane inuſitato habendum. Ovidius enim in Epiſtola Didonis ad Æneam:

—— laniataque claſſis
Poſtulat exiguas ſemireſecta moras.

Suaſ. 6. *Tacebis ergo proſcribente Antonio & remp. laniante.* Reſp. ſæpe comparatur navi. Poteſt tamen & ad cædes civium eſſe adſpectum.

Aliquis prora ſpectat] Codices *ſedat:* unde poſſis *ſteterat: Spectat* minus locum habere videtur. quod idem de quo hic agit poëta:

— nil erepto valuit dignoſcere mundo.

Niſi quis dicat voce *ſpectat* propoſitum tantum ſine effectu contineri.

Ruit ipſe dies] Commodiſſimum judicem *fuit ipſe dies.* cum jam ante dixerit Pedo:

—— poſt terga diem ſolemque relictum.

Oſtenderitque denſis tenebris hic omnia conſita fuiſſe. Notum eſt *fuit* de mortuo. De mortuis autem quæ dicuntur transferre amant ad Solem & diem. Virgil. *—— Sæpe ego longo*
Cantando puerum memini me condere ſoles.

Plaut. Men. 1. 2. ME. *Clam uxorem ubi*

ſepul-

ſepulchrum habeamus & hunc comburamus diem. PE. *Age ſane igitur, quando æquum oras, quam mox incendo rogum. Dies quidem jam ad umbilicum eſt dimidiatus mortuus.* Ubi vide Comment. Generalis etiam Virgilius in illo pervulgato: *Fuimus Troës, fuit Ilium & ingens gloria Dardanidum.* Contra in carmine Cornelii Severi infra:

——— *eſt tunc & pœna Cethegi.*

præſens verſatur ante oculos, nec excidit animis.

Ex Græcis declamatoribus] Rediit hic Seneca unde digreſſus erat, ad ſententiam celebrem Glyconis, quam omnes imitari voluerunt.

Nulli melius hac Suaſoria proceſſit] Duo illa *procedere* & *provenire* ea ratione cognata ſunt, quod utrumque de hominibus & rebus promiſcue ſenſu eodem ponatur. Exempla id oſtendant. Terent. Adelph. 5. 6. *Meditor eſſe adfabilis & bene procedit.* & 5. 9. 22. ead. *Syre, proceſſiſti hodie pulchre.* Apud Plaut. Trucul. 2. 6. 35. *Cum tu recte proveniſti, cumque es aucta liberis, Gratulor.* add. 2. 4. 33. Ubi itidem eſt formula mulieri, quæ peperit feliciter gratulandi. Generalius Sticho 2. 2. 73. *Enimvero, Gelaſime, opinor proveniſti futile.* Rud. 3. 6. 55. *Edepol proveni nequiter multis modis.* At Juſtin. 7. 6. *Quibus rebus feliciter provenientibus.*

Non minus multa magnifice, quam corrupte] Hæc ejus ſunt generis, cujus illa. l. 1. D. de Verb. Sign. *Verbum hoc, ſi quis, tam maſculos, quam feminas complectitur.* pro *tam feminas, quam maſculos.* Ubi multa ſatis loca collegerunt eruditi. quibus defendere poſſis vulgatam illam apud Juſtin. lectionem. 6. 3. *Summa igitur non tam lucum in eo prælio, quam militum æmulatio fuit.* quam ſollicitant Freishemius & Berneggerus.

Utriuſque faciam vobis poteſtatem. Et volebam] Lege: *poteſtatem, etſi volebam.* add. Suaſ. 2. init. Diviſ.

Pag. 13. *Quæ inſaniunt*] Mallem: *inſana ſunt.*

Quamvis diſtinxerim] Id facit iis, quæ ſubjungit.

Illa belle dixit] Illa nempe: οὗ το οὐκ ἔςι Σιμόεις, &c. vid. ſupra.

Ἆρ' οἶσθ' τὰ ὦτα] In reliquis vocem includit dolor. Plenum: *num ferent oculi cum adſpicient terram illam alumnam noſtram, ubi tot cara pignora, ubi tot antea joci ac voluptates, tot veſtigia & loca fortium factorum recedere & diem hunc Solemque relinqui, ignotumque navigari mare, ubi mille circumſtant paſſim pericula. Præſentemque viris intentant omnia mortem.*

SUASORIA II.

T*Recenti ex omni Græcia miſſi*] Ne quis in poſterum dubitet, num *trecenti* recte habeat, non conjecturas, ſed certiſſima argumenta dabo, ex hac ipſa Controverſia; ea ſunt his in locis. Arellii Fuſci: *Non referam Perſarum ſpolia? Certe ſuper ſpolia nudus cadam. Sciet & alios nos habere trecentos, qui ſic non fugiant* (ut fugerunt trecenti iſti) *& ſic cadant.* nam *cadent* vitioſum eſt. Dalechampii vero illa: *alios nos habere, quam Trœzenos, qui non fugiant, ſed hic cadant.* quanti ſint facienda deinde viderimus. Triarii: *Melius revocabimus fugientes trecentos, quam ſic ſequemur.* Cornelii Hiſpani: *Ego vero, quod trecenti diſceſſerunt, gaudeo: liberas nobis reliquere Thermopylas.* Quibus locis, quamvis *Trœzenos*, & *Trœzeni* nonnulla exemplaria exhibeant, etiam Veneta: Indubium tamen mea quidem eſt ſententia, id quod dedi verum eſſe. Nam, niſi id concedas in his Marillii: *Habent quemadmodum ſe excuſent trecenti Græciæ: Munitas Thermopylas ſatis putavimus: cum relinqueremus illic Laconas:* In his, inquam, ſi retineas: *Trœzenii Græciæ*, qua ratione eum locum inſulſum ſordidæque latinitatis eſſe negabis? Præterea quid fiet illis Ceſtii Pii: *Adhuc non ſum ex ulla parte Athenienſium ſimilis, non muris, nec educatione; nihil prius illorum imitabor, quam fugam?* Parum ex argumento egerit Ceſtius Pius, ſi Trœzenii ſint, qui fugerunt. An Trœzenii ſunt Athenienſes? Quod

cum

cum ſtultum ſit dictu, potius retinebimus *trecenti*, cum illud etiam non unus confirmet codex. Quod vero Athenienſium facit mentionem Ceſtius Pius, inde ortum credo, quod hi plurimos inter omnes Græcos miſerint in auxilium, cum eſſent & cæteris potentiores: ut nunc Hollandi opibus reliquum noſtrum ſuperant Belgium. Nec tamen omnibus, quæ vidimus, locis illud *Trœzenii*, quiſquam judicabit, credo, caſu & temere irrepſiſſe. Quare laboravi, ut cauſam reperirem aliquam. Tandem id vidi, quod judicio eruditi lectoris ſubjiciam. Conjicio quicquid eſt peccatum, id manaſſe ex ipſo hoc Suaſoriæ argumento. In quo ſcripſerit auctor, *cum Trœzena trecenti ex omni Græcia miſſi fugiſſent:* Ubi itidem nonnulli codices, *Trœzenii ex omni Græcia*, inde in reliqua loca *Trœzenii* ingenio & manu eruditorum venerint. Atqui, inquis, ubi iſta, quam nobis procudis, hiſtoria id prodit, eſt ab antiquis? nuſquam, credo: & tamen *Trœzena* mihi blanditur. audi omnia, non ea tantum de cauſa, quam jam ſignificavi, quod vox eadem toties fortuito inculcata eſſe non poteſt: ſed præterea etiam, quia Trœzenam inſulam conſtat vulgoque notum eſt inter tutiſſima loca habitam à Græcis fuiſſe. Quare paulo poſt publice imbellis ætas ab Athenienſibus huc amandata eſt, cum ſuam ſalutem muris ligneis propugnatum irent; & Trœzeniorum in portu ut convenirent naves placuit. Juſtin. vid. 2. 12. & Nepot. Them. 2. Her. 8. 42. Quæ quanto nota magis, tanto quis credat facilius, quod finxerint Rhetores, timidos iſtos huc confugiſſe. Cum poſt & pudore prohiberentur, quo minus redirent in patriam. Atque hæc mea ſententia eo etiam minime videbitur dura, quod argumentum hujus Suaſoriæ, ſi conſulere hiſtorias velimus, non ex vero, ſed arbitrio ingenioque Rhetorum compoſitum apparet. Nam quis trecentos tantum ex omni Græcia miſſos in auxilium Lacedæmoniis legit? quis miſſos fugiſſe? quis vel diſceſſiſſe, an-
tequam conſeruiſſent cum Græcis ma-
nus? atqui hoc tota vult Controver-
ſia. Infra etiam ubi ſententia refertu-
Victoris Statorii inter fabulas tracta-
tum hoc argumentum fuiſſe, non te-
mere ſuſpiceris. Similis vero iſti con-
jecturæ noſtræ eſt illa in Præf. 1 Con-
trov. ubi cum alii habeant codices
Declamationem diſtinguit, alii *definit*
vidi & demonſtravi legendum eſſe
Declamationem definit & diſtinguit. D-
qua etſi minus dubito; hanc tame-
multis ingenii ſpecie blandiri poſſe
parum abeſt, quin credam.

ARELLII FUSCI PATRIS
Pro PATRIS ait Schottus in libr-
perveteri eſſe notatum S. P. quo-
quid ſibi velit, inquirit. P. PATRI
eſſe, maxime ipſi placet. De S hære-
quæ pro *ſcilicet* poſita fuiſſe videtu-
Valerius Probus de notis Romano-
rum. S. *ſacrum vel ſacellum, vel ſemi-*
vel ſepulchrum, vel ſcilicet. Ita etiam
S reperi in Veneta paulo poſt in ip-
Suaſ. legit enim *ſi tuti ſumus*, &c. -
ſæpius.

Armaque non paſſuræ manus] Et-
confieri poſſit hic mutatione verbo-
rum & ordinis verſus aliquis, nih-
tamen commiſerit Fuſcus Arellius
cur ſit exemplo Ciceronis excuſandu-
& quæ culpa eſt Fuſci, ſi illius proſa-
alii vertant in carmina? nam hebeta-
tum corpus non eſt tantum Poëtarum
Sueton. Claud. 2. *Per omne fere puer-*
tiæ atque adoleſcentiæ tempus variis -
tenacibus morbis conflictatus eſt, adeo -
animo ſimul & corpore hebetato. ne pr-
greſſa quidem ætate ulli publico privatoq-
muneri habilis exiſtimaretur.

Hebetataque ſenio aut vulneribus co-
pora] Intelligit nihil horum, ne-
tamen exprimit, ne non continuan-
quantum videtur, erumperet ind-
gnationem. Simile obſerves in p-
riodo ſequente. Atque hujuſmodi -
loca, Illud videtur pertinere præfa-
tionis 2 Controverſ. *Erat explicatio F-*
ſci Arellii ſplendida quidem ſed opero-
atque implicita. Operoſam fuiſſe d-
cent ea, quæ ſequantur. In quib-

mu

multum ſudavi, priuſquam ad liquidum perducere poſſem.

Quid dicam potiſſimos] Lego: *Quid? vos dicam potiſſimos Græciæ? an Lacedæmonios? an Eleos?* Ut deſcendat ad infimum genus hominum in Græcia, ſervoſque ipſorum, quibus inferiores etiam ſint habendi, cum iſta ſua ignavia ac trepidatione. Elei enim nunc ſervi Lacedæmoniorum iniquitate fortunæ, viribus nihil conferendi ad Lacedæmonios, cum iis tamen pro libertate congredi ſunt auſi. Periodus hæc ſimilis eſt præcedenti. Vult enim nihil horum vocari eos poſſe, nec exprimit tamen, ſed ut implicitum ſenſui & vultu dicentis ſignificatum intelligendum relinquit. Add. etiam quæ infra dixit Ceſtius Pius.

Et nunc, proh dolor! concidunt] Scribendum videtur: *Ea nunc, proh dolor! concidunt*. id eſt, ſaltem in membris prioribus: *concidet eorum gloria.* Infra Senecio: *Totus Xerxes meus erit:* id eſt, gloria illius victi. Flor. 1. 3. *Unius manu parta victoria eſt, quam* (i. cujus gloriam) *ille mox parricidio fœdavit*. Sequentia arbitror fuiſſe *concident, ſi remeabimus, & templa.* ita ſtatim vox *venit*, alterius *venit*, cur periret, cauſa fuit. Ita *dimittitur* Controverſ. 4. *non redemiſti*, Controv. 7. ſemel ſcripta, cum iteranda eſſent. Templorum etiam eo facta mentio videtur, quia ibi ſuſpenſa ſpolia.

Pudet conſilii noſtri] Magni hæc generoſiſſimique ſunt animi ut patet: quare digna etiam alia hac ſuaſoria, quæ tribuerent Lacedæmoniis ſpectatiſſimæ ſine dubio virtutis hominibus. Gabius Sabinus: *Turpe eſt cuilibet viro fugiſſe: Laconi etiam deliberaſſe.* Add. quæ dixit Latro.

Pag. 14. *Xerxes venit, ô Lacedæmonii*] Hic ipſe eſt locus, ubi modo excidiſſe dicebam *venit:* Legendumque: *At cum tot millibus Xerxes venit: venit ô Lacedæmonii, ſed non adverſus Barbaros.* Quos facile vinceret, quippe rudes ad reſiſtendum, non item & vos. Poſſes etiam: *An venit ô Lacedæmonii adverſus barbaros?*

Reveremini opera veſtra] Illa, quæ ſæpe fortiter feciſtis, vobis incutient pudorem, ſi nunc fugiatis. Veneta: *Non reveremini:* quod itidem probum, ſed interrogative legendum, quomodo, quæ præcedunt, ita mollis & fracta Arellii compoſitio apparet. vid. Præf. 2. Controv.

Non avos, non patres] Quia breviſſime ſcribitur *nomino*, hac ratione *noīo*, ut ſimillimum ſit τῷ *non*, inde eveniſſe exiſtimo, ut *nomino* his ſit exturbatum. Quum manus auctoris dediſſet: *non avos nomino, non patres, quorum vos exemplum moveat.* & dein: *Ab infantia his ſurgit ingenium.* Ab infantia in filiis Lacedæmoniorum unice fortitudini dantium operam, ſemina erant & indoles animi magna auſuri, paulatimque ducti ii per præcepta & vitam, qualia præſcripſerat Lycurgus, fortiſſimi fiebant. Add. quæ dixit Triarius. Cogitavi etiam: *Ab his infantiæ ſurgat ingenium.* Ea, quæ patrare nunc vos volo, exempla ſint, quibus tenelli etiam filii veſtri ad audenda ſimilia inflammentur:

— in antiquam virtutem animoſque viriles,
Et pater Æneas & avunculus excitat Hector.

Velit ita Rhetor, non tam ut exemplum capiant hi Lacedæmonii ſuis ab avis, patribuſve, quam ut ipſi ſuæ ſuboli id præbeant. Poteſt etiam ſcribi: *Ab his infantiæ ſurget ingenium:* minuſque tumida ea eſt oratio.

Adhortari, tuti ſumus] Veneta: *ſc. tuti ſumus:* & ſecundum eam hæc ita ſint legenda, diſtinguendaque: *Pudet Lacedæmonios ſic adhortari. Scilicet tuti ſumus, licet totum claſſe orientem trahat,* &c. Aurelius teſtatur in Ms. eſſe *ſilico;* & ſupra notatum *vel loco.* Prius fidem affirmat editioni Venetæ: Poſteriora ſuadent ut legas: *Scilicet vel loco tuti ſumus, licet totum claſſe Orientem,* &c. Præſertim quum Schottus etiam referat, quod in Covarruvian. *loco tuti ſumus* legi videatur. *Vel loco,* inquit, i. e. *non tantum vi & virtute veſtra.*

Licet metuentibus explicet, &c.] Non eſt locus, quem meminerim toto hoc in opere, qui me magis, quam hic torſerit: & tranſeunt tamen omnes, quaſi nihil heic ſit tenebrarum aut difficultatis. At quem ſenſum vel affingere poſſunt his verbis: *licet metuentibus explicet inutilem numerum*, &c. Etiam quæ dein ſequuntur, non puto, ſi advortant animum, pro bona fide ſanis eos habituros. Quare digna hæc, ubi nervi ingenii intendantur. Mihi, quæ præcedunt emendata, viam monſtraverunt, poſtquam diu æſtuaveram, qua via his ſuccurrere, lucemque aliquam & ſalutem afferre poſſem. Quare hæc quoque nunc iterabo, & locum ut conjeci legendum inſimul ponam ante oculos. Ecce omnia: *Scilicet vel loco tuti ſumus, licet totum claſſe orientem trahat: ſcilicet niſi* (hanc voculam inſero, quæ facile excidit, quia unica litera ſolet notari) *metuentibus, explicat inutilem numerum hoc mari* (niſi *mare* pro eodem antique eſt poſitum) *quod tandem* (ita nonnulli manuſcriptorum Schotto teſte & Aurelio) *ex vaſte patenti urgetur in minimum, & inſidioſis excipitur anguſtiis, vixque minimo aditur navigio: ecce hujus quoque remigium arcet.* Illud *vixque* eſt in Veneta & aliis Mss. *ecce* (δεικτικῶς ex montibus monſtrat) reperire potui in *eſſet*, quod habent alii codices. *Remigium*, inquit, *hujus arcet:* ſignificans ibi Xerxem vela facere non poſſe, cum vix id poſſent minima navigia. Tota hac Controverſia ita agunt Rhetores, quaſi nunc primum Xerxes claſſe adveniat, nullamque adhuc à Leonida cladem acceperit, eorumque ex ſententia nunc adventantem Lacedæmonii Thermopylarum exſpectent in anguſtiis. Diverſum docemur ex hiſtoriis.

Inquietatione, quod circumfluit] Vox *ejus* illive cognata deſideratur: qua inſerta legam: *Iniquæ ſtationes ejus, quod circumfluit maris, fallacior curſus, vada altioribus ſtagnis internata.* Nam poſtremam vocem nullus mutem, cum etiam apud Livium legere meminerim: *internata ſaxis virgulta.* Ne *ſtagnis* ejiciam, cum auctoritate ple[...] rorumque antiquorum librorum nita[...] tur. Quicquid autem erat aquarum [...] Græciam alluentium, quæ eſſent navi[...] gabiles, *ſtagnorum* appellat nomine [...] quare adjeciſſe etiam videtur *iis vad[...] eſſe internata*, & præterea ea, *aſpera ſc[...] pulis & cæca.* nam & *cæca* tuear, cu[...] libris nonnullis. Tantum numeru[...] flagitare orationis judicem, *eaque aſper[...] ſcopulis.* niſi *quæ* eſt tranſpoſitum [...] fuit, *quæ aſpera ſcopulis & cæca naviga[...] tium vota decipiunt.*

Pudeat, inquam, & Lacedæmonios] [...] panorthoſis quaſi poſita eſt prædice[...] tium: *Pudet Lacedæmonios ſic adhorta[...]* Quare non damnem lectionem no[...] nullorum codicum: *Pudet, inquam.*

Super ſpolia nudus] Ne ſpolia refer[...] hoſtis, & virtutem tamen noſtra[...] agnoſcat atque admiretur.

Sciet & alios &c.] Turbant hoc i[...] loco, cum verum in oculis ſatis [...] ſitum. nam *cadant* eſt in Veneta, [...] conjecturis non ſit quærendum. Ta[...] tum pro *ſciet* reſcribe, *ſciat.* Nec i[...] oratione quicquam deſideres.

Hunc ſumite animum. Neſcio] Lev[...] ter muta, ut ſit: *Hinc ſumite animum[...] Neſcio*, &c.

Non utique perituris refero] Cogite[...] num fuerit: *ut utique perituris.*

Imbecilla enim nos materia Deus orſ[...] eſt] *Ordiri* verbum eſt, quod jam o[...] ſervatum, notatumque eruditis, a[...] texturam pertinens. Quod notiſſimu[...] in vocibus *texere* & *detexere*, quæ [...] mnia dein tranſlata ad alia & gener[...] lia facta ſunt, ut *facere* & *perficere* d[...] notent. Scalig. Cul. init. Taubm. a[...] Plauti Pſeud. 1. 4. 7. adeantur. Ite[...] Voſſ. Inſt. Or. ubi de exordio agit.

Indenunciata ſorte rapimur] Cum a[...] curatius conſidero hunc locum, ſu[...] olere incipit, aliquid ulceris ſub cu[...] ſana latere: Nam ſequentia: *ſub eode[...] pueritia fato eſt: eadem juventus cau[...] cadit*, videntur fateri ſenum aut pr[...] vectiorum ætate hic habitam menti[...] nem. Hanc ſuſpicionem auget, quo[...] Plutarchus refert libro de Inſtitut[...]

Lace

Laconicis: In conviviis, quod ita erant comparata, ut ad augendam facerent imprimis fortitudinem; quippe ubi laudibus & carminibus proſequebantur eos, qui fortiter feciſſent pro patria, ignavos vero timidoſque vituperarent: id quoque fuiſſe conſuetudinis, tres ut in choros dividerentur ætatis ratione; ex quibus princeps canebat ſenum: Ἄμες ποτ' ἦμες ἄλκιμοι νεανίαι· *Nos olim ſtrenui fuimus juvenes.* Deinde ex iis, qui florentis erant ætatis, reſpondebat unus: Ἄμες δὲ γ' ἐσμὲν· εἰ ἐθέλεις, αὐγάσδεον· *Nos vero ſumus: ſi vis, adſpice.* Tertio è pueris unus: Ἄμες δέ, γ' ἐσσόμεσθα πολλῷ κάῤῥονες· *Nos vero multo fortiores erimus.* Hæc vero Rhetor ex perſona alicujus Lacedæmoniorum dicit. Cujus in verbis illud quoque quis obſervet, quod *ſorte* nimis leve heic ſit: ubi *morte* expectares. Nihil tamen muto, cum utcunque poſſint hæc excuſari; nec codices alii, quibus Faber & Schottus atque Aurelius ſunt uſi, nec Veneta editio hunc locum in dubium vocent.

Adeo in ſecuram quietem] Patet aut intelligendum in his *ea*, aut inſerendum poſt *adeo*.

Proximique deo. ſic ages. ea ſatag.] Meræ hæ ſunt tenebræ, nec facile reperias, quomodo huic loco inferre poſſis lucem. Quod ego vidi, cauſam non puto, cur occultum habeam: cum ſi non verum, ſaltem illi inveſtigando accommodatum ſit. Conjicio primum fuiſſe: *Proximaque deo eſt:* quod infert, poſtquam pronunciavit nullum gloriæ finem eſſe, verbo abſolvens rem totam. Revocat hic locus in mentem pulcherrimum illum Ciceronis pro Milone: *Ex omnibus præmiis virtutis, ſi eſſet habenda ratio præmiorum, ampliſſimum eſſe præmium gloriam: eſſe hanc unam quæ brevitatem vitæ poſteritatis memoria conſolaretur: quæ efficeret, ut abſentes adeſſemus, mortui viveremus: hanc denique eſſe, cujus gradibus etiam homines in cælum videantur adſcendere. Proxima* vero exponi *ſimillima.* Ita *propius* ſimilius ſæpe Tacit. 2 Hiſt. 68. & 13 Annal. 34. & alibi. Velleius vero, 2. 97. *Nam pulchritudo corporis proxima fraternæ fuit.* Quæ ita intellecta ac ſcripta fidem addunt noſtræ de ſequentibus conjecturæ, quæ eſt: *hinc & agreſtes ejus ſatagunt: feminis quoque.* Ubi agreſtium nomine accipio primum Helotes, qui ſervi Lacedæmoniorum publici erant. Servos vero, quanquam pro ſecundo habebant hominum genere, aut nec pro hominibus, ſi qui eſſent impotentiores domini: tamen hos quoque ait noſter ille appetentes gloriæ, egregieque ſtudioſos eſſe. Quare ſupra, ut emendavimus, initio Suaſ. *Quid? vos dicam potiſſimos Græciæ? an Lacedæmonios? an Eleos?* Ob ignaviam ne ſervis quidem comparandos cenſens. Præterea agreſtium nomine hic intelligo pueros puberes Lacedæmoniorum, quos illi *non in forum, ſed in agrum* deducebant, *ut primos annos non in luxuria, ſed in opere & laboribus agerent.* Juſtin. 3. 3. Adde Maxim. Tyr. c. 13. & 14. ubi de bellatoribus & agricolis diſſerit, utri reip. utiliores. Servos igitur pueroſque, feminas quoque, ut ſubjicit, gloriæ avidos, quamvis iſti abjecti per fortunam ſuam animi eſſe ſoleant, iſti ætate, hæ ſexu imbelles. Qua in re etiam ſimilem feminarum ac puerorum conditionem ſignificant hiſtorici, cum in belli furore ſcribunt non ſexum, non ætatem miſerationem attuliſſe. Appianus: ἔκτειναν ὁμαλῶς καὶ παιδία καὶ γυναῖκας, *promiſcue occiderunt pueroſque & mulieres* Romani in capta Illurgi. Quo facilius conjectura iſta & interpretatio æquis probari poſſit.

Pag. 15. *Quot interritos*] Lege: *Quid tot interritos.* Quod vidit ante me Gronovius. Simile mendum infra hac Suaſor. *Videat trecentos Xerxes, & ſciat quod tanti* (adhuc, *quanti* ediderunt) *bellum æſtimatum ſit, quanto aptus numero locus.* Controv. 9. *Non eſt quod mireris, ſi te oderunt, qui tuos abdicaſti,* male vulgo, *quos.*

Annumerare trecentis exempla] Pulcher locus & integer, ſi ullus, quamvis

vis ſuſpectus ſit eruditis: quod inde ortum exiſtimo, quia non ſuccurrebat vis & ſignificatio notabilior iſtius *annumerare:* quam colligere licet ex hoc Quintiliani loco Declamat. 12. *Non ignis defunctos cremavit, non feræ laceraverunt, non aves attigerunt; & tamen cadavera mortuis annumerare non poſſumus:* Accipe: Non apparent tot cadavera, quot nobis homines morte ſubducti ſunt: ita ſingulis mortuorum non poſſumus ſua reddere cadavera. Parique ratione in his Othryades inſtar trecentorum habetur, qui impulſi gloria occubuerunt pro rep. nec ſe ſubduxerunt morti pro patria. Hujus igitur producto exemplo, ſingulis horum trecentorum dabantur exempla, quibus exſtimularentur ad ſubeundam gloriæ reſpectu pro ſalute patriæ ſuæ mortem. *Annumerare* ſenſu ſimili in declamat. Quintiliani majoris 369. *Detracta arma dicis? nego. mentior? eamus in rem præſentem: adnumerare volo: ſi quidquam defuerit, damnari volo.* Quæ ſepulchro detracta eſſent ab ipſo arma, eadem eſſe & totidem ſepulchro à ſe repoſita erat demonſtraturus.

Nec pugna quidem hoſtium, ſed fabula] Ceſtius Pius: *Ita ne bello quidem, ſed nuncio vincimur.* Forte & hoc loco *ne* quis præferat.

Alumnum virtutis naſci Laconem] Plenum: *& Laconem*, ut magnum velit eſſe, non tantum *alumnum virtutis naſci*, ſed *& Laconem naſci*, quorum ſingularis vis roburque & audacia ruendi in ferrum & mortem adeo certam, eſſe ſolet. Quo reſpiciunt, quæ ſubjungit.

Non eſt Sparta lapidibus] Schottus in Covarruviano reperiri ait: *Ne ſi Sparta.* Aurelius etiam ex Ms. *ne ſi perta.* Edit. Venet. *Non eſt ſic: Sparta.* & dein: *ibi muros habet, ubi muros non habet, ubi muros. melius* &c. Unde quis conjiciat: *ne ſit Sparta lapidibus circumdata, ibi muros habet, ubi muros non habet; ubi viros habet. Melius* &c. Add. Juſtin. 14. 5. loco egregio.

Revocabimus fugientes] Virtutis noſtræ miraculo.

Cur non potius in turba fug.] Non ſc[...] li, quo minus conſpiceremur. Mari[...] lius: *In hoc reſtitimus, ne in turba fu[...] gientium lateremus?* Cornelius Hiſp[a]nus: *Non latebit in turba Laco: qu[...] cunque Xerxes adſpexerit Spartanum v[i]debit.* Eſt ita apud Tacitum quoqu[e] iſtud *in turba.*

Furori terga vertitis] Panico terro[re] eos conſternatos eoque animis inte[...] tos in fugam eſſe vult. Illo enim te[r]rore correpti, ut & aliis, ſi majo[...] ſint, furioſis nulloque judicio agen[ti]bus ſimiles ſunt. Igitur Pana & terr[o]rem & furorem incutere voluiſſe v[i]dentur: Præclara de his vide in M[i]ſcellan. Politiani cap. 28. Tacit. [...] Hiſtor. 82. *Lymphatis cæco pavore a[ni]mis.*

Vicit. At victoria] Viciſſe Xerxe[m] eo vult, quantum credo, quod t[...] centis eum adventu ſuo præbuerat t[er]rorem, ut fugerent. quod nunc d[...] decus fortiſſimi ex his, qui reman[se]rant, virtute & victoria abolendu[m] cenſent.

Ut omnia fortiter fiant, feliciter c[a]dant] Ita *cadere* pro evenire ſæpe C[i]cero: ut & Cornif. ad Herenn. [...] *quid noſtris parentibus, liberis, ceteris* [...] *ceſſariis caſurum ſit, propter noſtras ca*[...] *mitates aperiemus.* Auguſtin. princ[...] Rhetor. *Dicat omnium intereſſe ill*[...] *rem vindicari, propterea, quod quanto qu*[...] *que minora ſunt, tanto crebrius & ma*[...] *inter multos cadere poſſunt.* Manut. lib. [...] ep. 7. ad Familiares, tranſlatum pu[...] à talis, modo ut volumus, modo co[n]tra quam volumus, cadentibus.

Inter trecentos. Ceteri quidem] N[...] placet illud *quidem*, cum & paulo [...] te ſit poſitum, & præterea poſt vo[...] omnino tres rurſus repetatur. Nitid[...] hæc haberent hunc ad modum f[or]mata: *Latuiſſet virtus inter trecentos* [...] *teros, Qui fugerunt, Si me quidem,* &[...] Poſſis etiam, *qui dudum fugerunt.* Pr[...] mihi ridet magis. De Trecentis H[er]mogenes de Invent. lib. 3. fin.

Pag. 16. *Munitas Thermopylas*] V[er]ba ſe excuſantium.

Quam turpe fugere judicaſtis] M[...] le[...]

lem: *quam turpe ſit fugere judicaſtis* &c. ſine interrog.

Ideo hanc Eurotas] Hæc clauſula cum tribus ſequentibus abſque interrogatione legenda eſt, inquit Faber, quem non audio. Aberraſſe à vero crediderim, quod non vidit ea, quæ hujuſmodi poſt interrogationem exſpectari ſolent: quæ eſſent vulgari ratione: *Ideo hanc* (urbem) *Eurotas amnis circumfluit*, &c. ut Lacones de fuga deliberarent ſeque numerarent, non æſtimarent. Sed hæc figura & arte occultata ſunt Rhetoris. Quod ne quis plane inſolens arguat, repeti velim duas primas Suaſoriæ hujus periodos: ubi ne id quidem, unde plenam colligere orationem poſſis, vel ante vel poſt interrogationem expreſſum reperias.

Difficilia niſi Laconibus juga? ideo] Aut membro priori vox *jactamus* illive cognatione affinis deſit: aut diſtinguendum & ſcribendum: *Ideo Taygeti montis difficilia niſi Laconibus juga; Ideo Herculem gloriamur operibus cælum meritum?* Nempe filiis memorabant gloriabundi, ut labores ſuſcipiendi & perferendi deſiderio inflammarent, Herculem progenitorem deum factum, idque operibus eſſe conſecutum; & apud alios itidem id jactabant ſæpius, qui laborum fugitantes, aut non perinde ut ipſi patientes, erant. Quæ commemoratio ipſis quidem extollendis, aliis vero præ ſe deſpiciendis & imminuendis erat. Poſtrema horum agnoſcunt & alii codices; niſi quod exhibent *de operibus cælum meritum*. In quibus illud *de* probare non auſim, quamvis ſciam paulatim proprium quendam hujus vocis uſum invaluiſſe. Quintilian. decl. 2. *Exiguum argumentum, noverca, de magna felicitate feciſti.* ead. *Sequentium matrimoniorum non aliunde quam de damno pietatis affectus eſt.* Declam. 5. *Adverſa, quæ de ſolatiis, remediiſque creverunt.* ead. *quem de voluptatum gaudiorumque contemptu ſcires parem quandoque fortunis,* (an *fortunæ injuriis fuit?*) Plurima iſtis ſimilia loca in promptu ſunt. Nec tamen in his Rhetoris *de operibus cælum meritum* probem. Legam potius, quia illud *de* ſuſpiceris non temere irrepſiſſe, *ideo Herculem gloriamur deum & operibus cælum meritum?* Quin, cum cogito, hanc iſti emendationem antehabeam, quippe ingenio periodi, numeroque orationis multo accommodatiſſimam.

Merito Hercules omnia contempſit, quem] Nodum in ſcirpo hic quæſiverunt Eruditi. Nam Schottus quidem in voce *Herculis* laborat & dubitat, num aſſeverantis, quod ſine dubio eſt verum, an de auctore generis Hercule mentionem facientis ſit: Unde ſenſum non perſpexiſſe manifeſtum eſt. Nic. Faber Schotti rejicit ſententiam, legitque, *quæ Lacones.* Antonius vero Auguſtinus, pro *Hercule* reſcribit *Xerxe*. Nihil mutandum, niſi *contempſerit* præfers. Qui fugerant Græci, audierant tantum, non viderant Xerxem, quem vult ſi ſolo terroris nomine etiam debellare Lacones hos poſſit, merito nihil virium ex Græcia adverſus ſe formidaturum.

Erimus inter hoſtes fugaciſſimi] Faber *hoſtes* mutatum velit in *fortes*, ne non ſit vera oppoſitio: ſed hanc ego non perinde ſpectatam exiſtimo, & velle auctorem, ſi jam fugerent, cum tantum non verſarentur inter hoſtes, qui fugam capere noluerant inter fugaces iſtos, ita forte ut inter hoſtes fugaciſſimi, inter fugaces tardiſſimi fuiſſe viderentur.

Pag. 17. *Quod virtuti noſtræ ſe opponat*] Confer locum Nepotis init. Thraſybuli. Et Cicer. in Orat. pro Marcello.

Quanti bellum æſtimatum ſit] Jam monui ſupra, *quod tanti* hic reſcribendum.

Deſcriptio Thermopylarum] De his Gronov. Controv. 4.

Quam nitide Fuſcus dixiſſet, &c.] Prava interpunctione peſſime habitus hic locus, etiam in fine periodi periit negativa, ſcribendumque: *ut ſciretis, quam nitide Fuſcus dixiſſet, vel quam licenter, ipſe ſententiam non feram.* Suaſor,

ſor. 1. fine: *Volebam vos experiri, non adjiciendo judicium meum*, &c. vide loc.

Pag. 18. *Luxurioſas putetis an ut poëta*] Poſt Fabrum, Gruterum, Schottum, Gronovium aliquid tentare in his corruptiſſimis quid vetat? Cum exemplo ſuo hoc ſummi iſti viri hortentur: Conjicio: *utrum explicationes ejus luxurioſas putetis, an vero & projectas. Pollio* &c. Non incommode ad illa *ut ſciretis, quam nitide Fuſcus dixiſſet, vel quam licenter.* Præfat. 2. Controv. de hoc Arellio: *In deſcriptionibus extra legem omnibus verbis, dummodo niterent, permiſſa libertas.* Unde patet eum non nitide tantum ſplendideque, atque adeo luxurioſe, ſed & licenter ſatis atque audacter dixiſſe. De quo tamen ipſos filios ſuos ſententiam ferre vult Seneca. Gronov. monet in veteri eſſe *expolitos*, à quo *projectos* non plane abhorret: *projectum* pro audaci & temerario notum ex Cicerone 3 in Verrem: *Eſt idem Verres, qui fuit ſemper ut ad audendum projectus; ſic paratus ad audiendum.* quod hic tranſlatum ad orationem minus durum exiſtimabat, qui idem factum voce *luxurioſus* hic cogitet. Etiam Cicero ipſe pro Cluentio, veritatem depreſſam eo ait ſæpe emergere, *quod aut ii, qui ad fraudem callidi ſunt, non tantum audent, quantum excogitant: aut illi quorum eminet audacia atque projecta eſt, à conſiliis malitiæ deſeruntur.* alibi *projectam* & *effrænatam cupiditatem* apud eundem. Seneca vero Præfat. 4. Controv. de Haterii impetu in dicendo, dicebat, *ita ut nec regi poſſet, nec conſumi. Regi autem ab ipſo non poterat: alioquin libertum habebat, cui pareret, & ſic ibat quomodo ille aut concitaverat eum, aut refrænaverat.* Hæc primum repereram: *expolitos* dein vidi probandum, aut reſcribendum: *an vero politos*, quia conſtanter ita ingerunt, *an ut poëta.* Secula, ad quæ pertinent hæc manuſcripta, η, quod eſt *in poëta*, ut ι longum enunciaverunt: unde ut obiter hoc dicam *cijns* à cenſu, quod κῆνσος Græcobarbaris, manaſſe videtur. Ita *poëta* &

polita non multum differunt. Atque
hæc prætulerim, ut hæc reſpondeant
præcedentibus: *ut ſciretis, quam nitid*
Fuſcus dixiſſet, vel quam licenter. Poli-
ta ſunt nitida; confer Præfat. 2. Con-
trov. Cic. in Bruto: *Sed Q. Mutiu*
enucleate ille quidem & polite, ut ſolebat
Item: *M. Aurelius Scaurus non ſæpe dice*
bat ſed polite. Latine vero in primis e
eleganter locutus.

An ut poëta Pollio Aſinius] Pri
ma illa, quomodo emendanda judi
cem jam dixi. Ex quibus intelligitu
initium hujus eſſe periodi: *Aſiniu*
Pollio aiebat. & his quidem non mul
tum jam difficultatis ineſſe exiſti
mem. ſequentia vero, *hoc non eſ*
ſuadere, ſed invidere, negotium exhi
bent. Nec enim ſenſus iſtorum com
modus elicitur: & in diverſum eu
eruditi, quomodo ſuccurri iis & re
di ſanitas poſſit. Valde mihi blanditu
Gronovianum: *hoc non eſſe ſuadere, ſ*
inludere, quum & in Covarruvian
Schottus teſtetur ſcriptum *Tuder*
nebulo nihil fuit. Sed quia notavit ide
Schottus hanc etiam lectionem vet
ſtam, *iſci videre*, credidi fuiſſe, *ſed inſci*
ridere, ut pergat dein Seneca ex C
varruviano: *Sic nebulo nihil fuiſſet.* Su
ſor. 6. de Gemino Vario: *Et complu*
alia dixit ſcurrilia, ut illi mos erat. Dei
de vero ex conjectura mea ſuum adj
ciat & verum judicium his verbis
Ego juvenis deamavi tanquam me has e
plicationes Fuſci. Ita ut Plaut. Bacch
dib. 2. 2. 36. *Etiam Epidicum, qua*
ego fabulam æque ac me ipſum amo. N
lam æque invitus ſpecto, ſi agit Pelli
Poſtrema ſint: *quas nemo non noſtru*
alius alia inclinatione vocis velut ſuav
quiſque modulationem cantabat. Per
net huc Dialog. de Orat. cap. 25. *Quo*
que vix auditu fas eſſe debeat, laudis
gloriæ & ingenii loco plerique jactant, c
tari ſaltarique commentarios ſuos. Atq
hic intelligimus id Senecæ eveni
juveni, quod in filiis notat in fi
hujus Suaſoriæ.

Niſi Suaſor.] Ut non ſit, qui p
altera parte dixerit, quomodo ſuaſ.

Diviſione autem hac Suaſoria] M
lir

ſim, *in hac Suaſoria.* ita enim plene ſemper noſter amat ponere.

Noviſſime periculoſum eſſe fugere] Truncata parte aliqua & una in voce corrupta hæc videntur: reſcribendumque: *Noviſſime, periculoſius eſſe fugere, quam pugnare: pugnantibus.* Copula initio periodi poſterioris etiam deeſt in Veneta. Non puto laborandum, ut hanc emendationem probem erudito lectori.

Non quidem hæ ſuaſoriæ] Veneta: *Non quidem hæc ſuaſoria.* Ut reſpexerint illa ad quædam in extremis Ceſtii, quæ deſiderantur. Si ad ſequentia pertinet, legam: *Notæ quidem hæ ſuaſoriæ.*

Sententia Dorionis] Quæ intercidit, ut & illa Attali Stoïci, cujus mox mentionem facit. Collige vero ex verbis Senecæ Dorionis ſententiam ex verbis Leonidæ tractam, & his iſtam fuiſſe ſubjectam.

Sententiam Leonidæ retuliſſet] Vel dum docet, vel & quocunque tempore. Minime vero accipiendum, quod Sabinus Aſidius hæc, quæ refert noſter, dixerit, cum Dorionem iſta à Græcis prodita Leonidæ ad ſuos verba memorare audiviſſet. Ipſe Sabinus cum retuliſſet, ingenio obſecutus ſuo facetum illud addidit.

Pag. 19. *Nobili ſententia certavit*] Scripſit auctor, credo: *cum tam magna & nobili ſententia ita certavit, ut* &c.

Quam prior] Hoc judicium Senecæ: quod præceſſit vero, aliorum eſt. Igitur caute: *Diſertiſſima illa fertur ſententia Dorionis.* ita Suaſor. 1. cum poſuiſſet: *Corruptiſſimam rem omnium, quæ unquam dictæ ſunt, ex quo homines diſerti inſanire cœperunt, putabant Dorionis eſſe.* Subjungit dein: *Multo corruptiorem ſententiam Meneſtrati cujuſdam* &c. *nactus ſum.*

Pag. 20. *Pulcherrima illa fertur Glyconis ſententia*] Offendit me, quod hoc loco Glyconi tribuit, quod diſerte ſupra Dorionis eſſe teſtatur. Et fateor in eam me propendere ſententiam, uti exiſtimem, alterutrum locum corruptum eſſe.

Non ſane refero memoria] Quod Senecæ *refero memoria*, id Virgilio eſt *repeto.* 3 Æn. 484. *Nunc repeto hac generi portendere debita noſtra.* Ipſe noſter Præfat. 2. Controv. *Cum repeterem quos unquam bene declamantes audiſſem, occurrit mihi inter alios Fabianus Philoſophus.* Non mutem tamen *refero*, cum ſit in Controv. etiam 9. *Sed nunc refero cui rei quiſque maxime inſtiterit.* Id *recolo* dixit Albinus, de arte Rhetor. *Recolo te magiſter inter orationis partes reprehenſionem nominaſſe.*

Niſi Damæ] Ms. *Dameti*, unde conjicias *Damaſetici*, niſi ſyllaba *ti* adhæſit ex Græco.

Longe diſertius hanc phantaſiam movit] Eo egit ordine Nicetes, quo Ceſtius, ut tamen ultima Ceſtii non imitatus ſit, ſed reprehenderit. Quomodo vero hic *phantaſiam movere*, ita Controv. 6. *Q. Haterius à parte patris pulcherrimam imaginem movit.* Nempe Nicetes exemplo Ceſtii oratione poſuit ante oculos, qui honos ipſos hos maneret, ſi ſpiritum nunc patriæ impendiſſent.

Niſi antiquior fuiſſet, &c.] Quanto magis vidi exercitos eruditos hunc locum habuiſſe, tanto voluptati magis mihi fuiſſe fateor, poſtquam reperi, quo denſæ hæ tenebræ depelli poſſent. Palmarium puto, quod inveſtigavi, quid in *Ciptoy*, ſive ut alii *Ciptou*, lateret. Ut nullis agam ambagibus *Cteſiphum* pro certo credo manum fuiſſe auctoris: quod compendio ſcriptum forſan *Ctephon*, vel & quia non ita notum illud *Cteſiphon*, hinc injuriæ expoſitum, corruptumque fuerit. Ita Caſaubonus Strabonis l. 2. ὅπως, pro ὁ Ποσειδώνιος corruptum exiſtimat. Etiam apud Dionyſium in Dinarcho Δῆμος vitioſe oſtendit poſitum pro Δημήτριος, vitio ex compendioſa ſcribendi ratione nato: qua & πηρ, & μηρ, & ἄνος, pro πάτηρ, μήτηρ, ἄνθρωπος occurrant. Quod ſi vel Fabro, vel Schotto, vel Dalechampio veniſſet in mentem, nunquam iſtas ſuas notas illeviſſent chartis. Sed nec hoc invento ſublata eſt omnis difficultas,

cultas. Et ſic Cimmeriæ ſunt tenebræ, nec lux, niſi ab ingenio, ſperari poteſt: hoc ſolum eſt alicujus momenti ad illuſtrandum locum, quod in nonnullis editionibus eſſe video: *At ſi antiquior.* Hinc: *Ita, niſi antiquior,* ſcribo. Totum denique locum lego: *Ita, niſi antiquior fuiſſet Xerxes, nunquam Demoſthenes pro Cteſiphonte cum diceret, hanc ſuam dixiſſet ſententiam, aut certe non irreprehenſam.* Taxat Ceſtium Nicetes, quod temporis non habeat, imo confundat rationem, idque imitetur, atque exprimat exemplum, quod nullum adhuc erat in rerum natura. Diu enim poſt pugnam ad Thermopylas, de qua nunc capitur ineunda conſilium, Demoſthenes pro Cteſiphonte cum diceret, per eos juravit, non ſolum qui pugna Marathonia occubuerunt, quæ ad tempora pertinet Darii, ſed etiam, qui ad Salamina, & Artemiſium, & Platæas, bello conſumpti erant: ubi Xerxi illatæ clades, qui cum antiquior eſſet Cteſiphonte, recte potuit Demoſthenes, pro eo cum diceret, iſtud ad exemplum jurare, non & Ceſtius Pius, qui ex perſona Lacedæmoniorum ad Thermopylas hic dicit, ut ſpecimen ingenii ſatis accuratum (ex ſententia loquor Nicetæ) proferre, ſi quæ Demoſthenis exemplo commendata vellet, cum Demoſthenes adhuc nullus tum natus eſſet. Simile peccavit infra Thuſcus: cujus eſt: *Exſpectemus, ſi nihil aliud, hoc effecturi, ne inſolens barbarus dicat: Veni, vidi, vici. Cum hoc poſt multos annos Divus Julius victo Pharnace dixerit.*

Non deprehenſam, cum deſcripſiſſet] Prima iſta jam emendata dedi: Illud *cum deſcripſiſſet* ad novam pertinet periodum: quæ eſt ex correctione noſtra: *tum deſcripſit opportunitatem loci, & t. u. p. l. & anguſtias a. t. poſitas, ſeque adverſos hoſtibus:* fortes, ita periculis atque laboribus induratos; denique, Laconas. Illud *Adverſos* eſt in Veneta.

Lesbocles Scholam ſolvit: nemo unquam] Puto, *quo* excidiſſe, & ſcribendum, *quo nemo unquam.* Non injucundum erit conferre cum his hiſtorias, quæ ſunt in Controv. 4. Præfat.

Pag. 21. *Cum exemplo vobis,* &c.] Suſpicor quod in voce *cum* Othryades lateat, cujus nomen toties repetitum compendio fuerit ſcriptum, niſi capite hæc ſunt truncata: ita *cujus* unice probem.

Digitis vulnera geſſit] Lego, *ingeſſit.*

Inſcriberet, dignum Spartano] Veneta aliique codices: *& deo dignum i[n] Spartanos:* unde legam, *en vero dignu[m] inter Spartanos ſacramento virum, cuju[s] ne literæ quidem fuere ſine ſanguine!* Aliter Colerus ad Val. Max. 3. 2. fine quem non ſequar.

Catius Criſpus. Municipalis] Nimi[...] mavelim: *Catius Criſpus de municipa[...] ſuo cacozelon dixit,* &c. Illud *cacoze[...]lon* Schottus reperit. Nec delendun[...] dein cenſeam: *dicebat municipalis.* e[...] mendandum eſt, ut ſit; *Sciebat mu[...]nicipalis, aliud ceteros, aliud Laconas di[...]cere.* Ita Suaſ. 1. *Et tamen ſcito illos tib[...] annua, bima, trima die debere:* antiqu[...] exhibent, *dicito.* Controv. 1. *Scit qui[...] facturus ſim;* legendum, *dicite:* und[...] intelligimus iſta promiſcue corrump[...]

Pag. 22. *Cum poſuiſſet contradicti[o]nem, ait: Omnes*] Lege: *Cum poſuiſſ[et] contradictionem: At omnes, qui miſ[...] erant ex Græcia, fugerunt ſublatis man[i]bus.* Ita mox in verbis Statorii (ut e[...]dunt) *contradictionem ſumpſit: at, i[n]quit, trecenti ſumus: & ita reſpondet,* &[...]

Novam rerum naturæ faciem imperat[...] Veneta *importat,* quod nonnullis e[...]iam in aliis fuiſſe videtur: nec impro[...]bem. Dialogo de Orat. cap. 3. *cum t[...] amicorum cauſæ; tot coloniarum & mu[...]nicipiorum clientelæ in forum vocent, qu[i]bus vix ſufficeres, etiamſi non novum ti[...] ipſe negotium importaſſes.* Phædr. fab. 2[...] *Ne tantum miſeræ luctum importaret ſi[...]* Dictys lib. 2. *Ajax Telamonius & A[...]chilles cum Diomede, curam maximam[...] ſtudiumque importandi belli ſuſceperan[t]* Ut vero hic *facies,* ita Suaſ. 5. *Reple[...] ipſe prius hiatus & maria in antiqua[m] faciem reducat.* Dictys lib. 1. *æſtiva m[...]ris facies.*

Dece[...]

Decentiſſimi generis ſtultam ſententiam] Hæc quomodo conveniant, commodumque efficere poſſint ſenſum, apparet ex his Dialogi de Orat. cap. 25. *Nec refert, quod inter ſe ſpecie differant* (oratores optimi ſæculi) *cum genere conſentiant.*

Cujus fabulis memoria digniſſimis] Hæc ſunt illa, quibus Schottus libello *de claris apud M. Senecam Rhetoribus* de Statorio hoc exponit hiſtoriam: de quo nihil præterea reperias. Sed hæc ita ſunt obſcura, ut, quid velint, juxta cum ignariſſimis me fatear intelligere, nec intelligi poſſe ſentiam, niſi emendentur. Quo priuſquam accingar, teſtor, quidquid hujus fiet, id auſum me, ut verum pro certo in apricum paulatim proferretur. Nunc dicam, quid hoc de loco ſuſpicari cœperim: nempe hoc ſimilive ſcriptum fuiſſe modo: *Cujus in fabulis memoria digniſſima ſunt aliqua. Is in hac Suaſoria occaſione ſumpſit contradictionem.* Illud *aliquis* in Veneta ita ſcriptum eſt, ut ad literam tranſverſa ducta ſit virga: unde colligere eſt aliquid iſta in voce redundare: unde *Is in* confieri poſſet: præterea *hac* inſerui, cum paſſim *in hac Suaſoria* legam. jam quater hunc ad modum ſcriptum præceſſit: *Occaſione* accipio, cum eſſet occaſio: ut apud Sueton. *ludis, munere, circenſibus, proſcriptione.* una in vita Julii: Sumpſit hanc contradictionem, non ex abrupto, ſed cum & alia ad rem hanc pertinentia tractaſſet, & hanc ad ponendam contradictionem oratio & ſenſus ducerent atque hortarentur. Suaſ. 5. *Et illud dixit, quod excerptum eſt. Tollite, inquit, tropæa.* Porro *ſumpſit contradictionem* eſt Controv. 25. De hujus vero probitate non dubitavi, cum *ſumere bellum, prælium, conjurationem* & ſimilia bonos apud auctores occurrerent. Hermog. de Invent. lib. 1. cap. 2. λαμβάνειν προοίμιον λέξομεν οὖν, inquit, τὸ προοίμιον οὕτω λαμβάνοντες. Denique ordinem poſtremorum verborum iſtum admodum mutavi, auctoritate fretus Codicum trium, quibus uſus eſt Schottus, cumque eum paulo ante ipſe author ordinem ſervaviſſet. Fabulas vero, quod omiſeram monere, intelligo ut paulo poſt: *Abronum Silonem patrem hujus Silonis, qui pantomimus fabulas ſcripſit.* Poſſis & ſenſu generaliori interpretari. Quomodo ad initium monui Suaſoriæ, hiſtoriam de trecentis apud Thermopylas hic ab Rhetoribus in fabulam eſſe corruptam.

Nunquam vidi plures trecentos] Veneta *pluris trecentos.* Unde veniebat in mentem: *ad Thermopylas nuſquam vidi pluris trecentos.* Thermopylæ natus erat trecentis locus: ubi illi eſſe invicta poterat manus, & magis etiam, quam ſi plures eſſent numero, cum ita anguſtæ nimis Thermopylæ fierent. Atque iſtud non perinde in aliis quis locis videret: unde hæc nata: *nuſquam vidi pluris trecentos.*

Pag. 23. *Poſſe certe invictos reverti*] Nonnulli, ut Venetus, *victos reverti:* unde mallem ſi ingenio emendandum eſſet: *non victos reverti:* Sed codicum Schotti quatuor auctoritate retineor. *invictus* tamen pro non victus audiam, ut *indictus* apud Virgilium. *Nec tu carminibus noſtris indictus abibis.* Terent. *non me indicent' hæc fiunt.*

Et beneficio loci] Cum tres codices Schotti *beneficia* exhibeant, cœpi credere, hic aliquid latere, quod eſſet eruendum. Eritque illud, niſi fallor, quod ſcripſerat hoc loco auctor. *Hic beneficia loci. Tum* &c. Ut ſignificet, Latronem poſtquam dixerat poſſe certe non victos reverti, deinde executum eſſe quæ ab ipſo loci ſitu commoda & beneficia expectanda eſſent. Quod eo tetigit exemplo Seneca, quo poſuit: *Deſcriptio Thermopylarum.* Cujuſmodi de locis Gronov. ad 4 Controv. Suaſoria etiam prima Seneca noſter: *Dixit deinde* (Fabianus) *locum de varietate fortunæ: & cum deſcripſiſſet, nihil ſtabile eſſe, omnia fluitare, & incertis motibus modo attolli, modo deprimi, abſorberi terras, & maria ſiccari, montes ſubſidere, deinde exempla rerum è faſtigio ſuo devolutarum adjecit: ſine potius,* &c. Ubi *deinde exempla rerum*

rum e. f. ſ. devolutarum, ita inſeritur ut hoc in loco: *Hic beneficia loci:* ſupple ſequentia: *Tum illam ſententiam adjecit, ſi nihil aliud*, &c. Ex iſta etiam Suaſor. Sæpe *adjecit* & *ſubjecit* hoc exemplo deſiderantur.

Abronium Silonem] Quod in Catalectis Virgilii titulo & nomine C. Silii leguntur, ut monuit Dalechampius, nulla in eo eſt difficultas: non magis, quam ſi alibi Julium Cæſarem, alibi C. Cæſarem legas. *Abronium* enim hic legam cum Glandorpio, ut nomen ſit Gentis, niſi fuit *Apronianum Silonem*, & ſignificetur ex gente Apronia hunc Silonem adoptatum fuiſſe.

Ingenium grande non deſeruit tantum, ſed polluit] Polluiſſe ingenium accipio, dum obſcœna & turpia meditatur, ac ſcribit: unde mores & mentes non legentium tantum audientiumve corrumpuntur, ſed auctorum etiam. Notum eſt illud Doctoris Gentium: φθείρουσιν ἤθη χρῆσθ' ὁμιλίαι κακαί. Id quod evenit non dum audiuntur, quam mente dein agitantur & hinc exercentur. Tacit. etiam 3 Annal. 51. *pollui mentes* vult dum male ominata cogitantur. Verba ſunt in Oratione M. Lepidi: *Si P. C. unum id ſpectamus, quam nefaria voce Lutorius Priſcus mentem ſuam & aures hominum polluerit*, &c. Nempe & turpia & male ominata utraque nefaria ſunt.

Belli mora concidit Hector] Poſtremam vocem recte habere inde opiner, quod illam non video ſollicitatam variis codicum lectionibus, paulo poſt ubi hæc totidem iterantur verbis, quot ſunt vulgo in editis. Igitur ſuſpicabar illa pro *Hector* hoc loco *ore ſed ora* partim ad verſum, ad proſam partim pertinere. Veluti ſi ſcriptum fuerit: *Belli mora concidit Hector. Scilicet ad omnia tam diligentes*, &c. Ut *ſ.* ſolum ſit poſitum pro *ſcilicet*, non uno loco hujus Suaſoriæ patet uſitatiſſimum fuiſſe. Reliqua ſuam facile egerint atque obtinuerint cauſam. Ille tamen mihi ſemper ſuperfuit ſcrupulus, quo pacto quicquam in his improbari potuerit, ſi non aliter olim habuerunt, ut ſuadere poſſit videri ratio: & quare ſordis alicujus comparatione Virgilii arguantur. Certe filius Seneca non dubitavit hæc tribuere Hectora flentibus Troad. 124. *Tibi noſtra ferit dextra lacertos*, &c. *Columen patriæ mora fatorum*, non id auſurus, puto, meliora doctus à patre, ſi quidquam in his eſſet vitii: *Belli mora concidit Hector:* unde quandoque conjeci auctoritati etiam cedens librorum: *Belli, mora, concidit ore Hector.* Ut ſit quale illud Homeri Iliad β. πολέες δ' ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι πρηνέες ἐν κονίῃσιν ὀδὰξ λαζοίατο γαῖαν. *Multique circa illum ſocii proni in pulveribus mordicus accipiant terram.* Virgil. 11 Æn. *Procubuit moriens & humum ſimul ore momordit.* Filius Lucius Herc. fur. 895. *Ultrice dextra fuſus adverſo Lycus Terram cecidit ore.* Sed ita ſi hæc reformanda, non video qua dote hæc eruditis commendari potuerint: ubi illa *mora* & *ore* tam duriter feriunt aures, ubi verſus præterea non ita commode ambulat. In his tanto facilius ſuſtineo judicium, quod ſæpe eas tuliſſe ſententias Senecam meminerim, quæ nos non perſpeximus, quo jure niterentur. Si *Belli mora concidit ore Hector* amplectimur pro vero, ejuſdem fili hæc erunt cum Virgilianis, quod verſu in tertio vox tantum poſita eſt una, quod unice laudabat, nec cetera Virgilii eſſe judicabat Meſſala. Sed hic rurſum illa ſe offert difficultas, quod his verſibus tantum quæritur, quanto decentius extulerit Virgilius hoc celebre

—— *Belli mora concidit Hector.*

Quare ego, ut ſemel dicam, quod ſentio, hic ἐπέχω.

Ut unius verba ſurripi non poſſent] Ex oppoſitione colligo hic reſcribendum: *ut uni verſui verba ſurripi non poſſent.* Quia verſui ſurripuerat Latro illud *Belli mora*, inde Silo Latronem ludens & ipſe ſurreptis Virgilio verbis carmen illud compoſuit. Quo vero ex poëta petierit iſta Latro ignorare me fateor. Conjicio, quod & innuere Seneca videtur, ex circumlatis, ut alibi vocat, vulga-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

vulgatiſque ſententiis fuiſſe, *Belli mora concidit Hector.* atque inde cum ſuo accommodaſſet Latro propoſito *Belli mora*, deriſum eum & taxatum à Silone iſtis verſibus.

Item: quicquid apud duræ] Schottus non ſine ratione *item* ſuſpectum habuit: Et mallet *ita*, cum illa præmiſſa non ſint Virgilii. Poſſis etiam *ille enim.* Niſi duo olim Virgiliana hic fuerunt loca. Prior ex nono,

— Decimum quos diſtulit Hector in annum.

Poſterior undecimo ex libro Æneïdos. Sic *item* non ſit corruptum, ſed ante locum priorem inſerendum: *Illius eſt:* aut ſimile. At hæc conjectura eo fiat probabilior, quod dein teſtatur Mecænatem illum verſum Virgilii,

— & in decimum veſtigia rettulit annum,

comparaſſe priori: cui, niſi huic ipſi quem dedi? Qui quod huic erat ſimillimus inde poteſt excidiſſe.

Hic Virgilium debuiſſe deſinere] Eleganter *debuiſſe* pro *oportere*, *veriſimile eſſe:* ut apud Martial. 2 epigr. 75. de Leone:

Dedidicit pacem ſubito feritate reverſa,
Quanta nec in Libycis debuit eſſe locis.

Petron. *Hic neſcio quid boni debet eſſe.* Controv. 31. ita in Diviſ. item Controv. 34. *Iſte vultus eſſe debuit lacerati, hic morientis.* Thucyd. lib. 4. ἀπὸ νεῶν αἷς πολλὰ τὰ καίρια δεῖ ἐν τῇ θαλάσσῃ ξυμβῆναι. Cic. 1 de invent. *Cauſa transfertur cum aliena dicitur vi & poteſtate factum. Factum autem cum alius debuiſſe aut potuiſſe facere dicitur.* Item: *veriſimilia hoc modo: ſi multus erat in calceis pulvis, ex itinere eum venire oportebat.* Item: *Qui locus deſertus eſt, in eo cædem factam eſſe oportet.*

Corvo teſtimonium ſtuporis reddendum eſt] Ita loquitur, quaſi ad fabulam alluderet, quæ eſt Phædro 13. Poſtrema ſunt: *Tum demum ingemuit corvi deceptus ſtupor.*

Explementum eſſe] Non igitur à Virgilio profectum.

Pag. 24. *Quod ſi jam Xerxes ad nos*] Jam ad Suaſor. 1. monui verum videri: *Quid? ſi Xerxes ad nos ſuo mari navigat, fugiemus, antequam n. t. ſurripiatur? Suo*, inquit, *mari.* quod illius eſt in poteſtate, dum ingenti numero navium illius nondum nos oſtendimus pares. Flori illud ab his non abhorret 2. 6. *Cominus venit & pepulit* (Hannibalem) *in Campania ſua.* Alio pertinet locus Senecæ, ut tamen proba hæc eſſe doceat in Ep. 12. *Pacuvius, qui Syriam uſu ſuam fecit.*

Summo illi, qui Judæos ſubegerat] Minime mihi Schotti placet ſententia, qui Pompeium intelligi vult, quaſi de induſtria hoc abſtinuerit nomine Seneca, quod ea tempeſtate odioſum eſſet. Leviſſima hæc ratio, cum *ſummam* tamen appellet. Si nomen audierunt inviti, an laudibus eum tolli æquo animo tulerunt? Nimio plus blanditur Gronovianum, *Soſio illi.* Atque ille Soſius mihi forſan ſubjecerit, quod heic veriſſimum. Hujus Syriæ Proconſulis uſus auxilio Herodes Idumæus Hieroſolyma expugnavit, rexque Judæorum factus eſt. Crudeliſſimo hic ingenio vixit præditus, & ſolus poteſt videri, cui fuerit voluptati hujus generis audire declamationes, quod notiſſimum nobis ex ſacra hiſtoria. Macrobius quoque 2 Saturn. c. 4. *Cum audiſſet* (Auguſtus) *inter pueros, quos in Syria Herodes rex Judæorum intra bimatum juſſit interfici, filium quoque ejus occiſum; ait: Melius eſt Herodis porcum eſſe, quam filium.* Grotius ad Matth. 2. 16. à Macrobio, qui Theodoſianis temporibus vixit, honoreſque geſſit, ac proinde aut Chriſtianus fuit, aut certe Apoſtolorum legit libros, illud *intra bimatum* additum mavult. Mihi hoc integrum eſt in medio relinquere; & certum nihilominus erit ipſoque iſto Macrobii loco affirmabitur, ſingularis ſævitiæ Herodem fuiſſe. eum denique merito habendum, de quo hujuſmodi loca poſita intelligamus. Quo minus intelligerent eruditi, eo factum eſt, quod non perſpexerunt *Idumæo* hic eſſe corruptum in *ſummo.* Hoc reſtituto omnia egregie convenient. Cum notiſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

notiſſimum eſſet Herodem Idumæum, ideo Hieroſolyma caput regni, cui præſidebat Idumen appellaſſe videtur Valerius Flaccus init. lib. 1. Argon. Virgilio etiam notum id nomen 3 Georg. 12. *Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas.* Juſtinus vero 36, 3 de Judæa in ea eſſe vallem Jerichuntis: *in qua ſit ſylva & ubertate & amœnitate inſignis: ſiquidem palmeto & opobalſamo diſtinguitur:* Vicini tamen Judæis Idumæi etiam palmarum proventu eximias terras incoluerint. Cum & Lucanus alibi id teſtetur. Nobis ſufficit ſi oſtendimus, quam non inanditum Romanis id fuerit nomen; quod Senecæ hujus tempore magis etiam innotuiſſe oportuit, poſtquam ex hac gente Judæis impoſitus eſt à Romanis rex Herodes: quod factum Senatusconſulto, auctoribus Antonio & Auguſto; cum annus jam eſſet viceſimus octavus à captis per Pompeium magnum Hieroſolymis. Caſaubon. vide exercitat. 1. adverſus Baronium. Atque his ad liquidum perductis, pauxillum etiam operæ dandum reliquis. In quibus exigua objiceretur difficultas, niſi eruditi ſenſum, qui manifeſtus eſt in antiquis libris, corrupiſſent. Sane Venetus: *illi, qui Judæos ſubegerat declamavit controverſiam, de eaque apud matronas diſſerebat, liberos non eſſe tollendos, & ob hoc accuſatus eſt reipubl. læſæ.* In poſtremis erat *accuſatur*, quod ut ita mutaretur, flagitabat ipſa oratio. Poſſes etiam: *tollendos, ob hoc accuſatus reipubl. læſæ.* Quibus hunc ad modum reformatis ac reſtitutis, offert continuo ſe argumentum ſtuporis, qui iſtiuſmodi de rebus non eſſe tollendos liberos, quæ ſævitiæ Herodis placere potuerant, ibat ſermones cæſum apud matronas: quæ id indigniſſime erant accepturæ, hominemque dilaturæ rumoribus. Unde & res tota percrebuit & in ore hominum eſſe cœpit. Denique hanc mercedem tulit vaniloquentiæ ſuæ, teſte noſtro, ut reus ſit factus reipubl. læſæ; quod illam, quantum in ipſo erat, ibat imminutum. Cum Auguſtus lege Papia Poppæa de maritandis ordinibus augere quam maxime ſtuderet.

In hac controverſia] An igitur ſuaſoria hæc etiam eſt controverſia? nemo id dixerit. Mihi ſane ſuſpicari venit in mentem, ab iis, qui ad præcedentia iſta hæc pertinere male intelligebant, hanc vocem nobis obtruſam: cum *In hac ſuaſoria* recte olim ſcriberetur. Ita bis fuerit ridiculus Corvus in hac ſuaſoria: ut in ſequenti Arellius Fuſcus, vide eam in diviſ.

Conſtitit mitrata concio] Hæc de Perſis dicta perſuaſiſſimum mihi eſt, & ad hanc referenda ſuaſoriam: quod magis apparere poteſt, ſi levi mutatione pro *conſtitit*, *conſuevit* legas. Imbelles vult eſſe Perſas & paci adſuetos, ac concionis magis more confuſos permixtoſque, quam compoſita ordinataque acie invadere in hoſtem. add. verſum, qui ex Virgilio in Schotti nota eſt productus. Mitræ & Tiaræ geſtamen Aſiaticorum, qui luxu erant effeminati.

Si media interciderentur] Superſtes eſſet ſententia Nicocratis, & res tota intelligi poſſet.

Fracta compoſitio] Quintilian. 8. 3. *Corrupta oratio in verbis maxime improprius, redundantibus, comprehenſione obſcura, compoſitione fracta, vocum ſimilium aut ambiguarum puerili captatione conſiſtit.*

SUASORIA III.

Pag. 25. *Aliter navigari poſſe*] Nihil de his dixiſſem, niſi variare Mss. viderem, & in tribus *navigari fuiſſe*. In Veneta vero *potuiſſe*. quam pro τῶ *fuiſſe* interpretatione accipias. Et *navigare fuiſſe*, vel *navigari potuiſſe*, i. licuiſſe, legas. Ut id fingatur (nec enim religione hiſtoricorum agunt Rhetores. vid. noſtra ad argument. Suaſ. 2.) quaſi jam ingreſſi mare & vi tempeſtatum repulſi, quæ duraret, nunc morarentur in Aulide. *Fuiſſe* eo ſenſu ſæpe apud optimos: Silius: *Fuerit delere Saguntum, Exæquare Alpes.*

Virgil.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Virgil. *Si mihi ſuſceptum fuerit decurrere munus.* Adi Gronov. 4 Obſerv. cap. 8. ubi plura ſunt hujus generis, quæ Græcis ſunt multo frequentiſſima: Heſiodi Ἐργ. 34. σοὶ δ' οὐκ ἔτι δεύτερον ἔσται, ὧδ' ἔρδειν. *Tibi vero iterum non erit* (i. licebit) *ſic facere.* in ἀσπ. 15. οὐ γάρ οἱ ἦεν πρὶν λεχέων ἐπιβῆναι, *non enim licebat ipſi ante lectum conſcendere.* Ita & Ælian. 7. 4. Var. Hiſt. Apollon. Rhod. 2 Arg. 1188. πάρεστι γὰρ τῆσδ' ἐπὶ νηὸς Ἔνθα καὶ ἔνθα νέεσθαι, *licet vero hac nave vel huc vel illuc navigare.* Thucyd. lib. 4. καὶ τοὺς ἔσπλους τοῦ λιμένος ἐμφράξαι, ὅπως μὴ ᾖ τοῖς Ἀθηναίοις ἐφορμίσασθαι ἐς αὐτόν. Item κατ' ὀλίγας ναῦς διελόμενοι, διότι οὐκ ἦν πλείοσιν προσχεῖν. Exempla ſunt innumera. Etiam in ſacris litteris ἔστι pro *licet*, ut *licet mihi* ſonat *poſſum*, 1 Cor. 11. 20. Συνερχομένων οὖν ὑμῶν ἐπὶ τὸ αὐτὸ οὐκ ἔστι κυριακὸν δεῖπνον φαγεῖν. Ubi ἔστι *licet* ſenſu, quo dixi vertit Eraſmus, quamvis minus hoc arrideat Bezæ: Vult enim *non poteſtis cœnam Domini comedere*, quia ſciſſi in partes & ſtudia eſtis, & ut corpus diviſum agitis. Reperias ἔστι ita etiam in Epiſt. ad Hebr. Ita igitur iſta codicum lectio commodam recipit interpretationem, & vulgatum tamen non facile rejicerem; niſi quod antiquorum codicum plurimum apud me valet auctoritas. Nam quod dicas duriuſculum videri ſi ipſa in fronte ſuaſoriæ hoc ita Græciſſans ingeratur, ubi omnia facilia & plana exſpectares: ipſe quoque hinc mihi ſcrupulum fateor primum injectum, qui exemptus eſt, poſtquam reputavi mecum non ſolum (quanquam hoc leviſſimum non eſt) quod Cato hoc ab initio ſuum inchoet opus: *Eſt interdum præſtare mercaturis rem quærere, ni tam periculoſum ſiet.* Verum etiam quod ii auctores, qui minime reconditorum verborum fœtores ſectantur, iſtis vocibus *eſt*, *eſſe*, *fuiſſe*, &c. ſenſu quo demonſtratum eſt, tanquam obviis uſuque plebeio tritis uti videantur. Eſt quidem diviſionis initio: *Etiamſi aliter navigare non poſſent, non eſſe faciendum.* Sed nihil certi & indubitati pro vulgata lectione colligere eſt. Melius ex iis itidem in diviſione: *Deinde dixit etiamſi non immolaſſet navigaturum.* Conjicias: *navigaturos eſſe*, ſcripſiſſe auctorem. quod proxime accedit verbis iſtorum, quos dixi, codicum, & convenit egregie, ubi Calchas futura prædicit.

Cæterum ipſa non ſub eadem] Venetus *cætera.* Nonnulli *certum.* Ex priori conjecerunt quidam *ætherea.* Mihi natum eſt, quod non vulgariter placere fateor: *nec ea ſors mari tantum* eſt: *eſt & terris. ipſa non ſub eadem.* Si in membro prioris *ſors maris* permittis ſcribere; *ceterum* ducit ut legas, *eſt & terrarum.* Codex Aurelii, *nec ea ſors mari tantum. Certum*, unde intelligimus minori etiam mutatione, ſenſu ſemper eodem recidente, legi poſſe: *nec ea ſors mari tantum, eſt & terrarum.* Atque hæc etiam iniquis eo facilius me probaturum confido, quod paſſim auctores conjunctim maris, terrarum & cæli faciunt mentionem. Ovid.

Ante mare & terras, & quod tegit omnia cælum.

Virgil.

Terraſque, tractuſque maris cælumque profundum.

Præterea, quod ea, quæ ſubjiciuntur, ad terras & ſidera ac proin ad cælum pertinent. Tanto accuratior erit oratio, ſi mentio hic de terris etiam habeatur.

Sub eadem conditione ſidera] Ita Suaſor. præced. Idem Arellius: *Minimus ſuccidunt corpora: indenunciata ſorte rapimur: ſub eodem pueritiæ fato eſt. Eadem juventus cauſa cadit.* Ubi *ſub* ita patet intelligendum, ut eſt in *ſuppoſitum*. l. 1. D. de minor. *Fragile eſſe & infirmum hujuſmodi ætatum conſilium, & multis captionibus ſuppoſitum* (id eſt, obnoxium, uti patet) *multorum inſidiis expoſitum.*

Cremata agricolæ legunt ſemina] Non damnem *concremata*, quod tribus in manuſcriptis reperit Schottus, & ſenſu eodem, quo *cremata*. Ut *concurcurſare*, *conclamare*, *conſeneſcere*, *conſulgere*, &c. pro ſimplicibus apud optimos.

Serena

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Serena clauduntur] Dictys: *Quibus peractis* (immolata Iphigenia) *ſedata lues, inſtarque æſtivi temporis reſeratum eſt cælum.*

Omne cælum nubilo grave] Venetus: *omnes cælum.* Mss. quædam Schotti: *& omnis dies cælum nubilo gravat.* Unde velim: *& omnes dies cælum nubilum gravat:* Et eſt, quale illud Claudiani de Rapt. Proſerp. lib. 1. —*piceaque gravatum Fœdat nube diem.* Poteſt & *nubilo* retineri, vel *nubilus* ſcribi. Dictys Cretenſ. lib. 1. *Cum ecce dies fœdari & cælum nubilo tegi cœpit.*

Subſidit ſolum, & creditum ſibi, &c.] Ut imbre ſubſidat ſolum minus mirum, cum apud Ciceronem legas 3 Offic. ex Platone. *Qui* (Gyges) *cum terra deceſſiſſet magnis quibuſdam imbribus, in illum hiatum deſcendit.* Diverſum tamen hic intelligendum videtur, quale & occurrit l. 15. §. 2. Dig. locat. *Et ſi labes facta ſit, omnemque fructum tulerit, damnum coloni eſſe, ne ſupra damnum ſeminis amiſſi mercedes agri præſtare cogatur.* plus eſt, quod dein ſubjungit: *Sed & ſi ager terræ motu ita corruerit, ut nuſquam ſit, damno domini eſſe.* Ubi Cujacius notat, ejuſmodi labem non ex imo venire, ut fundum abſorbeat, ſed ex ſummo, ut decidat. Hottomannus vero *labem afferre* ait, eſſe agri ſuperficiem ſeu cruſtam auferre, quæ jam notata à Gothofredo protuli tamen, quia lucem huic loco afferre poſſunt, ubi junguntur: *ſubſidit ſolum, & creditum ſibi terra non retinet.* Atque his ipſis etiam illorum interpretatio affirmatur. Eſt vero, ut in tranſcurſu hoc addam, vox *labes* generalis admodum ſignificationis. Servius ad Virgilii illud,

——— *Hinc mihi prima mali labes,*

Labem ruinam interpretatur. Add. Juſtin. 30. 4. Et ibi Bernegg. qui à labendo deducit, quod & huic loco conveniens eſt, ut in *labi* etiam *defluere* cogitemus; ut cum *labi amnes* dicuntur.

Invicem temperatur altero] Veneta editio: *invicem nimio. t. a.* Negat Schottus iſtud *nimio* reperiri in Vatic. Brug. & Covarr. Mss. & recte ait abeſſe, in quo ego dubitem, ſaltem poſtquam obſervare cœpi heic vocem *ſidere* excidiſſe excluſam per ſequens *ſive. Sidus nimium* accipio ut *hominem nimium.* Tacit. Agric. 7. *quippe legatis quoque conſularibus nimia* (ea legio) *ac formidoloſa erat.* 4 Hiſt. 80. Antonius Primus *nimius commemorandis, quæ meruiſſet*, id eſt, moleſtus, gravis. Qualia ſunt ſidera, quæ vel æſtum, vel frigus, vel pluviam, vel ſudum nimis diuturnum inducunt. Plaut. Men. 2. 2. 41.

Heu hercle hominem multum & odioſum mihi!

Sidus vero pro ipſis, quæ provocat, excitatque, auctores quandoque ponunt. Claudian.

Fertur in abruptum, caſu, non ſidere, puppis.

Id eſt, tempeſtate. Quod inde ortum credit Freinshemius, quod ſol tempeſtates excitat. Ego ad alia ſidera id referre malim, de quibus Servius Georg. 1. 205. Tempeſtas aut præcedit ſignum, aut ſequitur, aut cum eo eſt. Unde Florus etiam 3. 20. *Tribus* (ut ſic dixerim) *ſideribus agitatum eſt.* ſignificaturus tres belli Mariani quaſi procellas fuiſſe. Idem 2. 8. *Hoc veluti ſidere Aſiatici belli mota tempeſtas.* ita cauſam, ex qua ortum bellum, appellans. Tanto elegantius, quod tempeſtati non ſine ratione bellum comparare ſolent. Vid. eund. 2. 6. Juſtin. 29. 3. Significatio ſecunda velim ad hunc locum cogitetur. Si quis tamen pertendat, *nimium* eſſe expungendum, non ita multum illi reclamabimus.

Sive (ut ferunt) luna curſu gerit] Apparet non eſſe hæc integra. Velim *Lunæ ea curſu gerit.* Deſcendit deinde ad ventos. Vel, *Luna ea curſu ſuo gerit.* Quod ſenſu commodius, ſed longiuſcule recedit à Mss. Nonnulli codices *concurſu*, quod non videtur aſpernandum. Sed ſic prior ſervanda lectio. Pro poſteriore facere videtur, quod ſequitur: *Sive ne lunæ quidem ipſa (ipſius ea malim) potentia eſt.* Aurelii *nata luna* ex Ms. non video, quid ſibi velit. Cogitabam: *renata luna*, id eſt, novæ, atque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

atque id ex ſententia manaverit eorum, qui ſidera cum apparerent ſtatis temporibus, renata credebant. Virgilius dixerat, quod

Luna revertentes cum primum colligit ignes,

de futuris ex ea judicari poſſit. Servius ibid. *revertentes,* &c. *cum incipit renaſci.* Sed retinet me, quod infra ubi hæc iterantur, hujus vocis nullum eſt veſtigium. De his pro certo pronunciari forte quid poſſet, ſi copia juſta, aut & aliqua Mss. nobis eſſet in promptu. Nunc variis lectionibus Schotti & Aurelii acquieſcere cogimur. Tantum Veneta editio antiquiſſima eſt, ex qua oculata fide agere poſſimus.

Occupata nubilo] Veneta: *Sive occurrit de nubilo ſordidiorem orbem ſuum, nec ante finit, quam in lucem redit.* Ita etiam in aliis eſſe notant Schottus & Aurelius. At infra ubi hæc repetita ſunt, nihil variæ eſt lectionis, & nec minimum, quo vulgata ſollicitetur. Quem tamen locum bona fide omnibus partibus ſanum eſſe nemo facile exiſtimaverit. Saltem mihi alter ex altero emendandus videtur, & ſcribendum: *ſive obſcurata de nubilo ſordidiorem orbem ſuum non ante ſinit, quam invicem eos reddit.* Suſpicorque injuriam his illatam ab iis, infartumque *oſtendit*, qui *ſinit* pro omittit, relinquit, non noverant. At Plaut. Pſeud. 4. 7. 14. *Nam me in taberna uſque adhuc ſineret Syrus, cui dedi ſymbolum.* Alibi; *ſine ſic fores.* In edicto, quod in ponte Rubiconis propoſitum erat: *Hic ſiſtito, vexillum ſinito, arma deponito.* Ut minus ſit mirandum, *Deſinere artem,* apud Sueton. & ipſum Ciceronem. Quemadmodum igitur luna nova ſi pura luciſque plena eſſet, prohibebat, ac quaſi ſuſpendebat imbres ex iſtorum ſententia: ita obſcura ſi eſſet, vel, ut verbis Virgilii hoc dicam, quæ noſtram emendationem *obſcurata* affirmant, *Si nigrum obſcuro comprenderet aëra cornu*, non ante lucidus illius erit orbis, quam collectos effuderit imbres. Ita quaſi per vices, nunc pluvia, nunc ſudum, & quæ cum iis conjuncta, nunc ventus, nunc tranquillum eſt. *Reddere* accipio, quia altera luna ſubduxerat pluvias; niſi eo adſpicit, quod imbres ab exhalationibus terrarum ac maris exiſtunt: qui proin redduntur, cum de cælo demittuntur. Sed ita *prohibet imbres* etiam accipiendum, quod impedimento ſit, quo minus humores iſti adſcendant. Iſtud *de nubilo*, quod prætervieram, neminem offendit, qui ſcierit, quantopere hoc ſeculum præpoſitionem illam ſenſu ſimili adamaverit. De quo jam nonnulla dedimus exempla ad Suaſor. 2. plura alibi; add. Gronov. ad ſuaſ. 1.

Ne luna quidem ipſa] Jam monui: *ipſius ea.*

Occupavere annum] Jam olim annotarunt eruditi, *annum* pro parte anni, vere, æſtate, autumno, hyeme uſitatum eſſe antiquis, ut apud Virgil. in illo notiſſimo:

Nunc frondent ſylvæ, nunc formoſiſſimus annus.

Quod imitatus Calpurn. Ecl. 5.

Tunc florent ſylvæ, viridiſque renaſcitur annus.

Ver novum ita deſcribit Horat. Epod. 2.

At cum tonantis annus hybernus Jovis
Imbres niveſque comparat.

Ubi hyemem intelligit, uti apparet exponitque antiquus commentator. Atque ita vellem accipi hic poſſet: nam aliis aliiſque ventis iſtas anni partes vel minus, vel magis nobis evenire ex ſententia videmus. Sed metuo ne objiciant eruditi, *annus* ſi ſolum ponatur, non poſſe ita accipi, non magis, quam *ædes*, aut *provincia*, aut *fabula* pro parte eorum, quæ notant. Cum recte tamen dicas *prima fabula*, id eſt, prima parte fabulæ, Terent. Ad. prol. *Prima provincia*, Cicero ratione eadem. Terent. in Heaut. 5. 1. 29. *Eſt mihi in ultimis conclave ædibus quoddam retro.* Nihil eſt, quod ad hæc reſpondeam, niſi quod his in locutionibus ſubſtantivo ſemper numerali adjectivum, illive cognatum junctum obſervem, quod in iſtis diverſum videtur. Poſtquam tamen rem mecum diu putavi, *hibernus annus* pro *hyeme*,

ſive

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ſive *hyeme anni*, ut loquitur Sueton. Jul. 35, ita poſitum accipio. Ut ſi quis *ſenilis ætas* dicat pro eo, quod eſt apud Sueton. apud Pompon. Jctum lib. 13. D. de tutelis: *Senium ætatis*. Dictys Cret. lib. 3. *diei veſper erat*. *Formoſiſſimus* autem *annus* Virgil. dicetur, ut apud Tacit. 3 Ann. 70. *Capito inſignitior infamia fuit, quod humani divinique juris ſciens, egregium publicum & bonas domi artes dehoneſtaviſſet.* Ubi *egregium publicum* eſt bonum reip. poſitumque eſt egregium, quaſi ſubſtantivum quandoque eſſet. A Tacito mutuatus id Sulpicius Severus videtur, cujus eſt in fin. lib. 2. *Quod initio jure judiciorum, & egregio publico defenſum.* Livius denique init. lib. 2. *Neque ambigitur, quin Brutus idem, qui tantum gloriæ ſuperbo exacto rege meruit; peſſimo publico id facturus fuerit, ſi libertatis immaturæ cupidine priori regum alicui regnum extorſiſſet.* Ubi *peſſimum publicum*, ut *formoſiſſimus annus* apud Virgil. id eſt, *formoſiſſimum anni.* ut *formoſiſſimum* ſubſtantive intelligas. Quæ quanquam ſine dubio veriſſima ſint, tamen *annus* cum hic legis, partem quamcunque hic anni cogitandam, locus ipſe, ſi eum conſules, fatebitur. Cato apud Gellium: *verum enimvero cum tantam rem publicam agier arbitrarer.*

Tenent quicquid bonum eſt] Editio Veneta: *quicquid horum eſt:* Unde dubia hæc lectio. Hoc quod nunc præferunt vulgati libri, nimis leve & frigidum in oratione ita elaborata atque picta. Meo animo tantum ſatisfecerit, *quicquid votum eſt*. Ubi *votum* id quod vovemus, votiſque conſequi cupimus. Ita Ovid. *Deplorata colonis Vota jacent.* id eſt, ſegetes & fruges, proventus denique illius anni. Votum hoc loco nominatim ſint, facies cæli colata, (ut cum Tertulliano loquar) ſive ſerenum, cum id ratio rerum noſtrarum exigit: rurſus nubilum & pluvia, cum negatis diu nimis imbribus ardore nimio exuritur ſolum. item venti ex ſententia flantes; Ad quos hic maxime adſpectum. Supra Suaſ. 2. Idem Arellius hic *Aſpera ſcopulis* (vada) & *cæca, quæ navigantium vota decipiunt.* Eadem vero planiſſime, qua hic ratione Statius *vota* in ſylvis etiam vocat *fœtum*, qui adhuc utero geſtatur materno, de quo vovemus ut edatur in dias luminis oras. ad noſtra init. Controv. 5.

Extra juſſum dei tantum] Paulo poſt Cornelius Hiſpanus: *Iſta maria ſi numine ſuo deus regeret, adulteris clauderentur.* Si autem dei voluntas his nulla interveniret, male Calchas interpretabatur, tempeſtatem, qua tenerentur Græci, iratæ Dianæ numine immiſſam, quæ nunc immolata Iphigenia placanda eſſet. Sciendum vero & diligenter obſervandum hoc membro claudi orationem, quæ inde inceperat: *Sive ita natura diſpoſuit.* Ut ſit connexio de iis, quæ præmiſſa, utcunque dubitetur, hoc tamen certiſſimum: *extra juſſum dei*, &c. quod ita invictæ veritatis eſſe ſentit, ut ad demonſtrandum verbum non addat. At quid ſi compoſuit maria Paridi numen, ut redux quidem eſſet in patriam, ſed multo majoribus etiam ſervaretur pœnis. Sed Rhetor ſuæ inſerviens cauſæ hæc dicit ita audacter, quo magis moveat, tenebraſque, quamvis, abſque hoc ſit, rem intelligentibus, offundat.

Prior eſt ſalus pudica] Terent. Eunuch. 1. 1. *Siquidem hercle poſſis nihil prius, neque fortius.* Ubi Donatus *Prius modo ad laudem, non ad ordinem pertinet. Ut Salluſt., quæ prima mortales ducunt.* Hinc intelligendus Florus 1. 16. *Sed hoc (fœdus) Campani ſanctius & prius omnium ſuorum deditione fecerant*, id eſt, potius magiſque curandum. Quo autem quid prius, eo antiquius. unde videtur fluxiſſe, ut iſta ſenſu eodem, quem dixi, adhibuerint: Maxime cum etiam antiquiſſima prima habuerint, quippe Deo recentia, eoque perfectiora. Unde *priſca fides, antiqua virtus* pro optimis primæque notæ. Sed hæc jam vulgata ſatis. Illud notabile, quod Salluſtius *antiquitatis* vocem pro magno quodam ſtudio, quo ad optima quærenda utimur, poſuiſſe videtur. Ve

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ba ſunt in fragment. *Tantum antiquitatis curæque majoribus pro Italica gente fuit.* Nec enim ego cum Douſa in his *antiquitatis* mutem.

Nihil adhuc virgo Priami timet] Malim, *nihil adhuc virgines Priami timent.* Et mea filia adeo non eſt ſecura, ut & immolari eam velitis?

Pag. 26. *Immolaturus es*] Tu Calcha. Ego enim prohibebo, & *victa Troja hoſtium, &c. virginibus parcam.*

Propter adulteram fratris] Vide argumentum Thyeſtis Senecæ. Æropem Atrei fratris uxorem adulteravit Thyeſtes: qua cauſa etiam (ut nunc mittam nihil huc facientia) Atreus Thyeſti filios epulandos appoſuit.

Iſta mercede] cum interrogatione melius, inquit Petreius. Imo ſine mutatione hæc legere velint, quibus judicium eſt. Lucanus ita ut noſter non procul initio operis:

—— *ſcelera ipſa nefaſque*
Hac mercede placent.

Mercedem vocant, quocunque quid comparare nobis poſſimus, ut & *pretium:* hoc ab emptionis contractu, illud à locationis & conductionis petitum. Utrumque ſæpe aliquid incommodi & pœnæ connotat. Cicero pro domo: *Data eſt merces erroris mei magna.* Quod eo errore uſus eram, graves dedi pœnas. Catull.

—— *magno cum pretio atque malo.*

Pro adultero filio gerit] Venetus, aliique *gerat*, id eſt, gerere velit. Nedum ego propugnem ſalutem filiæ meæ, quæ nullam in ſe commeruit culpam: nullo ſe ſcelere obſtrinxit.

Si non ſint fata, ſacra profutura] Malim: *ſacra non profutura.* Victimas enim immolabant, quod opinarentur, ſi quid conſtituiſſent dii ſibi inferre calamitatem, hoc pacto eos iſtiuſmodi conſiliis & propoſito poſſe deduci, malaque à ſe averti. ita flecti fata videbantur: quæ ſi nulla ſint, cui rei erunt ſacra? Atque hæc pervulgata ille ex opinione hominum primum dixit: dein ſuam promit ſententiam: *Si ſint* (fata) *non poſſe mutari.* Vidi poſtquam hæc jam illeveram chartis, Schottum conjeciſſe, ut non explicet tamen; *ſacra nil profutura:* quia repererat in Covarruv. *ſacrari futura.* Unde mihi etiam natum ſtatim eſt, *ſacra irrita futura*, ſenſu eodem redeunte.

Pag. 27. *Affirmat primum, & ſcire ſe putat*] Vanitatem taxatam Calchantis voluit; ſed, ut nunc ſunt verba, valde id obſcure factum. Cui non deeſſet lux & acumen, ſi voculam, quæ periſſe videtur, inſeras, legaſque: *Quare ergo, ſi neſcit Calchas, affirmat primum & dein ſcire ſe putat?* Quibus viam ſibi munivit ad perſtringendum totum genus hujuſmodi vatum, qui quo magis perſuadere poſſint aliis, hac via fidem & auctoritatem ſibi quærentes. Mox: *Quærit ſibi tam magno teſtimonio apud omnes gentes fidem.* mendaciis deludant homines, quæ paulatim ſibi etiam tanquam vera perſuadere poſſint. Qua de re actum periodo ſequenti: ubi lege cum Veneta, aliiſque: *dixit in omnes, qui hanc affectarent ſcientiam:* Adi Euripid. Iphig. in Aulide in Calchantem dicta. 520. & 956.

In ea deſcriptione] Dalechampius vidit non omnia in his ſat recte ſe habere. Igitur uno contextu ait ſe legere: *apud omnes gentes fidem in hac prædictione.* Ego malim terminum periodo iſti non motum. Poſteriori huic ab altera ſuccurrendum eſt parte. Sed nec cetera optima. Emendabam: *Inepta deſcriptione primus in hac ſuaſoria Fuſcus Arellius. Virgilii verſus voluit imitari.* ut nihil offendat quod ſequitur, *Valde autem longe petit.* ubi expectares: *Valde enim.* Notum jam eſt ex duobus ſuaſoriæ 2. locis, quod fractam compoſitionem Arellii Fuſci improbaret, idque ſuos apud liberos fatetur, ne ad illius exemplum, quo proni erant ætatis vitio, ſe componerent. Quorum etiam cauſa liberius hoc loco taxaſſe iſtam Arellii Fuſci deſcriptionem videtur. Nam cum ita exiſtimare poſſent, eo datum illi locum primum, quod omnium optime dixiſſet. Negat id Seneca, & quia ineptus egregie præter cæteros fuerat, hac cauſa poſitam primo loco illius deſcriptionem, quo

quo magis conſpici poſſet. Illud *inepta deſcriptione primus*, dictum ut apud Juvenal. de Cicerone: *Ingenio manus eſt & cervix cæſa*, id eſt, propter ingenium. Cujuſmodi plurima collegimus ad Declam. 1. Quintiliani. Item Controv. 2. noſtri Senecæ, ubi eſt: *Parricidio furvum diem.*

Deinde iraſcitur ſibi] Gronov. *tibi.* quod ipſum eſt in Veneta.

Tam magno teſtimonio] Nempe quod ab ipſo regum rege Agamemnone erat profectum, qui vaticiniis hujus hominis ſe ſiverat commoveri, ut etiam de filia immolanda iſtius de ſententia jam deliberaret.

Pene repugnat materiæ] Non dubito, quin verum ſit Gronovii: *Repugnanti materiæ*, cum id ſatis affirment codices. Sed *inſeruit* non probo, multiſque partibus malim, quippe cum ſic ſenſus manifeſtus ſit verbis, ſi emendes, *inſervit.* Ab hominibus, quibus obtrudimus quandoque operam, ad res tranſlatione ſumpta. Controv. 2. *Ineptiſſimum eſt luctari cum materia & longe arceſſere.*

Pag. 28. *In aliqua ſe Virgiliana*] Pro *ſe* lego *ſcilicet*: ut ſit ironia: compendio ſcribendi ortum vitium, cum *ſcilicet* etiam *ſ.* ſolo notent. Vide ad init. Suaſ. 2. Denique ut integer ſit locus, nullaque parte mutilus, lege: *Totiens enim pro beneficio narrabat, quotiens in aliqua ſcilicet Virgiliana deſcriptione placuiſſet.* Etiam *ſibi* pro *ſe* minime ſit hic alienum.

Cur iſte inter ejus &c.] Nihil video in his Virgilianum: ipſa etiam putida Latinitas eſt: nec viam video qua liberare vitiis hunc locum & Virgilianum facere poſſim, niſi *nos* particulam interponere liceat, tanquam temporum injuria exturbatam. Ita ſcribam: *Cur triſte inter nos ejus miniſterium placuit?* Virgil. 6 Æn. 222. *Pars ingenti ſubiere feretro Triſte miniſterium* ſepeliendi. Quod hic Arellius tranſtulit ad eum, qui cauſa eſt cur Iphigenia immoletur, ipſe eam etiam immolaturus, atque hoc ſenſu placuiſſe iſta *triſte miniſterium* Quintiliano majori colligas ex loco non uno, Declam. 279. *Ad vulnera adulteri, & cædem & triſtiſſimum occidendi hominis miniſterium, magno quodam impetu & (ut ſic dixerim) furore opus eſt.* Declam. 314. *Magiſtratus de confeſſo ſumat ſupplicium. Durum miniſterium & injucunda honoris hujus neceſſitas.* Declam. 315. *At tu quiſqu[is] es, in quem transferetur hoc infelix miniſterium, ſupremas audi patris miſerrim[i] voces: Hoc ſaltem fortunæ meæ præſt[a] ſemel ferias.* Quæ ejuſdem videmus eſſ[e] fili, & ejuſdem forte ſint fontis. San[e] ſi ut Arellius, ita & Quintilianus Virgilii iſto è loco ſua derivarit, non inepta id fecerit ratione, cum omnia, qu[æ] ad funera pertinent, non ignotum ſit ſæpe transferri ab auctoribus ad denotandum infeliciſſimum ſtatum, i[n] quem quis vel ſit deductus, vel deducatur: ut & auctores calamitatum & ipſas calamitates his exponant. Sen[ec.] Phæniſſ. 93.

—— *mitte genitoris manum*
Animoſa virgo. funus extendis meum,
Longaſque vivi ducis exequias patris.
Aliquando terra corpus inviſum tege.
Peccas honeſta mente. pietatem vocas
Patrem inſepultum trahere.

In carmine quod eidem tribuitur d[e] ipſius exilio:

Parce relegatis, hoc eſt, jam parce ſepu[l]tis.
Vivorum cineri ſit tua terra levis.

Carm. 2.

Deſere confoſſum: victori victus iniqu[e]
Mortiferum impreſſit mortua ſæ[pe] manus.

Nota bis & alia in iiſdem pertinenti[bus] verſibus. Terent. Phormion. [5.] 7.49. CH. *Nullus ſum.* Donat. *peri[i,] mortuus ſuum.* Dein PH. *Ex qua filias ſuſcepit & eam clam educat.* CH. *Sepu[l]tus ſum.* Ubi Donat. Αὔξησις· *nam pl[us] eſt, quam nullus ſum.* Eumpſe Chr[e]metem irridens ſcena ſeq. Phormio: *Exequias Chremeti, quibus commodum ire, jam tempus eſt.* Pulcherrimus vero etiam eſt ille Ciceronis locus pr[o] Quintio: *Cujus vero bona venierunt, cujus non modo illæ ampliſſimæ fortun[æ,] ſed etiam victus veſtituſque neceſſari[us]* ſu[…]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ſub pracone cum dedecore ſubjectus eſt, is non modo ex numero vivorum exturbatus, ſed ſi fieri poteſt, infra etiam mortuos amandatur. Mox ead. *Ergo hercule, cujus bona ex edicto poſſidentur, hujus omnis fama & exiſtimatio cum bonis ſimul poſſidetur, de quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem certe tacite obſcureque conceditur, cui magiſtri ſunt; & domini conſtituuntur, qui qua lege & qua conditione pereat pronunciet. le quo homine praconis vox pradicat & recium conficit: huic acerbiſſimum viro viventique funus ducitur: ſi funus id habendum ſit, quo non amici conveniunt, ad xequias cohoneſtandas, ſed bonorum emtores, ut carnifices ad reliquias vita lacerandas & diſtrahendas.* Jam ſatis, quæ rolui, ad liquidum perducta reor.

Cur hoc os deus elegit] Ex eodem Æneïd. lib. verſ. 79.

Bacchatur vates, magnum ſi pectore poſſit
Excuſſiſſe deum: tanto magis ille fatigat
Os rabidum

ibyllæ. Etiam 2 Æn. 246.

Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris
Ora.

Ore vatum ſuorum loqui deos crediderunt etiam gentiles, quod minus nirum, cum etiam fibris pecudum, tem avium volatu perſuadere ſibi poterint, deos hominibus ſuam declaare voluntatem. Unde Tacit. 14 Annal. 30. *Cruore captivo adolere aras, & ominum fibris conſulere deos fas habebant.* lorus vero 1. 1. *Gemini erant: uter auicaretur, & regeret, adhibere placuit deos.* oſtrema cum ſint ita concepta in liris Jornandis, nil mutem. Nec enim *dhibere deos* aliud eſt, quam *deos conſure*, ut dixit Tacit. quod fit etiam ves inſpiciendo. Cicero de fato: *Si tum tibi eſt ex hoc morbo non convaleere: ſive tu medicum adhibueris, ſive n, non convaleſces.* plenum videur, adhibueris in conſilium. Sueton. laud. 35. *Dubitavit* (id eſt, delibeavit) *adhibitis principibus viris.* Pertiet etiam ad iſta Flori, quod augures iceroni *interpretes Jovis Optimi Max.* em *internuncii* dicuntur. & imprimis quoque quod eſt apud Liv. 1. 7. eadem de hiſtoria: *Quoniam gemini eſſent, nec ætatis verecundia diſcrimen facere poſſet, ut Dii, quorum tutelæ ea loca eſſent, auguriis legerent, qui nomen novæ urbi daret, qui conditam imperio regeret.* Hæc in tranſcurſu.

Cur hoc potiſſimum ſortitur poëſis] Nihil in his ne affectatæ quidem elegantiæ eſt, adeo non ſapiunt Romanum Virgilium: cujus exemplo dixiſſe Arellium credo: *Cur hic potiſſimum ſortitur pœnas?* Virgilii eſt egregium illud 3 Æn. 375.

——*ſic fata deum rex*
Sortitur, volvitque vices, is vertitur ordo.

Ubi Servius vulgaris ille: *Sortitur, diſponit, ordinat.* & bene alluſit, quaſi Apollinis ſacerdos, cujus propriæ ſunt ſortes, id eſt, reſponſa divina. Quæ egregie faciunt ad hæc quoque Arellii Fuſci illuſtranda. Pœnam irrogabat Agamemnoni potiſſimum Calchas, quia ille inter venandum cervam occiderat Dianæ, cujus infenſo nunc numine tempeſtatibus præcluſum Græcis erat mare.

Quod tantum non impie] Ut connecti hæc poſſint ut debent, antecedenti periodo lege: *Pœnas, qui, quod tantum non impie addebat, ſic imitaturus Virgilium, Plena deo?* Particulam *quo* ita etiam intercidiſſe notavimus initio Diviſ. Suaſ. 1. Hoc vero loco inſerendum cenſeam *qui*, quamvis quis legat, *quo tantum non* &c.

Scholaſtici caldos vocant] Ex voce *caldus* pro *calidus* jocus petitus in Tiberium Sueton. illius in vita: *In caſtris tyro etiam tum propter nimiam vini aviditatem, pro Tiberio, Biberius, pro Claudio Caldius, pro Nerone Mero vocabatur.* Qui intelligitur clarius etiam his Plauti Trin. 4. 3. 6. *Satin' in thermopolio Condalium es oblitus, poſtquam thermopotaſti gutturem*, ubi vid. Comment. & add. Tacit. 13 Annal. 16. ubi refert de Britannico ſublato. & Juſtin. 12. 14. fin. qui iſto Taciti loco illuſtratur, quod jam notavit Freinshemius. Porro huc pertinet illud Ciceronis de invent. *Si dicamus idcirco aliquem Cal-*

dum vocari, quod temerario & repentino conſilio ſit.

Nunquam poſtea potuiſſet excidere] An non malis: *nunquam non poſtea p. excidere.* Paulo ante: *Itaque hoc ipſi tam familiare erat, ut invito quoque excideret.*

Tiberius ipſe Theodoreus] Dixit ſupra: *Nicetes ſuo impetu valde Græcis placuit.* Quamvis vero Tiberius Græcorum ingenio unice acquieſceret, Sueton. 56. & Theodoro proin Græco Rhetore uſus præceptore, illiuſque ſecutus adeo ſectam ſit, unde Theodoreum hic vocat Seneca, (vide Nic. Fab.) tamen Nicetis ingenio adeo non delectabatur, ut eo offenderetur.

Pag. 29. *Jam vultis ad Fuſcum*] Magis placeat, *jam ſi vultis.* Covarr. *Jam multis.* unde facilius *ſi* inſeras.

Hæc potiſſimum ex his, quas in ſimilitudinis] Faber & Dalech. *quas in ſimili tract.* Schottus cenſet ſequentem Suaſoriam huic continenter adnectendam. Non viderunt veram hujus loci lectionem, quam facile eſſent aſſecuti, ſi iis ſuboluiſſet *ſimilitudinis* non parte poſteriore truncandum, ſed priore ſupplendum, cui deeſt *veri.* Reliqua ſunt ſana in Covarruv. C. quem citat Dalechampius: Ex his igitur emenda: *vos ſatiabo; & potiſſimum eis, quas in veriſimilitudinis tractatione poſuit, cum diceret, omnino non conceſſam futurorum ſcientiam.* Quo de hac ipſa actum etiam Suaſoria, cum res ipſa revincit, tum quamvis temporum injuria minus appareret, ſatis id demonſtraretur teſtimonio Senecæ, init. diviſ. Suaſor. ſeq. Satiaturus igitur filios ſuos deſcriptionibus Fuſci, de quo moleſti illi erant, quid fuerit, cur nemo videretur cultius dixiſſe, cum ipſe in diverſa verſaretur ſententia, Suaſ. 2. & 4. extremis ejuſdem materiæ, quæ heic tractata eſt, deſcriptionem rurſus ingerit, ſuaſoria, quæ ſequitur, quarta. ubi augur etiam (vid. arg.) prædicit ut hac ſuaſoria factum; unde contradicendi nata materia. Qualiter autem hic, ita apud Ciceron. peccatum poſſit videri. 2. de invent. *Nam cauſa facti parum ſimilitudinis habet, niſi animu[s] ejus, qui inſimulatur, in eam ſuſpicionem adducetur, ut à tali culpa non videatu[r] abhorruiſſe.* Quamvis nonnullæ illic editiones, non *ſimilitudinis* ſed *firmitudinis* præferant.

SUASORIA IV.

JUbente Deo canat] Mox: *quandam imaginem dei præferat, qui juſſa exhibeat Dei.*

Supra humanæ ſortis habitum] Ho[…] rat. *modum. modus agri non ita magnu[s]* Curt. *Ingens pecuniæ modus.* Ita & ali[…] Ut autem hic Arellius, ita Liv. lib. 1[…] 42. *Ex quo* (cenſu) *belli paciſque mu[…] nia, non viritim, ut ante, ſed pro habit[u] pecuniarum fierent.* Quintil. 2. Inſtit. […] *Diſtortis & quocunque modo prodigio[ſis] corporibus, apud quoſdam majus eſt pr[e]tium, quam iis, quæ nihil ex commun[…] habitus bonis perdiderunt.* Valer. Ma[x.] 4. 1. *Hæc oblivio, quam Athenienſ[…] ἀμνηςίαν vocant, concuſſum & labente[m] civitatis ſtatum in priſtinum habitum r[…] vocavit.* Eod. lib. cap. 3. §. 3. *operu[m] ſuorum pro habitu ætatis, magnitudi[…] vitrico pariter ac fratri Auguſtis* &c. r[…] *ſpondentem.* de Druſo Germanico l[…] quitur. item cap. 4. §. 10. *In quo n[on] ſolum humanitas patrum conſcriptoru[m] ſed etiam habitus veterum patrimonioru[m] cognoſci poteſt.* Latin. Pacat. c. 6. *Si[…] cum venerit* (animus) *fingit habitac[u]lum pro habitu ſuo.*

Contentus ſit utero] Aurelii code[x] *Conceptus:* ſed illud pluribus prob[…] tum non mutem, accipioque ut in […] lis Flori 3. 4. *In Adriaticum mare […] que venerunt* (Thraces) *eoque fine cont[…] ti* (id eſt, retenti) &c. *contorta in ip[…] aquas tela miſerunt.* Magis in verbo ip[…] apparet ſignificatio huc quadran[…] nam *continet iram*, qui clauſam a[…] mo tenet, ut tantum concepta ſit, n[…] & continuo erumpat.

Imprudentes] Oppoſite hoc dictu[…] ad vates, qui, ſi veri, merito ſup[…] cæteros *prudentes* perhibentur. Un[de] κατ' ἐξοχὴν ii *videntes* in ſacris lite[ris] nominantur.

N

Non eodem claudatur vitæ fine] De Moſis exitu hiſtoriam hæc revocent alicui in mentem.

Ætate magna] Virgil.

Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo.

Ubi vide Serv.

Extra omnem futurorum neceſſitatem] Lego: *Fatorum neceſſitates*, id eſt, calamitates & mortem. Sæpe *fata* ponuntur, quatenus quid mali ſunt allatura. Unde eſt, quod ſæpe occurrunt pro ipſis malis, ad quæ ducunt aut cogunt. Tacit. *neceſſitas* 1 Hiſt. 2. mors neceſſaria ſubeunda, & ad quam juſſu alicujus ſumendam cogimur.

Inutili deſidemus facundia] Petron. *Sola pruinoſis horret facundia pannis, Atque inopi lingua deſertas invocat artes.*

Pag. 30. *An melius alio pignore*] Pignori incumbentes ſecuri ſumus. Ita artibus præditi tanquam telo muniti ex certi adverſus injurias fortunæ eſſe poſſumus. Qua cauſa artem & ſcientiam pignori videtur comparaſſe, & pro iis poſuiſſe. Eadem origine mox *fatorum pignora* themata vocat, ſive conſtellationes genituræ: quia quæ quidem Aſtrologorum eſt ſententia, per iſta de fatis eventuriſque nobis ſecundis atque adverſis certi ſumus. Juſtin. 1. 10. *Nec de fide timebant* (Zopyro) *cujus veluti pignora, vulnera corporis & injuriæ nota habebant.* Adde Quintilian. pag. 45. fin. Venit tamen in mentem, quum video, *in media ſe, ut predicant fatorum miſere pignora.* num ex parte fatorum hæc potius accipienda ſint, iiſque tribuat ſua pignora, ut Cicero, Florus, alii, imperio Romano, Ancilia, Palladium &c. quæ ſecreta, nec cuivis tractanda. vid. ad Controv. 1. *Pignora fatorum* ſint, aſtra, eorumque ſitus & ſignificata, quibus conſervarentur ea, ac niterentur. Fata enim Aſtrologica hic intelliguntur. Neutrum horum notaſſe pœnitet. Nonnihil me offendit, quod ita nullo pæne intervallo à voce *pignus* tranſlationes repetuntur. Nihil tamen mutem, cum conſenſus retineat librorum, nec ab ingenio abhorrens videatur Arellii Fuſci: cujus dicendi genus affectatum, eoque interim ineptum, ac putidum eſt: ut in multis tamen præſtantiſſimum ſit, egregieque cultum.

Et prima mediorum annorum] Venetus aliique *meliorum*, quod viam monſtrat ad inveſtigandum verum: quod eſſe conjicio: *& primum reliquorum annorum habent nuntium.* Primus iis annus reliquorum nuncius. *quum*, ut ſequitur ex mea emendatione, *ſcierint in ortu ſidera in quas diſcurrerint partes.* Flor. 3. 5. *Nocturna ea dimicatio fuit, & Luna in partibus.*

Contrane deus ſteterit] Suſpicor: *Contrane deos*, i. ſidera. Ut fuerit Sol in oppoſitione. paulo ante: *Cur non ab infantia rerum naturam deoſque qua licet, viſimus: Cum pateant nobis ſidera, & intereſſe numinibus liceat.* Paulo poſt etiam planetas deos appellat: quorum nullum non pro numine gentiles coluerunt. Sæpe inde ut Arellius hic, ita Seneca filius in Tragœdiis. Herc. fur. *Ferro minaci hinc terret Orion dies.* Thyeſte 893. *Utinam quidem tenere fugientes deos Poſſem, & coactos trahere, ut ultricem dapem Omnes viderent.* Verba ſunt Atrei. ita & alibi. Vox *contra* eſt è regione, ex adverſum. Ut, *Urbs antiqua fuit Italiam contra Tiberinaque longe Oſtia.* Cæſar. *contra Cantium*, quod noſtræ linguæ reſpondet. Plin. 9. ep. 39. *Eſt ultra viam latiſſimum pratum, in quo ſatis apte contra templum ipſum porticus explicabuntur.* Vel accipe ut in Virgiliano:

——— *tu contra audentior ito.*

Dictys lib. 2. *fugatis, quos adverſum ierat.*

An placidus affulſerit Sol] Veneta: *effulſerit.* Ita & in Frob. *eſſe teſtis* Schottus: quod non facile damnem. In conjunctione intelligitur fuiſſe Sol, atque inde ſuos fudiſſe ſplendidiſſimos ſiderum omnium radios.

An initia ſurgentis acceperint] Aurelius, *acceperit*, ex ſuo cod. quomodo jam judicaveram eſſe potius ſcribendum, priuſquam illius animadverſa, ut vocat, conſuluiſſem. Ratione hac

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ducebar, quod ad Lunam hæc referenda colligere debui, tum quod niſi ad hæc reſpiciens & pertinens intelligatur, illud unum membrum de Luna ſubjunctum, mancum & frigidum eſt, tum quod cum redirent in animum illa ex verbis Arellii Suaſ. præced. *quæ* (Luna) *ſive plena lucis ſuæ eſt, ſplendenſque pariter aſſurgit in cornua.* Hoc vides: *an plenam lucem, an initia ſurgentis acceperit.* In quibus τὸ *ſurgentis* etiam explicem ex loco citato: ut ſit *creſcentis.* plenius illic, *aſſurgentis in cornua.* Virgilius, quem imitari gaudet Arellius Fuſcus, quamvis interim infeliciter: *Surgentemque novæ Carthaginis arcem.* quo à loco, aut ſimili, ſi illud ille petiit, nihil ſuis moribus fecerit abhorrens.

Saturnus naſcentem] Ita Manilius lib. 3.

Tunc ſi forte dies naſcentem exceperit alma,
A Sole ad Lunam numerabis in ordine partes
Signorum.

Sed nec ſic mihi hæc ſatisfaciunt. Nec eximit omnem ſcrupulum, quod Schottus auctoritate Covarruv. C. ductus nihil hic deſiderari credit. Illud mihi quis dicat, qua ratione nihil effectus proprii tribuatur Saturno, cum hic tribuatur reliquis planetis omnibus, quorum vis non minus atque Saturni nota eſt in vulgus. Apud me quidem hoc tantum valuiſſe fateor, ut paulo minus quam auſus ſim reſcribere, *Saturnus nocentem.* Virgil. 1 Georg. 336.

Frigida Saturni ſeſe quo ſtella receptet.

Ubi Servius *Frigidus*, explicat *nocens*, firmans exemplo:

Frigidus, ô pueri, fugite hinc, latet anguis in herba.

Vide locum, qui egregius eſt. niſi quis dicat de Saturno omiſſum, quia Martis, de quo ſequitur, eadem, quæ Saturni, eſt natura, ut ſit malefica. Macrob. in ſomn. Scip.

Exiſtimant tot circa unum caput tumultuari deos] Nondum me expedire ita heic potui, ut non aliqua ſemper reliqua eſſet difficultas. Illud nullus dubito, quin hæc pars ſit finis periodi hujus, cujus initium; *Qui vero in media.* Prolixa eſt ſane, ſed ſimilem vi[...] deſis Suaſ. præced. itidem in deſcri[...]ptione Arellii Fuſci. ubi etiam tan[...]dem oratio brevi hujuſmodi membro clauditur. Illud quoque ſatis certum mihi videtur, hæc interrogative eſſe ſcribenda, & emendandum: *Exiſti[...]mantne tot circa unum caput.* Ceteri[...] nodus eſt, quem ſolutum velim[...] Compoſque voti, niſi fallor, tandem factus ſum, poſtquam vidi emendan[...]dum: *Exiſtimantne tot circa unum caput tumultuari deos futura nunciantes[...]* *Circa unum caput*, inquit, quia conſi[...]derando themati ſinguli Aſtrologo[...]rum intenti eſſe ſolent. Et *circa* hi[...] poſitum, & paulo poſt, *&* (cum) *ma[...] de magnitudine deorum dixiſſet mere[...] eum, qui illos circa puerperas mittere[...]* Add. Suaſ. ſeq. ubi bis id rurſus ab ho[...] Arellio ſimili ratione poſitum. Al[...]ſurdum ita judicat etiam Arellius ho[...] loco eſſe dictu credituve, Aſtrolo[...] alicujus cauſa tot occupari, curamqu[...] & moleſtiam ſuſcipere deos, cu[...] minimo labore ſinguli ex ipſis mon[...]re futura poſſint. Iis quoque, quæ ſ[...]quuntur, Aſtrologorum ſententia[...] abſurditatis ac vanitatis arguit.

Egentes, inutiles animæ] In Vene[...] non hæc deſiderantur: tribus ſuoru[...] codicum abeſſe teſtatur Schottus: n[...] Aurelius in ſuo reperit. Bene Latin[...] eſſe nullus dubito, nec ſenſus ea aſpe[...]natur. Quia egentes atque inutil[...] ſunt qui ad vanitatem hujus delabun[...]tur artis, *genus hominum potentibus i[...]fidum, ſperantibus fallax.* Judicium [...] de his Taciti, 1 Hiſt. 22. Lege ve[...] mox *ſpoponderint*, & dein *properabit.*

Oppreſſit dies] Ita Florus *diem* p[...] clade.

Incertæ enim ſortis vivimus] *Ince[...]* præferam, aut *vivimus* exaudiendum ut *ſumus.* Catull. carm. 10.

Sed tu inſulſa, mala & moleſta vivis,
Per quam non licet eſſe negligentem.

Sæpe ita Plaut.

Declamitabat] Scribe; *declami[...]*

ver[...]

verat, ne quid te turbet temporis ratio.

Valde in vos contumelioſus fuero] Contumelioſum enim eſt, ſi quis ea referat ingenuis, unde dentur in ruborem. Cujus generis nonnulla in illa Arellii Fuſci late exequi & deſcribere rem amantis, controverſia fuiſſe ſignificat Seneca: quare partem tantum illius huc pertinentem, & pudori filiorum parcentem reddit. Lege vero reliqua periodi: *Si totam controverſiam, quam ego intelligo me ſcire* (memoriam ſuam deprædicat Præfat. 1. Controv.) *dixero*. Infra: *Dicebat autem Suaſorias libentiſſime.* Jam Suaſor. 2. monui ſæpius, *ſcire* & *dicere* in his promiſcue corrupta reperiri ſimilitudine ſcribendi, quantum videtur. quo facilius factum, ut alterum heic interiret. Sequens periodus incipiat: *Fuſcus cum declamaret*.

Pag. 31. *Fuſcinas explicationes*] Ita apud Sueton. init. Claudii: *Foſſæ Druſinæ.* quare non damnanda temere hæc Vat. & Brug. Mss. lectio. Veneta tamen, Eraſ. & Pal. *Fuſcianas*.

Οἷον ἔσχηκε Βαβυλὼν μάντιν ὀχύρωμα] Schottus vertit: *qualem habuit Babylon vatem pro munimento.* Vertendum erat: *Quale munimentum*, vel, *quali pro munimento Babylon habuit vatem!* Qui nempe vaticinio ſuo quantum in ipſo erat, prohibuit, ne Babylona intraret Alexander, cujus illa ingreſſu jugum quoddam acceptura erat.

SUASORIA V.

Pag. 32. L*Anguet circa memoriam jacturæ animus*] Id verum eſſe domi plerique docti ſumus. Xerxi id eventurum ſatis conſtabat, cum eos, qui libidinem dominandi cauſam belli habent, quorum in numero nomen profiteri ſuum Xerxes debuit, neceſſe ſit multo magis turbari & exanimari, cum adverſam conatibus & ambitioni habuerunt fortunam, & inſignes cladibus redire ſunt coacti. Ad amiſſos milites etiam *jacturam* retulit Juſtin. 2. 5. *Amiſſis octoginta millibus hominum trepidus* (ex Scythia Darius) *refugit. quæ jactura abundante multitudine inter damna numerata non eſt.*

Et disturbata arma non repetit] Forte: *Disturbatus*. Ut *dis* augeat vim ſignificatus. quomodo in *diſcupio*, *dutædet* apud Latinæ linguæ decus, Plautum, inquam. Ita in *Diſpergere* Calpurn. ecloga 3.

Dum flet & excuſſo diſpergit lumina ſomno.

Prior enim metus futuri pignus] Vox *pignus* ab ingenio Eruditorum eſſe credo: Si à libris, probem, *pignus eſt*, pro *eſſet!* Quod jam & Faber notavit. In Veneta eſt: *futuri regni is eſſet.* Simile ex ſuis notant Schottus & Aurelius. unde conjeci: *Prior enim metus futuri regi iſti eſt.* Illud *Prior* intelligo ut Suaſor. 3. itidem in verbis Arellii: *At non potero vindicare adulteram, prior eſt ſalus pudicæ.* Senſus igitur eſt metu correptum eſſe Xerxem, eoque commoveri magis & duci, quam ſpe ulla futuri. Quod non intellexerunt vocem *prior*, hinc prima mali labes huic loco.

Spem ex præſenti metitur] *Ex præſenti*, inquit: cum res adhuc nullis adverſæ fortunæ incommodis conflictatæ ſunt, & nihil futura & viciſſitudines rerum humanarum cogitantur.

Omnis eſt ſi animum dies] Veneta: *Omnis eſt ſi tu animum premit.* quæ cum aliis ducit ad hanc lectionem: *Omnis eſt ſic tum animum dies.* Ante *premit* deſiderantur in iſta, quæ ſunt in vulgatis. Arellius hic rurſus imitatus poſſit videri Virgilium:

——— *Eſt mollis flamma medullas.*

Sed & Horatii eſt:

——— *Si quid*
Eſt animum, differs curandi tempus in annum.

Suis ira ardet ignibus] Illud *ſuis* quamvis quis putet probum maxime exemplis, quæ ſunt collecta à ſummo Gronov. 1. Obſerv. 11. qui tamen huc illa non accommodat: mihi tamen id ſuſpectum & leve nimis videtur. Jam id Dalechampio ſuboluit: ſed ſatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ſatis ille inepte: *Subtilis ira.* Tu vide ſi placet, *Sævis ira ardet ignibus.*

Nam & arma indenunciata movent] Unice probat hanc lectionem Faber. Gronov. *movit*, quod ſi verum, non dubitem, quin ſit reſcribendum, *Indenunciata antea movit.* ut poſtrema vocis præcedentis *antea* abſorpſerit. Sed movet me, quod conſtanter aut *movent* aut *moveret* libri exhibent. Unde conjeci alterum magis temere omiſſum, & non repetitum eſſe, quo reſtituto legam: *nam & arma indenunciata magis movent*, vel *moverent*, quemadmodum anteceſſit, *magis ſuperveniret.*

Et hoc agitur] Malim: *En hoc.*

Hæc ego trophæa depoſui] Lege: *hæc ego trophæa ideo poſui.* Cogitandum etiam, num interrogative hæc legenda ſint, & periodus ſit, quales ex Arellianis plures obſervavi ad init. Suaſor. 2.

Pag. 33. *Non tamen rediiſſe, ſed viciſſe*] Veneta aliique: *quam viciſſe*, unde ſuſpiceris: *Non tam rediiſſe.*

Et pœnitenda acie] Si ſcribas, *& ex pœnitenda acie*: ſenſus his inerit.

Pluris tropæa veſtra æſtimat quam vos] Vos enim faciles iis tollendis eſtis. ille vero hoc egregium & magnificum ita ſibi ducit, ut nihil præterea cupiat optetque.

Ceſtius & illud dicit] Vellem *dixit.*

Commune in illis jus] Ita in definitione tutelæ: *vis ac poteſtas in capite libero.* quod ex legibus 12 tabb. ſumptum. Vide Comment. ad Plauti Amphitr. 1. 1. 25. & 4. 3. 14.

Conſecratis virtutis ſuæ operibus] *Conſecratis*, dicit. nam & mox tropæa deorum eſſe pronunciat. & propria id quidem hic ratione demonſtrat. Tropæa tamen generatim in numero rerum diis dedicatarum habuerunt. Quare evertere ea nefas putabant. Vide Brodæum 5. Miſcell. cap. 29. Cic. act. 4. in Verrem: *Apud omnes Græcos hic mos eſt, ut honorem hominibus habitum in monumentis hujuſmodi* (de ſtatuis loquitur) *nonnulla religione deorum conſecrari arbitrentur.*

Ecquid? ergo bellum] Præfero lectionem Venetæ. *Et quid? Ergo bellum habebimus? Habuimus.* Ipſiſſima hæc conjeceram, priuſquam illius editionis mihi facta eſſet copia. *Habebimu*[s] tamen etiam retineri ratione poteſt. Sed ſequentia lege: *Etſi Xerxem remo*[veris], vel *removeritis.*

Nunquam magna imperia ocioſa] Hannibal apud Liv. 30. 44. *Nulla magna civitas diu quieſcere poteſt, ſi foris ho*[ſtem] *non habet, domi invenit.*

Omnium bellorum proſpera &c.] Supp[leri] hæc commodiſſime hoc ad exemplum putem: *Omnium bellorum proſpere ab Athenienſibus geſtorum hic exi*[tus].

Deinde non erit bellum] Malim, *ne*[c] *erit.* ut paulo ante: *Sed nec veniet qu*[i]*dem: ſi venturus eſſet, nec denunciaret.*

Multo timidiores eſſe, qui ſuperbiſſin[i] *fuerint*] Unius omiſſione litterul[æ] hanc puto vitiatam ſententiam: [...] nempe. quod ſæpius in una Suaſ. 2. pr[...] *ſcilicet* poſitum eſſe in loco notavi[...]mus. vide ad illius Suaſ. init. Jam vero non ego id primus obſervo *ſcilic*[et] ita poni & conſtrui in oratione, qua[ſi] eſſet *ſcire licet.* Terent. Heaut. 2. 3. 117 *ſcilicet Facturum me eſſe. in eum jam r*[es] *rediit locum, ut ſit neceſſe.* Salluſt. d[e] B. J. præfat. *Scilicet non ceram illam, n*[e]*que figuram tantam vim in ſe habere.* It[a] & *videlicet* apud Plaut. Sticho 4. 1. 45 *Videlicet parcum illum fuiſſe ſenem, q*[ui] *dixerit.* Quam ad literas interiore[s] pertinentem locutionem etiam obſer[vavi] l. 5. D. de Verb. Sign. *Et hoc videlicet gradatim fieri ut poſt eos liberti v*[e]*niant.*

Reliquias victoriæ noſtræ] Dictum u[t] apud Virgil. *Relliquias Danaum, atq*[ue] *immitis Achillei.* Trojanos ita voca[t] qui iſtorum evaſerant vim, & erant in columes.

Quaſi inutiles reliquias novit] Vocem reliquias puto hic locum occupaſſ[e] non ſuum, & proin exturbandam tanquam nullo jure ex ſuperioribu[s] huc ſe tranſtulerit, & legendum: *qu*[os] *priore bello, quaſi inutiles removit, & ſi q*[ui] *ex f. conſecuti ſunt.* Ita egregie conve[n]nient ſequentia.

Pa[g.]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Pag. 34. *Et illud dixit, quod excerptum eſt*] Nempe ex aliis, quæ de Victore Statorio hac ſuper re diſſeruit. Ita Suaſor. 2. *Occaſione contradictionem ſumpſit.* ubi diximus. Niſi *exceptum* ſcribendum. Suaſor.6. *Et illa ſententia valde excepta eſt. Roga, Cicero, exora unum ut tribus ſervias.* Controv.9. *Hæc in hoc loco cum diceret, excepta ſunt.* Controv. 11. *Hæc illo dicente excepta memini.* Controv. 31. *Hoc loco dixit Gallio illam ſententiam, quæ valde excepta eſt.*

Locum movit non inutiliter] Ex conjectura ſcripſeram: *Et locum hunc movit non inutiliter.* cum vidi Schotto in duobus repertum: *Locum hunc etiam m. n. inutiliter.* quod non mutem. Item in Diviſ. Suaſ. 1. *Fabianus locum dixit de varietate fortunæ. Movit locum* intelligo ex Suaſ. 2. ubi eſt: *hanc phantaſiam movit.* quomodo & Controv.6. *pulcherrimam imaginem movit.* Vulgatius *introduxit.* Sueton. Jul.75. *Motus apud Ilerdam deditionis conditionibus*, id eſt, conditionum interpoſita, facta mentione. ead. vita cap. 79. *Parum proſperæ motam regni mentionem.* Salluſt. B. C. *jocum movere.* qui me primum locus advertit: ſed cum hic jocum intelligerem nullum, nihil ex iis hic mutare ſuſtinui.

Alia ponetis] Ita interpretatur, quaſi Xerxes minaretur, Athenienſes, niſi tollerent tropæa, alia poſituros: cum intelligi velit, ita eventurum ſine dubio, ut vinceretur Xerxes, ſi bellum inferret, eoque nomine alia tropæa excitarentur.

Et hortatus eſt ad tollenda tr.] Venetus *hortavit.* quod notavit etiam ex ſuo Aurelius. nec mutandum, damnandumve temere, niſi plures & meliores ſint, quorum auctoritate id fieri poſſit. Certe enim & apud Ovidium eſt: *Comitavit euntem*, quod olim corruperant.

Pag. 35. *Quæ vel in oratione vel in hiſtoria ponitur*] Scribe: *ponatur.* Atque ex his intelliguntur illa Controv. 8. *Diocles Caryſtius dixit ſententiam, quæ non in declamatione tantum poſſet placere, ſed etiam in ſolidiore aliquo ſcripti genere.*

SUASORIA VI.

C*Um diligenter te cuſtodieris*] *Cuſtodiri* & *cuſtodia*, ſæpe ita ſe offerunt, ut præferant aliquid à vulgi ſcientia atque obſervatione ſummotum. Quintil. Junior Declam. 5. *Tu cuſtodies, utrum frequentius oſculer, utrum ſtringam magis arctiore complexu?* Alter Declamat. 288. in ſerm. *Cuſtodienda eſt amici perſona, ut quanquam de re nefaria, non tamen ſine reſpectu amici loquatur, & actione tota miſereatur illius.* in ipſius Declam. fine: *optime partes amici cuſtodiſſem, ſi non reddidiſſem.* Declam. 308. in ſerm. *Et videtur mihi hunc modum cuſtodire debere, ut de raptu nihil neget.* & Præf. 4. Controv. *Ac non dirigebat* (Haterius) *ſe ad declamatoriam legem, nec verba cuſtodiebat.* Sulpitius Victor. *Cuſtodite ergo faciendum eſt, ut rebus perſoniſque accommodentur verba, quæ decent.* Nonn. ad cap. 3. Joh. φυλασσομένῳ ποδὶ βαίνων. Declam. 306. *Sibi ſane tulerit jura ſimplicius ætas vetus; minorque fuerit verborum cuſtodia, cum intellecturi non timebantur.* Prop. 2. 18. *Ipſe tuus ſemper tibi ſit cuſtodia lectus.* Lectum cuſtodi, non formam. illius potior, quam hujus cura. Hinc etiam intelligitur, quid ſint in Declam. 2. *miniſteria cuſtodita.* Verba ſunt: *Et ut domus, quæ cæcum tantum habebat, & ſenem, acciperet ex conjugio miniſteria cuſtodita.* Videmus vero optimos huic uſui vocum *cuſtodire* & *cuſtodia* jam olim præluſiſſe.

Vetat, inquit, Milo rogari judices &c.] Egregie ego hunc locum corruptum eſſe exiſtimo. longeque aliter reſtituendum, quam uſque adhuc eruditi ſuſpicati ſint. De initio jam laborarunt, & cum iſta viderent non eſſe Ciceronis, eoque hærerent impediti, eo decurrerunt, ut dicerent, quamvis verba hæc in Maniliana non reperiuntur, ſenſu tamen haberi initio ſtatim epilogi ejus orationis. Præterea diſputatum jam eſt, cum in antiquis *vir clariſſimus* non perſcriptum eſſet, ſed notatum tantum reperiretur in plurimis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

mis quidem V. CL. in optimo vero Schotti V. ſolo: quomodo hæc legenda item diſtinguenda eſſent. Schotto arriſit uti V. CL. eſſet *vir conſularis*. Quod & ipſe priuſquam hoc vidiſſem tantum probare cœperam, credebamque L adjectum ab iis, qui opinarentur, literis V. C. non niſi *virum clariſſimum* denotari. Ita oppoſite hic dicatur de Cicerone & Milone, eo quod Milo, cum pro ſe rogari vetaret, candidatus tantum erat conſulatus, quem magiſtratum jam ante annos decem Cicero geſſerat: quo majora ab ipſo conſtantiæ & virtutis exempla exigebantur. Veriſſimum eſt enim illud noto poëtæ verſu expreſſum:

Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe
Crimen habet quanto qui peccat major habetur.

Ciceronis vero illud etiam eſt: *Mors nec immatura conſulari, nec miſera ſapienti.* Quod ſæpius ab illo jactatum. Vide notam Schotti infra ubi agere Seneca de iis incipit, qui partem alteram declamaverunt. Illa igitur non ſine ingenii & judicii documento ſingulari adiguntur Ciceroni ad memoriam, ut pudor illi incutiatur, ſi magna loqui, quam magna vivere præoptet. Et hoc quidem ita accipiendum & legendum, non credo in poſterum in dubium vocatum iri. (vid. Præfat. 4 Controv.) De cæteris major difficultas, in quibus nimium ſane impetus ſuffiaminatus eſt Haterii, qui decurrere rurſus incipiet, ſi legas: *Vetabat, inquam, Milo rogari judices: vir conſularis nunc & Antonium rogabit?* Poteſt & *rogat* retineri, ſi de conſilio tantum Ciceronis exaudiatur. & hoc malo. poſſis & *roget*. *Inquam* accipio ut paulo ante: *non tuos, inquam, Coſſ. Hircium & Panſam.* ubi eſt vehementius agentis, & rem verbo uno abſolvere properantis. *Vetuit* vero ſi emendes, non eſt cur operam ſumas hæc in Cicerone quærendi, aut Rhetorem excuſandi.

Pag. 36. *Injuſta tabella albo*] Gronov. *Unius tabellæ albo.* quæ conjectura egregie firmatur libro Dionis 47, poſt init. ubi vid.

Pudeat Verrem quoque, quia proſcriptus] Lego, ut omnis rerum verborumque tollatur difficultas: *Pudet Verrem quoque quod a te proſcriptus non fortius periit. Proſcriptum* à Cicerone Verrem dicit, quod Cicero illi impoſuerat neceſſitatem conſciſcendi ſibi exilii. quod proſcriptionibus fiebat. Infra: *Deinde ne iniquum quidem eſſe Ciceronem ſatisfacere, qui prior illum proſcripſiſſet.* Quamvis vero erat Verres profligatiſſimæ nequitiæ, nulliuſque pudoris, tamen pudebat eum, quod non continuo ſibi properaſſet mortem, & in exilio uſque ad hæc tempora prorogaſſet vitam; quibus nutu Antonii deterrimi mortalium pereundum erat, quod & accidit, ſed cum jam diem functus eſſet Cicero. vid. Schotti notam, in tempore, quo periit Verres, lapſum eſſe Porcium hunc Latronem, minime eſt veriſimile, de quo eſt Præfat. 1 Controv. *Cogitata dicebat ita, ut in nullo unquam verbo eum memoria deceperit. Hiſtoriarum omnium ſumma notitia jubebat aliquem nominari ducem, & ſtatim ejus acta curſu reddebat.* Accedit quod hæc de Verre tempore contigerunt Ciceronis.

Pag. 37. *Ne gemitus quidem tuus liber erit*] Tacit. in Agric. 45. *Præcipua ſub Domitiano miſeriarum pars erat videre & adſpici, cum ſuſpiria noſtra ſubſcriberentur,* &c.

Mortuum Ciceronem, quam vivum deſideret] Mire acuta ſententia. Deſiderabit enim vivum, cum non viderit in Cicerone animum Cicerone dignum. *Petreius.* Similia & hinc intelligenda ſunt apud Suet. Jul. *Cæſari multos Marios ineſſe.* Ovid. *Medea Medea forem.* Senec. Herc. fur. Theſeus ad Herculem: *Nunc Hercule opus eſt perfer hanc molem mali.* Thyeſte 52. *Miſce Penates, odia, cædes, funera Arceſſe & imple Tantalo totam domum.* In quibus tamen, ut & illo Senecæ, nomina hominum, non ad animum ſolum, ſed & facta eorum arteſque referenda ſunt.

Rogabis Cicero turpiter Antonium fruſtra] Claudicat hæc oratio: nec multum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

tum à vero receſſiſſe colligo, quod infra eſt: *Diviſit ſic, ut diceret non turpiter rogaturum*, non fruſtra rogaturum. igitur ſcripſerit Rhetor inſerta copula: *Rogabis Cicero turpiter Antonium & fruſtra*. Et *fruſtra* ſi intelligas *ſine cauſa*, connexio apparebit ſequentium. Ita Tacit. 3 Annal. 58. *Fruſtra vulgatum dictitans, non licere dialibus egredi Italia*. Ita & alibi ſæpius. Cic. 2 de Divin. 125. *Nec fruſtra ac ſine cauſa quid facere dignum deo eſt.*

Qui finis eſt immortalium humanorum] Non hæc ita mire depravata ſunt, ut cenſuerunt eruditi. Schottus in Covarruv. ait eſſe: *Idem virtuti tuæ (qui finis eſt immortalium & humanorum operum) cuſtos memoriaque manus viri vita perpetua.* At in Veneta eſt: *memoriaque manſuri: vita.* tolle pravas diſtinctiones, & emenda: *Idem virtutis tuæ, qui finis eſt immortalium.* Nec enim in his quicquam vitii eſſe crediderim. Ut diis, ita virtuti Ciceronis nullam vult metuendam finem, aut mortem, quod ſequentibus magis etiam perſuadere & inculcare nititur. quæ mutatione levi ſcribam: *& humanorum operum cuſtos memoria, qua manſura vita* (tibi, quare de illa fruſtra ſupplex eris Antonio) *perpetuo eſt, in omnia te ſæcula ſacratum dabit.* Ita divus & immortalis eris. In his *finis* ſimul exaudiatur pro morte, ut apud Tacit. 1 Hiſt. 4. Ita *finitur* pro moritur jam notum: *Humana opera, mortalia* etiam Livio 1. 7. *Secundum inde prælium Latinis, Æneæ etiam ultimum operum mortalium fuit.* Hæc autem apud Ciceronem tanto plus ponderis habere debuerunt, quod nominis æternitati omnes ſpes & ſtudia ſua dedicavit. Atque hinc fluxit illud, ut mittam alia, 3 in Catil. in fin. *Memoria veſtra, Quirites, noſtræ res alentur, ſermonibus creſcent, literarum monumentis inveteraſcent & corroborabuntur: eandemque diem intelligo, quam ſpero æternam fore, & ad ſalutem urbis, & ad memoriam conſulatus mei propagatam.* Vide vero paſſim hac Suaſor. quæ vel ad ſpem, vel ad metum, vel ad pudorem Ciceroni incutiendum, aut animum addendum facere poſſint, ea ex illius petita eſſe ſcriptis; ut vel deſcripta loca, vel ad ea ſit alluſum.

Ad ſedes ſuas, & cognata ſidera] Vellei. 2. 123. *Mox cum omnem curam fata vincerent, in ſua reſolutus initia Pompeio Apuleioque Coſſ. ſeptuageſimoſexto anno, animam cæleſtem cælo reddidit.* Hæc quoque à Cicerone deſumpta videntur, cujus eſt de Divin. 2. *Naturale* (divinandi genus) *quod animus arriperet, aut exciperet extrinſecus ex divinitate, unde animos hauſtos, aut acceptos, aut libatos haberemus.*

Nec potes videri non nimis vixiſſe] Malim: *nec potes non videri.*

Pag. 38. *Quid indignamur in Antonium* &c.] Unice placet (nec alterum probaverim) quod eſt in Veneta: *Quid indignamur in Ciceronem Antonio placere, quod in P. A. licuit?* Quam meam in ſententiam facile etiam alios diſceſſionem facturos confido, qui ſatis adverterint animum ad intelligenda, quæ ſequuntur.

An non occiduntur, qui ad indignos conf.] Simplex ſenſus eſt, non minus morte gravem ſuſtinere pœnam, qui confugiunt ad eos, à quibus accipere beneficium erubeſcas. Quare non immerito conceſſione dixerat ironica, Non indignum eſſe in Ciceronem id licere Antonio, quod Alexandrino licuit in Pompeium, quem ille occiderat. Unde poterat moveri objectio, quam his ſolutam voluit, num in loco iſta ab Rhetore poſita eſſent. In his vero rurſus agnoſcas ingenium & ſtylum Arelli Fuſci: cujus proprium quoddam in periodis his interrogativis notavi ad init. Suaſ. 2. Illud non monerem, niſi vidiſſem prætermiſſum ab eruditis, quod tanto hæc magis appoſite producta eſt hiſtoria, non ſolum quod magno Pompeio hoc rerum in genere Cicero ſervator urbis, & orbis terrarum imperii ſatis feliciter comparatur; verum etiam quod Antonius cum Alexandrinorum rege, qui ut Antonius hic, luxu & mollitie, vitæ denique licentia infames erant. Cæſarem adi 3 de B. C. c. 110. Et Eraſm.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Adagia in *Alexandrinæ deliciæ.* Unde ortum exiſtimare debemus breve hoc, ſed efficax: *quod in Pompeium Alexandrino licuit.* Leve hoc præterea addamus, in Veneta hic eſſe: *at ſi non occiduntur.* in aliis: *an non ſic:* unde promptum eſt: *annon hi occiduntur, &c.*

Proſcriptus eſt ille, qui tuam] Vellem eſſet ſcriptum: *Proſcriptus eſt ille, ſi quis tuam,* &c. Ita dein magis cohæreant: *Ut Cicero periret, tot parricidia facta ſunt.* Unde etiam his primis illuſtratio quærenda. Cremut. Cordus Suaſ. 7. parte priore. *Quibus* (capite & manibus Ciceronis) *viſis lætus Antonius, cum peractam proſcriptionem ſuam dixiſſet eſſe; quippe non ſatiatus modo cædendis civibus, ſed defectus quoque juſſit pro roſtris exponi.* Unde intelligimus male in contextu vulgato adhuc tanquam de uno hic ſcriptum fuiſſe. Etiam dein illa: *Magnis interim ictus vulneribus, exilio, ruina partium, pro quibus ſteterat.* ſententiam noſtram confirmant Suaſor. 7. parte poſteriore: *Pendet nefariæ proſcriptionis tabula: tot prætorii, tot conſulares, tot equeſtris ordinis viri periere: nemo relinquitur, niſi qui ſervire poſſit. Neſcio an hoc tempore vivere velis, Cicero: nemo eſt, cum quo velis.*

Tuæ morti præluditur] Schottus & Aurelius ex ſuis, *proluditur.* quod iſte etiam huic ſubſtitutum vult. Et fatendum eſt *proludere* & *proluſiones* paſſim exhiberi in aliis auctoribus. Add. Freinshem. ad Flor. 4. 2. init.

Repete, age, tot parricidia] Veneta: *Repete, age, cum tot parricidia.* Unde legas: *repete, age, tecum tot patrocinia.*

Maximum beneficiorum tuorum te ipſum] Diu æſtuavi hoc ſuper loco. Tandem ſuccurrit: *Maximum beneficiorum tuorum remp. ipſam.* Minus temeritatis & audaciæ nos agere reos velit, ſi quis meminerit in Mss. *remp.* ſcribi, *rēp.* In Veneta heic eſt *tuorum ipſum.* quæ ſi & in aliis eſt lectio, *remp.* in fine præcedentis & initio ſequentis ſit vocis. Rempublicam beneficium vocat Ciceronis, quia illius beneficio conſervata eſt. Ita Controv. 2. *Adoleſcentem miſericordis populi beneficium polluere tentantem gladio repulit.* Beneficium populi virginem appellat, quam ſervaverat populus, prohibueratque, ne violaretur. Gemina illic loca alia vide.

In preces non poſſe] Quicquid enim turpe, pro impoſſibili habendum. Paulo poſt: *Turpe eſſe cuilibet Romano, nedum Ciceroni, vitam rogare.* In morte, ſi a ſævis & injuſtis inferatur, nihil ſitum turpitudinis. Recte igitur: *Ciceronem in mortem cogi poſſe, in preces non poſſe.* Illud ſalva atque incolumi dignitate, non & hoc fieri poterat.

Pag. 39. *Adjecit ſententiam: Haud enim placiturus eſt*] Conjicio: *Adjecit ſententiam hanc: Unde enim ei placiturus es?*

Etiamſi nemo proſcriberet] Venetus aliique: *Proſcriberet: cum hæc.* Unde legendum: *Etiamſi nemo proſcriberet eum. Hic inſectatio temp. fuit.* Nempe ſignificat Seneca hoc loco invectum eſſe Rhetorem in mores & tempora, quæ ita erant perdita, atque omnibus flagitiis, ac ſceleribus inquinata, ut ultro exeundum eſſet de ſæculo, etſi nulla neceſſitas alia premeret, aut cogeret.

Deinde moriendum eſt: ille enim] Diu quis ſudabit, priuſquam horum inveſtiget ſenſum. Corrupta ſunt: hinc illæ tenebræ. Lege: *Deinde quia moriendum eſſet. viles enim,* (nedum id Ciceroni faciendum) *ſe ſua ſponte conficere, quia moriendum eſſet, etiamſi mori noluiſſent. Graves* &c. Egregie ita, uti nihil ſupra, huc facit, Epiſtola Senecæ filii 70. Ubi exempla ſunt notabilia hominum viliſſimorum, qui cum viderent ſibi moriendum, manu mortem arceſſiverunt, ne diu ludibrio interque ſpem & metum attenti atque æſtuantes viverent. Ubi ſubjicit tandem ſapiens ille Romanus. *Quid ergo? quod animi perditi noxioſique habent, non habebunt illi, quos adverſus hos caſus inſtruxit longa meditatio, & magiſtra rerum omnium ratio?* Simile Albutius dictum Ciceroni hoc loco voluit. Latin. Pacat. pan. cap. 41. *Ut nihil de ſervis loquar, qui verbera vitare*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

vere ſuſpendio, & motus heriles uſque ad præcipitia fugerunt.

Graves odiorum cauſas eſſe] Hæc addita, ut intelligeret Cicero ſine dubio moriendum, nec ullam ſpem veniæ eſſe reliquam. Quare conſultum illi, ut ultro ſumeret mortem, & ab animo ad hanc parato impetraret, ne ad arbitrium Antonii moreretur.

Et illa ſententia valde excepta] Veneta: *illa ſententia, quæ v. exc.* Aurelii codex: *Sententia quam valde.* Quare Senecam ſcripſiſſe heic credo: *Et illam ſententiam, quæ valde excepta eſt.* Duæ fuerunt hoc loco ſententiæ eodem pertinentes. Etſi fateor vulgatam non minus placere.

Ut numereris cum Catone] Ut ſententiæ Ceſtii ſua reddatur audacia, ab audacia conjecturæ petendum auxilium. Suſpicor ſimilitudine vocum, quod omnium pervulgatiſſimum in antiquis ſcriptoribus, factum eſſe, ut hæc mutilarentur, illis truncata, ſine quibus minime poſſunt intelligi. Intelligentur, ſi ſcribas: *Ut moriaris, non numeraberis cum Catone, qui ſervire,* &c.

Utile eſſe, ne etiam] An non hæc tranſpoſita? Certe commodius videtur: *Utile eſſe etiam, ne cruciatus c. p.* Sed amant quandoque iſtiuſmodi tranſpoſitiones. Vid. ad Suaſ. ſeq.

Reſp. ſuos triumviros] M. Brutum, C. Caſſium, Sext. Pompeium. vide quæ antecedunt.

Pag. 40. *Non movet me idiotam petit*] Conjeci ſenſui accommodatiſſimum: *Non movet me, ne ideo vitam petat.* Sed retinet me verbum Ciceronis *idiotam* hic poſitum: quod non videtur temere factum. Præſertim cum, quod jam notavi ſupra, Rhetores hic in hac Suaſoria ſenſus & verba Ciceronis aucupentur: Sed ſi non corruptum eſt illud *idiotam*, vel aliquid hic exciderit, fueritque: *nec enim idiotam petit.* Vel legendum, quod malim, mutatione minima: *non movet me: idiotam petat; ego belle mores hominis novi.* Interpretationem vide in nota Schotti. Gell. 1. 2. *Quoniam reſpondere tibi nos non quimus quos idiotas & rudes vocas.*

Qui & judicaſſet] Venetus: *qui & cum judicaſſet.* Schott. & Brugenſis, *quietum:* unde ille, *qui & eum.* ut exaudiatur, *Antonium*, vel *qui æquum.* In Palat. Gruteri eſt: *qui & eum*, quod vides in priore Schotti conjectura. Ipſe locum hunc ita mendoſum, ut nihil ſupra, hoc ad exemplum, minima audacia, reſtituo: *Qui & æquum judicaſſet* (priuſquam Venetam editionem & varias lectiones inſpexiſſem Schotti, *jus judicaſſet*, conjeceram. Deinde iſtud vidi nihil à Schotto doctus) *ab reo ſemper naſci ſatisfactionem, & accuſatum rogare.* an *ſatisfactionem accuſato, & rogari.* vid. var. lect. Schotti. Notum ex epilogis orationum Ciceronianarum, quod ſatisfactionem & preces etiam interponat pro iis reorum, quos quanquam accuſatos, tamen pro innocentibus habet. Hanc emendationem inter eas, quas dederunt eruditi, proxime literas accedere patet. Nec ſenſum iſtum aſpernandum facile quenquam exiſtimaturum arbitror. *Reus*, qui accuſatur, hic tantum eſt, ut in illo Ciceronis pro Fonteio: *qui ſe non ſolum de reo, ſed etiam de accuſatore, de teſte judicare arbitrabantur.* & alibi ſæpiſſime.

Pag. 41. *Exoratum à Vatinio C. quoque Verri affuiſſe*] Poſtrema hæc de Verre ſi conſulas hiſtoricos, fidem merentur nullam. nec ἁμαρτήματι tamen μνημονικῷ Senecæ id adſcripſerim. Temporum potius & librariorum hæc ſit injuria. Non dubito manum eſſe Senecæ: *affuturum fuiſſe.* Nempe Cicero cum redire potuiſſet in gratiam cum Vatinio, quem cane pejus oderat & angue, & in quem plauſtra conviciorum & deteſtationum effuderat; ſi ita res tuliſſet, etiam credibile erat, C. Verri non tantum reconciliari potuiſſe, ſed & patronum, ac defenſorem illi futurum. Atque hoc eo etiam minus abhorret à vero, quod longe minoris æſtimavit litem Verri Cicero, quam exſpectabatur, quodque in ſuſpicionem inde venit,

quaſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

quaſi corrumpendum ſe Verri præbuiſſet. Plutarch. in vita Ciceron. Quam ad hiſtoriam forte etiam Rhetor adſpexerit.

Qui cum tertius eſſet] Alterutrum horum, vel *qui*, vel *cum* expungendum eſt, quippe cum tantundem valeant, & geminatione turbent ſenſum.

Qui ne tanti quidem] Lege: *quod ne.* Vidit jam & monuit Gronov.

SUASORIA VII.

Pars prior.

Pag. 42. *ITa enim dixit illa oratione*] Lege: *dicit illa oratione.* Et dein: *quam pro Lamia edidit.* Veram hanc eſſe lectionem teſtatur his Seneca, quæ paulo poſt ſequuntur: *Huic certe actioni ejus pro Lamia qui interfuerunt, negant eum hæc dixiſſe,* &c. *ſed poſtea compoſuiſſe.*

Itaque nunquam perficeret] Scribendum: *ne uſquam perſiſteret.* quibus inconſtantia Ciceroni omnibus in rebus exprobratur.

Quin ejuraret ſuas eſſe] Emenda, ut Latine audiamus loquentem Pollionem ſeculo optimo: *quin ejuraret ſuas iſtas, quas cupidiſſime effuderat, orationes in Antonium.*

Quas cupidiſſime effuderat] *Cupidus* & *cupide* & *cupiditas*, aliquid habent elegantiæ ſingularis apud optimos auctores. Cicero in orat. pro Fonteio ſæpius: *Quorum virtuti, generi, rebus geſtis fidem & auctoritatem in teſtimonio cupiditatis atque inimicitiarum ſuſpicio derogavit.* paulo poſt: *Quid ſpe aut metu depravatum, quid à cupiditate aliqua aut inimicitiis profectum videretur.* Item: *qui ob aliquod emolumentum ſuum cupidius aliquid dicere videntur.* Deinde: *Poteſtis igitur ignotos notis, iniquos æquis, alienigenas domeſticis, cupidos moderatis, mercenarios gratuitis, impios religioſis,* &c. *anteferre?* Sueton. Jul. 12. *Ac forte judex in reum* (Rabirium) *ductus tam cupide condemnavit, ut ad populum provocanti nihil æque ac judicis acerbitas profuerit.* Quibus locis ſatis intelligitur, quid iſtis ſignificetur.

Mentiri ſub triumvirorum conſcientia] Notabiliter hæc dicta ſunt; præcipue vero illud *ſub* notandum, quod alia frequenter occurrit notione, quam vulgus intelligat, aut ſaltem obſervaverit. Juvenal. 4. 12.

— Et tamen alter
Si feciſſet idem, caderet ſub judice morum.

7. 13.

Hoc ſatius, quam ſi dicas ſub judice, vidi,
Quod non vidiſti.

Ovid. 13 Metam. 190.

Difficilem tenui ſub iniquo judice cauſam.

Calpurn. Ecl. 2.

Et magnum certamen erat ſub judice Thyrſi.

Auguſtin. de Civit. Dei, 1. & 8. Infra Controv. 13. *Tortor vocatur, ſub quo mariti uxorem prodiderant.* Quintilian. vero etiam Declam. 385. *Reum autem ſub hac culpa eſſe, quod non tacuerit.* Ut & Prudent. Pſychom.

Filius extinctum belli ſub ſorte cadaver
Adſpexit ſi forte patris.

Item Valer. Max. 4. 2. fin. *factum propter eximiam humanitatem ne ſub Cælio quidem auctore repudiandum.* Juvenal. Sat. 10. 69.

— ſed quo cecidit ſub crimine? quiſnam
Delator.

Rurſus aliter in his. Controv. 25. *Si non omne non recte factum hac lege vindicari poteſt, an id quod ſub auctoritate publica geritur?* Prudent.

Addicta avorum prædia
Fœdis ſub auctionibus ſucceſſor exhæres gemit.

Juvenal.

Et præbere caput domina venale ſub haſta.

Controv. 9. *Vidi ambitioſa turba clientum limina deſerta, ſub domino ſectore venalia.* Sueton. in Claud. c. 9. *Quod ille in vacuum lege prædiatoria venalis pependerit ſub edicto præfectorum.* Latin. Pacat. cap. 25. *Infantium ſub ipſo ſectore ludentium flendam ſecuritatem.* Idem cap. 9. *Ut quia jam ad plenum bellicis artibus abundabas, uſus civilis experiens*

ſub

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ſub otii tempore redderetis. Add. cap. 28. Ovid.

Et bona ſunt vicina malis: errore ſub iſto
Pro vitio virtus crimina ſæpe tulit.

Item in iſtis: Controv. 28. in argumento: *Quidam duos filios ſub noverca amiſit, dubiis cruditatis & veneni ſignis.* Quintilian. declam. 1. *Pater qui filio ſub noverca aſſignat ſecretam domus partem, confitetur ſe abdicare non poſſe.* Declam. 2. *Homo in honorem parentum excæcatus patrimonio ſub patre melius utitur.* Eſt præterea Controv. 25. *Inter temulentas reliquias ſumptuoſiſſimæ cænæ* (Flaminini) *& faſtidioſos ſub ebrietate cibos, modo exciſum caput humanum fertur.* Quæ congerere placuit loca, quo uſus hujus voculæ magis pateret, magiſque illius ſignificatio plana & imitatio in promptu nec infelix eſſet.

Sed poſtea compoſuiſſe] Juſtin. 4. 1. *Neque hoc ab antiquis in dulcedinem fabulæ compoſitum*, i. confictum. Quintil. Declam. 9. *Si mehercule inexpiabiles odiorum cauſæ, & compoſitis quoque fabulis ulteriores inimicitiæ fuiſſent.* De vera tamen etiam hiſtoria Tacit. 1 Hiſt. 4. *antequam deſtinata componam.* ita & alii.

Et fortaſſe efficiam] Cogitandum, num *fortaſſe* hic *ſine dubio* ſit intelligendum. Vide ad Calpurn. decl. 44.

Recedatis æquiores] Id eſt, minus indignantes. Terent. Andr. 2. 5. *Ego vidi illam virginem: forma bona Memini videre. quo æquior ſum Pamphilo, Si ſe illam in ſomnis, quam illum, amplecti maluit.* Ubi Donatus, *æquior, benevolentior, minus iratus.*

Daturus potionem abſinthiati poculi] Venetus, aliique: *potionem ſumpti poculi.* Ex *ſumpti* fecerunt *abſinthiati.* audacter ſatis. Cum non ſolum à ſcriptura veteri nimiſquam longe receſſerint: ſed & eam infulſerint Latinitatem, cujus auctoritas erit quærenda. Tu lege: *Decipere vos cogar veluti ſalutarem pueris daturus potionem, ſumma parte poculi. quam pueris abſinthia tetra medentes Cum dare conantur, Contingunt mellis dulci flavoque liquore.* In Mss. *parte* eſſet *pte.* *ſumma* etiam brevius occurret. Unde patet non pro audaci hanc conjecturam habendam. Si recta via uti licuiſſet Senecæ, continuo Pollionis teſtimonium de Cicerone ex ipſius poſuiſſet hiſtoriis: nunc illud rejecit in locum poſtremum, initium ducens à Livio, cujus ſcripta quid aliud; quam flumen quoddam lactis ac mellis ſunt? Ita ut filios ineſcaret, efficeretque, ut quæ ex aliis petita hiſtoricis minus reſpuerent, atque averſarentur.

Pag. 43. *Servos fortiter fideliterque, paratos fuiſſe ad dim.*] Suaſoria præc. ita *ſemper* remotum ab iis, quibuſcum expectares ut eſſet junctum. Verba ſunt: *qui & æquum judicaſſet ab reo ſemper naſci ſatisfactionem.* item *etiam* ead. *Dixit utile eſſe ne etiam cruciatus corporis pateretur.*

Pag. 44. *Non præbuerit tantum, ſed obtulerit*] Prius eo pertinet, quod præbuit immotam cervicem percuſſoribus, poſterius, quod adeo non fugit, de quo tamen agitare cœperat, ut & obvium ſe tulerit. *Accede veterane.* Brutidius paulo poſt vult Popilium fuiſſe. Cremutius id in medium relinquit, ut & Livius. At Plutarchus Herennio Centurioni hoc nefas tribuit, cum is compendio, quantum videtur, prævertiſſet. Popilium vero ait tribunum fuiſſe militum, qui manui præfuerit percuſſorum. Apud Tacit. obſerves, quod cædis negotia & capite etiam truncandi data quandoque tribunis militum ſint. Vid. 11 Annal. 37. & 38. & 15 Annal. 60. & 67. Ubi tribunus multum tremens vix duobus ictibus caput amputat.

Cum peractam proſcriptionem ſuam, &c.] Admodum turbant codices hac in periodo. Aurelii codex: *dixiſſet: eſſet quippe* (ita & Venetus) *non ſatiatus in cædendis civibus, ſed defectus, quotquot ſunt, per roſtra exponit.* Similia alii. Veneta *modo* retinet. & dein legit: *quot quoque ſint.* Ita & Palat. Gruteri. ſimilia alii: unde conjiciat quis: *cum peractam proſcriptionem ſuam dixiſſet, eſſetque non ſatiatus jam cædendis civibus,*

ſed

ſed defectus: hoc quoque *ſuis pro Roſtris exponit. Suis*, inquit, *roſtris*, ut infra Cornelius Severus ſuo in carmine:

Oraque magnanimum ſpirantia pene virorum
In roſtris jacuere ſuis.

quæ nempe piis coluerat concionibus, ut ſequitur. Petron.

Dignus amore locus: teſtis ſyveſter Iaſdon
Atque urbana Procne, quæ circum gramina fuſæ,
Et molles violas, cantu ſua rura colebant.

Ita edunt. Lege:

—— quæ circum gramine fuſo
Et molli viola, cantu ſua rura colebant.

Concurſus ablativorum, non magis in his offendat, quam in illis Propertii, 1 eleg. 16.

Sic ego nunc dominæ vitiis & ſemper amantis
Fletibus æterna differor invidia.

Valer. Max. 4. 36. *Fabricius Luſcinus honoribus & auctoritate omni cive temporibus ſuis major.* Juſtin. 4. 1. 16. Plautus: *Mirum eſt te lolio victitare tam vili tritico.* Juſtin. 43. 2. *multiplicato fetu proventu duorum.* & cap. *finitimiſque populis armis ſubjectis.* Quintil. declam. 7. *medio noctis horrore ſtricto mucrone proſiluit.*

Itaque quo ſæpius] Hæc bene habere videntur, quippe apta ſatis iis, quæ antecedunt. Plerique antiqui: *Item:* ut poſſis ſuſpicari ſignificatum fuiſſe quod non hæc præcedenti continua fuerit apud Cordum Cremutium oratio. Simili ratione duo mox citat loca ex Brutidio nigro. In Controv. 9. *Item* in Veneta dein deprehendi pro *Itaque*, plus ſemel. Quare nihil hic mutavero.

Quibus multorum capita ſervaverat] Magis placeret: *In quibus.* Mox etiam forte: *tum per artus ſuos, lacerus, aliterque ac ſolitus erat* &c. Saltem *aliter* intelligendum contraria ratione, ut ſatisfaciat, nec nimis leve iſto in loco ſit. Ovid. 3 Metam.

Sævaque, circuitu curvantem brachia longo
Scorpion, atque aliter curvantem brachia Cancrum.

Martialis in Amphitheatrum:

Crinibus in nodum tortis venere Sicambri,
Atque aliter tortis crinibus Æthiopes.

Statius de Hypſipele repentino poſ
dolorem gaudio perfuſa: *atque ali*
maduerunt lumina fletu. Plura vide ir
Miſcell. Canteri 1. 10. unde hæc ſun
petita, non ſurripiendi (deteſtabilis i
mos eſt) ſed hæc illuſtrandi cauſa.

Prætendenti capiti orique ejus impenſa
Minus offendet, *prætendente.* Mallem
prætenta. Tacit. 2 Annal. 56. *Noſtr*
provinciis late prætenta gens, id eſt, ob
jacens, longe lateque porrecta ad la
tera noſtrarum provinciarum, 2 Hi
ſtor. 6. *Cappadocia, Pontuſque & quic*
quid caſtrorum Armeniis prætenditur. La
tin. Pac. pan. cap. 10. *Vix Iberum tuur*
videras, jam Iſtro prætendebas, Paneg
Conſtantino cap. 31. *Jam obliti del*
ciarum Circi Maximi & Pompeiani Thea
tri & nobilium lavacrorum, Rheno Dan
bioque prætenduntur. Niſi *prætendens*, u
vehens & ſimilia accipimus. Berneg
vid. ad Juſtin. 11. 17. Simul *tende*
hic cogitetur, uſitatum eſſe pro ter
toria & ſedem ſibi habere. Virgil. 2
Æneïd. eſt & apud Sueton. Taci
Curt.

Pag. 45. *Impenſa ſanie*] Jam hæ
ſunt nota, quod *impenſum* pro magn
aut gravi ponant, *Impenſum precium*
impenſa voluntas, ſive favor, item *im*
penſa cura. Exempla congeſſerunt ali
Impenſius orare, Tacit. 3 Ann. 16. La
tin. Pacat. pan. *Cui* (Hiſpaniæ) *excoler*
dæ, atque adeo ditandæ impenſius quan
ceteris gentibus ſupremus ille rerum fabr
cator indulſit. Idem: *nihil abdicandis v*
tiis, adoptandiſque virtutibus impenſi
ſentio profuiſſe. Valer. Max. 4. 3. de So
phocle: *Cum is publico officio una diſtr*
ctus prætereuntis ingenui pueri forma
impenſioribus verbis laudaſſet.

Precium interfectoris ſui] Vult igitu
quod occiſo Cicerone ſibi adem
rit vitam. *Pretium* amant pro λύτρο
rantſoen Belgis. Infra: *O gravem vita*
etiamſi ſine precio daretur.

Occupat facinus] Juſtin. 1. 9. *Mag*
ante famam amiſſi regis occupat facinu

Berneg

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Bernegg. non male, celeriter exequitur, exponit.

Quod alterutram in partem notari poſſet] Nepos in vita Attici cap. 13. *Supellex modica, non multa, ut in neutram partem conſpici poſſet.* ubi *conſpici* eſt pro *notari* Pollionis. Auguſtus ita in Epiſt. quæ eſt apud Sueton. in vita Claud. cap.4. *Si eſt paſſurus* (Claudius) *ſe ab Silani filio, homine ſibi affini, admoneri ne quid faciat, quod conſpici & derideri poſſit.* Livius non in malam partem 21, 4. *Veſtitus nihil inter æquales excellens* (Hannibali), *armaque atque equi conſpiciebantur.* Ita & *conſpectus* utrovis modo. Nam Juſtin. 11. 4. *Reges ſtipendiarios conſpectioris ingenii ad commilitium ſecum trahit.* & L. Sen. ad Helv. matrem, cap.16. *Fœminas, quas conſpecta virtus inter magnos viros poſuit.* Horat. vero:

Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe
Crimen habet.

Ubi, *conſpectum*, ut *inſigne* & *inſignitum* apud optimos. Quod pro notabili in malam partem poſuerunt. Et *inſignes* etiam *pueros* Curt. pro monſtroſis. ita *inſigniti* apud Plaut. quos Belgæ *notatos a deo* quandoque appellitant. In partem meliorem Fortunatianus lib. 3. *Simul & tranſlatum verbum ſi infrequentius poſitum fuerit, & excitatius dices & inſignius factum ac notabile.* Poſterius hoc contra in fine libri ejuſdem: *ut quod nos magis decet affectemus, ut nihil in nobis ſit notabile.* Sed illuc revertor. Qui id faciunt, quod in alterutram partem conſpici ac notari poſſit, ii etiam *plus minuſve facere* dicuntur auctoribus. Plaut. Capt. 5. 18. *Eheu! cur ego plus minuſque feci quam æquom fuit,* quod ipſe bis illic, *male feci*, interpretatur. Nempe vel in exceſſu, ut vulgo vocant, vel in defectu peccatur. Et *Virtus eſt medium vitiorum & utrimque reductum.* Quare Guilielm. recte ad eum Plauti locum: Hæc fuerunt in mente Pœno illi, cum ſcriberet Phorm. (3. 3.) *Nequid plus minuſve faxit, quod nos pigeat poſtea.* Plus minus πλεῖον ἢ ἔλαττον, in quibus rebus omne vitium

intelligitur. Recte, inquam, ex ſententia Philoſophorum, quos illo in verſu ſuo ſecutus eſt Horatius, qui plurimi fuerunt, ut nonnulli tamen diverſum ſenſerint, pro quibus diſputat Grotius prolegom. de Jure B. & P.

Dato gemitu & fletu maximi viri inferiæ] Locus egregius peſſime corruptus, quem poſt Fabrum, Schottum, Petreium, Gronovium, ita emendo: *datæ gemitu & fletu maximo viro inferiæ,* (hæc ita reſtituenda jam ante nos vidit & docuit Fab.) *nec ut ſolet vitam depoſito in roſtris corpore concio audivit, ſed ipſa narravit.* Non metuo ne quis eruditus & æquus mihi moveat quæſtionem, num veram hic dederim lectionem.

Pag. 46. *Aliquo actionis inclytæ ſignata veſtigio*] In Veneta: *aliquo jactationis.* Ita eſt & in aliis. Ex Vaticano *actionis* notat Schott. Veriſimile eſt, *aliquo jam actionis* ſcriptum fuiſſe. Plurima paſſim in foro dixerat & fecerat, vel pro rep. vel pro bonis civibus, ſi quibus eorum crearetur periculum, & lites aut crimina intenderentur. Schottum miror, qui heic notavit: Omnes Ciceroni beneficio aliquo obſtricti actione malæ tractationis cum Antonio experiri poterant. Satis hæc ille infeliciter. Ubi ille legit, actionem malæ tractationis tantum iis datam, qui beneficiis eſſent obſtricti? ubi hoc rerum in genere eam habuiſſe locum? Non uno in loco teſtes ſunt declamatores, tantum matronarum eam fuiſſe, quas durius haberent mariti, ut nec alia iis adverſus maritos competeret. Quintil. declam. 8. & 18. Si quis agere adverſus Antonium de cæde voluiſſet, *Scholaſtici illam actionem de moribus dediſſent.* Vide Controv. 17, ubi accuſatur de moribus Popilius, quod Ciceronem, qui eum, cum reus eſſet parricidii, defenderat, occidit. Sed in his Brutidii, qui hiſtoriam narrat, non ſuaſoriam aut controverſiam declamat, abſurdum eſt cogitare, vel de actione malæ tractationis, vel illæ de moribus, quæ Scholaſticæ ſunt. Id quoque non obſervans Schottus, tanto facilius lapſus

eſt. Sed nec accuſatio inſtitui adverſus Antonium triumvirum poterat, in quo itidem Schottum fugit ratio, cum penes triumviros, quorum imperio & jure proin cædes Ciceronis erat facta, ſummum imperium eſſet. Accipiendum igitur, ut dixi, ipſum forum (in hoc roſtra erant) ubi multa paſſim præclare Cicero dixerat ac fecerat, quæ innotuerant omnibus, ſubjeciſſe civibus materiam tollendi laudibus Ciceronem, reſque geſtas & vitam referendi. atque eo hæc poſita à Brutidio: *Nulla non pars fori aliquo jam actionis inclytæ ſignata veſtigio erat.* Simili autem quadam tranſlatione Cicero in partit. *loci rerum geſtarum veſtigiis nobilitati.* Niſi quod Brutidii iſta allegorica ſunt.

Conſummatio vitæ] Ea eſt, quando paucis quis complectitur, & ſummatim dicit, quæ alicujus ad vitam pertinent. ut in conſummatione ſive ſummæ ſummarum aut & cujuſcunque ſummæ collectione contrahimus, quæ latius ſunt deducta, eaque inſimul ponimus ante oculos. Qua ratione non ineleganter elogia, qualia ſubjecta ſunt, *conſummationes* vocat *vitæ*. Florus quoque ingenioſe, ut pleraque 1. 18. *Italiam conſummare*, omnes illius urbes, regiones, imperia in unam ditionem redigere. Quia *conſummare* eſt multas minores ſummas colligere & redigere in unam. hinc enim petita tranſlatio. Etiam in Cod. Juſtin. l. 3. de uſur. rei jud. *conſummata quantitas ſortis & uſurarum.* Ita fere in l. 13. D. de duobus reis conſt. ubi *conſummari* dicuntur *obligationes*, de quibus fit una.

Magnis interim ictus vulneribus] In Carm. Corn. Severi:

——— *ictaque luctu*
Conticuit Latiæ triſtis facundia linguæ.

Idem Liv. 1. 16. *velut orbitatis metu icta, mœſtum aliquandiu ſilentium obtinuit.* Hoc autem loco pulchre, *magnis ictus vulneribus*, id eſt, graviſſimis multumque dolendis infortuniis. Tacit. Agr. cap. 7. *Sequens annus gravi vulnere animum domumque ejus afflixit.* quia à claſſe Othonis factæ populationes, & mater ejus occiſa erat. Ita & Flor. 3. 11. Juſtin. 1. 7.

Ejuſdem fortunæ compos ipſe feciſſet] Olim fuit *compoſito feciſſet.* Unde Lipſius ita uti nunc eſt reformavit. Schottus minori commutatione vellet, *compos ita feciſſet*, vel *id effeciſſet.* Minus, credo, offendet, *Quod ejuſdem fortunæ compos, item feciſſet.*

In cujus laudes ſequendas] Vix quicquam in his mutare ſuſtineam. quod ſequo & ſequor pro loquor, dico, non inuſitatum antiquis ſcio. Plaut. Milit. 4. 6. 5. *Cum ipſo pol ſum ſecuta Placide ipſa, dum libitum eſt mihi.* Liv. Andron. *Inſeque Muſa virum.* Virgil. Eclog.

Quid loquar aut Scyllam Niſi, aut quam
fama ſecuta eſt,
Dulichias vexaſſe rates?

Gell. 4. 11. *In Empedoclis carmine, qu disciplinas Pythagoræ ſecutus eſt, verſu hic invenitur.* ita enim illic legendum ut *ſequi*, loqui, narrare & deſcriber ſit Græcorum more, qui Ἔσπετέ μ Μοῦσαι nonnunquam dicunt ἀντὶ τοῦ εἰ πέτε, ut docet eruditiſſimus Bongarſiu lib. 4. Variar. cap. 19. Unde hæc d ſcripſi, ut ne in poſterum hic loc ſollicitaretur. Addit ipſe & alia not bilia eodem pertinentia. Adde & H ſiod. θ. 114. Ex his diſcimus, quid ſi cur *exequi* pro enarrare paſſim utant illi optimi. *Sequi* autem pro narrar deſcribere, poſuiſſe Livium, non mag reprehendendum videtur, quam O dium *reſequi* pro reſpondere:

——— *ſic eſt reſecuta rogantem.*

Quod itidem jam aliis obſervatum.

Pag. 47. *Cordi Cremutii non eſt oper* Admodum hæc me de Cremutio C do torſerunt, & maxime, quod nih inveſtigare potui illius in teſtimon quod indignum Cicerone eſſet. Na quod privatas injurias remiſit inte dum, publicas nunquam, quis n hoc Romanus unice laudandum e ſtimet? Quod vero non ſolum magn tudine virtutum, ſed multitudi quoque conſpiciendum dixit, an indignum Cicerone, an id de præſta tia & laude illius deruit cumulun

Mi

Mihi quidem id perſuadere non poſſum. Illud potius ex his colligo, quod diverſum ſenſerit, & teſtatus ſit à Livio, qui nec quod mortem tulit fortiſſime, illi ſuam gloriam ſinit indelibatam, cum ſignificet id factum, quod ſua crudelitatis exempla ſecum reputaret non iniquo animo ferenda. nec magnum præterea facit Ciceronem, priuſquam vitiis notabilem fecerit. Denique in fine laudationis laborem Ciceronis laudandi detrectare videtur. Quare illud quoque venit in mentem longe hæc aliter legenda, quam adhuc quiſquam eruditorum ſit ſuſpicatus. Primum omnium in fine *Cremutii* lacere *Livii*, aut per iſtud excidiſſe reor. Præterea cum *deſerere* ſit in Veneta, & Pal. unde factum *deferre*, quod in *referre* mutatum volunt; minima ego mutatione *deterere* ſcribendum cenſeo; ensu quo eſt apud Horat. 1 Sat. 10. de ucilio:

—— Sed ille,
Si foret hoc noſtrum fato dilatus in ævum:
Detereret ſibi multa: recideret omne, quod ultra
Perfectum traheretur.

dd. 1 Od. 6. Plin. 9. ep. 34. *Nimia ra deterit magis, quam emendat.* Deque cum Venetus, aliique exhicant: *Nihil enim ipſo Cicerone indignum* . His ex omnibus conjicio hæc ita formanda: *At Cordus Cremutius: Li i non eſt operæ deterere etiam redditam ceroni laudationem. Nihil enim non ipſo cerone* (quem tamen laudare ipſi opoſitum) *indignum eſt: ac ne hoc idem quod pene maximum eſt, tolerabi eſt.* Ne moveretur quiſquam hoc emutii judicio, Seneca ſuum præſit: *Ut eſt natura candidiſſimus oium magnorum ingeniorum æſtimator Livius; pleniſſimum teſtimonium Cioni reddidit.* Cremutius vero judibat Livium laudi Ciceronis non ſaindulſiſſe, adeoque in ea non fuiſnimium, ut potius vituperarit. Inilla: *non eſſe operæ deterere etiam* (ils) *laudationem.* Ubi *etiam* intelliadum *adhuc præterea*, ut in illo Plauti Moſtell. 2. 2. 43. *Circumſpice etiam.* & ſæpiſſime alibi. De locutione *operæ eſt* dictum ad Suaſor. 1. Quamvis igitur Cremutius apud Tacit. 4 Annal. *Livium eloquentia ac fidei præclarum imprimis judicet.* In hoc tamen de Cicerone elogio ſatis plenum redditum teſtimonium non arbitratur forte, quod nimium ipſe tribuit Ciceroni.

Privatas enim ſimultates] Quæ hic tribuit Ciceroni, prudentiſſimorum ac fortiſſimorum ſunt civium.

Vides credendam &c.] Non hæc commode annexa iis, quæ præcedunt, & præteritis poſt ea nonnullis excerpta videntur. Forte: *nunquam. Item. Vides.* Supra vide in iis, quæ ex Brutidii deprompta hiſtoriis; & in ipſis adeo Cremutii hujus. Ubi Venetus non ſolus: *Item, quo ſæpius.* Ipſa vero etiam hæc tota periodus exercitos adhuc eruditos habuit. In Veneta non *ejus*, ſed *cujus* eſt. Præterea Schottus ex Covarr. & Aurel. ex ſuo, *conſpiciendus*. Schottus id ſibi non placere fatetur. Gruterus ex Pal. *civis.* & ex eodem *magnitudine*, item *multitudine*. Ego hinc divinabam: *Vides credendum quod civis ſit non ſolum magnitudine virtutum, ſed multitudine quoque conſpiciendus.* Gronov. *vides præſtantiam civis* &c. *conſpiciendam.* quia in ſcripto invenerat *credentiam*, unde *excellentiam* mavelim. atque ita hanc illi conjecturæ minime poſtponendam autumem.

Non ipſius vitio læſa, quod] Scribo: *non ipſius vitio læſa, ſed quod* &c. Læſa igitur reſp. non Ciceronis vitio, ſed quod ipſa quandam vomicam & carcinoma habebat Antonium: hoc carere remp. volebat: nec aliud optimo viro placere poterat. Sed honeſtiſſimorum conſiliorum infelicem habuit exitum: cum in eum locum reſp. rediiſſet, ut dominum accipere Antonium videretur, qui illi cauſa necis. Hæc tamen ita differit Aufidius, ut non neget, imo ſignificet, ita ſe ſentire nonnihil à Cicerone eſſe peccatum, maxima ut culpa in Antonio reſederit. Hujuſmodi de locis: *non ipſius vitio læſa, ſed quod* &c. aliquid dictum in fin. Controv. 8. Pag. 48.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Pag. 48. *Namque à priſca ſeveritate*] Egregium eſt Gronovii: *ad priſcam ſeveritatem judiciis exactis.* Sed *namque* me offendit, nec habeo, quo illud excuſem, niſi *divina* in præced. pro *diutina* legas. eo divina ut pax appelletur, quod principes civium patrocinio obſtrictos & clientes ſibi, omnibuſque ſe affectantes officiis habebat. Add. dial. de orat. c. 7. Sed hic malim *per eamque.* etiam *tandemque* cogitaveram, ſed præfero prius.

Deum conſilio induſtriaque] Aliis hæc forſan placeant: mihi placere non poſſunt. Tu vide, ſi probandum magis cenſeas, *Deo in conſiliis induſtriaque.* Apud Ciceronem, quem credit his æmulatum Pollionem Seneca, *Deus in dicendo, in diſpoſitione argumentorum* & ſimilia. Non dubito, quin hæc præferenda vulgatis ſint. Quæ ſi eo pertinere velis, quod dii de induſtria iſtis temporibus magnis illum dotibus remp. gerendi inſtruxerint; ſatis hæc laudatio levis imo falſa erit. Unde conſequitur, quod reliquis temporibus non perinde illi conſilia atque induſtria ſuperarint; cum horum tamen contemplatione ad faſtigium conſulatus conſtet provectum eſſe.

Et pœnas Ciceroni dabitis] Cum ad legendum Ciceronem applicito animo dolebitis & cruciabimini, quod tempus & ſtudium inſumſeritis & perdideritis ſcriptis potius Aſinii hujus verſandis, quam facundiſſimi illius, omniſque eruditionis & eloquentiæ parentis.

Pag. 49. *In Roſtris jacuere ſuis*] Dixi ſupra ad hanc Suaſ.

Sed enim abſtulit omnes] Id eſt, omnium curam, cogitationem, aſpectum. Sulpicia in Sat.

——— *Tantum Romana Caleno*
Mœnia jucundos pariterque averte Sabinos.

Romam ſævitia Domitiani abire cum cuperet Sulpicia, Muſam deprecatur, uti prohibeat, ne maritus Calenus, ſine quo non erat profectura, nimis cogitet, curet, ametque Romam urbem & jucundum ſodalem Sabinum. *Id avertere Caleno Romana Mœnia & Sabinos* dicit, id eſt, illorum cogitationem, ſtudium, deſiderium, amorem. Infinita ſimilia paſſim ſe offerunt. Calpurn. Ecl. 4.

——— *juvat humida forſan*
Ripa, levatque diem vicini ſpiritus amnis

id eſt, diei æſtum, ut bene Titius.

Dejectuſque redit votis] Tanto hoc elegantius, quod eos etiam, qui peterent honores, nec adipiſcerentur, *dejectos* dixerunt, ut *ædilitate, prætura dejecti.* Sueton. ita *detrudere* Jul. 24 *Craſſum Pompeiumque in urbem provinci ſuæ Lucam extractos compulit, ut detru dendi Domitii cauſa conſulatum alterui peterent.* *Detruſus* tamen *votis* non pe inde uſitatum reor. Terent. Heau *Quanta de ſpe decidi.* Catilinæ vero v tum erat, quicquid erat magnum a que egregium in rep. id occupare.

Pag. 50. *Inque triumphato ludibr cuncta*] Nihil in hoc verſu muta dum. verumque ſine dubio eſt *cunct* Dictys Cretenſis lib. 3. *Statimque H ctor advolans eum* (Patroclum) *opprim ac deſuper vulneribus multis fodit: m que innititur abſtrahere prælio, ſcilicet ſolentia gentis ſuæ illudere cupiens per u verſa genera dehoneſtamenti.* Non unu eſſe ludibriorum genus in cadav non dubitabit, qui vel Cyrum, Cr ſumque cogitet & hac ipſa proſcript ne trucidatos. Vide Flor. 3. 21. Id de Thracum in Romanos crudelit videatur. Denique in Ciceronem dita immanitatis exempla redeant animum multum magnitudine modo à ceteris diſcrepantia. Triu phatos qualiter habuerint Cicero ſat poſtrema in Verrem: *At etia qui triumphant, eoque diutius vivos ſtium duces ſervant, ut his per triump ductis pulcherrimum ſpectaculum fruct que victoriæ populus Rom. percipere p tamen cum de foro in Capitolium cur flectere incipiunt, illos duci in carce jubent: idemque dies & victoribus rii, & victis vitæ finem facit.* Cujus ſervati loci ne quis cavilletur, q mihi vindicem gloriam; jam ita ſaubonus in apparatu adverſus B
n

nium 6. fin. & Grotius lib. 3. de J. B. & P. cap. 11. ſunt uſi. Quorum hic etiam auctoritate docet veterum, quod Perſeus & Syphax, quorum heic mentio, & alii præterea reges ejuſmodi evaſerint ſupplicium. Valer. Max. 5. 1. 1. id firmat. Saltem injuriis in cadavera ducum priſci illi abſtinuerunt ſemper: cum impium ac nefarium judicarent,

— cum victis certamen & æthere caſſis.

Senſum in numerato habentes iſtorum,

——— Bellavimus: eſto.
Sed cecidere odia & triſtes mors obruit iras.

Aliter in Ciceronem ſe triumviri geſſerunt, ut culpa tamen maxime reſpiciat Antonium. Philippus qualem Romanorum, quos ultro irritaverat, expertus ſit clementiam, Juſtinus oſtendit 30. 4. & 32. 2.

Noſtræque cadens ferus Hannibal iræ] Hæc quoque integra & ſana, etſi nonnemo conjecturis ſollicitat. Tacit. de Mor. Germ. 33. *Super ſexaginta millia non armis teliſque Romanis, ſed quod magnificentius eſt, oblectationi oculiſque ceciderunt.* Paſſim tertius ille caſus vel honorem, qui affertur, vel voluptatem, vel & cauſam quamcunque & auctorem rei denotat. Helena de ſe Troad. Sen. 896. *Tibi fluxit Aſiæ, fluxit Europæ cruor.* Senſus eſt, quamvis inſignis eſſet feritate Hannibal, quod reapſe experti eſſent Romani (Petrus Vict. 3. 20.) & in poteſtate Romanorum mortuus eſſet, non laceratum tamen cadaver, ac ludibrio habitum fuiſſe. Ciceroni principi & parenti eruditionis atque eloquentiæ eodem jure uti non licuit!

Non laudabo municipem noſtrum bono verſu] Id eſt, propter bonum verſum. Paulatim hæ locutiones in deliciis eſſe cœperunt, ut ſæculis hoc ſubſequentibus uſque ad nauſeam occurrant. ut ab optimis tamen auctoribus jam initium ſit factum, qui modice ſunt uſi. Livius hac ipſa Suaſor. *Vix attollentes lacrymis oculos homines intueri trucidata membra ejus poterant.* Controv. 1. *Deteſtabili parricidio furvum diem:* ubi lapſi hoc non intellecto eruditi ſunt. Quare illic exempla plura congeſſi.

Atque peregrinum] Id eſt, non Romanum. Apud Sueton. *Peregrinitatis reus*, qui pro cive Romano ſe gerit, cum non ſit. Petronius ſumme laudaturus Virgilium, *Romanum Virgilium* appellat: *Homerus teſtis & Lyrici, Romanuſque Virgilius, & Horatii curioſa felicitas.*

Cui mutus videor] Non videtur intellexiſſe Schottus, cur ex cœtu auditorum ad iſtum recitatum verſum ſe Severus proripuerit: cum his tamen id verbis ſatis fateatur: quæ id ferebant, extincto Cicerone obmutuiſſe eloquentiam Latii: quam cum in ſe ſuperſtitem minimeque intermortuam, aut mutam eſſe judicaret Pollio Ciceronis æmulus & obtrectator, iracundiſſime ea accepit, & recitationi reliquorum Sextilii Henæ verſuum intereſſe noluit. Venit ſimul in mentem hic notandum, quod ſum ſuſpicatus forte mox legendum: *ne intereſſet recitationi reliquorum.*

Pag. 51. *Quo ego à Scholaſticis receſſi*] Ut nec lecturi ſitis hiſtoricorum de Cicerone elogia.

SUASORIA VII.

Pars poſterior.

INtolerabilis in malo ingenio ſel.] Tantum probum cenſeam: *in malo ingenio:* cum id tueantur antiqui codices, & ſenſus, qui eſt in iis, quibus mala mens, malus animus, ferri non poſſe felicitatem. Minime igitur eam in Antonio perferre poſſet Cicero, qui judicii & oris erat liberrimi, & ut ſceleratiſſimum mortalium Antonium deteſtabatur: Sulpiciæ hinc orta indignatio, quod res Romanas inter imperaret indigniſſimus, erupit in Satyram.

Nihilque cupientes magis accendit] Lege: *Nihilque ſuperbientes ea magis accendit.* Et porro: *quam propriæ turpitudinis conſcientia.* Mali, ſi imperent, ſuperbia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

perbia ſolent eſſe graves, & ſævi ea quoque cauſa in bonos, quod male & turpitudinum ſuarum ſibi ſunt conſcii. Audiatur Sulpit. lib. 2 Hiſtor. Sacræ: *Semper inimica virtutibus vitia ſunt, & optimi quique ab improbis quaſi exprobrantes aſpiciuntur.* Add. Tacit. 4 Annal. 33. fin. & Agr. 2. Facit quoque huc locus Ciceronis in Catilin. 1. *Hic tu qua lætitia perfruere? quibus gaudiis exultabis? quanta in voluptate debacchabere? cum in tanto numero tuorum neque audies virum bonum quenquam neque videbis.* Futurum igitur erat, ut Antonius exemplo & animo ſceleratorum ferretur in exitium Ciceronis; & quo prius pertinuit membrum, Cicero indigne ferens fortunam & felicitatem Antonii, quam minime meruiſſet, dictis & ſalibus, quibus nimius erat, illius iram provocaret & indignationem. Hinc additur quoque: *Difficile eſt* ferre Antonium. *non feres, inquam.* Ubi tamen *difficilis eſt* probet quis forſan. *Facilis* deſcribitur à Terentio:

Cum quibus erat, cumque una, iis ſeſe dedere,
Eorum obſequi ſtudiis, adverſus nemini:
Nunquam præponens ſe illis.

Ne propter hoc quidem pertinet multum &c.] Nihil ex præcedentibus in his repetitum, quæ Schotti; nec verba illa quatuor, *pertinet multum à Cicerone*, pro ſuperfluis habenda exiſtimem, quæ ſententia eſt Gronovii. Sed lego: *ne præter hoc quidem pertinet multum ad Ciceronem.* ille *aut.* Et dein: *Ingenium tuum damnas, quod illud Antonius plus odit, quam te?* Viri ſapientes calamitates & ærumnas audent contemnere, tanquam nihil ad ſe pertinentes, qui divitias & felicitatem in animo honeſto ſitas putant, culpam vero tantum & peccatum horribilia & pertimeſcenda judicant. Cic. 5 ad Fam. ep. 17. *Homines ſapientes turpitudine, non caſu, & delicto ſuo, non aliorum injuria commoveri.* unde priora iſta ſatis illuſtrantur. Poſterius membrum expoſitum in nota Gronovii, quamvis aliter legentis, vulgatumque retinentis. Faciunt ad illud hæc Aſprenatis infra: *Ut Antonius Ciceroni parcat, Cicero ipſe in eloquentiam ſuam animadvertet?*

Pag. 52. *Si non civilium cervicibus luderetur*] Ab ingenio hæc ſunt eruditorum. Nam in antiquis eſt: *Si non civili enſe cervicibus luerentur.* alii *lucrentur.* Covarruvianus Schotti nodum mihi ſolvere videtur. aliter quidem ille, & multo auctius, ſed fontem continens veri. Sic autem habet: *Si ſuum in libertate eloquentia, ſi libertas & eloquentia non civili enſe cervicibus luderetur:* unde poſtrema ſcripſerim: *Niſi libertas & eloquentia non civiles enſes cervicibus luerentur.* Nempe nunc ea erant, fuerantque tempora, quæ qui cogitet, reminiſcatur illa Senecæ: *Homicidia compeſcimus & ſingulas cædes? quid bella & occiſarum gentiumglorioſum ſcelus? Non avaritia, non crudelitas modum no[vit]. Ex Senatuſconſultis plebiſque ſciti[s] ſæva exercentur, & publice jubentur ve[ti]ta privatim. Civiles* enim *enſes* acci[] piendi, quibus paſſim cives civium proſcriptorum recidebant capita, u[t] à triumviris gratia iniretur, & præ[] mium nefarium quæreretur. Simul a[d] eos adſpectum intelligimus, qui bell[a] civilia impune moverant. Niſi lege[s] & libertas eſſent oppreſſa, ipſorum, qu[i] nunc proſcribebant, in cervices ſecu[] res juſſu populi diſtringerentur; ne[c] impuniti viverent, quicunque armorum civilium auctores eſſent. Ut hi[c] *civiles enſes luere*, id eſt, bellum civile quod moveris. ita Flor. contraria qua[] dam ratione, 3. 21. *parricidiale bellum ſtringere*, quaſi de gladiis expreſſ[a] eſſet mentio.

Accommoda mihi pauliſper eloq. &c.] Forſan fuerit: *Accommoda mihi pau[]liſper eloquentiam tuam Cicero: nam pe[r]iturum rogo.* Quaſi ſine dubio moritu[]rus ſit Cicero, minimeque ſua com[]buſturus ſcripta, ita loquitur: interi[m] ſatis inculcans, quid illi faciundu[m] judicaret. Cogitaveram etiam: *re[m] perituram rogo.* Plaut. Aul. 1. 2. *Qu[æ] utenda vaſa ſemper vicini rogant.* Sed illud placet magis. Nam ſcripta ſua a[] ſit concrematurus, & monument[]

ele[]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

eloquentiæ ſuæ aboliturus, de eo ſatius eſt accipere, dubitanter dictum paulo poſt: *Ignoſce Cicero, ſi diu iſta narravero: forſitan hoc die noviſſimo audientur.* Quia Antonio ſi præberet ſe dicto audientem, futurum erat, ut eloquentiæ & rerum geſtarum laudem obliteraret. Poſtrema hyperbole ſunt figurata.

Si diu iſta narravero] Quintil. Declam. 1. *Pone menſuram itineris, ſpatium parietis: diu enim in ſecretam domus partem revertendum eſt.*

Pag. 53. *Scio omne pretium*] Malim, *Scito.*

At videris Antonio perſuaſiſſe] Quare ille non in vitam tuam ſævit, ſed in ingenii tui monumenta, quibus immortalis eſſe potes: *Mortem remittit, ut id pereat, quod ſolum in te immortale eſt.*

Multos victuros animi ſui] Veneta: *Multos ea re victuros.* Cogitavi: *care victuros.* nimio rei familiaris aut exiſtimationis cum detrimento. Infra: *Non qualibet mercede vitam redimendam.* Erunt forte, quibus ſuccurrat: *multis care victuris a. l. c. obrepſit.* Aut: *multorum care victurorum animis lucis cont. obrepſit.* quod minime omnium damnem.

Si ſcripta tua combuſſeris] Veneta: *Licet ſcripta tua comb.*

Permitte te populo R.] Antiqui non agnoſcunt *te*. Quare ſcribebam: *Promitte populo R. contra Antonium.* Magis arrideat: *Promittit populus Romanus contra Antonium.*

Supplicium ſummum ingenio Ciceronis] Non dicit, vitæ Ciceronis, quod minus erat. Vere autem *ſummum ingenio*, quia illo ſupplicio ingenii monumenta extinguebantur, ipſumque adeo quaſi abolebatur ac perimebatur.

Utriuſque collegæ mancipium, noſter dominus] Jacet oratio & ſenſus. Vivida erunt omnia, ſi legas: *Utriuſque collegæ mancipium. en noſtros dominos!* Sub quibus tibi exigenda vita, niſi nunc ſumere mavis mortem.

Pag. 54. *Ignoſcentem tibi illum putas*] Non dubito reſcribere, *Ignoſciturum.* quod periit, quia minus intelligebatur. Priſcianus lib. 10. *Quidam tamen contra regulam à præſenti tempore hoc derivatum protulerunt, ignoſco, ignoſciturum. Piſo frugi 2 Ann. Quodcunque deliquiſſet ignoſciturum affirmabat.* Hæc Priſcianus.

A majoribus deſciſcentem] Id eſt, à majorum virtute moribuſque. Quintil. Declam. 12. *Ignoſcite* (manes meorum) *quod ora temeravimus, quod ab homine deſcivimus.* Paſti cadaveribus erant. Iſtis de locutionibus plura vide ad. 1. Declam. Calpurn. Flacci.

Pag. 55. *Promittuntur oblivione nominis*] Lege: *pro oblivione nominis.*

Pati poteris, ut quod in te optimum habes, &c.] Venetus, alii: *Pateris perire, ut quod dico optimum habet ante ſe efferat.* In Cod. Aurelii; pro *dico* eſt *Cicero.* unde legam: *Poteris perferre, ut, quod dicis Cicero, optimum habere te, ante te efferatur?* Vel, *quod Cicero optimum habes.* leviſſima mutatione.

Summæ eloquentiæ pretium erit] Orationis curſus & filum ſubjecit legendum, *ſuumque eloquentiæ.*

Si hæc conditio ei lata fuiſſet] Si mortem tibi conſciſces, ſcripta tua non abolebuntur. Mortem enim ille pro fine vitæ, non pro pœna erat habiturus. Nunc ſi illa exuſſiſſet, præterquam, quod magnam ſe in infamiam erat adducturus, etiam pertimeſcendum erat, ne tamen Antonius in ſcripta ſæviret. Eſt in Veneta quoque *nulla.* nec tamen illud cum Schotto defendam.

Ad illa, quæ Ceſtius dixit] Specioſa, quæ dixiſſe Ceſtium vult, vide ſupra. hic lege, *quin dixit.* Et ſequentia accipe tanquam à Silone Pompeio dicta, in quibus nihil non eſt grave & magni ponderis. Cujus generis pauciſſima etiam in Ceſtianis obſerves, ſed quæ tetigiſſe eum Rhetorem magis, quam tractaſſe manifeſtum ſit.

Multo magis ſeni: ita memoriæ] Lege: *itaque memoriæ.*

Pag. 56. *Tam degenere ſpiritus empti*] Illud *degenere* primum conciliabatur mihi, quod ſimilia cogitabam, *facile, difficile.* Nunc in aliam me ſententiam tranſiſſe fateor; qua emendandum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

dum ſit: *tam de degenere ſpiritus empti.* Tanto intolerabilius, ſi iſtiuſmodi ſub homine *in ſervitute ſeneſcendum* eſſet. Jam ante dixi prætериens *de* paulatim iſto, quo hic vides uſu placere cœpiſſe. add. Gronov. ad Suaſor. 1. Si vulgatum verum eſt, adverbialiter accipe, ut *difficile*, ut dixi, *dulce*, *turpe*, &c. Robert. Tit. ad Calp. Ecl. 4. paſſim apud poëtas, maxime Prudentium occurrit, ſed illud malo. Cicero ipſe lib. 5 ad Fam. epiſt. 6. *Quod ad me pridem ſcripſeras, velle te bene evenire, quod de Craſſo domum emiſſem.* Cato de R.R. *De domino bono colono, bonoque ædificatore melius emetur.* Fortunatianus lib. 1. *Petit pater de viro forti, ut abolitionem judicii peteret.* Item: *pupillus amat meretricem, petit de tutore ut eam ſibi redimat.*

In hoc unum eloquentia utendum] Oratio vult, *cum in hoc unum ſ. ſ.*

Male cum illi ait] Vix dubitem, quin verum ſit: *Male cum illo agi: dari vitam eripi ingenium.* adeo non illi acquieſcendum conditioni, eamque oblatam in parte felicitatis adeo non eſſe ponendam, ut judicandum potius ſit, male cum Cicerone agi. Longe enim aliter ille meritus erat ut haberetur.

Et hæc ſuaſoria inſignita eſt] Schottus *inſignitam* accipit, quod à Criticis notata ſit. Ego cum *inſignitos pueros* appellare meminiſſem Plautum, qui vitio aliquo notabiles editi ſunt vitales in luminis auras, non aliter intellexi (etiam id factum, priuſquam rediret in memoriam iſte Plauti locus, cum primum hunc legerem locum) quam ipſam Suaſoriam hanc ita ab nonnullis tractatam, ut ea, quæ erant dicta, vitioſa, corrupta, inſana dici poſſent. Hanc interpretationem quoque firmat Senecæ filii locus epiſt. 114. de Mecænate: *Non tam inſignita illius verba ſunt, quam cultus, quam comitatus, quam domus, quam uxor.* Qui perlegerint hoc Senecæ opus, minime in dubium id, quod ſentimus, vocabunt.

Dixit enim ſententiam] Eſt quidem αἰτιολογία, cur hanc Suaſoriam *inſignitam* dixerit Seneca, ſed nomen periit illius, à quo inſignitum hoc profectum eſt. An vero fuit, *Dixit enim quidam.* Schottus in membranis ait eſſe, non *enim*, ſed *etiam.* quod non minus eſt commodum.

Pag. 57. *Quid? ita te fruar?*] Quia ſplendido, nitidoque erat veſtitu, & habitu corporis, quare *adoleſcentem ornatum* fuiſſe memorat Seneca; eo hic jocus facilius Ceſtio natus.

Ciceroni etiam infeſtus] Plenus foret: *Ciceroni tamen etiam infeſtis*] Tanto facilius perierit *tamen*, quod litteris tantum duabus in mss. notari ſolet.

Quis vocaretur] Ita amant loqui. Fortunatianus ſæpius ab initio lib. 1. *Hoc Græci quid vocant?* item, *Hac à Græcis quid vocantur?* item, *quid aliud appellatur?* add. Gronov. ad Epiſt. L. Sen. 93.

De corio Ceſtii ſatisfecit] Crediderim manum eſſe auctoris: *Et Ciceroni, ut oportuit, de corio Ceſtius ſatisfecit. Ciceroni*, cujus manes male judicando, & contumeliis Ceſtius læſerat. Si vulgatum quis tueatur, ſenſum tamen ab his non abludentem his abjudicare non poterit. Sed oratio ſic minus eſt elegans & terſa. Plaut. Aſin. 2. 2 10. *etiam de tergo ducentas plagas prægnantes dabo*, &c.

Ubi pietas non exigeret, ſcordalus] *Scordalus* ferox eſt, quique facilis eſt ad verbis verberibuſve ulciſcendum. Sed locus hic refricat memoriam emendationis, quam non ſine voluptate ſum daturus: quippe quæ juveni admodum, cum his ſtudiis, quibus incrementa mea debeo, operam darem apud Gronovium Daventriæ (ô tempus longe jucundiſſimum, cum, ut nunc fit, recordor, nec unquam rediturum!) nata eſt. Fulgentius in d Virgiliana continentia, ubi Cerberum mellitis reſopitum offulis, faciem ad vocatorum (uti nunc vocant) eſſe vult, quorum acceſſu ſapientiæ ferocia remolleſcat: *melle*, inquit, ut nunc legitur, *ſapientiæ, ſcandali dulce ratus reſipiſcat rancor.* Vides *ſcordali* legendum, quod unice probabat Gronovius

novius, cum id temporis oſtenderem, eoque quaſi invento theſauro, pervulgata iſtorum annorum conſuetudine, gauderem.

Cauſam agenti ἀτίμων πατέρων, & cum in quad.] Quantæ molis ſit hunc reſtituere locum ſanitati, ii exiſtimare poterunt, qui periculum fecerunt tentaruntque rem. Ego an verum viderim non affirmem pro certo, id ſcio me reperiſſe, quod non multum abludat à litteris, nec Seneca indignum, aut Ciceroni ſcordalo iſti, aut connexioni filoque orationis minus conveniens ſit. Nempe *Hybreæ* diſertiſſimi viri filio male apud ſe cauſam agenti ait, *μόνος ὁ πατρῴζων*. Senſus Græcorum eſt: *Solus hic eſt, qui imitetur & referat patrem.* Ironica ſunt, & vel de patre Hybreâ, vel ipſius etiam Ciceronis intelligenda. Minus judicabit audaciæ crimen in hac emendatione admiſſum, qui ſciat in aliis etiam eſſe *ἀτιμήτων*, & in Covarruviano obſcuris veſtigiis, *ἀγνωμόνων πατ*. De ſequentibus conjeci: *Et cum in quadam poſtulatione Hybreas pater bis in ſtultos locum ad litteram omnibus agnoſcentibus diceret*, &c. In pleriſque eſt: *Hybreas partibus ſtultorum.* Unde poſſis etiam eadem veriſimilitudine: *Hybreas pater ejus in ſtultos.* Nec quid præferendum ſit ipſi mihi liquere fateor; cum hiſtoria nulla hæc exſtet, niſi in his corruptis. In ſtultos locum accipe, qui eſt in paradoxis, ad quem hic reſpici, non video quemquam adhuc eruditorum dubitaviſſe.

Pag. 58. *Nulla pactione delebo*] Nedum ſua ſcripta Cicero aboleat.

Mortes fœneraverunt] Terent. Phorm. 3. 2. 8. *Fœneratum iſtud beneficium tibi pulchre dices.* Adelph. 2. 2. 8. *Metuiſti ſi nunc de tuo jure conceſſiſſes paululum, atque Adoleſcenti eſſes morigeratus hominum homo ſtultiſſime, Ne non tibi iſtud fœneraret.* Ubi Donatus: *Fœneratum eſt cum lucro redditum & multiplicatum. Fœneraret* ergo non Æſchines, ſed ipſa res, in qua fœneratio. Ita Donatus. Cæterum cum Plinius etiam dixerit, *Fœnerat ſol lumen ſuum reliquis ſideribus*, id eſt, abunde confert, non video cur non ad perſonam in iſtis Terentii *fœnerare* poſſet referri, maxime cum partem etiam priorem interpretationis Donati conſidero. Saltem ad perſonas hic pertinet. nec in eo ſtultitiæ Gargonii ſitum totum vitium exiſtimem judicis ſed Senecæ, quod etiamſi iſtam, quam ego admittere poſſe interpretationem exiſtimo, ſine dubio admittat, tamen his narrandis ineptiſſimum eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

JOHANNIS SCHULTINGII AD M. ANNÆI SENECÆ

Controverſias & Suaſorias, quæ ſuperſunt, notæ & emendationes.

CONTROVERSIARUM LIBER I.

PRÆFATIO.

Pag. 63. S*Enectus incurrit*] Controverſ. 7. *Manus inquit præcidantur, in quam partem corporis durius ſævitia incurrat?*

Pag. 64. *Uſque ad primum recitabam*] Manifeſtum eſt, plane diverſa ſignificatione illud *recitare* hic poſitum, quam eſt in iſtis Suetonii Octavio 84. *Ac ne periculum memoriæ adiret, aut in ediſcendo tempus abſumeret, inſtituit recitare omnia.* Quo etiam ſenſu apud Liv. Cæſar. alios optimos occurrit. Vulgo non pronunciare de ſcripto, ſed memoriter dicere intelligunt. Noſtrum vero hanc vocem pro indifferenti, & quæ in utrumque ſenſum poſſit capi, habuiſſe, ſatis oſtendit infra eadem hac epiſtola: *Aut quod ille fecit, qui recitatum à poëta carmen novum ſuum eſſe dixit, & protinus memoria recitavit, cum hoc ille, cujus carmen erat, facere non poſſet.* quod itidem ab optimis factitatum.

Animum diſſolvit] Languefacit, vim vigoremque eripit. Eodem exemplo, quo corpori humano paralyſis, quæ *reſolutio nervorum* antiquis illis medicis, qui Latine ſcripſerunt, & Senecæ alibi in Epiſtolis, niſi fallor, *diſſolutio*, vires infringit tollitque. Quia autem iſta calamitate tentatis, ſoluta, ſive remiſſa, laxa, ac languida ſunt membra, inde tranſlatum Græcis eſſe videtur, ut ſomnum λυσιμελῆ appellitent. ut & *amorem*. *Venus enervat vires.* Ovid.

Odi concubitus, qui non utrumque reſolvunt.

alius Poëta. Calpurn. Ecl. 5.

Si qua jacebit ovis partu reſoluta recenti.

Prudent. Pſychom.

Imbelleſque animos virtus tepefacta reſolvit.

Idem:

—— Petulanter amœnas
Haurire illecebras, & fractos ſolvere ſenſus.

In Paneg. qui Conſtantino dictus, Maxentium, *detortis ſolutiſque membris fuiſſe.* Arnob. l. 3. adverſus gent. *immundorum quadrupedum ritu in libidinum furias geſtire, cupiditatibus rabidis ire in mutuas complexiones, & ad poſtremum fractis diſſolutiſque corporibus, voluptatis enerva-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ſervatione langueſcere. Cicero de Orat. *diſſipata & inculta, & fluens eſt oratio.* Inde his gemina & apud Latinos, ut apud Flor. 4. 11. de Cleopatra: *Admotiſque ad venas ſerpentibus, ſic morte quaſi ſomno ſoluta.* Languit defecitque cum moreretur, quaſi laberetur in ſomnum. Item Juſtinum 6. 9. *Hujus* (Epaminondæ) *morte Athenienſium virtus intercidit; ſi quidem amiſſo, cui æmulari conſueverant, in ſegnitiam torporemque* (*ſunt*) *reſoluti.* Eleganter, quibus infracta ſua erat fortitudo, eos *reſolutos* dicit, & notabiliter *reſoluti in ſegnitiam torporemque.* lib. 1. 7. *lapſi in luxuriam*, ejuſdem fuerat. Noſter vero infra hac epiſt. *Rurſus cum ſe dimiſerat, in omnes luſus & in omnes jocos ſe reſolvebat.* ubi *dimittere*, pro *remittere*, ut *diſſolutionem*, & *reſolutionem* promiſcue placuiſſe vidimus probis auctoribus. Huc illa etiam referenda Homeri Iliad. ε. 176. Πολλῶν τε καὶ ἐσθλῶν γούνατ' ἔλυσεν. Item 296. Τοῦ δ' αὖθι λύθη ψυχή τε μένος τε. Iliad. ζ. 27. Καὶ μὲν τῶν ὑπέλυσε μένος, καὶ φαίδιμα γυῖα. Add. Iliad. η. initio ubi ſæpius occurrit. item 215.

Illam cum cura ſcrutabor] Magis hæc arridebunt, ſi cogites de ſcrutatoribus, quibus uſi reges; quam in rem egregium præter cætera exemplum eſt apud Juſtin. 38. 1. ubi adi Bernegg. notam.

Si poſſit aliquid præſtare] Hæc legenti redibunt facile in memoriam illa, quæ apud Sueton. Tiberio callida cunctatione ſuſpendenti ſenatum, quamvis infimis obteſtationibus rogante, poſt mortem Auguſti, ut ſuſciperet imperium, cujus ſolus jam tenebat vim, exprobrata coram legimus, c. 24. *Cæteros, quod polliciti ſint tarde præſtare, ſed ipſum, quod præſtet tarde polliceri.*

Pag. 65. *Seriam rem agenti*] Cum declamationes, ſuaſoriæ, controverſiæ exercitationes ſint domeſticæ, quod Calvum ſenſiſſe hac epiſtola refert, & probat, minus mirum eſt, quod earum ſententias rebus ſeriis opponat. Nam & de rebus erant plerumque fictis, iiſque, quæ in rerum uſu non obtinerent. Vide Dialog. de cauſ. corruptæ eloq. item Petron. init. quod paulatim invaluit. Sueton. de Rhetor. cap. 1. & ipſa etiam ſtudia otii ſæpe ſignificantur nomine. Vellei. 1. 14. *Neque enim quiſquam hoc Scipione elegantius intervalla negotiorum otio diſpunxit: ſemperque aut belli aut pacis ſerviit artibus. Semper inter arma ac ſtudia verſatus, aut corpus periculis aut animum diſciplinis exercuit.* Quid? an non & loca ſtudiorum *ludos* vocant, item *ſcholas?* Add. Præfat. 3 Controv. Quo nomine ipſe etiam Cicero controverſias & diſputationes appellat. Nempe ſtudiis iis proluditur rebus ſeriis & veris gerendis, earumque reſpectu potius ocium, quam negocium habentur. Cicero 1 de Offic. *Multi autem & ſunt & fuerunt, qui eam, quam dico, tranquillitatem expetentes, à negotiis publicis ſe removerunt ad otiumque perfugerunt: in his & nobiliſſimi philoſophi longeque principes.* quos etſi conſtat perpetuis ſtudiorum laboribus tranſegiſſe vitam, tamen deinde non ſemel *otioſos* nominat. Plin. 1. epiſt. 6. *Apros tres, & quidem pulcherrimos cepi. Ipſe? inquis. Ipſe, non tamen ut omnino ab inertia mea & quiete diſcederem*, id eſt, à ſtudiis, exponente Buchnero, quem adi. Quo autem magis intelligatur non temere me de ſcholis & ludis interpoſuiſſe mentionem, vide apud Suetonium libello de claris Rhetor. Senatuſconſultum contra Rhetoras olim Romæ factum, ubi eorum inſtitutio & loca, ubi docebant, *ludi* appellantur: cap. etiam de Epido Rhetore: *Ludum docendi aperuit.* Nec eo tamen nomine ſtudia Rhetorices & declamandi vel illi contemſerunt, vel nos contemnere debemus. Noſter ipſe in epiſtola ſecundi Controverſiarum: *Sed proderit tibi in illa, quæ tota mente agitas* (flagrantiſſimo ſtudio complectebatur eloquentiam) *declamandi exercitatio.* Quod deinde oſtendit exemplo Fabiani, ſummi Philoſophi, Rhetoris, & Oratoris. Suetonius quoque Senatuſconſulto, quod dixi, ſtatim ſubjicit: *Paulatim & ipſa utilis honeſtaque*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ſtaque apparuit : multique eam præſidii cauſa & gloriæ appetiverunt. Quod etiam à maximis & ingenio & dignitate viris, ut Cicerone, ut Auguſto, aliiſque, cum eſſent jam ætate grandes, in ipſa etiam occupationum mole & periculis adeo bellorum, factitatum ibi docet. Ipſum locum videre operæ pretium eſt. item Quintil. Inſtit. 10. 5. Lactantius de ſe fatetur lib. 1. Divinar. Inſtit. cap. 1. *Multum tamen nobis exercitatio illa fictarum litium contulit, ut nunc majori copia & facultate docendi cauſam veritatis peroremus.* Juvenes ſacris operati locum totum velim conſiderent. &, ſi id à ſe impetrare poſſunt, Lactantii judicio ſuum ſubmittant.

Circa Ciceronem effloruit] Ita & Vellei. 1. 17. *Nam niſi aſpera ac rudia repetas, & inventi laudanda nomine, in Attio circaque eum Romana tragœdia eſt.* Paulo poſt etiam ſimilia his Senecæ de temporibus Ciceronis reperies.

Adoleſcentium ſpecimen] Præter id quod vulgo non eſt ignotum, ſæpe, ut & hoc loco, *ſpecimen* vocant, rem aliquam inſignem & ſingularem, qua quis ſit conſpiciendus proprieque æſtimandus, quaque ſe jactare vel poſſit vel ſoleat. Senec. Phœn. 184.

Non te ut reducam veteris ad ſpecimen domus,
Habitumque regni flore pollentem incliti,
Peto.

Thyeſte 224. *ſpecimen antiquum imperii Fraude eſt adeptus.* intelligit aureum arietem, cujus poſſeſſor regnabat. Vide ipſum locum. Interpretatio noſtra egregie firmatur illo Virgilii 12. 162.

Quadrijugo vehitur curru, cui tempora circum
Aurati bis ſex radii fulgentia cingunt,
Solis ubi ſpecimen.

Item illo Ammiani: *Cteſiphon, quam rex Pacorus incolarum viribus amplificatam & mœnibus Græco indito nomine Perſidis efficit ſpecimen ſummum.* Quæ loca Gronovio debere me fateor. Apul. 1. Metam. *Nam & majorem domum dignatione tua feceris, & tibi ſpecimen glorioſum arrogaris, ſi contentus* lis *lare parvulo.* Generalius vox ſpecimen in Senec. Med. 388. *omnis ſpecimen affectus capit*, id eſt, ſpeciem, ſignum, colorem. Nonius *ſpeciem* exponit *ſpecimen, exemplar* adducens ex Lucillio, *ſicuti te, quem aquæ ſpeciem vitæ eſſe putamus.* uti legendum cenſet Douſa. Hoc obiter.

Pag. 66. *Tantum mali permittant*] Si Manuſcripta, *permitterent*, non delerem illud, *permittant*. Nam & Controv. 1. *Interrogat quam diu rogaverit* (pater) *ne dii iſtud nefas patiantur, ut diu rogaverit.* & præterea ſi abſit ea vox, puto aliquid eſſe minus Senecæ genio conveniens.

Pag. 67. *Talia habent exempla*] Quod Salmaſius notat ad hiſtoriam Auguſtam in vita Alexandri Severi, *habere*, antiquos paſſim pro *avere* ſcribere. Quod ante eum jam etiam docuerat ocellus Juriſconſultorum Cujacius 1 Obſ. cap. 15. id apprime utile eſt hic meminiſſe: nec enim aliter hoc loco quam *avent* eſt accipiendum iſtud *habent*. *Talia habent exempla.* molliter nempe & ne virili quidem ratione vivendi. Ita obſervavi apud Valer. Flaccum. 1. Argonaut. 672. *Tollique viciſſim Pontus habet.* Idemque ad exemplum putabam poſitum in iis Plautinis, quod primus, niſi fallor, moneo Aulul. 3. 6. 5. *Præ re nitorem, & gloriam præ copia, Qui habent, meminerint ſeſe, unde oriundi ſint.* Ruſtica ut ratione increpet Megadorum, qui cenſuerat aliquanto facturum eum rectius, ſ *nitidior ſit filiæ nuptus*, quaſi magis cu ret nitorem & gloriam, quam rem familiarem, quæ illi tanta non ſit quantos velit nunc fieri ſumptus: qua re facile ſit futurum, ut vana oſtentatione ſuas fortunas perdat. Quo per tinent illa moroſiſſimi ſenis: *meminerint ſeſe unde oriundi ſint.* Quamvis enim divitem eſſe ſciret Megadorum, & ſummo loco ortum, tamen ingeni ſuo ſatisfacere non potuit, quin iſtu erumperet. Mox mitior tamen, u ſolent iſti homines vario eſſe animo ſubjungit: *Neque pol, Megadore, mih neque cuiquam pauperi Opinione meliu*

res ſtructura eſt domi. Priuſquam iſto à Plauti loco abeam, non poſſum, quin in tranſitu moneam, *gloriam* poëtæ illic eſſe *ſplendorem corporis & veſtium:* qua ratione animadverti apud Divum Lucam δόξαν etiam occurrere. Nam cap. 9. cum §. 29. dixiſſet: Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ προσεύχεσθαι αὐτὸν τὸ εἶδος τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἕτερον, καὶ ὁ ἱματισμὸς αὐτοῦ λευκὸς ἐξαστράπτων; ſubjicit v. 32. Διαγρηγορήσαντες δὲ (Πέτρος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ) εἶδον τὴν δόξαν αὐτοῦ. Sed iſtuc revertor: *habet* pro *avet* etiam Senec. epiſt. 88. *ſingulas habet circumire virtutes. havet* vellet Pithæus cura ſuperflua. Nihil iſti loco credo deeſſe, niſi quod *animus* exciderit, quod in fine vocis *ſingulas* abſorptum videtur. Locus vero Senecæ, quem cum maxime illuſtratum volumus, apertior ſit forte & melius habeat, ſi legas in iis, quæ ſequuntur, *queis talia ingenia.* Si vulgata retineantur, *ſunt* inſerendum erit, aut intelligendum.

Non dico magnis viribus] Malim, *virtutibus.* quod ſæpius hac epiſtola eo occurrit ſenſu. Ut, *Video vos, juvenes mei, plus juſto ad hanc ejus virtutem* (memoriam ſummam) *obſtupeſcere.* Item: *Putant enim fortiter quidem, ſed parum ſubtiliter eum dixiſſe:* Cum in illo ſi qua alia virtus fuit, etiam ſubtilitas fuerit. Item: *in illo cum omnes oratoriæ virtutes eſſent.* ita apud Terent. *ars: Quid eſt, quod tibi mea ars efficere hoc poſſit amplius.* Ita apud Cic. in Bruto *laus. Ser. Fabius pictor & juris & litterarum & antiquitatis bene peritus. Quintuſque Fabius Labeo fuit ornatus iiſdem fere laudibus.* Item: *cum duæ ſummæ ſint in oratore laudes, una ſubtiliter diſputandi ad docendum, altera graviter agendi ad animos audientium permovendos.* Item: *Fuit igitur in Catulo Sermo Latinus, quæ laus dicendi non mediocris ab oratoribus pleriſque neglecta eſt.* Item de Antonio: *Neque tamen eſt admodum inquinate locutus, ſed illa, quæ propria laus oratoris erat in verbis.* Ita enim lego. Lambinus nimium turbat.

Quis eſt, qui nunc memoriæ ſtudeat?] Adſpectum ad memoriam artificialem, quæ jam inde antiquiſſimis à temporibus nota & exculta fuit: cujus adminiculo ita multa tenere poterant, ut res miraculo eſſet. Exempla ipſe Seneca hac Præfatione dedit. Primus hanc artem ut volunt oſtendit Simonides. Vide Fortunatianum lib. 3. Quintilian. 11. Inſtit. cap. 2. Cornific. ad Herenn. lib 3. Cicero Lucullo ad l. 1. init. & partition. p. 543. Hæc ſcripſeram, cum intellexi longe etiam alium horum verborum eſſe poſſe ſenſum: Nempe quis eſt, qui nunc ſtudeat memoriam ſui quam maxime longam efficere. Marius enim Victorinus ad iſta Ciceronis Rhetor. 1. *Et ſibi victu fero vitam propagabant. Omnis ſapiens*, inquit, *memoriæ ſtudet, illi, in quibus vis animi mole corporis oppreſſa delitescit, non memoriæ ſtudent, ſed ferino ritu ſubſidia ſolis proſpiciunt diebus.* Sic Salluſtius: *Et quoniam vita ipſa, qua fruimur, brevis eſt, memoriam noſtri quam maxime longam efficere convenit, non pecorum more vivere, quæ natura prona atque ventri obedientia finxit.* Ut iſti homines fuerunt, qui ſibi victu ferino vitam propagabant.

Sacerrimam eloquentiam] Elegantius ſit ac plenum: *Sacerrimam rem eloquentiam.* Et ita Senecam credo ſcripſiſſe. In fine epiſt. fuit quondam: *Scio quam odioſa ſit Circenſibus pompa:* nunc *res* additum, minore, quam hic neceſſitate; niſi quod affirmant veterem eam lectionem eſſe.

Pag. 68. *Vulgo de alio*] Conjunctione inſerta legam: *vulgo & de alio:* ſic tollitur, quicquid in his manci eſt.

Vivam vocem] Hoc ejuſmodi eſt, quale illud Catonis, epit. Livii 49. *Reliquos, qui in Africa militarent, umbras militare. Scipionem vigere.* In quibus ſi manuſcripta ſuffragarentur, legerem, *ut umbras volitare.* Sed de his amplius Suaſ. 6. *Jam Caſſius Severus aiebat, alios declamaſſe, Varium Geminum vivum conſilium dediſſe.* Pertinet etiam ad hæc Senecæ, quia hiſtoria ſimilis eſt, quod proditum à Suetonio, de Imperatore Auguſto cap. 18. *Per idem tempus conditorium & corpus Magni*

Alexan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Alexandri, *cum prolatum è penetrali ſubjeciſſet oculis*, *corona aurea impoſita ac floribus adſperſis veneratus eſt: conſultuſque*, *num & Ptolemæum inſpicere vellet*, *Regem ſe voluiſſe*, *ait*, *videre*, *non mortuos.* Quaſi Ptolemæi, qui turpiſſimam plerique ignavia & ſceleribus egere vitam, nunquam vere vixiſſe judicaret. Hic eleganter Ciceronis tantum *vox viva* habetur, quia illius eloquentia multum ſupra cæteros omnes omnibus oratoriis virtutibus inſtructa fuit.

Græcum quidem eſt] Inducendum illud *eſt*, quia redundat, turbatque orationem; quæ præterea etiam laborat prava interpretatione: ſcribendumque, *Hoc vero alterum nomen Græcum quidem*, *ſed in Latinum ita tranſlatum*, *ut pro Latino ſit*, *Scholaſtica controverſia multo recentius eſt. Sicut ipſa declamatio apud nullum auctorem antiquum*, &c. Miror vulgatam lectionem uſque adhuc locum tueri potuiſſe, cum ita ad manum eſſet vera. Aliquid hoc tamen de loco tentavit Gronov. ad Controverſ. 11.

Pag. 69. *Declamationem diſtinguit*] Monet Pincianus veterem lectionem eſſe *diffinit*. Schottus quoque in aliis eſſe *definit*. Quod minime temere factum attendenti parebit: non quod *diſtinguit* male habeat, illique *definit* ſit ſubrogandum: ſed quia ſequitur & definitio declamationis & diſcrimen præterea, quo illa ab orationibus diſtinguitur. Quare non dubito quin fuerit: *Declamationem definit & diſtinguit. Diſtinguere* ita eſt in fin. Suaſ. 1. Obiter moneo *diffinire*, vel *definire* promiſcue reperiri apud antiquos. Vide Sulpit. Victorem ab initio.

Non mediocriter dicere. Bene] Peſſime hæc corrupta. In editione Veneta anni cIↃ cccc xxii, legitur: *non mediocriter dicere bene*. Dalechampius & Pincianus jam in hoc loco hæſerunt, & emendare quidem illi voluerunt, ſed irrito conatu, niſi fallor. Saltem meam cum illorum emendatione non dubitem contendere; quæ eſt: *Ait enim*, *Declamare eſt jam*, *mediocriter dicere non bene: & alterum putat domeſticæ exercitationis eſſe*, *alterum vero actionis.* Ita omnia cohærent & perſpicua ſunt. Illud *jam* retraxi à voce *mediocriter*, quia ſuadebat ratio, & quia obſervabatur animo illud Ciceronis in Bruto: *Commentabar declamitans* (*ſic enim nunc loquuntur*) *ſæpe cum M. Piſone*, *& cum Q. Pompeio.* Non eſſe autem ſcribendum cum Pinciano, *illud vero actionis*, judicabit, quiſquis viderit, quæ diximus ſupra ad illa: *Aliquando etiam ſeriam rem agenti & occupato*, *ſententia diu fruſtra quæſita intempeſtive moleſta eſt.* Sequentia levi interpunctionis mutatione magis connecte, ut ſit: *Modo nomen hoc prodiit*, *nam & ſtudium ipſum nuper celebrari cœpit.* Omneſque ſublatæ erunt difficultates. Annon adhæc pertinet egregie locus Marii Victorini in 1 Rhetor. Ciceronis. Ubi ait: *Dicendum etiam videtur*, *quæ diſtantia ſit inter Rhetorem*, *Sophiſtam & Oratorem. Rhetor eſt*, *qui docet literas atque artis traditor eſt eloquentiæ. Sophiſta eſt apud quem dicendi exercitium diſcitur. Orator eſt*, *qui in cauſis privatis ac publicis plena ac perfecta utitur eloquentia*, &c.

Pag. 70. *Diſpenſare vires*] Id eſt, eas moderari, nimios illarum impetus cohibere. Lucius in ep. 88. *Temperantia voluptatibus imperat*, *alias odit atque abigit*, *alias diſpenſat & ad ſanum modum redigit. Diſpenſare bella*, apud Juſtin. 7. cap. ult. qui cavet ne ſimul in eum erumpant.

Non latus ambul.] Ut oſtendatur, quod & propoſitum auctori, corporis egregie ſolidi Latronem fuiſſe, puto rectius ſcribi: *non ea latus*, *ſed ambulatione reparare.* Vide Fortunatianum p. 77. ante m. unde patet hunc locum recte habere. Cogitavi etiam quia in antiqua illa Veneta & aliis nonnullis eſt: *non ſudorem olei unctione diſcutere*, num forte fuiſſet: *non ſudorem balneo* (an *lotione*), *non unctione latus*, *ſed ambulatione reparare*. ita omnia ſine dubio magis rebus convenient. Vide Quintilianum: & Fortunatianum pag. 820. & 76. *Latus reparare*, quod languit

languit à cibo, aut ſomno, aut lucubratione.

Pag. 71. *Ab ipſo ſtatim cibo*] Quid ſi *lecto*? Adde Caſaub. ad Sueton. Auguſt. 78. Propius literas earumque ſonum acceſſerit *libro*, vel *ſtylo*. an à cibo poſtquam ſolverat jejunium? non mutem *cibo*. Vide Quintilian. 11. Inſtit. 3. pag. 820. & C. Fortunatianum p. 76.

Qui ſcripta ſua torquent] Infra: *Non placebat illi orationem inflectere, nec unquam recta via diſcedere.* Item: *Summam quidem eſſe dementiam detorquere orationem, cui rectam eſſe liceret.* Quod autem hîc eſt, *torquere, detorquere, inflectere orationem*, id Ciceroni eſt, *calamiſtris eam inurere.* Qui & ipſe rectam eopſe in loco unice probat, ac ſemper ſecutus eſt. Cujus exemplum nobis ſolum in dicendo placere debet: atque utinam exprimere poſſemus!

Se ſcribere in animo] Non minus egregium illud apud Terent. Andr. 1. 5. *O Myſis, Myſis, etiam nunc mihi ſcripta illa dicta ſunt in animo, Chryſidis de Glycerio.* Cicero 4 Acad. quæſt. de Lucullo: *itaque ut litteris conſignamus, qua monumentis mandare volumus, ſic ille in animo res inſculptas habebat.* Diverſa hæc ſunt ab iis Platonis Æſchylique, quæ pro frigidis damnantur ab Longino cap. 3. & qui Fabro ad eum auctorem egregie ſcripſit.

Pag. 76. *Diem ducere*] Plurimum negocii objecit hîc mihi locus, & dubito tamen uſque adhuc, quid pro vero amplectendum ſit. Nam & poteſt fuiſſe: *cum vix jam cœpiſſet dies illucere.* Poteſt & aliqua ratione credi, quod recte ſenſerit Rudolphus Agricola, qui vellet, *cum jam cœpiſſet diem dicere.* Quia Juvenalis ſcripſit: *lætam fecit cum Statius urbem, Promiſitque diem.* Sane conventum Rhetorum quoddam judicium fuiſſe non falſo quis ſtatuat: nam ſi uſquam, illic ſtrictiſſimo judicio agebatur. Et qui vocabantur aut provocabantur ad edendum apud eos ingenii & ſtudiorum ſpecimen, iis poſſet non ineleganti ratione dici, quod *dies ſit dicta*. Sed Juvenalis, *promittere diem*, aliter tamen accipiendum judico, quam vel Rudolphus Agricola, vel alii perceperint; patetque *diem* eſſe recitationem, carminum nempe: qua ratione *Cannenſis dies* pro clade illius diei, Flor. 4. 12. & Suaſ. 4. *Pleroſque dixere victuros, & nihil metuentes oppreſſit dies.* ubi κατ' ἐξοχὴν pro die emortuali. & ἀνθρωπίνη ἡμέρα pro humano judicio apud Divum Paulum, 1 Corinth. 4. 3. Quod ſummus Caſaubonus obſervavit. Euripid. Phœniſſis 544. τῷ πλέον δ' αἰεὶ πολέμιον καθίσταται τοὔλασσον ἐχθρᾶς δ' ἡμέρας κατάρχεται, *incipit pugnas & bella.* Qua ratione quis *diem dicere* in iſto Juvenalis exponere poſſit? Ita tamen, quomodo dixi, ſenſum habebunt. Sed verum uti fatear, dum diu in his hæreo, ſæpe prope abſui, uti crederem in hoc loco ſcribendum, *condicere diem*, nam & is ordo verborum in veteri illa Veneta. Notum eſt illud Plauti Curcul. 1. 1. 5. *Status condictus cum hoſte intercedit dies.* & quid Juriſconſulti patrum memoria & Theophilus olim ad §. 15. Inſtitut. de action. ſint commentati. Theophili tamen adſcribere locum haud abs re erit, quia omnia huc facientia, quæ prodita ab antiquis & recentibus ſunt, complectitur. Ita igitur habet. Condicere ἐστὶ κατὰ τὴν ἀρχαίαν διάλεκτον, τὸ παραγγεῖλαι. πάλαι γὰρ ὁ ἔχων δίκην πρός τινα παρήγγειλε αὐτῷ, ὅτι ἐλθὲ τῇδε τῇ ἡμέρᾳ, ὡς δικασόμενος μετ' αὐτοῦ. *Condicere priſca lingua eſt denunciare. Nam qui olim cum aliquo litem habebat, denunciabat ei, ut illo die ad judicium accipiendum adeſſet.* Quæ ſi quis viderit, utcunque conjecturam noſtram putet paulo eſſe audaciorem, non id judicabit tamen, niſi profanus noſtrorum ſacrorum ſit, ſi ab eo more petiſſet tranſlationem Seneca, abſurde eum facturum aut non commodius adeo ita ſcripturum fuiſſe.

CONTROVERSIA I.

Immodeſtis largitionibus] Id eſt, immodicis. Plaut. Pænul. 1. 1. 25. *Amo immo-*

immodeſte. Bacch. 4. 3. 2. conjunxit: *Sine modo & modeſtia ſum.* Amatoris itidem verba amore quaſi furentis. Furioſis autem comparantur prodigi, quorum ſunt, quas Latro hic *immodeſtas* vocat *largitiones.* Ulpian. in l. 1. D. de curat. fur. illi ſunt, *qui neque tempus, neque finem expenſarum habent, ſed bona ſua dilacerando & diſſipando profundunt.* In quibus *finem* intelligas non inepte *modum*. Cum ea promiſcue ponant auctores. Virgil.

Sed quis erit modus? aut quo nunc certamine tanto?

Seneca junxit Herc. fur.

Jam ſtatue tandem gravibus ærumnis modum
Finemque cladi.

Ut autem apud Romanos prodigis interdictum bonis: ita apud Græcos juſte ii abdicari potuerunt. Nep. Them. init. Quintil. 375. Add. Ærod. ad declam. 260. Quintil.

Cum vetaret me] Non neſcio, *cum vetaret me pater*, Latine dici: Nam & Seneca filius Herc. OEt. 150. *Et ſolem vetuit Delia tardior.* Noſter ſuperiori epiſtola: *Jam vero cum rem inimiciſſimam corpori faceret, vetari nullo modo poterat.* Contr. 8. Aſprenas; *Senator poſt ſexageſimum & quintum annum in curiam venire non cogitur nec vetatur.* Tamen ſuſpicor hæc non habere ſatis recte, particulaque inſerta, ſupplendum, atque emendandum ut ſit: *Cum ventitaret ad me pater, & aiebas; Ipſe mihi cum egerem, alimenta non dabat: eo jam perductus erat*, &c. Nihil in his quenquam turbet, quod conjunctio diverſos copulet modos: Non id inſolens eſſe antiquis jam demonſtratum ab aliis. Vide Voſſ. de conſtruct. cap. 67. Hæc jam illeveram chartis, cum vidi aliam etiam eſſe ac commodiorem huic loco ſuccurrendi viam; qua erit: commiſſis his periodo præcedenti: *Quicquam unquam immodeſta largitione effudimus, id omne conſumebatur in alimentum duorum ſenum, cum vetaret me pater.* Significans, etiamſi ſenibus quibuſcunque egeſtate circumventis & preſſis, ea præſtitiſſet officia, quorum nomine eſt abdicatus, [...] tamen juſtam abdicationis cauſam eſſe non potuiſſe. Infra: *Quamvis filius familiæ ſim, licet mihi & ſtipem porrigere mendico.* Jam vero *magna fuit capitis quondam reverentia cani:* nam & *Credebant hoc grande nefas & morte piandum, Si juvenis vetulo non aſſurrexerat* [...] Quare non ſuo caret judicio & acumine iſta oratio. Sequentia fuerint [...] *Quando cum aiebas. Ipſe mihi c. e. a. n* [...] *dabat: eo jam perductus erat* &c. quo[...] ſupra jam vidimus.

Ecce oppreſſit increſcentem] Non dubito fuiſſe: *Ecce oppreſſerit mors eſurien*[...]*tem, quid acturus es?* Aurelius ſuo i[...] codice reperiiſſe videtur *mocreſcentem* [...] in quibus expreſſiora etiam iſtorum [...] quæ diximus, verborum, apparent ve[...]ſtigia. Ut ſua tamen cuique mane[...] laus, iſtud *mors* jam viderunt Schot[...]tus & Aurelius.

Quis rogatus eſt?] Lege, *rogatus es* [...] & mox, *alere non potes?*

Blandimentum in ſtipem perd.] Ade[...] elanguit fame. Infra Argentarius i[...] deformat, quaſi fuerit; *tenui atque e*[...]*ſa jejunio voce, ut vix exaudiri poſſet.*

Pag. 77. *Nec eo quidem*] An, *nec* [...] *eo quidem?* fratre ſcilicet tuo, qui [...] alere egentem noluit.

Præſentes habemus deos] Vallius S[...]riacus inferius: *Liquet nobis deos eſſ*[...] *qui non aluit, eget. qui in domum ſua*[...] *fratrem non cœpit, in publico manet.* N[...]tabile illud *præſentes dii*, quod ja[...] expoſuerunt alii. Rarius illud Flo[...] 4. 7. *Nihil illo præſentius, quod Cæſa*[...] *medicus ſomnio admonitus eſt, ut Cæſ*[...] *caſtris excedere, quibus capi imminebat*[...] In quibus *præſens* eſt, quod demo[...]ſtrabat deos præſentes ſive propiti[...] eſſe Auguſto, illiuſque gerere cura[...] cujus oppoſitum *longe eſſe.* Poët[...] *Longe illi dea mater erit.* Iſtis gemi[...] etiam ſacræ ſuppeditant litteræ, u[...] Deus Opt. Max. filium ſuum, & ipſu[...] æternum Deum, per quem nos [...]vavit, Emmanuël vocat, interp[...]tans, quod ſit *Deus nobiſcum*, qui cu[...] deinde in cruce opus noſtræ perage[...] ſalutis, iramque Patris & graviſſim[...]

dolo[...]

dolores pro peccatis noſtris ſuſtineret, quaſi longe illi jam eſſet Pater, exclamat: *Deus mi, Deus mi, cur me deſeruiſti?* Sed ad illud Flori revertor, apud quem eodem cap. *imminentia deſtinatæ cladis ſigna*, ſunt, quæ imminentia oſtendunt, ſimillima ratione, qua illud *præſens* poſitum ab eo vidimus. qui & 2. 7. *manifeſtam victoriam* manifeſte ſigniſque haud dubiis ſignificatam appellat. Sed hæc ὡς ἐν παρόδῳ.

Iterum do pœnas: egeo] Mallem cum antecedentia conſidero: *igitur nunc do pœnas: egeo.* Eget autem, quippe abdicatus, qui domo atque opibus paternis exuebantur, nec iis uti poterant. Dionyſius 2. 27.

In cætera odium] Cum quantum ad reliqua, diſſentiant quam maxime. Odium cum animorum diſſenſione ſi inter homines exerceatur, ſemper conjunctum eſſe nemo ignorat.

Faciam hoc, quod vultus] Lego: *Facinus hoc, quod vultus quoque veſtri notantur.* In quibus nempe manifeſtiſſime odiorum, quæ vos fratres geritis in pectore, apparent argumenta.

Fœderi medium pignus] Fœderum pignora ſunt obſides. quod præclare ſignificat Sueton. in Aug. cap. 22. *A quibuſdam vero novum genus obſidum fœminas exigere tentavit, quod negligere marium pignora ſentiebat.* Paneg. Mam. Jul. cap. 3. *eas illi in te odii fuiſſe cauſas, quæ amoris inflammatrices & fidei obſides eſſe debuerunt.* Si *pignora* dixit, res rediret eodem. Liv. 2. 13. *Romani pignus pacis ex fœdere reſtituerunt.* Obſidem nempe Clœliam, quæ elapſa erat, Porſenæ. quod inde petitum, quia pignora, quamdiu quidem ea noſtra ſunt in poteſtate, nos præſtant de eo quod debetur nobis certos & ſecuros. Unde Sen. Herc. OEt. 490. *Illic amoris pignus Herculei latet.* & in Octavia 275. *liberi pignus pacis.* Flor. 1. 2. *Ancilia atque Palladium, ſecreta quædam imperii pignora.* Infra Controv. 3. *Veniet ad colendum Romani imperii pignus* (focum Veſtæ) *etiamſi non ſtupro at certe carnificis manu inceſta.* Quam ad ſuperſtitionem reſpexerit Cicero pro Sextio, ſalſe ridens gravitatis ſpeciem, quæ erat in vultu Piſonis. in quibus ſimul quoque ſunt ad hanc rem accommodata: *Nam,* inquit, *quid ego de ſupercilio dicam, quod tum hominibus non ſupercilium, ſed pignus reip. videbatur. tanta erat gravitas in oculo, tanta frontis contractio, ut illo ſupercilio Reſpub. tanquam Atlante cælum niti videretur.* Quæ poſtrema fluunt ex iis, quæ præcedunt, *pignus reip.* quia pignore nitimur, idque cauſa eſt, quamobrem non metuamus fraudem aut damnum. Cui rei cum & obſides accipiantur, cum fœdera facta ſunt, pignora ii non ſine gravi cauſa appellantur, ut vidimus. In his vero Latronis ab ipſis obſidibus petita tranſlatio videtur, nec aliud ſignificari, quam iſtis Flori 4. 2. *quæ* (Julia filia Cæſaris) *nupta Pompeio generique ſocerique concordiam matrimonii fœdere tenebat.* nempe illa conjugio ſuo pignus inter iſtos duos erat concordiæ: fœdus matrimonii iſtius cauſa erat, cur fœdus concordiæ inter Cæſarem & Pompeium ſervaretur: id velit hic quoque filius, ut ſui reſpectu duo hi patres reconciliata gratia in poſterum vivant concordes, nec rurſus rupto amicitiæ fœdere diſſenſionibus & odiis inter ſe collidantur. ipſe inter eos concordiæ fœdus & vinculum ſit. Non eſt illud quoque temere, quod dixit, *me medium pignori fœdus addite.* Quanquam enim poſſet id abeſſe, amant tamen ſæpe ita adjicere. Flor. 4. 2. *Cum Ptolomæus rex Alexandriæ ſummum civilis belli ſcelus peregiſſet, fœduſque amicitiæ cum Cæſare medio Pompeii capite ſanxiſſet.* Quintilian. *Media cœnæ fide*, id eſt, ea interveniente. Propert. 2. 9.

Mihi ſi media liceat pugnare puella.

Qui illum vidit] Lege: *Tanquam modo non ſit, qui iſtum viderit.* Meum iſtum patrem adoptivum, paulo ante mendicum, nunc opibus ſuperbum ac nimium. Quod convenit exemplo Marii, de quo præmiſit. Infra: *Interrogo vos judices, quid facere oporteat?* nam iſtum non interrogo patrem adoptivum. Si tamen *illos* hoc legamus in

loco, ſententia id probabit continuo ſequens; & illud præterea Aſprenatis paulo poſt: *Nec circa plura inſtabilis fortunæ exempla te mittam: vide quis alimenta rogetur, & quis roget.*

Pag. 78. *Quædam accedunt nova*] Facili mutatione reſtitui locus hic poteſt: veluti ſi ſcribas: *quænam acciderunt nova?* poſt adoptionem. ut ſint filii hæc interrogantis, cujus & ſequens eſt oratio. Ubi velim: *Et quidem novum illud non miror, quod miſericordia objicitur:* (nam id mihi jam olim factum à patre naturali) *illud miror, quod hic objicit:* qui pro ſumma virtute miſericordiam in me amplexus eſt, illiuſque cauſa me adoptavit. Infr. *Hoc tibi vitio, pater, placui.* Ad priorem emendationem pertinent illa Argentarii: *Nihil interim novi facio: ſcis me & priori patri non paruiſſe.*

Uterque me amat] Commodius *amavit.* & mox, *deſideravit,* prohibuit: quemadmodum & paulo poſt *tranſit,* pro *tranſiit.* quod ita quoque mutandum ad finem controverſiæ; ita *movet* pro *movit,* ſæpius etiam in colore, quam notarunt eruditi.

Circa plura &c. *mittam*] Mallem, *Circum.* Ut, *circum inſulas mittere, circum tribus,* & ſimilia apud Livium, Suetonium, alios aſſiduos auctores occurrunt.

Filium perdidit] Cætera infortunia ſecuta: quod & tibi forſan imminet.

Per patrem rogat] Ita tu tuum illum patrem cernas quam diutiſſime incolumem ſecundiſſimaque fortuna utentem.

Venit ignotus] Lege: *Venerit ignotus ſenex: nolo tranſire jacentem,* id eſt, inciderim iſtiuſmodi in ſenem. Senec. Agam. fin. *Veniet & vobis furor.*

Per patrem rogat] Qui cogitet, qua ratione & brevitate ſcribi ſoleat *pater,* is mihi concedet particulam *per* facillime vocem iſtam potuiſſe excludere. qua reſtituta ſi legas: *pater per patrem rogat,* ſenſus ſit apertiſſimus, uniceque cohærebunt ſequentia. tantum illud *ſuum* mutandum, ut patet, in *tuum.* De voto hoc patrum vid. Schott. ad Controverſ. 27. Senec. Conſol. ad Marc. cap. 1. & ibi Lipſ. Commentar. etiam ad Plauti Aſin. 1. 1. quæ petita ex Gruteri 4 ſuſpicion. init. Aliquid & nos contulimus ad Declam. 1. Quintil.

Quid hoc eſſe dicam?] Suſpicetur quis hæc alterius eſſe Rhetoris.

Pag. 79. *Parcite. Jactatus*] Ne priori periodo quid deeſſe, poſteriori vero diſſolutæ videantur ſcopæ, lege: *Aut ſi tum pertinacia placent odia, parcite jactato inter duos patres. Utriuſque filius* &c. Ad illud *jactato* reſpiciunt, *poſitus inter duo pericula.* Flor. Præfat. *Tot laboribus periculiſque jactatus eſt.* Epitome tamen, fateor, ut hac de conjectur dubitem, facit. Cogitandum tamen.

Divitem te relinquo] Non exhauri te mea miſericordia, nec ad inopiam redigo.

Uterque me aluit] Quod etiam in ex traneos nobiſque adeo incognitos con ferimus beneficium. Iſtud vero, *Quan tum eſt,* intelligo, *Quantulum eſt.* Quo modo apud Velleium 1. 16. *Philoſo phorum quoque ingenia Socratico ore de fluentia, omnium, quos paulo ante enum ravimus, quanto poſt Platonis Ariſtotelis que mortem floruere ſpatio?* Plaut. Capt Prolog. *Homunculi quanti ſunt, cum r cogito!* Ita & in Rud. 1. 2. 66. L. Se nec. ad Helviam Matrem cap. 9. *Dum animum ad cognatarum rerum conſpectu tendentem in ſublimi ſemper habeam quantum refert mea quid calcem?*

Timeo ne iſte] Plenum: *Timeo, ne ſi quod iſte prior egere cœperit.* & ita leger dum judico.

Quid objicis pater] Quia ſubjungit *Scio quendam in hac civitate propter iſtu crimen adoptatum.* Inde dubium vid tur nullum, quin id nominatum his ſit crimen. Quod autem illud e nempe, *quod aluit patrem.* Quare m hi perſuaſum, hac aut ſimili ratione h ſcriptum fuiſſe: *Quid objicis de patr quod alui? hoc tu objicis?* Ita & al quanto elegantius ponetur iſta ſeque altera objectio: *Frater, inquit, alere n luit.* Add. finem eorum, quæ dixi volunt Argentarium.

Inven

Inveniſti quo poſſim] Nam hinc conſequitur, fratri te tuo, non mihi ſuccenſere debere, qui nihil feci, niſi quod tuo judicio ſit comprobatum, & quidem ſingularem in modum: quippe cum ea me cauſa adoptaveris.

Poſſum liberos toll.] Senſus eſt, poſſum à me impetrare ut liberos tollam? cum ſc. domi ſim doctus quantis calamitatibus vita ſit obnoxia. Cæteroquin *parentes nos alendo*, ut eſt apud Valer. Maximum, *nepotum nutriendorum debito alligarunt*. *Poſſum* ea, quam dixi, ſignificatione frequentiſſimum eſt Declamatoribus. Calpurn. Flaccus Declam. 14. *Filius incolumi dignitate non potuit explicare, quantum abdicatus explicuit*. Quintil. Declam. 2. *Quiſquamne mortalium confodiet illud ſacrum venerandumque corpus* (patris), *quod poteſt ex ignibus rapi, pro quo bene conſumuntur oculi*. Simillima ratione alter Quintilianus Declam. 286. *Parum eſt dicere, voluiſti occidere: potuiſti. Non diriguit mens? non ſoluta dextra eſt? non obſtupuiſti ſcelere propius admoto?* Noſter Controv. 2. *Exoraſti populum; nunquid & lenonem? nunquid & piratam illum, quem non poteras occidere?* Ead. *Converſata es diutius inter humano ſanguine delibutos. inde eſt profecto, quod potes hominem occidere.* Ælian. Variar. Hiſt. 14. 37. Τῶν μουσῶν οὐδεὶς οὐδέποτε οὔτε γραφικὸς ἀνὴρ, οὔτε πλαστικὸς, οἷός τε ἐγένετο, ψευδίστατα, καὶ κίβδηλα καὶ ἀλλότρια τῶν Διὸς θυγατέρων τὰ εἴδη παραστῆσαι ἡμῖν. ubi verterunt illud οἷός τε ἐγένετο, id eſt, *potuit*, *auſus eſt*. Plura exempla dabit idem noſter paſſim, maxime Controv. 16. ubi ſæpius idem occurrit ipſo ab initio. Unde *poſſum* eam acceperit ſignificationem, oſtendimus ad Dialog. de Orat. cap. 36. Adde & dicta ab Hiſpone Romano infra hac declamat.

Neutrum pro me] Corruptiſſima hæc. Præferam: *In neutram* (nam & *utrumque* quod præcedit, *utramque* fuiſſe pro certo credo) *pro me volo adſit, niſi altus*. Poſtrema vox neminem offendet, qui *altor* recte dici meminerit, & præterea qui non ignoret, ipſiſſimam illam Ciceronis judicio & auctoritate probatam eſſe.

Pag. 80. *De patre bene*] Niſi *de avo* ſcribendum eſt, *veſtro* aut *tuo* exciderit.

Surge infelix ſenex] His excitat genua & veſtigia prehenſantem judicum. Sequentia ad ipſos dicuntur judices, niſi quis alere nolenti fratri hæc malit eſſe ingeſta. Ita *putas* pro *putatis* verum ſit. add. 211. ante m. 298. fin.

Quod abdicavit &c.] Eadem nunc te manet pœnitentia, qui alere vetas.

Vides enim] Verba non id ferunt, unde colligas non eſſe hæc integra. *Enim* turbet forte aliquem, ſed is mihi videat Plauti Amphytr. 2. 2. 3. Moſtell. 4. 2. 6. Perſ. 4. 4. 43. Ubi vel redundat, vel habet aliquid aſſeverationis, ſive veræ ſive ironicæ.

Propter me duxit] Cauſa, quare duxerit, ſubjicitur hæc: *cum fortaſſe juvenem adoptare poſſet*. Ea, ſi res reſecetur ad vivum, eſt ineptiſſima, eoque ducit, ut vix credam in eo quemquam diſputaturum, an ſit legendum *propter me* (qui plurimas ex tuis congeſſeram ad ipſum opes) *non duxit uxorem*. Verum eſt nullam hunc ſenem ſibi conditionem reperire potuiſſe, quod erat ad ultimam paupertatem & mendicitatem adeo detruſus: non quod juvenem, ut hic, à quo erat adoptatus, adſciſcere ſibi, eoque ſolari extremam ſenectutem poſſet. Illud autem in his auctoris obſervo, quod *fortaſſe* pro ſine dubio poſuiſſe videatur. Quo exemplo ſæpius occurrere apud Quintilianum majorem jam ad Calpurnii Flacci declam. 44. oſtendere cœpi. Certe declam. 300. Quintiliani bis eo ſe offert ſenſu.

Non omnibus imperiis] Ne patris quidem: *tanquam ſi imperet filio, ut ſententiam dicat, contra quam exiſtimat: ſi teſtimonium jubeas dici ejus rei, quam ignorat: ſi ſententiam in ſenatu*. Verba ſunt Quintilian. declam. 271. add. ejuſdem declam. 257. Nempe quicquid turpe, id pro impoſſibili debet habere filius; quæ inter, non alere patrem cum poſſit, quod cum juſſum ſit

naturæ, id eſt divinum, credere illi humana debet auctoritas.

Semeſa & tenui] Illud *ſemeſa* minime placet. Credo *ſummiſſa* eruditos magis probaturos. Supra: *jam extremum blandimentum in ſtipem perdidit.* Ipſa etiam ſequentia unice noſtram illam emendationem ratam eſſe jubent. Infra hac Controv. Albutius: *Acceſſit ad me pater: nec ſummiſſis verbis locutus eſt.*

Futura prædicere] Scribe, *futuro:* quod video ante nos complacitum Gronovio.

Pag. 81. *A mendico*] Clara eſſent omnia interpoſito pronomine, ut oppoſite ad antecedentia, & oſtendendam infeliciſſimam patris naturalis conditionem filius dicat: *Quiſquis alimenta a mendico hoc rogatus eſt, nihil amplius, quam iter ei monſtrat.* Vel cum teſtis ſit Faber veteres editiones habere, *miſereri monſtrat*, in poſtremis commodum ſit, *miſero ei monſtrat.*

Sacra populi lingua] Nondum viderunt eruditi, qua ratione hæc periodus committatur præcedenti, quod inde factum, quia fugit eos, ibi *quidam*, non *quidem* ſcribendum eſſe. Levicula hæc mutatio, quæ neceſſaria & vera, ſi ulla eſt, loco huic pulcherrimo, ſed adhuc nimiſquam obſcuro, magnam ſane afferet lucem. Nam ſenſus & connexio ſic erit. Cum quidam ex populo nobis eandem illam precetur calamitatem graviſſimam, in qua conſtituto patri meo, fratri tuo, nullam adeo fers opem, aut latam velis raro immanitatis exemplo, ut me, qui tuli, abdicaveris; cogitare jam nunc debes, non leves hujus propoſiti tui imminere tibi pœnas. Certe merito id metues, quia ſacra populi lingua eſt, id eſt, habens aliquid divini, quod in votis, fauſtiſque ominibus, item in imprecationibus, non ſit contemnendum. Quod ita olim pro certo habitum, ut etiam unius hominis diras, imo & quævis verba, quæ aliquid videbantur portendere infauſti, abominarentur. Quod eſt notum. Judicium vero populi & ſermonem, id eſt, famam, una voce, tanti fecerunt, ut numero accenſuerint deorum. Heſiod. fin. ἐργ. Φήμη δ' οὔ τις πάμπαν ἀπόλλυται, ἥν τινα πολλοὶ λαοὶ φημίζουσι. θεός νύ τις ἐστὶ καὶ αὐτή. Vult, quod dicat populus, ſive famam, non facile recidere ad irritum: quod ipſa ſit dea. Pulcherrime vero etiam hac de re Æſchines, orat. contra Timarchum: Περὶ δὲ τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον, καὶ λόγον καὶ τὰς πράξεις [ἀληθής τε] καὶ ἀψευδής τις ἀπὸ ταὐτομάτου πλανᾶται φήμη κατὰ τὴν πόλιν καὶ διαγγέλλει τοῖς πολλοῖς τὰς ἰδίας πράξεις· πολλὰ δὲ καὶ μαντεύε περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι. καὶ οὕτως ἐναρ γές ἐστι, καὶ οὐ πεπλασμένον ὃ λέγω, ὥσ εὑρήσετε, καὶ τὴν πόλιν ἡμῶν, καὶ τοὺς προ γόνους φήμης, ὡς θεοῦ μεγίστης, βωμὸ ἱδρυμένους. Quod non temere eſſe fa ctum, locis dein & auctoritate oſten dit Homeri, Euripidis, & Heſiodi cujus jam verba dedimus. Iſtæ autem populi diræ tanto magis hunc ita ne farie immiſericordem movere debue runt, quod & notum omnibus, & e Apollinis tripode profectum eſt: το δὲ κακῶς ῥέξασι δίκης τέλος οὐχὶ χερ σὸν, Οὐδ' ἀπαραίτητον, οὐδ' εἰ Δι ἔκγονα εἶεν. Ἀλλ' αὐτῶν κεφαλῇσι, καὶ σφετέροισι τέκεσσιν Εἰλεῖται, καὶ πῆμ δόμοις ἐπὶ πήματι βαίνει. Ælian. 3. π κιλ. 43. Præterea quod multis doc mentis comprobatum eſt, etiam n mini jus Rhadamanthi, ut vocam homines, non iniquum videri: quo iſto Phædri eſt expreſſum: *Sua quiſq exempla debet æquo animo pati.* De q bus paulo diſſeruimus gravius, quia flagitabant Rhetoris verba, quæ ill ſtranda erant.

Innocens ſum] Vult nimios ſpiri ex rebus fluentibus ad votum, m gnaſque opes quibus ſe deſpexerint, fraternas diſcordias, cauſam eſſe, ſit abdicatus, non aliam: iſta ſola e cur poſſit nunc videri non innocen cum tamen ſine dubio ſit.

Creſcere ex mea prop. inv.] Cicero Verr. lib. ult. *Denique ſi videor hic quod ego non quæſivi, de uno iſto vol creſcere: iſto abſoluto, quod ſine multor ſcelere fieri non poteſt, de multis mihi*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ſcere licebit. Pro Cluentio vero planiſſime, ut hic Vallius Syriacus cap. 77. *oblatam ſibi facultatem putavit, ut ex invidia ſenatoria poſſet creſcere.*

Concionem illi præbeb.] Non ſatis perſpicio, quid hæc ſibi velint. An concionem accipimus concionis occaſionem & materiem? ut Juvenal. 10. 167. *Declamationem.* Prop. 1. 15. *Hiſtoria.* Tibull. 1. 4. *Fabula.* An legimus, *& in concione nos illi præbebimus.* Quomodo Terent. And. 1. 1. *Cum quibus erat cumque una, iis ſe dedere, Eorum obſequi ſtudiis, advorſus nemini.* Ut ironice promittat ſenex cum ad populum agi cœperit cauſa, tum ſeſe id facturum, quod poſtulet abdicatus. Ut hic *præbere*, ita *dare ſe* Ciceroni frequens. Græci ſenſu eodem παραδιδόναι. Adde & notam Gron.

Pag. 82. *Patior eſſe*] Lege, *Fateor.* nec hanc puto periodum ſequenti jungendam. Vide infra in *colore* verba hujus Syriaci Vallii.

Quod alter alterum] Manca hæc & mutila. Scribo: *quod cum alter alterum egentem viderimus, imo rejecerimus.* (nam hæc & in ms. vox eſt, pro *fecimus*, aut *projecimus*) adjecit iſte & verborum contumelias, riſit, &c. Ea autem contumelioſa & acerba in iſtum nondum profecta ſunt. Quare nec eſt quod ille jam infeliciſſimam, & triſtiſſimam ſe agere vitam putet. Marillius paulo poſt: *Ille autem audebit rogare, qui mori mallet? quam verba ſua ſibi dici?* In vulgato ſenſus eſt: in eo triſtiſſimam non fuiſſe vitam, imo id gaudium fuiſſe maximum, quod alterum alter egentem vidit. En fraterna odia.

Hujus ſpectaculi debitorem] Cum is qui debet ſit ſine dubio obligatus ad dandum, inde *debere* eleganter pro obligatum eſſe poſuerunt. Cic. 2 ad Famil. epiſt. 6. *Eſtque animi ingenui, cui multum debeas, eidem plurimum velle debere.* Atque hujuſmodi exempla paſſim ſunt obvia. Rariuſculum eſt illud Livii 1. 5. *Sed debebatur, ut opinor, fatis tantæ origo urbis, maximique ſecundum deorum opes imperii principium.* Quia res ea inevitabili neceſſitate repræſentari debuit. Cum homines hominibus obligati ſumus & debemus, longe aliter ſæpe non evenire optent, qui lautiuſcula in re ſunt. Item illud Terent. Eun. 5. 2. *debeam Credo iſti quicquam furcifero, ſi id fecerim.* Involarim nempe in capillos. verba ancillæ. Ubi Donatus: *Sane debere dicimur pœnas pro injuria ei, cui injuriam fecerimus.* Quæ pertinent ad ea, quæ diſſerit Grotius lib. 2. cap. 20. §. 2. fin. de J. B. & P. Simplex ſit, obligata ſim ei ad pœnas vel multam dandam. Cæterum omnium ſæpiſſime ab obligatione ad ἀντίδωρα, tranſlatio eſt, cum *debere* ſenſu, quo dixi, primum, occurrit. ut & hoc loco; *ſpectaculi debitor*: qui cum inuſitatam ex ſpectaculo iſto perceperat voluptatem, eo nomine illi ſe judicat obligatum. Atque iſtud *ſpectaculi debitor* nemini magis mirum debet videri, quam illud Taciti 2 Hiſt. 71. de Vitellio: *Luxu & ſagina mancipatus emptuſque:* aut illud gentium ſummi doctoris ad Rom. 6. 20. Ὅτε γὰρ δοῦλοι ἦτε τῆς ἁμαρτίας, ἐλεύθεροι ἦτε τῇ δικαιοσύνῃ. & 7. 14. ἐγὼ δὲ σαρκικός εἰμι, πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν.

Nullam percepi] *Percepiſſem* ſcribendum.

Illi negaturus] Hoc me quidem offendit. & ſit aliquanto dilucidior oratio: *Nihil negaturus.*

Non cepit, in publico manet] Magis *recepit* credo verum habendum. Propterea *manet* plus eſt, quam intelligat vulgus. Nam & *pernoctare* eſt ſæpe Sueton. nominatim Jul. 39. Cal. 55. Unde *manſiones*, habitationes, ad quas viatores interventu noctis ſe recipiunt. Et *manſionarii*. Vid. Bernegg. ad Juſtin. 13. f.

Cum illius potentia] Ex argumento judicem, *impotentia* eſſe auctoris.

Adoptavi te] Credo Rhetorem alium his præſcribendum.

Calamitatem ſimilem effinget] Uſus loquendi poſtulare, & ipſa res videtur: *Calamitate ſimili effinget.* Cic. 2 de Divinat. *Quis enim non videt & formas & mores, & pleroſque ſtatus ac motus effingere à parentibus liberos?*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Vitam rogare] Ex ambiguitate vocabuli elegantiam captaſſe videtur. Nam vita & victum denotat, quomodo Græcis βίος ſenſu utroque. Quod frequentiſſimum Heſiodo ἐν ἔργ. Vita autem non tantum in loco Ennii, *nautiſque mari quærentibus vitam*, ſed & apud Plaut. Stich. 3. 2. 9. & Trin. 2. 4. 76. (ubi commentatores adeantur) pro victu ſine dubio ponitur. Terent. Phorm. 2. 3. 16. *Pauper, cui opera vita erat, ruri fere ſe continebat.* Gemina ratione Palæphatus c. 49. Quo magis notandus eſt Freinshemius, qui hanc vocem iſto ſenſu Juſtino 27. 2. extorquere voluit. Verba ſunt de Antiocho Hierace: *Unde*, inquit, *Hierax eſt cognominatus, quia non hominis ſed accipitris ritu in alienis eripiendis vitam ſectaretur.* Ubi ille putat corruptas voces integro ſenſu: nec poſſe intelligi, niſi *ſectari* pro ſuſtentare, tolerare ſit poſitum. Forte, ſubjicit, legi poſſet, *ritum alienis eripiend. ſectari*, ut *vitam* omittatur; quæ quanti ſit conjectura, facile jam quivis viderit.

Qui fecit tibi] Et tua igitur cauſa tibi iraſcor.

Pag. 83. *Sequentes adſtruxerunt*] Paulatim hoc verbum amaſſe videntur. Vulgare eſt, *addiderunt*, vel *adjecerunt*. Panegyrico, qui dictus eſt Maxim. & Conſtant. 1. 6. *Neque enim dubium, quin tibi mature ſacrum iſtud faſtigium divinæ poteſtatis adſtrueret.* te collegam imperii adſumeret. Facere etiam huc illud poteſt Severiani Syntom. Rhet. *Utilius exiſtimo diſputationem in ſpeciem paucarum rerum & firmarum convertere, eaſque undique adſtruere, & exaggerare.* Velleius 1. 17. *Hiſtoricos (ut & Livium quoque priorum ætati adſtruas) præter Catonem, & quoſdam veteres & obſcuros, minus octuaginta annis circumdatum ævum tulit.* Facundiſſime Juſtin. 23. 3. *Nam ſicuti ante ſecunda fortuna rebus ſupra vota fluentibus, Italiæ Siciliæque imperium & tot de Romanis* (Pyrrho) *victorias adſtruxerat; ita nunc adverſa velut in oſtentationem fragilitatis humanæ deſtruens, quæ cumulaverat, Siciliensi ruinæ naufragium maris & fœdam adverſus Romanos pugnam, turpemque ab Italia diſceſſum adjecit.* Ubi etiam alia congeſſit Berneggerus. Contra *deſtruere*. Valer. Max. 4. 1. 1. de Poplicola: *Ita quo civitatis conditio liberior eſſet, imperium ſuum paulatim deſtruxit.*

In jus & æquitatem] Diviſio hæc maxime omnium pervulgata Declamatoribus: quo magis operæpretium erit, ea hic ponere, unde iſtorum duorum diſcrimen perducatur ad liquidum. Quod ut recte fiat, atque ordine, res paulo altius eſt repetenda. Jamprimum jus eſſe, quo omnes teneantur, qui homines ſunt nati, & ſingulis, qui complicatas animi notiones recte evolvunt, vel ex animi tantum ſui, qui quidem plane non induruerit in pravum, loquuntur ſententia, notum, & gentium conſenſu comprobatum eſt. Nec eſt aliud quam præceptum rationis rectæ in moralibus: ut, *Deum colunto, parentes honoranto, jusjurandum, fidem, fœdera ſervanto; ſuum cuique tribuunto; bonos amanto*, &c. atque hoc ipſiſſimum eſt, quod vere *artem*, id eſt doctrinam ſive inſtitutionem *boni* & *æqui* appellare poſſis. Hoc jus intellexiſſe videntur, qui apud Ciceronem 1. de leg. c. 18. *legem* definiunt, *quod ſit ratio ſumma inſita in natura, quæ jubet ea, quæ facienda ſunt, prohibetque contraria.* Vulgo *jus naturæ* appellant: recte, ſi *naturæ* nomine ſignificent Deum, quem *naturam naturantem* impolitorum ſeculorum appellat philoſophia. Eſt enim nihil aliud, quam jus divinum. Nam à Deo profectum & mentibus noſtris inſitum eſt, ipſiuſque adeo ex natura & attributis, ut vocant, magnam partem intelligitur. Multa autem ſunt & eorum numerus longe maximus eſt, de quibus nihil definiat, præſcribatque recta ratio, quæ media proinde atque indifferentia ſunt, quæ tuo arbitratu vel facere, vel non facere poſſis ut ædificare, piſcari, venari, donare quomodo, ubi, quando velis. Quibus proinde modum imponere & præfinire poſſunt aut ipſi populi, ſi ea ſit imperii ratio: poteſt enim quiſque ſuo

jure

Jure in his uti, vel non uti, idque ejurare in quantum & quomodo velit; aut qui populorum fata moderantur eorumque vicem obtinent, reges, principes, magiſtratus. Atque hi, quæ hoc rerum de genere ſtatuerint, legum ea vim habent & vigorem, quæ cum non poſſint non eſſe diverſiſſima, inde evenit, ut ita inter ſe diſſentirent regnorum, rerump., urbium, aliorumque locorum inſtituta & leges. Si quia autem ex hujuſmodi inſtitutis ab omnibus populis, aut ſaltem moratioribus, recepta ſunt, ea jus gentium efficiunt ſecundarium: quod proinde etſi non doceret uſus originis ſuæ contemplatione, mutabile judicandum eſt: eoque comprobata tantum habenda, *non injuſta*. Quo illuſtratur illud apud ſummum Grotium cap. 1. operis immortalis de Jure B. & P. §. 3. *Jus hic (quum de jure belli agimus) nihil aliud, quam quod juſtum eſt, ſignificat, idque negante magis ſenſu, quam aiente, ut jus ſit, quod injuſtum non eſt.* Nam jus gentium maxime & ſecundarium quidem (lib. 3. per totum; vide nominatim cap. 3. l. 4.) in bellis cœptandis, gerendis, finiendiſve eſt conſideraturus. Sed incommodiuſcule ſubjungitur: *Eſt autem injuſtum, quod naturæ ſocietatis ratione utentium repugnat.* Vere id eſt injuſtum & jure gentium primario: quod juri naturæ idem eſt, ſi præcepta conſideres, & proinde recte primarium primoque loco habendum. Eo tamen diſtinguitur, quod iſtud pro matre ſua agnoſcat. Sed quicquid ad id pertinet, id non pro non injuſto, ſed pro jure & juſto, nec quicquam aliud magis, cum ſit lex Dei, eſt habendum. In quo minime hallucinandum aut promiſcue agendum, qui artem horum tradat aut ſcientiam. Aliud eſt, ſi alii confundant auctores, ſi uſum ſecuti, (tantum ille valet!) jus κατ' ἐξοχὴν de legibus & inſtitutis regum, populorum, magiſtratuum intelligunt. Flor. 3.23. *Quamvis male capta, jure tamen.* Ubi add. Freinshemium. & juri præterea opponunt *æquitatem* & *rationem*; i. ipſum naturæ jus. Rhetoribus id maxime frequens, quod jam ſignificavi. Quintil. Declam. 250. *Hæc ad jus, illa ad æquitatem.* 254. *Hæc de jure, hæc de rogatione: illa jam de æquitate.* Declamat. 270. in ſerm. *Facilis & in promptu ratio eſt huic ſeni, quod pertinet ad affectum pœnitentiæ, quod pertinet ad æquitatem. Niſi tamen etiam jure defenditur, verendum erit, ne illum judices damnent. Diligenter ergo pugnare circa legem debebimus.* Declam. 270. *Nec ſtatim nitor illa æquitate, ut dicam, quod juſtum ſit, cum qui intulerit injuriam, interfici, cum perierit illa, quæ accepit. de jure ipſo loquor.* Declam. 286. *Utrum igitur jure prius, an æquitate conſiſtes: jus ipſa legis poſitione manifeſtum eſt.* Declam. 348. *Si ratione defendi non poſſem, jure defenderer.* Ipſe etiam Cic. 1 de invent. *Profecto nemo niſi gravi ac ſuavi commotus oratione, cum viribus plurimum poſſet, ad jus voluiſſet ſine vi deſcendere.* In quibus, ut & hoc loco, quem cum maxime illuſtratum volumus, jus apparet eſſe, quod vulgo appellant *poſitivum*, ex quo jus gentium ſecundarium manavit, uti dictum. *æquitas, juſtum, ratio*, ad conſideranda juris naturæ præcepta pertinent. Reviſe ad ea, quæ initio hujus notæ diſputavimus. Ex his autem me indicente, apparet, quam recte Victorinus ad 1 Rhetor. Cic. judicaverit, cum ait: *Sapiens eſt enim qui divina atque humana optime novit. Ergo ſtudium rectæ rationis ad divina, ſtudium honeſti officii ad humana referamus.* Cum officia & honeſtum, ex ratione, tanquam ſolo fonte ſuo deducantur.

Sic quærit] Exſpectaret quis, *illic.* paulo poſt diviſione Gallionis: *In priore parte hoc vindicavit.*

An neceſſe fuerit] Uſum ſi ſpectemus auctorum, hic eſſet ſcribendum: *an non neceſſe fuerit.* & mox: *ob id abdicari poſſit.* ut &: *An abdicatus deſinat eſſe filius.* Sed ita crebro iſtud παράδοξον in his controverſiis ingeritur, ut nihil mutare auſim. Quod ſemel hoc loco dictum velim, ne quis negligentiæ tribuat, obſervans quod iſta loca ſilentio præterierimus. Minus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

etiam mutare potui, poſtquam paſſim ita etiam dividere Sulpitium Victorem obſervavi.

Ab avo] An *à patruo?* an *ab alio?* Poſterius etiam ipſe inveni: ſed video occupatum eſſe ab aliis. Facilius diſſolvatur jus patris, ſi à patruo adoptatus ſit filius. arg. §. 1. Inſtit. de adopt. Sed poſteriorem conjecturam non puto temere rejiciendam.

Pag. 84. *Tanquam æger, vinctus, captus*] Illud *tanquam* minime mutandum. Nam quod vulgo exempli cauſâ, id illi veteres, maxime Seneca, efferunt per *tanquam*. Infra etiam Controv. 8. *Quidam pacti ſunt cum patre, tanquam Mento.* Ita & Controv. 9. non ita procul fine, in iis, quæ Otho Junius in ipſa illa Controverſia dixit. Controv. 11. Latro eleganter dicebat, *quaſdam eſſe quæſtiones, quæ deberent inter res judicatas referri; tanquam, An quicquid optaverit vir fortis, aut parricida, accipere debeat.* Quod qui minus notant in diviſ. Controv. 11. *quanquam* pro *tanquam* infulſerunt. Eodem ſenſu *ut ſi.* Controv. 13. *Non eſt beneficium, ſed officium facere, quod debeas, ut ſi filius patri ſe dicat beneficium dare.* Controv. 25. *Qui voluerunt omnia legitima ſupplicii verba in ſententias trahere, in vitia inciderunt. tanquam dixit Triarius. Summove. audis lictor?* &c. etiam Controv. 26. in Diviſ. ita Græcis ὡς. Alii per *velut*, nec vulgari ratione. quod loca conſiderantibus patebit. Plautus ſæpe, cujus eſt & notabilis locus, Epid. 3. 3. 7. Add. Latin. Pacat. cap. 37. Petron. *Tanquam, ſi placet hic impetus.*

Filii lex excuſationem] Illud *filii* ad *excuſationem* pertinet. & mallem, *lex filii excuſationem.* Saltem *lex filii* nequaquam intelligere hic debemus, aut poſſumus; cum ſic accipiendum eſſet agi de lege, quæ pro filio faceret, ut, *mea lex, tua lex*, ſæpe apud Quintilian. Declam. Illius Declam. 383. *In una lege, quam habuiſti.* Hic autem diſputatur de lege parentum, quæ eſt: *Liberi parentes alant, aut vinciantur.*

An hoc accipere] Lege, *hic*. quod jam obſervatum Gronov.

Tractatio magis eſt, quam quæſtio] Hæc item ſunt inter maxime frequentata Rhetoribus: de quibus ego paucis ea proferam, quæ non ita auctoritatum pompa, quam rationis ſimplicitate doctis & æquis probatum iri confido. Fons omnis æquitatis jus eſt naturæ: de quo egi paulo ante: cum autem illud ſit immutabile, non putaverunt Rhetores de iis, quæ ad æquitatem & jus naturæ pertinerent, perinde quæſtionum ambagibus & ſubtilitatibus inquirendum, quam ipſam rem, ita, uti eſt, ponendam ante oculos atque tractandam. Inde illud eorum fluxit *magis tractationis, quam quæſtionis rem eſſe.* Hunc ipſum locum conſidera. Egregie huc pertinet Controv. 10. ub eſt: *nam præter illam quæſtionem, an pa ter abdicare poſſet propter matrimonium reliqua cum ad æquitatem pertineant, tra ctationis ſunt.* Item Controv. 13. *quo modo iſtam quæſtionem putas in æquitat tractationem cadere, cum quid licea quæratur, non quid oporteat. Licere* impunitatem tantum tribuit, *oportere* honeſtatem & æquitatem dicit. quæ maximi facienda. Igitur paulo poſt: *ho aiebant non eſſe tractandum tanquan quæſtionem, eſſe tamen potentius, quan ullam quæſtionem.* Controv. 19. *Latr hanc controverſiam, quaſi eſſet tota offici declamavit, nullas quæſtiones juris inſ ruit.* Quæ ſunt officii, eadem ſunt tra ctationis & juris naturæ, unde tot officiorum ratio deducitur. Illud a poſitiva, uti vocant, hoc ad ipſius ju ſa naturæ referendum.

Pag. 85. *Hoc vindicavit*] An pro *d fendit* accipimus. Ut *vindicta* defenſi apud Juſtin. 9. 2. *Neque vindicta Ma cedonum egere Scythas, quibus melion forent.* eſt & lib. 24. 4. ejuſd.

Quod eſſet ſuæ poteſtatis] Quid ſi *quod non eſſet noſtræ poteſtatis.* paulo poſ *affectus noſtri in noſtra poteſtate non ſun* nam illud *non* ſine dubio inſerendun Item: *Non feci ratione, affectu victi ſum.* Vidi deinde non neceſſariam mendationem, tantum hæc exponen da eſſe. Id quod exiſtimare debu poſtquam rediit in mentem ex Con trov.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

trov. 8. *An filius ob id, quod ſui juris ſit abdicari poſſit*, id eſt, quod ſuo arbitratu poſſit vel facere vel non facere, nempe exire in bellum, aut domi permanere. Ita hic, *quod eſſet ſuæ poteſtatis.* Hoc poteſtatis filii fuiſſe, oſtendunt ſequentia: *nulli autem interdici miſericordiam.* Controv. 9. *Si non poteſt à nobis abdicari, quod arbitrii ſui eſt.* Ubi ratio & locus hic & ex Controv. 8 ſcribendum clamitant, *abdicari ob id*, eaque itidem, ut hæc, de quibus dixi, exponenda. Quintil. in Declam. 376. huc facit: *Neſcis noſtri arbitrii eſſe matrimonia? affectus noſtri vobis non ſerviunt.* L. Senecæ illud etiam hic alienum non eſt, Conſol. ad Helv. c. 16. *Scio rem non eſſe in noſtra poteſtate, nec ullum affectum ſervire.*

Quædam enim] Malim, *etiam.*

Alteri profuturum] Membrum unum deeſſe videtur, credoque ſenſu ſaltem Senecæ fuiſſe: *quod alteri profuturum, nulli obfuturum eſt:* Pertinet huc illud Ciceronis, 1 de Offic. *Quicquid ſine detrimento poſſit commodari, id tribuatur cuique, vel ignoto, ex quo ſunt illa communia, non prohibere aqua profluente: pati ab igne ignem capere, ſi quis velit: conſilium fidele deliberanti dare, quæ ſunt iis utilia, qui accipiunt, danti non moleſta.*

Illud vehementer preſſit] Vulgo, *urſit.* Gemina ratione Controv. 6. *Et hoc quod Latro tranſcurrerat, preſſit.* Controv. 7. *Cum diu preſſiſſet illum tyranni patrem eſſe, adjecit* &c. Cicero quoque in lib. de fato: *Carneades hoc totum genus non probabat, & nimis inconſiderate concludi hanc rationem putabat. Itaque premebat alio modo, nec ullam adhibebat calumniam.* Quintil. Inſtit. 4. 1. *Illo enim modo preſſit, atque inſtitit.*

Pag. 86. *Vultu vetabas*] Nicolaus Faber vellet: *At tu vetabas. Haud mihi ita videbaris.* Ego non dubito, quin verum ſit: *vultu non vetabas, aut mihi ita videbaris.* Ad oſtendendum, quod crediderit, quamvis vetaret, voluiſſe tamen eum ut aleretur frater, dicit ex vultu ſe id collegiſſe, in quo ſigna voluntatis apparere ſolent. Unde Ciceroni is *imago animæ*, item, *tacitus quidam ſermo mentis* dicitur. Controv. 6. lib. 8. *repugnantis animi vultus index.* Et videtur vox ipſa à *volo* fluxiſſe. Nonius: *Vultus & facies hoc diſtant. Vultus eſt voluntas, quæ pro motu animi in facie oſtenditur. Facies ipſa oris ſpecies.* Iſidor. *Vultus vero dictus, eo, quod per eum voluntas oſtenditur animi.* Latin. Pacat. Paneg. cap. 37. *Ita intimos mentis affectus proditor vultus enunciat, ut in ſpeculo frontium imago extet animorum.* Quæ qui conſideraverit, non dubito, quin noſtram conjecturam ſit prælaturus.

Et ſua figura] Gronov. *& ſine figura.* Proxime verum, quod eſſe credo: *nec ſine figura.* qualis & eſt in iſtis: *quare ergo abdicas? puto, indignaris præreptum tibi officium.* Queis add. Sueton. Jul. 79.

Deberet. quare] *Subjecit*, aut ſimile inter hæc periſſe videtur.

Pag. 87. *Suſtinere illud dur. ſpect.*] Tacit. 3. Ann. 3. *Seu victus luctu animus magnitudinem mali perferre viſu non toleravit.* Tanquam de onere loquitur.

Si tunc mea mentis fuiſſem] Id eſt, mentis, quæ in mea eſſet poteſtate. Poëta:

Vindicta poſtquam meus à prætore receſſi.

Cui oppoſitum: *mens alienata* Sueton. Auguſt. 99. quod multo, quam illud, notius: & exponitur per illud Plautin. Amphytr. 1. 1. 243. *Certe ædepol, tu me alienabis nunquam, quin noſter ſiem.* Quia autem pars noſtri multo optima mens eſt, qua Dei circumferimus imaginem, & à belluis diſtinguimur, denique qua homines ſumus, inde qui deſinunt mentis eſſe alienatæ, graviſſima ratione *ad ſe redire* dicuntur.

Scriptam etiam patruo] Ne multis agam, Plin. in Panegyr. ad Traianum, cum dicit, *legibus te ſubjeciſti, quas nemo Principi ſcripſit*, ſatis oſtendit iis ſcriptas leges intelligi, qui iis dicto audientes eſſe tenentur. Quare hoc loco exiſtimem fuiſſe: *recitavit legem, quam ego ſemper ſcriptam, etiam pro patruo putavi.* Ut Declam. 7. *Dixerunt*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

legem hanc pro malis patribus ſcriptam eſſe: bonos etiam ſine lege ali. Intelligit eam, uti patet: *Liberi parentes alant, aut vinciantur.* Si nihil mutandum, *patruo* tamen, ita ut dixi, exponendum erit. Et hoc nunc malim, poſtquam venit in mentem ille Plauti locus, Aul. 4. 4. 8. ST. *Nihil equidem tibi abſtuli.* EUC. *At illud quod tibi abſtuleris cede.* Add. Menæchm. 4. 2. 8. & Pſeud. 4. 1. 24. Senec. de Benef. 6. 31. *Quam miſerabilis gens, in qua nemo fuit, qui verum diceret regi, niſi qui non dicebat ſibi.* Quomodo velit Lipſius.

Pag. 88. *Dives modo ſuperbius*] An: *ſuperbiſſimus.*

Quid fecerit? quod ſolebat] Quia ex perſona agitur filii, legam, *Quæritis, quid fecerim? quod ſolebam.* Alui, ut potui. præſtitique non quantum patri præſtare debui, ſed quantum vetanti ſurripere potui. Hæc cauſa abdicationis. Conjecturam hanc tamen jam video etiam aliis ante me deberi.

Nihil pro poteſtate] Quod ſatis maniſeſte intelligitur, vocem *egit* in his omittit, ut apud Terent. Phorm. 1. 4. 19. *Satis pro imperio quiſquis es.* notiſſimus locus.

Non alere, ſed exprobare] Ceſtii Pii illud ſupra poſitum huc pertinet: *Vis illum veras pœnas dare? Sentiat, quam bono fratri injuriam fecerit.*

Scit quid facturus ſim] *Dicite* pro *ſcit* ſenſum efficit idoneum. Suaſ. 1. *Et tamen ſcito illos tibi annua, bima, trima die debere.* In Veneta aliiſque legitur *Dicito.* Suaſor. ſecunda adhuc exhibent quodam loco, *dicebat*, ubi *ſciebat* legendum. Unde intelligimus promiſcue ea olim corrupta fuiſſe.

Nam patrem] Faber: *non alerem.* Aliud Guil. Ranchinus. Mihi unice placet, *num prætaream*, quod nemo cum audaciæ culpa nimis conjunctum judicabit, qui meminerit, aut noverit, qua brevitate in mss. *prateream* ponatur.

Lenocinatur, inquam, gloriæ meæ] *Lenocinari* eſt commendare, gratiorem reddere, ſpeciem etiam majorem addere, ut apud Tacit. de Mor. Germ. 43. *Ceterum Arii ſuper vires, quibus enumeratos paulo ante populos antecedunt, truces, inſuper inſitæ feritati arte ac tempore lenocinantur.* Nempe lenonum eſt ſpeciem cauſis addere, & vel res, vel homines commendare: idque ſive lenones turpiſſimo accipiantur ſenſu, ſive honeſtiſſimo: nam & *legatos* denotat. Juſtin. 2. 3. *Primus Scythis bellum indixit Vexoris rex Ægyptius, miſſis primo lenonibus, qui hoſtibus parendi legem dicerent.* quo ipſo etiam ſpeciem majeſtatis majorem regi ſuo circumdederunt, ſaltem his rationibus id quoque quæri ſolet. Ex iis vero quæ dixi, illud præterea eluceſcit, cur *lenocinium* pro commendatione noſter dixerit infr. hac Controv. *In puero lenocinium erat ingenii ætas: in juvene deſidia.* & Valer. Max. 3. 7. *Perfecta ars fortunæ lenocinio defecta, fiducia juxta non exuitur.* Juſtin. lib. 11. c. 12. Verba ſunt: *Nec à ſe quicquam factum in hoſtis adulationem, nec quod in dubios belli exitus, aut in leges pacis ſibi lenocinia quæreret.* Egregie huc facit locus de Orat. cap. 6. ubi *commendare* & *lenocinari* ſemet exponunt. Ita autem habet: *Sive accuratam meditatamque affert orationem, eſt quoddam ſicut ipſius dictionis, ita gaudii pondus & conſtantia: ſive novam & recentem curam non ſine aliqua trepidatione animi attulerit; ipſa ſollicitudo commendat eventum & lenocinatur voluptati.* Poëta: *Voluptates commendat rarior uſus.* Apertior autem etiam erit locus hic Senecæ, ſi cogitemus, *lenocinari*, lenonem eſſe, ut *apparere* pro apparitorem eſſe legimus.

Pag. 89. *Hoc eſt, inquam, novi vitii* &c. Locus miſerrime affectus, quem ſanitati ita puto poſſe reſtitui: *Hoc eſt, inquam, ſi novi virum; præcipere filio officium.* Vel, *non præripere*, quod malo. quia etiam hujus Ceſtii eſt ſupra: *Quare ergo abdicas? puto, indignaris præreptum tibi officium.*

Fortunam meorum has] Mallem interpoſitam copulam, ut ſit: *& has jam meas eſſe partes.*

Cauſſam aggravare] Paulo ante: *Hoc unum crudeliter feci, quod dixi fratrem*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

trem dediſſe. Non alere, ſed exprobrare viſus ſum.

Qui benigniſſime alit] Hunc locum ita video præteriiſſe eruditos, quaſi in eo nihil eſſet non integrum. Ego tamen non dubito, reſcribendum: *Nam & miſerationi ejus, qui non benigniſſime aluit, adjecit aliquid, & pietati ſummæ nihil detraxit.*

Pag. 90. *Non credis, quia ſcis*] Lege: *Non credis, qui ſcis, quomodo te aluerim?*

Ardentia induceremus odia] Vehementia Latronis, & res ipſa, ubi de *inexorabilibus* præmittitur *odiis*, quibus, ut ſubjungitur, *furere* debeat pater, flagitant, *ardentiſſima odia*. Quomodo & ſupra notavimus, *ſuperbius* pro *ſuperbiſſimus* poſitum.

Illo verſu tragico] Fere induxero animum, ut credam, *vere tragico* in his ſcriptum fuiſſe: ſequentia autem ſi ita concipias: *cur fugiat fratrem, ſcibit ipſe*, τραγικώτατα erunt. Quemadmodum & illa Livii, ubi agit de Manlio filium quamvis victorem percutiente ſecuri, quod contra imperium pugnaverat in hoſtem, re ipſa quaſi ducente ad verba atrocia; lib. 8. cap. 7. *Poſtquam cervice cæſa fuſus eſt cruor*, &c. in quibus, quamvis ut hoc loco, non accuratiſſima metri appareat ratio, vere tamen ingenii tragici ſunt.

Fratrem rogavit] Ejuſdem fili eſt illud Senecæ in Thyeſte 289.

——— regna nunc ſperat mea.
Hac ſpe minanti fulmen occurret Jovi.
Hac ſpe ſubibit gurgitis tumidi minas;
Dubiumque Libycæ Syrtis intrabit fretum.
Hac ſpe, quod eſſe maximum retur malum,
Fratrem videbit.

Verba Atrei de Thyeſte.

P. Romano puer] In his quoque aliquid latere mendi dubium non eſt. Nam cum præceſſerit de prætextato, putide hic repetitur de puero: nec id accuratiſſimo Senecæ judicio convenit. Quomodo huic loco medicinam judicem faciendam, nondum fateri mallem, & tamen aliquid audendum videtur. Cogitavi igitur: *Pater non Romanus pueri eloquentia notus eſſet.* Vel potius: *P. Romano pater pueri eloquentia notus eſſet.* Nempe ſatis id conſtat Rhetoras, qui quidem profeſſione eſſent, pleroſque peregrinos, ut ipſos Senecas, Quintilianos, alioſque, & præterea magnam partem infimæ conditionis fuiſſe. Qui tamen artis ſuæ beneficio multi dein Romæ ad magnas opes, & ad ſummos adeo honores proceſſerunt. Vide Sueton. lib de Clar. Rhetor. Priuſquam hinc diſcedam, non poſſum non monere, quam inconſiderate ac temere Glandorpius in Onomaſtico Romano, quo egregie meruit de re litteraria, Alfium hunc Flavum cognomento Prætextatum faciat, hoc loco in errorem ſe duci paſſus. Quod quam ridiculum ſit, quivis videt.

Omnia mala faciebat ing.] Adeo hæc raro reperias apud auctores alios, & præterea noſtram Belgarum, & Germanorum ita redolent linguam, ut diu dubitaverim, & adhuc dubitem, num vera hæc ſit lectio. Ab emendando tamen revocabar; quia apud Plaut. Aulul. 4. 6. noveram eſſe,

— illum corvum ad me veniat velim,
Qui indicium fecit, ut ego illi aliquid boni Dicam.

Cariſius lib. 2. ex Catone: *Multa nova miracula fecere inimici.* Etiam idem Cato apud Gell. 10. 3. *inſignitas injurias, plagas, verbera, vibices, eos dolores, atque carnificinas per dedecus, atque contumeliam maximam inſpectantibus popularibus ſuis, atque multis mortalibus te facere auſum eſſe?* Elegantia in his non erit, niſi *aliquid boni cuiquam facere* recte dicatur. Si *aliquid*, etiam *omnia bona & mala facere alteri*, non abſurdum credas. Sed acceſſit & illud, quod obſervaveram in Controv. 5. *Volo tibi malam gratiam cum ſponſo tuo facere.* Controverſ. 25. init. *minimum tamen mali fecit.* Si mutandum tamen aliquid, ſcribam, *Ipſe omnimodo fatigabat ingenium ſuum.* quia in mss. obſervant eſſe *ſatiabat. fatigare* autem pro enervare, vires infringere, infirmare, noſter etiam Controverſiar. init. *Cum ſenectus*

oculorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

oculorum aciem retuderit, aurium ſenſum hebetaverit, nervorum firmitatem fatigaverit. Arnob. adverſ. Gent. lib. 1. *Deum colimus rerum patrem, atque ab eo depoſcimus rebus feſſis languentibuſque tutamina.* Nempe *fatigati*, languidi, & infirmi ſunt: unde *feſſa ætas* pro ſenectute. Tacit. etiam pro hac conjectura, & quidem egregie, quod ſubjungit Seneca: *Quæ*, inquit, (naturalis vis ingenii, qua præditus Alfius iſte Flavus erat) *poſt multos annos tametſi deſidia obruta, & carminibus enervata, vigorem tamen ſuum retinuit.* Sed hoc in medium relinquo.

Ille tunc peccavit] Ejus rei *judices habemus deos.* tu tamen contra ſentis. in quo peccas haud dubie.

Pag. 91. *Niſi nos fuiſſemus*] Recte hæc habent, nec quicquam mutandum; quamvis id velint Schottus & Muretus. Senſus manifeſtus erit ex loco plane gemino Quintil. decl. 12. *Credibiles fabulas fecimus, felices miſerias, ſcelera innocentia.* Eo progreſſa erant horum fratrum certamina, ut quæ de Atreo & Thyeſte corrupta in miraculum prodiderunt poëtæ, credibilia jam poſſint & vera videri. Quæ ſequuntur, *impias epulas, deteſtabili parricidio furvum diem*, ea referenda ad præcedens, *audivimus.* Adjecta autem eo videntur, ut manifeſtum eſſet, maxime ad hiſtoriam Atrei & Thyeſtis reſpici. Cogitandum autem ſimul eſt, ne dura tamen hæc videantur, ſæpe etiam membra orationis integra quaſi per appoſitionem præcedentibus ſubjungi, idque plurimum, ut heic, in fine ſententiarum, & caſu quarto: præmiſſis eo nonnihil ducentibus. Tacit. 1 Annal. 27. *Poſtremo deſerunt tribunal, ut quis prætorianorum militum amicorum Cæſaris occurreret, manus intentantes, cauſam diſcordiæ & initium armorum.* Idem 1 Hiſtor. 44. *Omneſque* (qui operam ſe præſtitiſſe jactabant ad cædendum Galbam, eoque nomine expoſcebant præmium) *conquiri & interfici juſſit* (Vitellius), *non honore Galbæ, ſed tradito principibus more, munimentum ad præſens, in poſterum ultionem.* Idem 4 Hiſt. 18. *Matrem ſuam ſororeſque, ſimul omnium conjuges parvoſque liberos conſiſtere à tergo jubet, hortamenta victoriæ, vel pulſis pudorem.* Quomodo & poſitum videtur illud initio Æneïd. *Gratum opus agricolis.* Add. Homer. Iliad. Δ. 197. Quæ nonnihil diverſa, ſi quis tamen conſideret, minus mirabitur hæc Alfii pro integris à nobis accipi.

Parricidio furvum diem] Male ii, qui *futurum* inſerunt, idque vel retento, vel exturbato *furvum.* Nihil deeſt, & oratio nequaquam culpanda. *Parricidio* accipiendum propter parricidium. Hiſtoria nota eſt. Locutiones ſimiles ſunt in iſtis locis. Cicero in partit: *Eorum autem, quæ propter ſe expetuntur, partim honeſtate ipſa, partim commoditate aliqua expetuntur.* Juvenal Sat. 10. 120. *Ingenio manus eſt & cer[vix] cæſa.* de Cicerone. ead. Sat. 333 *Rapitur miſer extinguendus Meſſallin[æ] oculis*, id eſt, propter amorem Meſſallinæ, quæ illi adjecerat oculos. quod non intellexerunt. Latin. Pacat. c. 34 *Qui ad muros differenda morte properave[]rant.* Vel potius id accipimus ut in Panegyrico, qui Conſtantino dictu[s] c. 24. *Vix leve pallium & ſericos ſinu[s] vitando ſole tolerantes.* ubi antiqui ſun[t] dativi. Propert. lib. 1. eleg. 16. f.

Sic ego nunc dominæ vitiis & ſemper amantis
Fletibus, æterna differor invidia.

Lib. eod. eleg. 20.

His ô Galle tuos monitis ſervabis amore[m]

Quod cum non haberet in numerat[] Beroaldus, lapſus eſt eod. in poëta lib. 2. eleg. 9. fin.

Mortem ego non fugiam, morte ſubi[ta] tua,

id eſt, propter mortem tuam: vel ho[c] ſenſu, ut mortua Cynthia ſua velit & ipſe mori: vel quod pro ipſa vitam cu[] piat ponere, ubi vitam illius hoc fa[]cto poſſit redimere. Qua ſententia ſa[]tis παθητικῶς concludit, infra quoqu[e] Controv. 8. *Latroni non placebat hic c[]lor: malebat adoleſcentem judicio, qua[m] morbo militare.* Paulatim in deliciis i[] genus loquendi eſſe cœpit: de qu[]

jam

jam dedimus exempla alia ad Calpurnii Declam. 19. plura etiam ad Quintiliani Declam. 1. daturi.

Colorem tam ſtrictum] Ex ipſius Ceſtii ſententia, qua voluit *temperandum hunc colorem*, intelligo *ſtrictum* hic eſſe, quod *diſtrictus*, quod pro duro, aſpero, nimis ſevero accepit Valer. Maxim. 8. 2. ubi eſt: *Ex amica obſequenti ſubito diſtrictam fœneratricem agere cœpit.* Tacit. quoque 4 Annal. 36. *Ut quis diſtrictior accuſator, velut ſacroſanctus erat: leves, ignobiles, pœnis afficiebantur.* Controv. 9. *Male de ſe exiſtimare eum, qui ire ad judicem diſtrictum nocens nollet.* Quintil. Declam. 342. in ſerm. *non amare, nec diſtricte.* Plin. lib. 2. ep. 21. *diſtricte minari.* Petron. *Et fortuna ſonet celeri diſtricta meatu.* Levitate ſua illa illudit mortalibus, multumque ſane moleſta eſt. Meatum tribuit Fortunæ, ut paſſim poëtæ: Notum eſt illud:

Paſſibus ambiguis fortuna volubilis errat,
Et manet in nullo fixa tenaxque loco.

Vult autem, quod nemo adhuc vidit, tragœdias eſſe tractandas, quæ grandis ſunt ſtyli: unde hic *fortuna ſonet.* ut & hexametra: quo pertinet: *Dent epulas & bella t. m. c.* Ut denique Ciceronis ſcripta, maxime orationes. Quare Petronius: *Grandiaque indomiti c. v. m.* Luſus vero fortunæ & viciſſitudines rerum humanarum tragœdiis tractantur, earumque præcipua materia ſunt. Firmat porro ſententiam noſtram, quod patroni cauſarum ad ſtudium ſcribendi tragœdias, tanquam ad portum ſæpe ea tempeſtate confugerunt. vid. Dialog. de orat. Igitur Petron.

Interdum ſubducta foro det pagina verſum.

Sed hæc in tranſitu. Ut *ſtrictus* hoc loco, ita eſt in Prooemio ſupra: *Et putant illum homines hac virtute caruiſſe; cum ingenium quidem ejus hac dote abundaverit, judicium autem fuerit ſtrictius.* Præf. 4 Controverſ. *Illud ſtrictum ejus & aſperum & nimis ratum in dicendo judicium.*

Filio ſatisfactum eſt] Qui patrem, à quo graviſſima abdicationis injuria affectus erat, non tantum ad extremam redactum vidit mendicitatem, ſed & ſibi factum ſupplicem. Latini autem ſatisfactum etiam intelligunt, cum quocunque modo, vel rebus, vel verbis id factum eſt, unde læſus & iratus, lenitus atque placatus ſit. Igitur etiam *pœnitentia, precibus ſatisfacere deo*, recte & veræ religioni convenienter dici poſſumus. Vid. Sueton. Jul. 73. Claud. 38. & ibi comment. ut & ad Plauti Amphytr. 3. 2. 8.

Poterat nobis convenire] Vel hic *poterit*, quod malo: vel mox: *fuiſſent, rogarent.*

Quod vulneret, non &c.] In Mss. notant eſſe, *vulneraret, titubaret.* quæ forte ducant ad verum. Nam ſenſum ſaltem in his eſſe non dubito, qui apparet in priore Gronovii conjectura: *quod vulneraret, non quod turbaret.* Quam ad conjecturam probabiliorem reddendam, facit notatum à Meurſio ad iſtud Plautin. Epid. 4. 1. 33. *Quid eſt quod vultus te turbat tuus?* Ubi ait, non tantum pro *vultus, digitus* ſignate eſſe in V. C. ſed præterea etiam pro *te turbat, titubat.* Mihi vero, fateor, hunc ad locum venit etiam in mentem, num illud *titubaret* active poſſet poſitum intelligi: quia legimus apud Principem poëtarum 5 Æneïd. 331.

Hic juvenis jam victor ovans, veſtigia preſſo
Haud tenuit titubata ſolo,

id eſt turbata & lapſantia. Planiſſime etiam Seneca Herc. OEt. 159. *Laſſus an pondus titubavit Atlas?* Prudent. Pſychom. —— *ſciſſura domeſtica turbat*
Rem populi, titubatque foris, quod diſſidet intus.

Schemata vult acumine fuiſſe deſtituta, iiſque neminem moveri graviter & gradu dejici, multo minus proſterni aut vinci potuiſſe. Nemo illud *titubaret* pro antiquo nimis damnet, magis, quam *opera eſt* Suaſ. 1. & ſeq. pro *loqui* Suaſ. 7.

Quod ſententia verbis conſumatur] Lego: *& rariſſimo genere quo ſententia verbo conſummatur. verbis* enim locum hic non habere quivis videt: cum nequaquam

quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

quam pro rariſſimo poſſit haberi, *ſi ſententia conſummetur verbis. verbo* autem ut conſummetur, non ita eſt pervulgatum. *verbo*, inquam: id eſt ita breviter, ut unius periodi & quidem exiguæ non excedat menſuram oratio. Quod ita eſſe credo, *quia verbo uno dicere*, pro dicere pauciſſimis ſatis eſt notum: & præterea quia videmus ſententiam brevem veteres appellaſſe *verbum*. Utrumque firmat & illuſtrat Donatus ad iſta Terent. And. 1. 1. 18. *Quin tu uno verbo dic, quid eſt, quod me velis.* ubi ille: *uno verbo, uno ἀξιώματι, una ſententia.* Nam ἀξίωμα ſententia eſt, vel enuntiatio, uno verbo nexam continens & perfectam intelligentiam. Et verum eſt, ubicunque verbum notione iſta minus vulgari ponitur, quaſi ἀξίωμα tantum (ea ſolet eſſe brevitas) poſitum videri. velut ipſum illud, quod allegat ex Adelph. 5. 8. 30. *Bene & ſapienter dixti dudum: vitium commune omnium eſt, Quod nimium ad rem in ſenecta attenti ſumus.* Addamus & alia loca, quia quæ ſuppetunt, non injucunda credimus fore legentibus, tum quia, quod ſentimus, unice affirmant. Idem igitur Terent. And. 2. 5. 15. *Verum illud verbum eſt, vulgo quod dici ſolet, Omnes ſibi malle melius eſſe, quam alteri.* Eunuch. 1. 2. 95. *Utinam iſtuc verbum ex animo ac vere diceres: Potius quam te inimicum habeam.* Ita & Plaut. Moſt. 3. 2. 103. *Heus tu, ſi voles, verbum hoc cogitare: Simul flare ſorbereque haud facile eſt.* Idem Truc. 4. 4. 32. *Verum eſt verbum, quod memoratur, Ubi amici, ibidem opus.* Credas vero nominatim inde hunc uſum fluxiſſe, quod pleraque iſtiuſmodi proverbiorum, ut quæ ἀξιώματα vocant Logici, ſaltem ſimplicia, unius verbi vinculo continentur. Quo ducunt, quæ docet Donatus.

CONTROV. II.

Pag. 92. *Sacerdoti ne purus*] Credo reponendum: *Sacerdoti noſtra ne purus quidem contigit dominus.* Vid. init. Controv. Et poteſt particula *ne* cauſa fuiſſe, cur exciderit *noſtræ* quod ſimili fere ſcribitur ratione. Habet aliquid ironiæ illud *noſtra*: quomodo *meus* in illo Phædri fab. 88. *homo meus ſe in pulpito Totum proſternit.* Quintil. Declam. 12. *At ſi diis placet, legatus noſter tum maxime bene navigabat.* Quare non aliud hic quam *noſtra* inſeram: & *noſtra* initio cum Nicolao Fabro retinendum cenſeam. quamvis *veſtra* ſit in epit. & in veteri cod. quod monet & probat Schottus.

Oſculatus eſt] Quo ipſo etiam vitium aliquod allatum pudicitiæ. Junius Gallio infra: *Hæſiſti in complexu: oſculo pacta es, ut feliciſſima fueris: pr pudicitia impudice rogaſti.* add. Latronem init. Diviſionis. Quam grave nunc flagitium habeatur Hiſpanorum Italorumque moribus, ſi virgo, vidua aut uxor, ab aliis quam parentibus aut maritis ſibi oſculum ferri patiatur notum eſt: add. Tholoſan. Syntagm. Jur. 8. 8.

Quiſquis puram putabat] Nempe ni ti in vetitum maxime amant iſti ſalaces: quare & Tiberius, Caligula, Nero, alii id genus tyranni illuſtrium fœminarum pudicitiæ illudere gaudebant: atque in his ut & in virginibus caſtitatem ac modeſtiam ſtimulum habuerunt libidinis, cujus vitii non expertem fuiſſe Auguſtum ipſum, colligere licet ex iis, quæ memoriæ prodidit Sueton. illius in vita c. 69. add. 71. ubi eſt: *Poſtea quoque, ut ferunt, ad vitiandas virgines promptior.* Junius Gallio infra ſimile taxans hominum genus: *Ignoramus iſtos, quibus vel hoc i ejuſmodi quæſtu præcipue placet, quod illi batam virginitatem decerpunt.* Mox etiam Marillius: *Age, ſi quis venit pertinax? age, ſi quis hoc ipſum concupivit, quod virgo erat?* Quod vitium cum pervulgatum ſciret Latro, hoc in loco pronunciare non dubitat: *Si nihil aliud, certe oſculatus eſt te, quiſquis puram putabat.*

Pretium conſtitutum] An quia definivit leno quantum mercedis ſingulis ſibi diebus ſit quæſitura ac relatura. Nam & nomina meretricum, & quan-

tu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

kus cujuſque quæſtus eſſe diurnus deberet, perſcriptum habebant ſuis in tabulis lenones. Unde paulo poſt: *Da mihi lenonis rationes: captura conveniet.* apparebit, tantum quotidie te retuliſſe lenoni, quantum expectaverat, quantumque tibi ſingulos in dies præfiniiſſe ſuis in rationibus expreſſerat. Cujuſmodi etiam meretricibus *reſpondere capturam*, item *conſtare* dixerunt. Quemadmodum eorum conſtant rationes, qui effecerunt, ut ſint conſolidatæ rationes, ac nulla ſint reliqua. Etiam quantum quoque mererent concubitu, aut ſingulis pluribuſve noctibus, ſtatuiſſe lenones, manifeſtum multis eſt locis. Notabilis ille eſt, quem ad Petronii allegant cap. 8. *Puella ſe proſternit ad pedes: Miſerere virginitatis meæ, ne proſtituas hoc corpus, ſub tam turpi titulo. Leno vocavit villicum puellarum, & ait: Ancilla exornetur, ſcribatur ei titulus: Quicumque Tarſiam defloraverit, mediam libram dabit, poſtea populo patebit ad ſingulos ſolidos.* Plaut. Pænul. 1. 2. 60. *Monſtrum mulieris! tantilla tanta verba funditat: Quojus ego vel nebulæ cyatho ſeptem noctes non emam.* Hoc dum conſtituunt lenones, ipſis etiam meretricibus conſtituere pretium, quanti quæque eſſet facienda. Quod & expreſſum in titulis, uti ex loco, quem producebam, apparet; & hoc ipſo innuitur. Qua ex conſuetudine hæc auctoris commodiſſime exponi poſſunt.

Titulus inſcriptus eſt] Hoc loco ille firmari videtur, qui infra eſt in verbis Ceſtii Pii: *Nomen tuum pependit in fronte: pretia ſtupri accepiſti.* Ut accipiamus, quo & ducunt præcedentia, ipſi tibi *titulus inſcriptus eſt.* Nempe ſervæ erant hæ meretrices, quo minus mirandum id factum fuiſſe, maxime ſi quis cogitet illud Propertii 4.el. 5.de ſervis eſſe, *quorum titulus per barbara colla pependit.* Et hunc ego ad morem illa Juvenalis in Satyr. 6. de Meſſallina Claudii feminarum ſalaciſſima pertinere crediderim:

Intravit calidum veteri centone lupanar,
Et cellam vacuam, atque ſuam: tum nuda papillis
Conſtitit auratis, titulum mentita Lyciſcæ,
Oſtenditque tuum, generoſe Britannice, ventrem.

Quod cellis ſuperſcripta meretricum fuerint nomina, quod notat ibi Scholiaſtes vetus, verum eſt; ſed videtur alienum, quemadmodum & alienum eſt, quod Schottus huic loco illuſtrando affert illa Arellii Fuſci infra: *Meretrix vocata es: in communi loco ſtetiſti; ſuperpoſitus eſt cellæ tuæ titulus, venientes recepiſti.* Item illud Martialis:

Intraſti quoties inſcriptæ limina cellæ.

Quæ ille, ut Douſa quoque ad Petron. hoc Latronis & iſto Juvenalis cum loco male confundit: cum ſint diverſiſſima: quemadmodum diverſiſſimum eſt ab illo Propertii Petronianum hoc cap. 29. *Venalitium titulis pictum.* Unde intelligimus & ſervos & loca ubi venibant inſcripta fuiſſe. Qua cum diſtinctione hujuſmodi etiam de meretricibus loca legi & ad aliquid demonſtrandum accommodari debent. Fuiſſe autem illa inter alias cauſa videtur, cur titulos adderent meretricibus, quo dignoſcerentur, cum plerumque eſſent nudæ, aut vilibus tantum centonibus tectæ, quibus facile rejectis ingererent oculis, quicquid veſte tegi jubet pudor. Redi ad Juvenalis locum de Meſſallina. Petron. cap. 7. *Centonem anus rejecit, &, Hic, inquit, debes habitare.* Mox idem: *Video quoſdam inter titulos nudaſque meretrices furtim conſpaciantes.* Quem ad locum quantas dederint turbas eruditi, Colvius, Voverius, ipſi Turnebus & Scaliger, nihil hic oſtendere opus erit. Tantum cogitetur ipſis meretricibus impoſitos etiam titulos fuiſſe ac patebit non ſollicitandam lectionem iſtam, & omnia mero meridie clariora erunt. Verum eſt, quod vidi poſtea quam hæc repereram, Caſellum Durantium lib. 1 Var. Lect. cap. 2. & 10. ad iſta Ceſtii prohibenda ab interpretatione mala, aut mutatione, pauxillum de iſtis, quæ jam deduxi, jam

dixiſſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

dixiſſe. Sed qui utriuſque viderit notam, is intelliget, quanto plus ad hæc & cætera huc pertinentia illuſtranda contulerim. Hoc in tranſitu addo etiam ſervos & ancillas centonibus tantum indutos plerumque fuiſſe. Cato apud Feſtum: *Domi cum auſpicamus, honorem me Deum immortalium velim habuiſſe. Servi, ancillæ, ſi quis eorum ſub centone crepuit, quod ego non ſenſi, nullum mihi vitium facit.*

Neſcio quid cellulam] Ita in his fingitur, quaſi illa defendens ſe puram & virginem eſſe, inter alia id quoque dixerit, notum eſſe promptiſſima libidine alias in cellulis & lectulis ſecretis ſui præbere copiam: Se vero abhorruiſſe ingenio ſemper ab hujuſmodi flagitiis, & omni cura & ſtudio virginitatem ſuam indelibatam ſervaviſſe. Ad quæ in ſequentibus ita regeritur, quaſi indignum ſit illa, hoc præſertim in negotio, iſta vocabula ad lupanar pertinentia vel nominare, imo vel auditu cognita habere. Quare in his ita agere videtur diverſarum partium patronus, quaſi ipſi etiam ea ignota ſint, & ex abrupto ſubjungere: *De pudicitia ſacerdotis hic quæritur.*

Pag. 93. *Tum ex illo lupanari*] Locus eſt ad quem hæſerunt eruditi. Nec video à quoquam adhuc explicitum fuiſſe. Tanto juvit magis hic indulgere labori. & credo operæ me feciſſe pretium. Viam ad verum, quod reperiſſe me credo, aperuerunt illa Vinicii: *Procedente hac lictor ſubmovere jubebitur? huic prætor via cedet? ſummum imperium conſules cedent tibi? Quæcumque meretrix proſtrata fuit, fugiet.* Poſtrema hæc me adverterunt, cum hoc in loco, quem quærebam, mentio de fugiendo interponeretur, quæ minime ad rem eſſet accommodata. Nec dubitavi tandem iſtis Vinicii hæc gemina eſſe, id quod intelliget quivis, ſi legatur: *Tu mihi ex illo lupanari & cruenta fugeres, ſi qua tibi occurriſſet.* Nempe ſacerdos, quod nomen ſuperfluum erat repetere, cum præceſſiſſet. Nec vero quiſquam credat illud *mibi* meo tantum arbitratu inſertum: ſolo

quod hic ſupereſt, *m*, cui jotula ſuper
ſcriptum, exprimitur in mss. De re
liquis, quæ jam obvia ſunt, moner
ſupervacaneum judico.

Iſti mandabitis] Hunc locum tacitu
præteriturus eram, niſi Juretus eum
in dubium vocaſſet, qui *hoſti mandabi
tis*, velit. ut ſit, quod duobus iſtis *ca
ptivæ, proſtitutæ* reſpondeat. Mihi ſati
ſuperque reſpondere iis videtur vo
iſti, quæ ipſa eſt indignantium alio
que non leviter vituperantium. Con
trov. 1. *Interrogo vos, judices, quid fac
re oporteat? nam iſtum non interrogo.* Pro
pert. lib. 2. 9.

*Iſte quod eſt, ego ſæpe fui: ſed forſit i
hora*

Hoc ipſo ejecto carior alter erit.

Ut latius etiam pateat in malam pa
tem, quam vox *hoſti*.

Ferrum appulit?] Senſum flagitar
credo *abſtulit?* Ceſtius Pius: *Sic v
nientes deprecata eſt, ut ferro opus eſſe*
add. tamen fin. Controv.

Aut honeſte maneat] Schotto & A
relio teſtibus in Mss. eſt *honeſta*. Unc
cogitabam: *honeſta ſit, & maneat, qu
ſemper fuit.* In procemio ſupra: *Em
liti, enerveſque, quod nati ſunt, inviti m
nent.* Dictys Cretenſis lib. 2. *Fide
atque amiciſſimi nobis ad hoc tempus p
manſerant.* Plin. 9. Ep. 36. *Clauſæ
neſtræ manent.* Arnobius 2. adverſ. ger
*Idem erit iners, valeat manere, quam
annis vivus innumeris.* Reſpondet h
noſtro ſermoni, ita ut *manere* in Aqu
læ Romani illis: *Sententia figuræ imm
tato verborum ordine vel tranſlato, man
nihilominus; elocutionis autem ſi diſtr
xeris vel immutaveris verba, vel ordin
non ſervaveris, manere non poterit.*

Pag. 94. *Summum imperium con
les*] Pro ſummo etiam imperio conſ
latum habet Tacit. in ipſo limine A
nal. ubi annales ſuos, quibus vit
Cæſarum ab exceſſu exequitur Aug
ſti, priſcæ reip. apte ingenioſeque co
miſſurus, imperia, quæ quondam o
tinuerant, quæque poſtremo lo
principatus & poteſtas Cæſarum ex
pit, ſummatim enumerat, dein deſ
nata componit: ſed notandum, qu

trib

tribunorum plebis mentionem interponat nullam: quos etiam ſumma poteſtate præditos voluit non tantum Valer. Max. 3. 8. 6. & 9. 15. 1. ubi *ampliſſimam tribunatus poteſtatem* appellat; ſed & Sall. in B. Catil. *Nam poſtquam Cn. Pompeio & M. Craſſo Coſſ. tribunitia poteſtas reſtituta eſt, homines adoleſcentes ſummam poteſtatem nacti, quibus ætas animuſque ferox erat, cœpere ſenatum criminando, plebem exagitare*, &c. Conſules etiam ſummam poteſtatem appellatos docuit ſummus Caſaub. ad Sueton. Calig. cap. 25.

Meretrix proſtrata] Omnes meretrices proſtratas & proſtratæ pudicitiæ eſſe nemo neget: ſed non omnes proſtratæ continuo meretrices, quod etiam doceat Sueton. Calig. 24. Quare hic ſuſpicabar legendum: *Quæcunque meretrix, aut proſtrata.* quibus magis etiam premere conſcientiam iſtius virginis videtur.

Nam quod ad ſortem] Ita ſæpiſſime obſervamus particulam *nam* non tueri locum conjunctionis cauſalis: ſed tantum quid novi connectere præcedentibus, quod tamen ad illa, & quidem ſingulari ratione pertineat. Unum dabo nunc locum, innumera ſimilia facile dein quivis ſibi colliget. Flor. lib. 2. cap. 11. Cum alia retuliſſet feritatis Gallogræcorum exempla, quæ miraculo eſſe poſſent, ſubjungit: *Nam Orgiagontis regis uxor à centurione ſtuprum paſſa, memorabili exemplo cuſtodiam evaſit, revulſumque militis caput ad maritum ſuum retulit.* In his vero P. Vinitii etiam tollitur objectio: Atqui in ſortem data atque recepta eſt, eoque ipſo pro pura, pro caſta habita. *Imo*, inquit ille, *ne reliquæ contaminentur virgines, hæc ſegregata eſt.* Quod vel eo pertinet, quod illius ſortem ceteris non permiſcuerint, vel ipſam cæteras inter virgines, quæ in ſortem erant datæ, conſiſtere non permiſerint. Utrumque argumentum, nunquam hac quidem in re judicio publico idoneam judicatam. Confer infra Ceſtii Pii narrationem, ubi huc tamen pertinentia corrupta ſunt: quæ emendata me daturum ſpero.

Inviſa meretrix] Quia nunquam, cum meretrix eras, nudam te cuiquam more meretricum pervulgato conſpiciendam præbuiſti, quo facto caſtitatis laus haud dubie imminui deberet. Pulcherrime Gyges apud Herodotum: ἅμα κιθῶνι ἐκδυομένῳ συνεκδύεται καὶ τὴν αἰδῶ γυνή. Atque eo ſenſu illud *inviſum* à me exponi nemo mirabitur, qui ſciat ita apud optimos reperiri. Cæſar lib. 2. *Inviſis, latitantibus atque incognitis rebus.* Cicero de Aruſpicum reſp. *Maribus non inviſa ſolum, ſed etiam inaudita ſacra inexpiabili ſcelere pervertit.* Arnobius adverſ. Gent. lib. 1. *O maxime, ô ſumme rerum inviſibilium procurator! ô ipſe inviſe & nullis unquam comprehenſe ſenſibus!* Quare Gruterus in illo Flori loco, 4. 12. *Inviſum atque inacceſſum in id tempus Hercynium ſaltum patefecit*, recte nihil mutandum cenſuit. Etiam interpretationem noſtram firmat, quod ſubjungitur ad iſtam gloriam convellendam: *Nuda in littore ſtetit*, &c.

Pag. 95. *Quæ ſtipem rogaſti*] Etiam legibus Hebræorum, qui ſordidum vitæ genus, vel ſequerentur, vel ſecuti eſſent, ſacris non ſunt præfecti. Maimonides: *Non conſtituunt vel regem, vel Pontificem eum, qui eſt aut lanio, aut tonſor, aut balneator, aut textor, aut coriarius; non quod artes ejuſmodi illegitimæ ſint habitæ, ſed quoniam ob earum ſordes populus in ejuſmodi ſucceſſione nunquam acquieſceret. Etiam qui die unico aliquam ex artibus ejuſmodi exercuerit, minime idoneus redditur.* Cujus legis ratio imprimis notanda, quia ad hunc locum illuſtrandum egregie facit. Gellius quoque 1. 12. fas negat fuiſſe apud Romanos, ut caperetur virgo Veſtalis, *cujus parentes alter ambove ſervitutem ſervierunt, aut in negotiis ſordidis verſantur.* Convenienter iſtius Hebræorum legis rationi. Cujuſmodi rationes cum in numerato ſint cuivis, cum honores petuntur ab iis, qui à tenui aut ſordido initio ſunt profecti, facile intelligimus, quare dixerit hic Vinitius;

nitius: *Quæ ſtipem rogaſti, ſacerdotium rogas?*

Honorem habitum &c.] Quintilian. decl. 3. ubi agitur cauſa militis, cui ſtuprum intentaverat tribunus, ea cauſa à milite occiſus: *Tuis honor ſit habitus ſanctiſſimis auribus, Imperator.* Ita quicquam nuptorum obſcenorumque verborum proferre apud judices, quamvis noſtrorum ſacrorum profani eſſent, religio fuit. Noſter in fine hujus Controverſiæ: *Longe recedendum ab omni obſcenitate & verborum & ſenſuum. Quædam ſatius eſt cauſæ detrimento tacere, quam verecundiæ dicere.* Quintil. Inſtit. 6. 3. *Obſcenitas vero non à verbis tantum abeſſe debet, ſed etiam à ſignificatione.* Quare in declam. quam dixi: *Non audeo dicere, imperator; concipe animo temporis illius habitum, reforma cogitationes tuas; in aliis forſitan cauſis permittatur indignitatem rei oratione exaggerare: de injuria noſtra Latine queri non poſſumus: parcendum verbis eſt: inhibenda magna ex parte veritas: prævaricandum mihi eſt, ſi pudorem habeo.* Quanto hi ſanctius quam noſtri ſeculi fert conſuetudo! ubi obſceni ſenſus, ac prætextata verba vitæ cultioris pars habentur, & gratius accidunt ſæpe ad aures, quam diſputationes ad humanarum divinarumve rerum notitiam pertinentes, aut quæcunque ſeriæ. Quod utinam vitium etiam ab omnibus Chriſtianorum judiciis exularet! uti ſemper hoc in genere vel comparandi ſaltem ad gentiles ſimus. Quorum judices ſuam lædi majeſtatem credebant, ſi quis coram ſe ad obſcenitatis accedentia viciniam dicere auderet. unde hic: *Honorem habitum auribus majeſtatique velim veſtræ.* Majeſtatem enim antiqui illi non tantum tribuunt iis, penes quos poteſtas eſt ſumma in omnes & omnia reip. aut regni, verum etiam magiſtratibus, Conſulibus, Prætoribuſque ſuis: quorum hi maxime præerant judiciis. Paulus Juriſconſultus in l. 11. D. de juſt. & jur. *Ubicunque prætor ſalva majeſtate imperii ſui, ſalvoque more majorum jus dicere conſtituit: is locus recte jus appellatur.* Liv. 2. 55. *Huic tantæ tempeſtati, cum ſe conſules obtuliſſent, facile experti ſunt, parum tutam majeſtatem ſine viribus eſſe: violatis lictoribus, fractis faſcibus è foro in curiam compelluntur.* Velleius Senatui tribuit Auguſto imperante, 2. 89. *Reſtituta vis legibus, judiciis auctoritas, ſenatui majeſtas, imperium magiſtratuum ad priſtinum redactum modum.* Quintil. decl. 13. pag. 164. poſt m. Sed in his majeſtatem eo accipio ſenſu, quo fingitur Honoris & Reverentiæ filia. Ovid.

— *Honos placidoque decens reverentia cultu*
Corpora legitimis impoſuere toris.
Hinc ſata majeſtas.

Ut præcipuam quandam auctoritatem & dignitatem, non ſummam illam & ἀνυπεύθυνον poteſtatem ſignificet. Ut & apud Valer. Maxim. 3. 8. 4. *Metellus autem Numidicus propter conſimile perſeverantiæ genus, excepit quoque indignam majeſtate ac moribus ſuis procellam.* Item Liv. *Si in ſua quiſque noſtrum matreſfamilias, Quirites, jus & majeſtatem viri retinere inſtituiſſet, minus cum univerſis fœminis negotii haberemus.* Quare & hujus, quam illius læſæ majeſtatis multo gravior conſtituta eſt pœna. Vid. comment. ad inſtit. §. 2. *de publ. judic.* Hoc loco ea vox vel ad populum poteſt reſpicere, Quintil. decl. 252. vel ad Pontifices, Velleius 2. 12. vel & ad judices alioſque, prout hæc res fingitur à declamante, vel ad hanc, vel aliam remp. aut judicium locumque pertinere. Ad populum tamen maxime retuleram ex Quintil. declamatione iſta, ubi ſacerdos creatur in comitiis à populo: ſed dubium rurſus me reddidit illud Latronis: *Abſint ex hoc foro lenones, abſint meretrices.* item illud Blandi: *Scias clauſa eſſe teſtibus tuis templa.* Quomodocunque velis, vox *majeſtas*, niſi eam ad infimum genus demittas judicum, quibus hic locus nullus, ſemper judicio poſita hic erit; uti oſtendimus.

Summa notitia eſt] Viles igitur aut obſcuros ad ſacerdotia non admittendos

dos cenſet, ſaltem præferendos iis notos: quippe ſi uſquam, iſto in negotio ſpectati mores eſſe debuerunt. Infra in verbis Ceſtii Pii: *Ubi adhuc fuiſti? Diſcede, ignota es: diſcede, nimium nota es.* Qui locus unicus ad hunc illuſtrandum: ubi *ſumma notitia virginis* dicitur, quæ notiſſima eſt, cujus maxima nominis eſt claritudo & nobilitas. nam ut *nobilis* & *notus* promiſcue ponunt, Virgil. *Nobilis & fama multis memoratus in oris.* ita *nobilitas* & *notitia* ſenſu, quo dixi. Flor. 2. 6. *Quartum, id eſt, pene ultimum vulnus imperii, Cannæ, ignobilis Apuliæ vicus: ſed magnitudine cladis emerſit: & quadraginta millium cæde parta nobilitas.* at Valer. Max. 3. 2. 22. *Quod factum* (Acilii) *parum juſta notitia patet.* qui locus non eſt corruptus, ſed parum recte intellectus. unde tollendus aſteriſcus eſt. Auctor dialogi de Orat. c. 11. *Et hodie ſi quid in nobis notitiæ ac nominis eſt, magis arbitror carminum, quam orationum gloria partum.* cap. 36. eodem: *Tanto plus apud principes gratiæ, plus auctoritatis apud patres, plus notitiæ ac nominis apud plebem parabat.* De quo jam diximus illius dialogi ad cap. 6. Facit etiam ad hunc locum initium eorum quæ dixit Junius Gallio.

Summa felicitas] Ergo in ſacerdote futura etiam requiſiverant felicitatem. Quod non ex hoc ſolum loco colligo. Præterea etiam Junius Gallio dixit infra: *Legem ad ſacerdotium non ſanctitatis tantum, ſed etiam felicitatis admittere.* Et Ceſtius: *In ſacerdote futura maxime debere æſtimari pudicitiam, innocentiam, felicitatem.* adde & in. diviſione Latronis. Cujus ego rei non eam tantum credo rationem fuiſſe, quod cum male ominata & infauſta verba ſuis à ſacris exulare voluerint: quod continetur illis:

Proſpera lux oritur: linguiſque animiſque favete.
Nunc dicenda bono ſunt bona verba die.

abſurdiſſime fuerint facturi, ſi ipſos infortuniis mactatos à diis, præficerent cerimoniis. Sed præterea etiam, quia, quod quivis jam videbit, colligebant, inviſos diis infelices eſſe, dilectos vero felices. Terent. Andr. 5. 6. 9. de feliciſſimo: *Solus eſt, quem diligunt Di.* Virgil. Æn. 1. 391.

Quiſquis es, haud, credo, inviſus cœleſtibus auras
Vitales carpis, Tyriam qui adveneris urbem.

Ubi Serv. *Liptotes figura per contrarium ſignificans,* id eſt, *credo te eſſe cariſſimum ſuperis.* Contra Cicero in orat. pro Cælio: *Quamobrem, ſi quem forte inveneritis, qui aſpernetur oculis pulchritudinem, rerum omnem ſuavitatem: huic homini ego fortaſſe & pauci Deos propitios, plerique autem iratos putabunt.* Quod quid eſt aliud, quam, ego & pauci judicabimus eum felicem, plerique vero infelicem. In re nota plura addere exempla ſupervacuum erit. add. controv. 2. lib. 4. Minime igitur, quibus deorum ſuorum numina adverſa intelligebant, eorum fidei & poteſtati ſacra ſua committere ac credere voluerunt. Cum id quoque perſuaſum haberent, quibus dii eſſent infeſti, eos id culpa & ſceleribus ſuis commeruiſſe. Unde *ſceleſtum* & *infelicem* pro eodem dicunt. Plaut. Moſtel. 3. 1. 1. Auctor Conſolat. ad Liv. 135.

Tene ego ſuſtineam poſitum ſcelerata videri?
Tene meæ poterunt ungere, nate, manus?
Nunc ego te infelix ſummum, teneoque tuorque.

Apul. Metam. p. 4. fin. Hinc intelligendum, quare caſtra, in quibus ſupremum diem obiit Druſus, *ſcelerata* ſint appellata, quod memorat Sueton. Claudii init. Nam de *porta ſcelerata*, quæ dimiſit in bellum Fabios ſex & trecentos, qui perierunt, jam olim monuit vir ſummus Daniel Heinſ. in exercitation. ſacr. ep. ad Coloſſ. cap. 2. ubi vide. Cauſam tamen, quare poſſit factum videri, ut iſta eo ſenſu in uſu eſſent, non expoſuit. Huc reſpicit illud Virgilii: *Linquere pollutum hoſpitium & dare claſſibus Auſtros.*

Meretrix poteſt] Mallem *potuit.* &

fortaſſe interrogative hæc concipienda ſunt. ut initio periodi ſit, *Num poteſt*. Saltem ita multo erunt omnia vividiora.

An rogatus] Communis uſus vellet, *an non*. Sed jam ante id dixi, quod nunc itero; ita perpetuam iſtorum duorum in controverſiis eſſe confuſionem, ut mutare non audeam.

Clauſa eſſe teſtibus tuis templa] Igitur fingit Blandus in templo hoc judicium exerceri, quod antiqui moris. Virgil. in 7 Æn. *hoc illis curia templum*. Servius notat ad verſ. 153. libri ejuſdem. *niſi in auguſto loco conſilium ſenatus habere non poterat. unde templum Veſtæ non fuit augurio conſecratum: ne illuc conveniret ſenatus ubi erant virgines*. Addit: *Ad atrium ſane Veſtæ conveniebatur, quod erat à templo remotum*. Igitur cum à locis ſacris arcerentur nefarii, cum in templis haberentur judicia, non modo illis teſtimonii dicendi non fuit jus, quod nunquam iis datum, ſed nec aditus ea ad loca iis conceſſus. Quod eo allegat, ut oſtendat, quæ inter id genus homines, piratas nempe & latrones, vixerit, nec poſſit niſi iſtorum teſtimonio probare, ſe caſtam & puram eſſe, eam nec in ſpem ſacerdotii poſſe aut debere venire. Infra Aſprenas: *Cum in lupanar veneris, jam tibi omnia templa præcluſa ſunt*. Quæ ὑπερβολικῶς dici manifeſtum eſt. Paneg. Mam. Juliano cap. 2. *Hoc auguſtiſſimum conſilii publici templum*.

Non videbatur iſte virginis] Commodius: *non videbatur virginis iſte vultus, iſta conſtantia*, &c.

In communi loco] Eleganter & quam maxime appoſite lupanar *locum communem* appellat, quia iſta nequitiæ ſtabula impuris maximeque profanis locis accenſenda ſunt. Sancta adeo non ſunt communia, ut *nullius ea eſſe* ſanciant juris antiſtites. Domus etiam ſingulorum ſuam ſibi ſanctimoniam habuerunt ob penates & lares familiares, qui in iis apud focos maxime colebantur. Quare Heſiod. ἔργ. fine. Μηδ' αἰδοῖα γονῇ πεπαλαγμένος ἔνδοθεν οἴκου, Ἑστίῃ ἐμπελαδὸν παραφαινέμεν, ἀλλ' ἀλέασθαι. Partem illam,
qua viri ſumus, nequaquam vult reve-
landam ad focum. Contrarium his
fieri in lupanaribus, interprete indi-
cente norunt & caſtiſſimi. Quare ea
communium locorum nomine vide-
tur appellaſſe, in quibus verſata, quæ
nunc ſacerdotium petit, tanto magis
repellenda. Sacris in litteris ſæpiſſime
κοινὸν profanum & immundum no-
tat. Actor. 10. 14. Οὐδέποτε ἔφαγα
πᾶν κοινὸν, ἢ ἀκάθαρτον. ita κοινοῦν
verſ. ſeq. Ἃ ὁ θεὸς ἐκαθάρισε σὺ μὴ κοί-
νου. ita & Matth. 15. 11. Quem locum
ita vertere non dubitavit Tertullianus
Beza locum indicavit: *Non vaſculorum*
inquinamentis, ſed illorum, quæ ex or
promuntur, hominem communicari. D
patientia cap. 8. id eſt, communem
ſive impurum fieri. ut apud Cicero
nem: *communicata alteri provincia*. ſen
ſu tamen ſanctiore. Tertullianum cr
das plura vidiſſe Latinorum etiam lo
ca, in quibus *communis* pro impur
eſſet. Accipio autem illo quoque r
ſpectu, quod cum domus ſua cu
que ſanctiſſimum præſidium, atqu
arx ſit, unde arcere alios maxime fl
gitioſos ſuo jure poſſit; diverſum
lupanaribus ſit dicendum. Contr. 3
verba ad lenonem: *Non me hercules*
ferrem, ſi canem ad oſtium alligaſſes.
meretricem vero apud Quintil. d
clam. 14. *Tu cui non licet excludere*
bilitates, faſtidire ſordes, expoſita ebriet
tibus, addicta petulantiæ, &, quæ nov
ſima vilitas eſt, noctibus populoque conc
ſa, mores juvenis emendas?

Pag. 96. *In omnem motum corp. conf*
Horat. 3. Od. 6. *Motus doceri gau*
Ionicos Matura virgo, & fingitur a
bus. ubi *frangitur artubus* in vett. no
nullis eſſe codicibus teſtis Lambin
Quod non vanis etiam rationib
poſſe defendi haud abſurde cer
Torrentius. Quia, ut hoc illius
cam verbis, periti ſaltatores ita mo
habent membra, ut ſine oſſibus
nervis eſſe videantur. Quorum de
ſcipulis & imitatoribus illud dici
teſt Hieronymi: *ſolutis genibus fra*
inceſſus. Petronii quoque illud

omn

omnia, quæ dixi, egregie accommodatum eſt: quippe pertinens præterea etiam ad eos ſexus utriuſque, qui proſtratæ ſunt pudicitiæ, aut tales inceſſu poſſint videri: *omnibus ergo Scorta placent fractique enervi corpore greſſus.* Locus adeatur, ſi videtur tanti. Hi autem ſunt, quos Nep. diceret, *commode ſaltare noſſe: commode* accipio, decenti membrorum mobilitate. Unde Auguſtus morti jam proximus apud Sueton. cap. 99. rogaſſe amicos credo: *Ecquid iis videretur mimum vitæ commode tranſegiſſe.* Mimi enim & hiſtriones ſuas agere partes plerumque ſoliti ſaltando, unde adhibitæ tibiæ. Vide Didaſcalias Terentii, & *ſaltare* hiſtrio eum dicitur, cujus ſuſtinet agitque partes. Horat.

Paſtorem ſaltaret, uti Cyclopa rogabat.

quod etiam apud proſaicæ ſcriptores Velleium & Suetonium occurrit. His mollia dicebant eſſe membra. Ovid.

Si vox eſt, canta, ſi mollia brachia, ſalta.

quod eſt egregie mobilia. Virgilius etiam:

Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu.

Ubi Servius: *Oſcilla dicta ſunt ab eo, quod in his cillerentur, id eſt, moverentur ora. nam cillere eſt movere, unde & furcillæ dictæ ſunt, quibus frumenta cillentur.* Quo loco *cillarentur, cillare, cillantur* malim legere. Nam à *cieo* videtur eſſe *cillo*, ut à *ſorbeo, ſorbillo, ſorbillare.* Apud Iſid. eſt, *cilluntur:* quod ut & reliqua ſecundum hæc eſſent emendada. *Mollia*, ſenſu, quo dixi, eſt in illo Ovid. 6 Metam. 256. ——— *& qua*

Mollia nervoſus facit internodia poples.

Sed ad fractos iſtos artubus regredior. Ab hoc hominum genere petitum videtur, quod Perſius de eo, cui mobilis eſt oculorum petulantia & laſcivia, dixit, *patranti fractus ocello.* Quo in loco *patranti* quid velit ſibi ſatis expoſuit Caſaubonus. an non nos clarius *fracti*, id alii judicent. Omnibus autem ex his manifeſtum evadit, *confringitur* hoc in loco quid velit ſibi, nec temere mutandum eſſe. quod jam ante nos cenſuit Schottus, nimis tamen parce indulgens ſtylo ad ſententiam ſuam ſtabiliendam. Cum ſint, qui ediderint *confringitur.*

Nihil ad vos deferam] Vellem his alterius Rhetoris præſcriptum eſſe nomen.

In illa volutatione] Infra: *Puta enim virginem eſſe te, ſed contrectatam oſculis omnium, etiamſi citra ſtuprum cum viris volutatam.* Senec. epiſt. 114. *Non cum omni exoletorum fœminarumque turba convolutatur.* Quo magis mihi perſuaſum eſt, non facile mutandum iſtum locum Juſtini lib. 12. 16. *Qua nocte eum Mater Olympias concepit, viſa per quietem eſt cum ingenti ſerpente volutari.* quamvis Freinsh. in Mss. repererit *voluptari*, unde *voluptuari* velit. Infra Controv. 4. *Hortantur interim* (ita lego) *ſpolia viri fortis volutantes adulteros.*

Neceſſe eſt prius ſuper te] Cum judicet infra ipſe Seneca in hanc puellam, etſi *vehementer, non ſordide* tamen *aut obſcœne dicendum*, nimis mirum ſit, ſi hæc ita, ut ſunt edita, dixerit Hiſpo Romanus, nec eum Seneca reprehenderit. Me quidem hæc ita movet ratio, ut aliquid vitii his ſubeſſe credam, & emendare jam cœperim: *neceſſe eſt prius ſuperiorem fuiſſe.* Ut caſta dicat Latinitate, non eam confodiſſe militem, niſi victam eoque redactam, ut jam aliquid indigni pati cogeretur. Cum ni ita eſſet, nequaquam judices iſtius cædis eam fuiſſent abſoluturi, quippe quæ hoc facto nefaria ſui tutela erat uſa. Præterea urget eam judicio lenonis, quod ſubjungitur, ut videbimus.

Adjiciebat Zeno] Nec Zenones hic mihi, nec Silones placent: quamvis philoſophia, quamvis dicendi arte inſignes. nec *obſcœne* putem legendum. Rara hic quædam accidit μεταμόρφωσις· *leno* Zeno factus eſt. Quo magis oſtendat, aliquid paſſam hanc virginem, quo minus pura & caſta poſſit videri, ait lenonem cæde patrata militis adjeciſſe: *merito occiſum militem: plus auſum, quam in proſtitutam liceret.* Igitur teſtimonio lenonis vilius hanc eſſe habitam, quam proſtitutæ ſolent. In quo etſi captare videa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

tur Rhetor, non tamen eſt ſine pondere.

Quem non poteras occidere] Hujuſmodi de locis dixi ad Controv. 1.

Neſcio an ſero] Manutius ad Ciceronem alibi, niſi fallor, *neſcio an* pro *forte* accipi monuit. Quod hic ſaltem locum habere poſſit, & illo procemii: *Et neſcio an maximum vitium ſubtilitatis ſit, nimis ſe oſtendere.* Controv. 4. *Dimittitur, inquam, ad matrem, neſcio an & ad patrem.* Controv. 4. *Nicetes illam ſententiam pulcherrimam, qua neſcio an noſtros anteceſſerit.* Suaſ. 2. *Occurrit mihi ſenſus in ejuſmodi materia à Cornelio Severo dictus, tanquam de Romanis, neſcio an parum fortiter.* Ita Valer. Max. 4. 3. 14. *haud ſcio.* Verba ſunt de Pyrrho, cujus muneribus nulla Romæ domus patuerat: *Tarentinæque petulantiæ animoſus magis, quam efficax defenſor, haud ſcio majore cum gloria hujus urbis moribus, quam armis repulſus ſit.* Cic. 3. de Offic. *Quod cum omnibus eſt faciendum, qui vitam honeſtam ingredi cogitant; tamen haud ſcio an nemini potius, quam tibi.* Idem in Bruto de Cai. Graccho: *Eloquentia quidem neſcio an habuiſſet parem neminem.*

Conjectum in urnam] Hæc quomodo conveniunt, cum nondum facta ſit ſortitio? Credebam proinde hic ſub ſana cute latere ulcus. Quod, ſpero, hac emendatione tolli poterit: *Conjectum in urnam nomen ejus ne exiret, ſcilicet ejectum eſt.* Jam dixit Vinitius ſupra: *Nam quod ad ſortem pertinet, ne reliquæ virgines contaminarentur, hæc ſegregata eſt.* His autem ſignificetur, nihil periculi fuiſſe, ne illius exiret nomen, quamvis non eſſet ſegregatum, ipſos ſatis deos id prohibituros fuiſſe. Breviſſime ſcribunt, *ſcilicet*: unde mendum extiterit. Igitur ſummus Lipſius ad Dial. de orat. c. 7. pro *ſi* non dubitavit *ſcilicet* ex conjectura reponere. In Calpurnii etiam Flacci declam. 23. *ſcilicet* in *ſed* corruptum conjeceram: de quo nunc dubito.

Nos ſortiri] Potius quam tempora rerum conterere verbis, dum huic, quæ ſacerdotio indigna judicata, dum illius per pontifices rejicitur & ſegregatur nomen, in judicio nunc reſpondemus.

Capturas tulit] De capturis, id eſt, mercedibus meretricum artiumque ſordidarum late Caſaub. ad Suetonii Calig. cap. 40.

Pag. 97. *Fas nefaſque luſus eſt*] Cicero pro Flacco: *quibus jusjurandum jocus eſt, teſtimonium ludus, exiſtimatio veſtra tenebræ:* Cujuſmodi loca cum conſidero, & *jocum* ac *ludum* non *luſum* dicere optimos obſervo, ſuſpicor, forte & hic *ludus* fuiſſe. Arnob. 2 adverſ. Gent. *Si tantum ſapientia prævales, ut ea, quæ offeruntur à Chriſto, ludum atque ineptias nomines.* add. loca Servii paulo poſt à me citata.

Terras & maria latrocin.] Hæc mihi aſpera & dura videntur. Verum eſſe exiſtimem: *Simul terris & mari latrocinantibus.* quod ſcilicet ipſa non poterat puella hæc inficias ire: quam fingere videtur, quod de littore rapta, aut locis mari vicinis ſit. quomodo paſſim in declam. narratur. Mox pro, *jam ipſa fronte*, mallem, *etiam ipſa.*

Humano ſanguine aſſuetos] Flor. 1. 1. *aſſuetæ ſanguine & præda aves.* & 2. 11. *ſed alligati miraculo quodam fuere.* Quintil. declam. 332. *Paupertate conſuevi.* In quibus tertium caſum antiqua ratione poſitum videmus.

Præferentes] Significationem hæc vox habet ita rem ferendi, ut oculis quaſi ingeras. Sen. Herc. fur. *Mænali pernix fera, Multo decorum præferens auro caput.* Flor. 2. 7. *Totæ Græciæ littora veluti triumphanti claſſe peragravit* (Populus R.) *ſpolia quippe Siciliæ, Sardiniæ, Hiſpaniæ, Africæ præferebat.* Noſter præfat. 10. Controv. *Erat, qui patremfamiliæ præferret, oratorem ſubduceret.* Cognatum eſt, *præ ſe ferre*, quod pro manifeſte quid ſignificare notiſſimum eſt. Auguſtin. de Civ. Dei, 1. 9. ita *præ ſe gerere*, meo quidem judicio. verba ſunt: *Dum eorum* (qui peccant) *offenſiones cavent, ne ſibi noceant in his rebus, quibus licite boni atque nocentes utuntur; ſed cupidius, quam oportebat eos, qui in hoc mundo peregrinantur, & ſpem ſu-*

perna

pernæ patriæ præ ſe gerunt. Ubi Vives: *præ ſe gerunt, velut ducem itineris.* Male, niſi me fallunt omnia. Cic. 2. de Inv. *Nam affectionis quidem ratio perſpicuam ſolet præ ſe gerere conjecturam, ut amor, iracundia, moleſtia: propterea quod & ipſorum vis intelligitur, & quæ res harum aliquam rem conſequantur, faciles cognitu ſunt.* ubi *præ ſe gerere* itidem tantum probem; maxime cum Alcuinus ita in dialogo ſuo exſignaverit hunc Ciceronis locum. Contrarium apud Terentium eſt: *Occulte quid ferre.* Ciceroni in parad. *obſcure.* Val. Max. 4. 1. fin. *diſſimulanter.* quod Salluſt. de bello Catilin. cap. 23. *occultum habere, tacitum.* Juſtin. 20. 3.

Ut judicet] Ut delectum habeat hominum, & rationem cujuſquam virtutum, eumque eo reſpectu ſuſpiciat.

At omnes favere] Nicolaus Faber, *haud omnes*: & mox, *haud omnibus.* Lego: *Fac omnes favere fabulis tuis, fac omnibus perſuaſum eſſe neminem in tanta euntium, redeuntiumque turba inventum, qui fortunæ tuæ vellet illudere.* Ubi *fac* pro *pone* jam notum. Sed rariuſculum in illo Pacati: *in integro itaque rem totam eſſe faciamus. Illudere*, pro per ludum quaſi & jocum nocere, lædere, vitium afferre denotat. Quomodo in illo Virgiliano: *tum variæ illudunt peſtes.* Ubi Servius: *Per ludum nocent, quaſi ludendo & ſine labore ſæviant.* Cujus eſt illud quoque ad 2 Æneïd. 64. *Quidam inludere, per ludum ac jocum ſævire in injuriam alicujus intelligunt.* Ut, *Sylveſtres uri aſſidue capreæque ſequaces Illudunt.* Quomodo illic legendum patet. Præceſſerat illi verſui:

Cui ſuper indignas hiemes ſolemque potentem.

Unde illuſtratur illud Terent. Andr. 4. 1. 3. *Dum ſtudeo obſequi tibi, pene illuſi vitam filiæ.* & illud Taciti 12. 17. *Tradunt Neronem pueritiæ Britannici illuſiſſe.* & loca ſimilia. Cicero pro Roſc. Amer. paulo aliter, quam noſter, ut huc tamen quoque pertineat: *Ut ne plane videaris id facere, quod aperte facis, hujus miſeri fortunis & horum virorum talium dignitati illudere.* Si quis tamen eſt, ne id omittam, qui hoc in loco nihil mutandum cenſeat, tantumque tollendam contendat interrogationem, illi ego non vehementer repugnavero. Prius tamen valde blanditur.

Credis deos] De quo cum veri ſit ſimile, te jam dubitare, indigna es ſacerdotio. Add. Controv. 3. in iis, quæ dixit Ceſtius Pius.

Movet me reſpectus] Quintilian. in ſerm. declam. 288. *Cuſtodienda eſt amici perſona, ut quanquam de re nefaria, non tamen ſine reſpectu amici loquatur.* Item in ſerm. declam. 333. *Intelligitis huic adoleſcenti cum ſummo reſpectu divitis agendum.* Valer. Max. 3. 7. 3. *Omnes pleno venerationis ſilentio majorem ejus auctoritatis, quam ſuorum elementorum reſpectum egerunt.* Latin. Pacat. c. 37. *Nullus cuiquam ſui ſuorumve reſpectus.* Plurima his ſimilia hæc circa tempora occurrunt.

Converſata es diutius inter] Cum in Mss. obſervent offerre ſe *cruentis* poſt *converſata*; vehementer propendeo, ut credam ſcriptum fuiſſe: *Converſata es diu cruentos inter & humano ſanguine delibutos.* Nam *converſari cruentis, delibutis*, quod vult Aurelius, minime placet. Etiam *conſervata*, quod docent in ſcriptis codicibus eſſe, ſenſum habet. ut intelligamus, quod ſimilitudine morum illi pepercerint piratæ. Sed hic legendum: *Quod ſervata eſt à cruentis & humano ſanguine delibutis, inde eſt profecto, quod poteſt hominem occidere.* Ita *ſervare* eſt in illis Juriſconſultorum, quæ egregie huc pertinent. *Servi autem ex eo appellati ſunt, quod imperatores captivos vendere, ac per hoc ſervare, nec occidere ſolent.* In verbis Junii Gallionis: *Sic iſtam ſervaverunt piratæ quemadmodum, qui lenoni eſſent vendituri.* Utcunque ſit, migrationem illam ex ſecunda in perſonam tertiam, quæ apparet in Mss. non putem improbandam: quod paulo poſt idem rurſus factum, in vocibus *inquinatur, jactatur.* quæ plane retinenda cenſeo cum ſimilia quam plurima hoc in opere occurrant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Pag. 98. *Pudicitia tua precaria eſt*] Maxime id fuit verum, cum in poteſtate eſſet piratarum, mangonis, lenonis; quo ipſo impurata poſſit videri: quod ita nefariorum dominorum ſubjecta juri & poteſtati illius pudicitia fuerat.

Tot juvenes ebrii, &c.] Nihil in his eſſe puto, quod male habeat. Juvenes ebrios minime omnium veriſimile eſt veniſſe ſine gladiis, non tantum quod fœcundi calices ad arma inſolita capienda multos hortari ſolent: verum etiam, quia indulgere genio & vino ſe largius invitare vix ſolebant, niſi ſub noctem. Quo pertinet illud Taciti 1 Hiſt. 80. *Vehicula cohortis incipiente nocte onerari aperto armamentario jubet. tempus in ſuſpicionem; cauſa in crimen; affectatio quietis in tumultum evaluit: & viſa inter temulentos arma cupidinem ſui moverunt.* Unde illud divi Pauli accipit lucem ſimulque præbet, 1 Theſſ. 5. 7. *οἱ γὰρ καθεύδοντες νυκτὸς καθεύδουσι. Καὶ οἱ μεθυσκόμενοι νυκτὸς μεθύουσι.* Ipſa quoque lupanaria, officinæ ejuſmodi turpitudinum, quas tenebrarum opera vocant doctores ſacri. Quare cum *juvenum ebriorum* hic ſit mentio, quique vulgivagam ſectantur Venerem, non una cauſa eſt, cur ex iis multos inceſſiſſe ferro ſuccinctos credamus. Unde in hoc loco emendem: *nec omnes ante militem inermes.* Aut ſi vocem nullam quis exiſtimet commutandam, poſtrema hæc ſaltem cum interrogatione proferenda & notanda erunt. Quod jam occupatum à Lipſio. Ita in illis Ovidii:

At valet Euryſtheus, & ſunt, qui credere poſſunt,
Eſſe deos?

Add. Gronov. ad Controv. 11.

Etiam carnifici] Perſuaſiſſimum mihi ſemper fuit aliquid hoc loco intercidiſſe. & conjeceram, *etiam manui carnificis debebo?* Quod magis arridere cœpit, poſtquam adverti animum ad illa Controv. 3. *Veniet ad colendum Romani imperii pignus, etiamſi non ſtupro, at certe carnificis manu inceſta. Manum carnificis* hoc loco illam appellat Virginis, qua militem occiderat. Quæ tanto quadrat magis comparatio, ſi cogitetur illud olim à Donato proditum, & jam ab aliis ſæpe, credo, relatum. Terent. Hec. 3. 4. *Caro, inquit, dicta eſt, eo quod careat anima, & caro proprie dicitur mortuorum. Unde carnifices dicti, quod carnes ex homine faciant.*

Ambitioſa lex eſt] Explicare forſan hæc potuerit Gotofredus, ut ſatisfaceret ſibi. Ego minime hanc veram eſſe lectionem arbitror, multiſque partibus malim, *faſtidioſa.* quod ipſe his interpretatur & affirmat: *Vide tu quemadmodum tam moroſæ legi ſatisfacias.* Nam *moroſus* & *faſtidioſus* eadem. quibus plane alius *indifferens.* Sueton. Jul 45. *Circa curam corporis moroſior.* c. 53 *Nam circa victum C. Oppius adeo indiffe rentem docet*, &c. Idem quod in Tib cap. 70. *moroſitatem* appellat, *affecta tione & moroſitate nimia obſcurabat ſty lum.* id *faſtidium* dixit in vita Nero nis 44. *Exegitque ingenti faſtidio & a cerbitate nummum aſperum.* Controv. 5 *Subito faſtidioſus raptor occurrit, & ait Jam nec nuptias volo.*

Stare in illo ordine] Manca hæc & exiguis, credo, truncata. An, *Qui illud? Stare in illo ordine*, &c. Simil notare memini ad Calpurnii Flacci de clam. 4.

Tanquam nos caſtam è caſtis] Ita & ille te eximiam habuit.

Pag. 99. *Intra crimina ſua deliteſc.* Illa quaſi pro ſcuto ſibi habenti. Sen Herc. fur. 798. *Tunc ipſe rictus & Cle næum caput Opponit, ac ſe tegmine ingen clepit.* Unde ſequitur, *Stuprum hom cidio, homicidium ſtupro defendit.* Cat apud Gell. 13. 23. *Tuum nefarium f cinus, pejore facinore operire poſtulas.* In primis huc facit locus Alcuini in Di logo de arte Rhet. corruptus forte, ſe cujus ſenſus facile perſpicitur. CAR. *hæc omni accuſator reo ingerit, quis loc relinquitur ei?* AL. *Relinquitur defenſi nis idoneus locus ei. Sæpe enim uno prot gente ſcuto, multa nocentis repellunt ſpicula.* ubi *nocentis* accipe nocere v lentis, id eſt, accuſatoris: Aut *à n centi* lege. Multo etiam pulcherrim

loc

locus eſt Ciceronis in exordio orat. pro Quintio, ubi vide. Eleganter quæ ad rem bellicam pertinent transferuntur ad judicia, quippe quæ ſimulacrum quoddam bellorum ſunt. Unde ejuſdem Albini hæc fluxerunt: *Judex ſceptro æquitatis armandus eſt, accuſator pugione malitiæ, defenſor clypeo pietatis, teſtes tuba veritatis.* Quæ tamen ille vitio quodam temporum ſuorum ita compoſuit, ut iis annumerare non dubitem, quæ pro tumidis, inflatis, inſanis damnat paſſim Seneca noſter.

Virginitatem decerpunt] De virginitate ſolent, ut de flore, loqui. Quare *decerpunt* hic Rhetor. Catull.

— Caſtum amiſit polluto corpore florem.

nec minus præclare Quintil. decl. 276. *In graviſſima injuria, qua virginitatem perdidit, qua florem ætatis amiſit, qua prima illa gratia apud maritum futura prærepta eſt.* Geminum his illud Ciceronis in Cæſarem: *Florem ætatis à Venere orti in Bithynia contaminatum.* Ipſas etiam partes iſtius ſexus pudendas *horti* ſignificant nomine, ex quibus flores carpere ſolemus, ut & *poma*. Unde Daphnis furto apud Theocritum puellæ virginis ademptarus appellationem, Idyll. 27. Μᾶλα τεὰ πρώτιστα τάδε χνοάοντα διδάξω. Pulchra in epiſt. 1. Ariſtæneti lib. 2.

Sacerdotio indigna ſit] Ex his ipſis, quibus patet membrum diviſionis deeſſe: & quia poſt prima diviſionis hujus tractata, quomodo diviſum ſit illud, *An idonea ſit*, proponitur: hinc colligo hæc poſt verba interponendum: *an idonea ſit*. Ita cohærebunt, & planiora erunt, quæ ſequuntur.

Ad virginitatem referatur] Virginitas integritate ſit metienda, ſpectanda, æſtimanda. Qua ratione ſæpe poſitum à Cicerone 1 de Offic. *Vulgaris liberalitas referenda eſt ad illum Ennii finem, Nihilominus ut ipſi luceat.* Eodem libro *revocare* ita dixit: *In qua deliberatione* (quem potiſſimum vitæ curſum ſequare) *ad ſuam cujuſque naturam conſilium eſt omne revocandum.* Ac deinde: *Quarum quidem certus eſt adhibendus modus, ad mediocritatem revocandus: eademque mediocritas ad communem uſum cultumque vitæ referenda eſt.* Egregie 3 de Offic. *Nec ita claudenda res eſt familiaris, ut eam benignitas aperire non poſſit, nec ita reſeranda, ut pateat omnibus. modus adhibeatur, iſque referatur ad facultates.* Quintil. decl. 4. *& lucis cauſas ad animum mentemque referentium neminem quotidie vita non ſatiat.* Dirigere id Velleio 2. 8. *Adeo illi viri magis voluntatem peccandi intuebantur, quam modum: factaque ad conſilium dirigebant, & quid, non in quantum admiſſum foret æſtimabant.* Atque iſtam vim vocis *referre* in animo habuiſſe videtur, cujus calamo deinde effluxit primum, *æſtimationem*, quod ſequitur: ubi *evitationem* fuiſſe multo facilius credas.

Contrectatam oſculis] Antiquiſſimâ editio, aliæque, *oculis*. Quæ mihi revocant in memoriam illud Ovid. 6 Metam. 478.

Spectat eam Tereus præcontrectatque videndo.

Item illud Flori 2. 6. de Scipionis ſanctitate, qua inſignem ſe in Hiſpaniæ provincia præſtitit: *Quippe qui captivos pueros puellaſque præcipuæ pulchritudinis barbaris reſtituerit, ne in conſpectum quidem ſuum paſſus adduci. ne quid de virginitatis integritate delibaſſe ſaltem oculis videretur.* Unde patet illud *contrectatam oculis* exponi poſſe, & eſſe etiam aliquid à vulgo ſummotum. In præcedentibus tamen eſt, ubi *oculis* ſine dubio pro *oſculis* eſt corruptum. Nam verum tantum eſſe poteſt: *Conſervarum oſculis inquinatur.* Ut ſupra fuerat: *Excipitur meretricum oſculis.* tamen illud alterum exhibent antiqui codices. Præterea in verbis Aſprenatis fuit: *Contrectata es alicujus manu, alicujus oſculo, alicujus amplexu.* Denique ipſe Latro ſupra: *Si nihil aliud, certe oſculatus eſt te, quiſquis puram putabat.* Quare *oſculis* hic tantum probem, aut junctim ſcribendum cenſeam, *contrectatam oculis & oſculis omnium.* Paneg. qui dictus eſt Conſtantino cap. 22. *quorum* (fontium) *ſcaturignes leni tepore nebuloſæ arridere Conſtantine oculis tuis & oſculis ſeſe inſerere velle videantur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Pag. 100. *Apollodorus quidem placere*] Locus multo mendoſiſſimus: quem reſtituere diu multumque ſum conatus. & adhuc tamen dubito an verum repererim. Aliquid tamen illi auxilii afferemus, niſi fallor. nam judicium penes eruditos & æquos hoc rerum in genere eſſe cupio. Conjeci: *Aiebat Apollodorus idem placere ſibi, quo defixa eſſet hæreatque & tuta.* Illud *defixa* venit in mentem ex voce *hæreat*; cui memineram junctum idem occurrere apud principem poëtarum 4 Æneid.

——— *obtutuque hæret defixus in uno.*

Item 7 Æn.

——— *defixa Latinus*

Obtutu tenet ora ſoloque immobilis hæret. Præterea quia attonitos & ſtupefactos re inſolita & inexſpectata *defigi* quandoque dicunt. Liv. 3. 47. *Stupor omnes admiratione rei tam atrocis defixit: ſilentium inde aliquamdiu tenuit.* Stat. 9 Thebaïd. poſt init. *Nox oculos mentemque rapit: tum ſanguine fixo Membra ſimul, ſimul arma ruunt.* Liv. rurſus 6. 40. *Cum præ indignitate rerum ſtupor ſilentiumque inde cæteros patres defixiſſet.* & 7. 10. *Defixerat pavor cum admiratione Gallos.* Atque iſtud quia Apollodorus huic puellæ, quæ crimine cædis erat abſoluta, quod propugnaſſet virginitatem, exiſtimabat eventurum, propterea iſtam partem diviſionis Latronianæ, qua quæritur *an hæc virgo ſit*, probabat. Nam ad iſtam abſolutionem in his reſpectum eſſe perducitur ad liquidum ex iſtis, *hæreat & tuta*, id eſt, etiam extra condemnationis jam conſtituta periculum, cogitationemque omnem & metum: paulo poſt, *Abſoluta eſt. Oſtendit non puram eſſe ſe*, (nam hanc particulam inſerendam exiſtimo) *ſed tutam.* Controv. 10. ad fin. ratione gemina. Controv. 13. *an tutus ſit, quod lege fecerit.* Controv. 16. *Tutus ſum pater, ſi hoc probetur?* ita & ſæpius in diviſione Controv. 27. Atque hactenus rem videmur iſtam ſatis explicitam dediſſe. Reſtat ut ſequentia quæramus, qua his ratione connecti & illuſtrari poſſint. Quod ſine emendatione fieri non poſſe parere non imperitis credo. Tentabam igitur, quod ſenſu haud dubie commodiſſimo eſt: *Scilicet hac non illa repugnare in controverſia huic ſuſpicioni.* In judicio iſto cædis etſi ſuſpicari poſſent, quod corpus quandoque publicaſſet, cum vim tamen inferentem occidiſſet militem, abſolvenda erat. Ita iſtiuſmodi nihil illi nocere poterant ſuſpiciones. Hoc autem in negotio ubi ſacerdos erat legenda, ac quidem caſtiſſima, ac puriſſima, quam maxime eæ locum habere, & moveri debuerunt. Quod *ſed* mutavi in *ſcilicet*, in eo audaciæ reprehenſionem non metuo: vide ſupra ad pag. 96. Cum igitur id, quod dixi, in iſto cædis judicio, maxime fuerit conſiderandum, etſi eo abſoluta erat hæc puella, non protinus inde poterat colligi, adhuc virginem eam eſſe: cum multa occurrant, propter quæ virginem eam non eſſe credibile & ſuſpicandum ſit. Quare Apollodorus quoque cenſebat recte iſtam quæſtionem & ſuſpicionem à Latrone motam: *An virgo eſſet.* quod iis, quæ ſubjiciuntur, ex mea reſtitutione ita dixerit: *Non enim protinus adhuc virgo erit: & multa ſunt, propter quæ credibile ſit, non eſſe.*

Caſtis cum dicit penatibus] Qui non oſcitanter hæc legit, facile animadvertet integra non eſſe. Nec id primus ego moneo. Jam emendare Gothofredus voluit. ut minus tamen mihi ſatisfecerit, cum, quod illi placuit, viderem, poſtquam reſcripſeram: *Caſtis cum dicit, intelligo caſtis penatibus:* Quomodo ſequitur eodem fluens ab ingenio & impetu, *intelligo caſtis diſciplinis.*

Pag. 101. *Quam nulla vis humana*] In his *nulla* pro *non* eſt. Quod jam in aliis à Servio & Donato notatum. Illius eſt ad Virgil. 1 Georg. 125.

Ante Jovem nulli ſubigebant arva coloni.

Nulli vetuſte pro *non* ſignificat. Terent. in Hecyra: *Si non quærit, nullus dixeris.* ut ipſe alibi: *Nulla Venus, non ulli animum flexere hymenæi.* Poſtrema vox male illius in nota abeſt. & excidiſſe videtur.

detur. Apud Donatum nihil notabile eſt, præter hæc ad illud Terentii Eunuch. 2. 1. *Memini tametſi nullus moneas.* Contra apud Quintil. decl. 310. *Ac niſi* (hanc puto intercidiſſe vocem, quare addidi) *prius judicium non eſſet, altero damnari non attinuit.* Ejuſd. declam. fin. *Detrahe illi, quod fortiter fecit, detrahe, quod optavit, non eſt ignominia.* Plaut. Epid. 2. 2. 112. *Nihil in ea re captio eſt.* Cato apud Gell. 11. 2. *Poëticæ artis honos non erat.* Cogitandum an non ita Controv. 8. in his: *Quidam ex toto ad patris indulgentiam refugerunt & non diſputaverunt hoc modo, quo Silo Pompeius diſputavit: non* pro *nulli* ſit intelligendum. Ut autem *nullus* pro *non*, ita *qualis* pro *quemadmodum*, quali ratione Horat. Epod. 6. Virgil. 1 Æn. 434.

Magis putaverunt miraculo] In antiquiſſima aliiſque nonnullis editionibus: *putaverunt poſſe miraculo eſſe*, quod non improbo. *Magis* illud adjectivi quandam ſignificationem habere videtur: Herc. OEt. 1830. quod quandoque obſervare eſt in adverbiis, ut patet nota præced. Livius 1. 16. *Mirum quantum illi viro nuncianti hac fides fuerit.* Plaut. prologo Menæch. *Tantum ad narrandum argumentum adeſt benignitas.* ubi in vocibus *ſatis*, *parum*, *abunde*, quæ interdum *ſatis, parum, abunde magna* notant, idem jam oſtenderunt eruditi. Simillima ratione Apollon. 2. Argon. 86. *ἀπωμόρξαντο μετώπῳ Ἱδρῶ ἅλις.* Valer. Max. 4. 4. 8. de Æliis: *& unus in agro Veiente fundus* (eorum) *minus multo cultores deſiderans, quam dominos habebat.* Porro *miraculo eſſe*, quod & apud Flor. 2. 11. eſt, & uſque ad nauſeam occurrit apud Livium, accipiendum ſummæ admirationi eſſe, qualem ſcilicet concitare miracula ſolent: ſenſus igitur eo redeat, cum libertas, pudicitia, innocentia ſpectanda ſint in ſacerdote, quæ eligenda eſt, etiam illa conſervare deos in hac puella voluiſſe, quamvis captiva, quamvis proſtituta, quamvis accuſata, ut eſſent majori in hac, quam in cæteris puellis admiratio ni, eoque cæteris ea anteferretur. Ceſtius infra: *Etiam habemus quandam prærogativam ſacerdoti ab ipſo numine datam; licet iſti objiciant illi, fuiſſe captivam, lenoni poſtea ſerviſſe, cauſam noviſſime dixiſſe, inter tot pericula non ſervaſſent illam dii, niſi ſibi.*

Cum deſcripſiſſet] Intelligendum, deſcribens dixiſſet: quam ad interpretationem cogunt ipſa verba, *cum deſcripſiſſet dignationem puellæ magnam fuiſſe.* & præterea permittit hoc ipſa analogia, cum in non paucis aliis idem obſervetur. Quintil. decl. 317. *Sed antequam naturam defendo, imperatoris volo defendere dignitatem.* ut declamat. 259 fuerat: *Nondum defendo factum: nihil de iſto crimine loquor.* Inde intelligo illa declam. 251. *Itaque calumnia reſiſtit, & impugnat juſtum eſſe repudium, quod maritus jure aliquo fecerit.* ubi *impugnat* verum, nec mutandum exiſtimem. Cornif. ad Herenn. lib. 1. *ne refelli poſſit, aut temporis parum fuiſſe, aut cauſam nullam*, &c. Paulo aliter, ſed huc tamen pertinens, eſt illud declam. 325. *Sed quatenus ſuſpicamur, videor perſpicere rationem, quare hoc tibi mandaverit*, id eſt, ſuſpicionibus agimus, & ſecundum eas loquimur. Ut *opinari* in verbis Cæſaris apud Sueton. illius in vita cap. 66. *Deſinant quidam quærere ultra, aut opinari.* Ita Homer. Iliad. α. 561. *αἰεὶ μὲν ὀΐεαι, οὐδέ σε λήθω. Semper opinaris, unde nec te lateo.* Huc pertinere videtur illud Sulpitii Victoris inſtit. orat. non procul init. *Ex quo fit ut in civili quæſtione opinandi facultatem cæteri habeant, bene dicendi ſcientiam ſolus orator.* Præceſſerat: *nam & civilis quæſtio bene appellatur, ut civile jus, quæ inter cives, atque in civitate verſatur, & in omnium paſſim opinionem cadit. Quis enim eſt, vel imperitiſſimus, qui non ſibi intelligentiam vindicet de his rebus, quæ verſantur in diſputationibus atque judiciis?* Ad iſta vero Suetonii Tiberio 54, plane prior illa interpretatio accommodata eſt: *Egit cum Senatu, non debere talia præmia tribui, niſi expertis & ætate provectis.* Senſus enim eſt, Agens cum Senatu dixit.

xit. Item illud Terentii Andria 1. 1. 120. *ego illud ſedulo Negare factum: ille inſtat factum.* ut Plaut. Mercat. 2. 1. 18. *Inſtare factum Simia.* Controv. 9. *& inſtitit aſſidue, quare non appareret, quomodo ſervus ſollicitatus eſſet.* Liv. quoque lib. 30. cap. 20. *Hæc accuſans, quærenſque ex diutina poſſeſſione Italiæ eſt detractus.* Vellei. 2. 92.

Altius quiddam ſuperbiuſque] Revocant hæc in mentem Propertianum illud:

> *Nunc volo ſubducto gravior procedere vultu.*

Bene autem *altius ſuperbiuſque* junxit. Nam altiſſima quæque, regia, divina omnia, quibus inflantur maxime homines, *ſuperba* appellant: nec in malam tamen partem. Virgilii eſt:

> —— *genus alto à ſanguine divum.*

ejuſdem 3 Æn. init.

> —— *ceciditque ſuperbum Ilium,*

id eſt, magnificum, ſpecioſum, venerabile: quippe ab ipſis diis muris cinctum. Unde ſubjungit,

> — *& omnis humo fumat Neptunia Troia.*

eod. lib. verſ. 475.

> *Conjugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo.*

Senec. Herc. OEt. 569.

> *O quod ſuperbæ non habent unquam domus,*
> *Fidele ſemper regibus nomen, Licha.*

Id eſt, Regiæ domus. Add. Gronov. ad OEdip. 804. Apud Prudent. in Pſychom. de fide eſt: *Hæc ubi dicta dedit gradibus regina ſuperbis Deſiliit.* nempe ſolii ſui. Quintil. declam. 4. *& licet componatur ad fortem ſuperbamque conſtantiam.*

Vultu ipſo præferentem] Legam: *præferens.* qua de voce dictum p. 97.

Hæc, inquit, arma te] Aliter in antiquis editionibus, in quibus cum ſit: *nec, inquit, arma, quæ neſciret, teneret pro pudicitia.* Et hunc ordinem verborum perpetuo credo ſervatum. Quare non ſequar Fabri conjecturam, à qua manavit id, quod nunc in excuſis eſt, ſed legendum exiſtimem: *Hæc induiſti arma, quæ neſcires tenere te pro pudicitia?* Ubi *quæ neſcires*, accipe, cum ea neſcires. Juvenal. Sat. 14. 231. *Quem ſi revoces, ſubſiſtere neſcit.* pro, *cum eum ſi revoces, ſubſiſtere neſciat.* Cic. 1 de Divin. *Cumque huic rei magnam auctoritatem Pythagoras jam ante tribuiſſet, quin etiam ipſe augur vellet eſſe.* Idem 2 de Divin. *O delirationem incredibilem! non enim omnis error ſtultitia eſt dicenda: quibus etiam Diogenes Stoïcus concedit, aliquid ut prædicere poſſint.* Quod notabilius etiam in his ſe offert. Infra fin. Contr. 12. *Ea in parte utique mihi videtur admiratione dignus divus Auguſtus, ſub quo tantum licuit.* id eſt, cum ſub eo tantum licuerit. Controv. 16. *Quid accuſas, quod impunitatem fratri dederim, in quo facto conſilium meum victum eſt!* Controv. 24. *Hoc quod ſecundum poſuit nemo alius pro beneficio imputabit, in qu... adeo non eſt dubium, an beneficium non dederit, ut dubium ſit, an acceperit.* In primo tamen & poſtremo horum Senecæ locorum, pro *cum* in interpretatione, *quod* poteſt habere locum. ut in illo Calpurnii Flacci declam. 13. *Pœnas meas hinc cogitate, in quibus nec ir... nec natura ceſſavit.* De quibus dixi latius, quia quandoque parit obſcuritatem & difficultatem, & hoc Senecæ in loco, ut editus eſt, forte cauſa fuerit infelicis conjecturæ, aut illius ſal... tem, quæ longe plus, quam noſtr... aberret à verbis, quæ auctoris fuiſſ... videntur.

Pag. 102. *Sine deorum immortalium* His aliquid deeſſe patebit attendenti... Ut vis ſua & ſenſus ſit orationi, con... jeci: *quam poſſent credi: cum ſint deorum immortalium auxilio geſta.*

In libidine magiſterium] Poſt hæc antiqui, *pudicitia permanebat.* Quo... nunc tanquam gloſſema rejectum nollem factum. Aliquid enim laten... hic exiſtimo, quod operæ ſit precium eruere. Et fateor me cogitaſſe: *Etiam matronalium voluptatum* (*vultum* in antiquis eſt) *inter libidinoſa magiſteria pudica permanebit.* nam iſtiuſmodi mal... merces interpretes & internuncias ha... bent & ancillas ſuos ad adulteros, mi... niſtraſque rerum ad libidines pert... nentium. Quæ raro contingent ut ind...

libat...

libatæ ſint caſtitatis. *Miniſteria* dicere noluiſſe credo, ne parum parcere verecundiæ videatur virginis, quam caſtiſſimam eſſe defendit, eoque aliter ſentire animo, quam perſuadere judicibus oratione conetur. Quæ ſequuntur huic conjecturæ etiam fidem faciunt.

Multum poteſt ad rectum] Quia præceſſit: *Poteſt aliquid ſervitus cogere.* item: *poteſt aliquam corrumpere prolapſi in vitia ſeculi prava conſuetudo.* Inde hic expectares: *multum poteſt adverſus rectum*, vel, *ad flectendum quoque pudici animi propoſitum hoſtis gladius.* Videndum tamen ne leviori mutatione defungi, omniaque plana habere poſſimus legendo: *Multum poteſt ad rectum quodque pudici animi propoſitum.* Ut ſit epiphonema quoddam, quod ſimul locum det de eo commode adjiciendi, quod adhuc expectabatur.

Pag. 103. *Populi beneficium*] Eleganter vocat ita puellam populi miſericordia ſervatam, ne violaretur. ita *munus ſuum*, ſuo ſervatos munere vocantem Medeam introducit in Tragœdia cognomini Seneca filius. Locus eſt præclarus, quare pluſcula adſcribam. incipit à verſu 222.

—— hoc reges habent
Magnificum & ingens, nulla quod rapiat dies;
Prodeſſe miſeris, ſupplices fido lare
Protegere: ſolum hoc Colchico regno extuli;
Decus illud ingens, Græciæ florem inclytum,
Præſidia Archivæ gentis & prolem deum
Servaſſe memet: munus eſt Orpheus meus,
Qui ſaxa cantu mulcet, & ſilvas trahit:
Geminumque munus Caſtor & Pollux meum eſt.

Jam antea de Jaſone, quem eripuerat graviſſimis periculis, & exitio, nunc autem deliberabat perdere, inter mutabiles maxime amoris & iræ æſtus dixerat: *—— Si poteſt, vivat meus,*
Ut fuit Iaſon: ſin minus, vivat tamen,
Memorque noſtri. muneri parcam meo.
Ita legit Gronov.

Apparet quas propoſui] Quomodo hæc ſupplenda ſint, didiciſſe videor ex Controv. ſeq. ubi eſt initio coloris: *Hic color fere ſententiis, quas propoſui, permixtus eſt.* Unde collegi, hic fuiſſe: *Apparet ex ſententiis, quas propoſui, dicendum eſſe in puellam*, &c.

Extra portam iſtam] Simplex: male pereat. eat maximam malam in crucem. Saltem ſupplicio eam potius, quam honore cenſet mactandam ſacerdotii. Nam *portam* appellant, extra quam ſupplicio affecti facinoroſi. ut in illo Plauti Milite 2. 4. 6. *Credo ego iſtoc exemplo tibi eſſe eundum actutum extra portam, Diſpeſſis manibus patibulum cum habebis.* Alibi eam *portam Metiam* appellat: Tacit. 2 Annal. 32. *Eſquilinam:* quam docet eum ad locum Lipſius poſt Pantagathum, ut fatetur, eandem Metiæ fuiſſe. Simili ratione *ſaxum* vocant, cum intelligunt *Tarpeium.* ut patet multis locis Controv. ſeq. Add. Lipſ. libro Taciti & cap. citat. Idem factum ſimili rerum in genere vocabulo *robur.* Vide Commentar. ad Plautum.

Æruginoſam manum] Qua mendicans accepiſti ſtipem. Stipes erant æneæ. Vid. Varron. 4 de L. L. fin. Sueton. Auguſt. 91. *Ex nocturno viſu etiam ſtipem quotannis die certo emendicabat à populo, cavam manum aſſes porrigentibus præbens.* Simili de re Claudianus de cæde Ruffini narrans, eamque ludibrio habitam, *Dextera quin etiam ludo conceſſa vagatur Æra petens.* Hinc & *æruſcatores.*

Redoles adhuc fuliginem forn.] Cum fornices plerumque ſubterranei fuerint, minus videbitur mirum, quod fuerint fuliginoſi: nam ſine dubio in his & igne ſint uſi, ut vulgo ſolemus. An & ob eam cauſam, quia in his meretrices plurimum nudis erant corporibus, aut æſtive ſaltem veſtitis? Quod magis credam, ſi concedant eruditi, huc reſpexiſſe Juvenalem 6. 132.
Intravit calidum veteri centone lupanar.
Audient illud libentius ſi quibus hæſit in animo illud ex carmine 13 Priapeior. *Nigra fornicis oblitus favilla.* Quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

loco non inepte utitur Torrentius ad demonſtrandum illud Catulli carm. 43. *Non aſſis facis oblitum lupanar*, recte habere. Si tamen ita exhibent Mss. Factum id à Torrentio ad Horat. I. Satyr. 2. ad illa *nullam, niſi olenti in fornice, natam.* Quæ loca qui conſideret, & hoc intelliget iſtius Rhetoris dictum. & plus jam videbit in illis Plauti Pœn. I. 2. 56. *Quæ tibi olent ſtabulum, ſtatumque, ſellam & ſeſſibulum merum.* Sed & ex fumo lucernarum fuliginoſa hæc loca. Juven.

Obſcurique genis turpis fumoque lucernæ,
Fœda lupanaris tulit ad pulvinar odorem.

Vide Schott. hoc loco & Briſſon. quem citat.

Damnavit] Veneta: *Damnata poſtea:* an fuit antiqua ratione, *damnata eſt: poſtea*, &c. id eſt, damnavit.

Pag. 104. *An convenientibus*] Conſtanter video quod notent hic reperiri: *an non venientibus.* Cum autem & in antiquiſſima illa Veneta ſit: *An non venientibus pro virginitate te alio libidinis genere dedideris?* Non mutem facile, quamvis egregie blandiatur: *decideris.* quod præfert Gronov. auctoritate cod. optimi, ut appellat Schottus. Iſtud ſane etiam promptam dandi voluntatem & libidinem exprobrat. Quod ex honeſto illo Terentii intelligitur: *Cum quibus erat cunque una, iis ſe dedere, Eorumque obſequi ſtudiis, adverſus nemini.* Quibus *dedere ſe* quid ſit exponitur, ſed hoc in medium potius reliquerim.

Statim Ovidianum illud] Vix mihi perſuadere poſſum hæc eſſe integra. & ſuſpicor, *Audiebat* initium hujus periodi cauſam fuiſſe, cur hic omiſerint tanquam jam ſcriptum, *addebat:* Cum verum eſſet: *addebat ſtatim Ovidianum illum.*

Et ille excidit] Ita Ἐκπίπτειν Græci. Ælian. ποικ. 8. 12. Ἐκπεσόντος Δημοσθένους ἐν Μακεδονίᾳ. item, ἐξέπεσε γὰρ, καὶ οὐκ ἀπὸ τοῦ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς λέγω.

E Græcis declam.] Venetus liber: *à Græcis.* vel *de.* quod frequens hoc ſenſu in hiſce Contr. vid. Gronov. ad Suaſ. I.

Et penetraverint] Vox hæc ex uſu communi ſumpta, & ſatis vulgo honeſta. Ut à Scauro adhibetur nihil non obſcenarum libidinum adigit ad memoriam. Cujuſmodi à vocabulis cum effugiendum Rhetori eſſe paulo poſt velit Seneca, ea cauſa videtur fuiſſe, cur eruditiſſimus Faber velit, *perpetraverint.* Ego vulgatum retineam, cum Senecæ præceptum ad cauſas orandas, controverſiaſque declamandas reſpiciat, non ad dicteria, quæ quotidie ad perſtringenda aliorum vitia jacimus. Qua re iſti venuſti & dicaces, ut hic Scaurus, ut ipſe Cicero, campum multo maximum dicendi ſibi interclusum quererentur.

Ἐγὼ δ' ἔζη, &c.] Locus eſt non explicabilis, niſi emendetur. Conjicio fuiſſe: Ἐγὼ δ' ἔφη σιωπήσω ἄν, ὅτι ὁποιώτερον τὸν ἄνδρα γεγυνῆσθαι, ἢ προσερράφθαι. Non potuit ſcire maritus, an hæc eſſet tribas niſi inhoneſtiſſima in id ratione inquireret: quod indignum viro judicat, cum id, quod in eo deſideretur, id ſuppletum in muliere ſit reperturus. Spurcidica hæc ſunt, quare verbum non amplius addam. Add. Tanaq. Fabr. ad Longin. περὶ ὕψους, cap. 9.

Num ideo occidi adult.] Ut Græcis & Latinis his faciam medicinam, legere primum velim: *Num ideo occidi ut adulteros hos paterentur.* uxorem hujus mariti & tribada, quæ virum egerat. (nam non hic accipiendum quod de nobilitatis hoc ſcelere fuerit). Reſpiciunt autem hæc eo, quod non licuit tantum unum ex adulteris deprehenſis occidere: uterque occidi debuit. De quo Quintil. 277. *Nec hoc tantum in lege eſt, ut adulteræ ſupplicium differri non poſſit: ſed illud etiam ut non tantum adulteræ pereant. Nam lex cum occidere mihi adulterum cum adultera permittat, manifeſte illud oſtendit, non poſſe eos diverſis temporibus occidi: ac ſi alteri remittatur ſupplicium, impunitatem etiam alteri dandam.* Vid. Contr. 4. illiuſque initio notas Schotti. add. & ejuſdem Controv. diviſion. & Sulpit. Victor. in tranſlatione. Atque hinc jam patet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

patet cur in Græcis mœchi tantum fiat mentio, & quare illi ſit parcendum: cum de utroque adulterorum ut ageret Rhetor, expectares. Græca autem hæc quoque vitio his in ſcriptis pervulgato, non recte habent: Legendumque: φείδȣ, φιλάῤῥενα μοιχὸν ἐλαῦες· ut parci velit tribadi, quod ſit φιλάῤῥην. Cujus vocis ambiguitate acumen joci augetur. Nam vel ſtudioſus viri maritique hujus intelligitur: quod ſcilicet illius colat agrum: ut planiſſime ei conveniat oratio adulteri illius apud Juven. Sat. 9. *— quanto*

Metiris pretio, quod ni tibi deditus eſſem
Devotuſque cliens, uxor tua virgo maneret?

Adde quæ ſequuntur. Præterea φιλάῤῥενα vocat tribada hanc, quod ſummo flagret ſtudio quo vir ſit. Igitur virili ſexui addictiſſimam durum fuit ſcilicet occidere. ut parceretur illi jubebat humanitas.

Quantum mihi abſtulit] Illud *mihi* locum hic habet nullum. Nec dubito verum eſſe *militi*. Huic & gladium abſtulit & vitam. Hactenus, quæ pars major eſt, ſenſus honeſtatis à vicinia non recedit. Præterea his illud innuitur obſcœnum, quod Murrhedius nulla circuitione protulit.

CONTROV. III.

Pag. 105. DE *ſaxo dejiciatur*] Ambigue hoc de ſaxo Schottus. Rudolphus Agricola de ſaxo, *de rupe* aliqua interpretatur. Imo, de Saxo Tarpeio intelligendum. quod *ſaxum* ſine additione alia appellari ab antiquis, ut & in hac Controv. jam monui pag. 103. Quod manifeſta ratione inde colligitur, quod infra Junius Baſſus dixit: *Ab ipſo enim ſupplicio in templum uſque revoluta, quicquid ſecundum deos ſanctiſſimum eſt, contactu ſuo polluit.* Item: *Quanto minus quam in templum reſiluit?* Nempe Capitolio Tarpeioque ſaxo vicinum erat templum Veſtæ. Dionyſ. 2. 67. Porro dictis verbis meam interpretationem firmat Hiſpo Romanus: *Ab Tarpeio ad Veſtam, cujus vittam rupit carnifex: à templo ad ſaxum, à ſaxo ad templum.*

In ipſo, quo vind. violare ſuppl.] Quo maxime uti poterat ad adjungendum ſibi populi favorem, & ad demonſtrandum deos ſuæ cauſæ favere & adjutores ſibi fuiſſe, illud erat, quod inſpectante populo, oculis ſublatis in cælum, eos invocaverat: quo facto dein, quamvis altiſſima de rupe dejecta, tamen ſervata & ipſorum proinde deorum ſuffragiis ac ſententiis inſons pronunciata, atque abſoluta ſit. Hanc igitur tanquam arcem cauſæ invadunt Rhetores, & quod cælum ſuſpexerit, inverecundiam, impudentiam appellant. cum etiam non inter ſupplicia aliæ, niſi quæ improbæ eſſent, vultu demiſſo eſſe ſoleant. quod in ſaxo invocavit deos, eo aſſeverant deos violatos, non minus, quam ſi alterum inceſtum commiſſum eſſet: ut hoc loco. Quo faciunt etiam illa Marillii infra: *Conſtituta in ſaxo invocavit deos, publica indignatio exorta eſt. audet iſta nominare deos? audet hoc loco?* Hiſpanus: *ita putaveras una te pœna poſſe defungi, cum in ſaxo deos nominaſſes?* Junius Baſſus: *Nihil putabam amplius adjici poſſe audaciæ iſtius, quam quod in illa cruce Veſtam nominaverat.* Qua de cauſa hæc dilui etiam à parte altera cernas.

Pereundi infelicitatem] Ejuſdem fili eſt illud Quintiliani declam. 15. *Divitiis opus eſt, ne ſimus in amore miſeri: & impotentiſſimi mali difficultates illi forte non ſentiant, quos contra faſtidia ceteroſque contemptus explicat felicitas magna pereundi.* Divites ſi ſuperba patiantur faſtidia, alio vertunt amores & opes, & ipſas, quæ faſtum faciebant, contemnunt & negligunt: interim ſuas quidem atterentes illi facultates, ſed magnam tamen ex hac vita ſuo percipientes voluptatem. ita *magna* eis *eſt pereundi felicitas.* Quæ Quintiliani nihil dubitare ſinunt, an *infelicitatem pereundi* rectum ſit hoc in loco, quem ſollicitavit Juretus, voluitque *infacilitatem.* an potuit infelicius?

Pag. 106. *De ſacerdotum jure*] Hæc

equi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

equidem non capio, nec video quo jure hunc locum tueri poſſint. Veneta illa, *ſacerdotium jure:* quod nihilo melius intelligas. Tantum in eo magis etiam apparet, quod non ita multum recedatur à literis, neque audax ſit nimium, *de ſacerdotum injuriis*, eo ſenſu, quo *injuriæ*, quæcunque ſunt facinora & flagitia, quibus alios lædimus. Cic. *Quocunque adſpexiſti, ut furiæ, ſic tuæ tibi occurrunt injuriæ, quæ te reſpirare non ſinunt.* Inceſtum autem virginis Veſtalis, cum contumelia deorum, & periculo reip. conjunctum eſt. Cujus ſalus ſita præcipue caſto Veſtæ deorumque ceterorum in cultu.

Ampliatur à judicibus] *Amplietur*, puto ſcribendum. Et eſt oratio per ironiam petentis. *Amplietur* accipe, vel res vel ipſa rea. Nam Valerius quidem Maximus 8. 1. *P. Scipio Æmilianus Cottam apud populum accuſavit; cujus cauſa quamquam graviſſimis teſtimoniis erat confoſſa, ſepties ampliata, & ad ultimum octavo judicio abſoluta eſt.* Simili modo in colore Controverſ. *Æque non probabat illa Triarii: remiſſam tibi pœnam putas? ampliata eſt. Et ipſa, inquit, ampliatio, quæ apud judices fieri ſolet, & verbum in ſententia poſitum non eſt damnantis, ſed dubitantis.* Livius vero 43. 2. *Bis ampliatus, tertio abſolutus eſt reus.* Item: *graviſſimis criminibus accuſati ambo ampliatique.* quo exemplo etiam *comperendinatum reum* dixere. Ampliabant, tum ut cauſa perduceretur ad liquidum, tum ut reus ſubterfugere poſſet periculum. adi Franciſc. Robertell. lib. 2 emend. c. 25. Marcellum Donat. dilucid. in Liv. lib. 43. item Budæum ad Pand. Differte igitur, inquit, vel ream, vel cauſam illius: nec ſententiam ferte ante pœnam: ea enim docebit, utrum damnare, an abſolvere debeatis. Nam veſtris quidem jam ſententiis peribit: Deorum autem in pœna ipſa ſuffragiis & auxilio eam inſontem eſſe liquebit. *Ampliare in pœnam* non videtur multo durius dictum, quam eſt infra illud Ceſtii hujus ejuſdem: *Differre uſque ad ſaxum. Lex*, inquit, *ſacerdotem non uſque ad ſaxum differre nisi exſpectaret deorum ſententiam.*

Exoremus te mulier] Hæc quoqu ironiæ ſunt ſale adſperſa. Nam verb petit quidem à muliere, ut ſe ſinat ite rum abſolvi, revera autem repetit i lam ad pœnam: *Exoremus te, mulie ut iterum abſolvaris:* id eſt, ſaxo rurſ dejiciaris. Albutius mox: *Abſit, n fas eſt, ut id ſaxum abſolvat, quod tantu damnatos recipit.* Unde intelligunt illa Junii Baſſi: *Huc potius venit, u damnatur, quam illo, ubi abſolviti* Item illa Pompeii Silonis: *Accuſat recede: eamus ad abſolutionem tuam.* rellius Fuſcus mox: *Iterum experi mur: Quid times propitios deos.*

Sunt Dii?] De hoc dubitans, ne eſt, ut ſacerdos ſit. Quare & Contr. hujuſmodi interrogatione premit ſacerdotium petens: *Ergo tu, cum t innocens, quam dicis, iſta paſſa es, cre deos eſſe?*

Iterum experiamur] Veneta, *expe mur.* ita vox erit conſilium comp ctens & voluntatem, quam res eve tuſque ſubſequi poſſint: ut non co tinuo conjuncta ſint. Ita *vindicat* nec. Herc. OEt. 1789. verba ſunt cumenæ lugentis amiſſum filium H culem:

—— Si quis Iſmarios grege
Thracis cruenti vindicat, carpent greg
Mea membra diri.

Infra Argentarius, *quod exigebatur p bavi: quod judicaſtis, exequar.* Nota liſſima ratione Vellei. 2. 7. *interemp eſt*, pro interimi juſſus eſt. Verba V leii: *Fulvii Flacci filius, quem pater gatum de conditionibus miſerat, ab Opi interemptus eſt, quem cum Haruſpex ſcus, amicus, flentem in vincula duci ſiſſet, Quin tu hoc potius, inquit, fac protinuſque illiſo capite in poſtem lapide januæ carceris, effuſoque cerebro exp vit.* Quomodo Dion Caſſius lib. Τὸν δὲ δὴ Λέπιδον αὐτὸν τότε θανατωθη ἀπέδειξε. θανατωθέντα occidi juſſu non revera occiſum. Quem locum ſervavit Caſaub. ad Suet. Jul. c. 29. vid. Hom. Il. 1. 624. πολιδέγμονι ſu ſimili. Apollon. Argon. 2. 973.

Dicel

Dicebam tibi] *Dicebat*, lego. Ipſe nempe locus.

Electus potiſſimum locus] Hæc ita præcedentibus ſubjuncta debent accipi; quomodo: *Dicebat tibi*, *Inceſtam lex mori voluit*, iis quæ erant præmiſſa. Malim autem: *Electus is potiſſimum locus*.

Ne damnati ſæpius] Schottus & Aurelius in Ms. aiunt eſſe, *ubi damnati*. Veneta vero: *ut damnati*, exhibet. Utrumque melius, quam vulgatum, quod cauſæ eſt contrarium, nec poteſt defendi. Senſus vero ex iſtis eſt: præruptum illum locum frequentibus exaſperatum ſaxis, quæ aut elidant corpus, aut ſæpius impellant, cujuſque inhorreant latera ſcopulis enaſcentibus, electum potiſſimum, ut quoque ſupplicio & ſemper ſæpius damnati dejicerentur, dum ſcopulis illiſi enaſcentibus reverberantur, aut provolvuntur, & in alios rurſus alioſque præcipites ruunt.

A ſuperis dejecta] Vide huc pertinentia egregia in nota Gronovii ad verſum 1012. Sen. in Thyeſte.

In illa cruce] Id eſt, *ſupplicio*. Nam pro quovis ſupplicio gravi ac cruciatu iſta voce utuntur. De quo jam dixi ad Calpurnii Flacci declam. 4.

Ab ipſo enim] Illud *enim* non habet hic locum. Mallem, *dein*.

Secundum deos ſanctiſſimum] Ut ſunt templa, cæteræ res & loca diis conſecrata.

Contactu ſuo] Eleganter vox iſta hoc loco adhibita, cum *contagionem* dicat uſu veterum. Salluſt. in orat. Philippi: *Neu patiamini licentiam ſcelerum quaſi rabiem ad integros contactu procedere.* Tacit. 1 Hiſt. 11. *Ut cuique exercitui vicinæ* (provinciæ) *ita in favorem aut odium contactu valentiorum agebantur.* Vide Ciacconium ad Salluſt. in Oration. Lepidi. In Controv. 25. *Contactam ſanguine humano menſam loquor.*

Quanto minus quam] Sueton. Tib. 26. *Civilem admodum inter initia, ac paulo minus, quam privatum egit.* id eſt, fere privatum. Veneta autem editio hæc ita non diſtinguit, & ſecundum illam erit, *Quam à ſaxo nuſquam reverti fas eſt, niſi ad ſaxum, quanto minus quam in templum reſiluit? Huc potius* &c. Quæ nimio plus placent. Valde autem mihi veri videtur ſimile, hæc alterius eſſe Rhetoris, cujus nomen exciderit. quod alios etiam, qui hic attenderint, judicaturos exiſtimo.

Pag. 107. *Inceſta quam tardiſſime*] Lego: *invocavi: Inceſta, ut quam tardiſſime pereas?* Ut ſit indignantis: eone inceſta invocas deos, ut quam tardiſſime pereas? quod jam ante tibi conceſſerunt, eoque ſignificarunt minime ſe tibi propitios, etſi tu aliter interpretaris. Cui demonſtrando itidem indignans ſubjungit: *Quid invocas mulier? Si innocens es, dii non ſunt.* In colore eſt: *Videri deos infeſtos illi: in hoc eam ſervaſſe, ut diutius torqueretur.*

Cujus vittam] Recte Schottus, *vittam* defendit huic loco. Silo Pompeius in colore: *Præſtatur*, inquit, *quædam damnatis ſacerdotibus verecundia: erubuimus quicquam ex damnata veſte detrahere.* Quare intelligimus hanc virginem etiam in ſaxo vittatam fuiſſe. Plin. lib. 4. epiſt. 11. *cum in illud ſubterraneum cubiculum demitteretur, hæſiſſetque deſcendenti ſtola, vertit ſe, ac recollegit* &c. vide locum egregium.

Narratio, brevis expoſitio] Diſtinguendum: *Narratio. Brevis expoſitio rerum eſt. Adverſariam* &c. Ut hæc ſint non Senecæ, ſed ipſius Vibii Galli verba. Quod cum præcedentia Pompeii Silonis confirmant, & ipſa adeo hæc Galli: tum manifeſte Veneta editio.

Permittis jam abeam] Veneta & Schotti Aureliique codices: *Permittitis jam ab ira.* Quare malim: *permittitis jam abire.* In ſequentibus: Veneta, *recedam.* illorum autem Mss. *Recedamus ad abſolutionem tuam.* Unde legam: *Accuſatores recedant: eamus* &c.

Damnatam abſolvere mal.] Illud *maluere* ab ingenio profluxit eruditorum. Schottus & Aurelius ex ſuis hæc producunt: *abſolvere tuam, quam ſacerdotem.* Veneta illud *tuam* non agnoſcit. de reliquis conſentit. Ex qui-

bus non ita pronum eſt exſculptu illud *maluere*. Venetam exponere, quam ita emendare melius videtur. Cujus verba plena eſſent; *ita dii damnatam abſolvere potius, quam ſacerdotem?* Sed nec illa brevitas ſua caret elegantia aut auctoritate. Tacit. 1 Annal. 58. *Pacem quam bellum probabam.* Juſtin. 12. 9. *Orare ut reliquias ſaltem ſuas paternis ſuppliciis reddat: quorum non ſtudiis deficiatur, quam annis.* Ubi plura Bernegg. Ulpian. in l. 7. D. depoſ. *Intempeſtive miſericordiam exercuit, cum poſſet non ſuſcipere talem cauſam, quam decipere.* Quod exemplum, ut & alia præclare huc facientia reperire eſt apud Anton. Auguſtin. 4. emend. cap. 8. Nam jam olim hoc obſervatum, ſed imprimis utile ad hunc locum illa meminiſſe. Si tamen nimis quis movetur lectione illa Schotti & Aurelii librorum, & velit, *ita dii damnatam abſolvere tanquam ſacerdotem?* non multum me ſibi repugnantem habebit.

Damnata dejecta] An, *Ut damnata dejecta eſt, ut abſoluta deſcendit.* Poſterius membrum exponitur per ſequentia Arellii Fuſci.

In templo vixerat] Non cum hominibus, quorum ſibi adjungeret gratiam. Simul autem removet ſuſpicionem inceſti.

Pag. 108. *Rogari niſi deos*] Hæc quo dicantur vid. ſupr. in nota 2.

Utrum lex de inceſta] Conſtanter video *ex inceſta* hic legi. Veneta vero, qua utor, etiam, *vel quæ dejiciatur*. Unde poſſim varia conjicere, ſed ſemper huc redit ſenſus: *Utrum lex hæc de inceſta tantum ſit, quæ dejiciatur, an quæ & pereat.* Mox Fuſcus Arellius: *Utrum inceſtæ pœna ſit dejici, an perire.*

Contra ſacerdotem qui dixerunt] Hiulca hæc, niſi legas, *quidam dixerunt*.

Pag. 109. *Et verbum in ſententia*] Hic quoque antiqui illi: *ea quæ verbum in ſententia petitum eſt.* Unde lego: *& quam verbum inde in ſententia petitum eſt. Sententia* eſt, velut: Remiſſam tibi pœnam putas? *ampliata eſt.* Controv. 10. *Adeo autem ſtudioſe Latronem audivit, ut multas ejus ſententias in verſus ſuos tranſtulerit.*

Germanici gener, ut prætextatus] Conjeceram, *adhuc prætextatus.* Quod vidi deinde & Fabro veniſſe in mentem. Nunc leviſſima & certiſſima, niſi fallor, emendatione ſcribam: *at prætextatus.* ut intelligamus, quamvis Quintilius hic Varus gener eſſet Germanici, tamen liberrime adverſus eum reprehendendo egiſſe Ceſtium: quod vixdum pueritiam egreſſus, & adhuc prætextatus erat. Deinde forſan: *is cum deſcripſiſſet.*

In ipſam ſententiam] Non perinde in verba. Quare non eo perſtrinxit nomine, quod poſuerat, *revocaverunt.* Sed quod allegoria erat putida à ludis Circenſibus. Ubi certabatur quadrigarum curſu, ubi erant carceres. *Revocare currus* eſt & apud Claudian. 2 de raptu: *Pars altos revocant currus.* Dubites autem num fuerit: *in iſtam ſententiam.*

Ante poſuiſti ſimilitud.] Veneta, *anteposuit*, una voce. & ſequens mallem expunctum. Plena eſſet oratio: *Nam & eam antepoſuit*, vel *ante poſuiſti ſimilitudinem.*

Corpus induruit] Præferam, *induravit.* Præferent & alii, qui nota ſequenti verum, aut veriſimile nos vidiſſ[e] judicabunt. Hoc autem de veneficio quod adhuc notum eſſe volunt, ill[i] ſunt Senecæ Herc. OEt. 146.

Nullis vulneribus pervia membra ſunt.
Ferrum ſentit hebes: lentior eſt chalybs.
In nudo gladius corpore frangitur.
Et ſaxum reſilit, fataque negligit,
Et mortem indomito corpore provocat.
Non illum poterant figere cuſpides.

Hoc male mihi facit ille &c.] Diu hæ[c] me torſerunt: credo & alios etiam præter Schottum, eruditos exercit[...] habuiſſe. Tandem ita non inepte [e]mendari poſſe credidi: *Hoc mallem ſ[...] faciat ille, qui aut andabata aut pyct[a] factus eſt.* Hui! inquis, incredibilem audaciam. At te obſecro, ne ita ini[...]quus ſis judex, ut inauditum damn[a]re velis. Prima illa certe non nimiu[m] recedunt à literis, pertinentque [...] eos, qui corpus induraverunt ven[e]nis. Poſtrema maxime poſſint offe[...]

de[...]

dere. Sed in his ſecutus ſum ea, quæ n Veneta ſunt editione: *qui aut anti-lita, aut pythuicus eſt.* Quæ Schotti et-am Ms. in margine habuit, ut ipſe te-tatur. Etiam *antidita* in ſuo eſſe ſcri-it Aurelius. Vocem *factus* latere in in. *pythuicus* velim: quod nemini vi-lebitur abſurdum, qui cogitet, quo-modo illa ſcribi ſoleat. Senſus autem t convenientius iſta dici potuiſſe, uod corpus induraverint de andaba-is & pyctis: quod his vis ictuum & elorum ſit metuenda: pyctis quidem um pugnent cæſtibus, de quibus la-Virgil. 5 Æneïd. 401. & ſeqq. an-abatis, quia inter ſe concurrebant ontem oculoſque galea tecti. Vid. ipſ. 2 Saturn. cap. 12. Ab iis igitur agis credibile eſt hanc artem quæſi-m & uſitatam, quæ ne fando qui-em pervenerit ad aures hujus puellæ: ltem adhibita non ſit, cum tamen rribili hoc lapſu deorſum elidi ex-nguique potuerit. Illud vero ſcien-um: *hoc mallem faciat ſibi*, accipere e, ut apud Virgil.

Tum Phaëtontiades muſco circumdat amaræ
Corticis, atque ſolo proceras erigit almos.

eſt, narrat, dicit circumdari, erigi: uod jam à Grotio & Beza notatum Nov. Teſtamentum. eleganter fin. ontrov. 17. Controv. 4. *Omnes ali-id belli dixerunt illo loco, quo deprehenſi t adulteri, & dimiſſi.* Ita enim le-ndum cenſeo: & accipio, *loco, ubi itur de deprehenſis adulteris & dimiſſis.* ontrov. 6. *Non enim propter nuptias æ dimiſit* (ita lego) *illam, ſed quamvis a non eſſet, ejici juſſit.* Controv. 11. riſ. *Fuſcus Arellius juris quæſtiones ſub-it. Non poſſe illam diſcedere à viro; n & hoc jurejurando illam obligavit.* ontrov. 20. *Quia Latroni bene ceſſe-, qui cum diluiſſet vulnus exiguum, di-, Aſpicite iſtam vi apparentem cicatri-.* Controv. 21. *Argentarius voluit eri, puella volente ſe feciſſe*, id eſt, ita t, quaſi voluiſſet videri pater. O-ſi monere pro *ire*, quod præcedit, lius videri *venire*. quia apud Ce-ſtium erant quotidie, qui declamarent diverſorum ingeniorum & profectuum, auditores ſuos, quoties audiendi eos copia erat, domum ut venirent ſuam, hortari ille conſueverat, ut ſcilicet variis virtutibus & vitiis obſervatis ad ſummam eloquentiæ proficere poſſent. Horum nunc contemplationi indignatur, cum nimis abſurda afferrent, quorum exemplum expectabat, ut plurimum prodeſſet. Niſi velis *ire* pro *venire*. Terent. 2. 3. 14. *Unde is?* CH. *Egone? neſcio hercle neque unde eam, neque quorſum eam. Ita prorſum oblitus ſum mei.* mihi tamen id minus hoc loco placet.

Dicebat autem in Albutium] Ut huic periodo ſua conſtet connexio, pro *autem* reſcribam *etiam*. Mendum inde natum videtur, quod præcedentia Ceſtii etiam pertinere crediderunt ad hæc Albutii, *durior ſaxo*. Cum hæc ad impudentiam ſummam notandam dicta accipi debeant. nihil ut neceſſe ſit reſpectum eſſe ad corporis per veneficia indurationem. quia tamen non ita commoda erat hyperbole, propterea eam taxaverit Ceſtius. Gratius accidant ad aures, quippe leniora ſunt, illa Terent. Eun. 4. 7. 36. *Os durum.* Licinii Craſſi Oratoris apud Sueton. Neron. 2. *Non eſſe mirandum, quod aneam barbam haberet, cui eſſet os ferreum, cor plumbeum.* Ubi plura Caſaub. Taxari his impudentiam ſummam virginis, facilius concedet, qui meminerit, quæ ſupra ipſe hic dixerit Albutius.

Pag. 110. *Ex damnatæ veſte detrahere*] Nedum hanc ipſam nobis ſervatam velimus.

Quia non potes, non vis mori] Interrogative hæc videntur legenda, ut indignantes ſignificatum velint, quod rea diffidat cauſæ ſuæ deorumque auxilio. inde fieri, ut recuſaret quo minus iterum dejiceretur. Vel potius juſtiſſimam illi cauſam eſſe, cur mori velit. Cum intelligat, aut intelligere debeat, non deorum propitia voluntate conſervatam ſe, ſed ira, ut diutius torqueretur. vid. init. *color.*

Α'εὶ ἐχθρὸν νομίσῃς] Senſus eſt: Cu-

jus opera, aut per quem dejecta eris, cum licet ut mortua perſequare. Quibus ſua peribit Venus, niſi quis ſciat, quod creditum ſit antiquitus, eos, qui injuſtis cauſis graviter læderentur, poſt mortem etiam injuriarum quærere & peragere poſſe ultionem, quod expreſſum ſatis eſt illis principum Poëtarum:

Tum quoque factorum veniam memor umbra tuorum,
Occurramque oculis oſſea larva tuis.
—— ſequar atris ignibus abſens,
Et cum frigida mors anima ſeduxerit artus,
Omnibus umbra locis adero: dabis improbe pœnas.

Add. Horat. 5. Epod. Hoc autem loco ut ſignificent, quam juſte agere ſe ſciant, dum ſacerdotem repetunt ad pœnam, ultro id concedunt, ut hoſtem ſibi deſtinet vexetque & agitet mortua eum, à quo maxime ſe lædi, & nullo jure vita exturbari exiſtimaret. Reliqua Græca tentare non auſim, priuſquam copia detur exemplarium, unde conſtare poſſit, quid in emendatione maxime ſequendum ſit.

CONTROV. IV.

ADulterium in matre & filio] Pincianus quia infra eſt: *Agedum ipſam legem recita: liceat & marito, liceat & filio.* inde pro certo accipit hic quoque ſcribendum, quamvis omnium codicum contra fidem: *liceat adulterium & marito, & filio vindicare.* Ego vero contra codices non ita facile eam emendationem probem: præſertim cum hæc manifeſtiſſimi ſint ſenſus, etiam filio licere ulciſci, non tantum marito. Qui ipſis iſtis verbis ſatis nominatur: quare explicatius propoſiturus legem, Albutius ita eam recitari facit, quaſi ſit: *Liceat & marito, liceat & filio.*

Pag. 111. *Tantum ſanguine meo cruenti*] Nempe dum vim adfert ad retinendum reſciſſa ſunt vulnera, unde fluxit ſanguis, quo cruentarentur.

Cui aut pudica contingat] His qui ſenſus ſit, nondum pervidiſſe me fa[…] teor. Eruditi ita tranſierunt, quaſi di[…] ficultas eſſet nulla. Et tamen non me[…] mini adhuc reperiſſe, ubi plus hæſit[…] rem. Nec puto quemquam explic[…] turum facile, niſi aliqua in hæc i[…] genii acumine conferatur mutatio[…] velut ſi *proditrix* pro *pudica* ſcribatu[…] Quo accommodatius aliud ad prop[…] ſitum nondum reperire potui. Co[…] tavi etiam: *Cui aut proditor conting[…] filius, aut uxor impudica, dum arma[…] eſt.* Sed hanc emendandi viam qu[…] auſit inſiſtere? Proditione uxoris ([…] filii?) domi eſt captus, domi primu[…] manus amiſit.

Conceptus eſt iſte] Aurelius, non […] pio, inquit, quid velit. Schottus […] terrogationum ope aliquid putat p[…] effici. Ego interpretatione exped[…] accipioque, quod cum inciperet, c[…] ceptus eſt iſte ex me, mihi munus lu[…] vitamque debet, nec hanc tamen […] tiam referre voluit, ut opem fer[…] qua juſtiſſimam peragerem ultion[…] hanc, inquam, inceptam oration[…] abrupit alioque vertit indignatio, […] que ſuſpicio: quare ſubjungit, *ex […] ſciemus, cum adulteros deprehendero.* […] bus deprehenſis, cum filius elab[…] verit adulterum, eum potius pr[…] tre agnoviſſe videtur. Infra Ceſt[…] *Vocavi filium, riſit adulter, tanquam […] diceret, Meus eſt.* Julius Baſſus: *M[…] hæreditatem illius, quem occidere pa[…] dium putavit.* Menander non ſin[…] tione dixit: Ἔστιν δὲ μήτηρ φιλότε[…] μᾶλλον πατρὸς, ἡ μὲν γὰρ αὐτῆς οἶδε[…] ὁ δ᾽ οἴεται. *Mater ſuos liberos majo[…] let complecti amore, quam pater, cu[…] ſuam ſciat eſſe ſubolem, hic credat.* […] autem Ceſtii geminum eſt illu[…] Thyeſte Lucii verſ. 325.

—— Conſili Agamemnon […]
Sciens miniſter fiat, & patri ſciens […]
Menelaus adſit: prolis incertæ fides […]
Ex hoc petatur ſcelere. ſi bella abn[…]
Et gerere nolunt odia: ſi patruum […]
cant; Pater eſt.

Credebat Atreus, quod Thyeſte[…] ter, in quem atrociſſimum, ut[…] ſceretur injurias, nunc parabat fa[…]

clam ſua conſueſſet cum uxore: eoque in dubium veniebat, num Agamemnon & Menelaus ipſius ſatu eſſent editi: de quo putabat conſtare poſſe, ſi prompta hi eſſent voluntate, ad navandam operam, qua exequi poſſet, quæ in fratrem ſuum moliebatur. adi & finem tragœdiæ ejuſdem.

Deciderunt arma cum manibus] Non id ponitur in hac Controverſia, quaſi recisæ in pugna viro forti ſint manus, ſed quod inutiles ſint factæ. ſic quoque illas perdiderit, cum uti non poſit. Qua ex obſervatione hæc Rhetoris Triarii ſunt intelligenda: quæ iſtis præterea Fulvii Sparſi illuſtrantur: *Ridebant adulteri truncas viri fortis manus, irca ſua arma labentis.*

Pag. 112. *Domi captus eſt*] Domi ita habetur ab adulteris quaſi captus eſſet: quippe ab iis ludibrio habitus, miſereque circumventus ac deceptus: ac ipſa voce mox illud *captus* interretatur.

Portat inter ſpolia] Ex his quis ſenum idoneum exſculpat? Corrupta ſſe veriſimillimum, imo certum eſt. mendandum credo: *Hortantur inteim ſpolia viri fortis volutantes adulteros.* dde Contr. 24. fin. Spolia iſta viri foris dum partem domi vident, alia exectant, adulteris iſtis addunt etiam ubinde animum, augentque flagitii eſiderium, atque inflammant libiinem. ut nefariis iſtis ſæpe maximæ t voluptati, honeſtos honeſtaque luum ac jocum habere. *Hortari*, pro nimum addere, jam obſervatum à erneggero ad Juſtin. 11. 3. *Interim* ro ſubinde, interdum apud Quintianum nimiſquam frequenter ſe ofrt. Hoc in opere infra tantum ſeel notare memini. Controv. 10. fin.

Adoleſcens venit] Malim *veniat.* pos etiam *veniet &c.* De iis, quæ ſequunur, *indignare, ſi deceptus es*, venerat ihi in mentem illud ſenſu commoiſſimum: *indignabere, ſi ſic deceptus is.* Quod non pœnitet indicaſſe, quia luſtrat iſtorum obſcuritatem. quæ in etiam intelligentur, ſi legas, mutaone leviſſima, *ſi deceptus eris.*

Ad ſuos demittitur, inquam] Plenum ſit: *ad ſuos dimittitur. Dimittitur inquam, ad matrem ſuam*, &c.

Meruit hæreditatem illius] Quare nihil eſt, quod abdicatione doleat, ſe ab mea hæreditate repulſum & excluſum eſſe.

Quem minus hoc crimine perdere] *Perdere*, pro amittere nimium quantum amavit hoc ſæculum. egi de eo ad declam. 1. Quintiliani. Infra hac decl. *Dat pœnas tibi* (mater mea) *perdidit virum, perdidit filium.* Quod hic tenendum, ne cum quodam erudito emendare incipiamus hunc locum. Filius hic perdidit patrem ſuum (nam abdicatus hac de cauſa eſt) quod occidere noluerit matrem. Minime omnium id fieri debuiſſe judicat.

Non comparaſſem patri legem] Hæc quoque temere ſunt ſollicitata. Senſus eſt: Non potui occidere matrem, quod id vetabat lex de parricidis. nec hanc tamen legem comparaſſem patri, ſive illius non minus cenſuiſſem habendam rationem, quam patris, niſi & feciſſet pro matre, quia cum matre lex erat, propterea hæſi in æquilibrio, nec juſſa patris exequi potui.

Scelera noſtri juris] Id eſt, noſtræ poteſtatis & arbitrii, ut ea patrare poſſimus, quomodo volumus. Quæ noſtri ſunt juris, iis utimur, ut fert animus, cupimuſque. inde *ſuo jure* etiam apud Flor. pro ſuo arbitratu. 1. 17. *captiſque ſuperioribus jugis, in ſubjectos ſuo jure detonuit.* & 3. 17. *Equites Romani tanta poteſtate ſubnixi, ut qui fata fortunaſque principum haberent in manu, interceptis vectigalibus, peculabantur ſuo jure remp.* Poſteriore loco priorem firmavit & explicavit Salmaſius contra Lipſium, qui *ſuo more* mallet. Salmaſii ſententiam non poſſumus quin probemus: quam ſtabilit præterea hoc Arellii Fuſci.

An ſi licuerit & oportuit] Magni uſus eſt diſcrimen horum noſſe. De quo egimus ad Declam. Calpurnii Flacci 16. poſt Grotium de jure belli & pacis. 3. 4. 2. quem videas, cenſeo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Cum maritus non eſt] Forte, *non abeſt*.

Pag. 113. *Sine fraude eſto*] Antiqui, queis *ſe* eſt ſine, *ſe fraude eſto*. Gell. 20. 1. quod in *ſecors*, *ſegnis*, ſimilibus adhuc eo ſenſu occurrit. Nam *ſocordia* proprie oppoſitum *ſapientiæ*. Sueton. Claud. 3. Mater Antonia, *ſi quem ſocordiæ argueret, ſtultiorem aiebat filio ſuo Claudio*. Nam ſine corde hominem denotat, quo ſenſu apud Plautum facete Ciſtell. 1. 1. 66. *at mihi cordolium eſt*. GY. *Quid id? Unde eſt tibi cordolium, commemora, obſecro? Quod neque ego habeo, neque quiſquam alia mulier, ut perhibent viri.* Atque eo puto pertinere acumen reſponſi Cæſaris ad haruſpicem, nunciantem ſine corde exta eſſe: *non eſſe pro oſtento ducendum, ſi pecudi cor defuiſſet*. Ita *ſegni* oppoſitum *ardens*. Flor. 1. 8. *Quid Romulo ardentius?* Valer. Flacc. 2. Argon. init. *mediis ardens, ne flectat ab undis*. Virgil.

— quos ardens evexit ad æthera virtus.

Nempe,

Ignea convexi vis & ſibi pondere cæli,
Emicuit, ſummaque locum ſibi legit in arce.

Sed illuc revertor: *ſe*, vel *ſine fraude eſto* formula eſt, quæ adjecta legibus ſignificat, quod iis contineatur, & permittatur, id impune facere licere. Nam ad leges, quæ permittunt, non quæ vetant, pertinet. Atque hoc inde intelligitur propius, quod *fraus* quandoque periculum eſt, ut vult Servius ad 10 Æneïd. verſ. 72. ubi addit, in jure lectum eſt, *Fraudi erit illa res*, id eſt, periculo. quandoque damnum eſt probis auctoribus. Terent. Heaut. 3. 1. *In eandem fraudem ex hac re, atque ex illa incides.* Ubi damnum intelligo, non culpam, ut non nemo. adde Juſtin. lib. 21. 3. Et hoc proprie huc pertinet, cum explicamus, *ſine fraude eſto*, ſenſu quo dixi: ubi fraudem pro pœna accipio, quod & in illo ſe offert Livii, 3. 53. *Ne cui fraudi eſſet conciſſe milites aut plebem ad repetendam per ceſſionem libertatem*. Neque vero temere quis exiſtimet, quod ita fraudem interpretor; cogitandum pœnas olim pleraſque pecuniaria[s] fuiſſe. Quintil. declam. 320. *Nam m[i]hi ex hoc quod pleriſque criminibus pecun[iaria] pœna imponebatur, appellata etiam ip[ſa] damnatio videtur.*

Occidendam acceperat] Cicero & [o]ptimi alii his in rebus, niſi fallor, *r[e]ceperat*. Scirem tamen Controv. m[a]teriam, & affirmare poſſem, num i[d] hic ſit legendum.

Sed cum oculorum] Et ſenſum & l[o]ca horum ſcriptorum ſimilia cum c[o]gito, non dubito, quin illud *ſed* in [...] ſit mutandum. Confer Controv. 3. [...] altera parte.

Si non ferat mare] Elegans hoc, & [...] luſtratur geminis iſtis Macrobii: [...] *bite Phalernum, eſt annorum quadrag[in]ta: Bene*, inquit Cicero *ætatem f[ert]*. Ovid. *Scripta ferunt annos*. Luc. Sen[...] *ætatem male ferre*. Colum. de lup[...] genere: *ævum patitur*. idem: *vetu[ſ]tem vinum earum (vitium) patitur*, [...] *ad bonitatem aliquam per annos ve[...]* Quæ loca non obſervavi primus.

Pag. 114. *Filio oſtenderet*] Eo[...] non judicavi eam præterea etiam à [...] duriter atque atrociter habenda[...] ne unius culpæ duplex infligere[...] pœna.

Filium ſtupentem] Supra: *Latro [...] ſcripſit ſtuporem totius corporis, in t[...] inopinati flagitii ſpectaculo. Stupor[...] corporis*, quando nequit progred[i ...] ſe movere. Sen. Herc. fur. 621. *m[em]bra lætitia ſtupent*. Thyeſte 421. *I[...] (quid hoc eſt?) genitor inceſſu ſtupet* [...] 547. *truculentus Atreus Fratris a[...]ctu ſtupefactus hæſit*. Ut *ſtupere* in[...] ita *torpere* apud probos ſe offert. Q[...] & Latro, *membrorum omnium torp[...]* dixit.

Coram patre facere non potui] Vi[...] Gallus: *Alterum putavi parrici[...] matrem coram patre occidere.*

Jam vitam illi non debeo] Iro[...] hæc ſunt, quibus id maxime inc[...] tur ſenſu contrario, cum à par[enti]bus acceperimus vitam, nihil eſſ[e la]boris, nihil moleſtiæ, nihil cura[...] & officii, quod non ſuſcipere p[...] debeamus. Quare nec minimum [...]

eos, nedum occidi fas eſt. Quo ex argumento paſſim agunt & graviſſime parentes. Quintil. declam. 5. *Parentibus vero liberi non præſtatis alimenta, ſed redditis: quanto dii deæque breviora, quantoque minora pro tot infantiæ, tot pueritiæ ſumptibus, tam variis vel abſtinentiſſimæ juventutis impendiis? Si mehercule hoc quoque officii genus natura permitteret, bene pro deficientibus aliquid & vita veſtra deperderet, iterumque ex illa, quam traxiſtis anima portio brevis in ſuum rediret auctorem. Vultis ſcire, quantus nomini noſtro debeatur affectus? quanta veneratio? Non eſt beneficium, quod paſcitis: ſed eſt facinus, quod negatis.* Locus, quod res loquitur, eſt pulcherrimus: eo totum adſcripſi. Eadem etiam eſt declam. *In hunc te divinorum humanorumque conſpectum, de noſtra protulimus anima. Maria terraſque & infatigabiles ſiderum curſus, & cuncta ſacro fulgore lucentia nos, ut fruereris, oſtendimus. Has, quas ſubtrahis manus, hæc verba, quæ negant, de meo ſpiritu, de meis viſceribus hauſiſti.* Quæ duo loca ſint inſtar omnium.

Habet aliquid corrupti] De hoc ad Suaſor. 1.

Queſtus ſum cum fortuna] Eſt hoc inter elegantias Latinitatis, pro, de ea queſtus eſt, eam accuſavit. Contr. 21. idem Latro. *Servi quoque nomine tecum queri poſſum, quem, qui frugi fuerat, nequam feciſti.* Controv. 8. *Tot acies ſuſtinuiſti, tot vulnera: poſſum cum rep. queri, ſero dimitteris.* Valer. Max. 4. 8. 4. *Queri mecum jamdudum populus Romanus videtur, quod cum ſingulorum munificentiam conſecter, de ſua taceam.* Quintil. declam. 341. *Sed reſp. quoque, cum qua queri poteris, habet, quod reſpondeat.* idem declam. ultimæ fine. *Non eſt, quod cum liberto queraris, omnia tibi reddidit, præter matrem.* Occurrit ita & apud Ciceronem. Quia vero ii, qui queruntur cum aliis, offenſi eſſe ſolent, inde Nep. Attic. 17. *querimonia* pro offenſione. *nullam*, inquit, *inter eos querimoniam interceſſiſſe.* Ut autem hic *queri cum fortuna* vidimus, ita *gratulari cum fortuna* reperi apud Dictym Cretenſem ad fin. lib. 6. de Ulyſſe, qui occiditur à Telemacho filio, cum peregrinum eum crederet, & diu ex ſomnio metuiſſet, ne filii illius manu periret. *At, inquit, ubi ictu eo Ulyſſes concidit, gratulari cum fortuna, confiterique optime ſecum factum, quod per vim externi hominis interemptus, parricidii ſcelere Telemachum chariſſimum ſibi liberaviſſet.*

Dixerunt. illo loco] Hæc quomodo legenda & intelligenda ſint, dixi prope fin. Controv. 3. Pertinet huc illud ex Controverſ. 29. *Omnes declamatores aiebat voluiſſe aliquid novi dicere eo loco, quo nominabat noverca filiam conſciam.*

Dixit innuiſſe nunciæ] Opſopœus, Lipſius, alii jam ſudarunt in hoc emendando loco. Omnes adhuc irritum credo ſumpſiſſe laborem: mihi an melius res ceſſerit, alii judicabunt. Senſus his ſuus erit manifeſtus, ſi legas, quemadmodum & legendum credo: *Fuſcus Arellius, cum dixiſſet, Interveniſſe me nunciavi; frigidius dixit contrariam illi* (Latronis) *ſententiam: Adulteros interventu meo ne excitavi quidem.* Hyperbole hæc excedit modum, & ne comparanda quidem eſt ad illam Latronis, quam tamen vincere hoc invento contendebat Arellius. Quare frigidius eam ſententiam dictam judicat. *Frigida* in oratione appellant, quæ remiſſum ac languidum, quippe minime placentia, faciunt auditorem. Etiam Cic. in Brut. *Quare tibicen Antigenidas dixerit, diſcipulo ſane frigenti ad populum, Mihi cane & Muſis.* Ipſum *frigus, pigrum, iners*, antiquis etiam eſt imminuta gratia & favor, cui contrarium, *flagrantia ſtudia* apud Tacit. de quo jam alii. *Frigidum* ſenſu iſto, Sueton. Calig. 26. *Leve ac frigidum ſit his addere, quo propinquos amicoſque pacto tractaverit.* Plutarchus in vita Alexandri, ubi narravit eo die, quo Alexander natus eſt, conflagraſſe templum Dianæ Epheſiæ, ſubjungit: ὡς ἡγησίας ὁ Μάγνης ἐπιπεφώνηκεν ἐπιφώνημα κατασβέσαι τὴν πυρκαϊὰν ἐκείνην ὑπὸ ψυχρείας δυνάμενον· ita frigida hac

ſuper re exclamatione uſum, ut templi illius incendium reſtinguere potuerit. Cicero facetum frigido oppoſuit in Bruto. *Habuit* (P. Lentulus) *à natura genus quoddam acuminis, quod erat in reprehendendis verbis verſutum & ſolers, ſed ſæpe ſtomachoſum, nonnunquam frigidum, interdum etiam facetum.* Frigidum erat in his Arellii, quod ita contrariam Latroni ſententiam dixit, ut in hyperbole non ſervarit modum: quod jam prædixi; magiſque id intelligetur, ſi non neſciamus *nunciare* auctoribus eſſe clare teſtari. Quintilian. declam. 17. *Nuncio vobis, ſanctiſſimi viri, nihil vita laborante ſimplicius.* item: *Audite nunc dii pariter atque homines, quid poſt tres abdicationes & querelas toties judicum gravitate percuſſas, velut attonitus, amens, nunciet ſeculo pater.* Et ſæpe alibi. Tacit. 13 Annal. 32. *Iſque priſco inſtituto propinquis coram, de capite famaque conjugis cognovit & inſontem nunciavit*, id eſt, pronunciavit. Sed & ipſæ ſententiarum pronunciationes fiunt, dum clare ſuas ſententias proferunt judices.

Pag. 115. *Pulchre dixit, & nove ſumſit*] Vera eſt diſtinctio: *Pulchre dixit, & nove. Sumſit ab omnibus bene dicta.* ita eſt & in Veneta, niſi quod in poſtremo leviter peccatum. paulo poſt idem noſter: *hunc ſenſum & vehementer dixit, & eleganter.*

Quam otioſi, quam ſecuri] Bene hæc juncta. Terent. Andr. 5. 2. *Animo nunc jam otioſo eſſe impero.* ubi Donatus: *otioſo*, ſecuro; quia negotium ſollicitudo eſt. Hujus generis multa ſunt apud Plaut. loca. Trin. 1. 1. 56. *re placida atque otioſa, victis hoſtibus.* alibi: *otioſe ire*, ſecure & quaſi nihil curæ aut negotii ſit, quod urgeat, ac proin, tarde. Epid. 5. 1. 21. Plin. lib. 8. epiſt. 19. *Imperare dolori, ut ſcriberem, potui, ut vacuo, animoque læto, non potui.*

Nicetes illam ſententiam] Minime audaci correctione legam: *Niceta eſt illa pulcherrima ſententia.* mox: *& illum*, vel *ipſum Albutium.*

Se deſcripſiſſet] Nicetes ſe deſcripſit pugnantem, quatenus agebat cauſam & perſonam viri fortis. adjecit dein, *Me miſerum, quas manus adulter effugit.* Nam hæc dixiſſe Nicetam iis confirmatum dare poſſum, quæ ſunt in poſtrema hac Controverſia, ubi Murrhedius, dum ſententiam Nicetæ imitari vult, ſtultiſſimam, ſenſum tamen, quæ fuerat Latronis dicto, demonſtrantem dixit: *Reliqui in acie pugnaces manus.* Nec movere debet quod Græcus Rhetor Nicetes eſt, et iam Suaſor. 2. Latine ſententiam di cit. Quod ſequitur, *& illud Albutii* leviter depravatum. Scribam: *effugit at illud Albutii.* Deinde vero: *Et ſi Albutius narravit.*

Pag. 116. *Dixerat Nicetes*] Magi mihi & ſenſui ſatisfaciet, *Vicerat Nicetes.* Repete rem ſupra ab ipſo ca pite.

CONTROV. V.

S*Tupri accuſatus*] Ita Controv. 2. *Sacerdos noſtra ſtuprum homicidio, homicidium ſtupro defendit.* ubi & præceſſ rat: *Quid faciam mulieri, intra crimin ſua deliteſcenti?*

Spes ſuas deplorantis] Id eſt, ipſa filiam, quæque de ea præclara conc perat, ac ſperaverat. Sen. in Med. 47 *Perſpes tuorum liberum*, ratione ſimi li, ad Jaſonem obſecrans dicit Mede ita & Petron. *Sicut omnia, ſpes quoq ſuas ambitione* (antiquum pro *ambiti ni*) *donant.* Facit huc illud Quintili ni declam. 6. *Ille eſt filius noſter, cuj ſpes ipſas amavimus.* Simillimum hu Rhetoris eſt illud Poëtæ:

Sternuntur ſegetes & deplorata colonis
Vota jacent, longique perit labor irrit
anni.

Ovidii hæc ſunt 1 Metam. 272. Etia Sen. filius ad Helv. matrem cap. 1 *nec intra viſcera tua conceptas ſpes libe rum eliſiſti.* add. dicta ad Suaſor. 2.

Alteram injuriæ rapuit &c.] Pau ante: *ſtupri accuſatus, ſtupro defendit cum altera litigat rapta, alteram ad cat.* Vox *injuria* pro ſtupro, quantope placuerit antiquis, vel hæc ſola doc

Co

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Controverſia, ubi toties iteratur. Controv. quoque 21. *Immatura etiamnum puella, nec adhuc injuriæ idonea.* De adulterio Controv. 7. *injuria matrimonii nihil abſtulit corpori.* Adeo autem hæc injuſta ſunt, ut nec in hoſtes admitti jure belli voluerint gentes non barbaræ. Vid. Grot. 3. 4. 19. de jure belli & pacis. *Ludibria* etiam & *contumelias* appellant. Curt. 4. 10. *Num, quod maxime ſuſpicor, & loqui timeo, ludibria meorum nunciaturus eſt; mihi, & ut credo, ipſis quoque, omni graviora ſupplicio?* Deinde: *nec dubitavit Darius, quin interfecta eſſet, quia nequiſſet contumeliam pati.* Cleadas pro Thebanis ad Alexandrum Juſtin. lib. 11. 4. *Nunc ſenum feminarumque ſicuti infirmum, ita innoxium reſtare vulgus, quod ipſum ſtupris contumeliiſque ita vexatum eſſe, ut nihil amarius unquam ſint paſſi.* Dion Caſſius lib. 35. init. τὰς δὲ γυναῖκας τῶν δυνατωτάτων πολλὰς ἁλούσας, ἄνευ ὑβρισμοῦ ὁ Λούκουλλος ἐφύλαξεν.

Pag. 117. *Quam perbene illi*] Illud *quam*, ut repetitum ex præcedentibus, expungat quis, aut *quam bene* legendum cenſeat. atque ita eſſe in ms. teſtis Aurelius. Ferri tamen poſſe, *quam perbene*, judicet, qui viderit, quod diſputat Voſſ. lib. de conſtr. c. 17. 5. Præterea *ceſſerimus* ſcribe. Etiam *optione*, quod in quodam eſt codice præferam.

Stulta, deciperis] Qui hujuſmodi acquieſcis raptoris narratiunculis, quibus tibi perſuaſum vult, quod te amet, hanc vero aſpernetur. Namque ea vel non dixit, vel à faſtidio & arrogantia ſunt profecta: qua uſus adverſum te etiam eſt apud alteram puellam.

Confugiat ſacrilegus] Mallem, *confugit.* Quia prope abeſt, ut graviſſima quæque committantur flagitia, & ipſi illi ſcelerati auxilium & impunitatem per ipſos illos quærant, &, ſi diis placet, habeant, quos inſignita affecerunt injuria; inde illa futura jam ominatur, amnes ut retro fluant, & ut ſol ſuum revolvatur in ortum. quæ omnia rerum naturæ ſunt adverſa. Poteſt & *confugiat*, ut ſenſus tamen his illuſtretur.

Inter diſpares ſententias] Grotium vid. 2. 5. 18. de jure belli & pacis.

Pag. 118. *Plures tamen Sabinæ*] Quæ auctoritate publica ſunt raptæ. atque harum exemplum proprie ad rem eſſet accommodatum: non perinde Lucretiæ ac Virginiæ: quas memorando puellæ huic & raptori invidiam facere pars adverſa ſtudet.

Quaſi improba] Id eſt, nimia, ac modum excedentia. Controv. 7. *Græcorum improbam quæſtionem, ſatis erit in ejuſmodi controverſiis ſemel aut iterum annotaſſe.* & ſæpe alibi. Pulchra hac de voce Salmaſ. ad Peſcennium Nigrum Spartiani. Improbum autem Ceſtio viſum, quod ex ſententia Argentarii jam maritus eſſet, cujus nuptias rapta aptaſſet. De quo num verum hic fecerit judicium Ceſtius, cui non eſt inſolens immerito carpere (vid. Suaſ. 7. fin. & Controv. 3.) cum rem puto, dubitare me fateor. Certe Quintilianus non in eadem videtur fuiſſe ſententia. Cujus hæc ſunt ſimili in re declam. 247. *Dixi uxorem eſſe, cujus cum viro matrimonium factum eſt. Quid amplius? Nam ſicut coitus, ac congreſſus citra jus non efficeret uxorem: ita uxor etiam citra hæc manet.* Subjicit deinde huc pertinentia, ſed quæ corrupta ſunt. Scribam ea, ut reſtituenda arbitror. *Id ex quotidianis & in frontem incurrentibus approbari poteſt. Nam ut ab ipſis his* (nam hæc forte inſerenda particula: poſſit & omitti, quia *ipſum* quandoque *ipſum hoc* ſonat) *incipiam: Deprehendo uxorem duxiſſe, duci hunc ante noctem, hunc ante congreſſum, hunc primo ſtatim jure* (nam quid frequentius, quam, ante congreſſum, ante iſtam noctem, qua primum cum illa cubuit, jam illam duxerat uxorem?) *& fortaſſe ea* (coitum atque congreſſum) *in aliis poſſit videri neceſſarium expectare: his de nuptiis contradicimus.* Euripid. Iphig. in Aul. 134. Οὕτω τὸν θεᾶς σὴν παῖδ' ἄλοχον φατίσας, ἦγες σφάγιον Δαναοῖς. ubi ἄλοχος pro ſponſa. Etiam ſecundum jus civile *generi & nurus appellatione ſponſus quoque & ſponſa continetur. item ſoceri &*

ſocrus appellatione ſponſorum parentes contineri videntur. l. 6. §. 1. D. de grad. & adfin. in l. 8. eod. *Servius recte dicebat ſoceri & ſocrus, generi & nurus appellationem etiam ex ſponſalibus adquiri.* Arctius vero etiam videtur vinculum inter raptorem & raptam poſt optionem ex legibus Scholaſticorum fuiſſe, quam alios inter ſponſos. Quintilian. ead. declam. *Raptor ſi non occiditur*, (quod fit, rapta nuptias optante) *jam maritus eſt.* add. declam. 251. Quæ qui conſideret, non ita facile judicabit cum Ceſtio, illa Argentarii, *pro marito roga*, ut improba damnanda. Nam ad alia non puto hanc cenſuram referri poſſe. Latro in diviſione nihil dedit humanitati ac benignitati, ſuæ ſcilicet inſerviens cauſæ, etſi permitteret jus, dum ſuæ dicit: *Rapta nupſiſſes, deinde poſt tertium diem rapuiſſet aliam, negares illum mori debere? Atqui quid intereſt? niſi quod honeſtius tunc maritum defenderes, quam nunc raptorem defendis.*

Ne ſua lege pereat] Id eſt, lege, quæ pro ipſa facit. Quintil. declam. 308. *Venio nunc ad meam legem.* Declam. 388. *Tua* (æſtimatio) *in una lege eſt, quam habuiſti.* Atque hoc ſenſu *lex aliena* oppoſitum eſt hoc loco, ut & paulo poſt. Infra quoque Controv. 11. *Non noſti conditionem legis tuæ, in hac qui pares ſententias habent, pereunt, ipſe ad alienam ſe miſit, lex illum miſit ad meam.* Ead. Controv. *Leges ignoro, dies tuos non numero.* Quintil. declam. 319. *judicium meum.* Hæc ſignificatio notior eſt in iſtis: *Ventis iturus haud ſuis. Per ſuperos noctemque tuam. Audiat averſa non meus aure Deus. Vadimus immiſti Danais haud numine noſtro. Noſtro omine it dies.* item: *Suis locis pugnare.*

Tu raptori præſtas] Mallem, *præſta.*

Adſervaretur in tormentum] Non continuo occideretur, magis ut poſſet cruciari diutina expectatione mortis. Controv. 6. *Tunc eſt tormentum, carere divitiis, cum illas jam ſenſeris.* Controv. 18. *Cum in hoc tantum ſordes ponerem, ut cum majore tormento poſitas reſumerem.* Juven. 2. 137.

Interea tormentum ingens nubentibus hæret,
Quod nequeunt parere & partu retinere maritos.

Pag. 119. *Educta nuptias optaſſes*] *Educta* Latroni, quod *educta ad magiſtratus*, Quintilian. declam. 259. ſæpius. item 270, ubi etiam in ſerm. *perduxi.* & in ipſa declam. *produxi ad magiſtratum* reperies. Declam. 250. *educere in cauſam.* paulo aliter, ut huc tamen pertineat. Plura adderem loca, niſi frequentiſſima eſſent, & paſſim obvia.

Modeſtius alienam legem] *Interpellare legem*, eſt prohibere, ne exerceatur. Imprudentiæ hoc erat futurum, ſi legem ſuam, quam pro parte dimidia, qua ipſi favebat, amplectebatur, in reliqua valere nollet. Lex erat: *Rapta raptoris aut mortem, aut indotatas nuptias optat.* Volebat ſua optione tantum ut ſervaretur raptor: non ut & altera rapta mortem raptoris optare poſſet, quæ ſunt iniquiſſima. De verbo *interpellare* vide Bernegg. ad Juſtin. 18. 5.

Mea optio præſtat] Si præſtare invidiam Latine dicatur, pro *facere invidiam*, nihil hoc in loco ſit mutandum.

Non me vindicat] Bene Veneta ſine interrogatione hæc dedit.

Reſpondet eodem] *Reſpondetur*, lego: & verba Senecæ eſſe videntur hoc judicium ſuum interponentis: *Reſpondetur eodem modo: Morietur, ſed non mihi: ſervabitur, ſed tibi.*

Sed in optionem commodaret] Controv. 9. *Dives filium non habet: me dabis? ſi dives reduxerit ſuos, me recipies? ita non adoptari, ſed commodari recuſo.*

Perire utrique debes] Idem paulo poſt: *Ne exemplo quidem utile eſt, non utique perire eum, qui duos rapuerit.* Nec ho tamen loco quicquam mutem: cum ipſe etiam dicat: *Utramque enim no potes ducere, utrique mori potes.* Item *qui duas rapuit, utrique debet mori.* Eju generis eſt, quod præceſſit: *Morietur ſed non mihi: ſervabitur, ſed tibi.* Ita ſ alterutri loco eſſe quid vitii ſuſpicemur, facilius poſteriorem Arellii lo cu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

cum ex priore potiſſimum emendandum cenſeam. Quanquam & iſte commodam habet interpretationem.

Pag. 120. *Quod vult, eligat*] Reſcribam, *Quod volunt, eligant.*

Utra puella dignior ſit] Cum vox *optio* toties hic iteretur, & hæc ipſa præceſſerit, & ſequatur quoque, inde factum videtur, ut hic interciderit. Fuiſſe enim apparet: *Utra puellæ optio dignior ſit, quæ valeat.* Atque huc ducunt etiam ſequentia.

Spargi poſſet ſuſpicioſe] Virgil. *Spargere voces In vulgum ambiguas.* quod & *jacere*, & *jactare* optimis. Quemadmodum & de miſſilibus cum loquuntur, his promiſcue uti ſolent. Sueton. Calig. 18. *Sparſit & miſſilia variarum rerum.* Ner. 11. *Sparſa & populo miſſilia omnium rerum per omnes dies, ſingula quotidie millia.* Inſtit. tit. de acq. rer. dom. §. 45. *Prætores & Conſules, cum miſſilia jactant in vulgus, ignorant, quid eorum quiſque ſit excepturus.* Juvenal.

—— *omnes violæ jactabo colores.*

Quæſtionem eſſe quæ argumentis impleri poſſit] Habet ſuas elegantias, & notabiles quidem vox *implere*: quæ apparebunt ex iis, quæ ſubjungemus. Primum omnium ea videmus, quæ hunc ad locum illuſtrandum faciunt: ubi *implere* eſt plene quid oſtendere, probare, demonſtrare. ut apud Quintil. declam. 15. *Agedum, juvenis, potionis imple hujus immanitatem.* Quintilian. alter declam. 300. hoc ſenſu *explere crimina* videtur dixiſſe. Papinianus in l. 15. D. de inoff. teſt. *Quod ſi contra filios judicetur, pater ad querelam vocatur, & ſuam intentionem implere poteſt.* Quod pervulgatum in jure, & dupondiis etiam quotidie in ore eſt, recta etiam ut utantur, non tamen ut clare ſe ipſa intelligere verba, liquido affirmare poſſint. Sed generalius *implere* eſt plene rem tractare, non levi aut jejuna ratione, ut prior ſignificatio non excludatur, ſed nec ſemper includatur. Patebit id locis egregiis, quæ producemus: Controv. 8. *Sic diviſit* (Gallio) *hanc partem: Hoc impero reipub. cauſa, tua cauſa, mea cauſa. Sequentia duo videtis, quemadmodum potuerit implere: illud reip. cauſa imperare, ſic tractavit,* &c. Controv. 13. *Et cum hoc vehementer implevíſſet & probaſſet.* In epiſt. 7. Controv. de Arellio Fuſco: *Raro totam controverſiam implebat, non poſſes dicere diviſionem eſſe, non poſſes declamationem: tanquam declamationi multum deerat: tanquam diviſioni multum ſupererat.* Deinde: *Erat & illud in argumentatione vitium, quod quæſtionem non tanquam partem controverſiæ, ſed tanquam controverſiam implebat. Omnis quæſtio ſuam probationem habebat, ſuam exſecutionem, ſuos exceſſus, ſuas indignationes, epilogum quoque ſuum. Ita unam controverſiam proponebat, plures dicebat. Quid igitur? omnis quæſtio per numeros ſuos implenda non eſt?* ubi numeri ſunt partes: Ovid.

Perque ſuos intus numeros componitur infans.

Denique ead. epiſt. paulo poſt: *Locum beate implebat.* In quibus, quid ſit *beate*, Controv. ſeq. dicetur. Vell. 2. 103. *Lætitiam illius diei, concurſumque civitatis & vota pœne inſerentium cælo manus, ſpemque conceptæ perpetuæ ſecuritatis æternitatiſque imperii Romani, vix in illo juſto opere abunde perſequi poterimus, nedum hic implere tentemus.* Iſtæ vero vocis *implere* ſignificationes inde forſan manaverint, quod res plene tractatæ, demonſtratæ, probatæque tanquam ſolido ac ſucci pleno corpore objiciantur animis. Facit huc, quod monuit Salmaſ. *plenos* pro pinguibus dici, quos vulgo *repletos* appellant, & quod Cicero, qui egregie, atque ita, nihil ut deeſſet, nec ut reſiſti poſſet res tractabat, ceteris oratoribus *plenior ac valentior* fuiſſe judicatur, in dialog. de cauſ. corr. eloq. Nec prætermittendum illud Suetonii de Germanico, in Calig. 3. *Formæ minus congruebat gracilitas crurum: ſed ea quoque paulatim repleta aſſidua equi vectatione poſt cibum.* Denique hæc, quam dixi, ratio tanto verior habenda, quanto certius eſt, à corpore paſſim humano tranſlationes peti ad virtutes orationum inculcandas, vitia notanda. Pau-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ea dabo ex multis: Dialog. de Orat. *Oratio, ſicut corpus hominis, ea demum pulchra eſt, in qua non eminent venæ, nec oſſa numerantur, ſed temperatus ac bonus ſanguis implet membra, & exurgit toris, ipſos quoque nervos rubore tingit, & decore commendat.* Quintil. procem. Inſtit. *Nam plerumque nudæ illæ artes, nimia ſubtilitatis affectatione frangunt atque concidunt, quicquid eſt in oratione generoſius, & omnem ſuccum ingenii bibunt, & oſſa detegunt: quæ ut eſſe, & adſtringi nervis ſuis debent, ſic corpore operienda ſunt.* Sed iſtuc revertor. Ex locis, quæ protuli, apparet voci *implere*, cum ea ſonat, quæ prædixi, ſemper implicitam eſſe ſignificationem, efficiundi *ne quid deſit*, ſed quandoque magis, quandoque minus expreſſam. Expreſſior eſt etiam in his: Ovid.

Maxime, qui tanti menſuram nominis imples,
Et geminas animi nobilitate genus.

Quintil. declam. 15. *Conſurge, agedum, juvenis, & totis corporis animique viribus imple ſuſceptæ accuſationis horrorem.* Declam. 5. *Dii immortales, quam laudem, quem gloriæ favorem impleverat!* Declam. 18. *Accendebat hanc erga unicum optimæ matris impatientiam, rigidus pater, aſper maritus: & ſibi videbatur parum implere, quem pro duobus conferebat, affectum.* Declam. 17. *Quid non implet repetita delatio?* id eſt, perficit. Quintil. major declam. 302. *Jus certe cedendi implet ingenuitas & cenſus.* Declam. 319. *Fœmina inter prodigia numeranda implet numerum civitatis.* Auctor Conſol. ad Liv. 285. *Quam parvo numeros implevit principis ævo!* Velleius 2. 95. *Ante quæ tempora Cenſura Planci & Pauli acta inter diſcordiam neque ipſis honori, neque reip. uſui fuit, cum alteri vis cenſoris, alteri vita deeſſet: Paulus vix poſſet implere cenſorem, Plancus timere deberet, ut quicquam objicere poſſet adoleſcentibus: aut objicientes audire, quod non agnoſceret ſenex.* Poſtremo *implere* eleganter eſt *ſatiare*, ſignificatione itidem cognata. Quintilian. declam. 5. *Cujus æque ſpiritus de viſceribus his trahebat ortum: qui patrem vel ſolus impleret.* Decl. 17. *Sed fruere iterum, fruere ſæpius confeſſione tam miſera, & quia oculos ſpectaculo non licuit implere, ſatientur aures: volui mori.* Ut contra *ſatiare* pro implere declam. 1. *Spatium illud ingens domus digeſto cruore ſatiatum eſt.* Martial. *Saturatæ murice veſtes.*

Ἐπὶ τὴν τρίτην νὺξ ἔχηνεν] Reſcribendum, ἔληγεν. Ita ſenſus erit, qui init. Controv. his verbis Latronis expreſſus: *Jam ſe parabat in tertiam, niſi nox defeciſſet.* Quam ſententiam à Latinis jactaram fuiſſe, patet etiam ex iis, quæ infra Triarius & Argentarius dixerunt. Vulgatum nullius eſt ſenſus: Schottus tamen interpretatus eſt: *Ad tertiam nox inhiavit.* An non eſſet ſatius ſilentium hujuſmodi in locis obtinere? Verba Latronis exemplar Venetum etiam in fine dat hujus controv. Quod deinde vidi etiam apud Apollon. Rhod. 2. Argon. 1031. χ pro λ irrepſiſſe videtur. ut hoc jam loco apparet factum. Narrat iſto loco Apollonius de Moſinœcis, quod regem ſuum, ſi inique dixiſſet jus, incluſerint, & fame extinxerint. idque his verbis nunc legimus, Σχέτλιοι· ἢν γάρ που τι θεμιστεύων ἀλίτηται, λιμῷ μιν κεῖν' ἦμαρ ἐνικλείσαντες ἔχουσιν. ubi ſi ἔλουσιν legas, multo omnia habebunt dilucidius, ſublataque adeo omnis erit difficultas.

Ambulat in maſculos] Suſpicor fuiſſe, *ambulet in maſculos.* ut obſcenum ſit, quod honeſti tamen aliquid innuat: quaſi velit numero virorum adſcribendum, qui ita fortiter fecerit. Lucius Senec. epiſt. 4. *Cum te in viros philoſophia tranſcripſerit.* add. fin. Controv. 2. *Ambulare* pro *tranſire* eſt in illo notiſſimo: *Ambula in jus.* Aphthonius in chria. Ἀλλ' ἐν τούτοις ὢν ὁ παῖς εἰς ἄνδρας ἐλθὼν ἀρετῇ περιεστέφεται. idem in Encomio: ὡς δὲ εἰς ἄνδρας ἀφίκετο. Vellei. 2. 53. *puero, quam juveni propior*, id eſt, puerili, quam juvenili ætati. Cenſorin. de die natali, c. 14. *De tertia autem ætate adoleſcentulorum tres gradus eſſe factos, priuſquam ad viros perveniatur.*

Volo tibi malam gratiam &c. facere] Con-

Controv. 11. *Cum ſuſpicionem facere vellet inter raptæ patrem, & raptorem colluſionis.*

CONTROV. VI.

Pag. 121. *ORba incidit, pater imperat* &c.] Prope aberat ut crederem, orbam hic intelligendam, ad quam pertineret lex Attica, quam expreſſit hiſce Terent. Phorm. 1. 2. 75. *Lex eſt, ut orbæ, qui ſunt genere proximi, Eis nubant, & illos ducere eadem hæc lex jubet.* ut eam accipere in matrimonium jure filius hic cogeretur. Add. Quintil. declam. 376. Sed hanc mihi cum alia in hac controverſia eripuerunt opinionem, tum illa Silii Baſſi pro parte altera: *Miſereri illius oportet, quia orba eſt. Iſta tamen habet propinquos, habet amicos paternos, habet te imbecillitatis ſuæ tutorem fortiſſimum.* Solis ex his poſtremis ſatis certo demonſtrari poſſe videtur, non fuiſſe conſanguinitate propinquam, aut proximam ſaltem iſti filio: cum hac ratione pater illius tutor eſſe non poſſet. Contrarium enim apud Græcos, quam Romanos de tutelis obtinuit ex legibus Solonis: quas ſuo etiam tempore in uſu fuiſſe teſtis eſt Cic. in orat. pro Roſc. Amer. Is igitur ſtatuit, quod refert & præclarum judicat Diogenes Laërtius illius in vita: Τὸν ἐπίτροπον τῇ τῶν ὀρφανῶν μητρὶ μὴ συνοικεῖν, μηδ᾽ ἐπιτροπεύειν, εἰς ὃν ἡ οὐσία ἔρχεται τῶν ὀρφανῶν τελευτησάντων. Quod video verti: *Ut curator cum pupillorum matre non cohabitet. & ne is fieret curator, ad quem poſt pupillorum obitum ſubſtantia ſpectaret.* Ego acceperim de tutoribus agi, & noluiſſe Solonem, ut ii ducerent uxores ſibi pupillorum matres. Præterea noluiſſe legi tutores, qui proximi pupillis hæredes eſſent, cum utrumque juxta periculoſum judicaret obnoxiæ & injuriis opportunæ ætati, quæ hoc in negotio ſui periculi & mortis merces eſſet. Si quis vero pertendat in verbis illis Baſſi, *Tutorem imbecillitatis ſuæ*, tranſlationem eſſe: quod non ita facile crediderim, cum is tamen, ſi adſpiciat cetera, negare nullus poſſit, quin in iſtis tanquam de extranea agatur: ut ſola ductus miſeratione, eam conſiliorum inſtiterit viam; quod ipſe quoque hic ſatis fatetur.

Pater? Denique puellæ pater?] Hæc interrogando premit filium, qui jubente patre nolit illam dimittere puellam, quam matrimonio junxiſſet ſibi utroque patrum invitiſſimo: quare evenire id quoque poterat, ſi nunc ſuo dare id patri nollet, ut illam repudiaret, patris puellæ dein voluntate & juſſu, ut hæ nuptiæ dirimerentur: quod illi contumelioſum erat futurum.

Niſi hac archip. filia fuiſſet] Hæc ejus ſunt generis, cujus illa Flori, 3. 3. *Actum erat, niſi Marius illi ſeculo contigiſſet.*

Patrem habeo] Qui non minus capiet laboris & ægritudinis, quam caperet tuus, ſi in hoc genus calamitatem incideres. Simul autem ſignificat, non vulgivaga ſe conceptum Venere aut ſanguinis ſervilis eſſe. Decius apud Liv. 10. 8. *Patricios primo eſſe factos, non de cælo demiſſos, ſed qui patrem ciere poſſent: id eſt, nihil ultra, quam ingenuos?* Feſtus: *Patricios, Cincius ait in libro de Comitiis, eos appellari ſolitos, qui nunc ingenui vocentur.* Aurelius ea ſcribit, quæ ratio minime probaverit.

Inter bonos captivos] Quorum nomine precium ſperari poterat. Quam interpretationem ea quoque cauſa puto probari poſſe, quod *boni* etiam divites Latinis ſint. Plaut. Capteiv. 3. 4. verſ. 51. *Eſt miſerorum, ut malevolentes ſint, atque invideant bonis.* Curcul. 4. 1. 14. *In foro infimo boni homines atque dites ambulant.* Cic. lib. 8. ad epiſt. 1. *Etſi propediem video bonorum, id eſt, lautorum, & locupletum urbem refertam fore.* Contra *locuples teſtis* pro bono pervulgatum eſt. Apud Plaut. vero in Bacchid. 2. 5. 11. *vetulæ ſunt thymiamæ.* SO. *at bonas fuiſſe credo.* id eſt, pingues, de ovibus. Ut ſit tamen jocus ex ambiguo. Quamvis vero bonos iſtos captivos etiam duriſſime habuerint,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

buerint, quo citius extorquerent pretium, morte tamen prohibebant, nec fame extingui patiebantur, ne pretio exciderent.

Filia vocatur, puto ex aliqua] Nomine igitur tantum. vult archipiratæ filiam eſſe, ſanguine ingenuam, & ex aliqua captivarum, quæ gravida ſit capta, natam. Forſan & *natam* melius ſcriberetur.

Sacram teſtationem, tuum nomen] Hæc eo pertinent, quod nominatim per patrem juraverit huic puellæ. Quæ non monerem, niſi Schottum hic vidiſſem hallucinari. Controv. 10. *Quaris quod jusjurandum fuerit? Ita patri placeam.*

Pag. 122. *Fortuna alligavit, quam ut orba*] Cum in antiquis ſcriptis & excuſis ſit poſt *alligavit, niſi corpus oña vinculis*, factum non puto id temere, & corrupta hæc eſſe potius, quam redundare. poteſt fuiſſe, *etſi corpus onerata vinculis ſit, quam ut* &c. Nempe hac calamitate circumventam, non erat derelicturus, ſed vicem redditurus, relaturuſque gratiam. Mallem tamen: *Arctioribus nos fortuna alligavit, nec ſic corpus, ut animum vinculis, quam ut orba poſſit divellere.* Quare etſi pater dirimeret has nuptias, cogeretque ſe orbam in matrimonium recipere, ſignificat filius non ſtabile id conjugium, ſaltem animorum diſſenſione infeliciſſimum futurum. Nimiſquam ſæpe in matrimoniis evenit, tantum inter conjuges ut corporum ſit conjunctio. Quo adſpectum à Quintiliano declam. 4. *Alius diceret maritum & uxorem, niſi liberis initiarentur, non fortiſſimis corporum vinculis inhærere.* Declam. 2. *Nullas ego facilius perire crediderim, quam corporum charitates.* Noctium, nempe, ut præcedit, meritis & oſculis, blanditiiſque quæſitas. Quæ tamen ſæpius animorum quoque conjunctionem conciliare ſolent. Notant eruditi *diſſidium* animorum *diſcidium* eſſe corporum, & hoc pro repudiis quandoque ponunt probi. Convenienter rationi, quippe cum ea plerumque inter eos cœptentur, qui corporum magis videntur, quam animorum vinculo copulati.

Maciem retractos introrſum] Magis fluat minuſque hiulca ſit oratio, *macie retractos introrſus oculos.* Ita nunc video & in excerptis eſſe. Hujuſmodi de Homine Quintilian. declam. 5. *Vigor priſtini vultus vacuis luminibus intabuit, & per obſtantium crinium illuviem tenuis arentium jactus oculorum.* Ceſtius Pius Controv. 34. *Producitur nobilis ſenex, longa miſeriarum tabe confectus, reductis introrſus oculis, tam triſtu, quaſi jam tortus eſſet.*

Inutiles manus] *Utibile* pro *utili* non ignarum iis, qui Plautum Terentiumque legerunt. Contra *inutile* pro *non utibili*, ut hoc loco Silius Baſſus, paſſim etiam alii. Juſtin. 12. 1. *Equorum major pars æſtu amiſſa, inutileſque etiam, qui ſuperfuerant, facti.* Controv. 34. *Emptum eſſe à Parrhaſio ſenem inutilem, expiraturum*; item, *elegiſſe viliſſimum & maxime inutilem.* Quintilianus major *inutile* pro *turpi* poſuiſſe videtur. *Utrum igitur dicis, non eſſe deforme, non eſſe inutile meretricem domi habere? an eum, qui rem deformem, atque inutilem effecerit, non eſſe maleficii lege comprehenſum?* Ita & Plaut. jam multo ante dixerat in Aſinar. 4. 1. 18. *& ſi qua inutilis pictura ſit, eam vendat.* Marius Rhetorinus ad 1 Rhetor. Cic. *Temperantia eſt animi circa res inutiles atque inhoneſtas victrix, ac pudica dominatio.* Turpibus abſtinendum nec his utendum.

Quamdiu non ſumus] Id eſt, antequam nati ſumus. Nemo ſe prior eſt: quare nec ſibi ſortem poteſt facere naſcendi, eopſe momento, quo conceptus eſt, ad hanc illamve familiam pertinet. Declam. 388. Quintiliani ut inſcribitur: *Sortimur genus, non eligimus, nec ante nos noſtri arbitrii ſumus.* Cum adolevimus, noſtri magis eſſe videmur, & non perinde in naturæ poteſtate conſtituti. Minus autem mirum eſt, illud *non ſumus*, ſenſu quo dixi: cum Juriſconſulti eos non eſſe in rerum natura ſentiant. l. 26. de ſtatu hom. *Qui in utero ſunt in toto pene jure civili*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

civili intelliguntur in rerum natura eſſe. Ergo revera non ſunt illorum ex ſententia. Noſter hic Rhetor ſaltem *natura eos regi* pronunciat.

Hæreditariæ extuliſſent imagines] Horat. Epod. 8. *Eſto beata: funus atque imagines Ducant triumphales tuum.* Mos notus.

Paupertate ſua beatam] Tanto accommodatior hæc vox, quod etiam divitem notat. Ovid. *auriferi ripa beata Tagi.* Infra Arellius Fuſcus: *Inſolens malum eſt beata uxor.* In ep. 7. Controv. *Locum beate implebat.* Uberrime & pleniſſime tractabat.

Revolve nobilem] Cogitaveram, *quamcumque nobilitatem.* Sed & vulgatum non improbem, ut ſit ſubjectum pro adjuncto. Ut in illis Statii 1 Achill. init.

——— nos ire per omnem
(Sic amor eſt) heroa velis: Scyroque latentem
Dulichia proferre tuba, nec in Hectore tracto
Siſtere, ſed tota juvenem deducere Troja.

Epiſt. ad Hebr. 12. 3. Controverſ. 25. *Uno convivio cum ſua pratura reum evolvam.* Juvenal. 8. 272.

Et tamen ut longe repetas longeque revolvas
Nomen, ab infami gentem deducis aſylo.

Unde venerat hoc de loco in mentem, quod primum dixi: Nam & *nomen* in his *nobilitas.* Virgil. 2 Æn. 87.

——— Et nos aliquod nomenque decuſque
Geſſimus. & 5 Æn. 621.
Cui genus & quondam nomen natique fuiſſent.

Quæ ad priorem locum etiam Servius notavit.

Nudi ſtetere colles] Mallem: *Nudi hi ſtetere colles: inter* &c.

Effuſa mœnia] Vaſtiſſimas ita appellat domos. Virgil. 2 Æneïd. 234.

Dividimus muros & mœnia pandimus urbis.

Ubi Servius: Non eſt iteratio. Nam dicit patefacta porta vel diruta, interiora civitatis eſſe nudata: ergo mœnia cætera urbis tecta, ut ædes, accipiendum. Quibus ex locis cum Daventriæ darem operam ſummo Gronovio, putabam intelligendum illud Flori: *Mœnia muro amplexus eſt,* potius quam amplectendam incomparabilis viri emendationem qua in notis ad eum auctorem olim ſcripſerat, *inter mœnia.* Sed jam idem viſum eſſe intellexi. Apud ipſum Florum dein *mœnia* hoc ſenſu 3. 13. quod obſervarunt alii.

Pag. 123. *Faſtigiatis ſupra tectis*] Vocem *etſi* illive cognatam excidiſſe credo: ut ſit, *nobilius, etſi faſtigiatis ſupra tectis, auroque puro fulgens prælucens Capitolium.* Contr. 9. *Quietiora tempora pauperes habuimus: bella civilia aurato Capitolio geſſimus.* De faſtigiatis tectis templorum Caſaub. ad Suet. Jul. 81.

Uxores divites ſervitutem] Juſtin. 3. 3. *Virgines ſine dote nubere juſſit, ut uxores eligerentur, non pecuniæ, ſeveriuſque matrimonia ſua viri coërcerent, cum nullis dotis frenis tenerentur.*

Æquum eſt eam poſſidere domum] Id eſt, eam occupare, in eam venire. ut more recepto uxor tranſibat in domum mariti. quod ſatis vel unum illud *domum ducere uxorem*, demonſtrat. Pulchre huc adſcripſeris jocum Diogenis apud Ælian. ποικ. ἱϛορ. 4. 27. in Diotimum, à quo cum accepiſſet muneri nummum exiguum, dixit: Σοὶ δὲ θεοὶ τόσα δοῖεν ὅσα φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς Ἄνδρα, καὶ οἶκον. Quod verſum: *Dii tibi dent animo, quantum cupis ipſe.* Ultima illa, in quibus acumen joci totum ſitum eſt, pro corruptis videntur, aut irreptitiis habuiſſe. Quare ſilentio tranſeunt, cum ſint ſenſus maniſeſtiſſimi. Cum enim Diotimum pro μαλθακωτέρῳ, ut ſequitur, id eſt, molliori & effæminato haberet, tanquam mulieri illi optat, optat etiam ex ſententia virum & domum, in quam tranſire nuptæ conſueverunt, ſecutæ maritos. Illuſtrat hoc dicteriis in Cæſarem, quem *omnium virorum mulierem* appellitabant urbani iſti. item in Pompeium: *Faſciola, qui crura ligat, digito caput uno Scalpit, quid credas hunc ſibi velle? virum.* Veſpaſianus ut mollem taxans Mucianum:

Ego

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Ego tamen, inquit, *vir ſum*. Homer. Iliad. 1. 146. facit ad hunc Senecæ locum. Revocat vero iſte locus Rhetoris mihi in mentem illud Labeonis in l. 1. D. de acq. poſſ. ubi velle videtur, quod poſſeſſio, quaſi ſedis poſitio dicatur. Petron. ut hic Rhetor, *clauſum poſſidet arma Jovem*. Sunt inter Chriſtianos, quorum ex ſententia hoc pro certo amplectendum. Tanto autem indignum magis erat futurum, quod regnum exerceret ea, quam nunc accipere in matrimonium filium ſuum velit pater, quod ipſius filii in domo id exercitura erat.

Eſſe magis liberi] Vel qui indulget genio, hic *liber* dicitur, vel & qui minus timide jam agit. Ad ſenſum priorem faciunt loca Terentii, Eunuch. 3. 1. 40. *Dolet dictum imprudenti adoleſcenti & libero*. & Nep. Themiſt. c. 1. *Qui cum minus eſſet probatus parentibus, quod & liberius vivebat, & rem familiarem negligebat, à patre exhæredatus eſt*. Plautus *loca libera* vocat, ubi paulo reſtrictius voluptatibus opera datur. Pœn. 3. 2. 25. *Liberum ut commonſtraremus tibi locum & voluptarium*. 1. 1. 48. *Se amare velle atque obſequi animo ſuo: Locum ſibi velle liberum præberier, ubi nequam faciat clam, ne quis ſit arbiter*. At in Aſin. 5. 2. 17. *Is apud ſcortum corruptelæ & liberis luſtris ſtudet*. Senſu poſteriore notius eſt. pro audaci poſitum etiam videtur in illo Ovidii: *ille ego liber, Ille ferox tacui*. Quod accommodatiſſimum hic eſſe videtur. Simile huic interpretationi jam vidit Schottus.

Si volet ire] Non male hæc habent, nam & is qui adoptabatur, in gentem tranſibat & ſacra illius, qui adoptabat.

Se poſſit addicere] Tanto hoc melius, quod quædam adoptiones per æs factæ ac libram, ut imaginaria interveniret venditio. *Addicere* autem vendere quandoque eſt, quia addictione venditio conſummatur. Sueton. Jul. 50. *Et bello civili, ſuper alias donationes, ampliſſima prælia ex auctionibus haſtæ nummo addixit*. & alibi. Quintil. decl. 297.

Non paternos avitoſque cineres & oſſa ali
cui, precio cœnæ unius addices? Iſta ta-
men, quæ dixi, ad adoptionem pro-
prie dictam pertinent. Hic locus de
arrogatione forſan intelligendus. Sic
tamen verbum *addicere* hic habet lo-
cum: quoniam, reſpectu facultatum
& familiæ adoptantis, hujus ſe ſubdi
poteſtati, huic ſe addicit, & quaſi ven
dit. add. Gell. 5. 19.

Pag. 124. *Nobis maria præcluſit*] It
& de piratis Flor. 3. 6. *Cilices invaſ*
rant maria, ſublatiſque commerciis, ra
pto fœdere generis humani, ſic maria bell
quaſi tempeſtate præcluſerant. Item i
Controv. 18. *Sic ad Pompeium* (Ro
manos veniſſe) *cum piratæ maria cla*
ſiſſent.

An ei, qui jam habet] Plenum ſit
an & ei poſſit, qui jam habet?

Cogi à patre jusjur.] Corruptiſſim
ſunt hæc, & interpungenda aliter, a
que emendatione præterea reſtituer
da. Legam: *hunc autem cogi à patre.*
præter jusjurandum non facit, an poſſ
parere patri. an debeat. Illa duo *an po*
ſit, an debeat ſæpiſſime juncta in div
ſionibus. add. Controv. 24. *An p*
ſit autem *parere patri* dimittendo ux
rem, hujuſmodi nec alia ex cau
quod veriſimile ſit legibus eſſe pr
hibitum. Nam & injuſta repudia fu
runt. Vide Quintil. declam. 251.

Pag. 125. *Furore aut morbo*] *Fu*
pro amore furibundo notiſſimu
Morbum autem noſtri hi amant opp
nere *conſilio*. Latro idem Controv.
Malebat adoleſcentem judicio, quam m
bo militare. Controv. 9. Arellius F
ſcus: *Madentem unguentis heſternis, c*
vulneratum libidinibus, incedentem ut f
minis placeat, fœmina mollius, & cete
quæ morbi non judicii ſunt. Ceſtius Co
trov. 14. *Putavi initio & ego conſili*
eſſe, non morbum. Velleius 2. 83. *Plan*
non judicio recta legendi, ſed morbo pro
tor. id eſt, vitioſa conſuetudine. Co
trov. 7. *apparet te morbo quodam adv*
ſus tuos furere. add. Max. Tyrium c
ult. ubi tractat: πότερα χαλεπώτε
νοσήματα, τὰ τοῦ σώματος ἢ τὰ τῆς
χῆς.

Ve

Voluit eam nubere] Scribo, *nupſiſſe.*

Invidia relicti patris] Qua maxime premi atque urgeri poterat. Adde etiam, quæ dixit Ceſtius Pius ad init. Controv. & quæ ibi notavi.

Dimittit illam] Vel *dimitti*, ut eſt in Veneta, lege, vel *dimiſit*. Cujuſmodi de locutionibus egi ad Controv. 3.

Aut certe ne videretur nolle] Diu me hic locus habuit exercitum: nunc non dubito, quin ſit legendum, (locum adſcribam integrum, quo magis ſint omnia manifeſta,) *Timere ſe ne hæc ſpeculatrix eſſet, & piratis omnes occaſiones indicaret: aut certe ne videretur: nolle ſe ſuſpectam eſſe in republica.* Cum futurum eſſet, ut omnium dolore civium quotidie adſpiceretur. Quæ ſequuntur, ſatis apparet, pro filio eſſe dicta: & proinde alterius ſine dubio ſint Rhetoris, qui pro illo colorem introduxerit. Temporum igitur, aut librariorum injuria hoc loco mutila eſt controverſia. Nam aliis in controverſiis, quis & pro quo colorem introduxerit, paſſim expreſſum eſt. vide vel hujus color. init. Saltem nomen Rhetoris nuſquam niſi vitio omiſſum eſt.

Illi juraſſe timuit] Jam hæc alterius eſſe Rhetoris, prædixi. Videntur autem ſic emendanda: *Illum juraſſe, quod timuit, ne à puella videretur improbe jusjurandum exegiſſe, & ne quid liberi ſibi eſſet, adjecit, juraſſe per patrem.* Objectio removetur his, cur ſolus juraverit, non & puella: quod, cum non videretur veriſimile, quod de ſuo allegabat jurejurando, etiam vocabatur in dubium. Sed reſpondet: Cum ultro nullius jurisjurandi adſtricta religione maxima ſibi præſtitiſſet beneficia hæc puella, non ſine impudentia exigere jusjurandum ab illa potuiſſe. ipſum ſe magnitudine beneficiorum provocatum, ne quid ſibi relinquere videretur liberum, etiam ſuum per patrem juraſſe, ita ille incolumis & ſalvus eſſet, ut eam nullo tempore eſſet dimiſſurus. Jusjurandum, quale Geneſ. 42. 15. & 16.

Sententiam puerilem captat] Forte: *pueriliter.* Controv. 4. Fuſcus Arell. *frigidius dicit contrariam Latroni ſententiam: hic illius ſententiam pueriliter captat.*

Valde hanc fieri orbam] Illud *valde*, fateor, me offendit. Meditanti naſcebatur *ultro*, item *facile*, item *voluiſſe.* Nulli tamen illorum ut acquieſcere poſſem. Tandem rediit in mentem aſſeverationis eam eſſe particulam, & exponi poſſe *certe, plane, ſine dubio.* ut apud Plaut. Pſeud. 1. 3. 110. CA. *Meam tu amicam vendidiſti?* BA. *valde. viginti minis.* add. 130. Eo ſenſu etiam *admodum* eſt Rud. 1. 5. 11. & alibi. Cic. *litterarum admodum nihil ſciebat.* item *ſane.* 1 de Orat. *Peripateticus Staſeus homo nobis ſane familiaris.* Saltem *ſane*, pro *valde*, hic poſitum. Simillimum huic locum habes in Controv. 20. prope fin. *Valde enim puero Ceſtius aiebat parcendum.* Ita in his nihil mutandum: tantum alterum membrum ita concipiendum: *etiamſi non juraſſet.*

Latro aiebat quoque jusjurandum] Res ipſa clamitat *per patrem* excidiſſe & ſcriptum fuiſſe, *Latro aiebat, per patrem quoque jusjurandum ineptum eſſe.* Vide ſequentia.

Etiam à miſericordia diſceſſiſſe] Vox poſtrema expungenda videtur: quippe quæ huc intruſa ſit ex fine periodi ſequentis. Reliqua legam: *Solus Pollio judicio feciſſe vult eam: non etiam miſericordia.* Ut judicium affectui, ſive paſſioni, ut vocat vulgaris Philoſophia, miſericordiæ opponatur.

CONTROV. VII.

Pag. 127. *MAnus publicæ ſunt. Talem*] Conſtanter ingerunt antiqui illi, *poſt manus publicæ ſunt*, hæc: *numquid pecco tyrannicidam.* Etiam pro *pecco*, *peto.* Quæ quamvis Romana prætermiſerit editio, non tamen negligenda videntur. Nam levi mutatione commode hic inſeruntur. ut ſi legas: *Nunc quid peto tyrannicida? Talem me dimittite, qualem à piratis recepiſtis.*

Queri poſſim, eum, qui manus] Reſtituo:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ſtituo: *Non habeo, quod de fortuna queri poſſim, ſi me etiam, qui manus meas cônfigit*, vel *configat*. Illa *ſi me* ſunt in fine vocis *poſſim*. Hac emendatione ſequentia aptiſſime his ſubjiciuntur.

Quod felici re, quod ſubito inimico] Placet conjectura Gronovii: niſi quod malim, *& non ante.* ne ita hæc ſonent, quaſi tyranni cædes poſtea, quam adulteri ſit patrata. quod contra habet, ut patet ex argumento, & ipſa controverſia: Nam infra Cornelius Hiſpanus: *publica vindicta cruentum gladium privato tyranno impreſſi*, id eſt, adultero. Quare hunc ordinem mox ſervat: *Genui*, inquit, *educavi. nempe iſtud beneficium & tyranno præſtitiſti, & adultero.*

Si pater meus nihil habet] Ita enim minime duplam poterit promittere pecuniam piratis, qua inducat illos ad mihi præcidendas manus. Nunc promiſit tamen: ſed quia nihil habuit, ad id, quod optabat, ac petebat, perpellere non potuit.

Pro adultero filio rogas?] Malim, *rogaſti*, ſine interrogatione. In verbis Ceſtii Pii: *Dic, Ego rogare pro adultero ſoleo.* Sequentibus monſtrat, nimia patrum indulgentia tyrannos fieri, qui ſceleratiſſimis etiam filiis patrocinentur. quod hic fecit, dum adultero rogat vitam, quem paulo poſt, *privatum tyrannum* appellat.

Quæris unde habeam] Forſan: *quære.* In verbis Cornelii Hiſpani: *Remiſerunt me reip. cum manibus: patri cum epiſtolis.* Igitur non à patre, ſed à piratis accepit epiſtolas, qui illi pepercerunt, dederuntque has, quibus patrem immanitatis ſuæ convincere poſſet. Simul fratrem his arguit, quod nullis ipſum literis ſit ſolatus.

Apparet, pro unico filio rogat] Ita eſt & in excerpt. Sunt autem ironica: Duplum promittit, quia me unicum eſt redempturus.

Duplam pecuniam dabo, unam &c.] Interpunctionibus pravis hæc obſcurata ſunt. Perſpicua erunt omnia, ſi ſic diſtinguas: *Duplam pecuniam dabo, unam ſummam pro filio*, (hæc quoque ironica) *alteram pro tyrannicida; ſi manus præcideritis, Hoc nec adultero fecimus, nec tyranno.* Poſtrema hæc ſunt Rhetoris ſerio pro filio agentis, aut & filii ipſius. Infra: *Duplam dabo, ut manus præcidatis, filium minus crudelem habuiſti.*

Non habui pecuniam] Eam enim promiſi quidem, ſed promiſi tantum.

Pag. 128. *Quia captum filium tuum, age*] Male hæc habent, reddendaque
iis, *non redemiſti*, ut ſit, *Quare non alo?*
quia captum filium tuum non redemiſti.
Ea inſerenda ex ſequentibus patet:
quæ porro ita diſtingue: *Age, parum*
eſt, ſi dixero, non redemiſti: alere non poſ-
ſum, &c. Ut ex repetitis aliqua omit-
tantur, pervulgatum eſt. pag. 84. poſ
m. pag. 242. fin. 243. ante fin. in
Ven.

Egens ſum, inquit, mentiris. Cedo] E
gens, inquit, ſum: nempe & tunc u
hoc tempore tenuiſſima, imo nulla i
re fui. Quare falſiſſimum, me magn
operam licitatum piratarum ad tib
præcidendas manus. Modeſte ad hæ
reſpondet filius: *Credo mihi de patris m*
cenſu. Ita enim iſta corrigenda arb
tror.

Quid ergo alis patrem?] Gronov. *Qu*
ergo. quod ſenſu probo, leviſſimæqu
eſt mutationis. Vividius tamen ſit
Quid ergo? Non alis patrem? Quint
declam. 376. *Quid ergo? inquit: orba*
non ducis? add. 375. declam. ejuſden

Dimiſſus fortaſſe] Si *dimiſſus* veru
eſt, ſcribendum videtur: *Dimiſſus f*
taſſe promittam, cum rogaveris: nunc n
hil paciſcor. Ita *paciſci* infra in colo
Iratus fui: hodieque nec (eam partic
lam inſero) *paciſcor, nec queror.* Co
trov. 26. *Etiam nunc paciſci volo. q*
do, ne liberos meos recipiam? quid do,
agnoverim? Vell. 2. 38. *Quæ cujuſ*
ductu gens ac natio redacta in formul
provinciæ ſtipendia pacta ſit. Venerat
iam in mentem: *Demiſſus fortaſſe p*
mittam, cum rogaveris: nihil paciſc
Controverſ. 28. *Omnia pro filio paciſ*
præter filium. In colore Fuſcus: *Ira*
fui, hodieque nec paciſcor, nec queror;
ſe demiſit in preces, aut rogavit, ſed

pa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

patrio uſus eſt. Tacit. I Annal. 12. *Senatu ad infimas obteſtationes procumbente.* Prior magis mihi arridet conjectura: ubi tamen cum cogito, nec neceſſaria eſt particula *nunc*, & tantum mutanda, uti factum, diſtinctio. Ut hoc tamen in medium relinquam.

Rogare pro adultero ſoleo] Ex contrario hoc intelligitur, quod eſt. Atqui in hac epiſtola rogatur pro filio: proin minime pro te, qui tyrannicida es. Quæ felle ironiæ ſunt mixta. Nam his litteris nullæ preces pro filio adhibitæ: immo rogati piratæ ad edendum in eum rariſſimæ immanitatis exemplum. add. tamen epit.

Dabo. Plus polliceris] Antiqui: *dabo.* Q. PIUS. *Polliceris, inquam, petiturum te tantas.* Unde eruditiſſimus Faber: *Quid? Plus polliceris, quam petierunt, unde tantas.* Schottus: *quam petierunt te, tantas.* aliter quam hos Rhetoras locutos puto. Fabri certe illud multo elegantius: etſi præferam, quod in editis nunc eſt; *petitur: unde tantas?* Poteſt etiam non interrupta oratione fuiſſe: *Qui plus polliceris, quam petitur: unde tantas* &c.

Gaviſus ſum, inquam. locuples. Lego: *Ut pretium piratæ conſtituerunt, gaviſus ſum: namque locuples pater poterat dare* &c.

Patri cum epiſtolis] Et dixerunt: *I, dic patri tuo, non omnia piratas vendere.* Romanus Hiſpo infra.

Pro tyrannicida veſtro pependiſtis] Hæc non video quomodo poſſint intelligi, niſi *pependiſtis* eſt pendere, conferre voluiſtis ad redimendum tyrannicidam. Quia in his voluntas pro facto ab gratis habetur; & quia ita loquuntur optimi. Sueton. Jul. 29. *cum adverſariis autem pepigit.* ubi add. Caſaub. & noſtra ad Contr. 3. Pro *optatis*, quod ſequitur, ſcribe *optaſtis.*

Quod ex toto emi non debet] Illud *ex toto* pro *plane* etiam ſequenti ex Controv. *Quidam ex toto ad patris indulgentiam refugerunt.* Controv. 28. *Sub hoc themate intelligere nos, non hoc illi dictum, Nunc non potes: ſed ex toto, Non potes* Controv. 29. *Quid enim intelligi vult hac ſententia, niſi ex toto puellam ambulare non poſſe?* Simile apud Salluſt. *Ex vero*, pro *vere.* de Bell. Catil. cap. 8. *Sed profecto fortuna in omni re dominatur: ea res cunctas ex libidine magis, quam ex vero celebrat, obſcuratque.* Ita intelligo *ex arido* apud Senec. Controv. 34. *Non minus ſtulte Æmilianus quidam Græcus Rhetor (quod genus ſtultorum amabiliſſimum eſt) ex arido fatuus dixit.* Columella 5. 6. *Commendabilis ſucco ex auſtero dulci.* Quintilian. declam. 362. in Sermon. *Fuiſſe duos ſodales: patribus ex auſtero vix* (nam hæc particula aut ſimilis excidiſſe videtur) *indulgentibus, ſæpe coiſſe ad luſum, frequenter una fuiſſe.* Declam. 379. *Inimici ſunt ex pari*, id eſt, ex pari modo, vel pares. quo ducunt antecedentia.

Cauſam meam tenui] Id Quintiliano, *tenui*, declam. 263. *Qui tribus rogationibus contradixerit, nec tenuerit, ignominioſus ſit.* ſæpius ita ead. Contr. & alibi.

Quid mirum, ſi non putav.] Aculeus his ſuus periit. Lege: *Quid mirum? his* (manibus meis) *non putaverunt turpe piratæ accipere mercedem, quam pater dabat.* Amariſſima figura.

Pag. 129. *Ades pietas*] Catull. carm. 77.

O dii reddite mi hoc pro pietate mea.

Nempe piis magis omnia ſuccedere ex ſententia: impiis contra evenire ſtatuebant. Unde *ſceleſtum* pro *infelici* dixerunt, de quo egi ad Controv. 2. Vindictæ vero occaſionem pleroſque videmus ſummi boni loco ducere.

Quam care tyrannicidæ veſtro &c.] Legendum credo: *quam care tyrannicidas veſtros emancipat*, id eſt, eos filios ſuos vult perditos & amiſſos. Nec enim filius ultro reverſurus ad patrem erat, cum illius crudelitate truncatus eſſet manibus, aut pater ſaltem non eum recepturus erat, in quem animo ita infeſto vivebat. Ita filius, quaſi emancipatus poterat videri. Controverſ. 9. *Nempe abdicanti reſpondeo. Quid ita? quia reſpondeo, ſcilicet id ago, ne deſinam illius eſſe. idem ago, quod cum reſpondeo emancipanti. Si non licet recuſare,*

cur potius abdicas me, quam tradis? quid enim ad amittendum patrem intereſt, utrum ejiciar, an transferar? Ita illa ordinanda, ac reſtituenda videntur. Hoc autem loco, ubi allegoria eſt ab emancipatione, ad jura adſpectum eſſe non dubito. Quibus qui emancipabat, partem retinebat bonorum filii, quæ acquiſitionem effugiebant, quaſi pro precio quodammodo emancipationis. Inſtit. *per quas perſ. cuique acq.* Quod hic erant futuræ reciſæ filii manus dupla promiſſa piratis.

Quid agis, pirata filii] Mallem, *Quid ais? pirata filii, piratarum magiſter* &c. ut ſcilicet poſt, *Quid ais?* interrogatio indignatione ſupprimatur, ac tollatur. Ut in illo Quintiliani Decl. 18. *Quid ais? Interrogaſti ſervulos: non potuit conſcius inveniri. Exquiſiſti ancillas; non apparuit miniſtra flagitii* &c. vid. ad Dial. de cauſ. corr. eloq. c. 36.

Alligabit quomodo voluit] Illius alligare, eſt recidere manus.

Pag. 130. *Inter ſe & me furentia*] Hæc nunquam mihi ſatisfecerunt. Et in nonnullis eſt, nominatim in Veneta, *& judicio furentia.* inde ſuccurrebat: *Inter ſe & meo judicio furentia.* Sed retinet Epitome, ubi eſt *inter me: & ſe.* niſi quod ſuſpicor, exſcriptorem, dum dignitatis paternæ in corruptis his habet rationem, id ſuo ita judicio & arbitratu ſcripſiſſe.

Si putaſſetis me patrem tyranni] Quia vero omnium habebar crudeliſſime, nihil in me ſæviiſtis: nec enim inducere poteratis animum, uti crederetis, hunc mihi verum filium eſſe.

Vicit reſp.] Id eſt, reip. fortuna. Tacit. 3 Hiſt. 46. *Affuit, ut ſæpe alias fortuna populi Romani.* Flor. lib. 4. c. 2. *Extat ad trepidum tanto diſcrimine gubernatorem vox ipſius: Quid times? Cæſarem vehis.* Quod apud Plutarchum: *Cæſarem illiuſque fortunam.* Non expreſſit id Florus, quia priori illud comprehenſum ſatis intelligitur. Ut & noſter hoc loco breviter, *vicit reſp.* gemina ratione. Non igitur perinde filii, qui nunc audiebat parricida, conſilio id acceptum refert pater, quod periit tyrannus, quam reip. ipſius fortunæ.

Quam in arce cognoverat] Aut hic ſit lacuna, aut reſcribendum: *quam hic in arce cognov.* Ita duobus premit hunc filium. primum, quod occiderit fratrem, tanquam adulterum, qui rem cum muliere habuerat, quam nullo patris conſenſu receperat in matrimonium, ut nec juſtis nuptiis fuerit illi juncta. Præterea quod occiderit, cum in arce eſſet res facta: ubi omnia neglectui paſſim habebantur jura. ut non ita graviter hoc qualecunque factum fratris ulciſci debuiſſet. *Cognoſcere uxorem alterius* dixit leviter ſatis de re gravi. Juſtin. 5. 2. *cognita re Alcibiades per uxorem Agidis regis, quam adulterio cognoverat* &c. *profugit.*

Ultores ſubjice ignes] Inſtit. de publ. jud. §. 5. *Item lex Cornelia de ſicariis, qui homicidas ultore ferro perſequitur.* Prudent. Pſychom. *Spes fida comes ſuccurrit, & offert ultorem gladium.* Arnob. 2. adverſ. gent. *Cum carnifices, unci, aliique innumeri cruciatus, quemadmodum diximus, impendeant credituris.*

Mortuam hanc partem] OEdipus apud Senec. in Phæniſſ. verſ. 94.

—— funus extendis meum,
Longaſque vivi ducis exequias patris.

Cujuſmodi ſenes *Acheruntici* Plauto. Controv. 8. *Noviſſime ante limen exeuntis cadaver hoc ſternam: ut ad hoſtem pervenias, patrem calca.*

In contumeliam ſuam ſpirat] Calp Flacc. declam. 10. *Miſerationem meam nunc habuit, poſtquam cœpi monere d filio.*

Pag. 131. *Tu in ſolitudine: ego*] Veneta, *& ego.* quod non diſplicet. Cum autem hic *in ſollicitudine* legant libri nonnulli, dubitare ſubinde cœpi, num poſſet magis probari: *tu in ſollicitudine & ego in omnium meorum ſolitudine.* Magis ſatisfaceret: *Tu in iſta ſollicitudin* Sed deliberemus. Nam & *in ſolitud ne* habet, quo commendetur, ſi con junctio inſeratur, quam dixi, ex Veneta.

Hoc & pro iſto eſt] Mallem, *hoc enim & pro iſto.*

Pater an a filio alendus ſit] Non ha ſatis cohærent: imo ita obſcura ſun

u

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ut nec iis, quæ antecedunt, nec quæ ſubſequuntur, jungi poſſint. Perſpicua magis ſint omnia, ſi legas: *An lex cauſam nec patris, nec filii æſtimet, ſed hominis, ne pater a filio alendus ſit.* Ut non putaverint illius perinde habendam rationem, cum quæritur, an alendus à filio ſit pater, an quid peccaverit pater in filium, quatenus pater eſt, illumque aut duriter aut ſæve habuerit: ſed an alia in ſe admiſerit flagitia, quibus hominis probi minus impleſſe, vel potius plane neglexiſſe officium poſſit judicari. Silo Pompeius: *Non debere ali hominem perniciosum reip. qui tyrannum filium habuiſſet, qui deſideraſſet amiſſum* &c. Magis hæc evadunt liquida ex ſequentibus. *Dixerunt* (ita lego) *legem hanc pro malis patribus ſcriptam eſſe, bonos etiam ſine lege ali.* Igitur cum mali etiam ſine dubio alendi ſint patres, relinquitur, ut nec patris, nec filii hoc in negocio æſtimanda ſit cauſa, tantum æſtimanda ſit hominis. Hoc reſpectu, ſi quid peccavit pater, non aliter filius negare poterit, ne alat patrem. Acumen huic geminum eſt in dial. de Orat. *Nam quod invicem ſe obtrectaverunt, & ſuperſunt aliqua epiſtolis eorum inſerta, ex quibus mutua malignitas detegitur, non eſt oratorum vitium, ſed hominum.*

Quid ſi quis filium excæcaverit] Non videtur illud *excæcaverit* huc convenire. multis partibus malim, *exhæredaverit.* Hæreditas ad alendos facit liberos, quos educare atque alere præcipue tenentur parentes, & multo magis, quam hos liberi. Vid. Grot. de jur. belli ac pacis 2. 7. 5.

Pag. 132. *Quod non vindicaſſet*] In his hæreo: nonnulla exemplaria: *qui non vind.* an fuit, *qui necem*, vel *necatum vindicaſſet.* Propius ſcripto: *hunc vindicaſſet.* an, *quamdiu vindicaſſet?* Nihil mihi etiam horum ſatis placet.

Impii, cruenti] Controv. 9. *Si omnes mali ſunt, quid iſto patre miſerius? ſi boni, quid cruentius?* quia tres abdicaverat filios.

Pag. 133. *Laudatum eſt à Silone*] Latet in his ulcus, quod ſanatum cupiam: ſed conſpirant, quantum videtur, codices. Senſus tamen fatetur, quod judicavi. Quid ſi legas: *& illud in hac parte laudatum eſt. Etiam Silo declamans cœperat hoc tractare n. d. a. t. p. omnibus fatentibus* &c.

Nolite illum averſari] Veneta, *adverſari.* quomodo & declam. 14. Quintil. prope finem pro *averſantur*, exhibent manuſcripta *adverſantur.* Tacit. 1 Hiſt. 1. *Sed ambitionem ſcriptoris facile adverſeris.*

Et adulteri pater eſt] Et pro adultero etiam rogare ſolet, non tantum ulciſci filii tyranni cædem.

Tyrannicidium inquinaveras] Dictum, ut apud Flor. 1. 3. *quam ille* (victoriam) *mox parricidio fœdavit.* Juſtin. 12. 5. *Ne victoriæ gloria ſævitiæ macula inquinaretur.* Supra, *Ne fratrem occideret, tyrannicidium inquinaret, patrem reſpergeret.* Controv. 31. Blandus: *Fecit etiam ſervo injuriam, cum detraxit abſtinentiæ gloriam.* Arellius: *Servo filiam dedit, innocentiam abſtulit.* Contr. 24. *Damnatus peculatus*, (Miltiades) *nihil aliud hæredi ſuo relinquit, quam ſe patrem.* item: *nec verebar, ne cynegyrus pluris ſuas æſtimaret manus.* Cato apud Gellium pulcherrime: *Cogitate cum animis veſtris, ſi quid vos per laborem recte feceritis, labor ille cito à vobis recedet, beneſactum à vobis, dum vivitis, non abſcedet. Sed ſi qua per voluptatem nequiter feceritis; voluptas cito abit: nequiter factum, illud apud vos ſemper manebit.*

Hodieque paciſcor, nec queror] Lege, *nec paciſcor, nec queror. Nec ſe* &c.

Cruentas in conſpectu patris] Velim, *cruentatas:* quod ſenſu & numero potius eſt.

Pag. 134. *Non habiturum fidem*] An, *nullum habiturum*, an non *habitum iri fidem.*

Hanc cauſam poſuit] Cauſa accipienda hic videtur defenſio. Vid. infra, quæ dixerunt Latro & Albutius. Donat. ad Hecyr. Terent. 4. 4. 3. *Cauſam* ſuo more pro defenſione poſuit. Sic in Phorm. *Quid mihi dicent, aut quam cauſam reperient, demiror.* Quod etiam eſt in illo: *Cauſam dicere*, quod eſt ſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

defendere, maxime in judicio. Seneca hic explicandus in Herc. OEt. 1012.

Heic ecce pallens dira Tiſiphone ſtetit,
Cauſam popoſcit.

Commodius vero credam hoc loco: *hinc cauſam poſuit.*

Inter Scholaſticos ſanum] Hoc ejus eſſe generis videtur, cujus eſt illud apud Sueton. c. 10. de illuſtr. Grammat. *Atteius Philoſophus libertinus, Athenis natus. Hunc Capito Atteius Juriſconſultus, inter Grammaticos Rhetorem, inter Rhetores Grammaticum ait.* Mallem tamen, ut eſt in Epitome: *Inter Scholaſticos inſanum, inter ſanos Scholaſticum.* ut velit inter Scholaſticos, ſive declamatores nimis tumide egiſſe. Contra ad majeſtatem oratorum, eorumque declamatoribus, qui veram viam dicendi tenerent, aſſurgere non potuiſſe. *Inſanos* ſæpe vocat ex Rhetoribus, quorum tumida & inflata eſt oratio. Suaſ. 1. vide.

Orbus, egens, odi meos] Senſus vellet, *nec novi meos.* Mox de Albutio, *primum Latroniano colore uſus eſt. Hoc, inquit, reſpondeo, neſcit, quid fecerit, in inſaniam malis actus eſt.*

Hic color illius viribus] In epitome: *hic color approbandus eſt impetui.* Vocem vero *impetus* in his fuiſſe colligas inde, quod ſequitur: *quanto enim opus eſt.* præceſſit, *advocavit vires ſuas tanto totius actionis impetu, ut attonitos homines tenuerit.* Quare conjeci, *illius impetus viribus:* vel, *illis viribus approbandus & impetu.* Etiam locum haberet, *quanto enim impetu opus eſt,* &c. ita *illius* etiam poſſit retineri. Latronis ſcilicet, quem validiſſimum fuiſſe corpore, & fortiſſime maximaque vi dixiſſe teſtis paſſim ipſe noſter Seneca.

Pag. 135. *Anthypophoram ſumpſit*] Hæc cujuſmodi ſit figura apud Rhetoras, ſatis docuit Schottus hoc loco. Cum ſcilicet & proponimus, & reſpondemus: ut, *verum anceps pugna fuerat fortuna: fuiſſet.* Illud mihi non probat, quod Anthypophoram non figuram, ſed confirmationis vult eſſe membrum. Nam ſi uſquam, hic pro figura debet haberi. uti diſtinctione tamen illuminanda ſit oratio: *Mentiris: ille vero iratus fuit?* Reſponſio dein ſubjungitur. Aliud exemplum paulo etiam poſt illud eſt: *Quid ergo? quid iſte tandem dicit? quare ſcripſiſſet? nihil dixit: flet: mori vult, ſed non fame.*

Executus eſt omnia] Præferam: *ſic executus eſt omnia.*

Quod occupans fratrem ſuum] Leg. *Quod occupare arcem fratrem ſuum non ignoraſſet, at diſſimulaſſet:* ut *fratrem arcem* excluſerit, vitio pervulgato: quare non ita hoc eſt audax, uti cenſet Faber: qui pene idem vidit. In iis, quæ ſequuntur, notant, pro *facere* eſſe in nonnullis *fratre.* Unde legi, *Ut tyrannicidio quoque ejus commendationem frangeret.* Catull. carm. 69.

Tu mea tu moriens fregiſti commoda frater.

Vellei. 2. 20. *Ne potentia eorum, & multitudo, veterum civium dignitatem frangeret.* Tralatio, qualis in *lacerare.* quæ lacerantur aut franguntur, ea imminuuntur ac perduntur. Sueton. Jul. 75. *Laceratam exiſtimationem ſuam civili animo tulit.*

Dubiam inter admirantes & deridentes] Controv. 11. *Miraris me dubitare? ipſa lex inter mortem & nuptias dubia eſt.* quod ea vel ad mortem cogat, vel ad nuptias. Quæ conſiderans accipi[...] hoc loco: *Dubiam inter admirantes & deridentes ſententiam*, qua vel admira[...] poſſimus, aut ſoleamus, vel deridere[...] Quamvis accipiat Faber, quod hæc ſententia ſuos habuerit amatores, & ſuo[...] item deriſores. Controv. 33. *miſericordia propior judex.*

Κινδυνεύει πατέρα θρέψαι] *In periculum venit alendi patrem,* κινδυνεύειν tanto hic elegantius, quod qui accuſan[...]tur, *periclitari* dicuntur, & ipſa accuſ[...]tio *periculum.* Exempla domi hab[...]mus, ne petamus foris. Cornelius H[...]ſpanus Controv. 18. *Scio quoſdam periclitantes illa jactare: nunc primum ca[...]ſam dico. Hoc ego dicere non poſſum: i[...]rum reus fui.* Latro ead. Controv. [...] diviſ. *Mori volui tædio abdicationis [...] infelicitatis aſſidua. Cum in hoc tant[...] ſordes ponerem, ut cum majore torme[...]*

poſſ[...]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

poſitas reſumerem, & abſolutio mihi uni, non finis eſſet periculi, ſed initium. Controv. 20. *Miſerrime puer, quamvis periclitor, plus tamen pro te timeo.* Plura alibi.

Pag. 136. *Φιλότεκνε πάτερ, καὶ σοί τι*] Si licet ingenio ſolo hæc reſtituere, ſuppleam: *μοὶ καὶ σοὶ τί ἐστι; quid mihi tecum? cum ſis filiorum amans*, quod in me adeo non exhibes, ut veriſimile non ſit, meum te patrem eſſe. Herodotus in Terpſichore: *Σοὶ δὲ καὶ τούτοισι τοῖσι πρήγμασι τί ἐστι; Quid tibi iſtis cum rebus?* quid ea tu moves, aut curas? Anacreon: *εἰς ποτήριον ἀργυροῦν. Τί γὰρ μάχαισι κἀμοί;* item: *Τί Πλειάδεσσι κἀμοί; τί δ' ἀστράσι Βοώτεω;* Otho Imp. apud Sueton. c. 7. *Τί γάρ μοι καὶ μακροῖς αὐλοῖς;* Panegyrico, qui Conſtantino dictus c. 9. *Quid tibi eſt Imp. cum inferiore fortuna?* Ideo, quod non ducis tantum in prælio, ſed & militis fortiſſimi officio functus erat. Adde Divum Matth. 8. 29. & 27. 19. In quibus *καὶ cum* reddendum, quemadmodum conjunctio *&* per præpoſitionem *cum* in multis poteſt apud Latinos explicari: ut, *Cyrus & Crœſus ſecundis & adverſis maxime inſignes ſuo ſæculo fuerunt.* Etiam recte dicitur *Cyrus cum Crœſo.* Add. Serv. 3 Æn. 177. Suntque hæc adeo cognata, ut Ovid. dixerit: *Ilia cum Lauſo de Numitore ſati.* Ubi conſtructio retinetur, quaſi conjunctio vinculum Orationis, nec mutata eſſet. Quod & alibi non raro occurrit. Ad prima iſta referenda ſunt illa Quintiliani, quæ nunc redeunt in mentem. Declamat. 306. *Quid mihi cum hac hæreditate? effecit ut filium magis deſiderarem.* Declam. 327. *Quid mihi, inquit, cum partu erat? dederat mihi fortuna juvenes*, &c. item Calp. Flacci declam. 2. *Quid tibi cum iſto patrocinio eſt, niſi ut appareat te peccaſſe ſecurius?*

Ἄξεινον σκάφος] Ita navem appellat, in qua captus, & ubi in carcerem detruſus à piratis erat. Nam carcer is ipſa in navi. Quintil. declam. 6. *At illum interim cotidie ſitus carceris ſtrangulat, inſidunt oſſibus catenæ; exemplum ſeculi in myoparone moritur.* Ead. *Nam illa quidem ſatis digne quis dixerit, udum carcerem, inundatam ſentina naviculam, & impoſitum nuda trabe irrequietum latus.*

Πατὴρ ἐστι] Ea, qua pater, crudelitate præditus vivit. *ἀντίων* mallem eſſet *πειρατῶν*. Poteſt & iſtud exponi: quamvis hoſtes illi eſſent, neminem tamen inter eos ita immitem, ut patrem ipſius fuiſſe.

Μή τις τυραννήσας] *Num eſſet, qui exercuiſſet tyrannidem.* Dubitavi, num fuiſſet: *Μή τι ἐτυράννησας, μή τι ἐμοίχευσας.* Ut *τί* ſit *παραπληρωματικόν*. Saltem patri his explicat filius, quod piratarum etiam judicio, ea in ſe edere exempla voluerit, quibus in tyrannos tantum aut adulteros animadvertendum.

CONTROV. VIII.

N*On viderem filium, niſi abdicarem*] Pompeius Silo hac Controv. *Cauſa abdicandi eſt, ne ſine filio vivam, quem tamdiu non viderem, niſi abdicarem.* cujus conſilii dum reddo rationem, & ipſe reſpondet filius, interea mihi adhuc eum contueri licet. Jocaſta in Phœn. apud Sen. 463. *Ergo jam nunquam duos, Niſi ſic videbo?* ut collatis cominus ſignis infeſtas direxerint acies.

Relatus eſt] Flor. 1. 18. *Nec ante cladi finis fuit, quam nox dirimeret: poſtremuſque fugientium ipſe rex à ſatellitibus humero ſaucius in armis ſuis* (ſuper ſcutum) *referretur.* Vide quæ dixit Cornelius Hiſpanus.

Quam militia] Idem expectate nunc de filio meo: ex quo patri ſimilem opto ſubolem. Mento infra: *Non oportet tantam virtutem ſine ſucceſſore concedere; ducenda uxor.*

Denuntiantes deos: Faciat] Milites ad Alexandrum apud Juſtin. 12. 8. *Ac ſi non militibus, ne vel ipſe ſibi parcat: nec fortunam ſuam nimis onerando fatiget.* Pallas ad Tydea apud Stat. 2 Theb.

— jam pone modum nimiumque ſecundis
Parce deis: huic una fides optanda labori.
Fortuna ſatis uſus abi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Flor. 4. 2. *Sane & ipſe ante aciem mœſtior non ex more Cæſar, ſive reſpectu fragilitatis humanæ, ſive nimiam proſperorum ſuſpectam habens continuationem, vel eadem timens, poſtquam idem eſſe cœperat, quod Pompeius.* Facit huc etiam illud Æſchinis ad fin. Controv. Ἔϛιν ὁ πατὴρ, ἔϛιν ἡ τύχη μεγαλικώτατα. Ita enim lego. Verba non ſunt filii, quod patet ex contextu, ſed ad filium habita, quibus monetur & patris timentis, ac retinentis, & fortunæ diu jam feliciſſimæ rationem habere, ac cogitare hæc aliquid mali portendere ſolere. Mox Arellius Fuſcus: *O me filio pugnante jam laſſum! Magna omina ſunt. Nihil hoc putas, quod viri fortis pater timet?*

Pag. 137. *Ego advocationem in unam pug.*] Non dubito, quin veriſſima ſit ſententia Fabri, qui exiſtimat hanc veram eſſe lectionem; ſed quomodo ſit exponenda, non ita facile quivi diſcernere. Nam & hoc ſenſu poteſt accipi, quod petierit dilationem mutationis fortunæ, & favoris deorum: vel quod petierit unam etiam in pugnam, ut filio advocati eſſent dii, id eſt, præſentes ac faventes, quemadmodum adhuc fuiſſent. Aſcon. Pedian. *Advocatus dicitur, ſi aut jus ſuggerit, aut præſentiam ſuam commodat amico.* Liv. 3. 47. *Virginius ſordidatus filiam ſuam obſoleta veſte, comitantibus aliquot matronis cum ingenti advocatione in forum diducit.*

Objicitur mihi, quod me filius] Senſus vult: *Hoc eſt cur timeam: & objicitur mihi, quod meum filium oderim?* Simile ſupra obſervavi: ad Gronov. ad Controv. 11. init. Quod oderim, objicitur, quia abdico, cum tamen abdicatione prohibeam à periculis, atque illi conſulam.

Jam hoſti nimis notus ſum] Lege: *jam hoſti nimis noti ſumus.* Maxima gloria noſtra, & hoſtibus virtute tua ſatis ſuperque, imo nimis innotuimus: quia te unum maxime, utpote cognitum, jam petituri ſunt telis: ita non fortiter faciundi, ſed pereundi cito magis erit copia. Pertinet huc illud Blandi in colore: *Non poſſe illum jam fortiter facere: quia omnes illum hoſtes peterent: & adjecit, ideo lex ter fortem dimiſit: ſcit illum jam obſervari ab hoſte.*

Te etiam morari poſco inter vol.] Terent. & Plaut. paſſim pro *volo*, *poſtulo*, quod hic *poſco*. Rutilius Lupus: *Quod vobis viri Athenienſes in ſuadendo aſſentiuntur, vos fallere poſcunt.* ita Aquila Rom. *tractim effuſum genus eloquendi, non converſum, neque circumſcriptum deſiderat.* Sed hoc minus ignotum.

Somnum claſſico rumpes] Tibull.

Martia cui ſomnos claſſica pulſa fugent.

Forte, *claſſica rumpent*, hoc loco. ſed amplius.

Malo gloriam, quam vitam] Calpurn. Flacc. declam. 15. *Cur enim dubitem propter infamiam ſenex emori: qui etiam juvenis optavi ſæpe propter gloriam.*

Pag. 138. *Ne unum tollas*] Sed plures: ne ita, ut nunc ego, macereris, ſi filius in bellum & pericula ſit mittendus. add. controv. fin.

Ter fortiter pugnantem abdicas] Gronov. obſervavit in argumento Mss. exhibere: *ter fortiter agentem pater in acie, quarto volentem exire retinet.* Quod huic geminum.

Quis hic ſubitus &c.] Hæc quaſi ἐ ἐκϛάσει. Paulo poſt Aſprenas: *Cred mihi, pater: non ſum mei juris, cum ille prælii clamor exortus eſt.* Lege vero in his, *venio: plurimum in prima aci laboratur.*

Diverſa imperia] Id eſt, contraria. Sueton. Jul. 1. *Diverſarum partium habebatur.* Vide Canter. in novis lection ubi oſtendit ita *alius* etiam dici.

Pag. 139. *Cuneos gladiis diducere*] Ta cit. 5 Hiſtor. 16. *Civilis haud porrect agmine, ſed cuneis adſtitit.* & obſerve plerumque apud Tacitum, quod Ger mani ac Britanni compoſitis in cu neos copiis pugnent. Etſi ſatis certum eſt, nec inuſitatum eum Romani morem.

Non animus, non lingua conſtat] Ta cit. 3 Annal. 46. *Inconditique ac mili tia neſcii oppidani, neque oculis, nequ*

auribu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

auribus ſatis competebant. Ubi Lipſius: Salluſtianum eſt apud Nonium: *Fortitudine attonitus, neque animo neque auribus aut lingua competere.* Etiam tale hoc Livii lib. 5. *Romani ne auribus quidem, atque oculis ſatis conſtare poterant.* Quantum ad verba Aſprenatis & Livii illa, quod eſt apud Terent. Eun. 4. 5. 3. *neque pes, neque mens ſatu ſuum officium facit.* ſi cogitetur idem eſſe, ac ſi dicas, *neque pes, neque mens conſtat*; hæc ipſa loca videbit, quomodo ſint intelligenda. Competere vero iſtuc, ut in tranſcurſu hoc dicam, illuſtratur loco Sueton. in Aug. 31. *Adjuravit, ſi cujuſquam neptium ſuarum competeret ætas, oblaturum ſe fuiſſe eam*, id eſt, idonea, atque illi muneri utilis eſſet. item Silii lib. 1. *Romanos terra atque undis ubi competet ætas, Ferro ignique ſequar.* Fortunatianus lib. 3. *videas, quando tibi ſit promenda oratio, ne non temporis competat qualitas.* Ita enim lego. Dein: *De geſtu, quæ præcepta ſunt? ut ſcias geſtum voci competere & animo debere.* Marius Victorin. 1 Rhetor. Cicer. *In diſtorta enim membra, neque juxta naturam ſui competenter appoſita, virtus non poteſt cadere.* Emporius, reprehendens, quod demonſtrativam materiam laudativam appellant, *competentius*, inquit, *multo demonſtrativa dicitur, cum eadem aliquis ſæpe culpabitur.*

In alieno opere deprehenſus] Quia iis, quos deprehendimus, id eſt, quos ex improviſo opprimimus, quibus nec opinantibus ſupervenimus, aliquod quaſi impedimentum objicitur, inde *deprehenſum* pro *impedito* dixiſſe videtur. Controv. 4. *Steti deprehenſus ab adulteris meis.* ubi forte, *ſteti*, *ut deprehenſus.*

Humeris non cedit] Gruterus & Gronov. & liber vetus, teſte Schotto, *ſedet.* Ita Ovid.

Sarcinaque hæc humeris non ſedet apta meis.

Cogitaveram etiam, num poſſit exponi: quod toga indutus, illa adſtrictus, & quaſi incluſus ſibi videatur. ut loquar cum auctore dialogi de orat. cap. 39. ut *cedit*, ſit pro *recedit.* Aliis, qui togæ aſſueti, occupatis in opere aliquo, aut vehementius ſaltem agentibus parte aliqua ſui recedebat ab humero, ac delabebatur. Quintil. Inſtit. Orat. 11. c. 3. *Sed hæc amictus obſervatio, dum incipimus: procedente vero actu jam pene ab initio narrationis ſinus ab humero, recte velut ſponte delabitur: & cum ad argumenta ac locos ventum eſt, rejicere à ſiniſtro togam, dejicere etiam, ſi hæreat, ſinum, conveniet.* vide locum totum. add. & Fortunatian. lib. 3. fin. Erat hic aſſuetus ſago, unde factum, ut nunc toga cum uteretur, minus ea ſibi commoda, ut agenti impedimento, minimeque obſequens eſſet.

Ad obſidendum hoſtem] Aliquid vitii ineſſe huic periodo dubium mihi videtur nullum. & vel in fine perierit vox, ut ſit legendum, *ire juſſeris potius. Otium.* vel *ire juſſeris, parebo. Otium.* Supra: *Pareo tibi, pater.* Et erit locus, qualis ille Juvenalis:

Græculus eſuriens in cælum, juſſeris, ibit.

Cogitavi etiam: *O ſi ad obſidendum hoſtem* &c. *juberes.*

Crediſne quicquid refero tibi? Scimus] Hæc quoque, niſi me fallat animus, ſunt vitioſiſſima. Lego: *Crediſne quicquam referre* (*referes* in quodam eſt codice) *ubi ſimus, dum vitæ curſum agimus? Agere curſum* eſt currere. Virgil.

Vaſtumque cava trabe currimus æquor.

Senec. Herc. fur. 1050.

Sopor eſt: reciprocos ſpiritus motus agit, id eſt, movetur. Cic. Catone Maj. *quaſi decurſo vitæ ad carceres à calce revocer.* Terent. Adelph. *Ego vitam duram, quam vixi, uſque adhuc Prope jam excurſo ſpatio mitto.* Theocr. Idyll. 18. 22. Ἄμμες γὰρ πᾶσαι συνομάλικες αἷς δρόμος ὠυτός. *Nos omnes æquales, quibus idem* (vitæ) *curſus eſt.*

Eadem pericula nos ubique circumſtant] Petron.

Si bene calculum ponas, ubique naufragium eſt.

Ob id quod ſui juris ſit] Dixi ad Controv. 1.

Pag. 140. *Fecit illo modo, quo Gallio*] Magis placeat, *Fecit illo modo quoque*

Gallio. Cujus diviſio ipſum id continet, quod eſt in iis, quæ diſputavit Silo.

Hoc loco Gallus poſuit. hoc quoque] Scribe: *Gallio poſuit, & hæc quoque, inquit, ter viro forti aut diffidit, aut conſulit.* Poteſt & copula omitti.

Immo verecunde vetarus] Fuit, credo, *verecundia*, id eſt, pudore, ut cum Terent. loquar, ſive reſpectu patris. Liv. 1. 6. *Quoniam gemini eſſent, nec ætatis verecundia diſcrimen facere poſſet.*

Pag. 141. *Non poſſum pati*] Pulchra Salmaſ. ad Terent. Hecyr. 1. 2. 108. & Gronov. ad Sen. Herc. Fur.

Cum diceret] Commodius, *dixiſſet*.

Οὕτως ἂν καὶ ἄτιμον] Schottus peſſime, *Adeo inhonoratum diligebant*. Senſus eſt: Ita etiam non fortem & inglorium, nullis honoribus aut præmiis affectum illum filium diligerem. Exprimitur affectus parentum plerumque non optimos, quandoque nec bonos aut probos, liberos tamen amantium, nec facile in pericula ſi deſcendere velint, id permittentium. Quare ſubjungitur: *Videbatur hic, dum indulgentiam exprimit, non ſervaſſe dignitatem patris.* Quintilian. declam. 4. *Parentibus vero circa liberos unus affectus eſt, favere vitæ, timere mortem. Non habent patientiam nec juſtæ orbitates, & inter ſupplicia pœnaſque, omnes tamen illis innocentes, omnes miſeri ſumus.* Particula ἂν in hoc Senecæ loco poſita ut Suaſ. 1. τοῦτο εἰ μή τι καινὸν ἦν, οὐκ ἂν ὕστατον ἔκειτο. ubi bene vertit Schottus. Controv. 31. οὐκ ἂν εἶπεν, *non diceret.* Simile mendum in Ariſtæneti ep. 16. lib. 2.

Ratione retineri patrem] Ita video conſenſu exhiberi: niſi quod nonnulli *detineri*. Præfero tamen, *retinere*, aut *detinere*. Infra: *temerarium, ſanguinarium, quem nec pater poſſit retinere, nec lex dimittere.*

Παρεστήσωμεν αὐτὸν] Ex iis, quæ his Nicetam ſubjeciſſe auctor eſt Seneca, conjeci: παρέστησε ἐμὲ αὐτῷ τῷ δικάσασθαι ἀρειμανέστερον. Ipſo hoc, quod mihi hanc movet litem, multo etiam magis me furore fecit bellandi percitum. Ovid. *Dum furor in curſu eſt, currenti cede furori.* nam, *irritaturque retenta Et creſcit rabies.* Aliud nondum, quamvis animum verſans in omnia, reperire potui, quod quidem ſenſu idoneo eſſet.

Pag. 142. *Latronis hunc ſenſum à Latrone*] Varia hoc de loco venerunt in mentem. Veriſſimum vero videtur, pro Latronis eſſe reponendum *è Latinis.* Ut intelligamus Plancum hunc ſummum Declamatorem, qualis erat & Latro, quamvis è Latinis eſſet, tamen id judicium feciſſe de Lesbocle Græco: quod apparebit, ſi dein legas; *Nec à Lesbocle Græco tenerius:* cum fortiter dicere vix Græcorum eſſet. Controv. 14. *Dicebat autem Ægrotas inculta, ut ſcires illum inter Græcos non fuiſſe, ſententiis fortibus, ut ſcires illum inter Romanos fuiſſe.* Lesboclem vero amplo egregie animo fuiſſe teſtis Seneca Suaſor. 2. *cui animo reſponderit dicendi genus.* Ut autem hoc loco, *à Latrone fortius dictum*, id eſt, ita fortiter, ut excelleret ceteros; ita Controverſ. 33. *Hanc ſententiam Latro Porcius virilius dixit.* Ubi ſuſpicor fuiſſe, *fortius & virilius.* Fortiter dixiſſe Latronem multis locis prodidit Seneca. Vide Præfat. hujus libri, quæ inſtar omnium eſſe poteſt. Præterea notabile illud *tenere dicere* oppoſite ad *fortiter*. Egregie huc pertinens eſt locus in dialogo de cauſis corrup. eloq. c. 26.

Κείσομαι, ὡς τεῖχος τὸ τάφρον] Lego: Κείσομαι, ὡς τεῖχος, ὡς τὸ τάφρον ὑπερβῆναι καὶ πατέρα. Hoc ſenſu, ut filius nihilo plus veneretur corpus patris ſui, quam muros & foſſas hoſtiles, quæ tranſcendere ac tranſilire gloriæ loco ducere conſueverat. Poſt κείσομαι, χαίρομαι, aut ſimile intercidiſſe ſuſpicor.

Religioſe patrem induxit ominibus] Scriptum fuiſſe credam potius: *Religione patrem induxit & ominibus territum.* Sueton. Jul. 59. *Ne religione quidem ulla à quoquam incepto abſterritus unquam aut retardatus eſt.* Neron. 18. *Alexandrina* (peregrinatione) *ipſo profectionis*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

fectionis die deſtitit turbatus religione ſimul ac periculo.

Deſcribentem pericula futuri prælii] Illud *deſcribentem*, ſolummodo conſilium, ac voluntatem notare videtur. Cujuſmodi de vocibus dictum Controv. 3. & legendum dein, *Homeri verſus ob hoc edidiciſſe*, quorum verſuum tantum initium ponit. Tanto autem iſta magis conveniebant, quod & Hector ſæpe jam fortiter fecerat, & inter alia ad illum in iſta oratione dicit Andromache uxor: *τάχα γάρ σε κατακτανέουσιν Ἀχαιοὶ Πάντες ἐφορμηθέντες.* Blandus ſupra: *non poſſe illum jam fortiter facere, quia omnes illum hoſtes peterent.*

Οὐκέτι ἐν σῷ θανάτῳ] Aliquid modo manuſcriptorum librorum, in quibus non peſſime exarata Græca, ad manum eſſet, & certius faciliuſque Græca illuſtrarem: Nunc enim teneo: nec niſi ſpinoſa in his ſe offerunt: veluti hic loci, ubi vix tandem aliquid, quo me expedirem, repperi. Illud eſt, *Οὐκέτι ἐνῶ θανάτῳ, εἰ μὴ καταφρονεῖς τούτου πατρὶς ἐμή. Non amplius hunc immiſero morti.* id eſt, dimiſero in bellum, & illius ancipitia, *niſi tibi* jam *vilis eſt*, *mea patria.* Vide quæ coloris loco dixit Aſprenas.

Pag. 143. *Οὐκ ἔστιν σοῦ ἱκανὸν*] Lego: *οὐκ ἔστιν υἱὲ, ἱκανὸν εἰς τὸ ὑποκείμενον, πατρὸς προπεμπτικόν.* Omnia pater filio, deſcendere belli in diſcrimina volenti, augurabatur mala: Rhetor igitur judicat & pronunciat, *illud patris propempticum parum filii propoſito accommodatum* & felix *eſſe.* vid. poſt init. Controv.

Ἐστὶ πατήρ, ἔστι ἡ τύχη] De his ipſum ad initium ſupra.

Ἀλλ' εἰ μὲν φθαίλω] Hæc quoque ſine dubio affecta. Quibus ſenſus ſit hujuſmodi lectione: *ἀλήθειαν ἂν φαίλω· φοβεῖ με μήτε ἡ παράταξις, μήτε ὁ πόλεμος, μὴ τοῦτο ἀρκεῖ; φοβοῦμαι περὶ τοῦ οἴκου μου.* Id eſt, *verum dixero*, vel, *verum uti dicam, metum mihi nec acies incutit, nec bellum: an non id tibi ſatis eſt? domui timeo meæ*, id eſt, familiæ, quæ intercidet, dum tu bella curas & prælia, non matrimonium. Oratio ea fuit, qualis illa nota: *Non te rejecerunt, ſed me rejecerunt.* Item: *tibi ſoli peccavi.* id eſt, tibi maxime. Vide Gronov. ad Hippol. Sen. 874. Controv. 20. *oſtende non vulnus, ſed argumentum.* Quia vero poſſet iſto rerum in genere parum vir aut eſſe, aut videri, aut accuſari à probis, quod eſſet refractarius patri, quaſi erubuiſſet ad iſta dicta filius fingitur, eoque addit pater: *τί τέκνον ἐρυθριᾷς;* Cogitandum autem ſpem familiæ & nominis hoc ſolo in filio patri reliquam fuiſſe, quod apparet ex iſtis Mentonis ſupra: *Ducenda uxor eſt: ſed jam nunc te admoneo, ne unum tollas.*

LIBER SECUNDUS.

EPISTOLA.

Pag. 144. *SEd operoſa, atque implicita*] Exempla reperies initio Suaſor. 2.

Compoſitio verborum mollior] Ita & in Suaſ. 2. ad fin. accuſat in eo nimium cultum & fractam compoſitionem. Vid. ead. Suaſ. initium diviſionis. In hiſtoria tamen ſatis ille fortiter egit & viriliter, aut agere ſaltem potuit, ut patet ex fragmento, quod ſuperſtes eſt in Suaſor. 7. parte poſteriore. De compoſitione Sulpitius Victor: *Obſervandum, ut ordo verborum ea compage jungatur, ne confragoſum & aſperum ſonum faciat, ſed apte & leniter defluat, in quo ſane adhibendus eſt modus, ne quid nimio opere luxuriæ nimium molliatur.*

Modo nimia licentia vaga & effuſa] Accipienda ita eſt oratio, ut membris duobus, quæ præmiſſa, reſpondeant duo, quæ ſequuntur. Ubi ſpeciatim vitia Arellii notantur, unde inæqualitas orationis extitit. Minus vero manca ſit oratio, ſi legas, & diſtinguas tranſlata copula: *Effuſa principia & argumenta, narrationes aride dicebantur. Principia* hic ſunt *proœmia*, ut paſſim apud Rhetores. auctor ad Herenn. Cic. 1. de invent. Quintilian. 4. 1. Credas huc adſpectum à Terentio Eunuch.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

nuch. 3. 2. 4. *quam venuſte! quod dedit Principium adveniens.* & 90. Rurſus προοίμιον principium generali ſenſu eſt Palæphato περὶ ἀπίσ. cap. 47. de Hyacintho: λέγουσι δ' ὅτι καὶ τὰ προσηγορίας ἐν φύλλοις ἐπιγέγραπται τὸ προοίμιον. Etiam *exordium* pro initio Marius Victorinus ad Rhet. Cic. p. 87. fine. & Cic. de Invent. p. 190. fin. Caſſiodorus cum dubitaſſet procemium ἀπὸ τῆς οἴμης, an τοῦ οἴμου dicatur, ſumpſit à Quintil. 4. Inſtit. 1. qui jungit: *Principii cauſa hæc eſt ut auditorem quo ſit nobis in cæteris partibus accommodatior præparemus.* Curius tamen Fortunatianus lib. 2. artis Rhetoricæ, Exordii ſpecies vult eſſe principium & inſinuationem, illud ſimplex eſſe, hanc ſubdolam & occultiorem. In his tamen Senecæ pro generali acceperim. Quod autem præterea deſideratur ad hæc recte percipienda, eſt, ut cogitemus tantum, vitium eſſe orationis, ſi longa ſint exordia. Cic. 1. de Invent. *Vitia vero hæc ſunt certiſſima exordiorum, quæ ſummopere vitare oportebit; vulgare, commune, commutabile, longum, ſeparatum, tranſlatum, contra præcepta. Longum* dein definit, *quod pluribus verbis, aut ſententiis, ultra quam ſatis eſt, producitur.* In argumentando itidem vitium eſt haud dubium prolixitas, quæ attentionem minuit, remque obſcurat, & quod unice vitandum, tædium affert. Inſignita tamen his vitiis principia & argumenta Arellii Fuſci: à quo contra *narrationes aride dicebantur.* Ita enim legendum forte quis cenſeat, ut infra Controv. 9. *Otho tamen Junius* (ita edunt) *bene dicebat has controverſias, quæ ſuſpicioſe dicendæ erant.* Niſi movet hic, ſimileſve loci Ciceronis: *Harum cauſarum principia ſuſpicioſa ad acerbitatem ab accuſatore ponentur.* quæ in partit. ſunt. Sed hoc in medium ſit. *Aridum* quid ſit, ex ead. Controv. colligas ad init. coloris: *Aridi declamatores fidelius, quos propoſuerunt, colores tuentur. Nihil enim eos ſollicitat: nullum ſchema, nulla dulcedo ſententiæ ſubrepit.* Iſtiuſmodi autem dicendi genus damnat in narratione Quintilianus, optimus ille dicendi magiſter, lib. 4. c. 2. *Ut fortaſſe ubique, in narratione tamen utique præcipue media hæc tenenda ſit via, dicendi, quantum ſatis eſt, quantum opus eſt: Quantum opus eſt autem non ita ſolum accipi volo, quantum ad judicandum ſufficit; quia non inornata debet eſſe brevitas, alioqui ſit indocta: nam & fallit voluptas, & minus longa, quæ delectant, videntur. Ut amœnum ac molle iter, etiamſi eſt ſpatii amplioris, minus fatigat, quam durum aridumque compendium.* Non abs re fuerit, illud quoque hic tenere, quod *partes orationis ſunt*, ut quidam volunt, *quatuor: exordium, narratio, argumentatio, peroratio,* ſive *concluſio.* Sulpitius Victorinus, qui illud quoque addit, *argumentationem in duas partes eſſe diviſam: ut ſit altera pars ejus confirmatio, altera reprehenſio.* Quod & ex Cicerone monuit Curius Fortunatianus.

Nihil acre, nihil ſolidum, nihil horridum] Prima duo forſan à cibis petita ſint, in quibus acre & ſolidum appetere ſolent ſaniores, iidemque lenibus nimium ac dulcibus offendi, aut tædio ſaltem eorum cito percipi. Cicero in Hortenſ. *Alterius ingenium ſic dulce, ut acetum Ægyptium. Alterius ſic acre, ut mel Hymettium dicimus.* Solidus cibus Doctori Gentium ad Hebr. 5. στερεὰ τροφή. 1 Cor. 3. 2. βρῶμα. & illi γάλα opponit. etiam λάχανα epiſt. ad Rom. 14. Omnia etiam ad inſtitutionem & ſcripta pertinentia. Qua ratione Sulpitius quoque Victorin. *Tertium*, quod obſervandum in elocutione, *robur eſt, ut non ſolum purus & manifeſtus, verum etiam robuſtus & fortis validuſque ſit ſermo.* Robur & vires à ciborum ſunt genere. Præterea *acre* exponi poſſit eodem ex Hortenſio Ciceronis, ubi eſt: *Quid enim aut Herodoto dulcius, aut Thucydide gravius, aut Philiſto brevius, aut Theopompo acrius, aut Theophraſto mitius inveniri poteſt?* In quibus acre Nonio interprete, *vehemens, ſævum.* Quorum poſterius ſi intelligas, ut eſt in Virgiliano:

Sævus ubi Æacidæ telo jacet Hector.

Quod Servius etiam *fortis, bellicoſus* inter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

interpretatur, accommodatiſſimum huic noſtræ ſententiæ erit, quæ conſtabilitur iis, quæ de Fabiano Arellii hujus diſcipulo ſtatim teſtatur: *Et quotiens incidebat aliqua materia, quæ convicium ſeculi reciperet, inſpirabat magno magis, quam acri animo. Deerat illi oratorium robur, & illi pugnatorius mucro.* (vide illic omnino loca ex Cicer. & Senec. Tragœd.) ſed quia præceſſit hæc: *Dicebat autem Fabianus fere dulces ſententias*, patet hic quoque ad acida ſimul adſpectum eſſe. Eademque ratione accipienda ſunt Plauti in Bacchidib. 3. 3. 1. *Nunc experiar, ſitne acetum tibi peracre in pectore.* Metuit ne pater nimis levem ſe ſit filio præbiturus: contra quem ipſius exemplo & moribus vehementiſſime agere deberet. Magis id, quod dixi, manifeſtum eſt, ſi cum hoc loco comparetur ille in Pſeudolo 2. 4. 49. *Ecquid habet is homo aceti in pectore?* C H. *atque acidiſſimi.* P S. *Quid ſi opus ſit ut dulce promat indidem, ecquid habet?* Quæ ſimul ad prudentiam atque alacritatem res gerendi pertinent, qua ſolent vigere, qui excitatioris & vividioris, denique *acris* ſunt ingenii: Cæterum *acre* illud, ſenſu, quo non nimis placidum ac lene notat, plurimum ſitum eſt in temperamento corporis, ac ſanguinis. Quo ingenioſius intelligimus mox addita, *nihil ſolidum, nihil horridum.* Quæ itidem à corporis conditione, atque habitu tranſlata ſunt, pervulgata conſuetudine optimorum, cum de virtutibus aut vitiis orationum tractant. Petronius de Declamatoribus Aſianis iſtis maxime: *Pace veſtra liceat dixiſſe: primi omnium eloquentiam perdidiſtis. Levibus enim, atque inanibus ſonis ludibria quædam excitando effeciſtis, ut corpus orationis enervaretur & caderet.* Quintil. prooem. 1. Inſtit. *Nam plerumque nudæ illæ artes, nimia ſubtilitatis affectatione frangunt, atque concidunt, quicquid eſt in oratione generoſius, & omnem ſuccum ingenii bibunt, & oſſa detegunt, quæ ut eſſe, & adſtringi nervis ſuis debent, ſic corpore operienda ſunt.* In dialog. de Orat. c. 21. *Oratio autem, ſicut corpus hominis, ea demum pulchra eſt, in qua non eminent venæ, nec oſſa numerantur, ſed temperatus ac bonus ſanguis implet membra, & exurgit toris, ipſos quoque nervos rubor tingit, & decor commendat.* Quorum in poſtremis deſcriptum eſt *corpus ſolidum & ſucci plenum*, ut verbis id dicam Terentii egregie huc aptis. Cicero in Bruto: *Hæc enim ætas & fudit hanc copiam, & ut opinio mea fert, ſuccus ille & ſanguis, incorruptus uſque ad hanc ætatem oratorum fuit, in qua naturalis ineſſet, non fucatus nitor.* Porro in dial. de Orat. cap. 26. *Adeo malim oratorem vel hirta toga induere, quam fucatis & meretriciis veſtibus inſignire.* Vide locum totum, ubi præclare huc facientia congeſſit genere & eruditione nobiliſſimus Schelius. Inde vero intelligimus, quid hic velit ſibi *nihil horridum.* Redit ex his in mentem Virgilianum:

Horridus in jaculis & pelle Libyſtidos urſæ.

Item illud Quintiliani Junioris declamat. 3. *Vides munitum gladio latus, loricam ferro aſperam, clauſam galea faciem, ad terrorem belli criſtas minantes, inſcriptum in ſcuto C. Marii nomen, totum denique virum martio habitu horrentem.* Nempe armatis & militibus comparant oratores. Unde fluxiſſe ex parte illa paulo ante credo: *Compoſitio verborum* (Arellii hujus Fuſci) *mollior, quam ut illam tam ſanctis fortibuſque præceptis præparatus ſe animus pati poſſet.* In his, ut in illis fieri ſolet, ſi abſit omne horridum, improbant. Petronius illud nihil deſiderans in Cicerone oratorum perfectiſſimo, *Grandiaque indomiti Ciceronis verba minentur.* Nimirum, *ut in cibis interim*, ita & in oratione *acor ipſe jucundus eſt.* Quintilian. 9. 3. & ut Muſica quoque, ita & oratio non ſola vocum mollitie, ſed & aſperitate, & horrido, quod oportunum ſit perficitur. Ubi hæc ex toto abſint, facile per ridiculum dicetur: *Quam lepidæ lexes compoſtæ!* Omnium denique, quibus eſt ingenium non publici ſaporis, non minus, quam Auguſti, ſententia μυροβρεχεῖς illi *cincinni*

cinni ſunt damnati. Ut vero orator & oratio, declamator & declamatio, alii quoque ſcriptores eorumque ſcripta & labores, conferantur cum milite & militia, quam præclarum, ita frequens eſt. Videſis Eumenii orationem pro Schol. inſtaur. poſt initium, ubi pulcherrima ſunt, ſed deſcriptu longiuſcula. Cic. 3 de LL. *Poſt à Theophraſto Phalereus ille Demetrius, de quo feci ſupra mentionem, mirabiliter doctrinam ex umbraculis eruditorum ocioque non modo in ſolem atque pulverem, ſed in ipſum diſcrimen aciemque perduxit.* Similia in dialog. de cauſis corr. eloq. reperies. Adi præterea commentar. ad Petronii cap. 2. ubi exponitur, quid ſit *umbraticus doctor.* Pinciani *horrendum*, pro *horridum*, minus hoc loco probaverim.

Magis laſciva quam læta] Laſcivia ut in homine, ita in oratione, cum licentia conjuncta & proin vitioſa eſt. *Luxuriam* mox vocat: & tralatio hæc poſſit proprie petita videri à ſegete, quam non perinde luxuriantem ac lætam optant agricolæ: quod iſta ſpecie magis blandiri & grata eſſe ſolet, hæc implere, ac præſtare, quæ promiſerit. Quæ dixi, illuſtrantur Suaſ. 2. ad init. diviſionis: *Hujus ſuaſoriæ feci mentionem, non quia in ea ſubtilitatis erat aliquid, quod vos excitare poſſet, ſed ut ſciretis, quam nitide Fuſcus dixiſſet, vel quam licenter, ipſe ſententiam non feram. Veſtri arbitrii erit, utrum explicationes ejus luxurioſas putetis, an vero politas.* Ita enim reſcribendum eum locum videri diximus.

Pag. 145. *Obſcuritatem non potuit evadere*] Eum taxat in Arellio, cum teſtatur: *Erat explicatio Arellii Fuſci ſplendida quidem, ſed operoſa & implicita.* Venetus, *implicata.*

Dulces ſententias] Eas dixit exemplo Arellii, cujus compoſitionem *fractam* eſſe docuit hac præfat. & dixit in fin. Suaſ. 2. unde demonſtratur, quod dixi. nam & in Suaſ. ultima eſt: *Solebat* (Surdinus) *dulces ſententias dicere, frequentius tamen prædulces & infractas.*

Quæ convicium ſæculi reciperet] Ob quam poſſet invehi in ſæculum, illudque perſtringere. exemplum vide in Controv. 1. hujus libri, ubi ipſe Fabianus dicit præfat. 1 Controv. *Quæ* (tranſlatitiæ ſententiæ) *nihil habent cum controverſia implicitum, ſed ſatis apte & alio transferuntur: tanquam, quæ de fortuna, de crudelitate, de ſeculo, de divitiis dicuntur.* Ubi *ſeculum* mores ſunt ſeculi, & in partem pejorem, ut in illo Taciti de mor. German. 19. *Corrumpere & corrumpi ſeculum vocatur. Recipere* vero hoc in loco etiam notabiliter poſitum, pro *admittere*, vel *permittere.* ut & in Valer. Max. lib. 4. cap. 4. *Bonæ mentis uſurpatio nullum triſtioris fortunæ recipit incurſum.* Sæpe Quintilian. major, *non recipit natura:* Ut in declam. 306. quod in ſerm. declam. 328. *in rerum natura non eſt.* Vulgo, *non poteſt fieri.* Poſterius ita dictum, ut apud Ovid.

Non eſt in medico ſemper relevetur ut æger.

Id eſt, in Medici poteſtate. Ita *Capere* etiam rariore ſenſu apud Senecam Octavia: PR Æ. *Femina hoc nomen capit?* NE. *Si ſcelera cepit.* Nomen hoſtis cadit in feminam, ſi poteſt patrare ſcelera. In Agam. etiam verſ. 31.

Non pavidus hauſi dicta, ſed cepi nefas.

Unde intelligitur Tacit. 1 Ann. c. 11. *Solam Divi Auguſti mentem tantæ molis capacem.* quod Auguſtus illam ferre poſſet.

Inſpirabat magno magis, quam acri animo] Quintilian. Inſtit. 2. 5. *Quibus viribus inſpiret, qua jucunditate permulceat.* Faciunt huc loca Ciceronis 1 de Leg. *Si aut ad Fabium, aut ad eum, qui tibi ſemper in ore eſt, Catonem, aut Piſonem, aut ad Fannium, aut ad Vennonium venias; quanquam ex his alius alio plus habet virium, tamen, quid tam exile, quam iſti omnes? Fannii autem ætate conjunctus Antipater paulo inflavit vehementius.* Et Senecæ in Agam. 325. *reſonetque manu Pulſa citata vocale chelys. Nil acre velim, Magnumque modis intonet altis: Sed quale ſolet leviore lyra Flectere carmen ſimplex.*

Ille pugnatorius mucro] Dionyſ. Longin,

gin. περὶ ὕψους cap. 2. quaſi de hoc Fabiano, illiuſque præceptore Arellio: καὶ ὡς ἐπικινδυνότερα αὐτὰ, ἐφ' ἑαυτῶν δίχα ἐπιστήμης, καὶ ἀνερμάτιστα ἐαθέντα οὕτω τὰ μεγάλα ἐπὶ μόνῃ τῇ φορᾷ καὶ ἀμαθεῖ τόλμῃ λειπόμενα. δεῖ γὰρ αὐτοῖς ὡς κέντρου πολλάκις οὕτω δὴ καὶ χαλινοῦ. quod in multos competet Rhetorum, non perinde in eos, quos c. 1. ἄνδρας πολιτικοὺς appellat, cap. 19. εἰς λειότητα ἄκεντρόν τε προσπίπτει, oratio nempe. Facit huc etiam, quod monet Fortunatianus, ut inter argumentandum voce utamur, *varie, agiliter, acriter, pugnanter* & *inſtanter*. Vox nempe accommodanda rebus. Cic. in Orat. *Nam in iis, quibus ut pugiunculis uti oportet, brevitas facit ipſa liberiores pedes.*

Nulla corporis aſſeveratio] Corporis aſſeverationem accipio, cum componitur ad gravitatem, maxime ita, ut quadret illud Terentianum: *Triſtis ſeveritas in vultu.* Apulei. 3 Metam. *Vultuoſam frontem rugis inſurgentibus aſſeverabat.* item 8 Metam. *At ille, quamquam perfecto voto, proſtrato inimico, lætus ageret, vultu tamen gaudium tegit, & frontem adſeverat, dolorem ſimulans.* Hinc Tacit. accipiat lucem, 13 Annal. cap. 18. ubi Seneca & Burrhus, *viri gravitatem adſeverantes* dicuntur. quia non graves tantum, ſed & ſeveri, ac triſtes erant, ut diceret quis *conſtricta fronte Catones.* nec proin gravitati non ſatis mixta erat lenitas comitaſque, quo nomine L. Piſonem deprædicat Vellei. 2. 98. ubi & Voſſ. ad Gell. 7. 5. de Polo hiſtrione: *tragœdias poëtarum nobilium ſcite atque adſeverate tractavit.* Intelligit gravitatem tragœdiis convenientem adhibuiſſe. Quintil. in Inſtitut. cap. 3. *Quare neque probatio ulla, quæ modo venit ab oratore, tam firma eſt, ut non perdat vires ſuas, niſi adjuvetur aſſeveratione dicentis.* vide locum egregium.

Cum veros compreſſiſſet affectus] Corrupta hæc erunt, ſi *vero* ſcribas. Id tamen ex emendatione nonnulli obtruſum nobis velint. Vulgatæ lectionis ſenſum non perceperunt, inde hæc turbella: Intellige, Fabianum hunc philoſophum, quem *vita & ſcientia egregium* appellat filius Seneca, obſcurum præceptis philoſophiæ, eoque affectus ſuos in poteſtatem redegiſſe, atque illos domitos habuiſſe; animoque compoſito ita, ita pacato, nihilque illis turbato vixiſſe, ut & inter dicendum, cum veri imitatione exprimendi & ſimulandi ſunt affectus, iis deſtitueretur, aut infelix ſaltem eorum eſſet imitator. Uno verbo, hinc factum, ut parum bene affectus moveret, ſive, ut vulgo, pathetice ageret. Unice id ſtuduiſſe hic Fabianus videtur, ut jugum affectuum, quibus impotentiores domini ſunt nulli, excuteret. Id diſcere licet ex his Senecæ filii lib. de brev. vitæ, cap. 10. *Solebat dicere Fabianus, non ex his cathedrariis philoſophis, ſed ex veris & antiquis, contra affectus impetu, non ſubtilitate pugnandum, nec minutis vulneribus, ſed incurſu avertendam aciem.*

Parum bene imitari poterat, quæ effugerat] Quæ ſunt illa, quæ effugerat? ira, dolor, alii affectus. quod explicatius erat dicendum, quia hic quoque, cum non perciperent ſenſum, *effinxerat* ſubſtituere tentarunt. *Effugere* pro exuere, ut Tacitus ſæpe vocat, ſive derelinquere, poſitum. ut ſupra hac epiſt. ad init. ita dein etiam *evadere* præfat. 7 Controverſ. *Et hoc æqualiter omnium eſt, ut vitia ſua excuſare malint, quam effugere.* Controv. 27. *Et illud ſciretis, quam difficile ſit naturam effugere.* Ita & Quintilian. Inſtit. 4. 2. & 9. 3. *Quia ſatietatem, ut varietas earum*, (figurarum) *ita raritas effugit.*

Hoc unum concupiſcentem, nihil concupiſcere] Veneta: *hæc unum concupiſcentem, nihil concupiſcere.* Unus ex tribus Senecæ filiis eloquentiæ intendebat, & huic tantum. Fratribus ambitioſæ erant curæ & ſtudiorum via contendebant ad honores: quorum hic minime erat ſititor. Cogitavi etiam: *hoc ſtudium conc.* aut ut exciderit *ſtudium*, fueritque: *hoc unum ſtudium concupiſcentem, ut nihil concupiſceres.* L. Seneca ad Matrem, cap. 16. *Reſpice fratres meos, quibus ſalvis, fas tibi non eſt accu-*

ſare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ſare fortunam, in utroque habes, quod te diverſa virtute delectet. alter honores induſtria conſecutus eſt; alter ſapienter contempſit, &c. Sequentia hic lege: *& ut eloquentiæ tantum ſtudeas, facilis ab hac i. c. a. excurſus eſt.*

Pag. 146. *Ut te bene cedentis ſtudii labor teneat*] Egoque, cum iſti ſtudio diu ſatis & feliciter inſudaveris, propoſuerim ad alia te traducere, maxime illa, quibus dediti ſunt fratres. Sed cum cogito, verum eſt, *labor terreat*. Reſpicitur ad illa, quæ de Arellio Fuſco & Fabiano memorata ſunt. Qui ſummi viri maximo labore uſi, abſolutæ ſuis partibus facundiæ conſequi laudem non potuerant. Quorum exempla recognoſcens, ut relata erant à patre, deterreri à ſtudio eloquentiæ poſſet Mela, & proin ſuſpicari, quod iſta recitatione inſidias ſibi pater faceret.

Paterno contentus ordine] Schottus, quia de filio hujus Mela proditum, equeſtris eum ordinis fuiſſe, & hic eſt, *paterno vivas ordine contentus*; hinc etiam patrem Senecam iſtum in ordinem provehit. Quæ neceſſitas eſt nulla, nam ſæpe id uſu venit, ut ad altiorem ordinem Romæ eniterentur filii, quam parentes, & *ordo* præterea non ſemper ad tres illos gradus civium, Senatum, Equitem, Plebem, reſpicit. Sæpe ſtatum, locum, conditionem quamcunque denotat. Terent. *Homo mei loci atque ordinis*. Cæſar apud Sueton. Jul. 29. *Difficilius ſe principem civitatis à primo ordine in ſecundum, quam ex ſecundo in noviſſimum detrudi*. Tacit. 4 Annal. 40. *Falleris enim Seiane, ſi te manſurum in eodem ordine putas, & Liviam, quæ C. Cæſari, mox Druſo nupta fuerit, ea mente acturam, ut tecum ſeneſcat*. Verum tamen eſt Marcum hunc Senecam equeſtris ordinis fuiſſe: ſed aliter eſt probandum. Omni exceptione major eſt locus 14 Annal. 53. in facundiſſima illa oratione Senecæ filii ad Neronem: *Egone equeſtri & provinciali loco ortus proceribus civitatis annumeror?*

Erat quidem tibi ingenium] Veneta, *ejicit quidem*. Unde legas, *erigit quidem te*. Ita melius etiam conveniet illud ſequens: *Eſt & hoc ipſum melioris ingenii pignus, non corrumpi bonitate ejus, ut illo male utaris.*

Aliquando ejus proceſſus avidus] Magis arrideret: *ejuſmodi proceſſus*, vel *proceſſuum*. *Proceſſus* hic ſunt incrementa, ita & Quintilian. declamat. 3. Adſcribam, ut legendum locum puto: *Invicem ſperare etiam proceſſus poteſt: pro hoc merito accipiat fortaſſe vitem: ordines ducet, & ſub illo alii militabunt*. *Ordines ducere* explicat illud de vite, proprie enim de centurionibus illud accipiendum, ut ad majoris tamen etiam poteſtatis loca in militia pertineat. Juſtin. 11. 6. Lipſ. in nota 98 ad 2 Ann. Taciti. Utrumque hic cogitaſſe non abs re erit.

Qui ut aliquando, cum Sextium audiret] Senſus velit: *poſt aliquanto, quam Sextium audierat, declamitabat*. Poſtremam vocem ex conjectura ſola pene ita reſcripſeram, cum vidi Schottum monere, ita in antiquis libris eſſe: quamobrem & ipſe ſic edidit. Cic. de Offic. *defenſitare cauſas*. Tacit. *factitare delationes. coactiones argentarias* in Veſpan. in Galba *actitare cauſas*. Nep. in fragm. *A. Albinus res Romanas oratione Græca ſcriptitavit.*

Pulcherrimæ diſciplinæ continebantur] Veneta, *continebatur*. Unde eſſet: *pulcherrima diſciplina*. ſed vide Gruterum & Schottum.

Pag. 148. *Non quoties volueram*] Lege, *voluerat*. Omniaque expedita erunt. Nec Lipſii emendatio neceſſaria. Senſus tamen eodem redibit. Confer cum his initium præfat. 7. Controv.

CONTROV. IX.

Quæ inter jocum ipſis dominis veniunt] Natum mihi erat prius: *Quæ interim jocum ipſos Dominos fecerunt*. Petron. *petoque & oro, ne nocturnas religiones jocum riſumque faciatis*. Propert. *ne turbis fabula fiam*. *Interim* pro *interdum*, quo Quintiliano nihil frequentius, jam Senecæ tempore in uſu fuiſſe patet

patet ex Controv. 11. fin. Deinde leviſſima mutatione obſervavi poſſe corrigi: *quæ inter jocum ipſis dominus pereunt.* quod illuſtratur loco Salluſtii in B. C. *nam quid ea memorem, quæ niſi his, qui videre, nemini credibilia ſunt, à privatis compluribus ſubverſos montes, maria conſtrata eſſe? quibus mihi ludibrio videntur fuiſſe divitiæ.* add. Horat. 3. Od. 1. Sed lector eligat commodiſſimum: *Quæ interim in jocum cum ipſis dominis veniunt.* Cujus conjecturæ pars eruditiſſimo Fabro debetur.

Speciosſus cum periculo nitor: & ſine cauſa] Magis fluat, minuſque abrupta ſit oratio: *cum periculo nitor eſt.* Dein legendum forſan: *ſine cauſa ſæpe influit, & ſine ratione deſtituit.* Nam & filius in Thyeſte 536. ATR. *Quis influentis dona fortunæ abnuit?* Thyeſt. *Expertus eſt quicunque, quam facile effluant.* Quæ translatio, unde ſit orta, ipſe docet verſ. 450. Tragœdiæ ejuſdem: *cur bonis tantis ſinum Subducis?* Valer. Max. 3. 4. 4. *ita ſe in ejus ſinum fortuna effudit.* idem 4. 4. de Gillia Agrigentino: *quem*, ut ait, *propemodum ipſius liberalitatis præcordia conſtat habuiſſe.* Poſt alia non vulgaria hujus rei documenta; *Quid multa?* inquit, *non mortalem aliquem, ſed propitiæ fortunæ benignum eſſe diceres ſinum.* Ubi fortunæ tribuit ſinum, unde effundat ſcilicet ſua bona alumnorum ſuorum in ſinus. Martial. 1. 16.

Gaudia non remanent, ſed fugitiva volant.
Hæc utraque manu, complexuque aſſere toto;
Sæpe fluunt imo ſic quoque lapſa ſinu.

Unde quis arbitretur, nihil hic mutandum, & prioris membri poſterius interpretamentum eſſe.

Sine cauſa deſtituit] Adi notam Gronovii ad Sen. 2 de Ira, c. 10.

Pag. 149. *Accipe vita meæ teſtem*] Legendum: *Accipite vitam meam teſtem. quid magni æſtimatis*, &c. Verba ad judices, apud quos abdicanti patri contradicitur. Qui cum moveri viderentur auctoritate divitis, qui hunc pauperis filium adoptatum cupiebat; negat filius abdicatus id in hoc quidem negocio ponderis ullius eſſe debere, quippe cum tres dives ipſe filios ſuos abdicarit: unde illi placere ſine dubio difficile: ſed vitæ ſuæ habendam rationem: in qua nihil culpandum niſi quod patrem amet. Ita dein & ſequentia ad judices dicta. add. tamen Contr. 9. init.

Abdico, inquit, hoc pater verus] Vidius, &, ut credo, verius: *hoc pater verus? quid ab eo*, &c. Saltem ut vulgatum facile intelligatur, hoc notaſſe non inutile erit.

Quartum abdicat] Quia cauſa eſt, cur ego abdicer, & præterea cur abdicatio non reſcindatur. Saltem pro virili id impedire nititur. Ita Calp. Flacc. declam. 39. *Ego te, fateor, occidi, dum cum matre contendo.* Declam. 44. *Si perſeverat in mea pœna, hunc mater occidet.* Cauſa erit, cur occidatur.

Quiſquis es avarus pecuniæ cuſtos immenſæ, cum multa] Hæc ita male eſſe edita ſatis arguit, quod in antiquis aliis quidem eſt: *immenſique cultor ſoli cum multa.* in aliis, ut & in Veneta: *immenſæque cultor*, &c. *Syllæ.* Ex *Syllæ* Faber Siciliæ, quod minime damnaverim. Scriptumque ita ſit: *Quiſquis es a. p. c. immenſæque cultor Siciliæ, cum multa quæſieris, poteriſne omnibus frui?* Atque hæc ſi ſcripſit Fuſcus Arellius, utcunque non commode accurateque nectantur his ſequentia, minime id mirer, cum paſſim illius orationem obſerves tortuoſam, vel ut Senecæ ipſius uter verbis & judicio, *operoſam, atque implicitam.* Quod judicium omnes facient, qui vel ea legent, quæ hac in Controv. ille Rhetor dixit. Iſtis conjunctum & permixtum vitium eſt, incommoda connexio. *Immenſæ cultor Siciliæ quo pertineat*, oſtendet Flor. 3. de B. Serv. & Cic. 4 in Verrem ab init.

Ecce turba juvenum ſine patre] Claudian. *te felix natorum turba coronet.* etiam de tribus Seneca filius in Thyeſte 979. *Totumque turba jam ſua implebo patrem.* Confer verſ. 717. & ſeqq. ut hoc loco. ubi tamen latius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

poſſit porrigi, ut accipiatur de quibuſcunque in corona populi, qui aliquo caſu patribus orbati eſſent, quos inter & tres iſti divitis filii abdicati. *turba* de filiis pluribus infra etiam hic Arellius. de plurimis *populus* Juſtin. 10. 1.

Impera quidvis] Plena ſit oratio: *Impera, pater, quidvis.* Sed & mox ita ex abrupto ad divitem convertitur, cùm adhuc egiſſet cum paupere patre: *Merito abdicaſti, an immerito?* Ut quæ inſerenda credas, ille more ſuo omiſerit, & ut potuerat ad populum, aut judices, aut in ſenatu dicere, vultu adverſarium, aliumve tantum aggrediens & notans, ut non & exprimeret nomen, ita ſua hæc ipſe ſcripſerit, aut Seneca nobis retulerit.

Vnde talem patrem?] Formula & gemmula Latinitatis. Integrum: *Vnde talem patrem exſpectes*, aut, *obtingere poſſe ſperes?* Quibus pulchre judicium, atque affectus ſuos expreſſerunt, cum vel offerrentur, aut contigiſſent nec opinantibus, quæ quoſve unice expectarent ac deſiderarent; vel voverent, eorum copia quo ſibi aliquando fieret. Egregia jam congeſſit ſummus Gronov. ad Herc. Fur. 296. ubi eſt: *unde illum mihi, Quo te tuamque dexteram amplectar, diem?* Item Diatr. ad Stat. cap. 9. Adjiciam ipſe hæc paucula ex Quintiliani inſtit. igitur orator. 1. 6. *Vnde enim tantum boni, ut pluribus, quæ recta ſunt, placeant?* Declam. 256. *Vnde tantum boni, ut reddere poſſis illam valetudinem, illum furorem?* Declam. 306. *Vnde nobis tantam felicitatem, ut ad infantem mors arceſſita non veniat?* & 330. *Vnde mihi tantam felicitatem, ut hoc crimen ſit?* Declamat. 301. *Vnde enim nobis adverſus iſtum tantos inimicos, ut vindicaremur?*

Non iraſceris niſi ut ames] Id eſt, *quod amas*, & me in divitias tranſire vis. Ita explicare poſſis. *Vt* enim paſſim jam apud declamatores: infr. diviſ. *In hoc ſine dubio, ut pius ſim, & ad manum argumentum eſt. quod* ſonat: quod monui ad Calpurn. declam. 22. Malim hic tamen: *non iraſcereris, niſi & ames.*

Quid porro iſta patrimonia, in quæ &c.] Antiqui *matrimonia:* quod pro bonis maternis non recte accipi & probari contra Cujacium & Fabrum, quos viros! jam ſatis ſolide demonſtravit Gronov. hoc ipſo loco. Hic tamen ut mutemus, ſæpe mecum dubitavi, num eſſet neceſſe. Cumque didiciſſem librum unum Gruteri, cui concinit Venetus, præpoſitionem, quæ ſequitur, nullam agnoſcere, & in Vaticano Schotti non *dominorum*, ſed *domorum* eſſe exaratum; cœpi hanc lectionem, huncque ſenſum non damnare: *Quid porro iſta matrimonia, quæ maleſani ſtruitis, gaudia domorum; an onera ſunt?* Ubi domos pro familiis intelligere me, quivis videt. Opes uxorum doteſque ampliſſimas onera eſſe ſæpenumero pulchre docet Megadorus Aul. Plaut. 3. 5. Præterea Salluſtius de Romanis: *iis otium, divitiæ oneri miſeriæque fuiſſe.* Igitur filii hujus cùm cenſeret pater vel ea cauſa tranſeundum in familiam divitis, ut iſta uſus occaſione, egregie dotatam in matrimonium accipere poſſet. primum ait iſta matrimonia, quamvis unice iis velificentur patres, onera potius, quam gaudia eſſe. Præterea divitias cauſam eſſe, cur familiæ infortuniis affligantur. quod expreſſum periodo ſeq.

Pag. 150. *Mille, cum ventum inter vices ſuas*, &c.] En monſtrum lectionis nec procuratum adhuc à quoquam puto. In Vaticano eſt *conventum*. in Gruteri uno pro *vices*, *vites*. Omnia puto recte habebunt hac emendatione: *Mille circumventorum inter divitias ſuas exempla referebas*, &c. vid. ad finem horum, quæ dixit Arellius. Domum hujus divitis importata ſit calamitas vel ipſius impotentia, vel filiorum inſolentia: utraque naſci ex opibus ſolent.

Pag. 151. *Merito abdicaſti, an immerito?*] Arellianum hoc eſt, ut paulo ante: *Impera quidvis.* ubi notavi.

Apud illos humilitas eſt] Quæ nos tanquam frugalium laudamus munera & virtutes, illi aſpernantur & deſpuunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ſpuunt, tanquam abjectorum terræque filiorum propria vitia.

Petis iterum potius filios] Vehementer dubitem an non fuerit: *Repetis iterum potius.* quod depravatum culpa ſit illorum, qui iſtiuſmodi pleonaſmorum elegantias cruditate ſtomachi rejecerunt. Vide Caſaub. ad Sueton. Jul. cap. 2. ubi eſt: *repetita rurſus Bithynia.* ita ſi reſtituas, initio huic accurate reſpondebit finis; *quam me recipis?* nam pronomen, quin injuria exturbatum ſit, non dubito.

Cujus tantam felicitatem nemo miratur: merito potens eſt] Proba hæc ſunt, nihilque audiendus Dalechampius. Intelligit Rhetor pietatem populi R. in patrem ſuum Romulum, quamvis agreſtem, paſtorem, denique ſortis tenuiſſimæ, cauſam eſſe, cur deorum & hominum judicio creſcere debuerit, & creverit: quare nec quiſquam ejus incrementa maximamque felicitatem miratur. Plin. Panegyr. *Civitas religionibus dedita ſemperque deorum indulgentiam pietate* (ita lego, male vulgo *pie*) *merita, nihil felicitati ſuæ putat adſtrui poſſe, niſi ut dii Cæſarem* (benevolentia in nos ſua) *imitentur.* Illud, *merito potens eſt*, ſubjungitur, ut eo præcedentium reddatur ratio. Simil. Flor. 1. 1. *Imaginem urbis magis, quam urbem fecerat: incolæ deerant.* item: *Res erat unius ætatis: populus virorum.* Roma igitur ex ſententia Arellii gloriari poterat illo Catulliano: *Hoc mihi dii dederunt pro pietate mea.* nec id fugiebat alios.

Nemo ab ejus origine eſt, quem non reliquerit] Periodus hæc non eſt committenda antecedentibus, quaſi illorum ſit membrum, aut ratio. Generale eſt effatum, quo negatur ab eo quemquam eſſe progenitum; ejus patris eſſe filium ac ſanguinem, quem facile reliquerit. Sola negatio in cauſa fuit, cur hic aliquid infuſcaretur: unde divinabam: *quem poſſit relinquere.* etiam cogitavi: *quem ſponte reliquerit.* aut ſaltem expungendum illud *non*. De ſenſu non metuo, ne non verum dederim.

Quæreres, quis emptor eſſet] Veneta & Gruteri unus: *Quæreres non quis ſuus emptor eſſet.* Simile alii. Schottus veterem lectionem ait præferre: *Nunquid ſi is emptor eſſet.* Igitur legam: *Numquid uſui emptori eſſet.*

Non me hercle habeo, quo] Antiqui, *nam me hercle horam qua.* Quid ſi: *Utinam me hercle haberem, quo tibi ſatisfaciam.*

Hoc ſomnium] Hic quoque obhæſerunt literati, variantque codices. vulgatum tuetur editio Veneta & nonnullæ aliæ. Schotti Covarruvian. & Aurelii Ms. *hoc ſuum ſummum.* unde certum elicere nondum potui; niſi quod ſuſpicabar *ſuum*, ex ſubſequenti voce eſſe iteratum. ſenſuſque ſit continuo hac lectione: *Interim pluris omni patrimonio hoc puto hoc ſummum.* Sine hac ſuſpicione exſculpas: *hoc tuum ſtudium.* ita quoque in dial. de orat. conjiciebamus. *Studiorum* pro *ſummorum* eſſe corruptum. Sed antiqui ut ſupra, ita hic, non *patrimonio*, ſed *matrimonio*. Putemque ſi verum ſit: *Interim pluris omni matrimonio hoc puto, hoc ſomnium eſt.* non inexplicabilem eſſe locum, eoque ſignificari, quod filius hic voluntatem hanc patris ſe ſi non adoptione ipſa, divitis ſaltem matrimonio, quod per eam occupare poſſet, felicem ac beatum facere ſtudentis, non minus ampleƈtatur & exoſculetur, quam conditionem quamvis ſplendidiſſimam, quam non abſurde his inculcat: *hoc ſomnium eſt.* Virgil.

——— agit ipſe furentem
In ſomnis ferus Æneas.

Thaïs apud Terent. Eunuch. 1. 2. *Dies noƈteſque me ames: me deſideres: Me ſomnies: me expeƈtes: de me cogites*, &c. His convenienter ſubjungit noſter: *Quod ſic me omittere curas, ſatis amare non poſſum.* ubi *amittere* elegantia Plauto Terentioque familiari eſt *dimittere*. Livius etiam 30. 24. *Ex oculis manibuſque amittere prædam.* Poſtremum illud ad hunc locum, fateor, quod mihi valde blandiatur.

Tanquam ego vos ejecerim] Ita enim interpretabuntur homines; divitem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ut me adoptaret, filios ſuos domo exturbaſſe. quod invidioſum.

Quid eſt, quod aut negandum mihi, &c.] Simplex: Quid eſt, quod peccavi? Quod facinus, quod flagitium in te admiſi? Galba apud Tacit. 1. Hiſt. 15. ad Piſonem: *ea vita* tua eſt, *in qua nihil præteritum excuſandum habeas.*

Pag. 152. *Abdicatio loquax eſt*] Accipiendum, ut ſi dixiſſet: *Abdicatus loquax eſt.* Ovid.

Verba miniſtrabat liberiora dolor.

Non tibi per multos liberos fulta domus eſt] Verba ſunt ad patrem naturalem, quibus illatæ denſæ tenebræ, quod membro truncata ſunt. Id quod antiqui cod. conſervaverunt, qui exhibent poſt, *nec multus intra limen hæres eſt,* hæc præterea: *nec poſt te aliquem retinas.* lege: *nec poſt me aliquem retines.* unicus enim filius erat. Effuſa hæc & vaga. Denique Arelliana. vid. præfat. His autem redditis ſuo loco ſequentia egregie illuſtrantur. in quibus tantum *dare* in *abdicare* mutandum videtur. ſic erunt omnia perſpicua.

Poſt eveſtigata] Reſponſat palato illud *eveſtigata:* & præferebam *extirpata,* ut adſpectum ſit ad hiſtoriam, quam miſit in literas Plutarchus; ad Senatum nempe hunc Craſſum deleto bello ſcripſiſſe; ſe τȣ̃ πολέμȣ ſuſtuliſſe ῥίζαν. Sed retinet me, quod ſuſpicor, ad fugitivarios forte alluſum à Rhetore. Ita ſi ſcriptum eſſet, *inveſtigata,* ſublata poſſit videri difficultas. cum inveſtigare non tantum ſequi veſtigiis, ſed & capere ſonet. Plaut. Aulular. 4. 9. 3. Si *eveſtigata* hoc ſenſu inveſtigavero, nihil mutem.

Dicta præterea illa corrumpentium] Lege: *propterea.* Quanti momenti ſit hæc correctio, exiſtimare poterit, qui antecedentia de Crœſo Craſſoque cum his comparaverit.

Exemplo iſtam poſueritis domum] Ut ſit ſenſus, reſcribe: *poſituri eſtis.*

Hoc ſcio noſtros fuiſſe majores] Quod nempe ego & tu ſumus, pauperes & tenues. Martial.

Tu quod es, è populo quilibet eſſe poteſt.

Mirantes pecora ſua] Mirari hic ſi non eſt depravata vox, eſt adſpicere cum admiratione. quod quandoque ita ſe offerre notat Torrent. ad Horat. Hac autem tempeſtate Rhetorum pretioſa vaſa & veſtimenta, tabulas, toreumata & his gemina mirabantur. Prudentius eo ſenſu in Pſychom.

Dum currum varia gemmarum luce coruſcum
Mirantur.

Appoſitum tamen illud quoque eſſet, & quidem ſingularem in modum: *numerantes pecora ſua.* notiſſimum eſt poëtæ: *Pauperis eſt numerare pecus.* Confer de his Latin. Pacat. cap. 9. cujus etiam eſt, cap. 22. *Sed quod facere magnas urbes ingreſſi ſolemus, ut primum ſacras ædes, & dicata Numini ſummo delubra viſamus, tum fora atque gymnaſia, & pro ſuis extenta porticibus ambulacra miremur,* &c. Item: *Quin cum vicinum habeant permiſſa faſtidium, nunquam iſte mirantes explet oculos: magis magiſque viſus expetitur, & (novum dictu) præſens deſideratur.*

Meum rogando patrem, veſtrum rogare diſcite] Oſtendit bona fide iſtam adoptionem ſibi non eſſe cordi: dum hortatur divitis abdicatos filios ad ipſius orandum patrem & quidem impenſiſſimis accuratiſſimiſque precibus, unde exemplum dein ſumere & perdiſcere poſſint, quomodo ſuum placarent patrem, atque exorarent.

Abdico, inquit. apparet, unde venias] Malim: *Non abdico, inquit.* Cum autem ſubjungit filius, *apparet unde venias,* ſignificat domo patris ſui, cui advocatus ſit, venire; atque ibi cauſam abdicationis ſuæ fuiſſe: *Abdico non eſt patris mei verbum.* Infr. Vib. Ruf. item Silo: *Ecce tu, quam cito abdicare didiciſti.*

Quare ne auferam, &c.] Venetus & duo Schotti: *Quare reſpondeo.* quæ ille pro gloſſemate damnare non debuit: potius ſumſiſſet laborem ad explicandum. *reſpondet* in judicio, qui ſe defendit. contradicens hic abdicatus etiam reſpondet patri. Cic. 3 in Verrem init. *præſto eſt: reſpondet: defenditur.*

Dein

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Dein diſtingue: *Nec tam v. e. emendaris? qui abd. ſ. a. quærit alienos. Nulla* &c. Contra Quintil. in argum. declam. 368. *Rapta invito patre nuptias optavit, ob hoc abdicata tacuit.* ita & in ſerm. declam. 355. & alibi. At lib. 6. in exc. Controv. 1. arg. *Abdicato fratri frater chirographum dedit, dimidiam ſe partem hæreditatis daturum, ſi non reſpondiſſet.* Infra in diviſion. *Abdicatus reſpondeo.* item *emancipanti.*

Ego divitis filiis invidebam] Significat ſe hos multo feliciores fuiſſe. Senec. Phœn. 496. *Exoro an patri Invideo veſtro? O Edipum cæcum me judico multo fortunatiorem?* ita ſæpe idem. Petron. *Nolo fortunam ſine invidia.*

Pag. 153. *Et colles equis utrimque compl.*] Unde ſe effundant in hoſtes ſubjectos.

Illatorum multitudine cadaverum] Antiqui: *illatium.* item *illantium.* unde ſcribo: *& illacrymantium multitudinem cadaverum vel ſpoliantium.* Juſtin. 11. 12. *Ejuſque* (uxoris Darii) *mortem illacrymatum Alexandrum.* Ubi fruſtra Bernegg. dubitat, num *morti* rectius ſit. Sen. in Herc. OEt. *quicunque cæſos ingemunt nati patres.* Ovid.

Inque meos ſi non lacrymas demittere caſus, &c.

Si quæſierit aliquis] Forte: *Sic quæſierit.* & dein, *coëgerit.*

In vitio corruperint] Malim, *in vitium.* Tacit. *in miraculum, in adulationem corrumpere.* à vero & recto in ea deflectere.

Pag. 154. *Vicina urbium excidia*] Poſt Schottum & Gronovium non pigebit & ipſum aliquid ſumſiſſe laboris ad hæc illuſtranda. Venetus aliique nonnulli: *Hinc & vicina urb. e. ſ.* Verum: *quæ & illa urbium:* unde emendatio facilis: *quæ & ipſa urbium excidia ſunt.* id eſt, cauſa excidiorum: Vid. ad Calpurn. declam. 11. De reliquis ex conjectura ſcribo: *Quippe non defendunt invicem: ſed in communi periculo ad prædam, ut hoſtes, currunt; in aliena & in ſua damna rapidi: corraduntur lapſa, ipſaque cum maxime flagrantia: ita ſpolium ex alienis ruinis ferunt. In hos ergo exitus*, &c. Erant ex luxuria revoluti ad inopiam, aliique petulantia atque inſolentia inſignes, qui domibus locupletum maxime ſumptuoſis injicerent ignem, quo rapiendi illis quidem, his licenter multa faciendi eſſet occaſio. De iis nunc querelam interponit. Quanto vero olim mores fuerant alii! Val. Max. 4. 3. 14. *In illa quoque procella, quam C. Marius, & L. Cinna reip. inflixerant, abſtinentia populi Romani mirifica conſpecta. Nam cum à ſe proſcriptorum penates vulgi manibus diripiendos objeciſſent: inveniri potuit nemo, qui è civili jactura prædam peteret. Unus enim quiſque ſe ab his perinde ac à ſacris ædibus abſtinuit.*

Quam vinctu ſevere in hoc, &c.] Hæc quoque ſolius ingenii ope reformanda, ſenſuſque, qui nunc eſt nullus, inferatur dilucidus ſatis, ſi legas: *qui anſis vinctus non cederet: in hoc pavimentum teſſellatum, & infuſum tectis aurum.* De anſis, quæ *anckers* Belgis, commentat. ad Vitruv. cujus eſt c. 8. lib. 2. *& cum anſis ferreis & plumbo frontes vinctæ ſint.* De pavimentis teſſellatis Caſaubon. ad Sueton. Jul. Quondam vero tectis templorum tantum infuſum aurum.

Quin etiam montes ſylvæque in domibus marcidæ, &c.] Rurſus nova hæc eſt charybdis, in qua diu laboravi. Tandem eo evaſi, ut viderem, quod auxilio eſſe poſſet, nec illud amplecti dubitavi, donec ſe offerret melius. Ecce ipſum: Quin etiam montes ſylvæque in domibus marcidis, ſed umbra muſcoque viridibus. Quæ ſequuntur eant, quo malum huc pedem intulerunt: hic enim alieniſſima & nauci ſunt. Connecte porro: *Et maria amneſque imitantur.* (nam & Gruteri unus *mittantur*) *Vix poſſum credere, quemquam eorum* (ita eſt Covarruv.) *vidiſſe ſylvas patenteſque campos, quos rapidus amnis ex præcipiti* &c. *interfluit.* Deinde in Gruterianis duobus eſt: *Videlicet, ut quæ inſtantibus.* Unde fecerim: *Videlicet ſunt* (illa ficta & ſimulata) *quæ infantibus tangi comprehendique manibus ac ſinu poſſunt. At magna*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

non capit. Infans manus, ſinus, ut apud Mart. lib. 9. epig. 74. *infantis parva figura manus.* lib. 12. ep. 82.

Sit licet infanti ſordidiora ſinu.

ita *infans os*, *guttur*, *ſtatua*, *pudor* apud optimos. Exempla collegit eruditiſſimus Nicol. Heinſ. ad Epiſt. 9. Heroïd. Ovid. Continuanda deinde ſic ſit oratio: *Exiguum eſt & hoc:* quod memoravi de amnibus & ſylvis loco alieno arte repræſentatis. *Littoribus quoque moles invehuntur*, &c. Confer Horat. 3. Od. 1. Adhuc non infeliciter puto rem ceſſiſſe: in fine non perinde mihi ſatisfacere poſſum. Dabo tamen quo melius adhuc reperire non potui. hoc illud eſt: *adeo nullis gaudere veris ſciunt, ſed adverſus naturam alieno loco aut terra, aut maria, ut mutatio ægris, oblectamenta ſunt: inter umbras faſtidio rerum naturæ laborantibus.* Sed & hæc ipſa forſan eruditis probare poſſimus.

Pag. 155. *Meritis amoris alienum feci*] Fuit credo: *Meretriciis amoribus alienum feci?* nempe te, pater? Terent. And. 5. 4. 10. S 1. *Ac meretricios amores nuptiis conglutinas?*

Multos divites accuſatos] Vel quod maligno hominum rumore, qui gaudent altos humili læſiſſe veneno, ſunt dilati: vel quod vera ratione ſunt accuſati, & quidem ſæpe nulla alia cauſa, quam quod divites & ſui periculi merces eſſent.

Quid cruentius?] Gronov. *crudelius*, ſenſu, quo eſt durius, inhumanius. Ego nihil mutem. Controv. 7. *deſcripſit mores hominis impii, cruenti.* hic vero *cruentius* paulo magis hyperbolicum eſt.

Hæc eſt divitis quarta abdicatio] Lege, *erit*, aut *eſt* ſic accipe, haud dubie quartæ abdicationis cauſam diviti futuram hunc rudem incultumque moribus nunc adoptatum.

Hoc nunc primum mihi accidit] Veneti & Vaticani præfero: *Hoc non primum*. tanto æquiore feret animo, quod non primus hanc ſuſtinet calamitatem. Malim vero: *Dictus ſum divitis filius, etiam abdicor*, exemplo filiorum divitis.

Pag. 156. *Unum abdicat, adoptio tres*] Veneta editio: *Unum abdicat adoptio. tres abdicat natura.* Credas fuiſſe: *Unum abdicatio, adoptio tres abdicat naturales.* Si ſe dediſſet adoptandum diviti, tribus filiis illius ſpem reconciliationis paternæ eriperet. Æquo igitur animo accipit, ſe ſolum eſſe abdicatum. Ad hunc ſenſum etiam redeunt vulgata. Accuratior tamen ſit oratio: *quæ unum; adoptio t. abdicat nat.*

In angulis divitiarum convictos ſtrepit] Lego ductum ſecutus conjecturæ Gronovianæ: *De divitiarum convictis ſtrepit, accuſationemque proſequitur.* Vibius Rufus ſupra: *Narrabat divitum incommoda: aiebat multos divites accuſatos. Proſequi* autem pro *perſequi* frequens eſt. Controv. 4. *Adulteros meos uſque ad limen proſecutus ſum.* Præfat hujus lib. *Obſcuritatem non potuit evadere: hæc illum uſque in philoſophiam proſecuta eſt.* Eſt & apud Vellei. 2. 92.

Cenſu judex in foro legitur] Antiqu nonnulli: *Cenſus judices in foro egit.* un de factu facile, *legit.* & ita ſine dubi hic legendum. Arnob. 4. adverſ. gentes: *Quis ad extremum deam pecunian eſſe credat, quam velut maximum nume veſtra indicant litteræ, donare annulos au reos, loca in ludis atque in ſpectaculis pri ra, honorum ſuggeſtus ſummos, amplitud nem magiſtratus*, &c.

Tunc paupertas erat ſeculi] Explica tur hoc locis geminis Cic. in Verr. *It enim tum* priſca rep. *æquabiliter omn erant hujuſmodi, ut hæc laus eximiæ vi tutis & innocentiæ non ſolum hominun verum etiam temporum illorum eſſe vide tur.* item 3 de Offic. *Iſta laus non hominis, ſed temporum.* Quanto h alia fuerunt tempora, quibus *corrun pere & corrumpi ſeculum* vocitabatu ita enim illâ taxat Tacit. Victor de Aurelius de Antonino Pio: *tantumq illo imperante floruere artes bonæ, ut illam gloriam etiam temporum puter* Quod ex iſtis Ciceronis intellige dum.

Tibi non noveris divitias eſſe paupert tem] Senſum exſculpo. Utcunque i viri paupertati tanquam divitiis a

qui

quieverint, utcunque dii paupertatem & divitias habeant promiſcua, aut & ipſi etiam paupertati magis faciles atq; addicti eſſe ſoleant; quippe cum & hæc ſanctior, & diis proin atq; ingenio ſuo ſit propior; adhæc cum deorum numen ſumme felix & beatum nihil opum aut divitiarum indigeat: tu tamen ne idem ſenſeris, multoque noris in uſu hominum eſſe disjunctiſſima divitias & paupertatem. Sed lege: *Fictilibus fuerint dii faciles: tibi non noveris*, &c. Olim emendaveram, *Tibi non voveris pro divitiis eſſe paupertatem.*

Ego me imperium] Stimulos admovet ambitionis, cum minus opum furioſa cupidine inflammare animum filii poſſet.

Pag. 157. *Dico mihi licuiſſe adoptare*] Expungit Gronov. Faber emendat: *Tibi non licuiſſe*, quod ſolida ratione Gronovius rejecit. Quid ſi legas: *Dico tibi licuiſſe adoptandum dare: Dico mihi licuiſſe*, &c. quam diviſionem ſi quis putidiuſculam judicet, is ſuæ ſententiam ipſius Senecæ adſcribat, qui ſatis manifeſtus eſt, diviſionem hanc Fuſci improbaviſſe.

Ut non licuerit] *Licere* intelligit, quod juris ſcripti verbis eſt conceſſum.

Verum eſt] Id eſt, æquum. recte Faber. Horat.

Metiri ſe quemque ſuo modulo ac pede,
verum eſt.

Ita & Terent. And. 4. 1. Cic. in orat. pro Quint. Eodem exemplo Homer. Iliad. α, τὸ κρήγυον verum poſuit pro τῷ ἀγαθῷ. Suaviſſimus inter ſcriptores Euangelii Johannes, 3. 21. ποιεῖν τὴν ἀλήθειαν. ubi & Nonn. ἐτήτυμα πάντα φυλάσσει. Idem Johannis 7. 18. ipſum ſemet ſatis, ita uti volumus, exponens: οὗτος ἀληθής ἐστι, καὶ ἀδικία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστι. ubi itidem Nonn. ἀναίτιος οὗτος ὁδεύει. Οἶμον ἐτητυμίης καὶ ἀτάσθαλον οὐδὲν ἐν αὐτῷ. Contra in Apocal. cap. ult. ὁ φιλῶν καὶ ποιῶν ψεῦδος.

Et hoc ſubjicior patri] Lege: *Sub arbitrio, inquit, patris non ſum: ſed hoc ſubjicior patri, quia pius ſum.* Diſſolutam poteſtatem patris abdicatione ſignificat fuiſſe.

In hoc ſine dubio, ut pius ſim] Nihil in his corruptum credo. Tantum, *ut pius ſim*, accipe, quod pius ſim. Supra: *non iraſceris, niſi ut ames.* ubi vide.

Quis ita? quia] Interrogatiuncula interpoſita, quo explicatius & dilucidius diceretur res, magiſque deſcenderet ad animos.

Quid ago, cum reſpondeo] Venetus: *ad quid ago, cum* &c. ita & Palatin. Gruteri. Senſus orationi redditur hac emendatione: *Atque id dum ago, reſpondeo & emancipanti.* Reſpondere in his eſt contradicere. Add. Gronov. ad lib. 6. Controv. 1. Emancipatio autem in his adoptionem reſpicit: nam ſubjungit: *Quid enim ad amittendum patrem pertinet, ejiciar, an transferar?* Ejici ſe intelligit abdicatione, transferri emancipatione ſui patris, quam divitis adoptio conſequatur. Certe adoptioni, quæ per æs & libram fiebat, interveniebat emancipatio.

Cœpit evertere, & exploſa quæſtione] Animadvertendam audaciam illorum, qui quaſi illud *evertere* hic nullum appareret, ita omnibus illius præteritis veſtigiis, imo illo & præcedenti etiam *cœpit*, exturbato, dederunt nobis: *Silo Pompeius ſic diviſit: exploſa quæſtione*, &c. Tu hoc ne ſequere, ſed verum, quod eſt: *Silo Pompeius ſic diviſit, cœpit à vetere & exploſa quæſtione: An in omnia patri parendum eſt. Vetus* pro rejecto & improbato. Terent. prolog. Andr. *malevolus vetus poëta.* Idem quod hic Seneca, & Latro judicat in diviſion. Controv. 11. *Nemo quæſtionem hanc jam tractat, ſicut ne illam quidem, An quicquid pater imperat faciendum ſit.*

Pag. 158. *Non poteſt à nobis abdicari, quod*] Duo verbula interciderunt. His reſtitutis, lege: *Si non poteſt à nobis ob id abdicari, quod arbitrii ſui eſt.* Controv. 1. itidem in diviſ. *Non poſſe filium ob id abdicari, quod ſuæ eſſet poteſtatis.* ubi vide.

Divitem eſſe, quodque] Lege: *& cum diceret divitem eſſe quoque, qui tot haberet*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ſolatia, & filium quæreret, dixit: Tibi non erit facile adoptare egeno. Diviti multa ſolatia & oblectamenta ex opibus (Plat. 1 de rep. τοῖς γὰρ πλουσίοις πολλὰ παραμύθιά φασιν εἶναι) tamen quærebat filium: cujus adoptione ſibi adſciſcendi non perinde erat copia futura pauperi, quare illi inutilis adoptio. Illud *egeno* ex ſenſu & voce *eum* mihi natum eſt. commodius ſuggerentem non invitus audiam.

Dat tibi notam reconciliandi tuos] Non mutem *tuos.* Animus, inquit, qui tibi ſuggerit de adoptione, filioſque ut quæras; ſimul monere incipit de revocandis & reducendis tuis, & potius quidem, quam adſciſcendis in familiam ac nomen alienis. *Reconciliare* etiam reducere eſt; Plaut. Capt. prol. *Nihil pretio parſit, filio dum parceret: Reconciliare ut facilius poſſet domum: Emit hoſce de præda ambos de quæſtoribus.* item act. 1. 2. 28. *Sed ſi ullo pacto ille huc conciliari poteſt, Vel carnificinam hunc facere poſſum perpeti.* verſ. 64. etiam *domum reconciliare.* Julius Rufinianus ex antiquo aliquo: *Helena redeat, virgo pereat innocens. tua reconcilietur uxor. mea nocetur filia necata.* Ita enim legendum exiſtimo: vulgo eſt, *mea negetur, filia mea.* ubi perit ſenſus & ſyncriſis præterea, ſive antitheſis, cujus pro exemplo iſta adduxit auctor, in fin. lib. de fig. ſent.

Quibus corrumpi poſſit exercitus] Veneta, *poſſet.* Malim, *poſſent.* Salluſt. vide in B. C. de exercitu Marii. & Juſtin. add. 31. fin. item Flor. 2. 6. de exercitu Hannibalis.

Contactu ipſa nocent] Veneta: *Nocentia tranſeunti bono.* Unde minime hiulca oratione ſcribo: *ad repellenda vitia contactu ipſo nocentia & tranſeuntia in bonos.* Vel potius iſtam lectionem amplectamur, & quod ſequitur, explicemus cum Grutero.

Pag. 159. *An tamen bono id adverſus, &c.*] Lego: *attamen bono.* add. Controv. 10. diviſ. Ut ſi ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetatur.

Negabant patrem daturum manus] Jam olim id notatum eruditis etiam apud ipſum Ciceronem occurrere, ubi vox eadem in priore membro negationem contineat. & in poſteriore affirmative exaudiatur. quippe cum utraque vi ſit prædita. tanquam *negare* eſt negantem quid dicere. Cic. de invent. p. 128. & 173. Jul. Severianus p. 304. f. Cujuſmodi de vocibus ad Contr. 2. egi. Hinc igitur Cæſar 3 de B. C. *L. Straberius obſides ab Apolloniatibus exigere cœpit. illi vero daturos ſe negare: neque portas conſuli præcluſuros.* Livius 6. 40. *L. illum Sentium & C. Licinium perpetuos (ſi diis placet) tribunos, tantum licentiæ novem annis, quibus regnant, ſumpſiſſe, ut vobis negent poteſtatem liberam ſuffragii non in comitiis, non in legibus jubendis ſe permiſſuros eſſe.* Alia Gronov. 4 obſ. c. 2. Unde illud quoque intelligimus voculam *ſed* eleganter poſſe omitti hoc in loco. Cic. 7 ad Attic. epiſt. 15. *Plerique negant Cæſarem in conditione manſurum, poſtulataque hæc ab eo interpoſita eſſe, quo minus, quod opus eſſet ad bellum, a nobis pararetur.* Vid. Manut. ad Cic. lib. 4. ep. 5. fam. & lib. 12. epiſt. ult. ita hic *negabat* etiam poſitum accipe. Quod probabit maxime, qui perſpexerit, quomodo poſterius ſit membrum, nunc affectum peſſime, perſanandum. Mihi ſalutifera medicina videtur, ſi ex *Brocco*, quæ vox nihili, ut & *Brocio*, *obortum* feceris. Perſuaſiſſimum mihi eſt, non abortum hunc, ſed juſtum partum eſſe. Sed omnia ponamus ante oculos, & eruditorum ſubjiciamus judiciis: Sic habent ex noſtra emendatione & ſententia: *Sed conſenſum filiorum adverſus patres dicturorum tacitum, neſcio quem, obortum. Conſenſus* & *conſentire* notum eſt pro *conſpiratio* & *conſpirare.* Conſenſus abdicatorem adverſus patres exemplum eſt in declamat. 218. Calpurn. qui ab hoc tamen alius eſt. Dein lege: *Quidam non male ratione uſus eſt, qui dixerat.*

Ire ad judicem diſtrictum nocens nollet] Tueor ita conſtanter auctoritate codicum aſſertum *innocens nollet. Innocens* ſi non ex vero, ſaltem ipſius aſſeveratione & exiſtimatione hominum.

Faber

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Faber hoc non animadvertens emendavit, alioſque dein traxit.

Volo, inquit, alius filium abdicet] Ut figurata hæc ſint, nec ſenſu expertia, lege: *Nolo, inquit, alius filius abdicetur, quam qui petitur à patre paupere, ut in adoptionem diviti daretur*, niſi *detur* mavis. *Nolo alius abdicetur* intellige, ut apud Sueton. *Solos ſcire audire Græcos*, id eſt, Græcos præcipue. De quibus Gronov. ad Hippol. Sen. verſ. 874.

Quam bonam, inquit, cauſam] Legendum: *quam bonam, inquit, cauſam pater hic habet. Diviſit hic* (quia commoda data erat occaſio) *deinde tranſiit.*

Pag. 160. *Quæ uſitata non erat*] Ab audacia nos hic auxilium mutuatos nonnulli exiſtimabunt. Sed hi ſciant, quicquid hujus eſt factum, id nos auſos, quia cognitum habebamus, eundem errorem gemina ratione, omnium ſæpiſſime eſſe erratum. quem intelligam ipſa docebit hæc lectio: *Sic cum declamaſſet eam controverſiam, & adjeciſſet, quæ uſitata non erant, ſi ille filius malam cauſam habet, ego bonam habeo: contulit ſuam cauſam cum illo.* Atque ita ſibi ad concluſionem viam munivit.

Diceret in eum, qui tantum æs habet] Venetus: *quod tantum æs ille habet.* Auguſtod. *quod tantum æ. illi debet.* Covarr. *qui t. æ. illi habet.* Unde conjicio, *qui tantum æs illi dabit.* Æris nomine pecuniam & opes intelligo. Nam vox hæc ita late patet. Senec. filius lib. 5. cap. 14. de Benef. *Æs alienum habere dicitur, & qui aureos debet, & qui corium forma publica percuſſum.* Ulpian. l. 213. D. de Verb. Sign. *Æs alienum eſt, quod nos aliis debemus: æs ſuum eſt, quod alii nobis debent. Tantum æs* eo exemplo, quo *ingens pecunia* apud auctores. Poſſis & *tradit* hoc loco. Etiam Covarruv. exponi poteſt. Lege autem hic, *dicet* pro *diceret*, ut mox pro *dicit*.

Qui ſibi abſtinentiam conv. imp.] Palat. abeſt dictio *ſibi*, nec diſplicet. Gruterus. cujus in ſententiam tanto etiam conceſſero facilius, quod & in Venet. non apparet.

Aliqua ſententia dulcedo ſurrepſit] Antiqui: *aliquas ſententiæ d. ſ.* Covarr. & Aur. Ms. *aliquos.* Lego: *aliqua iu.* Palat. præterea ut & Venetus & vetus Schotti poſt *ſurrepſit*, addunt, *qui non potuerunt ſubſiſtere.* Quæ cur exulare juſſerint, adhuc cauſam nullam video: tantum *cui* lege: & *ſubſiſtere* pro reſiſtere exaudi. Qua notione apud ipſum Cic. occurrit. Etiam cum caſu quarto. *Subſiſtere feras.* Liv. 1. 4. quod jam notatum ab aliis.

Nulla dulcedo ſententiæ ſurrepit] Palat. Grut. *nulla ſententia: quæ malam.* Veneta conſentit. niſi quod *nullam* exhibet, & vetus Schotti, item Aurelii Ms. uniceque mihi placet hæc lectio. Vulgatam obtruſerunt ex epitome, cui hoc loco ex præcedentibus id inſertum apparet. Sequentia legerim ut edita ſunt.

Deeſt corruptor] Qui ſollicitet & rapiat ad audendum, quæ animo grata ſunt.

Etiamſi ſuſtinerem me] Reſcribendum arbitror: *Etiamſi non ſuſtinerem me, tamen alicui tradi diviti nollem.* Nam *alicui* eſt in Palat. Grut. & Veneta, item Aurel. & Covarruv. *Suſtinere* pro ſuſtentare poſitum. Sueton. Auguſt. 18. *Reliquos Antonii reginæque communes liberos, non ſecus ac neceſſitudine junctos ſibi & conſervavit, & mox pro conditione cujuſque ſuſtinuit ac fovit.*

Quod ſimulabat ad verum redegit] Id eſt, verum fecit. Ita Flor. 1. 17. *Decius more patrio diis manibus obtulit caput: ſolennemque familiæ ſuæ conſecrationem in victoriæ precium redegit.* Nam quid hoc eſt, niſi fecit illam conſecrationem precium victoriæ, ſive, rem, qua victoria redimi & comparari poſſet? ita ſæpius Floro vox *pretium*. Lat. Pacat. pan. cap. 12. *Sanguinis pretio regium nomen emiſtis.* Antiqui in his: *quod diſſimulabat.* Unde legas non inepte, *quod diu ſimulaverat.*

Solebat autem ſic ad jocos pervenire ut am.] Miſere in lecto hic cubat locus: cui ita medeor: *Solebat autem hic ad locos pervenire, velut ut amorem deſcriberet, pene cantantis modo. Locos* intellige, quos vocamus communes, Sua-

ſor. 1. *Dixit deinde locum de varietate fortunæ.* & ſæpiſſime in his alibi. hic loci ſunt de amore & de divitiis. Controv. 11. de Ovidio declamante, *quod ſine certo ordine per locos diſcurreret.* Ubi Covarr. & Veneta *jocos.* peſſime. Quod res ibi fatetur.

Tanquam, Bacchari volo] Appoſite alludit, quia de Rhetoris iſtius inſania & furore, qui Bacchantium præcipuus, prædixerat. In Veneta expreſſum: *Cum tanquam B. v.* unde conjicias: *cuncta tanquam*; *B. v.* Poſſis hoc & ex *omnia* & *omnino*, quorum utrumque breviſſime ſcribi notum eſt, corruptum ſuſpicari. Illud prætereundum non puto, Longinum περὶ ὕψους cap. 2. βακχεύειν poſuiſſe, de iis, qui vere grandi & ſublimi dicendi uterentur genere, de quibus & ἐνθουσιᾶν eos auſus eſt dicere. ubi Fabrum vide. quod noſtro eſt furere, inſanire &c. id ille κορυβαντιᾶν vocat cap. 4. idem tamen cap. 7. τὸ σφοδρὸν καὶ ἐνθουσιαστικὸν πάθος inter fontes numerat, quibus perveniri ad ὕψος poſſit. add. fin. cap. ejuſd. & 42. m.

Et totiens cœpturus repetebat] Lege: *Et totidem.* Aut, quod malo, *Et quotiens cœpturus, totiens rep.* Ita & peccatum Suaſ. 3. prope fin.

Multa facunde explicuit corruptius] Conſtans lectio, ſi ab Rom. diſceſſeris editione: *Multa minus facunde explicuit de corruptis, quam Fabianus, ſed dulcius.* Quod interpretor, non muto. ſenſus enim aptiſſimus eſt: Ex iis, quæ corrupta erant, quibus uterque ſuas inſignierat declamationes, multa non ita facunde à Vibio hoc Gallo expoſita fuiſſe, quam à Fabiano eſſet factum, cujus elaborata erat oratio: Suavitate tamen iſtum ſuperiorem & commendabiliorem fuiſſe. Non injucunde accidit ad Aures, *Amorem deſcribere volo.* quod Vibii eſt. ut ſingularis tamen eloquentiæ laude cenſeri non poſſit, & negligentiæ potius confinio accedat. Turbaſſe videtur in his editores, quod non repetebant, *de corruptis*, ut *ex corruptis* uſitatum antiquis, nec hic aliter exaudiri oportere. Juſtin. 1. 9. *duos de conjuratis interficiunt.* Ipſe Virgil. 3 Æn. 623.

Vidi egomet duo de numero cum corpora noſtro &c.
Frangeret ad ſaxum.

Ignoti domino ſervorum greges] Pulchre illuſtrantur hæc nota 117 Lipſii ad Taciti Annal. lib. 3.

Propter quæ non litiget] Anton. Auguſtinus: *propter quæ nolit.* Schottum magis audierim, qui delendam copulam cenſet. Poſſis ſuſpicari, *nunc litiget*, quod minus tamen probare videtur ſequens: *ſed nunc refero.* In quibus, quod monendum præterea, *refero* eſt recordor. Ut jam in Suaſor. 2. monui, ubi eſt *refero memoria!* Hoc loco etiam venit in mentem: *Præter quæ non mitigent.* paulo poſt in verbis Latronis: *Ego illis ſuaſi ut tacerent, & patrem cedendo mitigarent.* Schotti illud maxime omnium placet.

Dum illos correctos putaverit, me ſtatim abd.] Veneta: *te ſatis minatum abdicabit.* Ita & Aurel. codex & Covarruv. & Baſil. Eraſm. vero & Palat. *te ſtatim minatum, abd.* Unde mihi non diſplicebat: *cum illos correctos putaverit eſſe ſatis, exterminatum abdicabit.* Verba ſunt ex perſona filii, qui adjicit dein, ut eſt in vulgatis: *Non faciet?* At Veneta: *Non faciet aliud?* Ita & Palat. Gruteri. Aurelii vero Ms. & Schotti Covarr. *Non faciet aliquid?* At & Eraſm. *Non faciet illud?* Quod facile amplectar. & *aliquid* ex *aliud*, corruptum, inquam, ex corrupto ortum crediderim.

Fabianus hoc colore, ut dixit, egit] Vellem eſſet: *Fabianus hoc colore, quo dixi, cum egiſſet, adjecit, Nolo dives.* Sed quis hoc audaciæ ſe crimine obſtringere velit? Et poteſt accipi Senecam his epitomen dare coloris voluiſſe, quo Fabianus eſt, quemque iis, quæ dixerat in Controverſia, ſubjecit. Ita & de Vibio Gallo ſubjuncta aptius his hærebunt.

Cum auro dominum timet accipere] In antiquis non eſt *timet.* tantum apparet & conjunctio. Unde literas ſecutus fecerim: *cum auro dominum etiam acciperet.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

peret. Idem in hac adoptione metuendum mihi intelligo. Poſtrema voculæ *etiam* initium ſuggerit ſequentis *acciperet*, quod & ipſum ita reſcribi minus inique feret, qui animadverterit, quod *&* illam vocem periodi præcedentis in capite excipit. Abſque hoc foret, nihil tamen de emendatione hac dubitarem. In verbis hujus Rhetoris pro patre infra: *Si reduxerit*, *inquit*, *illos etiam*, *quid fiet?* ubi pro *etiam* *&* corruptum.

Pag. 162. *Trium pædagogia*] Turneb. ad tit. D. de pen. leg. *Pædagogia ſunt puerorum cœtus*, id eſt, *ſervitia puerilis ætatis.* nos hic pueros nobilium miniſtros pagios, velut Pædagogianos pueros, ut Marcell. nominat, vulgo ſolemus appellare. Vide ipſum 8 Adv. cap. 9.

Quiſquis frugaliſſimus fuerit] Suſpicor, *non frugaliſſimus*, eſſe germanum. Nempe oritura ſervis indignatio erat, cum arctius haberentur multo, quam conſueſſent olim, ab adoptato hoc pauperis filio, qui unice frugalitati addictus in his deſcribitur.

Ut non omnes abdicaret. Ecce] Vix dubito, quin *diceretur*, aut geminum illi interciderit. Senſus enim flagitat: *Nemo illi placere poteſt. Ne in hoc quidem aliquem retinuit, ut non omnes abdicare diceretur. Ecce* &c.

Non eſt quod mireris, ſi te oderunt] Palat. Gruteri *odiant*. Id & Veneta exhibet. Quod hoc ego ſeculo minime expectarem. Ne ferrea quidem id ſecula valde probant. Tertullianus tamen antiqua & ſordida conſectari ſolitus ſæpius ingerit. ut Apolog. *Oditur ergo in hominibus innocuis etiam nomen innocuum.* in lib. de anima. *Herophilus ille medicus*, *aut lanius*, *qui ſexcentos exſecuit*, *ut naturam ſcrutaretur*, *qui hominem odiit*, *ut noſſet*, *neſcio an omnia interna ejus liquido explorarit.* Unde non aſſeram his temporibus aureo proximis *odire*, niſi conſenſu aliorum codicum compellar. Deteriorum ſeculorum barbarie potius ſuppoſitum credam.

Si te oderunt, *quos abdicaſti*] Lege: *qui tuos.* Ita Suaſor. *quot*, *quanti*, pro *qui tot*, *quod tanti* corrupta notavi.

Quidam dixerunt patrem] Veneta: *Quidam cum dix.* ita & Gruteri Palatin. Unde conjecerat: *Quidam tamen dixerunt.* cui conjecturæ convenienter, priuſquam eam vidiſſem, ab ingenio inſerueram *tamen*, ſed ut mallem dein, *dixerant*; *Patrem cupidum divitiarum. quod invidioſum eſt in hoc viſum.* In abdicationis nempe negotio. Ita manifeſtius mox cohærebit: *Itaque Latro optimo colore uſus eſt.* Poſtremum jam Gronov. monuit, ſed ſenſu alio.

Vellem timeres] Ita mihi ad ultimum patriæ poteſtatis decurrere fulmen non eſſet neceſſe: & te eo in ſtatu collocatum viderem, quem votis ſolum opto.

P. 163. *Si emendati fuerint liberi mei*] Mutila ſententia videbatur antiquorum codicum Schotto: ideo hæc ex epitome exſignavit & his infulſit. Eſt tamen, niſi fallor, ad manum vera lectio. Nam cum Aurelii in Ms. ſit, quamvis in margine id adſcriptum teſtetur; *hi emendati erunt*, *fruar: ſin minus*, *habeo hunc pro illis.* & Veneta editio, qua neſcio an uſus ſit Schottus, ſaltem uſum vix credo, exhibeat: *Si emendati erunt, fruere: habeo hunc pro illis*, &c. facile induxero animum uti credam ſcriptum fuiſſe: *Si emendati erunt*, *frater erit: ſin minus*, *habebo hunc pro illis.* Paulo poſt: *Si illi te fratrem gravabuntur*, *libentiſſime recipiam.* Paulo ante: *Tolle*, *inquit*, *in patrimonium meum: ego iſtum fratrem liberorum judicabo.* Quæ autem manca, aut mutila, aut quomodocunque corrupta in his controverſiis, ea iſtud reddere ad exemplum, quo ſunt expreſſa in epitomis, id nimiſquam periculoſum. Quod me indicente, ſatis res loquitur.

Tentavi quoties ſubtrahendum] Ut hic, ita periodo præced. *Tentavi*, cum Aurelii id etiam affirmet codex, exiſtimem cum Gronov. reſcribi verum eſſe, illique vitium allatum principio vocis ſeq. Hic vero valde geſtit animus reformare: *Tentavi aliquoties, ſed ſibi tradendum meum reſpondit*; *nec tanquam*

quam poſſit diviti deeſſe filius. Ut *non* pro *nec* vitioſe ſit ſcriptum, pervulgatiſſimum eſt hoc in opere. Paulo ante in verbis Albutii: *Adhuc nec abdicationem timebamus.* antiqui: *adhuc non.* Initium ꝑ *aliquoties* ſine vocis præc. periiſſe ſuſpicor.

Amicos, inquit, abdicat. uſus ſum] Fortaſſe: *uſu fit.* id eſt, ſolet fieri. Ita Faber. Tu lege, *Amicos, inquit, abdicatos veritus ſum.* Supra: *Latro illo colore uſus eſt: ſodalem ſe tribus divitis filiis fuiſſe: ſemper, inquit, illos colui, imo adhuc colo.* Minime diſputabit in hac emendatione, qui vel ſcierit, vel repetierit animo compendium, quo *veritus* Mss. dare ſolent.

An aliqui animum patris] Veneta: *An aliqui, qui animum:* quod ſubjiciat attendenti: *an aliqua & quæ animum patris à filiis avertant.* in Ms. Aurel. & Schotti Covarr. *advertant* legitur. Quod revocat in mentem Taciti loca 1 Annal. 41. *Velut in urbe victa facies, gemituſque ac planctus etiam militum aures oraque advertere.* 2 An. 17. *Octo aquilæ petere ſylvas & intrare viſæ Imperatorem avertere.* Plin. lib. 1. epiſt. 10. *Quantum mihi tamen cernere datur, multa in Euphrate ſic eminent & elucent, ut mediocriter quoque doctos advertant & afficiant.* Ita è *filiis* ſit emendandum. forte & *aliquis* & *advertat* melius foret.

Si reduxerit, inquit, illos, & quid fiet?] Gruterus hinc, *ecquid fiet?* Malim, *Si reduxerit, inquit, illos etiam, quid fiet?* Paulo ante in verbis Albutii hujus pro filio. *Munera, inquit, regia reſpuit: cum auro dominum etiam acciperet.* De Fabricio narrat: ediri *& acciperet.*

Darem filium paratiſſime commodatum] In his *commodato* interpolatum eſt. Nam Ven. Cov. Palat. & Aurel. Ms. *commodare*, unde non cunctanter reſcribo: *Sic de me dives meruit, ut illi darem filium paratiſſime, vel commodarem.* Quam emendationem probandam pervidebit, qui his præmiſſa comparet, cum iſtis Ceſtii Pii ſupra: *Si dives reduxerit ſuos, me recipies? Ita non adoptari, ſed commodari recuſo.*

Divitem inexorabilem eſſe lib.] Longe minus poſſit offendere: *Divitem inexorabilem fuiſſe liberis, ſed omnia ſe feciſſe, ut illum placaret.*

Eas, in quibus inter ſilentium & actionem, &c.] Hiat hæc oratio, & præterea difficultate ſenſus laborat. Veneta: *eas, inquit, inter.* Unde reputare mecum cœpi, num fuiſſet: *Otho Junius pater ſ. d. c. belle dicere, eas, inquam, in quibus inter ſilentium & ſignificationem medio temperamento opus erat.* Vox *actionem* obtruſit, & res non ſatis intellecta, & compendiaria ſcribendi ratio. Verum eſſe, quod dedi in hac quidem, cum res ipſa, tum Seneca arguit infra: *Ad Othonem redeo, à quo longius aberravi. Solebat hos colores adhibere, qui ſilentium & ſignificationem deſiderant.* Idem his voluit paulo poſt: *Otho tamen Junius bene dicebat has controverſias, quæ ſuſpicioſe dicendæ erant.* Atque hæc ex iſtis interpretanda. Vide etiam huc pertinentia, in diviſ. Controv. 14. Aliquid & apud Quintilian. 9.2. propius fin. Ubi hujus generis eſſe oſtendit, quod & res ſatis fatetur, argumentum Controv. 11.

Pag. 164. *Antiphontis libros vocabat*] Cicero hujus Antiphontis ſæpius meminit in lib. de divinat. lectu jucunda vide non procul fin. lib. 2.

Tantum in iis ſomniorum eſt] Veneta editio, *eſſe*, cui adſtipulatur Eraſm. & Palat. quare dubitabam, num ſcripſerit Seneca: *quod tantum in illis ſomniorum eſſet.* Ut Gallionis referat, non ſtatim ſuum judicium interponat Seneca.

Qui non poſſunt coargui, non ut &c.] Senſum exſculpo nullum, niſi legendum eſt: *qui non poſſunt non coargui, ut omnia aſſeverentur.* Ita intelligat, quod ita frivoli colores fuerint iſti ac vani, ut, quicunque audiret, quamquam nihil non aſſeverate diceretur, tamen non potuerint non refellere. Veluti ſi ſomnia quis referat, eaque pro veris perſuadere & inculcare velit, eum vel riſu aliove geſtu, vel verbis rejicimus. quis aliud poſſit? In coloribus vero maxime veriſimilia probantur. vide quæ

quæ dixit Fuſcus Arellius in colore Controv. 17. & de iis judicium Paſſieni, & comment. item Controv. 20. circa medium, & Contr. 20. ante fin.

Ut non eſſet aliquo homine offenſus] Lege: *Non eſt alio nomine offenſum*, id eſt, peccatum: quomodo optimis in uſu. Etiam defendi forſan poſſit, *offenſus*. ut, *multati ſunt*, *provocatus eſt*, *eſt cenſa*, &c. Sueton. Flor. Ovid. pro *multaverunt*, *provocavit*, *cenſuit*. Cujuſmodi de vocibus Quintilian. 9 Inſtitut. cap. 3. Sane etiam Cic. 1. de invent. *Offenſum eſt, quod eorum, qui audiunt, voluntatem lædit.* item: *& videndum eſt, ne ea res proferatur, in qua offenſum ſit, ut de ipſo, qui judicarit, judicium fieri videatur.*

Sed ridiculum eſt affectanti] Reſtituenda hæc periodus ita videtur: *Sed ridiculum eſt, affectari id, quod falſum, aut probare non poſſit.* Conſidera, quæ præcedunt, quæ ſequuntur, & pulchre hæc convenire intelliges.

Non multum intereſt in cauſa ſua] Particulam *ut* bis paulo ante male poſitam hic optime convenit. Reſcribendum: *ut non multum intereſt in cauſa ſeria, falſum aliquis teſtem deprehenderit, an ſervam. Seria* etiam in præf. 1. Controv. iis opponit, quæ in Controverſiis tractantur. Verba ſunt: *Aliquando etiam ſeriam rem agenti, & occupato, ſententia diu fruſtra quæſita, intempeſtive moleſta eſt. Deprehendere teſtem*, de improviſo reperire præſentem. Simile Quintilian. declam. 19. *Irrumpo feſtinanter, avide, ſine liberto, ſine ſervulo, ſicut me deprehenderat temporis illius fatum.*

Otho tamen Junius] Perſpicuum multo ſit magis: *Otho tamen hic Junius.* Quinimo manca ſine hac emendatione eſt oratio, cujus ſenſus: Quanquam inepte de coloribus ſcripſit, controverſias tamen difficiles etiam belle dixiſſe.

Suſpicioſe dicenda] Rutilius Lupus fin. *Nam vehementer eorum vitiis invehi non licebat. reticere omnino non expediebat. Suſpicioſe loqui potiſſimum placebat.* Qui locus eximius. Cicero in Bruto: *Niſi judicarem, qui ſuſpicioſius aut crimonoſius diceret, audiviſſe me neminem.*

Item memini optime dicere, &c.] Nihil memini obſervare frequentius in hoc opere, quam *item* pro *itaque* vitioſe ſcriptum. quod hoc quoque loco factum, & ſenſus clamat, unde primum emendavi, & codex Aurelii affirmat, in quo *Itaque* lectio vera conſervata eſt. In reliquis plus ſudandum: quibus ut aliquam afferrem ſalutem, plurimum me æſtuaviſſe fateor. nec adhuc, quod magis probarem, reperire potui, quam, *memini optime dicere illum non probato crimine de adulterii rea, in quam*, &c. Ubi crimen non ſatis probatum, ſuſpicioſa actione opus eſt. Quo in genere plurimum Otho valuit. Igitur & optime in hac Controverſia dixit. Iſtam vero lectionem inveſtigavi veſtigiis, quæ extant in Veneta, ubi eſt: *Dicere illum, quod hac ne adulteri reo.* item in Pal. & Eraſm. quæ exhibent: *pro hac re ne adulteri reo.* & Covarruv. cujus eſt: *pro hac re de adulterii reo.* Cum iidem vero libri dein *in quam* tantum probent, *reo* in *rea* mutare minime dubitavi. Illud etiam moneo, in primis illis minime cum Fabro ſuſpicandum eſſe, quod nomen deliteſcat uxoris. Argumentum fictum eſt: nullumque vel domini, vel ſervi, vel uxoris expreſſum fuiſſe nomen, manifeſte colligas ex themate, in quo res ſatis late explicatur, hominum ipſorum nomina ponuntur nulla.

Pag. 165. *Ad calumniam juraverat*] Non temere eſſe judicem, quod ita conſtanter antiqui illud *ad* ſervent. & ut nunc tamen habet, procul dubio vitioſum ac damnandum eſt. Tu vide, num placere poſſit, ſi reliquias vocis *actor* eſſe ſtatuamus. Quo demonſtrabitur inſignem confidentiam Syriaci fuiſſe, qui in re ita obſcura tamen accuſatoris ſuſceperit partes, & calumniam jurare non dubitaverit: quod in foro ſi temere factum revinceretur, graviſſimis pœnis obnoxium; inter declamantes ſaltem minuiſſe eruditionis, eloquentiæ ac prudentiæ exiſtimatio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

mationem ac famam, veri eſt ſimillimum. Primum venerat in mentem: *homo diſertus adeo*, id eſt, valde, ut apud Terent. in Eunuch. 1. 2. *nam me ejus ſpero fratrem propemodum Jam reperiſſe adoleſcentem adeo nobilem.* Quomodo exiſtimet etiam in illo Valerii Max. 3. 8. accipiendum: *Proximum, etſi non ejuſdem ſplendoris eſt, tamen adeo certum conſtantiæ haberi poteſt experimentum.*

Quam petebat præjudicium] Servus ſi damnaretur, idem metuendum erat uxori. Hoc ſenſu *præjudicium* Sueton. in vita Julii cap. 23. *Statim quæſtor ejus in præjudicium aliquot criminibus arreptus eſt.* Aſconius videatur.

Pag. 166. *Cum domina rem haberet*] Veneta: *Inter ſe medius & dominam rem haberet.* Ita Eraſm. ita Pal. unde efficiam: *Inter ſe medius & dominam rem cum hac haberet.* Conf. not. ſeq.

Uſus eſt colore] Veneta: *uſus eſt, quem colorem.* Et conſenſu id tuentur Covarruv. Aurel. & Frob. Nodus hic eſt, quem ita ſolvo: *Uſus erat eodem colore. dixit enim.* Ut hæc de Othone dicta ſint, cujus colorem expreſſerit Brutidius. Atque hæc jam in anteceſſum qui ſit monitus, pro vero amplectetur in iis, quæ ſunt ſubjecta, *pararium.* Tantum præterea emendem: *Arceſſiſſe eum, ut dominicæ libidinis par. f.* & *Arceſſitum* ex præcedentibus vitiatum credo.

Cum ſecunda actione hunc col. urg.] Ut in foro Oratores, ita & Rhetores iſti in ſcholis ſuis nonnumquam plus ſemel eoſdem in reos dixiſſe videntur: cum hæc exercitia iſtorum umbræ ac ſimulacra eſſent. Atque hinc primæ & ſecundæ actionis hic facta mentio: quæ ejuſdem conventus eſſe potuerunt. quod diverſum in judiciis.

Adulterum accuſator in cubic.] His demonſtrabat Syriacus ſatis inconſiderate iſtum, quem vidimus, pro ſervo colorem adhiberi: quo ſervus crimine adeo non exolvitur, ut magis etiam illius ſuſpectus reddatur, quam per accuſationem factum fuiſſet. Servus vero ſi eſſet nocens, jam domina abſolvi non poterat, contra quam agebat Syriacus. Paulo ante: *Servum pro adultero poſtulatum dominus non defendebat: mulierem, quam petebat præjudicium, tuebatur.* Mulieris igitur cauſam cum jugulari Syriacus intelligeret, ſi condemnatus eſſet ſervus: propterea iſta pro ſervo dicta arripuit, elevavit, coarguit. Quod ita illi ſucceſſit feliciter, eo plauſu exceptum: *Adulterum accuſator in cubiculum uſque perduxit, patronus in lectum.* ut hoc ſolo pene victor diſceſſerit. Quod his ſignificatum Senecæ, *& pene cauſam abſtulit.* Nam *cauſam auferre* accipio, ut Ciceronis *obtinere litem*, cui ipſe *amittere* oppoſuit. Præterea, quod præterii, *perduxit in cubiculum, in lectum*, intellige, ut in Virgiliano:

Tum Phaëtontiadas muſco circumdat amaræ
Corticis, atque ſolo proceras erigit alnos.

Circumdatæ cortice, item erectæ arbores non revera; ſed oratione: ea id ferebat, & continebat. de quo jam ad lib. 1. Controv. 3. prope fin. plura loca producere & illuſtrare memini. Arte autem doloque uſus Syriacus in actione prima (mox vafre eum feciſſe teſtatur) dum clamitat ſe probaturum deprehenſam in cubiculo mulierem cum ſervo, deque eo diſputans veri magis ſpecie, quam certorum argumentorum fide movet, offudiſſe adverſariis videtur tenebras, & ab iis elicuiſſe colorem iſtum, quo refutato, ſuſpicione eorum cauſam onerare & tantum non affligere poſſet.

Et illud cum Syriacus vafre & facit] Conjunctionem hanc Veneta & Palat. non agnoſcunt. Ut omnia ſint plana, lege: *Et illud tum Syriacus vafre fecit & belle reſpondit, cum prima actione diceret. Non poſuit*, &c.

Cauſam non poſuit] Quamobrem nempe vel illuc veniſſet ſervus, vel arceſſitus eſſet.

Quare non appareret quomodo, &c.] Vehementia ablatus de his reſponſum flagitaſſe videtur, cum illi quæſtioni nondum eſſet locus. Nam de cauſa prius ut ageretur, res poſcebat: quam ponere

ponere Syriacus omiſit, ne deduceretur in difficultates, quibus impedire eum Brutidius ſtudebat.

Pag. 167. *Deinde ſi quæris Niger*] Covarr. Schotto teſte, cui hoc de codice cogimur habere fidem, *deinde ſi q. niger.* At Palat. & Eraſm. quod Grut. notat, *ſi quæris magis.* Cui idem affirmat Veneta: ut cogites, non hoc, quod nunc dant, ſcripſiſſe Senecam: ſed, *deinde ſi quæris magiſter, quare ego non narraverim? ut tu iſta narrares.* Tanto ad deridendum accommodatior ſit oratio. Cum tamen conſidero ordine, quæ exhibent antiqui, & filum adhæc orationis fuiſſe credam: *Deinde ut quæreres magis, quare ego non narraverim, & tu iſta narrares.*

In officio fui] Id feci, quod, ut facerem, officium fuit meum. Ita dictum, quaſi, intra officii me continui limites, nec illos ſum egreſſus. Tacit. 1 Hiſtor. 18. *Quartam & duo & viceſimam legiones, paucis ſeditionis auctoribus non ultra verba ac voces erraſſe & brevi in officio fore.*

Injuriam vocatis finem ſervitutis] Ut Brutidius, ita Stertinius hic imponere videtur quandam neceſſitatem Syriaco voluiſſe, quia comes & obnoxius ei quondam fuerat, ut ea diceret hac in Controverſia, quibus conjiceretur in anguſtias; quaſi æquum eſſet, ut hoc quoque jam in negocio Syriacus illi ſervitutem ſerviret. Minime vero idem putavit hic ſibi ſentiendum: ut antea ad inſerviendum illius commodis & voluntati promptum, ut nihil uſquam peccaſſet, præſtiterat, ita ſe nunc liberum, nec illi jugo obnoxium teſtatur.

Quamdiu uſui] Igitur, quia nunc, ut dicam, quæ tuo propoſito ſunt accommodata, extorquere non potes; & quamvis urgente te, nihil eorum, quæ arguere velis, & quorum occaſione victor in hac cauſa diſcedere poſſis, prolaturum me intelligis; eo iniquior mihi & infenſior es. Ea denique cauſa eſt, cur nunc ita me premas. Jugæi hic notata, ut pleraque alia, nullius ſunt judicii: ne quidem hunc auctorem ſuum cum ſcriberet, in conſilium adhibuiſſe videtur.

Tanquam in emendationem abdicaturus, &c.] Omnis ſublatus ſcrupulus erit, ſi legas; *abdicans uterque.* Magis id pro vero amplectendum cenſebis, ſi conſiderare ea, quæ dixit dein Otho hic Junius, non neglexeris.

Quod ad tuum patrem reverti voles] Eo enim de ſuis & ſuorum deſiderio, quo ne à patre divulſi vivant, cogitabit: atque vel hujus ſolius contemplatione ad revocandos eos inducetur.

Amas? ſerva] Quod fiet, ſi te adoptandum præbeas. Ita enim occaſio patrem reconciliandi dabitur. Latro in colore: *In hoc te in adoptionem volo dare, ut facilius abdicati reconcilientur.*

Et excuſationem ſi dixero] Nemini diſpliceat, credo, ſi ſcriptum ſit: *Erit excuſatio nempe, ſi dixero, filii mei cauſa facio.* Vel mutatio leviſſima: *Et excuſationem ſic dixero, f. m. c. f.*

Quam ſi filium ei facerem] Cenſeo *traderem* pro vero hic habendum. Arellius Fuſcus in diviſione: *Si non licet recuſare, cur potius abdicas me, quam tradis?* Si tantum & ſimpliciter traderetur filius, minus id honeſtum, & ſuſpicionibus obnoxium foret. In adoptione reverentia & pudor intercedebat, quo minus impudici aliquid quæſitum poſſet videri.

Hoc aut meum conſilium eſt, &c.] Prima hic fronte nullam difficultatem exſpectes in verbis adeo cuivis intellectu pronis; ſed ſenſum aliquem reperire, ſi paulo magis adverteris animum, hoc opus, hic labor eſt. Nec eum in vulgatis ullum eſſe exiſtimo: ſit aliquis, ſi emendes: *Hoc & meum conſilium eſt, & illius & commune.* Ut ſignificet, quod non in eadem tantum verſentur ſententia, ipſe & dives de abdicationis filiorum negotio; verum etiam, quod collatis ſociatiſque conſiliis agant. Igitur audaciæ quadam ſpecie, animoque ab iſta cum divite amicitia & concordia ſumpto, ſubjungat, *conſentiatis licet.* Ubi conſentire conſpirare notat, quod optimis frequens,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

quens. Relinquuntur jam *duo ſenes*, quæ ſenſu expertia ſuſpicor facta, quod ab his divulſum verbum *jungitis*. quo mutilato, tamen ſua fine ſequentem periodum auxerunt. Ubi ſufficit, *Et illud*, cum plus ſemel ipſo hoc loco ita ſit adhibitum. Jam autem ſenſus horum, *duos ſenes jungitis*, ſatis manifeſtus eſt. Nam dum conferunt conſilia adoleſcentes, & conſentiunt adverſus ſenes patres, hi arctiore inter ſe vixerunt amicitia, pervicaciam filiorum pari conſtantia conſiliorum eorundem infracturi.

Pag. 168. *Temerariam adoleſcentiam, & incautam contumaciam*] Multis partibus malim: *adoleſcentiæ*.

Supervacua eſſet adoptio] Ultro enim meus filius itaret quotidie ad divitem, quicum hanc mihi familiaritatem intercedere intelligeret, illiuſque in domo, ut ſi filius eſſet, aſſidue verſaretur.

Cum aperte liceret] Veneta: *aperte illiceret*. Palat. *aperte illi liceret*. Inde & ex ſenſu, quem dicunt, præmiſſa & quæ ſequuntur ſuſpicari cœpi, num ſimilitudine vocum, quo nihil frequentius, hic aliquid infuſcatum eſſet: manuſque fuerit auctoris: *cum aperte illi dicere liceret.*

Acta in aurem legere] Peſſime olim: *in aurem tegere:* Summus Lipſius primus verum docuit; ex quo eruditi recte interpretantur: ſed male ab iis omiſſum, quod Lipſius etſi loco alio, monere non neglexit: acta cum vel ſenatus eſſent vel populi; ad poſteriora hic adſpectum eſſe, quæ nota publice & κατ' ἐξοχὴν ac ſimpliciter *acta* antiquis appellata, quod paſſim apud Sueton. obſerves, & Tacitum. Confer loca, quæ congeſſit Lipſius ad 5 Ann. in exc. A. Ipſo hoc de loco reperies 3 Ann. in nota 155.

Ὅτι ὡμονόησα, πονηρεύῃ] Lege: ὅτι ὡμονόησα, πονηρεύῃ. ὁμολογῶ οἷ ἐφέσταμαι. *Quod* filiis divitis *concors fui*, eo in me *injurius es. Confiteor, quæ aggreſſus & auſus ſum.* Cum hoc nomine, qui me damnet, is amicitiæ & probitatis non violatæ crimine me ſit oppreſſurus. Illa *in me injurius es*, ad abdicationem reſpiciunt. De qua apud Quintil. declam. 260. *Illud parum eſt notari infamia? Illud parum eſt, exulem eſſe domus ſuæ, Larium ſuorum?*

Οὐ σύ γε εἶ πατήρ, &c.] De Græcis plerumque nihil proferre, niſi conjecturas potui. Cum nec exemplarium eſſet copia, in quibus exarata Græca ipſi cernere liceret; & nec variæ lectiones in promptu, quas conſulere licuit, quas nobis vel inviderunt editores, vel quod credere malo, in penuria manuſcriptorum, nec dare potuerunt. In exemplaribus Gruteri nulla fuerint Græca oportet, cum nuſquam de his ille vel verbulo in animadverſionibus ſuis mentionem interponat. In Veneta etiam edit. antiquiſſima, qua utor, non comparent. Solo igitur ingenio hic, ut & toto hoc opere, de Græcis agendum erit. Ut auctoritatem tamen & fidem ſequamur Schotti, qui Græca primus ſuis è Mss. publicavit. Quibus ſi & alii codices conſentiant, credam hunc locum hoc exemplo non male reſtitui: Οὐ σύ γε εἶ πάτερ ἀροτὴρ βεβαίων κτημάτων; Πλουτῶσιν οἷς πλούσιοι προπάτορες. ἡμεῖς ἐπαιτῶμεν. *Non tu ſaltem certarum poſſeſſionum fundorumque arator es? Divites ſint, quibus majores ſunt divites, nos mendicemus.* Agellum hæreditarium, aut manuum opera quæſitum poſſediſſe pauper hic ponitur, unde vitam tolerare utcunque poſſet. Huic jubet acquieſcere filius, quamvis ex eo victum quærere, niſi opus faciundo & arando non poſſet. Iis, qui majorum opibus indignum judicarent, ſi non & ipſi aucta lautiſſimaque in re viverent, opum & divitiarum quærendi curam & ſtudium arteſque relinquit. Ipſe, quam horum ſatagere, mendicare ſe, aut & patrem ipſum malle fatetur. Acumen hujus loci ut magis judicari poſſit, cogitandum eſt pervulgatum iſtud à Græcis magiſtris proditum: ἄφενος facultates ex uno proventu anni quæſitas eſſe, quales plerorumque agricolarum. πλοῦτος divitiæ, quæ plurium annorum cura & labore cumulantur, aut quæ in longe plures ſaltem annos

annos, quam iſtæ ſufficiant, prius concedit patri, poſterius divitum inſatiabili & infinitæ cupiditati tantum accommodatum ita abhorret, ut mendici ſortem præferat.

Περιελευσόμεθα τέσσαρες ἑνὸς ἀπόρρητον] Legebam: περιελευσόμεθα τέσσαρας ἑνὸς ἕνεκα· ἀπόρρητον. *Quatuor circumveniemus unius cauſa: nefarium eſt.* Si hic filius adoptaretur, eventurum erat, ut tres filii ex toto naturali patre, & illius in bona ſucceſſionis ſpe exciderent. Pater vero ne ſanguini quidem ſuo honorem jure naturæ debitum erat habiturus, & ad extraneum, quod ex ſe genitis addicebant omnia divina & humana jura, patrimonium erat tranſlaturus. Ut ſolet inter arctiſſima junctos neceſſitudine ortum odium maxime mentis, ut ita dicam, præſtringere oculos. Ita quatuor unius cauſa, ſive eum eſſe patrem, ſive filium accipias, ſine dubio circumveniebantur. Male Schottus, ut in Græcis pleraque, περιελευσόμεθα *circumluſtrabimus* vertit. Fraudem & impoſturam Græci hoc verbo eadem ratione, qua Latini ſuo, quo dedi in verſione, exprimunt; Apollonii in illis germanum & geminum huic etiam eſt 3 Argon. 130. ἠὲ μὶν αὔτως ἤπαφες, ὀυδὲ δίκῃ περιέπλεο νῆϊν ἐόντα. Ita etiam περινοσεῖν. Aphthon. fab. 29. ἀλώπηξ ἀπατῇ περιενόστει τὸν κόρακα. Cum autem conſilium patris ſui ita damnat, ut nefarium nominet, non poſſum non meminiſſe horum Ciceronis, quæ ſunt in 3 de Offic. *Si enim ſic erimus affecti, ut propter ſuum quiſque emolumentum ſpoliet, aut violet alterum, diſrumpi neceſſe eſt eam, quæ maxime eſt ſecundum naturam, humani generis ſocietatem. Ut ſi unumquodque membrum ſenſum hunc haberet, ut poſſe putaret ſe valere, ſi proximi membri valetudinem ad ſe traduxiſſet, debilitari & interire totum corpus neceſſe eſſet: Sic ſi unuſquiſque noſtrum rapiat ad ſe commoda aliorum, detrahatque, quod cuique poſſit, emolumenti ſui gratia, ſocietas hominum, & communitas evertatur neceſſe eſt.* Deinde etiam Panætium, ait, cujus amplectitur ſententiam, negare, ullam peſtem majorem in vitam hominum invaſiſſe, quam eorum opinionem, qui utile & honeſtum diſtraxerint. Merito igitur filius propoſitum patris pro nefario habet, cujus ſententia etiam ſtabilitur illo Ciceronis in 1 de Offic. *Injuſtitiæ duo ſunt genera, unum eorum, qui inferunt: alterum eorum, qui ab iis, quibus infertur, ſi poſſint, non propulſant injuriam.* Hujus vero opera etiam ac voluntate injuria abdicationis, quæ graviſſima erat, fovebatur.

CONTROV. X.

Pag. 169. *SI quid alteri obtigiſſet*] Sententia Schotti & Gruteri, qui *accidiſſet* hic legendum obſervant. non uno loco ipſius Controverſiæ hujus firmatur. Initio eorum, quæ pro altera parte ſunt dicta, ter ſe offert. rurſus apparet bis in diviſione. unde hic conſenſus, niſi quod *accidiſſet* tantum viderunt & probaverunt, cum ex argumento agerent.

Si abdicata fuerim, non vivam] Vera hæc judico, ſed vocem deeſſe, ſine qua manca & mutila ſit oratio. Si reſcribas: *Lex erat. dixerat* (quod antecedentia illa peremerint) *ſi abdicata fuerim, non vivam. hujus illi* (ita Covarr. Palat. Eraſm. Veneta) *pater non credidit.* Mea tamen nunc cauſa contradicit, quicum vivere, niſi indignitate & injuria ad mortem compellere pergat pater, ſolum illi in votis eſt.

Ita patri placeam] His oſtendit quantopere cupiat, ſe patri ſuo probatam. ut niſi id perficere poſſit, maxime ſi abdicationis etiam accedat ignominia, morte ſit ægritudinem animi finitura. Nam ad jusjurandum, cujus ſe conjuges religione obſtrinxerant, non puto hæc trahi poſſe.

Ideo non niſi jurantibus credimus] Senſus eo reſpicit, quod jurejurando ſe obligaverint hi conjuges, quo ne de fide promiſſorum alteruter in dubium venire poſſet, idq; factum exemplo aliorum amantium, qui ut in vita, ita apud Comicos & ceteros tenerorum luſo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

res amorum inter ſe religioſe affirmare & promittere paſſim ſolent. iidemque levitate animorum iſtud inter hominum genus pervulgatiſſima nihil non jurare & nullam item non fidem fallere, quod ut volunt, *Jupiter ex alto perjuria ridet amantum.* Ex quibus patet nihil in his eſſe mutandum.

Ne mors quidem dividet] Tacite objicere crudelitatem ſocero his verbis videtur: quippe cum diſcidium, quod volebat iſte alterutri conjugum, certæ mortis eſſet cauſa futurum. Quo facto nec alter producturus vitam erat, ſed vel ægritudine, vel manu poſiturus animam. Eandem etiam calamitatem nunc abdicatio erat importatura. Quibus demonſtratur non tantum ſævitia eum inſignem eſſe, ſed & immanitatis graviſſimam ſubiturum infamiam. Quod etiam eſt accommodatum, ad retrahendum à conſilio abdicationis filiæ, aut conjugum divulſionis ſocerum.

Moriar, inquit, habeo & cauſam] Verba hæc excerptorum ſunt. Ven. vero hoc loco, ut & Palat. & Eraſm. præterea Covarr. & Aur. *Moriar ab eo excluſa, & ero exemplum.* niſi quod *excluſus* duo ex his exhibent. His autem ex verbis, quis exſculpere aut extorquere poſſit, quod nunc loquuntur editi? Contra putem ex epitome nihil hic mutuandum, niſi *inquit.* de ceteris conſenſum ſequar iſtorum librorum, quos dixi; ut legatur: *Moriar, inquit, ab eo excluſa, & ero exemplum.* ita *fieri hiſtoriam, declamationem.* infra Ovid. *Fer, ſocer, felicitatem tuam. magnum tibi, quam parvo conſtat exemplum.* Confer locum. Illuſtratur membrum horum prius ſenſu iſtorum Ceſtii paulo ante: *Si abdicata fuerim, non vivam.*

Quædam ardentibus ſe maritorum rogis miſc.] Hæc quoque ex excerptis deprompta huc inſulſerunt: quaſi quæ illic apparent totidem verbis in his Controverſiis fuerint: nec excerpta ſæpe ſenſum tantum complexa ſint. Ego non mutem, quod propugnant Ven. Palat. Eraſm. & epit. Gruteri. *Quædam ardentibus rogis thorum miſcuerunt.* Nam dum piæ iſtæ conjuges, ut iſtis gentibus videbantur, iiſdem ſe concremant rogis, quibus conſumuntur mariti, ipſis in rogis quodammodo durabat conjugium, flammiſque illatum & mixtum: pari etiam jure, *rogo*, recte dici potuit. Duriuſcula ſunt, ſed ab Arellio dicta, in quo id minime novum. vid. Senecæ de eo judicium, ubi gemina his dixit in Suaſor. 3. Virgilii poëtica ſubinde gaudet exprimere; unde *tori* nomine etiam *conjugium* hic ſignificatum voluiſſe videtur. At quanto elegantius, quam Arellius hic, in re quidem alia, ut tamen ex hoc loco mihi venerit in mentem, Propertius:

Et tamen ille tuæ felix Æneïdos auctor
Contulit in Tyrios arma virumque toros.

Quam magna gloria brevi ſoll.] Ab epitome eſt *brevi.* nam *ejus* conſtanter antiqui, quod *ejuſmodi* conjicio fuiſſe: totumque locum hunc Arellii ductum ſecutus literarum, ita emendem: *Quam magna gloria ejuſmodi ſollicitudo repenſata eſt.* Juſtin. 2. 9. *Nec audaciæ ejus eventus defuit.* Lege: *ejuſmodi. Sollicitudinem* pro amore videtur dixiſſe, quam *curam* appellat Virgil. Æn. init. Quem imitatum Arellium modo monui. Illius etiam eſt ecloga 10. *Sollicitos Galli cantemus amores.* Quod explicitum eſt illo Ovidii etiam:

Res eſt ſolliciti plena timoris amor.

Simpliciter tamen pro ſollicitudine illa ſumma cum amore conjuncta, & ab eo profecta, qua ſalvos viros optaverunt, & præſtiterunt, poteſt accipi. *Repenſare* vero apud Colum. eſt de R. R. 3. 2. *Id tamen incommodum repenſant uvarum multitudine.*

Reſpexiſtis nos dii: nunquam vos viol.] Eraſm. Palat. Ven. *Reſpexiſtis nos dii dignos, nunquam violavimus.* quo alludit & Covarruv. unde reſcribo: *Reſpexiſtis nos dii dignos, nunquam vos violavimus.* Catull.

Hoc mihi dii dederunt pro pietate mea.

Cujuſmodi à ſententia ortum eſt illud Titi: *eripi ſibi vitam immerenti.*

Pag.

Pag. 170. *Altiores hujus gemitus*] Controv. 11. *admoviſſes propinquos, amicos, majorum imagines, repetitos alte gemitus.*

Nocet illi indulgentia ſuorum] Quæ ſubjuncta ſunt, cogunt, ut *ſuorum* accipiam *in ſuos*. Ita ut apud Terent. Andr. 1. 5. 26. *miſericordia hujus* pro *in hanc*. item gemina ratione, *pudor patris*. add. ad Controverſ. 19. in diviſion. Eurip. Phœniſ. 18. Μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοκα δαιμόνων βίᾳ. Etiam Nonnus: καὶ πᾶς ἡμετέρην ἀστεμφέα πίστιν ἀέξων οὔποτε διψήσειεν. Joh. ſcripſerat: καὶ πᾶς πιστεύων εἰς ἐμὲ οὐ μὴ διψήσῃ πώποτε.

Et patrem amat tanquam juraverit] Ingenioſa hæc ſunt ſatis. Sed à manu Senecæ non ſunt. Id ſatis confirmat conſenſus hujus lectionis: *& pater narrabat tanquam murmuraverit.* niſi quod *patri* eſt in Ven. & Eraſm. Ego minime arbitror librarios iſta depravaturos hunc ad modum fuiſſe, cum ita intellectu eſſent obvia. Ego poſtquam pluſculum ſumpſi laboris ad locum hunc conſiderandum & perſpiciendum, tandem mecum ſtatuere cœpi hæc non eſſe Alfii, ſed Senecæ referentis paucis, quod ab Alfio factum. quæ vero hic dixit, ea capite eſſe truncata; quod copula *nec* etiam, unde initium fecit, ſatis clamitat. Quod periit, ſenſu his credo eſſe comprehenſum: *ſic amavit virum. Murmuraverit* pertinet ad puellam indignantem ac ſecum dolentem, quod pater non ſentiret de ipſa, quæ divina illius virtute rarique exempli amore, quo ſuos proſequebatur, ſatis digna eſſent.

Si quid genero meo] Ne bis idem dicat Rhetor, & putidiſſima quidem ratione, ſupple & emenda: *& ſi bene filiam meam novi, peritura eſt, ſi quid mihi, non genero meo acciderit.* Quibus id ſimul continetur, quod eſt aptum ad deducendam à propoſito filiam, ne ægritudinis ipſi aut & mortis cauſa eſſet.

Si parueris, vives] Nihil tumultuans lege: *Si non parueris, vives.* Ita redditum his ſuum acumen, & Fabro nimii laboris facere gratiam poſſis. Quam erat res iniqua & indigna, ita conditio ridicula.

Quicquam non poteſt] Plerique antiqui: *quid ni, inquit?* Aurelii codex, *inquam.* ut reſcribendum exiſtimem: *Quidni? inquam, hoc non poteſt, quæ mori poteſt?*

Veræ recipit] An malis, *recepit*. Covarr. & Ven. diſſentiunt etiam in reliquis. Nam pro *dum, qui*, pro *falſæ, falſum*, pro *miſit*, *miſerit* habent. Itaque legam: *pene qui falſum mortis nuncium miſerat, verum recepit.* ne ab auctoritate veterum codicum diſcedatur.

Servate totam domum] Crediderim facile Papirium dixiſſe & ſcripſiſſe Senecam: *Servate dii totam domum.* Paulo ante Marillius: *Reſpexiſtis nos dii dignos*, ubi Schottus bis *dii* velit, quod minime probandum cenſeam. Infra: *ſic dii, ſit ſemper.*

Peregrinationem ejus tuliſti] Eraſm. & Palat. item Veneta: *ſuſtuliſti.* forte *ſus* ex fine *ejus* repetitum.

Facilius potes carere eo, qui ſpir. debet] Nihil in his immutem, niſi *potes* in *poteris*. Reliqua explicem. Spiritum huic mulieri debebat maritus, quod illius cauſa profuderat, quantum in ipſa erat, animam. Pater vero illi ſpiritum impenderat. Parentes enim ſe impendunt & deſtruunt, dum ædificant (ut ita dicam) liberos. Quintil. declam. 5. *Si mehercule hoc quoque officii genus natura permitteret, bene pro deficientibus aliquid & vita veſtra deperderet, iterumque ex illa, quam traxiſtis anima portio brevis in ſuum rediret auctorem.* Ead declam. *In hunc te divinorum humanorumque conſpectum de noſtra protulimus anima.* Quintilian. major etiam declam. 258. *Animus iſte ad contemnendum pericula paratus ex meo fluxit.*

Pag. 171. *Et hic controverſia non erat in diviſione*] Hæc ab ingenio ſunt Fabri. nam in antiquis eſt: *Et hæc c. n. e. in divinatione.* Quod videndum ne poſſit commoda interpretatione illuſtrari. Certe, *in quæſtione eſſe* pro quæri apud Plaut. *in expectatione eſſe*, eodem exemplo apud Ciceron. jam notarunt

alii. Mamertinus paneg. ad Julian. *Ut in maxima quæſtione ſit, à quo accipias imp. qui ſic omnibus largiaris.* Quo forte non male referas *eſſe in amoribus*. Sane ejuſdem fili eſt *eſſe in divinatione*, de re, quæ divinanda & proin incerta eſt. Controv. 22. *In hac controverſia, etiamſi conjecturalis eſt, habetque quaſi certum tritumque iter: fuit tamen aliqua inter declamantes diſſenſio.* Controv. 10. *Non puto vos quærere, quomodo hæc controverſia diviſa ſit, cum habeat negotii nihil.* Ad quem locum hic reſpicitur. nec minus tamen, imo plus etiam ad rem facit, hoc ex diviſ. Controv. 6. *In hac controverſia nihil litium fuiſſe fere omnes conſentiunt.* Ex incertis oriuntur lites. Inprimis vero iſthic notandum, quod *in hac controverſia* poſitum, ubi expectares, *in hac diviſione*. Geminum in loco, quem cum maxime illuſtratum dare contendimus. *Divinare* vero etiam, quod prætermiſi, pro labore & ſollicitudine divinationum, rem incertam inveſtigare Seneca filius dixit Thyeſte 604. de rege Parthorum:

Anxius ſceptrum tenet & moventes
Cuncta divinat metuitque caſus
Mobiles rerum.

Primam tamen conjecturalem] Palat. Eraſm. Venet. *Optimam tamen.* Quod cur damnem, cauſam nullam video. Nam cum non videretur eſſe hic copia quæſtiones reperiendi, niſi ad illam, quam dixit Seneca, ſpectantes; diverſa tamen & egregia à Latrone Senecæ judicio facta ſit.

Etiamſi non malo adverſus uxorem animo maritus fuit] Lege, *fecit*. Hoc tantum verum eſſe ipſe docet Latro, ubi mox quæſtionem movet, *An etiam malo adverſus uxorem animo fecerit.* Solet enim Latro membra diviſionis propoſitæ ſigillatim totidem dein verbis ordine repetere, & ubi res exigit, ita ea tractare.

Et hoc jurejurando illam obligavit] Ita egit, quaſi hoc jurejurando obligata eſſet. Nempe, ſi divortio relinquere maritum iſtum nunc cogeretur, cujuſmodi de locutionibus actum jam ad Controv. 3. ſub fin. Arnob. 3. adverſ. gentes: *Quiſquamne eſt hominum rationis alicujus primordiis imbutus, qui divinitatis conſtantiam tam fœdis polluat aut contaminet moribus?*

Latroni contrarium videbatur] Quintilian. Inſtit. 10. 5. *Ne carmine quidem ludere contrarium fuerit.* Dial. de orat. cap. 39. *Ipſam quinimo curam & diligentem ſtyli anxietatem contrariam experimur*, id eſt, noxiam, damnoſam. Cicer. 1. de divin. *Cur ſtella Jovis aut Veneris conjuncta cum Luna ad ortus puerorum ſalutaris ſit: Saturni Martiſve contraria?* Ita *contra eſſe* pro nocere, Quintil. declamat. 2. *Non invenio, judices, quemadmodum poſſit eſſe contra liberos ſalva reverentia.* item: *Contra juvenem tamen eſſe non debet, etiam ut de parricidio crediderit novercæ.* item: *notum hoc, judices, ac vulgare facinus eſt, quod plerumque contra liberos amantur uxores, & ſequentium matrimoniorum non aliunde, quàm de damno pietatis* (qua filios alioquin complectebantur) *affectus eſt.* Qui locus iſta in locutione ſibi interpres eſt.

Hoc etiam contra patrem] Hoc jusjurandum, quod ſua interpretatione Arellius inducebat.

Et toto dixit jurejurando] Veneta, cui ſuffragatur Palat. *& de toto dixit jurejurando illam liberatam.* Quod mutare mihi religio eſt, qui ſciam, quantopere illud *de* pro *à*, item *ex*, illud ſeculum & ſequentia probaverint. ut vel, *de toto*, ſit, *ex toto*, id eſt, plane. ut alibi jam oſtendi. vel accipiamus *de toto jurejurando liberatam*, ut Suaſor. ult. *pœnitentiam illum acturum tam de degenere ſpiritus empti.* quomodo illic legendum monui. Mamertinus Pan. Jul. cap. 4. *Vitandis legum pœnis de novo ſcelere remedia quærebat.* Sequentia vero hujus loci, *illo caſu ſolutos ipſos vinculo religionis*, ſine dubio optimæ Latinitatis ſunt. Juſtin. 3. 3. *ſoluti religione jurisjurandi.* Sed cum pro muliere illiuſque de cauſa hic agatur, magis placeret, ſi eſſet ſcriptum: *illo caſu ſoluta ipſius vinculo religionis.* Supra etiam in verbis Hiſponis Romani *illos* antiqui male pro *illius*; quod ſenſus revincit.

vincit. Ita poſtquam in locum *ipſius* ſubjecerunt *ipſos*, etiam ſcripſerint *ſecutos*, ut vara ſequitur vibiam. Paulo poſt: *ſolvi fœderis pactionem*, quod affirmare conjecturam noſtram videtur.

Honeſtum mortis titulum vindico] Id eſt, quæro nobis hoc judicio, quo propugno uxorem meam patri contradicentem de abdicatione, & ſimul cognoſco, num patri jus ſit matrimonium dirimendi filiæ. Nam hoc ſi illi nullum eſt, nec abdicatio rata erit: nec hoc decidi poteſt, quin eadem opera & de iſto ſententia feratur. Atque hic cum horum ſenſus ſit, inde ſubjungitur: *ne ſi quid acciderit, aut ego pro aliena uxore moriar, aut illa pro alieno viro.* Ubi *aliena uxor*, non quæ alteri juncta eſt matrimonio, ſed quæ mea, voluntate nempe ſui patris, jam non eſt amplius, quomodo & *vir alienus* tantum hic intelligi poteſt.

Jusjurandum jocoſum fuiſſe] In Veneta, *jocorum*. Quod dictum ſit, ut apud Quintilian. declam. 1. *pectus odiorum*, de inviſiſſima noverca. Quod male ſollicitatum à Paſſeratio, cum Mss. conſtanter tueantur. Juvenal. *Tot bellorum animæ.* plura dedi ad locum Quintiliani.

Sicut multa quotidie jurarent amantes, & ipſum juraſſe.] Senſus eſt: Ipſum ſe, ut fecerat uxor, juraſſe quidem, ſed exemplo amantium, qui temere multa hoc de genere effutire ſolent.

Idque oblitum ſe an juraſſet] Palat. & Venet. item Aurel. Ms. quantum videtur, *juraſſent*. quod nihilo deterius, quam vulgatum, imo præferat, qui conſideret, quod ſubjunctum: *miſiſſe nuncium ut experiretur affectus uxoris, non ut perimeret*. Hæc autem ſibi finire vitam voluit, quod mutuum eſſe jusjurandum & utrumque hoc juraſſe crederet. & ne quicquam in amore ceſſiſſe marito poſſet videri, ſolius mariti jusjurandum nullam imponebat illi neceſſitatem abrumpendi vitam, ſaltem non ponitur illius reſpectu hoc conſilium eam cepiſſe. Quare *juraſſent* ipſius etiam argumenti auctoritate ſubnixum eſt. *Etiam* in hoc loco *itaque*, quod eſt in Palat. quam *idque* vulgatum antecedentia malint.

Pag. 172. *Satis ſenſum exprimente*] Scribe: *Satis ſenſum tamen exprimente.* ne hiet oratio.

Cujus auditor fuit] Admodum mihi veri ſit ſimile, negationem omiſſam: legendumque: *cujus auditor non fuit.* Itaque tanquam notabile refert, quod videre meminerit Naſonem apud Arellium Fuſcum Rhetorem hanc controverſiam declamare. Cauſam vero etiam, quare Arellio Ovidius auditor eſſe noluerit, ſubjungit, quod Latronis erat admirator, cum ipſe longe aliud dicendi ſequeretur genus, quam Arellius: cujus operoſam & implicitam maximeque inæqualem orationem (ita enim eam carpit alibi noſter) qui ferret Ovidii ingenium? quod *conſtans*, *decens*, *amabile* erat. Seneca verbis ipſe hic teſtis eſt.

Quam ſolutum carmen] Quod illi molliſſimum, ſemperque elegans & æquale.

Jam tum nihil aliud] Impetu igitur naturali conſtantiaque ingenii ad ſcribendum carmen ferebatur: ut non multum inter proſaicam orationem & carminis ſtudium ſit fluctuatus. unde plerumque inæqualitas ſolet exiſtere orationis. Nam huc tantum ea poſita exiſtimem, non ad commendandam illius orationem: quam nonnullis tamen placuiſſe hic ſtatim fatetur: *Tunc autem cum ſtuderet, habebatur bonus declamator.* Ipſe dein tantummodo ex parte probat laudatque. non negligenter ſunt legenda; cum de induſtria & ſtudio ita ſcripſiſſe manifeſtus ſit auctor. Suaſor. etiam 1. cum primum poſuiſſet; *Corruptiſſimam rem omnium, quæ unquam dicta ſunt, ex quo homines diſerti inſanire cœperunt, putabant Dorionis eſſe.* Subjungit non ita magno intervallo poſt producta corruptorum exempla, ſuam promens ſententiam: *Multo corruptiorem ſententiam Meneſtrati cujuſdam declamatoris, non abjecti ſuis temporibus, nactus ſum in hac ipſa Suaſoria.* Quorum huc adſcribendi laborem non invitus cepi; quia non in-

utilem legenti futurum rebar. Nec æqui hoc conſilium meum damnabunt: iniquos nihil moror, qui ſine hujuſmodi tamen animadverſione, ſi modo aliqua lectione ſubactum animum habent, diu æſtuarent, priuſquam omnem ſcrupulum his de locis ſibimet eximere poſſent.

Ante Arellium Fuſcum declamavit, ut mihi videbatur] Legerim: *& ut mihi videbatur:* duo ut ſint argumenta, unde conſtet, non omni ſine cauſa id factum, ut Ovidius declamator haberetur bonus: quod ante Arellium ſuo ſolius remigio uſus, & illo tamen longe ingenioſius declamavit.

Tu nobis religioſum nomen fuiſti] Forte legendum, *numen*, inquit Faber. Tu *nomen* ne muta, nec enim auctoritas id permittit codicum, nec neceſſitas ratiove cogit. add. à Caſaub. notata ad Sueton. Jul. c. 85. ubi relatum: *controverſias quaſdam interpoſito per Cæſarem jurejurando* diſtractas illius poſt necem fuiſſe.

Pag. 173. *Parce pater, parce ſocer, non pejeravimus*] Lege: *non pejerabimus.* Minas hæc habent. Si tu hanc tamen conſilii de abdicatione viam pertinaciter inſiſtis, & illa morietur, & ipſe ſequar. Filiæ verba ſunt ſupra: *Si abdicata fuerim, non vivam.* Sin illa minus id capiet conſilium, tuiſque obſecuta juſſis à me diſcedet, ipſe arceſſam mihi mortem, trahamque uxorem. Quare patris & ſoceri erit re adhuc integra nunc ſibi conſulere, nec ſævam contumaciam ſua præ exiſtimatione ac ſalute ſuorum prævertere. Ut hic ita paulo poſt quoque peccatum. Etiam in fin. pan. Conſtantino dict. nunc recte legitur: *Nam ſi eſt aliquid, quod à te benemeritis denegetur, aut poteſtas ceſſabit aut bonitas.* Antea ſcriptum erat, *ceſſavit.*

Quam effrenato amore fertur] Quo nec ſanguinis ſui curam ac rationem habet, filiamque ſuam pellit domo, adigitque ad mortem. Igitur pergit: *quanquam es filia, ne preceris.* Nullius enim ponderis tuæ preces iſtius patris apud animum ſunt futuræ. Lipſius, ſcio, hic legit: *Quanquam eſt filia, præterit.* Sed meam ſenſui accommodatam magis emendationem, minuſque à litteris recedentem credidi.

Carum quidem quod illum ab indulg.] Notandum, quod *carum* ſuperlativi hic eſt præditum vi. Quomodo Inſtit. quib. mod. re oblig. contr. §. 2. *qui utendum accepit, ſane quidem exactam diligentiam cuſtodiendæ rei præſtare tenetur*, id eſt, exactiſſimam, uti clamitat locus ipſe & juris ratio. Quod jam olim notatum à Juriſconſultis, qui plura illuc ſimilia congeſſerunt loca. Contra poſitivus pro ſuperlativo eſt, ut Heraldus quidem ſentit, in illo Arnobii adverſus gent. lib. 1. *Libido, quæ tanta eſt, inimicos atque hoſtes deos eſſe contendere Chriſtianis, quos in rebus triſtiſſimis atque lætis nihil abs te videas ratione in aliqua diſcrepare.* Niſi tamen conſulto id ita ſcriptum, ut ſignificaretur triſtitiæ potius cujuſcunque, quam lætitiæ maximæ hujus mundi in partem pios venire. Ovidius vero hiſce ſuis verbis in ſuſpicionem vocare incipit uxorem patris abdicatæ, cui iſta noverca fuerit. Quare etiam, quid illi immineat, quæ pulſa privigna egregium ſibi triumphum retuliſſe videbatur, per hæc innuit: *Dii boni, quomodo hic amabit* (ita enim lego: paulo ante *pejeravimus* pro *pejerabimus*) *uxorem? amat filiam & abdicat!* Quid igitur expectandum cum in locum hujus impetus & iræ, quam excitavit noverca, ſucceſſerit æſtimatio; niſi ut malam hanc mercem ſaltem exturbet matrimonio? Etiam duriorum metu temere expers vivit.

Qua pene caruit hic, qui amare caute jubet] Lipſius: *Quam pene necavit*, emendatione audaci. Lege tantum pro *qui*, *quia*. Senſus illorum, *qua pene caruit*, eodem ita redit. & *caruit* habet quid ſingulare. Sueton. Vitell. cap. 2. *Quintus caruit ordine, cum auctore Tiberio ſecerni minus idoneos ſenatores, removerique placuiſſet.* Huic patri adempta pene filia erat, dum indignatione ipſa ſibi inviſam abrumpit lucem, quod accuſantem patrem audi-

re

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

re quotidie coacta erat, quod nimiſquam immodico amore maritum complecteretur, unde futurum erat, ſi quid accidiſſet marito, quamvis non afferret ſibi manus, in ægritudinem tamen graviſſimam implicaretur. Unde acerbo raperetur funere. Non igitur amabat caute.

Tunc hos ponis terminos] Magna hæc ſui parte mutila edita ſunt. Ven. *tum hos opponis terminos, quaſi approbaturi cuſtodiant. ut nihil faciant*, &c. ita & Eraſm. & Palat. *tum hos optionis terminos.* Superſcriptumque teſte Grutero: *tu hos opponis t.* Etiam Schotti & Aurelii codices: *Tui optionibus impetres terminos, quaſi improbati c.* Hæc temere eſſe ſic ſcripta nemo mihi quidem perſuaſerit. minimeque proin exturbanda cenſeam. Non dubito de adoptionibus hic interpoſitam mentionem, cum iſta cerno veſtigia. Solaturus orbitatem amans liberorum pater, & tamen nunc ita cupide expellens filiam adoptione videbatur. Quod ut conſilium oſtendatur, nec filia, nec genero, imprudentibus agitari, hæc ſenſu ſaltem ad patrem ſint dicta: *Tutius hos adoptionibus imponeres terminos, quos ſic approbaturi cuſtodiant; ut nihil faciant niſi conſiderate*, &c. *Imponere terminos* ut *modum*, pro quo heic *terminus* venit. Virgil. *pacique imponere morem.*

Nihil promittant, niſi ut jus facturi] Lipſii eſt: *Ocyus facturi*. Controv. ſeq. *Quid ſic miraris ſi illum ocyus exoraſti.* ubi male reſcripſerunt *ocyus*, quod antiqui codices ignorant. Hoc loco de conjectura poſſis etiam *citius*. Illud quoque mihi venit in mentem: *Nihil promittat, niſi ut in jus ſe acturus*, id eſt, cauſa futurus, cur in jus vocetur, agatur. Quod qui adhibet in conſilium, minus temere eſt promiſſurus. Eodem rerum à genere Plautinum hoc petitum eſt. Aſin. 5. 1. *Quem videam æque eſſe mœſtum, ut quaſi dies, ſi dicta ſit.* Ita Cic. pro Cluent. *Id quod maximo malo illi cauſa fuit, hoc ipſo in loco, quaſi ipſe reus eſſet, ſedebat.*

Et cecidimus] Melius quam Gronovii *decidimus* nondum reperire potui.

Et fortaſſe, quod non putas, pejeravimus] An, *quod nunc poſtulas.* Quia paſſim ſupra queruntur cum patre, quod non ſatis pro certo credat, ipſos jurisjurandi fidem ſervaviſſe & ſervaturos.

Tanquam prima peccaveris] Fortaſſe *perieris*, videlicet pro marito: quod ſequentia probant. Hæc Faber. Mihi poſtrema recte habere videntur, in primis vero latere mendum, ſenſumque fuiſſe: *Non eſt, quod tibi non placeas uxor, tanquam prima peccaveris* amore mariti adverſus patrem. His pulchre cohærent, quæ ſequuntur.

Fer, ſocer, felicitatem tuam] *Fer* cum Gronov. non *Per* hic probem. Sed neſcio, quomodo flagitare oratio videtur: *Fer, ſocer, fer felicitatem tuam.*

Eſſe tertium, qui magis amaret] Pater enim prohibebat ab exitio, in quod amore ſui propellebat maritus, qui cauſa proinde mortis erat; Pater vero amore erga filiam illi cauſa ſalutis.

Perſevera ſocer, recipe filiam] Lege: *Perſeveras ſocer? recipe filiam. Perſeveras* nempe in negotio abdicationis.

Pag. 174. *Quare uxore necata*] Ven. *Quaſi uxori notatam ſit ſocero orbitatis.* Palat. *quaſi uxori nota cauſa ſit ſ. o.* Simile alii antiqui, unde legendum arbitror: *Quare uxori notæ cauſa ſim, ſocero orbitatis?* Ignominioſa erat abdicatio, eo vox *nota* reſpicit. Præterea abdicati domo & familia pulſi erant. Igitur Calp. Flacc. declam. 14. abdicatum filio opponit: ipſam vide & noſtra ibi, ſi tanti videtur. Inde fluxit hoc loco: cauſa ſocero ſum orbitatis, qui cauſa ſum illi filiam abdicandi. Qui poſterius non intelligebant obtruſerunt nobis *necata*. Quod locum hic habet nullum. Nam ne illa mori velit, exilium ſibi conſciſcere conſtituit, & producere vitam. *Morerer, inquit, ſi ſolus moriturus eſſem.* Qua ex diverſitate præcedens intelligendum & explicandum erat.

Sed non niſi ethicas] Oratio vult, *& non niſi ethicas.*

CONTROV. XI.

Pag. 175. *Accuſatur dementiæ*] Ita & Palat. & Ven. & Eraſm. an fuit, *accuſat eum dementiæ*. Sed hoc leviculum. Operæ eſt cum hac Controv. conferre Declam. Quintil. 349. Fortunatian. lib. 1. *Filiis adverſus patrem ne ſit actio, niſi dementiæ*.

Ego virum non fleo] Non puto pro dubio habendum: *Ego vivum non fleo*. Dum hæc dicit, accipiendum, quod obortæ illi ſint lachrymæ, aut ſaltem, quod vehementius commotus ſit, animo paterno obſtinationem hanc tantum non expugnante. Ipſe in verbis Arellii Fuſci: *quid me intempeſtivæ proditis lachrymæ? Nondum erat tempus flendi*. Poſterius ſatis confirmatum dant ea, quæ ſequuntur: *Quid contremiſcis ſenectus? quid, lingua, trepidas*, &c. Nec putem initio hujus Controverſ. quicquam deeſſe, quamvis ea in ſententia verſetur Faber.

Expugnatam filiæ pudicitiam] Ita & Liv. 1. 58. *Quo terrore cum viciſſet obſtinatam pudicitiam velut victrix libido, profectuſque inde Tarquinius ferox expugnato decore muliebri eſſet*. Lib. 3. 44. *Hanc virginem adultam, forma excellentem, Appius amore ardens, pretio ac ſpe pellicere adortus; poſtquam omnia pudore ſepta animadverterat, ad crudelem ſuperbamque vim animum convertit*.

De nuptiis puellæ exoratus ſit] Veneta & Froben. *exornaſſit*. Palat. *exomaſſit*, quomodo expreſſum in animadv. Grut. Plerique præterea *re nova inaud*. Unde colligo eſſe emendandum: *te novo inauditoque more de nuptiis puellæ exoratum eſſe*. In Ms. Aurelii etiam eſt, *te novo*. Et *ne* vix ratione & uſu locum tueri poteſt, cum non ad *timeo*, ſed ad illud ſequentia pertineat. Ut autem raptor exoraretur de nuptiis raptæ, ſine dubio novum & inauditum erat: cum ipſe huc cogeretur metu mortis propoſito: quam nemo mallet ſubire, quam eam accipere in matrimonium, cujus ita flagraverat amore, ut & raperet. His autem etiam pater raptæ adducitur in ſuſpicionem, quaſi illius voluntate raptus factus eſſet: ut patri nempe raptoris imponeretur neceſſitas, huic iſta cum puella matrimonio non intercedendi. Præclare inprimis illuſtratur hic locus iis, quæ initio coloris dicta ſunt.

Quo melius de re judicare poſſitis] Cum *de hærede* pars major antiquorum hoc in loco præferant, facile crediderim hic ſcriptum fuiſſe: *Quo melius meo de hærede jud. poſſ*. Ita Terent. Heaut. 1. 1. 97. *Nec fas eſſe ulla me voluptate hic frui, Niſi ubi ille huc ſalvos redierit meus particeps*, id eſt, filius hæres. Hoc autem loco iſtis uſus eſt, ut filium ſpem inter & metum teneret dubium. in quo hujus Controverſiæ maxime ars ſita eſt. Vide ſerm. Declam. Quintil. 349.

Narrabo me juvenem] Covarr. *me juvene*. ita & Aurel. cod. Ven. tamen *juvenem*, quod non temere aſpernandum. Controv. 6. *Quemcunque revolve nobilem, ad humilitatem pervenies*. Cæteroquin cogitaret quis hoc loco: *narrabo meam juventutem*. quo tamen uti patet non cogit neceſſitas.

Pag. 176. *Nuptiarum mearum me pœnitet*] Quid cenſes tuis his nuptiis futurum, in quas imprudentia & juvenili impetu te conjicere cœpiſti?

Accuſatori promiſſurum, quod filio negavi] Geminum eſt infr. *Diverſi me affectus diſtringunt. inter reum & patrem diſtrahor: hinc injuria eſt, hinc natura*. Hujuſmodi de locis egi ad Declam. 1. Calp. Flacci.

Cum tam libenter viveres] Palat. Eraſm. Ven. Covarr. Aur. *& cum tam*. Ut non ſine cauſa opineris fuiſſe: *Rapuiſti virginem etiam, cum tam libenter viveres?*

Nec ullum adhuc rogaſti] Nam patrem puellæ adeo rogatum non concedit, ut novo more velit, ab iſto exoratum raptorem. quod jam dictum, ſed hic imprimis cogitandum.

Non poſſum, inquit, exorare tam diu] An *te orare* hic ſcriptum fuit? an vero credimus voce iſta *exorare* ſtudium ſimul

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ſimul enixius petendi ſignificatum ab auctore: quomodo *exobſecrare* in his Plautinis: Aſin. 1. 3. 93. *Supplicabo, exobſecrabo, ut quemquam amicum videro Dignum, indignos adire atque experiri certum eſt mihi.* Si ſenſu vulgari *exorare* accipere quis tantum hic velit, nec immutare quicquam; particula *diu* notabilius erit poſita, & exemplo, quo Suaſ. eſt ult. *Ignoſce, Cicero, ſi diu iſta narravero.* Controv. 5. *Deprehenſus in adulterio adſervaretur in tormentum diutius pereundi.* Lucan. de milite, qui capite truncavit Pompeium:

Tunc nervos venaſque ſecat, nodoſaque frangit
Oſſa diu: nondum artis erat caput enſe rotare.

Incerti panegyrico, qui Conſtantino dictus, cap. 13. *Vita enim hominum diu parta ſemper ſervanda eſt, ſi liceat.* Infra: *ſi non impetro, ut vivam, hoc certe impetrem, ne diu moriar.* Quintilian. tamen in argumenti ejuſdem Declamat. 349. *Habuiſſes tempus non dico deferendi patrem, ſed diutius rogandi.* Unde conjectura noſtra veri fit ſimilior. Confer tamen quæ dixit Arell. in color. ant. fin. Controv.

Quid? ergo tu poteris, &c.] Malim: *quid ergo? tu poteris*, &c. Quintil. declam. 375. *Quid ergo? inquit, periiſſet?* item, *quid ergo? ego periiſſem?* Declamat. 376. *Quid ergo? inquit, Orbam non ducis?* Calp. Flacc. declamat. 4. *Quid ergo? dicam, ne ſævite, cum rogem? dicam miſeremini, cum carcerem rogem?* Saltem ita reſtituendum eum locum jam me exiſtimare monui. Vide de toto hoc loco noſtra paulo ante diviſ.

In hac qui pares ſententias habent, pereunt] Diverſum obtinet in legibus aliis, vide Grotium de Jure B. & P. 2. 5. 18. Sed Covarr. *in hoc tibi.* ita & Pal. & Eraſm. item Ven. An fuit: *In hac ſi qui pares ſ. h. p.*

Nondum erat tempus flendi] Covarr. *faciendi.* Ita & Ms. Aur. & Pal. Eraſ. & Ven. Igitur *fatendi* lege. Etiam lachrymis fatemur, id eſt, oſtendimus & declaramus animi noſtri ſententiam. Flor. 4. 12. *Et tamen ipſe hominum color ab alio venire cœlo fatebatur.* Juvenal. Satyr. 10.

——— *mors ſola fatetur*
Quantula ſint hominum corpuſcula.

Latin. Pacat. cap. 21. *creber egreſſu expectantibus populis te fateris.* cap. 39. *Quia ſe divina mortalibus dedignantur fateri.* Pluſcula adſcripſi loca, quia ſatis patet corrupta hæc ab iis, qui vocem *fateri* hoc ſenſu non meminerant.

Pag. 177. *Exoravi, inquit, patrem*] Pal. & Eraſm. & Ven. *exorabis.* Senſu commodum eſt, *exoravi ejus, inquit, patrem.*

Spectare filium morientem] Minæ erant filii, *Moriar, moriar hodie.* vid. init. Controv.

Ad judicem vocatus non adſum] Pro, *non adſum*, Pal. & Ven. & Cov. & Aurel. *ad judicem ſum.* Unde legam, *ad judicem vocatus, ad judicem non ſum.* l. un. D. apud eum, à quo appel. *ad offenſum judicem experiri.* Val. Max. 8. 1. *a trib. pleb. die dicta ad populum damnati ſunt.* Plaut. Rud. 5. 1. *quem ad recuperatores modo damnavit Pleuſidippus.*

Hoc ſi reo dicis, non curo] Nam qui me deduxiſti in periculum, ſi in eo nunc verſeris ipſe, minime ego id curare poſſum: *Sua quiſque exempla debet æquo animo pati.*

Admoviſſes propinquos amicos, majorum imagines] Adi Trigelium de Statuis cap. 35. ad fin.

Rogo, inquit, Num ſic] Veneta: *ut hic ſic.* Palat. conſentit, niſi quod *ſit* exhibet. Aurel. cod. *Num hic ſit.* Unde legas: *Rogo, inquit, num ut hic ſim?* quibus exprobat filio pater, quod judicium & contumeliam hanc ſubire ab ipſo ſit coactus.

Cum, inquit, vultum in ſuppl. hab. ſubm.] Ven. *Quando, inquit, multum.* Senſus flagitat, *Quando, inquam, vultum in ſupplicis habitum ſubmiſeris.*

Quod te priorem non rogavi] Pal. & Eraſ. *quod deteriorem non negavi.* Veneta *rogavi* retinet. de ceteris conſentit. ad *deteriorem* etiam Vatic. alludit, ubi eſt *terriorem.* Ego non rejecerim lectionem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ctionem iſtam primam, cujus vulgata interpres eſt. Rogando priorem patrem ſuum, deteriorem eum negabat. Negamus enim non verbis tantum ſed & factis. Vulgatam tamen firmare locus videtur, quem adduxit Faber.

Dum anime] Nimiſquam frequenter in declam. Quintilian. & Senec. Tragœd. occurrit, ubi qui dicunt, ſuum alloquuntur animum, maxime ſemet hortaturi, Declam. 7. *Videlicet inter ignes, ac flagella ſufficiet mihi, ſi dixero, hic eſt inimicus, anime, qui nobis ſubinde maledixit.* Declam. 19. *Quid agimus, anime? quemadmodum effugimus, evadimus?* ead. declam. 7. *Sed dura parumper anime, vidiſti.* Sen. in Med. 95.

Quid, anime, ceſſas? ſequere felicem impetum.

Add. eand. Trag. verſ. 924. & 41. ut paucis defungar.

Et multum habeo, quod deliberem] In Ven. diſerte eſt ſcriptum, *habeam*. Unde conjiciat quis: *& multum habeo etiam, quod deliberem.* Jam in Suaſor. *etiam* pro adhuc notare memini. eo frequenter ita utuntur Plaut. & Terent. principeſque alii auctores etiam ſic uſi.

Pag. 178. *Audi à demente exempla huic crimini*] Nempe crimini, quod mihi intendis. Sunt autem hæc ironica.

Inter bella conſenuit] Lege: *conſeneſcit*. Longo ita pati tempore ſub armis cogitur, ut interea admoveatur ſenectuti, ſimul autem ſignificatur interea multum moleſtiarum & laborum eſſe adeundum. Plaut. Capt. 1. 2. 30. *tuo mœrore maceror, maceſco, conſeneſco, & tabeſco, miſer.* Manil. *Æterniſque ſenes curis.* Plaut. Truc. 2. 5. 12. *Male quod mulier facere incepit, niſi id efficere perpetrat, Id illi morbo, id illi ſenio eſt, ea illi miſera miſeria eſt.* Eadem opera id exprobrare filio velle videtur, quod iſtuc ætatis nefariis potius amoribus det operam, quam armis, quibus rem & gloriam reperire poſſet. Sequentia interrogative ſunt ponenda: *nos triginta dies ferre non poſſumus?*

Alienæ culpæ, non meæ poteſtatis] Hac enim te rectum habui ad ingenium bonum. Tu autem mea ſalutaria neglectui præcepta habens, ita peccaſti graviter.

Non pronunciabo ante ſupremum] Lege: *ſupremam.* & adhibe Gronov. notam ad Plaut. Aſin. 3. 3. 4.

Si illum citius exoraſti] Non mutem *ocyus* in *citius*, cum illud, non hoc antiqui codd. tueantur.

Facilius eſt injuriam donare, quam crimen] Ovid. *non hoc injuria factum, Verum amor eſt.* de ſtupro puellæ illato. & paſſim contumelia & injuria iſto de rerum genere poſita. Colligat vero quis ex iſtis, quod Rhetor raptum non habuerit pro crimine, quod tamen minime eſt conſequens, non magis quam ſtuprum non habuiſſe criminum in numero Terentium, qui id Thaïdis reſpectu, cujus erat puella vim paſſa, *contumeliam* appellat. Eun. 5. 2. verba Thaïdis: *non te dignum Chærea Feciſti. nam ſi ego digna hac contumelia Sum maxime, at tu indignus, qui faceres tamen.* item Chærea dein: *unum hoc ſcito: contumeliæ Non me feciſſe cauſa, ſed amoris.*

Cujus miſericordia crudelis ſum] Pal. *ſenex ſum.* ita & Veneta. Videtur *ſævus* fuiſſe.

Pag. 179. *Neſcio, quid rogem, roga ergo*] Senſus vult: *Neſcio, quid roges, roga ergo.* Hoc reſpondet, ut arguat filium, qui inclamans patrem, quod ſe ad neceſſitatem deduceret mortis, nec quam anguſtum eſſet tempus cogitaret; interim ne deſcendebat quidem ad preces, rogabatque patrem de re, quam ab eo impetratam auferre volebat. Tanto vero id fieri æquius erat, quum & prior hic rogari debuiſſet. Igitur ſubjungit: *me priorem rogare debuiſti.*

Huc videlicet illa pars legis pertinebat] Interrogative hæc legenda: *Huc videlicet illa pars legis pertinebat, ut ſuum patrem exoret?* Et exorare ſi non poſſet, ut, quod nunc factum, pro demente habeat & accuſet? Poſtrema ſuppreſſit indignatio.

Patrem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Patrem natus ſic aliquis exorat] Ven. *pars patrem nati ſic aliq.* ita & Palat. nec abludunt alii ; ut credas emendandum : *Parce patri, mi nate.* Ad invidiam conflandum ſupplex fit pater filio. Qui ne mortis quidem periculo permovebatur, quo patrem, ita uti par erat, rogaret. Cornel. Hiſpanus mox : *Ne ille quidem quamvis dicatur nimus exorabilis, ignoviſſet, ſi ſic rogatus eſſet.* In verbis Fabiani ſup. *Demens, inquit, es, & huic aliquis ignoſcere poteſt, qui ſic rogat?* Sequentia interrogative, non dubito quin ſint accipienda hoc modo : *Sic aliquis exorat? ſic deprecatur? Apparet.*

Filius meus moriturus eſt, nondum] Plerique codd. *moriturus ſit.* Unde divinabam : *Filius meus moriturus es, ſi nondum teſtamentum meum mutavi.* Dementiæ daturus, quod ironice promiſit, documentum, illa diſſerit, unde conſtaret leges & jura eum non ignorare, & proin injuria dementiæ accuſari. In verbis Papirii Fabiani ſup. *Demens ſum, vides, turpiter vivo, meretricem amo, leges ignoro, dies tuos non numero, ad judicem vocatus, ad judicem non ſum.* ibidem, ironica. Explorati vero juris eſt, quod hic pronunciat, ſi nondum mutaſſet teſtamentum, ſuum iſtum filium moriturum eſſe. Nec enim demens mutare teſtamentum poterat, quo jam ſignificat ſe filium inſtituiſſe hæredem, nec quicquam eorum agere, quæ ſunt juris publici, ac proin eum non exhæredare, non abdicare : quæ tamen cum ſentiat, ſatiſque aliis probet, ſe mentis ſanæ eſſe, tacite his filio minatur, aut jam à ſe facta innuit de raptu, & iſtis de nuptiis ignoſceret, ut benignitatis & bene promittentis admixta ſit ſpecies.

Niſi ſuperſtitem filiam] Qui operam dediſti, quantum in te fuit, ne non ego patri meo communi parentum voto ſuperſtes viverem.

Sed quid faciam? patris tui miſereor] Antiqui : *patris judicio miſereor.* Ad quod explicandum, quam emendandum adjicere animum melius eſt. Senſum eſſe arbitror : Cum ipſe pater ſim, probeque judicare poſſim, quo nunc animo tuus agat pater, inde miſereor; patris, non læſi & inſignita injuria affecti judicio utens. Igitur contemplatione patris mei donavit ille mihi crimen.

Quam brevis ſit advocatio mea] Vide Fabrum ad Controv. 8. non procul initio.

Nec jam habeo cui peream] Nam ſi non ignoſcat pater, nec gener ero, nec maritus. Patrem vero mei non tangit cura. Quare ſatius eſt ultro etiam præcipere fata. Gruterus monet in Palat. & Eraſm. eſſe *paream.* idem in Venet. & Cov. unde *paveam* ſi ſcribas, meo quidem judicio putidum erit. an excidit *mihi* ; quod unica ſolet initiali notari litera. Fuitque : *Timeo mortem, nec habeo jam, cur parcam mihi.* Ut ita metum incutiat patri, quaſi facile conſilium moriendi ſit capturus, niſi ignoſceretur ſibi. quod ab eo factum eſſe paſſim liquet ex iis, quæ contra hunc à patre ſunt dicta. vel initium vide Controv.

Lex illius, diu moriar] Reſtituendum hunc ita locum exiſtimo : *Non eſt quod putetis legem in numero dierum anguſtam fuiſſe : lege illius diu moriar.* Quod erat in lege ſuum patrem à filio exorandum, id legem patris appellat, eoque demonſtrat ; utut aliis anguſta dierum in numero lex iſta videatur, ſe tamen eam minime anguſtam judicare poſſe. Cum parte illius, qua nitatur pater, diu pereat. Egregie huc pertinent, quæ fuerunt ſupra in verbis Pompeii Silonis : *Non noſti conditionem legis tuæ ; in hac qui pares ſententias habent, pereunt. Ipſe ad alienam ſe miſit, lex illum miſit ad meam. Legem alienam* accipe id, quod in lege hac : *Raptor niſi & ſuum & raptæ patrem exoraverit, pereat;* pro patre raptæ faceret. Sequitur mox hinc exponendum etiam : *Vis ſcire, lex utram maluerit. Non exoratus iraſcitur.* Id quod publice (ut omiſſum hic explicem) non fateretur, niſi eſſet maniſeſtiſſimum, quod pro ipſo lex faciant & natura. Illud *utram* tantum

pro-

probant Palat. & Ven. Nec *utrum* huic æquiparari poteſt.

Non poſſum ſuſtinere ultra] Covarr. *non poſſum metum ſuſtinere.* Quod conſenſu etiam tuentur Eraſm. Palat. & Venet. Aurel. vero Ms. pro *metum*, *melius*. Lege: *non poſſum metum ſuſtinere ultra & hæc tormenta*. Ubi *ultra* eſt ulterius, ut in illo Horat.

Eſt aliquid prodire tenus, ſi non datur ultra.

Ovid.

Ultra aliquid ſperare potes tamen improba virgo?

Quod temporibus Cæſarum uſu quotidiano tritum eſſe cœpit.

Pag. 180. *Et in me mihi aliud licebit*] Lege: *Diebus paucis, nec in me mihi aliud licebit.* Quo æquiore feram animo, ſi minori curarum tormento, jam nunc per te mihi mors contingat. Intelligendum ſimul, quod ſi non ignoſceret pater, & ipſi lege pereundum eſſet, ipſe ſibi eſſet allaturus mortem, minime expectaturus, ut viles manus admoveat carnifex.

Ita parum contigit tibi] *Parum*, nempe, ultionis, &, ſi fas credere, ex ultione voluptatis.

Solus periclitante filio non rogas] Ceteri vero, alieni etiam & ignoti, pro vita mea intercedunt & rogant.

An cum patre poſſit, cui vitæ mortiſque arb.] Palat. *quod vitæ mortiſve ſuæ arb.* ita & Eraſm. niſi quod is *mortiſque*. huic conſonat Ven. & Covarruv. quorum conſenſus ad hanc ducit lectionem: *quod vitæ ei mortiſque in ſuos arbitrium datum eſt.* Accommodatum propoſito non minus ſit: *quando vitæ ei mortiſque ſummum arbitrium datum eſt.* quam lectionem firmant ſequentia hoc ad exemplum emendata: *Quomodo ulli accuſare eum liberum eſt, quem mortiferum eſt non exoraſſe?* Covarruv. *an illi.* Unde poſſis etiam: *nam nulli.* Commodiſſimum videtur, *etiam nulli.* ut ſit ratio à ſuperiori diverſa. Vel: *tum nulli*, vel, *& quoniam nulli*, ſenſu eodem redeunte. Eſt autem in his argumentatio ab abſurdo: Abſurda non poſſe nos intelligendum eſt, nec legibus eſſe conceſſa ſolent.

An ob id poſſit, cujus faciendi] Infra: *An agi cum patre dementiæ poſſit, ob id, quod facturus eſſet, non ob id, quod fecerit.* Ita & ſæpe alibi. Quod hoc loco ſenſus flagitat. Alioquin fateor diu hic me hæſiſſe; quod in nonnullis optimæ notæ erat: *an labiis poſſit.* quod tandem corruptum eſſe ſuſpicari cœpi ex eo, quod in aliis itidem non ſubleſtæ fidei eſt, nempe: *an ab iis poſſit.* Conſtanter vero antiqui dein: *quibus faciendi*, cum *cujus* tantum locum habere poſſit. in nonnullis forſan *quojus* occurrerit, unde error dein facilis.

Quod alium prius rogavit] Non putem cum Dalechampio *prius* inducendum. Satis auctoritate codicum, multiſque locis hujus Controverſiæ, & ſenſu ipſo defenditur, nec tamen, ut ille velit, hoc retento, ſequens, *quod me non rogavit*, exturbem. potius emendem, *quod ſe non rogavit.* Niſi quod obſervem ſæpius id factum, ut in alteram perſonam fiat tranſitus. Vide quæ dixit Aſprenas in Controv. 2. Ut vero omnis tollatur difficultas, cogitandum, quod eo quoque nomine exacerbatus ſit adverſus filium pater, quod non ageret ſuppliciter, ac ne rogaret quidem. Arell. Fuſc. *Moriar, inquit: etiamnum minaris, nondum rogas.* Pompeii Silonis: *Omnia ſibi putat licere, nec ille unquam me rogavit.* Vibii Rufi: *Anguſtum tempus eſt, exclamat, neſcio quid roges. Roga ergo.* Sive verum id fuit, ſive pater ſuæ inſerviens cauſæ id aſſeverat, cum preces filii contumaciæ eſſent propiores.

Si non exoravit filius] Veneta & Palat. *filio.* Et dein: *an te exhortetur, incertum eſt.* Forſan legendum: *Si, quod non exoravit filio, dementia eſt: tantam dementiam ferre non poſſum.* & ſanandus potius ſum, quam accuſandus, & judiciorum vix firmæ valetudini ferendis moleſtiis vexandus; *cum adhuc, an me exoret incertum ſit.* Paulo poſt in verbis Fabiani: *in hoc enim latam eſſe legem, ut pater à filio ſanari deberet, non ut regi.* quanto deteſtabile

le magis, ſi criminibus exercitum patrem filius habeat.

Hic paterno affectu] Quod in Palat. eſt ſcriptoque Gronovii, *Hic paternos affectus tractavit ſpem facientis.* idem Veneta totidem habet verbis, idque cum Grutero & Gronovio pro vero amplectendum nullus dubito.

*Qui paulo apertius agebat * eſt controverſiam*] Hiatum ex ingenio, cum deſtituant libri, ſuppleo; & perſuaſiſſimum mihi eſt, ſenſum ſaltem his contineri: *Non probabat, Fuſcum, qui paulo apertius agebat, etiam controverſia hac promittere.* Volebat Latro ita declamari, ſpes quidem ut non omnis incideretur, eaque aliqua ut fieret filio, nihil tamen ut promitteretur. Ratio ſubjungitur: *Poteſt nihilominus & bonus agi pater, & non exoratus.* Atque hoc ad præceptum, quaſi ſe compoſuiſſent, ita ſupra Rhetores dixerunt; ipſe etiam Arellius Fuſcus, qui tamen in diviſione imprudentius egerit. Nam quæ dixit ille ſupra, ut heic reprehendere Latronem credam, vix eſt, ut in animum inducere poſſim.

Qui morbo fureret] Non qui indignitate rei iniquæ commoti, juſtæve ultionis ſtudio vehementius agerent.

Pag. 181. *Quaſi jam pronunciatum eſt*] Palat. Eraſm. Ven. non *eſt*, ſed *ſit*. quare *eſſet* reponam.

Manifeſtius eſſe de lege & officio patris quæri] Lege: *manifeſtius eſſe de lege: ſed de officio patris quæri & fingi quaſdam controverſias, in quibus pater f. p. n. poſſit, n. a. t. p. n. impietatem aut libidinem fœdam.* Quare Fabianus male iſtam quæſtionem hac fecit in controverſia: *dementiæ non poſſe agi, niſi cum eo, qui morbo fureret.* Nam hic id ſpectandum maxime, num ita deſit officio pater, ut demens iniquitate in filium, & impietate nefaria videri poſſit, & proinde damnari illius legis ratione & interpretatione. Amant vero auctores *libidinem* opponere rationi & æquitati. Cicer. pro Quint. *Res quæ libidine, non ratione geruntur.* In Verrem: *hominum libido, iniquitaſque.* Igitur cum hic de *impietate* & *libidine* præmiſiſſet, repetitur dein: *nullum patri curatorem dari, quia iniquus pater ſit, aut impius.* Vulgo enim ita edunt & legunt.

In nulla magis illum re Scholaſticum depr.] Lego: *in nulla minus.* præceſſit enim: *Latronem videri, tanquam forenſem facere.*

Remittit, inquit, eam quæſtionem] Ea non utitur contra adverſarium. Ita *donare* Quintil. declam. 1. *Dono illud, dum à ſuo lumine egreditur, dum illos, quos accepit à patre, ſervulos fallit.* ubi vid. not. Gron.

Valentiſſima] Et proin minime prætereunda aut rejicienda, ut factum à Latrone: non & à Quintilianis, qui paſſim ea quæſtione uſi, ut declam. 5. 257. 286. 271. 300. 303. & 378. ubi paſſim etiam, quæ ſint excepta imperio parentum filii dicunt.

Ego ſemper ſcio] Illud ſemper iteratum ex præced. period. videtur, nec hic habere locum, niſi quis ad membrum ſequens reſpicere velit, cujuſmodi exempla notare memini ad Suaſor. 7. *Et ego.* ſua conſtabit orationi connexionis ratio. Facile potuit abſorberi *&* antecedenti *eſt.* aut initio vocis *Ego.*

Nullum patri curatorem dari] Palat. *nullum præter curatorem.* idem Venet. Covarr. *nullam præter.* in marg. *nulli patri.* Aur. Ms. *nullam præter.* in marg. *nulla patri.* Ex quibus colligo verum eſſe: *nulli à prætore curatorem dari, quia iniquus pater ſit aut impius.* cujus lectionis ad elegantiam vulgata ne comparanda quidem eſt. quæ corrupta eſt, dum non ſatis ſumitur labor ad verum ex ductu & veſtigiis litterarum reperiendum. Pertinent autem hæc ad ea tempora, quibus tutor in urbe à prætore urbano & majore parte tribunorum plebis dabatur, ex lege Attilia, qua de res nota eſt in Inſtit. Juſtinianæis. Præf. 3 Controv. *Jam apud prætorem urbanum curatorem ei petebam.*

Quod in ſcholaſtica dementiæ agere] Quare immerito reprehenderit Fabianum Latro, ipſe notandus.

Ob id quod facturus eſſet] Ven. & Pal. *Ob id quod fecerit, non ob id, quod factu-*

rus eſſet. Quod quanquam præpoſterum quis judicet, credat quis tamen locum ſuum tueri poſſe. Vide quæ congeſſerunt eruditi ad l. 1. D. de V. Sign. Forte: *An agi cum patre dementiæ poſſit, non ob id quod fecerit, ſed ob id, quod facturus eſſet.*

Pag. 182. *Tu vero, inquit, mecum agis*] Ven. *Tu non, inquit.* ita & Ms. Aur. & Covarr. Igitur legendum: *Tu nunc, inquit, mecum agis*, &c.

Puta enim me hodie exorari, &c.] Ven. *exorari demens, non ego demens videor.* Pal. & Cov. vero: *exor. demens non ero, demens videor.* Cui ſuffragatur Aur. Ms. Atque hinc emendavi: *Puta enim me hodie exorari, demens non ero: niſi* (hanc enim particulam, quæ unica ſæpe in ordine notatur litera, excidiſſe, pro certo credo) *demens videor, qui uno me verbo ſanare poſſum.* Nam poſtrema hæc antiqui codd. ſatis fatentur recte eſſe reſtituta. Senſus eſt: Ipſe tu, ſi hodie me exorari ſinam, judicabis & pronunciabis me dementem non eſſe. Abſurdum enim dictu dementem eſſe, qui verbo ſe poſſit reſtituere ſanitati. Relinquitur igitur, quod in accuſando non perinde id ſpectaveris, quod nondum exoraviſti, quam quod metuis, ne me non exores, & à patre adigaris ad mortem. Egoque proin reus agor, non quia quid feci mali, ſed quod forſan, ut hariolaris, facturus ſum. quo nihil iniquum magis dici poteſt.

Num qui etiam vigeſimo?] Cov. Vat. & Aur. *Num & qui viceſimo?* Venet. *Numquid etiam & vigeſimo?* Monſtra lectionum. Omnia velle videntur hunc ſenſum: *Etiamſi demens eſt, qui non exoratur à filio, num dies eſt jam trigeſimus?* Qui cum nondum venerit, falſo aſſeveretur, quod hoc in negotio à filio me exorari non ſim paſſus; & proin nec demens ero.

Pag. 183. *Ut ſi quem ad triginta*] Lege: *utique ad triginta dies exorari poſſum.*

Poſt triginta quæri non poteſt] Id ſine dubio falſum eſt. Igitur reſcribo: *Poſt triginta dies queri non potero.* quia ſuperſtes amplius non ero. Quo cum ſpes eſſe poſſet, patrem aliquid promiſſurum, nihil tamen ille motus; quantum, inquit, audio: *Aut crimen non habeo, aut accuſatorem.* Æque dubium relinquens filium filium. Nunc crimen non habere ſe ait, & accuſari tamen: poſt diem vero trigeſimum, cum criminis poſſet reus videri, ſibi defuturum, quantum filii audiebat verba, accuſatorem. Quibus etiam perſtringit acriter filium, qui inſontem patrem vexaret judiciis, & ſolus illi accuſator reperiri poſſet.

Fecit quæſtionem, qua Gallio uſus eſt] An poſſet quis accuſari ob id, quod facturus eſſet. Inſerendum dein: *& adjecit.* Ne manca ſint ſequentia Latronis: *adjicio: non potes accuſare. Nihil etiam tibi proderit.* Jam ad Controv. 1. monui, quod *adjecit, inquit*, & ſimilia ſæpe hoc in opere omiſſa ſint. Confer paulo poſt fin. notæ: *Quare hoc non quæſtionis.*

Quanquam hoc ipſum] Jam mecum ſtatueram *tanquam* hic eſſe legendum, cum vidi in Cov. & Aur. Ms. hoc extare. Quod ſolum ſine dubio verum eſt. Error inde natus, quod non notaverant ſibi eruditi, *tanquam*, ſæpe eſſe auctoribus, quod vulgo *exempli cauſa*. Igitur etiam in Controv. 1. ubi eſt: *An quiſquis patrem non alit, puniatur, tanquam æger, vinctus, captus.* Male Schottus & Aurel. reſcriptum velint, *quanquam.* quod jam monere & exempla alia ibi congerere memini.

In aliam, aiebat, quæſtionem incurrere] Ven. & Palat. *in illam.* quod cur reprobem cauſa nulla eſt.

Quam de judicibus tuis ferre ſententiam] Covarr. *quam hodie de judicibus:* Idque Ms. etiam Aur. & Ven. ſenſuſque probant, nam qui civis eſſet, potuit fieri ipſe judex, & ea in cauſa, ubi ſententiam de his ſuis judicibus ferret. Aurel. ad hæc verba: *Nota*, inquit, *nemo accuſat in magiſtratu poſitos.* Egregie, quaſi omnes judices eſſent magiſtratus: quod qui ſtatuat, eum profecto deridebunt, ſi quis vel jus, vel literas noſtras primoribus deguſtarunt labris.

Nihil

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Nihil enim tibi proderit] Lege: *nihil etiam tibi proderit*. Ut velit Latro, iſtam Gallionis ac Silonis in hanc ſuam, quam dixit, quæſtionem etiam incurrere.

Etiamſi damnaveris, morieris] Quia in patris tamen arbitrio eſt poſitum, moriaris an vivas, ut dixit Latro; ad quæ hæc pertinent, facileque iis aptari poterant, ut membra quædam cognata, quæ ſententia Latronis non vana erat.

Quare hoc non quæſtionis loco ponebat] Illud *quare* non habet quo referatur, ſenſumque turbat. *Quorum* ſcribe, & tenebræ disjicientur omnes. Intelliges autem quæſtionis loco non habendum cenſuiſſe Latronem hoc Silonis: Nihil proderit, quamvis damnes: nihilo ſecius moriendum erit. quod pluribus iteraſſe videtur, quo dilucidius refutare poſſet. Illa vero etiam Gallionis quæſtio, qua & Silonem uſum dixit, ſatis jam multis explicata erat. Obſervandum hoc ex loco eſt, quod in quæſtionibus illud ſpectarint, ne vel in parte aliqua labarent, eaque occaſione ſubverti poſſent. Infirmum denique argumentum, qualia multa in orationibus, ubi paſſim verſandum in probabilibus, æquiore patet eos tuliſſe animo, quam quæſtionem parum valentem. Inde ſubjunctum eſt illud: *parum hoc putabat valens eſſe, tanquam quæſtionem: ſatis valens, tanquam argumentum. at illam alteram ſatis valentem quæſtionem non poſſe cum patre agi eo nomine, quod non peccaverit.* Quibus etiam verbis valide confirmatur verum eſſe, quod conjeci paulo ante, ubi de quæſtionibus, quas fecit Silo, agere incipit, interſerendum eſſe, *& adjecit*. Hujus vero Rhetoris quæſtio, cur imbecilla ſit nimis, unde quæſtionis cenſeri nomine non potuit ex ſententia Latronis porro jam Seneca exequitur.

Hunc exorari à filio non vult] Quare temere id aſſeveratum tanquam perpetuæ veritatis. *Etiamſi damnaveris, morieris. Lex enim, ſi non exoraveris, perire te vult.* Atqui ſi conviciſſet dementiæ patrem, iſve demens manifeſtus oſtenderetur, jam nulla exorandi filio neceſſitas imponebatur. Exemplo palam furioſi illud illuſtrat & firmat Latro.

Pag. 184. *Et illam alteram*] Malim: *at illam alteram.*

Sed tracturus iſte, iniquitatem tractationis] Covarr. *iniquitate tractatione.* in marg. *æquitatis tractat.* Ead. planiſſime Aur. Ms. Lege: *& tractaturus iſtam, iniquitatis tractationem ponebat.* Mox concludens tractationem ſuam: *quam iniquum eſt, nondum eſſe me nocentem, eſſe jam reum!*

Agere mecum dementiæ etſi jam poteſt] Antiqui, Covarr. Aur. Ms. Pal. Ven. *Etſi jam ſi poteſt.* Unde divinabam: *Agere vis mecum dementiæ, etiamſi non potes.* Vel, *agitur m. d. etiamſi non poteſt.* Prius tamen magis placet.

Etiamnum exorari poſſum] Eraſ. non ſolum & Pal. ſed Covar. & Vatic. & Aurel. Ms. & Ven. *etiamnum tempore exor.* quo adjuvatur conjectura Gruteri, qui *etiamnum tempori exor.* forte putat legendum. Niſi tamen *tempore* eodem ſenſu eſt poſitum. ut, *veſpere* & *veſperi, here, heri, mane, mani.* & ſimilia ejuſdem ſignificatus ſunt.

Nondum eſſe me nocentem, eſſe jam reum] Verbum hoc de loco facerem nullum, cum & perſpicuus ſit, nec quenquam poſſit offendere: niſi in Ven. & Eraſ. & Palat. intellexiſſem eſſe ſcriptum: *& jam reum*, quod mutare nulla cogit neceſſitas.

Non ſum exoratus] Objectio eſt de genere illarum, de quibus jam egi ad Declam. 1. Calp. Flacci.

Ingenuus virginem rapuit] Verum puto: *ingenuam virginem rapuit.* Flor. 1.24. *Ante ceteros Appius eo inſolentiæ elatus eſt, ut ingenuam virginem ſtupro deſtinaret.* Quintilian. declamat. 301. *Nec fecit quod adverſus hanc conditionem* (ſervilem nempe) *fieri potuiſſet. Rapuit tanquam ingenuam. ideoque cum educeretur ad magiſtratus, nihil recuſavit, nihil juri noſtro oppoſuit.* Cum excuſare poſſet, non eſſe ingenuam, quam rapuerat. Plura ſunt eadem in declam. huc

facien-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

facientia. Min. Felicis huc etiam pertinere poſſunt: *Proh! nefas: id in ſe mali facinoris admittunt, quod nec ætas poteſt pati mollior, nec cogi ſervitus durior.* In excerptis Præfat. 4 Controv. Haterius: *Impudicitia in ingenuo crimen eſt, in ſervo neceſſitas, in liberto officium.* Quod de maſculis quidem eſt proſtratæ pudicitiæ; ut de ſtupro tamen & raptu, non ingenuarum quid ſtatuerint ſatis intelligi poſſit. Ego iſtis inductus hic *ingenuam* tantum probare cœpi.

Ita tu cum tam exorabilem] Hunc ad modum ex conjectura ſe edidiſſe fatetur Schottus, cum ſciret & teſtetur in Covarr., quem ipſe longe optimum judicavit in epiſt. ad Lipſ. editioni præfixa, exaratum eſſe: *Miratur, cum exorabilem patrem haberet, rapuiſſe.* Unde minori audacia efformaret quis: *Miramur, cum exorabilem patrem haberet, te rapuiſſe.* Non multo aliter emendanda hæc, quia Covarr. adſtipulantur Aurel. Ms. item Pal. & Eraſ. & Ven.

Nec victum te Hercules fateberis] Diu me hæc fatigarunt, nec quicquam investigare potui, quod accommodatum propoſito, & intellectu promptum eſſet. Adhuc non puto ſenſum his vel affingi poſſe. Quare mutavi & reſcripſi: *Nequicquam me hercules fateberis, cum dies venerit.* Ut his ſubigere voluerit filium ad fatendum, numquid conveniret, cum jam nuptiæ illi eſſent promiſſæ, ut raperet hanc virginem, ne ſibi interpellandi hoc conjugium copia relinqueretur. Quod ſi perduci ad liquidum poſſet, jam & pateret judicibus, raptæ patrem conſcium & quodammodo participem raptus eſſe, nec immerito raptoris patrem ſe non ita facile exorari ſiviſſe. Quare minatur hic, ſi confeſſionem differat filius ad ſupremum diem, quod futurum videbatur, ſpem reconciliationis & veniæ tum illi omnem inciſam fore. Atque ea de cauſa paſſim per hanc Controverſiam, ut & in iis Aſprenatis & Latronis, quæ ſubjiciuntur. Non me movet in iſta emendatione, quod in Covarruv. & Aur. Ms. eſt: *non victum*, cum notum ſit particulam *non* una litera deſignari conſueſſe.

Moriar, dic ergo verum] Ven. *Adoriar, dic ergo verum, dic ergo verum.* Repetitionem iſtam etiam Pal. agnoſcit, & Eraſm. Pro *Adoriar*, reſcripſerim *At moriar*. Poſteriora neſcio, an auſim tanquam proba aſſignare patri, cujus ab animo miſericordia jam etiam commoto inſitoque affectu, atque ϛοργῇ (quam quis exuat?) illud ſit profectum, qui ſervatum filium, æſtuque liberatum jam cuperet, dummodo flecteret pertinaciam, nec illius gratiam negligeret. Concinnius tamen & Latrone dignius, nec minus efficax & propoſito ſit aptum, ſi legas: *Dic ergo, dic verum.* Quæ explicantem Fabrum vide. Aut pro certo crediderim, quod nunc incidit, Latronis hæc præceſſiſſe, *At moriar, at moriar.* Non abſimile fuit Controv. initio Latronis ejuſdem: *Moriar, inquit, moriar hodie.* Ut pater eodem orationis filo hic reſponderit.

Pag. 185. *Pejorem cauſam habeo, ſi apud*] Lege: *Numquid pejorem cauſam habebo* (cum nempe apud patrem judicem) *quam ſi apud alterum judicer?*

Lucius eadem figura declamavit & Hiſpo] Vox & Pal. abeſt, quod nimiſquam utile monuiſſe Gruterum. eadem abeſt Venetæ. & perſuaſiſſimum mihi eſt, nec in aliis probis eam extare. nulloque de Rhetore hæc capi oportere, niſi de ſolo Hiſpone Romano: maxime cum iſti libri huc ducant, unde primum hoc mihi venit in mentem. Quid tamen iſtud Lucius ſibi vult? dicam. *durus color*, credo, in his legeris: nec *durius declamare* ſi quis dicat, id tuas ſauciet aures. nam ferendum eſt, probumque nec durius *tranſire mollius.* id quod vides. Quod ſi igitur legerim: *Durius eadem figura declamavit Hiſpo Romanus, ſed tranſiit mollius.* tuo id commodo, ſpero fiet. Ego certe facinus tam memorabile meo periculo auſus ſum: *Si quid noviſti rectius iſtis, Candidus imperti.* Quod nullum fore confido, aut

noſtra

noſtræ emendationi geminum, illave duce repertum.

Et tunc quoad lucebit, perſeverabo] Ven. *Et cum id jus lugebit perſ.* Palat. *& tum id vis lugebis.* Proxime literas emendatio hæc accedet: *Et quamdiu is lucebit.* Quod nimis audax ne quis judicet, is *cum* etiam *quum* ſcribi ſi cogitare velit, facile in aliam ſententiam traducetur. Poſt occaſum ſolem vero, etiam ſententiam tamen mutare pater potuit, etſi alioverſum accipit filius, more hominum, quod metuimus, id ut credamus & pro dicto accipiamus citius.

Cum Scholaſticorum ſummo fragore] Forſan erit, qui *frigore* malit. Ego hoc retinere velle cœpi, poſtquam redierunt in mentem ex Controv. 19. hæc egregie hunc locum illuſtrantia: *Et cum Scholaſtici magno clamore laudarent, invectus eſt* (Latro) *in eos, ut debuit, & effecit, ut in reliquum etiam, quæ bene dicta erant, tardius laudarent, dum inſidias vererentur.* Temere hic quoque ii laudarunt, quod demonſtratur judicio Aſinii Pollionis, & ipſius adeo Senecæ, qui iſtius ſententiæ ſuam adjicit. Ubi vero de clamore dicitur, ibi *fragoris* occurrere vocem non mirandum eſt magis, quam hæc reperiri apud Juvenal. Satyr. 1. verſ. 10. *unde alius furtivæ devehat aurum Pelliculæ; quantas jaculetur Monychus ornos; Frontonis platani, convulſaque marmora clamant Semper, & aſſiduo ruptæ lectore columnæ.* Etiam Heſiodus, ubi placide imprimis agitur, & citharæ dulcedo perſonat Apollinisq; à v. 203. θεῶν δ᾽ ἕδος ἄγνυτο ὄλυμπος. ut nimium non ſit, quod de iis qui canunt fiſtulis (ſuavem tamen & tenerum fuiſſe cantum oſtendit) dixit verſ. 279. lib. ejuſd. περὶ δέ σφισιν ἄγνυτο ἠχώ. quod verſ. 348. repetitum de equis ſibi adhinnientibus, dum obviam fiunt.

Et tu quiſquis es carnifex] Multis partibus malim, *at tu.* Sunt enim hæc filii ad iſta præcedentia patris (illius enim ex perſona dicta ſunt) minantis graviſſima & ultima, reſpondentis, reque ipſa ante oculos poſita movere & flectere contendentis. Et bene, *quiſquis es*, nondum enim is certus erat. Eſt autem iſta formula compellandi ignotos. Exempla collegit Briſſon. l. 7.

Agon' quod fieri ſolet victimis] Terent. Eun. 5. 4. 35. *nunc minatur porro, ſeſe id, quod mœchis ſolet.* Ubi Donat. *minatur porro ſeſe*, deeſt facturum, *quod mœchis ſolet*, deeſt, fieri.

Quo jam pater exorari non poſſet] Ineptum igitur illud Triarii: *antequam ferias, reſpice patrem*, num forte mihi juveni, & ſanguini ſuo ignoſcat. Nam poſt diem trigeſimum, quo finguntur hæc fieri, lege agebatur, nec ipſius jam patris in poteſtate erat ſitum, ut ſervaret filium.

Quia priorem rogaſſet raptæ patrem] Suſpecta hæc mihi. Forſan: *Quod ait priorem me rogaſſe raptæ patrem, ſuſpenſum eſſe nolui*, &c.

Alieno arbitrio agere] Quia ipſi curis & ægritudine præpeditum animum gerunt. Suet. in Tib. c. 18. *hominem ſui arbitrii* vocat, qui nihil curat alieno conſilio uti: *Semper*, inquit, *alias ſui arbitrii, contentuſque ſe uno, tunc* (poſt cladem Varianam temeritate ducis acceptam) *præter conſuetudinem cum pluribus de ratione belli communicavit.* Nep. in Att. c. 10. *Ille autem ſui judicii potius quid ſe facere par eſſet, intuebatur, quam quid alii laudaturi forent.* Ubi judicium & arbitrium promiſcue accipi videmus. Nam quod L. Seneca 3 de Benef. c. 7. judicem arbitro opponit, id uſu quodam & exemplo facit juriſconſultorum, qui nomen generis quandoque ad unam ſignificandam ſpeciem traducunt, maxime ſi idoneum illi nomen ſit nullum. quod notiſſimum eſt de vocibus *adoptionis, cognationis, actionis*, plurimiſque aliis: verba ſunt: *Melior videtur conditio cauſæ bonæ, ſi ad judicem, quam ſi ad arbitrum mittitur: quia illum formula includit, & certos, quos non excedat, terminos ponit; hujus libera & nullis adſtricta vinculis religio & detrahere aliquid poteſt & adjicere.* Sed hoc in tranſcurſu. Nam ſi rem reſecemus ad vivum, cum hic vitium notetur nullum, cum arbitria ad æquum jus pertineant,

tineant; hominem vero ſui arbitrii cum dicimus, aliquid etiam culpæ affine plerumque ſignificatum velimus. unde *ἰδιογνώμονα καὶ αὐθάδην* Caſaub. in loco Sueton. exponit. Poſſit hæc diſputatio videri hic aliena. Sed me fontem & cognationem vocabulorum ſpectaſſe ſcito.

Qui circa erant] Nep. Eumene c. 10. *Sed non paſſi ſunt hi, qui circa erant.* paulo ante *ſui*, eidem, quod jam notavit Boecler. Sueton. græciſſans in Jul. cap. 27. *Omnibus vero circa eum, atque etiam parte magna ſenatus gratuito, aut levi fænore obſtrictis.* Ubi Caſaub. adde. Torrent. illum ad locum: Liber Tornacenſ. *gratuitu.* nequis forte ad fœnus referat. nullum enim fœnus gratuitum eſt. Quod monet, cavendum eſt; ſed illud ſimul, ne aliter, quam ſubſtantive *gratuito* accipiamus. In Tib. cap. 48. *propoſito millies ſeſtertium gratuito in triennii tempus.* & gratuitum eſt, de quo ipſe auctor in vita Auguſt. cap. 41. *Quoties ex damnatorum bonis pecunia ſuperflueret, uſum ejus gratuitum iis, qui cavere in duplum poſſent, ad certum tempus indulſit.* Hoc quoque quaſi præteriens.

Pag. 186. *Non erit, inquit, duritia patris mei*] Nihil in his mutem, niſi *erit*, in *erat*. *Nota* non probem, cum ſupra indulgentiam ſuam jactet in filium pater, nominatim in verbis Pompeii Silon. nec quicquam cauſam agens ſuam filius, hac de re ad judices conqueratur. ut oſtendat patrem jam olim durum & immiſericordem, nunc etiam dementem factum: cujus morbi jam olim ita ſemina manifeſta apparuiſſent. Quinimo ita diſſerunt Rhetores, quaſi pater hic eo etiam nomine exacerbatus ſit magis, quod pro magna indulgentia & benignitate, minime nunc ipſi dignus eſſet honos habitus. Quare: *Non erat, inquit, duritia patris mei*, melius hic judicem. Quod facit etiam ad flectendum patrem, dum memoratur, quid ipſe filius & amici de eo ſenſerint atque expectarint. Interpretor vero illud, *Non erat duritia patris mei*, nulla erat. Nempe adhuc indulgentiſſimum pater egerat. Iſtis de locutionibus egi ad contr. 2.

Item amici ſuaſerunt] Jam ſupra monui, nihil eſſe frequentius hoc in opere, quam *item* pro *itaque* vitioſum, idem hic peccatum, quod jam ante me viſum Gronov. De reliquis Fabri amplectar lectionem: *ne noceret apud illam, quod tarde ſuum exoraremus patrem.* Intellige: ne indignaretur illa & ſuccenſeret, cum crederet hac cunctatione negligi ſe & contemptui haberi, iiſque irarum ſtimulis incitata ſuum alienaret patrem, & inexorabilem redderet. Hanc inquam præfero lectionem, cum ſenſu ſit commoda & non unius antiquorum codd. auctoritate ſubnixa. Accedit quod legibus Scholaſticorum rapta raptoris potuit optare mortem: Controv. 5. *Rapta raptoris aut mortem, aut indotatas nuptias optet.* quod imprimis hic cogitandum.

Occurremus, ille domi eſt] Quamvis in Ven. Pal. Eraſm. Covarr. & Ms. Aurel. *hoc curemus* ſe offerat, lectionem tamen Vat. ut veritati potiorem præferam: *Occurremus.* unde *Occurramus* tantum hic probem cum Gronov.

Pag. 187. *Colluſionis*] Et Douſa, qu[i] ad veſticontubernia hæc reſpicere cre[di]dit, nimis nugatur, nec Gruterus o[pe]ræ pretium fecit, qui iſtam Douſa[e] ſententiam hoc nobis loco retulit.

Λέγε σε τίς θι. πρὸς] His & quæ ſub[-] juncta ſunt Græcis, tantum laboravi[,] ut ſenſum aliquem reperirem; de ve[-] ra lectione affirmaturus aliquid lecto[-] ri, cum codicum, qui habeant Græ[-] ca, nobis data erit copia. Tu vide a[n] in præſens ſatis ingenioſum videatur: *Λέγε σέ τι ἐρέθιζ πρὸς πατέρα τῆς ἐφθαρ- μένης; Ὡς ἀντίπρονος κεῖμαι· σὺ ἐπι- βλέπεις, καὶ σιωπᾷς ἀεί;* *Dic quid eſt quo[d] te irritet adverſus vitiatæ patrem? Filiu[s] tuus ſupplex ad pedes tuos jaceo, qua[m] commiſerim cædem, propter quam mi[hi] mors ſit ſubeunda. Vides hæc & ſiles, nu[l-] lumque unquam mittis aut mutis verbum[.]* Hæc pertinent ad demonſtrandum in[-] juria ſuccenſere patrem raptoris, cu[m] non illi eſſet illata injuria, ſed rapt[æ]

patr[i]

patri: quam ut rem exaggeret, vitiatam & ſtupratam dicit. Quia illas ſuſpiciones plerumque raptæ ſuſtinent. Quod vero indignabatur ſe non rogatum priorem; de eo reſpondetur, tanto illi filium ſupplicem magis factum. Tandem exprobratur duritia, qui hæc videre, nec iis commoveri poſſit, ad filium metui graviſſimo mortis verbi unius opera eripiendum. Non videntur vero hæc Græcorum Rhetorum loco & ordine eſſe poſita, cum videas nunc dicere patrem, nunc filium, nihil ut in anteceſſum de his ſuo more moneat Seneca. Ea etiam, quæ ſequuntur, patet eſſe patris. At ſi adhibeas dein, quæ dixerunt Lepidus & Diocles Caryſtius, dixiſſe credas filium.

Μάλα ἀπορῶ. σε μέσον ἐρησφύεης] Senſus ſit: Μάλα ἀπορῶ. σήμερον ἐκ ἐρήσω. ῥυήσεται, ὃν ἔφθης ὁ χρόνος. Οὐ πρότερον ἀπώσω (an ἀποθήσω) μέριμνάν σε, πρὶν ὤσα τὸν ἔλεον. *Valde animi anceps & dubius ſum. Hodie nihil ſum dicturus.* Quinimo, *tempus exorandi, quod antecepiſti, etiam elabetur.* nec tu quicquam impetratum hac de re à me auferes. Quod jam ſemel mihi conſtituendum video. quod *non antea tui cura tangi & moveri deſinam, priuſquam animo miſericordiam expulero.* Confer, quæ dicet mox Lepidus. Nihil neceſſarium dixi πρότερον πρὶν pro *priuſquam* in his eſſe poſitum. ut πρὶν πρὶν, quæ proba eſſe jam ex optimis oſtenderunt alii.

Misereris, niſi etiam] Vix dubito, quin ſit reſcribendum: *Miſereberis mei etiam ultimo die, egomet jam tui miſereor.* Hæc ad patrem, qui minatur, quod offirmaturus ſit animum, nec intra dies triginta ſe exorari paſſurus. Tu, inquit, quamvis jam nunc id propoſuiſti, durum & inexorabilem te mihi præbere, longe tamen alium ages, ſi minus antea, ſaltem ultimo illo die, cum mea de vita maxime agetur. Quamvis iſtud ultimum tempus nunc formidare, illiuſque cogitatione me cruciari vis. Tuum ipſius animum ſatis perſpicio, ita mei cura jam fluctuari & æſtuare, ut miſericordia non poſſim non commoveri.

Ἐβόων ἀστοὶ, Ἐβόων ἁλιεῖς] Rurſus hic aliquid audendum, utinam fortuna conatus proſperet. Saniora ſint: Ἔγνων ἀστοὶ, ἔγνων ἁλιεῖς, ἔγνων ἄλλοι; τίς ἄρ' ἥρπασέ σε; εἰς τίνας παρεγένετο; καὶ ταῦτα ἤτοι, ἱστὰς ἐνέδρας, ἤ τι ὅμοιον. *Norunt cives? norunt piſcatores? norunt alii? Quis quæſo te rapuit? ad quot venit? idque utrum perpetravit collocatis inſidiis, an alia ratione?* Ἐνέδρας proprie hic accipio, ut per diſpoſitos & ex occulto, nec opinantem oppreſſerit & rapuerit. Poſſet vero & alia via decepiſſe. quare dixit ἱστὰς ἐνέδρας, ἤ τι ὅμοιον. Piſcatorum hic mentio, quod auxilio eorum, & naviculis raptores iſtiuſmodi ſua conſilia ſubinde executi ſint. Illud ἔγνων ἄλλοι ab ingenio ſupplevi, ne manca eſſet oratio, & quod ſimilitudo membri, quod præcedit, cauſa eſſe potuit cur alterum hoc periret.

CONTROV. XII.

Qualem vidi!] Non ſunt forte patris ingemiſcentis conditioni & morbo filii. Sed admirantis meretricem, nihil pro meretrice ſe gerentem. de qua longius quoque exequitur. Gemina ſunt Papirii Fabiani infra: *Quam nihil in domo illa meretricia fœdi vidi! aſſidebat mulier triſti vultu affecto & ægro* (ita enim malo) *ſimillima ipſa, demiſſis in terram oculis.* Atque ita qui hunc ceperit locum, aſteriſco eum indigere minime cenſebit. Poſtrema tamen ejuſdem Papirii dubium me fecerunt, num à filii miſeratione ſint hæc profecta. Sed vel ſic videndum, num poſſint pro integris accipi. Maxime cum Latroni per ſit familiare ex abrupto ordiri. Facit huc quod mox addet de conſternatione ſua pater, cum ad filium veniſſet.

Non paſſis tantum, ſed laniatis capillis] Antiqui: *non impulſis.* Unde Gruterus probante Schotto, *non impexis.* Ego nec vulgatum, nec quod conjecit Gruter. amplector. Nec puto quemquam eruditorum emendandi hic

conſilium capturum fuiſſe, qui cum ſcirent conſenſu librorum veterum defendi *non impulſis*, etiam repetiſſent animo, quod olim comam in gradus, ac turres quaſi (tutulum Sext. Pomp. eam ſtructuram appellat) habuerint formatam. Statius in Violantillæ Epithalam.

— celſæ procul aſpice frontis honores
Suggeſtumque comæ.

Juvenal. taxans feminas, quod hac arte ſtudebant proceriores videri:

Tot premit ordinibus, tot adhuc compagibus altum
Ædificat caput: Andromachen à fronte videbis;
Poſt minor eſt.

Adi Hadr. Junii comment. de coma, cap. 7. Ut igitur turres & ædificia recte *impulſa* poſſunt dici, ſi ita convulſa ſint, ut cadant, ita & capilli eorum ad exemplum extructi. Turbaverat mulier luctu & confuderat crines, omnis iſte ornatus ut concidiſſet; præterea laniaverat. Etiamſi aliter ſtructam & ordinatam habuit comam, tamen non incommoda vox ea hic erit.

Ubi eſt, inquam, meretrix] Veteres libb. *inquit* præferunt. &, *inquam*, ab ingenio eſt eruditorum, quod facile quis probet, modo initio periodi ſequentis ſit *venerat*. Illud etiam dubitavi, num verba hæc: *ubi eſt meretrix?* quæ fuerunt objurgationis & exprobrationis in oratione filii, hic ſint repetita, ut ad ea reſpondeatur. Plenum erat: *ubi eſt meretrix? illuc veniſti? illic verſatus es?* Sed de his etiam filio, dum iterat ſubinde vocem, incluſerit indignatio & dedecus. eademque ratione nunc poſuerit hoc loco pater, ut oſtendat, ſe nihil iſto crimine terreri. Conſiliique adeo ſui non vanam reddit rationem iis, quæ ſubjuncta ſunt. Hoc ſenſu, *inquit* probum & retinendum, nec vocem *venit* ſollicitandam eſſe patet.

Non expectavi dum iſte permitteret. amens cucurri] Ven. *Dum iſte cucurreret. amens cucurri.* Covarr. *curreret.* Forte: *non expectavi, dum iſte ſuccurreret. Amens cucurri. cetera quemadm.* &c.

Pag. 188. *Steterim an ſederim*] Venet. Pal. Eraſm. Covarr. Aurel. *ſi ſteterim, an ſederim.* quod an temere factum exiſtimamus? minime quidem ego, nec auſim tamen illud *ſi* hic *an* interpretari. qua ratione frequens eſſe jam oſtenderunt eruditi: quamvis viderim apud Horat. 1. epiſt. 3.

Debes hoc etiam reſcribere, ſi tibi curæ,
Quanta conveniat, Munatius. an male ſarta
Gratia nequicquam coit, & reſcinditur?

Diverſus enim ab hoc locus eſt. Quid ſi *ſubſtiterim?* Virgil.

Subſtitit Æneas gemituque hac addidit alto.

Hoc unum ſcio, jacuiſſe me inter duo filios] Ven. *hoc unum, hoc unum ſcio* quod non eſt damnandum. Illud *jacuiſſe* me offendit. quid ſi *tacuiſſe*, quo[d] utrorum contemplatione & reſpectu dum jactatur & æſtuat, verba proferr[e] non potuerit. Controv. 1. eſt: *jactatu[s] inter duos patres, poſitus inter duo pericu[la], quid faciam?* unde etiam natur[ale] erat, *jactatum eſſe inter duos filios.* Se[d] hoc ſi præferendum cenſeam, erun[t] forte, qui audaciæ culpa non expe[r]tem judicent.

Depoſitum & crimen meum] *Depo[ſi]tum* vocat, quod illi erat commend[a]tus. vide thema. Nempe *deponere* [&] *commendare* pro iiſdem amant. Juſti[n.] 35. 2. *Initio belli Demetrius duos fil[ios] apud Gnidium hoſpitem ſuum cum mag[no] auri pondere commendaverat, ut belli p[e]riculis eximerentur.* Pulchre Ceres ap[ud] Ennam deponens Proſerpinam filia[m] ſuam:

—— tibi gaudia noſtri
Sanguinis, & caros uteri commendo labo[res].

Claud. raptu Proſerp. lib. 1. Mox: *N[on] habeo miſer, cui te moriturus commend[em].* In l. 24. D. depoſ. *quid eſt enim al[iud] commendare, quam deponere?* Lex i[n] primis digna, quæ hac ſuper re in[ſpi]ciatur. Sulpit. Victor Inſtit. Orat. *[...] rus quidam ad bellum virginem ſibi d[epo]ſitam vitiavit.* Porro *crimen meum* [...] cipe, qui cauſa es, cur accuſer. ut [...] illo Propertii:

Jup[...]

Jupiter affecta tandem miſerere puellæ.
Tam formoſa tuum mortua crimen erit.
De quo forte non monuiſſem, niſi animadverterem, Dalechampium hic aliena loqui.

Non habeo, miſer, cui te moriturus commendem] His ſubſunt minæ: quod hunc filium, qui ſe accuſabat dementiæ, proturbaturus domo, atque exhæredaturus eſſet.

Non habui, cui redderem] Ven. *non habui cui crederem.* Ita & editum à Schotto. Verum eſſe credas: *Non habuit, cui crederet.* ut & dein: *Offerebat eum propinquis. expectabant, ut aliquis pro abdicato rogaret.* quemadmodum deinceps ſubjungitur ab iſta dependens oratione: *Nemo audebat propinquorum fratre ceſſante. Illi videlicet in hac cogitatione tacebant*, &c. Si aliquis etiam præter fratrem, aut alius neceſſitudine, quam ipſi, non ita arcte junctus interceſſiſſet: & ipſis officium, cum excuſatius jam poſſent, facere decretum erat.

Neſcio, quis eſſet abdicatus] Senſus vult: *neſcivi.* Aut: *neſciens quis eſſet abdicatus, meliorem expuli.* Malo: *neſcivi.* Cum autem Ven. Eraſm. & Palat. in præced. exhibeant *Fatear*, ſuſpicetur quis, num una periodo ſcriptum fuerit: *Ut fatear me aliquando inſanum fuiſſe: neſcivi*, &c. Poteſt & *Fatear* defendi, quo concedere cum filio multum videretur, maxime eum premit. Sed ſic disjuncti magis erant ſenſus.

In domo illa meretricia fœdi] Eraſm. Ven. Pal. Covarr. Aurel. *meretricia fide.* Unde legam: *Quam nihil in domo illa meretriciæ fidei vidi?* Ita ut apud Plaut. Perſ. 2. 2. 61. *Omnes ſunt lenæ leviſidæ. Neque tippulæ levius pondus eſt, quam fides lenonia.* In Mil. 2. 5. *Feciſti muliebri fide*, id eſt, perfide. Quod magis vero conſentiat, ſi *meretricia* quid *fide* factum dicas. Hujus autem mulieris fides duro ſpectata tempore, nequaquam meretricia, muliebris, aut vana apparebat. Eo adſpectum arbitror. Si codd. aliorum, qui iſtis comparari poſſint, auctoritate vulgatum *fœdi* ſubnixum demonſtretur, minime rejecerim.

Mulier triſti vultu adfecta, ægro] Credo emendandum: *adfecto & ægro.* de quo jam monui. Infra: *Miſit ad me affectus, æger. non ibo?*

Pater, inquit, nihil tecum frater locutus eſt?] Intelligendum quæſiſſe hæc abdicatum morti jam proximum. Quare continuo poſt hæc deficiente ſpiritu puerum in ſinu patris deponit, ut indicant ſubjecta. Quorum accurata eſſet connexio ſi ſcribas: *Inde in ſinu meo & filium & animum depoſuit.* Non agnoſcit Ven. *& animum.* præterea *poſuit* habet. Sed utrumque nobis bona fide ex libris antiquis antepoſitum ab editoribus ſpero. Saltem tanquam dubitandum de his non ſit, ita nec in notis nec in variis lectionib. vel verbulo ſollicitant. Et ſupra jam fuit: *Tradidit infantem & expiravit.* item: *Accede huc puer, depoſitum & crimen meum.*

Magni ſucceſſor modo patrimonii natus] Conſtanter ſatis antiqui, *nactus.* An ſcriptura fuit: *Ille magnum ſucceſſor modo patrimonium nacturus in lectulo precario moriebatur.* Quibus ultro filio dementiæ ſe accuſanti & infamanti fateatur torquens huc orationem, ſi convaluiſſet abdicatus, quod eum revocare propoſitum illi fuerit. ut in verbis Arellii: *O me miſerum, quod ſolum nepotem recepi.* Ita & in fin. Ceſtianorum ſupra: *Neſcivi quis eſſet abdicatus. Meliorem expuli.* Quibus latenter etiam denunciat, evenire poſſe, ut filium hunc abdicet. Add. horum ipſorum finem, ubi aperte dicit, quibus hic ſtruit viam. Nec moveat, quod verba: *Ille magni modo ſucceſſor patrimonii natus*, magis nexa ſunt præcedentibus: *Ignoſco tibi, quod tam durus es, ægrum fratrem non vidiſti.* Nam nihil frequentius faciunt Rhetores, in his controverſiis, quam ut ab alio ad aliud, priuſquam expectes, migrent. Et pater tantum curat permovere judices, qui ex his intelligere poterant, nihil cum dementer feciſſe, non durum iſtum filium: qui ſi fratrem maximis iſtis neceſſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ceſſitudinibus circumventum, & omnibus paupertatis malis conflictantem vidiſſet, duriorem ſe tamen videbatur præbiturus ſilice. Schottus tamen unum producit librum veterem, in quo ſit *natus*. quomodo jam olim in marginibus codd. mutatum eſſe idem & Aur. oſtendunt. Atque multos hoc prælaturos prævisum habeo. In Palat. eſt: *Qui magni modo ſucceſſor p. n.* Qui orationis numerus & ordo videndum eſt, ni aliquid pro mea iſta emendatione faciant. Ne vero offendat: *Modo nacturus*; Terent. in And. 3. 4. 15. *Domum modo ibo*, dixit. Atqui, inquis, *modo* brevius notat tempus, quam ut hic commodum habere locum poſſit. Minime id videtur, cum & ſenex exaggerare rem velit, & illa ætas morti admota videatur. Etiam ſi longiuſcule producat vitam, tamen illud *modo* non ineptum erit. Quod Juſtin. 38. cap. 6. de ſexdecim annis poſuit. quod illic notatum à Bernegg. qui & gemina alia producit loca. Eodem exemplo Flor. 3. 5. *ſtatim* de duodecim ſpatio annorum. Tacit. 1 Annal. 56. *mox* de quinquennio. quod patebit, ſi quis conferat Sueton. Aug. cap. 65. qui etiam in vita Neronis cap. 6. eadem iſta voce de undecim annorum tempore eſt uſus. quod ipſe docebit, ſi adeas caput, quod ſubſequitur. Quid ſi, quod nunc venit in mentem, legas: *Ille magni modo ſucceſſionem patrimonii nacturus*, niſi nempe turbaſſent mortalitatis ordinem fata atrocia. quod & in iſta priori emendatione cogitandum. Apud Ciceronem eſt: *ſucceſſio provinciarum*. apud Sueton. *ſucceſſio imperii*. non puto pejus, ſi quis *ſucceſſionem patrimonii* dixerit.

Cadentes jam oculos] Quintil. Declamat. 8. *Dum labentes oculi ad noſtras exclamationes noſtroſque planctus, admiſſa paulatim luce laxantur.* A ſideribus petitum, quorum oculi gerunt ſimulacrum in noſtro corpore. Virgil. *Suadentque cadentia ſidera ſomnos.* Iſtiuſmodi de oculis eſt illud etiam Quintilian. in Declam. 10. *Jam gelidi piger corporis ſanguis omnes in mortem ſtrinxerat venas, & nutantium fulgor extremus nutabat oculorum.*

Pag. 189. *Ad vitam volui revocari*] Præſentia mea & alloquio. Vell. 2. 123. *Subrefectus primo conſpectu alloquioque chariſſimi ſibi ſpiritus.* In Veneta igitur cum ſit *revocare*, non id mutem. lib. 4. Controv. 5. adde.

In Catone moderatio, &c.] Schottus dubitanter *immoderatio*. Mihi verius nihil videtur; reſcriboque: *in Catone immoderatio, in Cicerone inconſtantia, in Sulla inclementia.* Hæſitarunt, credo, eruditi, quod non perinde probum & uſitatum ſuſpicarentur *immoderatio*. Atqui ipſe Cicero in orat. pro Sulla: quod *L. Torquatus interdum efferatur immoderatione verborum.* Ipſum hoc vitium eſt, quod heic in Catone notatur.

Frater, quod tacuit] Non contradixit cum abdicaſſem, facile enim recepturus eram, cum pervidiſſem, aut mecum repetiſſem hujus indolem atque animum. Nunc neſcivi, aut minus cogitavi, quis eſſet abdicatus. ita expulſus permanſit melior. Vox *tacere* notanda hoc ſenſu. Quintilian. in argum. declam. 368. *Rapta invito patre nuptias optavit. ob hoc abdicata tacuit.* ita & lib. 6. Controv. 1. Quintil. declam. 290. initio.

Mihi crede aliter à diis de coharede] Ven. Pal. Eraſ. Covarr. Aur. *aliter tu à diis de coh.* Unde feci: *Mihi crede: adii tertium ad deos de hærede.* Ita auget quod dixerat, *Non ſum uno hærede contentus, duos habere volui.* Ex quibus etiam conjecturam feci, quod hic hæredis, non cohæredis facta ſit mentio. Reliqua ſatis ultro ſe eruditis probatura confido. Latinitas eſt enim Terentii, quem veteris & novi Latii limam Jul. Scaliger appellat. Ille in Andr. 2. 1. 15. *Byrrhia quid tibi videtur? adeon' ad eum?* item Act. 3. ſc. 3. *Aliquot me adiere, ex te auditum qui aiebant*, &c. Julius Rufinianus libro de ſchem. dianœas non procul fine, ubi agit de figura per præpoſitionem *ad*, modo ſemel poſitam, modo dupliciter; poſterioris exem-

exempla ponit: *Quin adeat ad eum, aggrediar ad illum.* ubi vitioſe editum, quod præteriens moneo: *Figuram per præpoſitionem Ad, modo ſemel & ſimplicem poſitam.* lege *ſimpliciter.* item, *modo ſimpliciter relatam*, ubi *dupliciter* ſcribendum. Item mox: *Figura per præpoſitionem In, modo ſemel & ſimplicem elatam.* ſcribe *ſemel & ſimpliciter.* Addo etiam, quod libro de figura ſententiæ peccatum ſit in his: *Homœoſis eſt, cum per ſimilitudinem res præſtantur.* emendo: *res repræſentantur.* Sed redeo unde diſceſſeram, quodque illuſtrandum cum maxime. Ut oſtendat pater nihili ſe facere, quod indignetur & iraſcatur filius, hic illud etiam nihil trepidans fatetur, quod tertio etiam de hærede ſollicitaverit votis ſuperos, nunc etiam ſi uxor minus eſſet fœcunda, divortio facto, aliam in matrimonium accipere poterat, unde plures etiam filio cohæredes naſcerentur. Nam cum minis hæc facere mixturam intelligendum eſt.

Pag. 190. *Videbitis negare non poſſe*] In Veneta eſt: *Videbitis neminem rogare non poſſe.* Ead. lectio Pal. item Covar. item Aur. Quare ſcripſerim potius: *Videbitis neminem negare poſſe.*

Quem honeſtius ſubjecit meretrix] Hæc non intelligo. Senſus eſt, *Quandoque honeſtiores ſubjecit meretrix, quam peperit.* Plerumque enim, quos ſupponunt ſibi meretrices, ejus ſunt generis, quales edere in lucem ipſæ ſolent. Quandoque tamen ſuppoſititii illi honeſtiorum etiam ſuboles erant: quod negarit nemo, cum multi ea tempeſtate diro immanitatis exemplo ex ſe natos exponerent, quos colligendos curabant, quæ iſtiuſmodi ſcelus agitabant. *Subjicere* hic poſitum, ut *ſupponere* in hoc Plautino Ciſt. 1. 2. *Puerum aut puellam alicunde ut reperirem ſibi Recens natum, eapſe quod ſibi ſupponeret.* In Ven. eſt: *quam honeſtius fuit.* Igitur primum *quanto* cogitavi: dein auſus ſum, *quandoque:* cujus finis apparet in principio ꝑ *honeſtius.*

Quia mulieri illi frater, &c.] Palat. habet: *quia multa ille frater donavit, pluſquam ſua parte.* huic eadem eſt lectio Ven. Alii etiam ex antiquis his ſuffragati videntur. Quamobrem præferam, ſi legatur: *quia multo illi pater donavit pluſquam ſuam partem.* Vox *pater* & *frater* paſſim hac ipſa in Controverſia promiſcue corrupta ſunt. Tanquam in verbis Ceſtii: *Patrem accuſat, patrem infamat.* Item Albutii: *Ut vidit uxorem, vidit & fratrem, circumſpiciebat & patrem.* ita & alibi. Significatur autem hiſce, quod indulgenti in iſtum, quem dein abdicavit, filium fuerit animo. unde corruptus videtur. *Deteriores omnes ſimus licentia.*

Inter omnia mala fœcundam, veræ inimicæ] Latere videtur: *Severitatis mimicæ.* quibus egregie reſpondent ſequentia: *Noſtis* (ita enim reſcribo) *quibus ante in cubiculum rivalis venit, quam maritus.* Harum de numero & hæc eſt, quamquam ſeveritas eſt in vultu, & pretii quantivis videtur. Proinde puerum iſtum, qui omnes in domo non ſine cauſa vocabat patres, dum noſtræ obtrudit & inſertum vult familiæ, injuriam facit. Facit ad ſtabiliendam hanc conjecturam, quod eſt paulo poſt: *Sed mater aſſerit ſeveris modis.* ita enim legendum.

Cum abdicaret, aiebat. Hoc ſcilicet] Vide, ſi magis placet diſtinctio: *Cum abdicaret, hoc aiebat ſcilicet: Expectabo*, &c. Ironica ſunt. Vult minime iſtum vel ſermonem, vel mentem patris fuiſſe, ut filium reciperet, ſi ſuſcepiſſet ex meretrice liberos. quod nunc tamen fecerit manifeſto dementiæ argumento.

Nunc erubeſcunt in domum meretr.] Lege: *Cuncti erubeſcunt.* Nempe ſolus non erubeſcit pater, unde mente non ſana eſſe intelligendum videtur.

Nulli agnoſcendum] Vox huic rei propria, quod patet ex titulo Dig. *de agnoſcendis & alendis liberis.*

Sed mater aſſerat. Severiſſimus pater.] Ven. junctim, *aſſerat ſeveris modis.* ea agnoſcit Pal. Eraſm. aliique. Igitur legendum cenſeo: *Sed mater aſſerit ſeveris modis. Pater* &c. Tranſitus eſt à ſecunda in perſonam tertiam. quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

jam pluries monui his in Controverſiis pervulgatiſſimum eſſe. *Aſſerit* accipio ſuum eſſe ait, ſibique eum vindicat, nec ab eo divellitur. cum non temere quis poſſet ſuſpicari de ſuppoſitione. Curt. lib. 8. c. 1. *Jovis, quem patrem ſibi Alexander aſſereret, oraculum eludens. Severis modis* non damnem hic magis, quam apud Plautum *indignis, miſeris, malis modis*. Etiam in Caſ. 3. 5. *Mira veris modis intus vidi.* Rurſus in his argumentum ad patrem dementiæ peragendum reum. Meretrix ſibi aſſerit filium: pater vero hic antea filium, quem pro certo ſciebat ſuum eſſe, abdicavit: nunc vero adoptat puerum hunc, quem veri eſt ſimile vulgivaga Venere ſuſceptum eſſe. Atque iſtuc, quo dixi, hæc pertinere, arguunt etiam ſubſequentia: *Erat in domo puer, qui omnes vocabat patres, adoptavit ejus filium, propter quam etiam ſuum ejecerat.* Nam *quam* non *quem* patet vel ex ſenſu eſſe legendum. Eſt ita præterea in Veneta, quod non monerem, niſi pravum illud tres meis editis inſediſſe viderem.

Miſit in domum noſtram publicum puerum] Cohærebit oratio melius inſerta vocula, ut ſit: *Miſit is in domum noſtram p. p.*

Pag. 191. *Niſi aut abdicatus aut abdicandus*] Gruterus monet Palatino prius *aut* abeſſe. idem obſervo in Venet. Hæc autem eo reſpicit periodus, quod nec legitimus & præterea publicus hic ſit filius, cum juſtis nuptiis non ſit ſuſceptus, quod nullus intervenit conſenſus parentum. adhæc cum ii interfuerint, queis ſuſpicandum ſit cum ipſa illa meretrice conſuetudinem intercesſiſſe. quare non ſine ſpecie dementiæ ſit adoptatus in familiam & nomen, quamvis crediſſet frater, quod ſuo ſatu editus eſſet.

Nihil tecum locutus ſum] Quibus verbis ſimul removetur ſuſpicio, qua credebant per illum factum eſſe, ut pater odiſſet & abdicaret fratrem. & ſimul inſimulatur dementiæ pater, quæ fuerit impedimento, quo minus cum illo ſermones feri commode poſſent. Quod utrumque egregie accommodatum cauſæ filii, quia iſta Fabiani ſententia continebatur, eo laudata eſt.

Cum hoc unum puero noceat] Scopas hic diſſolutas cernis, quia copula deſideratur. fuit ſine dubio: *Et cum hoc unum.* exemplo periodi præcedentis: *Et ideo ſententia laudatur Fabiani.*

Quantum in controverſia licebat] Venet. *Quantum controverſias licebat.* Idem in Covarruv. eſſe videtur. An Seneca ſcripſit: *quantum controverſia ſinebat.* Non audebant laudare nimium, ne ſuſpectum etiam & dubium fieret, quod erat verum, & ne pro matrona magis, quam meretrice dicere viderentur. id quod non ſinebat controverſia, cujus ex argumento agi debuit. Mox in Ven. *ne quicquid in illa.* Scribe igitur: *ne quicquam.* in ead. ut & Covarr. eſt, *videbatur.* unde malim, *videatur.*

Nihil, inquis, in illa domo meretricium fuit] Interrogative hæc ſunt legenda: nec *inquis* pro *inquit* emendatio eſt neceſſaria. mutantur paſſim ita perſonæ.

Exeuntem perſecutus eſt] Oſtendit eo ſe motum quam maxime, quod ſibi adulans hæſiſſet, & ſecutus eſſet hic puer. Neminem offendat, quod *infantem* appellavit ſupra. quaſi minus iſti hæc conveniant. Nam & de numero infantium ſine dubio ſunt, qui incedere & ſuis ſe pedibus portare poſſunt. Antea vero etiam, quam huc proceſſerunt ſtabilitatis, quin placere & ſuis inſinuare ſe blanditiis poſſint, quis ignorat? Juſtin. lib. 1. c. 4. *Quem ubi in manum mulier accepit*, (de Cyro refert paulo ante nato) *veluti ad notam puer alluſit; tantuſque in illo rigor & dulcis quidam blandientis infantis riſus apparuit, ut paſtorem ultro rogaret, quo ſuum partum pro illo exponeret.* Ne nunc dicam, quod antiqui juriſperiti infantem uſque ad annum ſeptimum dicant: quo tempore ſuis eſſe numeris perfecta facultas loquendi ſolet. Quo ut deſcendamus minime eſt neceſſe, multoque appoſitum eſt magis, priora

illa

illa ſi cogites. Illud omiſi monere, quod *perſequi* pro *ſequi* hic ſit poſitum. Ipſe mox Meſſala ita exponit. Cum plerumque aliquid dicat hoſtile. Senec. Hippol. 237.

—— *cujus odio forſan*
Perſequitur omnes.

Maxime id apparet in vocabulo *Perſecutiones*, quod patribus uſitatum de Chriſtianis. ut ſenſu tamen eo locupletiſſimis auctorum, quod cenſet Grotius ad Apoſtolorum Acta, peregrinum & ignotum ſit. Controv. 20. *Ego taceam de adulterio, quod perſequitur etiam populus? ego taceam de parricidio, quod perſequitur etiam puer?* Etiam Petronius *ſequi* pro *perſequi*. *Me* [illegible] *oque per terras, per ſævi Nereos æquor, Helleſpontiaci ſequitur gravis ira Priapi.* Illud vero hic etiam notandum, quod vox *proſequi*, quæ in negotio honoris, laudis, liberalitatis habere ſolet locum & uſum, etiam pro *perſequi* eo, quo dixi ſenſu, occurrat, Controv. 4. *Adulteros meos uſque ad limen proſecutus ſum.* Igitur Velleius 2. 92. *Præſentia invidia, præterita veneratione proſequimur; & his nos obrui, illis inſtrui credimus.* Utramque illi diverſo reſpectu ſignificationem tribuens. Arnob. 2. adverſ. Gent. *Opem deſideras tibi ferre, cujus dona & munera non tantum aſperneris & fugias, verum inania verba cognomines & jocularibus facetiis proſequaris? Perſequi* ſenſu, quo accepit hic Albutius, eſt apud Plin. lib. 1. epiſt. 5. *Paucos poſt dies ipſe me Regulus convenit in prætoris officio: illuc me perſecutus, ſecretum petit.*

Non habebit, inquit, fiduciam] Non ſatis intrepide ac conſtanter, & quaſi cauſæ fidat, defendere ſe poterit. 3 Annal. cap. 15. *Defenſio in cæteris trepidavit.*

Recepiſſe puerum, quam abduxiſſe] Quod eſt in Pal. Ven. Covarr. & Aur. *adduxiſſe* nempe, id præferam. De ſequentibus iidem non aſſentiuntur vulgatæ editioni: Sed Ven. quidem & Palat. *& qua ratione eum adoptandum eſſe, non quia.* Covar. vero & Aur. *& qua ratione & eſt adoptandum eſſe.* Unde fecerim: *Neque rationis eſt eum adoptatum eſſe, non quia debuerit, ſed quia ſecutus eſt.* niſi *eſſet* mavis. *Rationis eſt* non in jure tantum, ſed apud Columellam præterea reperitur. Aquila Romanus ratione ſimili *naturæ eſt. Percurramus igitur ſententiarum figuras: naturæ eſt enim prius ſentire, quam eloqui.*

In omnis quidem ſtudiorum partis] Venet. Eraſ. & Pal. *in omnis.* ut mecum cogitare cœperim, num ſit verum: *Fuit autem Meſſalla exactiſſimi ingenii, & quidem ſtudiorum patris; Latini utique,* &c. Ut velit Meſſallam exactiſſimum illud ingenium applicuiſſe ad percipiendam dicendi facultatem exemplo patris. de quo Cicero in Bruto.

Pag. 192. *Quam ſuaſoriam Theodoro*] Pal. *quam compoſitam, quam ſuaſoriam Theodoto.* ita & Ven. aliique. Quid ſi igitur hunc locum, qui egregie exercitos habuit eruditos, ita emendare conemur? Adſcribam pluſcula, quo magis appareat, quanti ſit emendatio facienda: *Non tulit hanc contumeliam Latro, & pro Pythodoro Meſſallæ orationem diſertiſſimam recitavit, quacum compoſitam ſuam ſuaſoriam Theodoro declamavit poſt triduum.* Nempe quamvis extemporalitas non deeſſet Latroni, quo tamen haud dubiam referret victoriam, triduum meditatus, pedem contulit Meſſallæ, illius orationi ſuam ſuaſoriam committendo ac comparando, præſente ac judice Theodoro, apud quem Syriacus Vallius Rhetor diſertus ſe ſtuduiſſe Contr. 9. fatetur. qui idem forte, cujus occurrit mentio apud Fortunatianum lib. 1. *Status ubi invenitur? in eo, quod probamus. aut in eo, ex quo probamus.* Iſtam *Theodori* hanc *Hermagoræ* ſententiam fuiſſe addit. Ejuſdem etiam mentio apud Quintilianum alioſque. Vide Nicolaum Fabrum ad Suaſor. 3. Ut autem hic declamavit Theodoro, ita in Suaſor. 2. *Hic eſt Corvus, qui cum tentaret ſcholam Romæ, ſummo illi (Idumæo,* conjeci legendum) *qui Judæos ſubegerat, declamavit controverſiam,* &c. Particula vero *per* non hic tantum pro

poſt vitioſa eſt. Jam in declamat. 15. Calp. ſimile mendum ſuſtuli: ubi legendum in fine: *Cur enim dubitem poſt infamiam ſenex emori, qui etiam juvenis optavi ſæpe poſt gloriam.* Utroque in loco male *per* ferunt. Periodus eſt, qualis eadem in declam. *nec pœnam poſſum recuſare poſt culpam, nec veniam ſuſtinere poſt gloriam.* Etiam in Contr. 12. emendatio ſimilis neceſſaria, ubi nunc eſt: *putaſti autem te per tyrannum victurum, aut ſemper futurum patrem?* Intelligo autem recitata iſta Meſſallæ oratione, in qua elaboranda ſe plurimum poſuiſſe temporis ac laboris non potuerit diffiteri auctor, promiſiſſe Latronem trium dierum ſpatio ſe ſuaſoriam perfecturum, quæ illi orationi judicio eruditorum non eſſet ceſſura, quam eo, quod finierat, tempore declamaſſe Seneca heic teſtatur. Aut ſaltem, quod poſt triduum & iſtam Meſſallæ orationem recitaverit, & ſuam dein ſuaſoriam declamaverit, quo magis evaderet manifeſtum, falſiſſimum eſſe, quod ſua tantum lingua diſertus poſſet haberi; cum diverſum judicare debuerint auditores, qui utriuſque curam audierant, nulla interpoſita intercapedine. Quod factum, ne quis cavillaretur, feſelliſſe aurium judicium.

Quam Fabius Maximus circumferebat] *Circumferre* amat hac in re. Controv. 21. *Et hanc ſententiam, quæ valde circumlata eſt, adjecit.* Controv. 25. *Illud, quod tanquam Latronis circumfertur, non eſſe Latronis pro teſtimonio dico.* Controv. 30. *Summa hominum admiratione circumferebantur.* dicta nempe à quodam Rhetorum. In Præfat. vero 5 Controv. *Caſſii Severi, hominis Labeoni junctiſſimi, belle dicta res ferebatur.* Controv. 21. fin. *Senſum elegantem & ab omnibus jactatum.* Quæ qui loca habeat in numerato, pro certo judicet Paſſeratium & Turnebum, lib. 4. cap. 1. Inſtit. Quintil. ubi eſt: *neque tamen deducta ſemper atque circumlata ſit oratio*, illum male emendaſſe *circulata*: hunc non expoſuiſſe felicius, *circumlatam orationem* periodicam, quæ certo verborum circuitu & numero comprehenditur. add. 312. fin.

Non quæram extra exempla, &c.] Dura eſt oratio, & ſic tamen ſcripta; neſcio à Seneca an Librario. Minus me quidem offenderet, *extraria exempla.* nam iſtam vocem optimi probant. Plautinum & elegans, ut omnia, eſt: *Regias copias aureaſque obtulit, ut domo ſumeret, neu foris quæreret.* Item: *Cum apud te exemplum experiundi habeas, ne petas foris.* Sed hoc inculcari huic loco ratione non poteſt. Poſſis & *extranea.* ut utroque ſignificetur exempla non petiturum ab iis, qui extra familiam aut & eandem poteſtatem ſint: ipſius enim patris erat in promptu. de quo poſita verba ita legam: *ſani hominis eſt, quod pater iſte rogat. ipſum ſibi comparabo.* Ironice de ſanitate concedit, cum ex continenti id ipſum deſtruat. Nec ſerio dictum cauſæ patrocinatur patris: Nam ut, quod dixit ſupra pater, uno crimine dementia intelligi non poteſt, ita nec unica ſententia ſani hominis revincere quis, eſſe ſe ſanum. pater proin volebat, ut ipſe ſibi compararetur & conſideraretur, num aliquam in vitam & mores contuliſſet mutationem, unde nunc dementia intelligi poſſet. Particula vero *iſte* contemptum & indignationem præ ſe fert. de quo dictam Controv. 1. Schotti conjecturam hoc de loco facile probaverit.

Pag. 193. *Ut caſtigaret nunc jam ſeverus*] Faber legit: *Ut tunc etiam ſeverius.* vel & inducto *nunc*. *Ut caſtigaret etiam ſeverius.* Quo confugiſſe videtur, quia ſentiebat *tunc* hic iteratum duriuſculum eſſe. quod verum dubio procul, ſed poſterior conatus audaciæ crimini proximus eſt. Litteræ malunt legas: *Ut caſtigaret nonnunquam ſeverius.* Quæ emendatio perficitur unica adjecta littera, qua *non* ſignificetur. de reliquis ſi primam litteram voculæ *jam* adjicias ultimæ ꝙ *nunc*, vides *nunquam* confieri, quæ antiqua eſt ſcribendi ratio: ubi *q* litera ſine adjecta *v* ſæpe reperitur. Vid. Voſſ. lib. 1. de art. Gramm. cap. 22. & 29.

Si

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Si vobis in lupanari oſtendero] Ven. *in lupanar.* ut & alii nonnulli editi. quod non eſſe Latinitatis malæ, ſatis ab aliis jam demonſtratum. Vid. Comment. ad Plaut. Amph. 1. 1. 25. & Gronov. ad Liv. 2. 14.

Qui aiebat dicere Meſſallam] Verum eſt, *quo aiebat.* nec quiſquam in eo dubitet cum Fabro aut Schotto. Cov. & Aur. *quod.* redundante littera.

Objecit patri, quod fratrem abdicaſſet] Pal. Eraſm. Venet. *Quod etiam fratrem abdicaſſet.* quod mutare minime debuerant, ſed accipiendum, quaſi eſſet ſcriptum: *Objecit patri etiam, quod* &c. Ita Suaſ. 6. *Dixit utile eſſe, ne etiam cruciatus corporis pateretur.* ubi vide.

Non ſchemate, ſed certo] Vult non obſcure, ſed aperte & nulla uſum circuitione hoc objeciſſe. Horat. 2. Satyr. 6.

Poſtmodo quod mi obſit, clare certumque locuto.

Quare tunc non egiſti dementiæ?] Lectio Venet. Pal. Eraſm. ſatis expreſſe: *Quare tunc non egit? Dementiam tuam, aiebat, expectabat. expectabat pœnitentiam, aiebat, tuam. jam reſipiet.* Ubi aliud etiam ſine dubio latet, quam vulgo eſt editum. An fuit: *quare tunc non egi dementiæ? Dementiam tuam alebat, qui expectabat pœnitentiam tuam & aiebat, Jam reſipiet*, ut oſtendat non recens hoc patris eſſe vitium.

Quod vidiſſet in lupanari habitantem] Malim: *quum vidiſſet. Habitare* vero hic, ut in Plauti Pœn. 1. 3. *majorem partem in ore habitas meo.* qui colaphos infligebat quam creberrimos, vix ut à mala diſcederet ſuo pugno. Petron. *Qui inter hæc nutriuntur, non magis ſapere poſſunt, quam qui in culina habitant.* id eſt, maximam temporis partem verſantur. quod non jam indictum aliis.

Mitius certe morietur in paterno ſolo ſuo] Eraſ. *morietur paterno ſolo ſuo puero.* totidem ſunt in Ven. unde quis fecerit: *mitius certe morietur pater, noto ſolo* (niſi *loco* mavis) *ſuæ pueritiæ.* Malim: *in paterno ſolo & pueritiæ.* Etiam *patrium ſolum* eſt in verbis Albutii declam. 16. Nonnus ad cap. 3 Johann. ὃς ἀστερόεντι μελάθρῳ Πάτρειον οὖδας ἔχων αἰώνιος αἰθέρα ναίει.

Pag. 194. *Ut dares iſtum. Indignor hanc fratri, &c.*] Lege: *Ut dares iſtum? Indignor hanc fieri fratri meo contumeliam, &c.* Similitudine vocabuli proximi antecedens excidiſſe credo.

Hunc vomicum morbum, quo nunc laborat, intulit] Difficilius eſſet inveſtigare, quæ vera hujus loci lectio & ſententia ſit, & in quo acumen joci verſetur, quoque alludatur: niſi conſtans eſſet veterum lectio *vomicum:* quæ, cum vox ſit nihili, quicquid interpretetur Schottus, corruptam ſe clamat. nec longe petenda vera videtur, quanquam mihi diu quæſita. quam eſſe credo *comicum.* Non dicit morem, non conſuetudinem, ſed *morbum,* quo vitioſi aliquid magis notetur. Jam demonſtratum ſupra, *morbum judicio* ab noſtro opponi ſolere. Velleii eſt: *Plancus morbo proditor.* Vult autem oratores etiam eorum expreſſiſſe exemplum ex comicis atque hiſtrionibus, qui molliter nimis nimiſque tenere agerent, aut ſaltem hiſtrionum ad exemplum numeroſque & modos orationem & geſtus ſuos compoſuiſſe atque accommodaſſe. Qua de re eſt in Dialogo de cauſ. corruptæ eloq. cap. 26. *Neque enim oratorius iſte, imo hercule ne virilis quidem cultus eſt, quo plerique temporum noſtrorum actores ita utuntur, ut laſcivia verborum, & levitate ſententiarum, & licentia compoſitionis hiſtrionales modos exprimant. Quodque vix auditu fas eſſe debeat, laudis & gloriæ, & ingenii loco plerique jactant, cantari ſaltarique commentarios ſuos. Unde oritur illa fœda & præpoſtera, ſed tamen frequens quibuſdam exclamatio, ut oratores noſtri tenere dicere, hiſtriones diſerte ſaltare dicantur.* Qui locus inſtar eſt omnium. Jam ipſe noſter Præfat. 1 Controv. conqueſtus eſt, adoleſcentes, qui huic ſtudio ſancto & virili darent operam, nimiſquam effœminatam vivendi eſſe rationem ſecutos. vide locum pulcherrimum.

Unum tantum es non quaſi; alapam] Ecce iterum crucem fixam eruditis! qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

qui aliquid tentarunt tamen. Mihi negotium faceſſebat, quod erat in Ven. & Pal. item Eraſm. & Aur. *non quaſi, lapſam.* quod vidi poſtquam ex vulgato inciderat: *unum tantum es non quaſi, mapalia.* Sed animadvertens hanc lectionem vocis *alapam* etiam Hed. & Cov. codicibus niti, cœpi hac de emendatione mihi gratulari. præſertim cum illud quoque divinitus ſubjiceretur oculis apud Feſtum: *Mapalia caſæ Punicæ, in quibus quia nihil eſt ſecreti, ſolet id vocabulum ſolute viventibus objici.* Cum primum meminiſſem, quaſi per nebulam tantum illud Senec. ludo de morte Claudii Cæſaris: *Ego, inquit, P. C. interrogare vobis permiſeram, vos mera mapalia feciſtis.* Videmus quod Severus Caſſius huic Fabio facundia, forma, opibus præferocienti primum aliquid per deridiculum conceſſerit de his, quo magis nec opinantem gravi dicterio percuteret, illique rus & inficetias inconditaque & turbata omnia in oratione exprobaret. Poteſt vero ſimul etiam ad diſſolutam vitam & corruptos mores hæc pertinere intelligi, ad quæ prolapſus ſit, dum *ſtultitiam patiuntur opes.* quas aliquas, etſi non ita magnas, quam volebat videri, poſſederit. Quo quadrabit magis de morbo comico prædictum. Solent enim & ipſi hiſtriones inflatius agere; umbratili larva rerum ſpecioſarum, quas inter verſantur, ad ſuperbiæ vanitatem abrepti. Revocant vero illa Severi in mentem, quod in Fabulla notavit Martialis:

Bella es, novimus; & puella, verum eſt.
Et dives, (quis enim poteſt negare?)
Sed dum te nimium Fabulla laudas;
Nec dives, neque bella, nec puella es.

Poſtquam hæc illeveram chartis, illud quoque mecum cogitare cœpi, num id taxatum præterea in Fabio voluerit Severus, quod crebris interrumperet membris orationem, nec illius flumen ſuo ferri impetu ſineret: unde minus latebat ſecretumque erat, (ut ad iſta Feſti hæc accommodem) ſi quid minus ineſſet perfecti. Seneca noſter in Præfat. I Controverſ. *Antequam dicere inciperet, ſedens quæſtiones ejus, quam dicturus erat controverſiæ proponebat: quod ſummæ fiduciæ eſt. Ipſa enim actio multas latebras habet; nec facile poteſt, ſi quo loco ſubtilitas defuerit, apparere: cum orationis curſus judicium audientis impediat, dicentis abſcondat. At ubi nuda proponuntur membra, ſi quid aut numero aut ordine excidit, manifeſtum eſt.* Tanto autem perſpici etiam magis oratio potuit Fabii, quod quantum ex his reliquiis colligimus, oppoſitionum captavit in iſtis membris acumen. Non autem mirandum *mapalia* dici hic hominem, quum apud Plaut. Moſtell. I. I. 39. *hara ſuis*, qui olet fœdiſſime, appelletur.

Dixit quaſi tricolum tale] Illud quaſi non expunxerim cum Schotto, quod à Seneca poſitum jocante & adhuc ridente, atque ad dictum Severi, quod effuſo cachinno excepit, cum nimiſquam facetum videretur, alludente. Tricolum, ut verbo hoc addam, definit Hermog. lib. 4. de invent. 3. ὅταν δύο κώλων διαφόρων προστεθέντων ἀρκεῖ μονόκωλος ἑκατέροις ἀπόδοσις.

Quæ baſilicam infeſtant] An non malis, *baſilicas jam?* Nam non erat una tantum, in qua jus diceretur, & cauſæ orarentur. & tricolorum quoque vitio pervulgato inſignis videtur hic fuiſſe Fabius: qui etiam morbus hoc tempore inceſſerat forum & oratores. Quare & tricolo illi vanitatem à Severo exprobratam jam oſtendit Seneca. Vocem *infeſtant* illuſtrant illa Juvenalis Sat. I.

— unde alius furtivæ devehat aurum
Pelliculæ; quantas jaculetur Monychus ornos;
Frontonis platani, convulſaque marmora clamant
Semper, & aſſiduo rupta lectore columnæ.

Virgil.

Et cantu querulæ rumpent arbuſta cicadæ.

Omnes aliquid ad nos imbecilli] Non diſſentiunt vett. Legendum cenſeo: *Omnes aliquid annis imbecillis, alter alterius onera, pertulimus.* Fatetur pater, quod inter ſe ſibi ſint oneri, ipſe, filius, nepos;

nepos; omnes infirma in ætate verſantes: ſed cum nimis iniquum patri præbeat ſe filius adoleſcens admodum, denunciat forſan fore, ut nova etiam his primis in annis illi importetur calamitas, quam ſuo ſibi jumento arceſſiverit, & abdicetur. qua denunciatione ſimul oſtendit pater fiduciam ſuæ ſe cauſæ habere, nec timere, ut dementiæ reus peragatur. Hoc vero eſt in iis, quæ ſunt ſubjuncta: *Accuſatur pater in ultimis annis, nepos in primis. abdicatur nullus autem?* Nihil enim mutandum niſi ſolæ diſtinctiones. In ultimo membro expectares aliud, ſed minus vulgata captans Rhetor dixit, quod non deficiatur omni acumine, ſed minus tamen plenam efficiat orationem, & quo omittatur, quod quis judicet non ſupervacuum, ſed omni genere neceſſarium eſſe, ut non immerito hoc inter vitandarum rerum exempla referatur. In ſuperioribus illis hic forſan alicui adhuc ſuperſit ſcrupulus, quod *alter* de tribus dicatur. ſed hunc facile eximet Donat. ad Terent. And. 1. 1. 50. Cui obſervationi convenienter Lat. Pacat. c. 32. *Gotthus ille & Hunnus, & Alanus reſpondebat ad nomen, & alternabat excubias, & notari infrequens verebatur.* qui & cap. 21. *alter* pro *alius*: *At quam alter illorum principum mos fuit.* Quod non damnandum magis, quam *uterque* de tribus apud Flor lib. 2. c. 3. & 11. item lib. 4. cap. 12. cum & Virgilius *ambo* pro *tribus* ponat 1 Æn. 462.

Atridas Priamumque & ſævum ambobus Achillem.

Similis uſus vocis ἀμφότερον apud Græcos. Præterea ut iſtic *onera*, ita apud Sall. Bell. Catil. *qui labores, pericula, dubias, atque aſperas res, facile toleraverant, iis otium, divitiæ, optandæ aliis, oneri miſeriæque fuere.* Nam quamvis hic, quod nulla neceſſitas cogit, reſcribas, *oneri*, res eodem recidet.

Contrariam rem controverſiæ, ſed ſibi] Lege: *contrariam rem non controv. ſ. ſ.* Nam quæ dixerat, nata erant ad provocandam indignationem & iram eorum, qui cum maxime Reipub. Romanæ fata moderabantur: quos ſic offendit, ut excuſare ſe non potuerit, magis offenſurus ſi ſatisfeciſſet. vid. fin. Controv.

Nam iſti adoptione nobilitati fuerunt] Ven. habet: *Nam iſti ex imperio adoptione nobilitati fuerunt in hæc alia in hanc ſummam.* Huic ſuffragatur Palat. & quantum ad voces *ex imperio*, etiam Cov. Aur. & Eraſm. Igitur ut ſenſus ſit non abhorrens à propoſito, & Latinitas proba, lege: *Nam iſti nec imperio nec adoptione nobilitati. Fuerunt deinde & alia in hanc ſummam.* Cum partem diceret adoleſcentis Latro, inter alia, quæ objici poſſent, cur non ita pertinaciter adverſari adoptioni deberet, illud quoque removendum atque refutandum exiſtimabat, quod nonnullos dictitare credibile erat; parum convenienter eum agere exemplo Auguſti principis, qui Agrippam nulla ſibi junctum neceſſitudine etiam generum & conſortem imperii adſciviſſet, nunc etiam illius adoptare filios conſtituiſſet. Adhæc reſpondetur: iſtos nec imperio, nec adoptione nobilitatos, ſed multis imaginibus claros eſſe, & longa majorum decora præferre, virtutum præterea dote præfulgere. hunc vero puerum, quem adoptare paret pater, publice quæſitum & generis proin dehoneſtamentum atque opprobrium futurum. Iſta autem de genere dixiſſe Latronem manifeſtum eſt, ut palpum obtruderet Agrippæ, maximeque illius filiis, quibus cum maternum genus tolleret animos, non invitis accedebat ad aures, hac adoptione nihil ſibi nobilitatis, quaſi nec patri illa deeſſet maxima, acceſſurum. Diverſum cum verum eſſet, laudatio iſta pro exprobratione eſt habita. quod ſtatim referetur à Seneca. Dixit autem: *nec adoptione nobilitati*, de Caio & Lucio, cum pro certo haberetur, fore, ut paucos cis dies adoptarentur. quo rerum in genere amant auctores præterita pro futuris ponere: quod egregium eſt illuſtriſſimo illo in vaticinio Euangeliſtæ Veteris Teſtamenti: *Puer nobis natus eſt, filius nobis datus eſt.*

Ma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Mæcenas innuit patri, faſcinum recuſare] Malim: *Mæcenas innuit patri: is faſcinum recuſare*. Laudem illam natalium & nobilitatis aut & virtutis, quæ coram in os congerebatur, minime accipere ſe, vel vultu vel alio geſtu oſtendit Agrippa. Apud Theocritum interpres alibi teſtatur, quod ad avertendum faſcinum expuerint in ſinum. Tenuit enim antiquos opinio, faſcino eſſe obnoxium, ſi quis impenſius vel laudaret ipſe ſe, vel ab alio coram laudaretur. quare vocem *præfiſcine* & *præfiſcini* addebant, ad declinandum periculum faſcini, aut & invidiæ; quæ facile iſtiuſmodi laudationes conſequitur. Vide Comment. ad Plaut. Aſin. Jam vero ſi qui ſe tollere aut tolli laudibus per alios coram non detrectent, de his recte dixeris eos *non recuſare faſcinum*. Cic. lib. 15 ad Att. epiſt. 1. *Sed ad hæc omnia una conſolatio eſt, quod ea conditione nati ſimus, ut nihil, quod homini accidere poſſit, recuſare debeamus*. Poſſis & *faſcinum* accipere pro *laude in os*, ut *pudor* pro dedecore. antecedens pro conſequente. Horum de numero non eſſe ſe rebus oſtendit hoc in loco Agrippa. Saltem ut oſtenderet, modeſtiæ ratio exegit.

Finire jam quidam declamationem, &c.] Corruptiſſima hæc quoque. Senſus eſt: *Et finierat jam quidem declamationem*. Cum nempe interpellaret Agrippa, jam ad finem pervenerat declamatio, eoque non eſt abrupta. Cum enim primum iſta, quæ offenderunt, dicere cœpiſſet Latro, alibi occupatum animum Agrippam habuiſſe docet illud, *Mæcenas innuit patri*. Ita ſpatium abſolvendi Latroni datum. Sequentia porro lege, ut omnia hic conjungamus: *Putabat autem hanc malignam rem Mæcenas eſſe: effeciſſe enim nobilitatem non ut laudaret, quæ data erat à Cæſare, ſed ut notaret*. Mæcenatis & alibi judicium poſitum, ut Suaſor. 1. & Contr. 26. Is hanc rem malignam putabat, nec abhorrentem ab eorum impudentia, qui ignobilitatem exprobrare Agrippæ non vererentur. Quo pertinet ratio ſententiæ Mæcenatis ſubjecta.

Tanta autem ſub divo Auguſto] Ven. Palat. Eraſ. *Tanta autem Mæcenas*. Covarr. Aug. Aur. *Tanta autem Marcus*. quæ quid velint, non facile dixerim. An cum Lipſio exturbamus iſta, & vulgatam defendimus? an vero credimus emendandum: *Tanta autem per Mæcenatem ſub Divo Auguſto libertas fuit*. ut velit Mæcenatis beneficio, qui ſumma ipſe libertate in amicitia Cæſaris agere ſolebat, teſtis Dio lib. 45. ingeniis, quæ fovebat unice, quod notum, ſummam conceſſam libertatem ab Auguſto, qua alerentur & augerentur. Fuiſſe vero nonnullos, quanquam id ipſe improbaret, qui aliter atque par erat, libertate ea uterentur, nec abſtinerent contumelias & injurias iis, qui præſidia & ornamenta reipub. erant.

Pag. 196. *Concurrite, Agrippa, malum habebis, reſponde dius*] En monſtra! quæ qua debellarem via, diu æſtuavi. Hæc certiſſima videtur: *Concurrite Agrippæ: malum habebitis, niſi reſponderitis*. Cum Agrippæ ab ægritudine & pedibus appellentur. Gell. lib. 16. *Malum* vero *habebis*, formula ſit minantium pœnam ſervis & vilioribus aliis. Plaut. Amph. prolog. verſ. 27. & 2. 2. 89. dixit quicunque hæc ad exprobrandum Agrippæ & genus & vitium pedum, quo graviſſimo conflictatus eſt ſupremis vitæ annis. Addit Plinius cum dolorem perpeti nequiret, unius Medicorum portentoſa ſcientia demerſis in calidum acetum cruribus, morbi quidem impetum evaſiſſe, ſed ſenſu poſtea caruiſſe pedum. Particula *niſi*, quæ unica littera in ſcriptis notatur, inſertam nemo æquus facile gravabitur. *Reſpondere* hic intelligitur, qui citatus ſe ſiſtit. Quo ſenſu uſitatum fuiſſe colligere licet ex notatis ab Aſcon. ad 3 in Verr. initio: Ubi Cicero, *Preſto eſt, reſpondet, defenditur*. Ubi hæc ſunt illius: Recte dictum eſt *reſpondet*. nam apud veteres & judices, & rei, & accuſatores, & defenſores citabantur à præcone prætoris. Contr. ſeq. in verbis Fabiani: *Non reſpondet ad poſitum nec ad certum diem fœcunditas*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ſui juris rerum natura eſt, nec ad leges humanas componitur: modo properat; modo vota præcurrit, modo lenta eſt & demoratur. Triarius: *Non ex formula natura reſpondet, neque ad præſcriptum caſus obſequitur: ſemper expectari fortuna mavult, quam regi.* Quæ egregie illuſtrant illud in Agrippam dicterium. Alia vide apud Gronov. 2. Obſervat. cap. 6.

Nihil eſt autem crudelius, quam ſic offendere] Senſum aliquem videtur accipere poſſe illud *crudelius.* Nam impotentiæ & tyrannidis, ſummæque ſuperbiæ eſt ſic offendere: Flor. *Superbia crudelitate gravior eſt bonis.* Cogitavi tamen, num rectius & verius ſit: *Nihil eſt autem ineruditius.* quaſi rudium, nec uſum vitæ civilis edoctorum hoc ſit.

——— didiciſſe fideliter artes
Emollit mores, nec ſinit eſſe feros.

Cic. *Modò ne quis illud tam ineruditum abſurdumque reſpondeat.*

CONTROV. XIII.

SI cum liberis torta eſt & incaſto] Poſtremum hoc tantum video tetigiſſe Schottum, & in eo emendando laboraſſe. divinabat vero *ingrate* legendum, vel *in cataſta.* Nec tamen præcedentium expeditus ſenſus eſt; quod non fugit Antonium Auguſtinum, qui proinde vellet: *Sine liberis torta eſt & incaſſum.* Mihi omnia hic dubia; ita varias in partes hæc ſe duci patiuntur. Duo ſunt, quæ utpote reliquis potiora ſola ponam. Poſſis: *ſi cum liberis torta eſſet, eſſet infracta.* Liberorum tormenta, quæ juxta ſe videret, excuſſura illi fuiſſent conſtantiam: illoſque ut eriperet, ſupplex facta tyranno, illiuſque velificans gratiæ conſilium mariti non tacuiſſet. Nam id pro indubio accipiendum, ſi habuiſſet liberos, & hos tyrannum fuiſſe equuleo impoſiturum. Ceſtius Pius: *Miſit itaque ſatellites: Attrectate, inquit, uxorem: & adjecit, ſi quos filios habet.* Præterea quod utcunque facit ad commendandam emendationem meam; Papirius Fabianus: *O nos felices, quod nullis aucta puerperiis fuit. hoc acuit hanc.* Ita enim illic lego. Sed me hic retinet & turbat, quod ita conſtanter antiqui *incaſte.* & quod ea, quæ ſubjecta ſunt, aliquid iſta voce comprehenſum, ſignificare videntur. quod patebit magis, cum ea, uti cogit neceſſitas, emendata dederim. An fuit: *Sine tum liberis torta eſt, nec inceſtata.* Quæ oratio duriuſcula, minuſque vulgaris: ſed ab ingenio Latronis non abhorrens; Præfat. 1 Controv. & quia inſoliti quid præferebat, inde forſan corrupta. His autem uxor commendatur marito, tum quod quamvis nullis ex eo ſuſceptis liberis, tamen tormentis adduci non potuit, eum ut proderet. Infra in verbis Arellii: *Videt intentum tyranni vultum, videt oculos minaces, & tacet. plus tibi præſtare non potuit, ſi de te liberos ſuſtuliſſet.* tum quod nullum illius pudicitiæ à tyranno illatum vitium erat, quo facto animus mariti ab ea alienari poſſet. Hanc conjecturam non damnat nota ſequens. Priorem tamen, erunt, qui præferant.

Subinjecta manu ſatelles] Pal. Eraſm. Ven. *Subjecta.* ita & in marg. codd. Vat. Covarr. & Aur. quorum primi in contextu vulgatum exhibent. Credo *ſubrecta manu* verum eſſe. Accipiendumque, quod de iis, quæ erant facta, prætericrantque tanquam de præſentibus & ante oculos poſitis hic verbis mulieris diſſerat Latro, metu repræſentante rem. Atque hæc ipſa cauſa erat maritum ad tyrannicidium inſtigandi. Præterea tenendum ſatellitem hic deſcribi, qui mulierem hanc dimiſſam jam à tyranno, domumque redeuntem, dum inter vias nimium miſeratur vicem & innocentiam ſuam ita duriter habitam; interea morantem in conſpectu arcis ſediſque tyrannicæ; qui, inquam, his de cauſis ceteris clementior & miſericordia magis ductus moderari linguæ & indignationi & gradum addere monet, ne poſt ſævitiam tormentorum etiam ſtuprum & dedecus ſuſtinere cogatur: quod his verbis fecerit: *quid moraris? inquit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

quit. Jam depoſita tormenta ſunt. Eundum eſt, *inquit*, *mulier*; *ad ſtuprum ne vocere.* Covarr. *non vocor.* Audaciſſimum poteſt videri, quod pro *Bene eſt*, *Eundum eſt* reſcripſi. Sed in Ven. reperi, *Unde eſt.* atque illud me in viam hujus deduxit conjecturæ. *Depoſita tormenta* accipio, quæ tractare tyrannus & curare deſierat. Juſtin. *Belli ſtudia depoſuit.* apud eundem: *prima pueritiæ rudimenta depoſuiſſe.* ita &, *deponere telam.* Depoſitis autem tormentis animus tyranni, qui in his ante totus fuerat, facile ad libidinum ſtuprorumque meditationes auſuſque nefarios poſſet transferri. Quod intelligens ſatelles, conſulturam ſibi exiſtimat mulierem, ſi acceleret gradum, & ſe oculis tyranni ſubducat. Ut hoc loco *expoſita* pro *depoſita* corruptum, ita & in verbis Ceſtii Pii infra. Solum reſtat, quod primo loco dicendum fuit, quid *ſubrecta manus* ſit hoc loco. Eam igitur volumus ſilentium injungentis & increpantis eſſe. Ut Controverſ. 27. *Surrexit Sabinus & ſilentium manu fecit.* Apud Ammian. Marcell. lib. 26. cap. 5. *Deinde ex ſuſurris immaniter ſtrepentis exercitus, cieri tumultus violentior apparebat, & confidentia militis erumpentis interdum ad pernicioſa facinora timebatur. Quod Valentinianus magis præ cunctis ne fieret extimeſcens, elata proſpere dextra, ut princeps fiducia plenus, auſus increpare quoſdam ut ſeditioſos & pertinaces, cogitata nullis interpellantibus abſolvebat.* Porro ut hic *ſubrecta manu*, ita apud Senecam filium Phœniſſ. verſ. 398. *ſubrectis vexillis.* Quæ omnia qui adhibeat in conſilium, & perluſtret omnia Latronis hæc & totam adeo controverſiam, intelliget profecto hanc emendationem & interpretationem planiſſime neceſſaria, uniceque admittenda eſſe. quæ mihi poſtquam diu æſtuaveram, vix tandem reperta fateor.

Pag. 197. *Comes ſequerer, niſi me*] Venet. *Comes ſequerer me, niſi me.* Ut credas fuiſſe: *Comes ſequerer te, niſi.* Sed hoc leve. Poteſt ea etiam particula forte geminata eſſe. Vides vero, quod jam monui ſæpius, Rhetoribus frequens eſſe, hic tranſitum in aliam perſonam eſſe factum. Ceteroquin auderet quis: *niſi eam inutilem dimiſiſſet tyrannus.*

Infelices nuptias tyrannus oppreſſit] Infra in ipſis his Ceſtii: *Nupſit iſti propter liberos: ſed infelices nuptias cito tyrannus oppreſſit. hoc publicum divortium fuit.*

Trahebantur matronæ, rapiebantur virgines] Hoc ab epitome inſeruerunt. Antiqui Pal. prior & Eraſm. item Ven. adhæc Cov. *Terrebantur matronæ & premebantur virgines.* Aur. in ſuo reperiſſe videtur: *Trahebantur matr.* reliqua eadem. Ut fuerit vel: *Trahebantur matronæ, & premebantur virgines.* vel *attrectabantur matronæ*, &c. Utrumque & *attrectare* & *premere* auctoribus quandoque eſt, petulantius & audacia libidinoſa contingere. Paulo poſt: *Attrectate*, *inquit*, *uxorem*, *&*, *adjecit*, *ſi quos filios habet.* Ubi ſimul trahendi ſignificatum comprehendit. Suet. de Neron. cap. 26. *A quodam laticlavio, cujus uxorem attrectaverat, prope ad necem cæſus.* Feſtus: *Matronæ à magiſtratibus non ſummovebantur, ne pulſari contrectarive viderentur, neve gravidæ concuterentur.* Idem in vitæ Calig. c. 25. *Alii tradunt adhibitum cœnæ nuptiali mandaſſe ad Piſonem contra accumbentem, Noli uxorem meam premere.* Quare hanc ſaltem vocem ita conſenſu librorum propugnatam non immutavero. Sine copula tamen arrideret magis: *Attrectabantur matronæ, premebantur virgines.* Sed & *trahebatur* poteſt eſſe verum. Mox: *Jactatur miſera inter ſatellitum manus, & toto itinere non ducitur, ſed trahitur.* Quomodo *attrectare*, quod omiſi, ita etiam *tractare*, antiqui ponunt. Plaut. Milit. 2.6.10. & 33. Poëta: *matres auſi tractare deorum.*

Nulli feliciores, &c. *quam qui*] Nicotius divinat, teſte Grutero: *Nullæ fel.* &c. *quam quæ.* & Brug. eadem agnoſcit & epit. Controv. etiam in edit. Ven. Quare cum & ſenſus hoc flagitet, minime iſtam Nicotii conjecturam rejecero.

Agit ſuæ fortunæ gratias] Ven. *at ſine*

fortunæ

fortunæ gr. Cov. *at ſine fortunæ.* Credas fuiſſe : *agit ſane fortunæ gratias.*

Magna conſilia non bene vultus tegit] Salluſt. de Catilina cum jam patriæ ſuæ moliretur exitium : *Namque animus impurus diis hominibuſque infeſtus, neque vigiliis, neque quietibus ſedari poterat. ita conſcientia mentem excitam vexabat, igitur color ei exſanguis, fœdi oculi, citus modo, modo tardus inceſſus, prorſus in facie vultuque vecordia inerat.* Unde prava conſilia colligebantur. Cum autem in antiquis ſit, *benevolis exhibuit*; probandum cenſeo, quod jam ante me viſum Gron. *Non bene vultus ſiluit.* Gemina ratione in Controv. I. *Vultu non vetabas aut mihi ita videbaris.*

In quorum vultibus erant tormenta] Pal. Eraſ. Ven. *extant tormenta.* quod non temere damnem.

Iſti de tyrannicidio audacter] Flagitium piaculare auſi ſunt, qui hic inſuper habita lectione antiqua, alia quidem reſecuerunt, alia vero ſuppoſuerunt. Venet. Pal. Eraſ. Cov. *ſed trahitur. Hanc aliquis ſi torta non ſit, mirabitur non peperiſſe, cum cogitur. Iſti de tyrannicidio jam de conſilio indicemus.* Quæ emendanda non truncanda, atque interpolanda. Lege : *Hanc aliquis, etſi torta non ſit, mirabitur non peperiſſe? cum & cogitarit iſte de tyrannicidio. Jam enim de conſilio indicemus. Jam enim, puto, licet.* Poſtrema hæc eo reſpiciunt, quod ii, qui magno in metu atque periculo ſunt verſati, etiam cum cauſa abſceſſit metus, cunctanter tamen agunt. Vocem *cogitur* in *cogitatur* mutavi. quod hoc in negocio proprium. paulo ante : *Tyrannus ſuſpicatus eſt, iſtam neſcio quid de Tyrannicidio cogitare.* Quemadmodum & *conſilium* Quintilian. declam. 312. Curt. 7. 1. ubi *conſilium* pro conjuratione poſuit. ad quam pertinet & apud Tacit. 2. Hiſt. 7. & 74. item 4. Ann. 74. de quibus jam egi latius ad Declam. Quintiliani primam. Hoc autem ad membrum : *cum & cogitarit iſte de tyrannicidio*, intelligendum recte facit, quod eſt infra : *Miraris, ſi tranſit quinquennium inter uxorem tortam & virum occupatum.* item : *ſi tamen peccaſſet in portu, ignoſci ei poſſet. Nupſerat enim iſti occupata.* Præterea, unde lumen maximum his omnibus : *Nemo non cum parentibus ſuis querebatur, quod natus eſſet. hæc quod torta eſt, hæc quod maritus occupatus tyrannicidio non vacavit in uxoris voluptates.* Paulatim à calce ad caput. quod recte hic jam habere collige ex ſequenti paulo poſt : *Rapitur in arcem mulier, inter ſatellitum manus vexatur atque diſtrahitur. Hanc aliquis, etiamſi non torqueatur, non parere miretur?* Cum ipſo terrore, qui miſeræ perceperat tum membra, vitio affecta valetudo, uteruſque præfocatus eſſe potuerit. Quæ eadem hoc ſunt in loco: quod adhibenti librum patebit. Simulque is intelligit, quod ſenſus idem totidem pene verbis mox iteratur, non ea cauſa continuo hæc, quæ reſtituimus, eſſe expungenda. Eo enim exemplo inducenda eſſet & præmiſſa huic periodus; quæ itidem ſenſu eodem & magna parte verborum ſtatim repetitur. Exturbanda adhæc unde initium duxit Ceſtius : *Subito infelices nuptias oppreſſit tyrannus.* Ecce enim exiguo poſt hæc intervallo : *Sed infelices nuptias cito tyrannus oppreſſit.* Ecce tibi non dubia jam valetudine præditum hunc locum : quem ita miſere affixerat medicorum quorundam imperitia atque audacia. Iſtud, quod ad ſummam rei non ita multum facit, poſtea obſervavi Ven. exhibere infra: *Hanc etiam aliquis, ſi non torqueatur,* &c. ita poſſis etiam hoc loco mutatione nulla : *ſi torta non ſit.* Nam etiam *ſi* pro etſi antiquis non ignotum. Quintil. Declam. 250. *Neque enim ulla præſcriptio inchoata judicia peragi vetat, ſi inchoari aliquando prohibet.* Juven. ſat. 16. verſ. 19. — *ſi juſtæ defertur cauſa querelæ: Tota cohors tamen eſt inimica.*

Impoſita in eculeum] Ven. *expoſita*: unde *depoſita* lego. Simile mendum ad initium hujus Contr. notavi. Porro *reſpexit abſentem maritum*, accipe illius curam & rationem. Terent. Andr. fin. *me in tuis ſecundis reſpice.*

Pag. 198. *Explicatur totus tyrannicæ crud.*] Hæc interpolata ex epitome. Venet. Eraſm. Pal. item Aur. hic legunt: *Explicantur crudelitatis adverſus infelicem feminam apparatus.* Idem habere videtur Covarr. quæ cur mutarint non video. An noſtrum eſt mutare emblemata, quæ quamvis brevitatis ſtudio ſuſceperint laborem, tamen indulgentes genio ſuo ſubinde obducunt, qui excerpſerunt. qui auctius etiam; *& illa inſtrumenta virorum quoque animos ipſo viſu frangentia.* At Ven. *Viros quoque ipſos viſu.* ita & Palat. prior. alter Pal. *viros quoque ipſo viſu.* quod probum ſine dubio. Sed illos emendatores offendiſſe videtur, *frangere viros*, quod nihilo tamen deterius, quam *frangere animos virorum.* Flor. 2.6. *Itaque per Samnium totum, per Falernos, Gauranoſque ſaltus ſic maceravit Hannibalem, ut qui frangi virtute non poterat, mora comminueretur.* Vellei. Paterc. 2. 24. *Exiſtimavitque ante frangendum hoſtem, quam ulciſcendum civem.* Ipſe Cicero, quod *Viriathum Luſitanum Lælius fregerit atque comminuerit.* Juſtin. 34. 1. *Sed legatis occulta mandata data ſunt, ut corpus Achæorum diſſolverent, ſingulaſque urbes proprii juris facerent, quo facilius ad obſequia cogerentur, & ſi quæ urbes contumaces eſſent, frangerentur.* quod non mutem in *trajicerentur*, niſi auctoritate Mss., quibus tuto credatur, compellar. Ceterum iſtos interpolatores, qui tantum tribuunt auctoritatis excerptis, nimis vellem in ſequentibus non abrogaſſent iis fidem, cum verum ibi manifeſtis ſit veſtigiis deprehendere. Habent enim: *ad excutiendam muliebris pectoris ſcientiam proponuntur.* quod quam prope abſit ab iis, quæ hic extare debebant, dicunt Eraſ. Ven. Pal. qui conſenſu, *conſcientiam.* à Schotto, *excutiendam conſtantiam* accepimus. quod minime probatum Grutero; qui magis intellexiſſe videtur, quid ſit *excutere conſcientiam*, nempe ſcrutari, ut ſi quid lateat, id detegi poſſit, nihilque occultatum auferri. Quintilian. declam. 273. *Occupabis mancipia, occupabis ſupellectilem, creditores inanes excuties atque dimittes?* In argumento declam. 322. *Cum excuteretur corpus, inventæ ſunt tabellæ ad filium.* Declam. 343. *Navigavi ad piratas, in quos incidere miſerrimum eſt: quæſivi, omnes ſcopulos ſcrutatus ſum; omnia littora excuſſi.* Declam. 388. Quintilian. aut quicunque alius: *cauſa cognita, excuſſa & abſoluta eſt.* Ipſe quoque Cicero ſæpius, *ſcrutor & excutio* junxit. qui etiam in partit. *explicando, excutiendoque verbo.* Terent. Phorm. 4. 1. 20. *Quod ſi fit, ut me excutiam, atque egrediar domo, Id reſtat.* Illud præterea ſciendum κατ' ἐξοχὴν *conſcientiam* tribui apud auctores iis, qui conſcii alicujus ſunt conjurationis, aut & cujuſcunque facinoris mali. quod oſtendi ad declam. Quintil. junioris. Unde Juvenal. *conſcius* etiam ſenſu pejore, Satyr. 3. verſ. 49.

Quis nunc diligitur, niſi conſcius, & cui fervens
Æſtuat occultis animus, ſemperque tacendis.

Verberibus corpus abrumpitur] *Corpus* accipe ut apud Phædrum: *feciſſe corpus*, pinguem eſſe factum. Cui contrarium Cic. *corpus amiſiſſe.* Quintil. declam. 5. *Hæret adſtricta nudatis oſſibus cutis, & in fame ſua homine conſumpto, jam membra ſunt ſine corpore.* Inſtit. orat. lib. 1. procem. *Plerumque nudæ illæ artes nimia ſubtilitatis affectatione frangunt atque concidunt, quicquid eſt in oratione generoſius, & omnem ſuccum ingenii bibunt, & oſſa detegunt: quæ ut eſſe & adſtringi nervis ſuis debent, ſic corpore operienda ſunt.*

Exprimiturque ipſis vitalibus] Vocem *que* ſuſpicor, quod veſtigium ſit τοῦ *cruor*: ut reſcribatur, *exprimitur cruor ipſis vitalibus.* Poſt hæc vero antiqui, *licet, reſtet.* Quibus quid ſit faciendum adhuc indictum eruditis. Solus Faber, ut fateatur tamen ſibi non plane hoc ſatisfacere, tentavit: *Exprimiturque ipſis vitalibus licor: Reſp. an ſit tibi datura liberos, neſcio; tyrannicidam dedit.* Ipſum vide. Ego non dubito, quin *tacet* hic interciderit. & abſque eo manca & mutila eſt oratio. Jam ſupra

autem

autem oſtendi iterata ſine mutatione facillime interiſſe. An fuit igitur: *Exprimitur cruor ipſis vitalibus. Tacet. Licet, teſter; An ſit tibi iſta datura liberos, neſcio: tyrannicidium dedit.* Excuſatione quadam hæc teſtaturus utitur, ne per imprudentiam cauſæ, quam tuetur, nocitura effutire videatur. Satis ratione munitus, qua intelligimus, quod hoc in negocio *non reſpondeat ad propoſitum, nec ad certum diem natura:* imo ſæpe nunquam reſpondeat voto, omnemque ſpem fallat. Sed cogita, Lector, an *Tacet ſcilicet. Teſter.* quod fere præferam. Nihil vero te turbet, quod in excerptis eſt: *Neſcio reſp. an tibi lib.* &c. Unde ſuam conjecturam hauſiſſe videtur Faber. Solens ſuo more fecerit iſtorum centonum ſutor, ſi quid de ſuo adjecerit. Illud *tibi* ad maritum dictum: ad quem modo fuit: *Videt intentum tyranni vultum: videt oculos minaces; & tacet: plus tibi præſtare non potuit, ſi de te liberos ſuſcepiſſet.*

Ita eſt, mulier, non vis parere] Venet. *Ita ſit, mulier.* huic conſentit Pal. & Eraſm. at Covarr. *ita fert.* Igitur aut legendum: *Ita, ut ſit, mulier* &c. aut: *Ita ferunt.* Vel nihil mutando: *Ita ſit.* Tangit vitium, quod in potentioribus feminis perſtrinxit Juvenal. Sat. 6.

Sed jacet aurato vix ulla puerpera lecto.

Ubi Scholiaſtes, vix eſt, ut puerperium ſuſtineat dives mulier. Nam ſterilitatis aut abortus poculum ſumit ab obſtetrice aut malefica. Puerpera dicitur puella, quæ primitus parit. Qui locus eximius ad hæc illuſtrandum. Timeo tamen ne regula de puerpera fallat. Iſidori hæc non plane abludunt. *Puerperæ ſunt, quæ annis puerilibus pariunt.* Ipſum adi, ſed confer Sueton. Calig. cap. 8.

Minore munimento virtutem ſubmovet] Cov. Aur. Pal. Eraſm. Venet. *non ſubmovet.* Negationem ejecere, qui non percipiebant, quid eſſet *minus munimentum.* Amant vero Veteres iſtiuſmodi comparativos, quibus breviter efferunt, quod eſſet plenum, ut ipſo hoc exemplo utar, *minus juſto munimentum.* vel non ita, non ſatis magnum, validumque. Petron. *Nulla vox eſt, quæ formam ejus poſſit comprehendere: nam quicquid dixero, minus erit.* item:

Quiſquis peccat inops, minor eſt reus. Hac prece, quæſo,
Exonera mentem, culpæque ignoſce minori.

ubi bis ita poſitum vides. Juſtin. 3. 1. ita *brevior rex ſimulat ſe breviorem loricam habere.* Tacit. *minor* ita etiam de homine. 1 Hiſt. cap. 11. *Africa ac legiones in ea, interfecto Clodio Macro, contentæ qualicunque principe, poſt experimentum domini minoris.* 1 Annal. 13. *Auguſtus ſupremis ſermonibus cum tractaret, quinam adipiſci principem locum ſuffecturi abnuerent, aut impares vellent, vel iidem poſſent cuperentque; Manium Lepidum dixerat capacem, ſed aſpernantem: Gallum Aſinium avidum & minorem: Aruntium non indignum, & ſi caſus daretur, auſurum.* Controv. 6. lib. 3. *accepit præmium majus ſine dubio, quaſi damnum ſarcire deberet.*

Sic vir & uxor mentem exercebant] Sollicitam habebant mentem, angebantque, dum vias tractant ſecum tyrannicidii. Tacit. 1 Annal. 35. *Exercitam militiam*, pro laborioſa dixit. cap. 17. *exercitæ æſtates*, quibus multum curarum, laborum, periculorum ſubeundum fuit. Terent. Heautont. 1. 1. *Quod in opere faciundo operæ conſumis tuæ, Si ſumas in illis exercendis, plus agas.* In ſervis continendis in opere prohibendiſque ab otio atque ignavia. Virgil.

Exercetque frequens tellurem atque imperat arvis.

Tacit. 1 Annal. 72. *Tiberius conſultante Pompeio Macro prætore, an judicia majeſtatis redderentur? exercendas leges eſſe reſpondit.*

Uxorem tortam & virum occupatum] Latro in Diviſione: *Nemo non cum parentibus ſuis querebatur, quod natus eſſet. hæc quod torta eſt: hæc, quod maritus occupatus tyrannicidio non vacavit in uxoris voluptates.* item Buteo: *Sed non peperit, quia tu maxima in cogitatione occupatus nihil de liberis cogitaſti.* Unde demonſtra-

monſtratur ineptiſſime Pincianum hic reſcriptum velle: *uterum obturatum*. Credas nondum etiam integram eum hanc controverſiam legiſſe, cum hoc illineret chartis, aut infeliciter ſaltem memoria eſſe uſum. Jam de hoc cœpit monere Gruterus. Loca præterea alia videris his gemina, ſi noſtra ad ſuperiora controverſiæ perluſtraveris.

Hiſpo Romanus, inquit] Ven. *Hiſponis Romani, inquit*. Etiam Cov. & Aurel. *Hiſponis Romani*. Ita ut paſſim nomina Rhetorum iis, quæ dixerunt, præſcribuntur. Lege igitur: *Hiſponis Romani. In quid deſiderabas liberos? ut ſint, quibus relinquas patrimonium?*

Si dixero, faſſa eſt] Venet. *falſa*. alii *feſſa*. quare *faſſa* tantum probem, cum id & in Vat. extet. quanquam *feſſa* malit Schottus. Vos, inquit, ſapientiſſimi viri, ignoſceretis mulierculæ, ſi diritate iſtiuſmodi cruciatuum victa confeſſa eſſet & indicaſſet de conſilio mariti. Nunc tacuit, eripuitque maritum exitio, & per hunc remp. & maritus de ſterilitate, cujus ipſe cauſa eſt, non vult illi ignoſcere. Paulo poſt: *Faſtidit ſterilem, quam ipſe fecit*.

Pag. 199. *Paciſci me tecum putas*] Malim: *Paciſci me tecum puta. Ut taceam, donabis quinquennium*. Nunc ultro hoc præſtiti officium, & exturbas matrimonio?

Occidere tyrannum, quam ſuſtinere] Id explicatius: impetum iræ & indignationis illius ſuſtinere. Sed amant hanc brevitatem: quæ quodammodo eſt in illis Ovidii: hoſtes

Quos ego ſuſtinui, quos hac à claſſe fugavi.

ita & apud Sueton. Jul. 68.

Duplici beneficio uxoris obligatus: & quod] Leges vel, *obligatur*, vel, *obligatus eſt & quod non eſt*, &c.

Oculos lancina: faciam ne viro placeat] Auctius antiqui: & vel, *placeat matrix*, vel, *placeat meretrix*. An, *oculos lancina & faciem: ne viro placeat, matrive*. Matres quamvis deformes caras tamen habere ſolent: unde intelligimus, quod crudeliſſime illius lacerari faciem, illiuſque formam inſigniter turpari juſſerat.

Corporis patientiam inter tyrannica tormenta ſævientia] An, *Corporis patientiam inter tyrannicorum tormentorum ſævitiam*. Infra Albutius: *Vicerat ſævitiam patientia*.

Hæc deſinebat torqueri aliquando] Covarr. *hoc*, non *hæc*. ita & Aur. cujus margo, *in hoc*. Præterea Ven. *deſignebatur*. Pal. & Eraſm. *deſinebatur*. Credas fuiſſe: *In hoc deſinebatur torqueri aliquando, ut ſæpius poſſent*.

Aucta puerperiis fuit. Tacuit. tunc fecit] Pal. *puerperiis fui. acuit hanc tyr.* Eraſ. *fui. acuit hanc. fecit*. ita & Venet. Blanditur mihi, verumque credo: *O nos felices, quod nullis aucta puerperiis fuit. hoc acuit hanc. fecit tyrannicidium ſilentio, certe parricidam*. quem ex puerperiis expectare tardum erat. Facit præclare ad hunc locum, quod proditum eſt memoriæ à Val. Max. 6. 2. de Cæſellio, quem cum monerent amici, ne ita libere de partibus loqueretur Cæſaris: *Duas res, quæ hominibus amariſſimæ videntur, magnam ſibi licentiam præbere reſpondit, ſenectutem & orbitatem*. adde notatum à me primo loco ad hanc Controv. Bene autem huc quadrat *acuere*. Juſtin. 3. 5. *Cum hinc injuria, inde indignitas animos acueret*. Flor. 2. 3. *Nec aliter utraque gente, quam quaſi cote quadam populus Romanus ferrum ſuæ acuebat virtutis*. Cic. *oratione aliquem acuere ad crudelitatem*. Terent. Adelph. 5. 3. *Quod illos ſat ætas acuet*. Alio tamen ſenſu forte, quam hoc in loco. Cujus lectio vulgata eſt ab ingenio Fabri.

Numquid premit cenſum oneroſa ſumptibus] Cov. & Aur. *Permittet oneroſam ſ.* At Ven. & Pal. *præmittes on.* Ex his inciderat: *Numquid promittet ſe oneroſam ſumptibus*. Id eſt, oſtendit futuram ſe procedente tempore. Nam non continuo ſi nunc magnos facit ſumptus, oneroſa eſt marito & rei familiari, quæ ampliſſima eſſe poteſt. *Promittere* hic, ut Virgil. *Promiſi ultorem*. Juſtin. 7. 6. *Ingenium, quod magnum ſpondebat virum*. Quintilian. declam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

clam. 1. *per quæ ſe parricidam ſcelera promiſerit.* Poteſt tamen & id, quod exhibetur vulgo, *premit cenſum*, nempe ex *præmittes* eſſe corruptum. Nec minus hoc, quam illud Papirio ſit dignum.

Quod publica eſt] In his ſi nihil mutandum, hyperbole ſine dubio figurata ſunt. Ut *publicatam* ſe dicat, quod impuris ſatellitum carnificumque manibus attrectata & per publicum tracta, vexataque eſt. Quaſi hoc ipſo vitium pudicitiæ ſit allatum, atque ipſa proſtituta. Denique & mariti cauſa factum erat, ut injuriæ & contumeliæ libidinoſi tyranni ſaltem exponeretur, ac pateret.

Uſque in damna publica privatim inſanit] Cum in antiquis ſit, vel, *privatis*, vel, *privatus*: tantum *privatis* hic amplectar. Ut moneam ſimul cogitandum eſſe, damna etiam impenſas & ſumptus denotare. Ad Varron. hoc docuit Scal. Utramque ſignificationem hic meminiſſe utile.

Pag. 200. *Aliubi offenditur improviſa*, &c] Scribendum arbitror oratione & ſenſu probante: *Aliubi oſtenditur improv. ſegetum maturitate.* Id eſt, propter iſtam maturitatem. quo de alibi. Oſtendi & monſtrari hoc ſenſu promiſcue ponunt, de eo, cui contingit laudabili re aliqua *monſtrari & dicier, Hic eſt.* Quintilian. declam. 306. *Te parentes liberis ſuis monſtrant.* Plin. lib. 6. epiſt. 21. *Eſt enim probitate morum, ingenii elegantia, operum varietate monſtrabilis.* Sup. Controv. 8. *Utile eſſe reip. ter fortem ſervari, ut ſit, qui oſtendatur juveni.* Cum ita cœpiſſet Rhetor etiam ſequenti membro ipſorum quaſi hominum demonſtrantium locum, & id quod vult teſtantium, ſermonem poſuit.

Quid faciam? Non agam gratias, quod, &c.] Orationi corruptiſſimæ ſenſus erit, ſi legas mecum: *Quid faciam? Non agam gratias tibi; ſed quod non indicavit, uxori tuæ. ne voces ingratum.* vel ſenſu eodem: *uxori, ne me voces ingratum.* Schotti, Nunneſii, aliorum conjecturæ abſurdæ ſunt. Schottus tamen fatetur ultro, quod ſibi nondum ſatisfaciat.

Cæditur, tacet. Utrum putas] Venet. *Tacetur. Igitur tacere tuum putas.* In quibus latet elegans, quod nunc reddendum auctori. Scribe igitur: *Cæditur: tacet. uritur: tacet.* Jam notum eſt, quod laminis candentibus ignibuſque admotis torſerint. Supra: *Extincti ſanguine reſovebantur ignes.* & mox ibidem: *exquiſita verbera, laminæ, equuleus.* Atque hujus item rei hic factam mentionem, colligitur his, quæ paulo poſt poſuit: *Hæc non cum viro arſiſſet, quæ pro viro arſit?* Dein perge: *Utrum putas mirandum*, &c.

Cedo hanc nec in tormentis oppreſſam, &c.] Cov. Aur. Ven. *Credo.* Ven. etiam & Pal. non agnoſcunt *nec.* & *præſtitiſſe* legunt, ut & Cov. Lego igitur: *Credo hanc ita tormentis oppreſſam morte amplius pro viro præſtitiſſe, nec ſibi quid amplius elegit tyrannus.* Præcedens *præſtitiſſet*, & non ſatis perceptus ſenſus dederunt *elegiſſet.*

Superabat fides] Abunde illi erat. *Supererat.* quod hic etiam agnoſcit Auguſtod. & ſenſu eodem eſt apud Tacit. cui etiam ut & Cic. *ſuppeditare* & *ſuppetere* eadem. Rutilius Lupus lib. 1. de fig. ſent. *Ariſtoteles dicitur dixiſſe, ejus eſſe vitam beatiſſimam, cujus & fortunæ ſapientia, & ſapientiæ fortuna ſuppeditet.* Aquila Romanus ex Cicerone, (ſunt autem in orat.) *Domus deerat? at habebas. Pecunia ſuperabat? at egebas.* Auguſtod. lectionem ſequor. Eſt & apud Quintilian. declam. 254. in ſerm. Tubero apud Serv. 4 Æn. 390. item Cælius ſimilia.

Differebatur diſtortis manibus] Ultro citroque agitabatur, & cruciabatur. Eccam hanc vocem *differor* inter cognatas, quo magis intelligas illius vim. Plaut. Ciſt. 2. 1. init. *omnes homines ſupero atque antideo cruciabilitatibus animi: Jactor, crucior, agitor, ſtimulor, verſor in amoris rota miſer. Exanimor, feror, differor, diſtrahor, deripior.* Illud liceat fateri, quod ſuſpicer, *pedibus* excidiſſe, ut ſignificetur oratione non mutila; nec pedum, nec ma-

nuum miniſterio uti potuiſſe ſine dolore & cruciatu; inde ultro citroque jactatam. Sueton. Galba 21. *Manibus pedibuſque articulari morbo diſtortiſſimis.* Ita hic velim: *Differebatur diſtortis manibus pedibuſque, emotis articulis.*

Diviſio. Controverſia hæc] Male committit hæc Schottus verbis Fulvii Sparſi. In quam ſententiam facilius tranſlatus eſt, quod vox *Diviſionis* in antiquis deſideratur. Ego hinc potius, & præterea, quod diverſo plane modo, quam ulla in controverſia hic factum diviſionis initium, & res eſt propoſita; illud colligo, proque certo credo, hic eſſe lacunam, qua perierit finis verborum Fulvii & initium verum diviſionis. Quæ ſuperſunt vero, reliquias eſſe eorum, in quibus Seneca ſententiam poſuerat alicujus Rhetorum, volentis hoc rerum in genere diviſuros quæſtionem *facere primam, ſi materia patitur: Non accepi; ideo nec reddidi: aut accepi quidem, ſed non potui reddere. at iſtam noviſſimam facere: Non quiſvis non reddidit beneficium, ingrati tenetur. animus æſtimandus eſt non reddentis.* Hanc quæſtionem ultimo loco probat, quia eſt valentiſſima. Animo enim incipit defendi, quem difficulter coarguas. Quintil. declam. 12. *At etiam, ſi diis placet, animo defenditur, & quam cauſam vexandæ civitatis habuerit, quærit.* item: *opinione ſua defenditur, & quæ res minime coargui poteſt, utitur ſe teſte.* Adde Quintil. Inſt. 7. 4. prope fin.

Pag. 201. *Nunquam tentandas eſſe quæſtiones*] Scribe: *nunquam tentandas has eſſe quæſtiones.* Vehementius egiſſe Pollio, neſcio an ſtudio contradicendi, videtur. Satis enim conſiderate & caute Rhetor ille quicunque, cujus ſunt præcedentia, priores quæſtiones iſtas faciendas eſſe cenſuit, ſi materia patiatur. Sed calumniatus Pollio ſit forſan, & quod verum utcunque erat in hac Controverſia, ſpecie quadam veri fucoque verborum offundens tenebras, id extenderit ad omnes. Unde etiam ſubjunxerit: *primam manifeſto obtineri non poſſe: qua negamus nos beneficium accepiſſe, & perit tota cauſa, niſi in hoc vicit.* Melius ſine dubio, candidiuſque Gallio cenſuit ac diſtinxit in iis, quæ ſubſequuntur. Ad hanc Controverſiam ſi tantum reſpiciatur, etiam ſecunda & ultima ſpernenda quæſtio: certe enim ita egregie de ſe, ut nihil ſupra, meritam maritus ſola ſterilitatis cauſa, ut præ ſe ferebat, domo expulit & matrimonio. Quam inepte quis tentet hic illas quæſtiones: *Accepi quidem, ſed non potui reddere.* item: *Non quiſquis non reddidit, ingrati tenetur. animus æſtimandus eſt non reddentis.* Quæ cum obſervarem, facile induxi in animum, uti crederem, judicium, quod hoc in genere veriſſimum judicet quis, Aſinium Pollionem nimis porrexiſſe. Hæc adjeciſſe iis, quæ dixi, non pœnitet. Illud unum præterea moneo, Latronem unicum declamatoriæ virtutis exemplum, quamvis res reſtringatur ad hanc Controverſiam, tamen diverſum ſenſiſſe, & ſententiam improbaſſe Pollionis. Teſtis Seneca paulo poſt: *Latro in hac controverſia non dubitabat facere primam quæſtionem, an beneficium dederit,* &c.

Quoties non poſſit, concupiſcendum] Lego: *Quoties non poſſit, nos non concupiſſe dicendum.* Quod vix in hac fieri Controverſia poterat. Ita lego: nec Atticus tamen Vipſanius quod dixit, ulli horum trium idem erit.

Etiamſi ſciſti de tyrannicidio viri] Auguſt. *Beneficio.* ita Ven. quoque & Pal. Quod errore ſcriptum eſſe pro *conſilio* citius multo crediderim, quam pro *tyrannicidio.* & *conſilio* reponendum cenſeam. quæ vox hujuſmodi in negotiis ſolennis. mox itaque repetitur. Monui de ea jam ſupra.

Nec tam magnum conſilium] Covarr. Aur. Venet. *Nec meum magnum conſilium.* Igitur ut inſertum *tam* non improbo, ita *meum* exturbatum nolim. Lego: *Nec meum magnum conſilium.* quibus verbis reliquos cives omnes gloriæ reperti conſilii hujus expertes oſtendit.

Etiamſi dedit beneficium, an receperit] Velit quis forte: *an non receperit.* Ego nihil

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

nihil mutem: cum obſervem in Diviſionibus *an* & *an non* confundi, ut in ipſis etiam, ad quæ nunc notandum.

Pag. 202. *Tutus ſit, quod lege fecerit*] Quæſtio hæc eſt nova. Igitur lege: *An tutus ſit, quod lege fecerit.* Poſſis etiam: *qui quid lege fecerit.* Paſſim enim iſtæ particulæ ſibi exitiales, ubi altera poſt alteram notata. *Lege*, id eſt, ſecundum legem. Terent. And. 4. 5. *Ejus morte ea ad me lege redierunt bona.* Valer. Max. 4. 4. 9. *Animi virorum & feminarum vigebant in civitate: eorumque bonis dignitatis æſtimatio cunctis in rebus ponderabatur.* i. ſecundum bona eorum, ſcil. animorum. Lex autem Scholaſtica erat: *Intra quinquennium non parientem repudiare liceat.* Quintil. declam. 251. Quam ad legem hic & paſſim in hac Controverſia reſpicitur. Quare miror eruditos de ea ſuis in notis nullam feciſſe mentionem. De voce *tutus*, ut hic ponitur, egi ad Controv. 2.

An jam certam ſterilitatem uxoris bonæ ferre] Eraſm. Pal. Ven. *Facere debuerit.* Aug. & Vatic. *Ferre* tuentur. Alioquin emendarem *fateri debuerit.* Poſterior tamen vox ſine dubio retinenda. Jam alibi etiam *facere* pro *fateri* corruptum notavi.

*Novi declamatores Poſmos * * cum Apollodoro*] Lego, ſecutus literas: *Novi declamatores & Potamon cum Apollodoro.* De Potamone Seneca noſter Suaſor. 2. *Potamon magnus declamator fuit Mitylenis.* Apollodorus Brutidii clariſſimi Rhetoris præceptor. Contr. 9. Ita malim, quam vel cum Cælio, *Poſidonius*: vel *plurimos* cum Schotto: vel cum Gronovio *Pammenes.* Nec enim hic novi latere Rhetoris nomen exiſtimo; cum inter illos Apollodorus non recte numeretur. Sed velle Senecam reor; Potamona & Apollodorum novis Rhetoribus iſta de quæſtione, quæ ſequitur, idem ſenſiſſe & feciſſe.

Hanc quæſtionem fecerunt in hanc controverſiam] Ut hic, quomodo paſſim & paulo poſt adeo, loquatur Seneca, lege: *hanc quæſtionem fecerunt in hac controverſia.*

An quinquennium numerari debeat excepta tyrannide] Si conſulas antiquos, quos ſequor, vel legendum, *an quinquennium numerari debeat, nec ſpectata tyrannide*, id eſt, illius nulla habita ratione. vel, *An quinquennium numerari debeat ab expectata tyranni cæde*, vel, *nece tyranni.* utroque ducunt antiqui. Ita locus dabitur reprehenſioni Butconis, qui *Blandum* hic *arguebat. Aiebat enim, ſic fuiſſe quærendum, An tyrannidis tempus excipi deberet.* Vide locum paulo poſt & illic notata.

Illud tempus imputatur feminis] Modum verbi, ut ſæpe alias, ita hic variatum vides. Legeres tamen rectius; imo hoc rectum eſt, *imputetur.* Deinde ſcribe: *quando pariunt non amplius tyranno.*

Pag. 203. *Imputari tempus tyrannis ſolet*] Malim *debet*, ut in nonnullis eſt antiquis.

Ex æquitatis quæſtione pendentia] Omnino amplectendum opinor, quod eſt in Pal. Cov. Aur. Venet. *pendentis* nempe. Intelligit hanc quæſtionem, ut patet: *An ne ſterilis quidem pro certo ſit.* Igitur pergit hoc loco ex emendatione mea: *Et an ne ſterilis quidem ſit, altius repetiit; An vere, quæcunque &c.* In antiquis reperies *an vero.* Quæſtio autem principalis eſt, unde hæc fluxit: *An ne ſterilis quidem pro certo ſit*: paulo poſt: *quæ intra quinquennium non potuit, non utique ſterilis eſt.* Niſi, *an ex vero*, quis malit. quod & ipſe præfero. Locutio, qualis *ex toto.* quæ ſæpius in his ſe controv. offert. de qua alibi. *Ex vero* etiam Salluſtii eſt.

Quid ſi maritus eviratus, &c.] Ven. *maritus à viro tortus.* huic aſſentitur Pal. & Eraſm. item Covarruv. & Aur. Emenda igitur: *maritus à viro mortuus & inutilis.* Intellige *viri* nomine, partem illam, qua ſumus viri. Unde *ſurripere viros, ſpoliare viro*, pro *evirare.* Petron. Arnob. Catullus de Aty, qui ſibi integritatis dempſerat teſtes: *Itaque ut relicta ſenſit ſibi membra ſine viro.* Particula *à* eſt, quantum attinet: ut in hoc Plautino Epid. 2. 1. 26. *à morbo valui, ab animo æger fui.* quæ frequen-

tiſſima apud optimos, & ab aliis jam notata, quia tamen in numerato non habebant editores, inde error vitiumque hic natum. Quare unum exemplum ſaltem addere volui. Porro pertinent huc utcunque illa Petronii: *Pertentavit inguina mea mille mortibus frigida.* item: *lorum in aqua.* item: *Crede mihi, frater, non intelligo me virum eſſe, non ſentio. Funerata eſt illa pars corporis, qua quondam Achilles eram.* Reliqua laborant interpunctione prava. Peſſime enim: *imputaturus fuit? quinquennio quæris*, &c. Scribe: *imputaturus fuit quinquennio? quæris* &c. Ita enim in l. 19. D. ad leg. Falc. *imputari Falcidiæ*, dicitur, quod hæredi ad quartam explendam computatur.

Hic quæritur de conditione juris] Nam, *non ſtatim dimitti poteſt ſterilitatis nomine.* intelligendum, non licet dimittere. ipſe ſic interpretatur paulo poſt, ubi hac de re premit etiam Latronem: *& hic etiamnum non hoc quærebat an deberet dimitti, ſed an poſſet: & hoc contra Latronem dicebat: quomodo iſtam quæſtionem putas in æquitatis tractationem cadere: cum quid liceat quæratur, non quid oporteat.* meminiſſe hic apprime utile, de quo late egi ad Contr. 1. quod *juris* nomine Rhetores jus intelligant, quod poſitivum appellant vulgo, illique *æquitatem* opponat. paulo poſt: *Utique in æquitatis tractationem cadunt, etiam quæ juris ſunt.*

Deinde etiamſi non in aliis, an inter has gradus eſt] Cum dicit *inter has*, intellige, quæ uxores ſunt maritorum tyrannis exitium molientium, qualis hæc torta eſt. Aliæ autem ex his conſciæ, aliæ non ſunt; conſciæ vero aliæ citius, aliæ ſerius. & proin vel metu correptæ vivunt gravi, unde præpedimentum ſit fœcunditati, eoque vel longo, vel breviori, aut hujuſmodi ſollicitudinum ſunt expertes. Etiam ex maritis alii minus, alii magis inter hæc conſilia vacant in uxorum voluptates, deque liberis & ſubole cogitant. Quare inter tyrannicidarum uxores, cum quinquennium illud numeratur, debebant eſſe gradus. Blandus in eo peccaſſe videtur, quod cum prima in quæſtione: *An quinquennium numerari debeat ab expectata tyranni cæde*; feciſſet gradum & diſcrimen; dein ſic diſſerit, eamque quæſtionem ſubjungit, quaſi præceſſiſſet: *An tyrannicidis tempus excipi deberet.* Diu hæc me torſerunt loca: ſed ita puto difficultatem tolli poſſe. Ex ambiguitate autem verborum forſan lapſus eſt Blandus: *Nam ab expectata tyranni nece*, poteſt intelligi à primo tyrannidis momento: poteſt, à tempore, ex quo graviſſime ſævire cœpit. item, ex quo tyrannicidæ uxor reſcivit de conſilio mariti.

Sed ipſe ſic hanc in partes quæſt.] Ven. Pal. Cov. Aur. *Sic in hanc parte quæſtionem.* Lege igitur: *ſed ipſe ſic in hac parte quæſtionem dividebat.* Oſtenditur quod aliter in ultima parte diviſerit Buteo, quam Blandus: poſtquam iſta, quæ iſta in parte poſuerat Blandus, quomodo ponenda ſint, docuit.

Quo viros deſtituunt, non quo non habent] Quod Grut. notat eſſe in Pal. *quo viros non deſtituunt, ſed non habent.* idem eſt in Ven. item Covarr. & Aur. niſi quod hi: *ſi non habent*, conjunctione vitiata. Sine dubio vera iſta eſt lectio, modo addatur interrogatio. de quo jam monuit Gruterus. Atque ita vividius & nitidius ſubjicietur: *ſicut tyrannis* (ita hæc emendo) *tunc vetuiſſet iſtam parere, quia interveniſſet.* viroque prohibuiſſet uti, quemadmodum poſcebat res. Quod idem erat ac ſi non habuiſſet.

Pag. 204. *Hæc enim, an hæc poſſit, per illum non poſſit*] Pal. *an hic poſſit, per illum implo non poſſum.* ead. Ven. ita & Vatic. in Cov. & Aur. *impleo.* Legendum videtur: *Hanc enim, an hæc poſſit per illud implere poſſum, quia per tyrannidem non pepererat, non quia aliquod tempus immune à legibus miſeriæ faciunt.* Vocem *immune* probant Covarr. Aur. Pal. Ven. Eraſ. quia *an poſſit* ad jus pertinet, alienum judicat, notans ſimul Latronem diverſa ſentientem, ut ab æquitatis quæſtione pendens ad illud demonſtrandum producatur. Profert

hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

hoc igitur & præfert: non poteſt dimitti uxor, quia partem quinquennii occupatus maritus cogitatione parricidii fuit, ut illum habere, uti debuit, non poſſet uxor. Unde deducitur ad liquidum, quod lege non potuerit uxor dimitti, cum quinquennium fuiſſe ſterilis dici non poſſet. Alterum membrum, quod ſubjungitur, ad æquitatem ſine dubio pertinet. Emendationem hanc ſtabiliunt firmiter, quæ ſequuntur.

Sed hoc adhuc propter æquit. tr.] Illud *ſed*, ut putidum, induxerim. eoque facto elegantius multo ſequitur: *ſed non peperit*, &c.

Hanc ſubtilitatem actionis non probabat in Latrone] Subtilitatis laudem vindicat Latroni Seneca Præfat. 1 Controv. Eam autem non Diviſioni hic Paſſienus tribuit illius, quod quis expectaret, ſed actioni. Quia, quantum credo, membra diviſionis quaſi tollit, & arte actionis propria occultat. In Præf. quam dixi: *Antequam dicere inciperet*, Latro, *ſedens quæſtiones ejus, quam dicturus erat, controverſiæ proponebat, quod ſummæ fiduciæ eſt. Ipſa enim actio multas latebras habet. nec facile poteſt, ſi quo loco ſubtilitas defuerit, apparere: cum orationis curſus judicium audientis impediat, dicentis abſcondat. At ubi nuda proponuntur membra* (quod fit in diviſione) *ſi quid aut numero, aut ordine excidit, manifeſtum eſt.*

Sed aſſentiri dicebat] Cum omnia conſidero, facile credo, his ea contineri, quibus oſtenderit Paſſienus ſententiam Buteonis & judicium, quod fecit in hujus diviſione controverſiæ de Latrone, non ex toto placere ſibi. & proinde emendem: *ſed nec aſſentiri dicebat, ideo quæſtiones pertractandas per ſe eſſe.* Quod flagitabat Buteo, ut quod exemplo paulo ante propoſito ſatis ipſe demonſtrat. *Pertractandas* eſt in Ven. minimeque mutandum. Sequentia lego: *niſi hæc mulier injuſti repudii ageret, non ingrati.* Nam ita juris & legum habenda erat ratio, eaque, ut vult, ſola per ſe conſideranda. *Injuſtum* enim appellat non æquitati perinde, ac juri, quod vocant, poſitivo adverſum. In crimine ingrati, ut exemplo hoc ipſe utar, æquitatis primæ partes ſunt. Ubi tamen ſi quid juri poſſet contrarium produci, minime prætereundum. Nam ſi non licuit, ne oportuit quidem. ut ipſe mox Seneca. Cum de jure quæritur, ſi advoces æquitatem, regeri ſæpe poteſt. Lex eſt dura, ſed ita ſcripta. Et hic minus ſine dubio, quam illic confundere, ad æquitatem & ad jus pertinentia licet. Quæ non dubito, quin ſint nata ad hæc Paſſieni illuſtrandum.

Ita non quæritur] Lego: *At hic non quæritur an legitime, ſed an ingrate dimiſſa ſit.* Quo minus impoſita Latroni neceſſitas, ita ſollicite & accurate, ut Buteo præcipit, diſtinguere. quod etiam iis, quæ adjiciuntur, eluceſcit.

Itaque in æquitatis] Emenda: *Utique in æquitatis tractat. cad.* His confirmatur Paſſieni pro Latrone ſententia.

Etiamſi licuit, apparet] Hæc ita ſunt reformanda, ut lucem afferre iis, quæ præcedunt, poſſint: cum exempli loco & iſta illuſtrandi cauſa poſita eſſe manifeſtum ſit. Hoc autem conſequeris, ſi reſcribas: *Nam cum quæritur, An oportuerit hanc dimitti, etiam, ſi non licuit, id apparet. quoniam* (Cov. Aur. & Ven. *quam*, veſtigium veræ lectionis) *utique non oportuit, ſi ne licuit quidem.* Hoc ad jus, illud ad æquitatem pertinet. Unde Buteonis infirmatur, Latronis vero & Paſſieni ſententia valde ſtabilitur.

Albutius decentiſſime fecit] Ven. ALBUTIUS FITACI. idem literis exiguis Pal. At Cov. & Aur. *Albutius figuras decentiſſime fecit.* Quibus ex diverſis lectionibus unam, nec incommodam, & veriſimillimam, imo veram, niſi me fallit animus, hanc concinnavi. *Albutius efficacius: figuras decentiſſime fecit. Efficacius* nempe, quam Buteo. Nec enim poſt eum quiſquam diviſit. poſſis forte & Latronem comprehendere. Buteonis non ſatis certa & firma eſſe jam vidimus. Parentheſi deinde includantur: *Solebat enim fere in aliquas figuras declamationem deſcribere.*

bere. Hoc autem, quod his teſtatur Seneca, facile ſibi quiſque in diviſionibus controverſiarum reperiet.

In quibus putat eſſe] Nempe has, quas ſubjicit quæſtiones, volebat veluti membra iſtis figuris comprehenſa eſſe. Et ſine dubio poſterioris ſunt: priori vix committas recta via: hac tamen poſſis, cum jure utcunque pateat, potuiſſe eam dimitti; minime recte quoſdam ita diſſerere, hoc exemplum debuiſſe ſtatui in eam, à quo tantum beneficium maritus accepiſſet. nec enim id ſatis conſtare, an beneficium ullum à marito accepiſſet, aut ſaltem ejus momenti aliquod, ut inique dimiſſa poſſit vel videri. Nam eo reſpicit *tanquam.* Sed ſic in æquitatis tractationem tranſitus fiet. contra Buteonis & Paſſieni leges, quas neglexiſſe Albutius videtur. An huc reſpicit Seneca, cum ait: *omnes quæſtiones ad ſterilitatem & æſtimationem quinquennii pertinentes libere Albutium tractaviſſe.* Apparet vero locum, in quo verſamur, ſatis impeditum & difficilem eſſe. Planior erit, faciliorque multo, ſi facias: *in quibus putabat eſſe, an ullum beneficium viro contulerit. An quo inique dimiſſa ſit. Et omnes* &c. *quo*, id eſt, propter quod. Cujuſmodi de locutionibus ad Cont. 1.

Ut illa marito inſolentiam imputare non poſſet] Gronov. *ſilentium.* quod ſenſu non abhorrens poſſit videri, ſed latere aliud ſuſpicor, maxime quod in iis, quæ præmiſſa, *uxoris vitio.* item, *utrumque ſecutus eſt.* nonnulli ex antiquis libri præferunt. Unde non abſurde conjicias: *Et hæc ipſa cogitandi cauſa fuit; uxoris vitio utrumque perſecutus eſt. ut illa marito inſolentiam imputare non poſſit, maritus illi tyrannicidium poſſit.* In his culpa uxoris & garrulitate ac temeritate linguæ vult factum (vide quæ dixit Hiſpo Rom. fin. Controv.) ut duriter uterque ac ſæve haberentur à tyranno. quod cum ipſe iniquiſſimo ferret animo, ſe impulſum ad conſilium de tyranni cæde. Quare inſolentiam ac ſævitiam in uxorem exercitam, non ſibi, ſed uxori ipſi adſcribendam judicat. quæ ſi minus indulſiſſet loquacitati, nec ipſa nec maritus ſuſtinuiſſent ſuſpicionem, qua ipſe ad tyrannicidium, uxor ad tormenta etiam iterata traherentur. Igitur, ut verbis utar ipſius Rhetoris noſtri, ita res habet: *ut illa marito inſolentiam imputare non poſſet, maritus illi tyrannicidium poſſet.* Ubi obſervandum, quod duplicem diverſo reſpectu ſignificationem *imputare* ſuſtineat. Nam in membro priori eſt ſenſu ſatis vulgato, qui eſt in his Quintil. 5. Inſt. 10. *an ei cædes imputanda ſit, à quo jurgium cœpit.* id eſt, an is cædis auctor & cauſa ſit habendus. In poſteriori longe aliter, atque ita, ut ſeculum Quintiliani uſque ad nauſeam ingeſſit. Quare exemplis nimius non ero. Solus Taciti locus inſtar eſt omnium, qui agens de moribus Germanorum, *data,* inquit, *non imputant, nec acceptis obligantur.* Magnum autem ut in matronas omnes (ne reliquis nunc de civibus dicam) ita in hanc, quæ ſuſpecta & inviſa erat, tyranni cæde beneficium contulerat præcipua ratione maritus, illas quidem ſtupri & dedecoris, hanc iſtorum & tormentorum præterea crudeliſſimæque mortis periculo eripiens. Ut autem hic idem *imputare* diverſa notat, ita *vindicare* apud Juſtin. 3. 1. *Atque ita egregius adoleſcens, & cædem patris, & ſe ab inſidiis Artabani vindicavit.* Etiam in illo Flor. lib. 1. cap. 9. *ad vindicandum libertatis & pudicitiæ decus.* Plura aliaque apud Berneggerum ad Juſtin. lib. 11. cap. 9. reperies. Nihil me movet, quod *uxoris ultio* habent excerpta. cum iis ſolenne ſit non ſatis convenire ſuo fonti.

Pag. 205. *Quam oratori callido*] Ut hæc ſonant, non probaverit Fabiani colorem Seneca, quem tamen rejiciendum eſſe minime, ſatis demonſtrat, dum iſta ſubjungit Vinicii, in quibus reprehendit nihil. Ego ita exiſtimo, Senecam hoc in loco ſignificatum voluiſſe, Fabianum ſimpliciter egiſſe & candide planiſſimis rationibus; non callide & inſidioſe, & quaſi captaret, quod ſolent, plerique facere Rhetores:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

res: exemplo quodam *moratorum* in judiciis, qui cavillis, calliditate, captioſis aſſertionibus, exceptionibuſque, ut trahant lites, utuntur. Legoque: *colorem magis bono viro convenientem introduxit, quam moratori callido.* Ita *oratores* ſæpe corruptum pro *moratores* apud Cic. nominatim 2 de Orat. & pro Bruto. Item in divin. ubi Aſcon. vide. quæ jam obſervata aliis.

Repudium ex tuo. quo vis liberorum cupiditatem, quo &c.] Hæc miſere affecta. Saniora ſunt: *Repudium excuſo, quod ſcis, liberorum cupiditate. qua ſemper uti tanquam vir ejus debuiſſet, poſtea magis tanquam parricida.* Tranſitus eſt in perſonam aliam, ſed hoc frequens in his Controv. quod jam monui ſæpiſſime. Ipſa in hac Controv. paulo poſt init. *Miraris ſi eo tempore matrona dicere potuit: Eſcende, occide tyrannum. Comes ſequerer, niſi me inutilem dimiſiſſet tyrannus.* Eadem vero excuſavit, qui primus omnium Romæ divortium fecit cum uxore. Gell. 4. 3. vide ſupra notam Schotti primam. Tyrannicida vero auctam ſubole domum optare debuit, non ſolum ut eſſent, quibus hanc gloriam relinqueret, ſed ut plures libertatis vindices haberet Reſp. *Fortes creantur fortibus & bonis.* Gronov. quod video, cum hæc vidiſſem; *Repudium excuſavit liberorum cupiditate.*

Tum tyrannicidium uxori deberi meruit] Tranſpoſitione hæc vitiata. Senſus & ratio malunt: *Si dixerit, inquit, poſt tormenta ſe de tyrannicidio cogitaſſe, tum tyrannicidium & uxori deberi: melius meruit, ſi torta tyrannicidam fecit, quam ſi tacuiſſet.*

Dixerit, cogitaſſe quidem] Hoc utcunque defendi poteſt. Malim tamen, *ſi dixerit*, ad exemplum quod præceſſit.

Liberius enim potuit, ait &c.] Credo fuiſſe ſcriptum: *Liberius enim potuit ita tyrannicidium indicare.*

At ſi hunc colorem Fabiani ſequor, mutuam eff.] Hæc ſi retineas, Senecæ eſſe videbuntur, judicium ſuum interponentis, quod minime admittendum. Cum (ut alia mittam) nimiſquam putide paulo poſt ita eſſet ſubjunctum, nec cohæreret, *Hic eſt L. Vinicius.* Certe ego temeritatis nequaquam metuo notam, ſi hinc collegero, huc uſque ſolius Vinicii judicium eſſe poſitum. His autem conſequens eſt, locum, quem tractamus, eſſe affectum. quod ſatis etiam clamitat lectionum diverſitas. Nam Cov. *multam efficiam.* Auguſtod. *multa officia.* etiam *multa* in Aurel. editiones nonnullæ *mutam efficiam.* Venet. vero: *mulctam efficiam.* Conſentit huic Pal. niſi quod ſuperſcriptum habet, *multa.* Lege continuata ſuperioribus oratione: *Ac ſi hunc colorem Fabiani ſequor* (niſi *ſequar* mavis) *ſimul etiam efficiam: ſi olim,* &c.

Malum hodie maritum non eſſe cui ſemper] Omiſſum pronomen *ei.* Similiter Plaut. prolog. Amphitr. 106. *Quantuſque amator ſit, quod complacitum eſt ſemel.* item verſ. 132. *Cubat complexus, cujus cupiens maxime eſt.*

Si quod audierat tacuit] Palat. Eraſ. *quod ſi quod audierat.* Lege igitur: *Ad ultimum hoc conſequar, quod, ſi, quod audierat, tacuit, non beneficium eſt, ſed fides.* ne manca ſit oratio.

Quicquid longa meditatio illi præſtitura erat] Pal. & Ven. *Præſtiterat.* Forſan igitur, *quicquid longa cogitatio ulli præſtiterat, illi prima intentio animi dabat.* Vulgatum defendunt excerpta.

Aliquid ex vultu] Pal. Eraſm. Ven. *ex ſumptu.* ita & Aurel. cujus in margine, *ex ſomno.* quod pro vero amplector. paſſim in mss. *ſompno* pro *ſomno.* unde tranſitus facilis in *ſumptu.* Significat tyrannicida, quod vultu ſaltem tegere potuerit conſilium: ſuſpicionemque eſſe nullam debere, quod rem tantam non habuerit diligenter tacitam.

Pag. 206. *Unde manaverit ſermo*] Ven. *emanaverit,* quod non ſpreverim. Jam ex conjectura alicujus in marg. id poſitum editionis meæ. Reliquæ ejuſdem conjecturæ diligentiæ ſunt nimiæ.

Tua enim cauſa tacuiſti] Lego, *tua etiam cauſa tac.*

Accuſatur à filio dementiæ] Non muto,

muto, quod eſt in Ven. Eraſm. Pal. *filius accuſat patrem dementia.* Vulgatum depromptum ex epit. cui quantum tribui oporteat, jam ſæpius monui, & rebus oſtendi. Hic plane non eſſe audiendam etiam fatentur Cov. & Aur. codd.

CONTROV. XIV.

NAviga, *milita, peregrinare*] Hæc potius inceptaveris meoque adoleſcens exemplo vixeris, quam ipſe in cute curanda occupatus, luxurioſamque ſequens vitam, & rem affligens familiarem, patrem accuſes crimine, cujus maxime ipſe es reus. Confer his, quæ Fabianus & Blandus dixerunt. item p. 367. poſt m.

Pag. 207. *Si tam bona fide frugi es*] Malim: *ſi jam bona.* Filius jam mentiebatur, agebat frugalem, id tacite pater arguit.

Diverſos & inter ſe contrarios] Recte hæc defendit Gron. Etiam Quintil. declam. 310. *Nihil enimvero verba faciunt, ſi voluntas legis diverſa atque contraria eſt.* Ita lego. Conſentiunt de poſtremo Gronov. & Caucus. an *Patrimonium inique comp.* Iſtud vero noſtri etiam ratione non caret. Nam à poſteriori illuſtratum prius, quod ambiguum, hic vero etiam contrarii ſignificationem habet. Sueton. Jul. 1. *Diverſarum partium habebatur.* Ovid. 1 Metam.

Pœna placet diverſa, genus mortale ſub undis Perdere.

Deliberanti Jovi, an igne abſumere impium genus hominum velit, mutatur quorundam non levium reſpectu mens, & potior videtur ſententia, aqua peragere ultionem: *qui contrarius ignibus humor.*

Rogo vos. ego prior cœpi, tu poſterior lux] Lege: *Rogo vos, ego prior cœpi, iſte poſterior luxuriatur? patrimonium computemus.* Nam quod vulgo edunt: *Patrimonium, inquit, comp.* Vox media in his ſine dubio redundat; turbatque & tollit ſenſum omnem: qui manifeſtus jam ſatis eſt, modo cogitetur, quod olim in tabulas referebant expenſi, quicquid feciſſent ſumptuum, etiam in res pudendas. Unde uſu venit quandoque, ut ſcelera redempta, aliaque hujus generis ex ipſis auctorum tabulis revincerentur. Caſaub. vide ad Sueton. Jul. cap. 47. Igitur hoc loco pater ſubduci vult rationes & computari patrimonium: quod, intelligitur, quantum ſit deducto ære alieno: hoc autem uter prius majuſque contraxiſſet, paterne an filius, dum luxuriantur, perſpicuum poterat fieri ex tabulis expenſi: ad quas provocat pater, dum ait, *patrimonium computemus.* Ut demonſtrandi eſſet copia filium priorem & graviſſime luxuriatum. Ut autem hic *rogo vos*, ita & apud Quintilian. declamat. 388. *Rogo vos, qui ante adventum tutus fuit, adventu pirata periit?*

Domus noſtra luxurioſos duos non capit] Igitur luxuriari ego cœpi, quia intelligebam hoc pacto imponi tibi neceſſitatem luxuriam exuendi. Abdicaſſem te, ſed hoc mitius viſum, quanquam poſſit abdicatio quædam videri; quia nullæ jam partes ad te redeunt patrimonii. *Indulgentius tamen te abdicare non potui.* Nam in tua erat ſitum poteſtate, ut me, qualis olim fueram, utereris, vitam iſtam mihi ſummopere improbatam, non amplius ſectando. Hæc pluribus, quam expectares illuſtravi, quia Schottum videram hic hæſiſſe, quaſi quodam in incili. Ita enim loquitur, ut putare ſe oſtendat, ad inſidam imperii ſocietatem hic eſſe adſpectum. in quo eum fugiſſe rationem ſatis patet.

Sed quod proxime tibi imputo] Senſum non video, niſi legas: *Et quod proxime.* Atque hoc illuminatur per membrum præcedens: *Hoc noviſſimum meum meritum eſt.*

Quid tibi dicam?] Forte: *quid ſit, tibi dicam.* Alibi tamen, nominatim apud Terent. dubito num ſimile viderim.

Hominum genus cognatum natura] Tanto nefarium magis, ſi homo homini vel inſidietur. Ita pulchre diſſerit

rit Florentinus in l.3. D. de juſt. & jur. Add. Grot.lib.1. cap.1. ad init. de jure B. & P.

Quæ ſenes corrumpit] Ea ſi nulla mihi eſſet, non luxuriarer. idem tibi ætatis etiam provectioris metuendum. Arellius paulo ante: *Unde ſcis te non futurum luxurioſum ſenem?* Maximum autem erit periculum, ſi ſuppeditabit pecunia. quo minus indigne ferre debes, ſi ea non parciſſime utor.

Et omnia ad corpus retulerunt] In Venet. reperio: *omnia ad ſummum bonum retulerunt.* Ita fuerit: *ad ſummum hoc bonum ret.*

Nihil mihi opus præcipientibus: exemplum habeo] Simili oppoſitione Senec. Epiſt. 6. *Longum iter eſt per præcepta, breve & efficax per exempla.* Atque hoc vel ſolo loco manifeſtum evadit, male Schottum velle, quale illud Horatii:

—— Sive ego prave,
Seu recte: hoc volui. ne ſis patruus mihi.

Exemplum habeo: propoſui &c.] Ven. Pal. Cov. Aur. non agnoſcunt *habeo*, quod more ſuo huc infulſerunt ex epit. Lege: *Exemplum te propoſui, & quicquid tu feceris, item facere.* Illud *item* reperi ex *me*, quod habent Ven. Pal. Eraſ. & alii libri, quantum videtur. Quamvis antiqua loquendi conſuetudine *me facere* pro *facere* retineri poſſit. quod jam ſatis docuit Scioppius. Sed ita quaſi nervi inciduntur orationi. quare prius præferam.

Sed illud excipio, ne objicias] Niſi quis alios adhibuerit codices, nihil in his non ſanum eſſe exiſtimabit. Sed longe res habet aliter: Sane ſi quid tribuendum auctoritati librorum, quibus Schottus & Gruterus uſi, & unde varias exſignarunt lectiones (quo magis patet, quid ipſi de iſtis judicarint) aliquid ulceris latere hic mihi concedent. Venetus idem teſtis. Sed omnium adſcribam verba, & conſenſum diverſitateſque. Ven. igitur: *Sed illud Scipionum non objicies.* Pal. *Sed illud Scipio non obj.* Eraſ. *Scipionum*, omiſſa negatione. Cov. & Aur. *Sed illud Scipio.* Sed hic in marg. *Scipionum: hic ſcriptum.* Nicolaus Faber iſta ſecutus fecit, *Sed illud excipio*, teſte Schotto. Quod fateor mihi placere ſingularem in modum. Quid tamen? an dicemus Scipionum temere hic factam mentionem? Vix id à me impetro. Maxime cum de Scipionibus prodita ſint huc pertinentia. Nam Latinus Pacat. in Panegyrico cap. 7. *Et qui venturi ſunt in virtutis adoptionem, illo tamen adoleſcentiæ lubrico, ut non cadant, titubant. An non clariſſimos nominis Romani viros (Sullas, Catulos, Scipiones loquor) aliquantiſper ſibi luxuria vindicavit? quos etſi ad portum mutati in melius revexerint flatus, diu tamen vitiorum turbo jactavit, & naufragos, atque fluctuantes ab illis, quibus merſabantur, erroribus ægre ætas recepit.* Iſtiuſmodi igitur exemplis uti potuit filius, ad excuſandam ſuam, patris vero damnandam luxuriam. Paterque ad iſta reſpiciens & reſpondens: *Dic hodie, quid putes melius;* Ut exemplorum auctoritas eludatur exemplis, ſubjunxerit: *Eſt & illud Scipionum*, nempe dicere, hodie quid putes melius. Quorum verborum ambiguitas fecit locum hiſtoriæ, quam, ut ſubeſſe opinaremur, cauſa fuit librorum, quos diximus, conſenſus. Eſt autem paucis his ab Aurelio Victore narrata de Publio Scipione Africano illius in vita. *A Petiliis ac Nævio tribunis plebis repetundarum accuſatus librum rationum in conſpectu populi ſcidit. Hac die, inquit, Carthaginem vici. Bonum factum: In Capitolium eamus & diis ſupplicemus.* Ita & moleſtiis & tricis judiciorum ad conviviorum, quæ, cum ſacrificarent, agitabant, vocat hilaritatem. Nam quantum ad hæc, convenit ſimilitudo. Atque huc ſequens etiam pertineat oratio: *Non objicies, quod elegeris.* Hæc enim retineo ex antiquis iſtis libris. Quæ ironica ſunt & exprobrant, quod cum ipſe luxuriaretur, in crimen raptaret luxuriam patris, ita cupiens *reum damnari, crimen abſolvi.* Simul accipio his minari patrem exemplum iſtud, quod ſciat, Scipionis, niſi deſiſtat filius, ſeſe relaturum.

Objicit luxuriam propriam, & hoc
dicit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

dicit adoleſcens] Lege, *nec hoc dicit.*

Quod gaudium accepiſti, vere luxurior] His ridens ita agit, quaſi indulgeat genio, hilaremque ſumat vitam, quia gaudiis onuſtum omnibuſque amœnitatibus filium viderit. *Luxuriari* ſimul continet ſenſum, qui eſt in illis antiqui poëtæ, quantum videtur, apud Cic. lib. 2. epiſt. 9. ad Famil. *Repente vero inceſſi lætitiis omnibus.* additur huc pertinens: *in quo cum objurgarer, quod nimio gaudio pœne deſiperem, ita me defendebam* &c. vide locum. Forte autem in his: *quod gaudia tua accep.* Jam igitur & meis ſi fruar, nulla invidia eſt.

Si modo emendatus eſt filius meus] Scopæ diſſolutæ, nihil aliud, hæc omnia. Diſtingue primum: *Si modo emendatus eſt filius meus.* Nam (quod ſignificat pater) de eo ego quidem dubito. Perge dein ſine Parentheſeos nota: *Solet enim etiam luxuria diſſimulari. Suo quiſque ordine reus ſit.* Ita liquebit uter juſtius accuſetur; & ſi ejuſdem etiam criminis reus ſit, hunc accuſatorem minime ferendum exiſtimabitis. Nam: *Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus. Quis tulerit Gracchos de ſeditione querentes*; &c. Illud *diſſimulari* jam viderunt alii, quos nondum inſpexeram, cum ipſe id reperirem. Poſſis etiam hoc loco: *Niſi modo emendatus* &c. ut nulla præterea in hæc conferatur mutatio. lib. 4. controv. 1. *Credo mirari aliquem, quod in forum amiſſis modo liberis veniam.*

Bibamus, moriendum eſt] Lipſius velit: *Vivamus.* quem Schottus codicum deterritus auctoritate non ſequitur. Recte, niſi fallor. Quamvis enim veriſſimum ſit, quod laceſſere eſſent ſoliti lætitiam hoc verbo: *Vivamus, moriendum eſt.* Præterea maximam intercedere cognationem inter *B* & *V* literas: tamen promiſcue non ſunt accipiendæ, ubi nulla cogit neceſſitas. velut hoc loco: ubi *bibamus* reſpicit ad id, quod factitare maxime conſueverunt luxuriantes. Quare bibendi & potandi & huc pertinentium tantum in hac Controverſ. factam mentionem cernas. paulo poſt: *Jam ſenex factus eſt, niſi, quod ſibi nondum videtur. Luxuria uſque eo ſe projecit, ut accuſetur. Senex amens, ſenex ebrius circumdatus ſertis, delibutus unguentis.* Item: *Non ſimulas iſta, ſed facis; nec amantem imaginaris, ſed amas: nec potantem* (ita vulgo) *adumbras, ſed bibis: nec dedoces diſſipare bona, ſed diſſipas.* item: *cum rivalibus rixas, & ebrietati nocturnæ additum diem.* Terent. Adelph. 1. 2. *Non eſt flagitium, mihi crede, adoleſcentem Scortari, neque potare, non eſt: neque fores effringere.* Græcorum mos maxime, (qui repræſentantur in comœdiis palliatis, & ſæpe in his cogitandi ſunt controverſiis, ubi de abdicatione illive ſimilibus negotiis tractatur) ut ſe largius inundarent flore Liberi patris, idque in parte ſummæ felicitatis ponerent; eam denique veram eſſe vitam exiſtimarent. Vide Anacreontem. Unde *græcari, pergræcari* orta. Cic. 3. in Verr. *Fit ſermo inter eos & invitatio, ut Græco more biberetur: hoſpes hortatur: poſcunt majoribus poculis.* Plaut. Menæchm. 5. 1. *Quæſo hercle, mulier, ſi ſcis, monſtra quod bibam, Tuam qui poſſim perpeti petulantiam.* Ubi Salm. adi. ridiculi cauſa hoc addo, quod quorundam Digeſtorum editioni, *bene vivere*, ſit *bene bibere.* Ita in quam pluribus vocibus *V* pro *B* poſitum. Confer porro loca, quæ producit hic Schottus: quia & ipſa oſtendunt *bibamus* optimo jure ſuum locum tueri.

Pag. 208. *Nulli magis in domo dicitur, quam mihi*] Nam & vinum lac eſt ſenum.

Oſtendi tibi luxuriam; quam in te non videbas] Venet. Cov. & Aur. Ms. *Oſtendi tibi lumina, quæ in te non videbas.* Ut ſuſpiceris fuiſſe: *Oſtendi tibi plurima, quæ* &c.

Malam cauſam haberem, ſi te filium] *Malam* præfert Schottus. Ven. tamen Pal. Eraſm. Baſil. duo: *Aliam*, quod tueor, reſpiciens quippe ad membrum poſterius periodi præcedentis: *ſi alium accuſatorem haberem.* Aliam cauſam eſſet habiturus, ſi talem non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

non haberet filium: nam iſtiuſmodi non ſectaretur vitam, & frugaliter mallet, quam vel ſpecie tenus luxurioſe vivere.

A laudibus patris incipiam] Rurſus hic antiquorum alia lectio. Nam Eraſ. Pal. Venet. *Aliter à laudibus.* In margine editionis meæ notatum eſt, quaſi haberet Cov. *Aliter quam putatis incipiam temperantiſſimus*, additurque idem eſſe in Tron. & Vet. Man. Mihi veri videtur ſimilius: *Non aliter, quam à laudibus patris incipiam.* nempe non ab accuſationis vehementia.

Et validus in voluptatibus, quaſi juvenis] Multis partibus malim: *Et validius in voluptatibus, quam ſi ſit juvenis, exultans.* notum eſt *validius* pro magis à *valde*, quod contractum ex *valide.* Vellei. 2. 29. & 98. Tacit. 14. Annal. fin. Quintil. declam. 270. *quo magis placet filiæ verecundia, quo magis probitas: hoc validius ſubeunt cogitationes: talem miſer perdidi.* Declam. 358. *Hac re validius offenſum ſenem.* Decl. 379. *Inde ille exarſit validius. Valide* pro *valde* ſæpe Plautus.

Ætates exhauriunt, vitia laſciviunt] Monſtra & prodigia mera. Schottus, quia reperit in libro vet. *Ætas & haurit, & vitia laſciviunt.* inde velit: *ætas exhaurit vitia laſciviæ.* Ego convenire ea huic loco non cenſeo. & ab audacia malim auxilium mutuari. Eraſm. Pal. Venet. *Inhauriunt.* Brug. *inhaurit.* Unde vide ſi hoc placet: *facultates illi exhauriunt, vitam hi, laſcivientes.* Senſus ſaltem egregius, quo oſtenditur verum eſſe præcedens: *Luxurioſus adoleſcens peccat: Senex luxurioſus inſanit.* Inſanientium eſt ſævire in ſemet. id luxurioſus facit ſenex, dum amando, ac potando vitam exhaurit ac vires.

Alter ſolito tempore labitur, alter inſolito] *Solito tempore* peccatur, veluti inter cœnas quotidianas, quæ nihil inſigne habent: ubi graviſſimæ tamen lites ſæpe aliaque luctuoſa exiſtunt. *inſolito*, veluti cum tempeſtiva, item intempeſtiva convivia agitantur. *alieno* cum ſenex vivit, ſeque invitat, indulgetque genio. uti *jucundum cum ætas florida ver ageret.* ita ſe in præteritos annos, quaſi retro agens. *ſuo*, qui adoleſcens juveniſve ætate ſua fruitur. horum eſt, quod ſubjungitur, *annos ſequi*, iſtorum *ſenectuti repugnare.* quod hæc ætas exuit paulatim & aſpernari docet libidines. Alienum tempus ſimili modo apud Latin. Pacat. cap. 14. & Mamert. in Paneg. quem dixit Juliano cap. 11. apud illum, *alieni temporis florem.* hunc vero, *alieni temporis poma.* Quod huc convenit, quia partibus anni vitæ ætatiſque noſtræ partes comparare ſolent. Ovid. 15 Metam. verſ. 199.

Quid? non in ſpecies ſuccedere quattuor annum
Aſpicis ætatis peragentem imitamina noſtræ?

ubi pulchra vide. Igitur & Pomponius Juriſconſultus in l. 13. D. de tutel. *ſenium ætatis* eadem poſuit ratione, qua Sueton. in Jul. *hyems anni.* Sed hæc ὡς ἐν παρόδῳ.

Non eſt luxuria tua. Patrem videre velimus] Pronomen *tua* nec in Pal. nec in Eraſ. nec in Venet. comparet. quare & ipſe omiſerim & legendum judicem: *Non eſt luxuria; patrem videre velim:* quem nunc exhibes, minimeque agnoſco, dum ita te voluptatibus immergis. Illud *patrem* hic ut in iſto Ovidii:

——— *pietatem publica cauſa*
Rexque patrem vicit.

Cujuſmodi de locis egi ad 1 declam. Calpurn. Hujus conjecturæ ſenſum non improbant, quæ ſequuntur. Vox *velim* eſt in Brug. vox *videre* in Controv. 17. *Cimber etiam in carcere vidit imperantem.*

Nec amantem imaginaris, ſed amas] Apul. in Apol. *atque ita, quod extra tangunt ac viſant, id intra ſpeculum imaginentur.* Ubi Scipio Gentilis: effingant atque exprimant: additque locum Gellii: *Ut ſpeculum in loco certo poſitum nihil imaginet, aliorſum tranſlatum faciat imagines.* Quæ his illuſtrandis ſufficiunt. Sed addo præterea Quintiliani hæc lib. 9. c. 2. *Novi vero & præcipue declamatores audacius nec*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

mehercu'e ſine motu quodam imaginantur. vide reliqua. Præceſſerat: Nec *ſolum quæ facta ſint, aut fiant; ſed etiam quæ futura ſint, aut futura fuerint imaginamur.* Agit de ὑποτυπώσει. Arnob. 4. adverſ. Gent. *Quod ſi minime vos admonent ad intellectum veritatis res ipſæ, nec ex ipſis ſaltem poteſtis nominibus noſcere, inaniſſimæ ſuperſtitionis figmenta hæc eſſe, & falſorum imaginationes deorum.*

Nec potantem adumbras, ſed bibis] Pal. *poteſtatem*, quod natum vult Gruterus à compendiaria ſcribendi ratione. in Veneta tamen idem eſt, quare malim, *nec potos tantum adumbras, ſed bibis.* unde potus vere poſſis fieri & ſæpe factus es, patrimonium interim & exiſtimationem lacerans magno dementiæ argumento.

Nemo vitia, quæ odit, imitatur] Ven. & Pal. *Nemo putat vitia, quæ odit, imitatur.* Unde Gruter. *Puto quæ.* quod blanditur. ipſe cogitaram: *Nemo putat vitia, quæ non odit, ſed imitatur.*

Pag. 209. *Hic illam vocalem quæſtionem poſuit*] Gronov. vellet, *moralem.* alii *vulgarem.* quod & mihi natum. Nunc dubito poſtquam diu ſane æſtuavi, num vulgatum hoc & conſenſu antiquorum defenſum, retineri & exponi poſſit. Certe Controv. 7. *Sententia dubia inter admirantes & deridentes*, ea dicitur, qua cum utimur, vel admirari poſſumus aut ſolemus, vel deridere. Simili modo *vocalem* hic *quæſtionem* accipio, qua utentes Rhetores magnam vim & impetum adhibuerint vocis. quippe cum hæc quæſtio pro patribus haberetur valentiſſima, (judicium hoc vide in Controverſ. 11. diviſione) eaque imprimis urgerentur filii accuſatores patrum: unde hi & ex ipſorum perſona Rhetores non indignari & vehementius agere non potuerint. Sed Rhetores quidem exceſſiſſe hic modum videntur. vide not. ſeq.

Quæſtionem poſuit, quam ſolebat faſtidire. Seleucius] Qui ita diſtinguunt & ſcribunt, non ignorant notatum in Controv. 11. ab auctore noſtro, Latronem ipſum hanc quæſtionem faſtidire ſolitum; quare putidum eſſet, ſi hic ita poſitum eſſet, quaſi alterius, non & Latronis ea ſententia fuiſſet. Ven. tamen *Seleutius* (ita enim habet) committit antecedentibus. Item Auguſtod. ubi eſt: *faſtidire ſilentium.* Credo aliud latere, quam adhuc eruditorum quiſquam eſt ſuſpicatus. Primum conjeci: *Hic illam vocalem quæſtionem poſuit, quam ſolebat faſtidire, ſed lenius.* Egit nempe lenius, quam tumidi ſolebant hac in quæſtione declamatores, & decorum ſervavit. Controverſ. ult. lib. 4. *Omnes invecti ſunt in libertum. Vallius Geminus & Otho Junius egerunt lenius.* Forſan poſſet alicui placere: *ſed decentius.* Senſus eodem redit.

Hic de ſuo conſumit] Non legerim cum Gronov. *Hic de jure communi.* Continetur his cauſa, quamobrem abdicare patres non ſit conceſſum filiis. Nempe hæc illa eſt, quod patres, ſi quid prodigunt, non perinde rem alienam abſumunt, quam filii. quibus liberum eſt patri, ſi velit, partem tantum, ac ne quidem dimidiam bonorum judicio teſtamentoque ſuo relinquere. Abdicatio autem quodammodo eſt, cum accuſant damnantque dementiæ patres ſuos filii, quippe cum hoc facto patribus rei familiaris adminiſtratio, ſuaque adeo bona quodam genere extorqueantur. quæ cum plana ſint, niſi fallor, nihil hic auſim mutare: tantum ne hiulca ſit oratio, conjunctione inſerta legam: *at hic* (pater nempe) *de ſuo conſumit.*

An ſi ob hoc pater accuſari poteſt à filio] Mutila, manca, tranſpoſita, corrupta hic coacervata vides. Ne longis te morer ambagibus, accipe, quemadmodum ſupplenda, ordinanda, & ſananda putem. Lego igitur: *Etiamſi ob hoc pater accuſari poteſt, an poſſit à filio. Etiamſi ob hoc accuſari poteſt, etiamſi à filio, an poſſit à tali filio. Hic vitiorum exprobratio. Sic ebrietatem objicere ſolet ebrius, ſic petulantiam injuriæ damnatus. An ſi ad caſtigandum*, &c. Poſt quæſtionem illam, an poſſit accuſari pater à filio, deinde occaſione commoda ſubjuncta vitiorum filii exprobratio,

tio, & deinde adjectum: *Sic ebrietatem objicere ſolet ebrius.* Nam antiqui codd. nonnulli *patri* recte omittunt. Eſt vero hæc oratio ejus filii, cujus illa in Controv. 4. *Deciderunt arma cum manibus: tunc primum ſenſi me manus perdidiſſe. Deſcriptio pugnantis viri fortis. Dii boni, & has manus aliquis deriſit?*

Ceſtius pater, patris aiebat ſimulationem luxuriæ ſignificandam] Veteres omittunt *luxuriæ*, & præterea *ſignificandæ*, & dein *profitendæ* conſtanter exhibent. Schottus ſuſpicatur Græco id more poſitum, ut *cauſa* vel *gratia* ſit exaudiendum. aliam ſe cauſam neſcire fatetur. Ego non dubito, quin ſola hæc ſit, quod turpiter hæc & fere à capite uſque ad calcem, injuria temporum fœdavit mutilavitque: ut tamen ita poſſe credam perſanari & reſtitui: *Ceſtius partes patris agebat ſimulationem ſignificando magis, quam profitendo.* qua emendatione eripitur Fabro ſcrupulus omnis & dubitatio. Paulo poſt: *Latro aperte putabat ſimulationem confitendam.* Et videtur hic initium eſſe coloris paulo poſt: *Ceſtius aiebat adoleſcentis partem diligentius colorandam.* Quare reſcribe: *Color. Ceſtius partes* &c.

Ita, inquit, apparebit illum ſimulaſſe] In Ven. *apparebit* non extat, nec eſt neceſſarium.

Si definit ſimulare, oſtendit jam ſibi] Lege & diſtingue: *Deſinit ſimulare, ſi oſtendit jam, ſibi nihil prodeſſe ea conſilia. quatinus filius emendatus non ſit.* Tantum hoc ſignificandum vult per ambages. Quo pertinet, quod ſubjicit Seneca: *Emendatum autem eſſe non conceſſit.* Sed nec negavit. Quare addit ex emendatione mea: *Sed aſſidue dixit, nihil magis; ſequi intervallum hoc luxuriam.* quibus luxuriæ ſimulationem, quæ adhuc duret, nec negat, nec fatetur.

Pag. 210. *Quare potius ſignificet, quam dicat frugi eſſe*] Legendum cum interrogatione: *quam dicat frugi ſe eſſe?*

Blandus hac figura declamat filium, &c.] Senſus eſt: *Blandus heic figura declamavit in filium, & ut pro abdicante reſpondit.* Quæ emendationes ſtabiliuntur his locis duobus Controv. 2. *Albutius figura diviſit controverſiam.* Hac ipſa paulo poſt init. pater rationem reddens quare luxuriari cœperit: *indulgentius, inquit, te abdicare non potui.*

Non ita patri remittere] Antiqui *non remittere.* ut credas fuiſſe: *nam ita* (dum accuſat dementiæ) *patri non remittere, quod à patre ipſi remiſſum ſit.* quæ cauſa, cur olim ad vitam minus probatam tranſierit.

Itaque ſic narravit ut ſuam, &c.] Venet. *Idque.* forſan: *Inde.* certe commodius, quam, *Itaque.*

Legem, quæ poſſit adoleſcentis mores formare] Neſcio an aliunde tantum vitiorum importatum ſit, quam ex excerptis: quibus diffidendum illi, qui feliciter in emendando hoc auctore verſari velit. Gruterus hoc loco monet in Pal. eſſe: *Adoleſcentis domum form.* Addit: alterum [illegible]en eſt in excerptis. Atqui & Venet. lectionem eandem habet Palatinæ. An non igitur ſatius inſiſtere veſtigiis iſtis, quam iſtos centonum audire ſutores? Præſertim cum levi mutatione poſſis eruere accommodatiſſimum orationi: *legem, quæ poſſet adoleſcentem domitum formare, & à vitiis ætatis abducere.*

Quodammodo ad luxuriam à patre præmiſſus ſum. Unguento] Rurſus excerpta vitiarunt hunc locum. In quibus ſane iſta ſunt. At Pal. & Ven. heic: *ad luxuriam patris unguento canis madentis & comeſſatorem ſenem redii.* Similia Covarruv. & Aur. Quantum hæc divertunt! Et tamen ſequenda ſunt, non excerptorum lectio. Sed quid exſculpimus? Hæc puto placere poſſe: *Quo damno, inquit, ad luxuriam patris unguento canos madentis & comiſſatorem ſenem redii!* Vult exemplo ſenis ſe abreptum ad luxuriam: ad illum velut ſcopulum virtutum & famæ naufragium feciſſe. Hinc ingemiſcens, quo damno iſtum patrem meum ſenem, quæ ætas frugalitatis eſſe documentum deberet, quo damno iſtum vidi quotidie, cum ex ludo, palæſtra, aliunde, ubi optima docebar, redibam do-

mum! Igitur non nunc primum luxuriari cœpiſſe ſenem, ſed jam olim oſtendere ſimul illi propoſitum. Unde paulo poſt: *Cum haberem luxuriæ iſtius exemplum, quæritis, quæ res mihi remedio fuerit? Ætas.* Sequentia hujus, quem tractamus, loci, lege, ut habent antiqui: *qui nulli nimis luxurioſus, ſed parum ſanus videbatur.*

Illa, quæ faciebam, imputabat, me non diſcere] Senſum habes, ſi legas: *Illa quæ faciebam, improbabat: inde potui diſcere.* Terent. Adelph. 5. 3. 48. *Attentiores ſumus ad rem omnes, quam ſat eſt: quod illos ſat ætas acuet.* Poſſis etiam hoc loco: *improperabat.* notum *pro*, quo compendio ſoleat ſcribi.

Cum deſiderio deſcripſiſſet] Cov. Aur. *deſiderio.* & dein *vitioſum* pro *vitium.* ita & Pal. Eraſm. item Ven. Igitur velim: *Cum deſiderio deſcripſiſſet ſe paulatim ad frugalitatem rediſſe & odio ſibi vitiorum facto:* quod ultro ſæpe evenit, progreſſu ætatis. ut deſideretur virtus, diſpliceant vitia: *Hoc fuit, inquit, quare deſinerem: ſentiebam, inquit, me ſenem fieri.* Inde judicabam iſtas meo oboriri animo cogitationes.

Pag. 211. *Ceſtius hoc aiebat dulcius quidem*] His continetur judicium Ceſtii de iſtis Alfii, quæ præceſſerunt: *Dulciora eſſe, ſed corrupta*; quippe rei excedentia veritatem. Quæ ratio Ceſtii propius exprimitur à Seneca iis, quæ ſequuntur. Faber in hoc loco hæſit, qui poſtquam præmiſit: Hæc controverſia tota mendis & lacunis ſcatet. addit dein: videtur tamen hic locus ſic reſtitui poſſe, ſi ſcribatur: *corrumpere bonam ſententiam.* Sed fugit ſummum virum ſine dubio heic ratio: & extrita ſola litera *m*, quæ nec in ordine ſi finalis ſit, notari ſolet, omnia recte habent hoc modo: *Ceſtius, hoc, aiebat, dulcius quidem; ſed corrupit & una ſententiam.* Alfius nempe. Simile quid in colore Controv. 9.

Sed me defenſurus ſum] Hoc pro vero amplector. Sequentia dubium me habent: *ne aliena luxuria mea laudatio.* Idque inde factum, quod Venet. præfert, *aliena conſilia.* Sed Venet. ſolus. poſſet tamen & hoc tolerari, & exponi ex emendatione hac ad vulgatum: *nec aliena luxuria mea laudatio.* Sed vox *conſilia* minus mihi ſe probat, quod ſtatim rurſus iteratur. Quo autem appareat magis, quam bona ſit hæc emendatio, confer omnino notam ſeq.

Conſilio luxuriantem filium iſtum emendo] Ven. *Conſilium luxuriantem filium æſtum emendo.* Ead. Pal. niſi quod habet *emendato.* id quod & Cov. & Aur. agnoſcunt. Sed *iſtum* tuentur. non puto *æſtum* temere irrepſiſſe. Igitur legendum cenſeo: *nec aliena luxuria mea laudatio: & conſilium eſt luxuriari.* item: *ſimili eum aſtu emendabo.* Quem ſenſum, quaſi neceſſitatem ut oſtendat conſilii hujus, & propoſiti, repetit ipſe hic Arellius in fine. quo minus pro alieno iſtud habendum.

Supervacuum in narratione hunc colorem habuit] Nimis ex abrupto, neque à Seneca ita poſita quis exiſtimaret: niſi ſimillimum mox occurreret in iis, quæ dixit Vibius Rufus.

Meretricem dependentem collo ſenis] Ven. Aug. Brug. *defendentem.* Igitur lege: *defendentem colla ſenis.* & quaſi nimio illius flagraret amore, aliarum meretricum oſcula complexuſque arcentem, magis ut ſenem incenderet illiuſque irritaret libidines. Eſt vero iſtud ποιηλικότερον quidem, ſed ab Arellio dictum, cui id genus oratio præcipue in deliciis fuit. Vide Suaſor. 3. Quod qui minus vel adverterunt animum, vel neſcierunt, etiam mutarunt illud in iis, quæ ſubſequuntur, quod Arellio vindicandum exiſtimem.

Paraſitorum circumfuſam regi turbam] Hæc explicatu non ſunt difficilia. notiſſimum enim, quos reges convivæ & paraſiti dixerint. Sed in conſilium ſemper adhibenda codd. antiquorum lectio, ejuſque prior, quam interpretationis noſtræ habenda ratio. Ven. *Circumfuſam regem turpe ſit.* Cov. Brug. Aur. *Circumfuſam patris regem.* Sed in marg. Cov. & Aur. *circumfuſum patri gregem.* quod vero proximum. Igitur

Igitur probavere Schott. & Aur. Ego amplector, tueorque: *circumfuſam patri gregem.* Nam & *circumfuſam* conſenſu Mss. nititur. & *circumfuſam gregem* Arellianum eſt, cui propoſitum nimis poëtas æmulari. Non. *Greges* ut ſæpe generis maſculini ſunt, & fœminini. Lucret.

Lanigeræ pecudes & equorum duellica proles. Buceriæque greges.

Perge dein: *turpeis cum rivalibus rixas.*

Putavi initio & ego] An: *Dein: Putavi initio.* Suſpiceris etiam: *Putavi, inquit, initio.* An vero mavis hæc ita à Seneca eſſe poſita?

Eo turpius luxurioſus, quo diutius] Pal. *& turpius luxurioſus, & diutius.* Reſpondet illi Ven. item alii, quod mutandum minime fuit. Ecce enim quid velit filius: *Permanet* pater *in juvenilibus vitiis, & turpius luxurioſus*, quippe cum ſenex & alieno plane tempore luxurietur. & auget eo etiam crimen, quod *diutius*, quam quiſquam juvenum voluptatibus immerſus vivat.

Si ſuo more emendare patrem volo] Ven. & Pal. *è ſuo more patrem emendare volo: luxuriandum eſt.* Quod tolerari poteſt. Malim tamen: *ſi è ſuo more p. e. volo, luxuriandum eſt.* Vel, *Etiam, ſi ſuo more.* Nam Covarr. & Aur. *& ſi ſuo more.*

Ut aliquis per patronum accuſaret patrem] Scribe: *Non putabat in accuſatoris perſona Latro faciendum, ut aliter quis, quam per patronum accuſaret patrem.* Exempla huc egregie facientia ſunt apud Gronov. ad Contr. 7.

Feſtivum ſenem, qui in honorem filii ſui adoleſcentis] Cov. *Adoleſcentis feſtivum ſenem.* ita & Aur. Ven. etiam: *Adoleſcentis feſtivum ſenem in honorem filii ſui ebrius ſit.* Bona omnia ſi recte, id eſt, ſic diſtinguas: *Adoleſcentis (feſtivum ſenem!) in honorem filii ſui ebrius ſit.* Plaut. Aul. 3. 4. *Qui ſimulavit mei honoris mittere huc cauſa coquos*, id eſt, mea cauſa.

Jam mentem ejus labantem laudare cœpiſſe luxuriam.] Ven. *labentem.* quod non minus arridet. Arell. Fuſc. ſupra: *Subito furore collapſam patri mentem.* Reſcribendum tamen hic videtur: *Solutum patrem jam mente ejus labente laudare cœpiſſe luxuriam.*

Dicerem eſſe felicius, ſi his, qui ſibi, &c.] Difficillima hæc ſolius ope ingenii reſtituenda erunt: nihil enim libri adjuvant. Puto tamen multum poſtquam impendi laboris, proxime me acceſſiſſe verum, imo verum reperiſſe. Scribo: *& dicere mihi eſſe feliciores ſenes, qui ſibi amare permitterent, & neceſſariis tantum haberent, quantum acceperant.* Illud *mihi* feci ex *m* vocis *dicerem.* Nam iſta litera ſuperjecto iota *mihi* eſt. *Senes* ex *ſi iis.* Ita enim antiqui. His autem pater filio metuenti, ne ipſius luxuria conſumeretur res familiaris, patrimoniumque relinqueretur nullum, in quod ſuccederet, eripit ſcrupulum; Nihil enim ſe impendere, niſi quod labore & parcimonia quæſiſſet: avitas ſe illi opes indelibatas tranſmiſſurum. & ſenes, qui idem poſſent, felices præter ceteros judicat. Quærat quis cur *ſenum* tantum fecerit mentionem. Reſpondeo ex ſententia hujus ſenis: Adoleſcens & juvenis quærat, ſenex fruatur. *Neceſſariorum* autem nomine etiam complectitur hic liberos. ita *neceſſitudines* apud Juſtin. 12. 15. *Tanta illi magnitudo animi fuit, ut cum Herculem filium, cum fratrem Aridæum, cum Roxanem uxorem prægnantem relinqueret, oblitus neceſſitudinum, digniſſimum nuncuparet hæredem.* Feſtus: *Neceſſarii* ſunt, ut Gallus Ælius ait, qui cognati aut adfines ſunt, in quos neceſſaria officia conferuntur præter cæteros. Sed perpurgemus porro, quæ huc pertinent. Sequitur vulgo: *Objurgarent interim, quaſi non commemorent.* Cov. & Aur. *commemorarent.* Senſus eſt: *Objurgare me interim, quaſi non comem & morantem.* Aptius nondum inveſtigare potui; quamvis nondum hoc mihi ſatisfaciat. Senſus tamen perſpicuus eſt. Lege porro: *Ruſticum, inquit, juvenem & præmatura iniquum ſeveritate: Non eſt frugalitas hæc, ſed triſtitia.* Non ab ingenio ſolo, ſed veſtigia magna ſecutus, quæ extant in Eraſin. Pal. Ven. inſerui *iniquum.* Iſti enim liberi præferunt: *præmatura inquis ſeveritas.*

Qui dum vitia etiam objurgare vult, luxuriatur] Ven. Cov. Aur. *qui vitato etiam objurgare vult, luxuriatur.* Pal. *vitiato.* Ut credas hoc ordine, atque ita ſcriptum fuiſſe, *qui vitia, cum etiam objurgare vult, luxuriatur*? non tantum cum permittit, aut ſuadet, aut ad illa cogit.

Pag. 212. *Uterque licenti cultu per publicum incedit*] Ven. & Pal. *lucenti.* Lege: *perlucenti.* Id quod exponitur præclare his Lipſii ad 2 Ann. in Exc. I. Pellucebant enim (veſtes induti ſericas) tenerrima, ut Ammianus loquitur, ſubtilitate. Ideoque quotiens, *pellucidam veſtem, pellucentem togam*, taliaque legis, capito de Serica, aut Coa. Juvenal.

Acer & indomitus libertatiſque magiſter,
Cretice pelluces.

Ceperim de Serica. Ipſum vide. multo enim plura & præclara habet. Taciti eſt iſto loco: *Decretumque ne vaſa auro ſolida, miniſtrandis cibis fierent, ne veſtis ſerica viros fœdaret.*

Hoc conceſſum ætati. utor & juv.] Venet. *Hoc conceſſum ætate opus utor.* Ita & Pal. At Aur. *Alter vobis hoc ait conc.* ita in veteri etiam ſe libro repeiſſe ſcribit Schottus. qui, Nondum, inquit, ſana lectio. Quid ſi ἀρχαϊκῶς Seneca *ætatis opus utor?* ut Comici: *Operam abutitur*, pro opera. Non hoc neceſſe eſt, ut Rhetorem excuſemus. Lege & diſtingue: *Alter vobis, Hoc, ait, conceſſum ætati eſt opus. utor & juv. l. ſ.* Etiam *ætate* defendi poteſt. Juſtin. 12. 1. *Præſenti morte ereptus.* Quintilian. declam. 332. *paupertate conſuevi.* Declamat. 306. *conſuevit frugalitate.* Porro *ætas* κατ' ἐξοχὴν de ætate florenti. ſup. ubi altera pars incipit dicere. *Duxit uxorem, filium ſuſtulit, ad ætatem perduxit.* In hoc ipſo colore etiam ſupra: *Legem, quæ poſſet adoleſcentem domitum formare, & a vitiis ætatis abducere.* Hæc Græcis ἥβη, unde ephebi, qui ſunt ἐφ' ἥβη, proximi ineunti ætati, ſive adoleſcentiæ. Sueton. refert cum Galba paucis diebus ante mortem cuidam laudanti formam ſuam, ut adhuc floridam & vegetam, reſpondiſſet, Ἔτι μοι μένος ἔμπεδόν ἐςιν; & deinde hoc exiiſſet in vulgus, lixas & calones, dum caput illius haſta ſuffixum portant circum caſtra, identidem clamaſſe: *Galba cupide fruaris ætate tua.* ubi ſimul ad libidines adſpectum. Cic. 3 in Verr. *Damna, dedecora, quæ res patris ejus, ætas ipſius pertulit, prætereantur.* Etiam *adoleſcentia* eadem ratione Plaut. Merc. 5. 4. 37. *Ora ut ignoſcat delictis tuis atque adoleſcentiæ.* Maximam objeciſſe difficultatem vox *opus* videtur, quæ tolletur iis, qui meminerint, aut norint, *opus, negocium, res*, in multis promiſcue accipi. Quintilian. 12. 3. *Sed etiam, ſi noſſe, quid quiſque ſenſerit, volet, lectionis opus eſt.* Seneca noſter Præfat. 4. Controv. *Sive (quod magis crediderim) tantus orator inferius id opus ingenio ſuo duxerit.* Quintil. declam. 4. *Partem reſponſi futuram in alio jam opere vidiſti.* Plaut. Men. 5. 1. 36. *Ita rem eſſe dicito.* Mil. 2. 6. 43. *Tranſcurre curriculo ad nos, ita negotium eſt.* Mire in Inſtit. de ſatiſd. tut. *Ne tamen pupillorum, pupillarumve, & eorum qui, quæve in curatione ſunt, negocia a curatoribus tutoribuſque conſumantur, vel deminuantur.* Ubi *negotia* res, bona, quod obiter dictum volui. Satis vero jam quivis videt, *conceſſum ætati opus* ſatis recte Latineque dici. Adde præterea Voſſium de Conſtruct. cap. 8. & Sanctii Minerv. lib. 4.

Negabat: bona ergo ætate cœpit] Hæc longe aliter oportet habeant, ſi recte habere velimus. Ab antiquis illis nihil auxilii. Remigio meo rem omnem ut geram, cogor. Credo non male emendari & ſcribi: *Id facio, quod pater meus fecit, cum juvenis eſſet. non negabit. Bona ergo & ego ætate cœpi ſemel primum hoc tyrocinium adoleſcentiæ quaſi debitum ac ſolenne perſolvere.* Non negabit, nempe pater, quod aliquid dederit ætati, illiuſque conſuetudini, quam ſecutus & ego ſum, intra modum tamen: quo pertinet: *cœpi perſolvere tyrocinium adoleſcentiæ.* nec ut deinde in iſta vitiis ſim revolutus. quo vox *ſemel* pertinet. Quæ eleganter ita quandoque occurrit. Quintilian. declam. 6. *Nam*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ut pietatem filii mei ſemel indicem: patrem redemit. Alter Quintil. decl. 348. *an liberi veſtri conjugeſque traditam à majoribus per manus in hoc uſque tempus libertatem ſemel perderent.* Decl. 349. in Serm. *& ſi liberare filium ſollicitudine ſemel deſtinavit, brevius habet ſtatim ignoſcere.* Flor. 2. 12. *Semel in perpetuum victam eſſe Macedoniam non putabat Xerxes ex gentis dignitate.* Juvenal. 6. verſ. 518.

Ut quicquid ſubiti & magni diſcriminis inſtat,
In tunicas eat & totum ſimul expiet annum.

Sed de his plus ſatis. Aliud præterea videamus, quod majoris eſt momenti. ut nempe intelligamus, quid *tyrocinium perſolvere.* Quod primum me non ſatis perſpexiſſe, id fateor. Nunc fidenter expono: id perſolvere, quod tyrocinii nomine debetur. eſt eadem planiſſime ratio, cum *pœnas perſolvere* dicimus: quæ quondam pecuniariæ plerumque erant. Ejuſdem etiam generis apparet eſſe apud Arnob. 3. adverſus Gent. *& quoniam quæ ſunt feminarum generis propria, ſequitur, ut eas quoque credamus, circumactis perſolvere ſuas menſibus legibus.* De deabus loquitur. Huc refer etiam, quod eſt in præfat. lib. ſeq. *Albutius non tulit hanc contumeliam, ſed iratus calumniam ſibi impoſuit: nunquam enim amplius in foro dixit.* Ubi *calumniam* vocat pœnam quam ſuſtinere debuerunt, qui eſſent calumniati. quas inter pœnas erat ne in foro dicerent. Eadem forſan ratione ſit dictum: *jacere fundamenta.* vide Tacit. 4 Hiſt. 53. Sulpitius Victor: *Finita tyrannide petunt patres filios, & offerunt alimenta*, id eſt alimentorum pretium. Idem: *cum ipſi reo præter lacrymas nihil poſſit intendi.* ratione plane gemina ita liberalitates & largitiones, pro donis, pecuniis datis poſuerunt. Etiam Euripides Phœniſſis. 434. χάριν pro officio præſtito. λυπρὰν χάριν ἀνάγκαιαν δ᾽ ἐμοὶ διδόντες. ita & 449. Ita & gratia pro beneficio Marius Victorinus in 1 Rhet. Cic. *Etenim ſi quid alicui præſto, nec gratiam repoſco, honeſtum eſt. At id ipſum quod præſto, ſi gratiam repoſco, fit utile.*

Qui qualem cauſam habeant, videritis] Lege, *Revertar ad bonos mores, quum qualem cauſam habeant, viderim.* Cum eorum pernovero conditionem, intellexeroque hos eſſe, quibus patrimonium conſervari & augeri, viaque ad honores primariaſque dignitates muniri poſſit, quod edocebit ætas. Perge dein: *Faciam, etiamſi non quod oportet fieri, at quod ſolet.* Significat tacite minime hoc à Sene luxuriante fieri.

Ut caſtigaret filium] Hic Rhetor ſuum adjicit judicium, oſtenditque non recte nec ratione facere hunc ſenem patrem, qui, ut emendet filium, ipſe peccat. demonſtratque, quam hoc ſit abſurdum, *ita ſi avus viveret*, &c. nam *ita* pro *ac* lego. quod minus audax, ſi ad finem adſpicias vocis *cœpit.* quæ particulam *ac* antecedit.

Εἰ τὴν ἀρχὴν δαπανῶ, σὺ δ᾽ οὐ ἐρᾷς, παύῃ] Non placet τὴν ὕπαρξιν. quod conjicit Gronov. Leviſſima mutatione ſcribendum arbitror: Εἴ τι τὴν ἀρχὴν δαπανῶ, σὺ δ᾽ οὐκ ἐρῶν παύσῃ; *Si quid ego impendero feceroque primum ſumptuum, tu continuo amare & ſequi* meretrices *non deſines?* Objicit filio amores, qui maxime omnium exhaurire rem familiarem ſolent. Pulchra Plaut. Aſin. 1. 3. Idem exprobrat Chremes filio & quidem vehementiſſime apud Terent. Heaut. 1. 1. 58. Senex vero hic luxurians nihil quod in gulam effundat patrimonium, accuſat filium ſuum, ſed alterum potius objicit, cujus ipſe ætate minus poterat eſſe ſuſpectus. Quod, *Turpe eſt doctori.* Nota cetera. Simile paulo poſt in verbis Dioclis Caryſtii videre licet.

Dicebat autem Agrotas inculta] Eraſ. Pal. Venet. Cov. Aur. *Docebat autem Agrita pars inculta.* duo tantum poſtremi: *Agripta.* Unde lego: *Dicebat autem Agrota parce & inculte, ut ſcires illum inter Græcos non fuiſſe: ſententiis fortibus* &c. Ovid.

Græcia facundum ſed male forte genus.

Σὺ μὲν δαπανᾷς ἡδόμενος· ἐγὼ δὲ

δωρούμενος] Ut hæc inter laudandas poſſit poni ſententias, lege: ἐγὼ δὲ τιμωρούμενος. *Tu profundis pecuniam, ut percipias voluptates, ego ut te caſtigem melioremque reddam.* Nam verba illa ἡδόμενος, τιμωρούμενος conſilium & propoſitum denotant. Virgil. *terruit Auſter euntes*, id eſt, ire volentes. Cujuſmodi de locis jam dictum ad Contr. 3. ita paulo poſt ἐπιτάττοντες.

Στῆτε μὲν ἵν' ἐν δέοντι ἀνασωθείην] Emendandum videtur: Ἐζήτουν μὲν, ἵν' ἐν δέοντι ἀνασ. *Equidem quærebam* & ſpectabam, *ut tempeſtive ad frugalitatem rediret.* Ita enim luxuriando omnem excedebat modum & comparationem, ut nimiſquam ultra juſtum tempus animo & voluptatibus obſecuturus ac ſe mancipaturus videretur. Quare iſta vita mea & via illum revocare volui.

Αἱ μὲν ἔξω ῥυεῖσαι σάρκες] Hæc quoque vitioſa. Scribe: ἃς μὲν ἐθρέξας ῥυεῖσαι σάρκες εἰς μηδὲν μεταβάλλονται. Quæ alere ſoles corpora, eorum captus venuſtate, *diffluent & in nihilum redigentur.* an mavis μεταβαλοῦνται. Sed pervulgatum eſt, cum rem haud dubie futuram ſignificatum volunt, ut præſens, item præteritum pro futuro ponant. Rurſus taxat amores filii; cauſam jam dixi ad verba Hiſponis Romani. Et philoſophica gravitate, quam iſta ſint nihili, quibus captatur filius, oſtendit. Formæ gratia, ut ipſa corpora, fragilis & fluxa eſt: gloria æterna habetur. Quo magis hujus ſtabili & duratura pulchritudine, quam iſtius vana ſpecie duci debemus.

Hermagoras raras ſententias dicebat, ſed argutas, & quæ] Offendit me illud: *raræ ſententiæ, ſed argutæ.* Cogitabam primum, quia in pleriſque antiquis eſt: *rara ſententia & arguta.* num ſcriptum fuiſſet: *Hermagoras rara ſententia dicebat & arguta, quæ* &c. Nunc vehementer ſuſpicor latere aliud, & à manu genioque Senecæ hoc eſſe poſitum: *Hermagoras aridas ſententias dicebat, ſed argutas, & quæ* &c. Dein: *Securum, negligentem tranſcurrerent.* quia copulam omittit Ven. nec neceſſaria eſt. Illud de Hermagora mihi natum eſt, cum vulgatus ſenſus ineptus eſſet; & ſimul incidiſſet Hermagoræ *libros aridiſſimos* appellari cap. 19. dial. de orat. Etiam ſupra, ut hic, in aridis declamatoribus aliquid oſtendit laudabile. Contr. 9. *Aridi declamatores fidelius, quos propoſuerunt colores, tuentur.* Hic autem etiam in colore verſamur Controverſiæ. Controv. 13. *Buteo aridus quidem declamator, ſed prudens diviſor controverſiarum.*

Ταῦτα ἐπιτάττοντες ἀλλήλοις ἐποιοῦμεν] *Hæc dum alter in alterum imperium exercere volumus, fecimus.* ego luxuriatus ſum: ille me accuſavit dementiæ: ſimul taxat filium, qui nec patri dicto fuerit audiens, dum ſua prodigit, & nunc illi præterea imperare poſtulet. Supra: *Alliga me, dum te cuſtodias.* Malim vero, ποιοῦμεν, præſens, quod etiam præteritum complectatur.

Γνώσῃ, τέκνον, ὅτι νοῦς, ἂν πάθῃ τι, ἀναζεῖ] Lege: πάθοι τι. Senſus eſt: *Si quid mali ferat animus, reſurgit.* Flor. *Animus malis augebatur.* Horatii illud hinc redit in mentem de populo Romano:

Duris ut ilex tonſa bipennibus
Nigræ feracis frondis in Algido
Per damna, per cædes ab ipſo
Ducit opes animumque ferro.

Sed ad ſenem revertor hunc patrem, qui vult: *Omnia fert ætas, animumque quoque:* qui mihi rediit factuſque eſt juvenilis, poſtquam tuis vitiis offendi, ac cruciari quotidie cœpit. Non video hæc alio referri poſſe.

Elegantius hoc compoſuit Hiſpo Romanus] Ven. ita diſtinguit, ut deſiderari hic Græcam aliam ſententiam Barbari credas. nam poſt *compoſuit* τέλειαν habet ὑποστιγμήν. Atque error inde naſci potuit, quod in fine controverſiarum, ubi dicunt Græci, nomina Rhetorum paſſim in primo ponuntur caſu, quæ alibi in ſecundo. Certe ad ſenſum iſtum vulgarem, quem dixi Barbarus, minus accommodata ſunt ea, quæ ſequuntur, Hiſponis Romani.

Placet vobis frugalitas mea, &c.] Malim,

ſim, *Placet vobis f. mea: quod patrimonium ſervarim, quod acquiſivi: quod duxi uxorem mature,* (hic ordo eſt in Venet.) *quod ſemper dilexi.*

Quod ad omnem me tutum fabulam præſtiti] Jam olim id notarunt eruditi, *fabulari* antiquis eſſe loqui, diſſerere, ſive ea vera aut falſa aut ficta ſint. Inde *fabula* rumor, quæ res eſt, *Tam ficti pravique tenax, quam nuncia veri.* Igitur quod Suetonio eſt in vita Aug. cap. 70. *Cœna ejus ſecretior in fabulis fuit.* id apud L. Senec. epiſt. 122. *eſſe in ſermonibus.* Hoc ſenſu tamen aliquid *fabula* complectitur vix bonis unquam optati probative. Intellige id porro ex locis ſubjectis. Quintil. declam. 300. *Nihil mihi objectum eſt in ætate prima, nulla fabula ante partum ſecuta eſt.* Declam. 301. *inops cenſu, ſed integer, ſine crimine, ſine fabula.* Declam. 306. *Cur in fabulas eat? cur habeant materiam maligni?* Declam. 317. *Voluit effugere fabulas novercarum.* Declam. 344. *Vivit itaque filius tuus, & honeſte vivit, etiam ſine fabula vivit.* Etiam in 18 decl. illarum, quæ ſunt integræ: *De pudore pronunciat, mittit in ora populi, mittit in fabulas.* item: *O miſera conditio ſexus, cujus ipſæ plerumque virtutes fabulas parant.* Noſter Controverſ. ſeq. *adverſus omnes illecebras, atque omnia delinimenta muliebris ingenii eſt, veluti ſolum ac firmamentum in nullam incidiſſe fabulam.* Controv. 29. *Duxi uxorem nullis adhuc inquinatam fabulis.* Elegantia hæc ſunt, propterea conjunxi. In aliis auctoribus ſimilia ſibi quiſque notabit.

Nihil tota vita frugalius feci] Id eſt, quod magis conveniret ingenio hominis frugalis. Ita Quintil. decl. 352. *Diligentiſſime majores hanc videntur excogitaſſe legem.* Suet. Aug. 90. *Tonitrua & fulgura paulo infirmius expaveſcebat.*

Rem ab omnibus dictam celeberrime] Cogit neceſſitas, ut *celeberrime* interpretemur *frequentiſſime.* ita *celebratus mos* pro frequentato, auctor Dialog. de orat. c. 24. ubi dixi. Hæc autem Syriaci Vallii ſententia de numero illarum eſt, quas Seneca noſter Controv. 21. & Quint. Inſt. 4. 1. *circumlatas* appellant.

CONTROV. XV.

O*Mnibus bonis hæredem eam reliquit*] Ven. *hæredem omnibus bonis reliquit formoſam, & adjecit elogion; pudicam reperi.* Quod nimio plus mihi placere fateor. In poſtremis tamen addas, an omittas *quia*, non multum intereſſe judico. Covarruviano etiam codice defenditur.

Portii Latronis. Quanquam eo prolapſi mores jam ſunt] Cov. vero & Aur. auctius integra voce: *mores jam civitatis ſunt.* quod præfero: & intelligi poteſt, quaſi velit eo etiam mercatorem huc divitem commigraſſe, quia illius ad aures iſta civitatis labes fando pervenerat. tanto auſus ſit etiam magis alienam uxorem toties appellare de ſtupro. Ceterum an hæc Latronis ſunt? Ita ſane vult conſenſus omnium veterum codicum, quos ſequor; niſi Grutero, Schotto, Aurelio, hic diffidimus: quod ipſe nolim. Et tamen ſtylus clamare alium auctorem, & oratoris potius, quam Declamatoris eſſe videtur.

Adeo longe ab eo vitio ſemper fui, ut etiam timeam] Venet. *Adeo longe ab eo vitio jam patientiam egiſti meam.* Idem Palat. & ſuperſcriptum *egi*: teſte Grutero. eadem lectio Cov. item Aur. Lege igitur: *Adeo longe ab eo vitio, & tanta patientia egi, ut timeam.* Schottus de veteri iſta ſcriptura hæſitat, num proba ſit: ego eam probam non eſſe pronunciare nullus dubito, cum ipſa id etiam ſatis res teſtetur.

Si tacere poſſum, confitendum habeo] Ven. & Pal. *Si taceam, poſſum.* Unde ſuſpicor emendandum; *Si tacere etiam poſſum.*

Pag. 214. *Notata judicio veſtro, ut multiplicatam dotem perdat.* Pal. Eraſm. Ven. *judicio vero.* an exponimus pro *æquo?* Controv. 9. *quod jure fit, verum eſt.* ubi dixi. Quintilian. in ſerm. declam. 294. *Non quia non ſit illud verum, ut, ſi damnaverit, vivat.* An *ſevero* à manu eſt Senecæ? & ſita ſit in illo ſeveritas, quod ſententia cogatur judi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

cum hæc mulier, non dotem tantum, quam detulerat olim marito, ſed perdere præterea, quicquid nunc acceſſerat doti. Quæ multiplicari, majoremque in modum augeri potuit, vel ſolis ex uſuris, dum ea nihil uti neceſſe habet hæc mulier, ſatis abundeque adepta liberalitate divitis, unde facile, ſplendideque & laute viveret. Ita porro hic diſcamus, quod nemini adhuc, ut puto, viſum, damnatas adulteras, quandoque ut dotem, quandoque ut illius etiam incrementa perderent. Quod locum tunc habere potuit, cum dotis fructus, ita uti hic factum, non pervenerant ad maritum. Vulgata tamen lectio, ut hoc addam, etiam tolerari poteſt, ut ſenſus eodem recidat.

Plus tamen ex quæſtu habet, plus habitura eſt, &c.] Vereor ne his aliquid ſubſit vitii. nec conjiciam tamen cum Schotto: *plus ex quæſtu veſtro habitura eſt*. Quid enim? An horum ſenſus eſt ullus, qui hic conveniat?

In viciniam formoſæ, & abſentia viri] Ven. aliæque editt. *in abſentia*. Unde ſcribam: *& id abſente viro nimium liberæ mulieris*. ubi *libera*, ut apud Nepotem Themiſt. *liberius vivere*. Plaut. Pæn. *liberum locum & voluptarium*.

Aſſidua ſocietate quotidianæ per diem noctemque libidinis exhauſtis viribus] Lego: *ſatietate*, ut eſt in Pal. & Vat.

Interrogate rumorem. Vos interrogo judices] Pal. in textu: *Vos intelligo*. Unde diſtinxit Eraſm. editio: *interrogate rumorem vos. Intelligo*. quæ dura, aſpera, hiantia ſunt. Etiam in Venet. *Vos intelligo*. Igitur ſcribe: *Vos intelligitis, Judices, quid officii mei fuerit*. Et tamen conveniet interrogativa, quæ ſequitur, oratio.

In qua etiamnum auctor ab uxore dictus ſum] Pal. & Ven. *in qua etiam numen auctoris ab uxore dictus ſum*. Covar. & Aur. *in quam etiamnum auctoris*. Lege: *in qua etiam nomen auctoris ab uxore edoctus ſum*. Adeo nulla nos contingebat neceſſitudine, adeo ignotus erat, cujus hæreditate aucti ſumus, ut ex uxore primum illius audierim nomen, quo magis nihil ſuſpicari non potui. Cum vero hæreditas ſucceſſio ſit in univerſum jus defuncti; teſtatorem, à quo id jus in hæredem manat, *auctorem* nominat. ita & infra: *Tace pauliſper nomen auctoris, numquid non teſtamentum viri credetur?* Atque hoc alia etiam, & eleganti ſane factum eſt ratione: cum antiquo jure teſtamenta ſint etiam facta per imaginariam quandam venditionem: ubi hæres familiæ emptor dicebatur. Vide Inſtit. de teſt. ord. §. 1. 10. Jam vero notiſſimum eſt, venditores paſſim in jure auctores appellari. Unde & Controverſ. 21. *Ita ſi malum auctorem habemus, gener noſter fugitivus eſt?* Item: *auctoritatis tabellæ*, quæ *emptionis* erant paulo ante appellatæ. ex quibus conveniri venditor poteſt, ſi res evincatur. Controv. 34. *Ego pecuniam perdidi*. Reſpondetur, *Redi ad auctorem*. Ex quibus apparet, quanti facienda vel Schotti emendatio, vel interpretatio Fabri, quam loco corruptiſſimo nullis etiam ſtabilitam auctoritatibus adhibuit.

De uxore & marito credi] Ex epitome hæc deprompta. Ven. Pal. Covar. Aur. *& uxorem marito credi*. proba hæc, modo legas, *credere*. Mox emenda: *Pudicam & fortem ſic amari, ne ſollicitaretur, item potuiſſe*. Particula *item*, abſorpta fine videtur vocis præcedentis. Vox *fortis* tanto accommodatior, quod & pulchritudine denotat inſignes. Plaut. Bacchid. 2. 2. 38. *Et præterea corrumpi difficiles*. Unde apud Cicer. *fortiſſimi* etiam judices. Cogitaveram hic primum: *mulier tam formoſa amari potuit: pudica & fortis ſic amari, ne ſollicitaretur, potuit*. Quod nunc placet magis, quia infra vidi hæc ejuſdem generis eodem ab auctore: *quia corrumpi non potuit, quia tot ſollicitationibus expugnari non potuit*.

Non in meo iſtud arbitrio poſitum] Lege, *An in meo* &c. interrogative, quia ita eſt in antiquis.

Pag. 215. *Spem corrumpendi, quamvis facilem, quamvis amab. ſexum*] Plaut. Menæchm. 2. 2. 43. *Quamvis ridicu-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ridiculus eſt, ubi uxor non adeſt. Quod vulgo *quantumvis.* plura illic exempla vide apud Comment.

Omnes formoſæ in ſe univerſos populos converterent] Quod nunc minus fit, quia multæ pudicitiæ invictæ & corrumpi difficillimæ ſunt, quæ vel appellari atrociſſimæ injuriæ loco ducant.

Matrona; quæ ſe adverſus ſollicitantes aviam volet] Venet. & Pal. *Matronæ, qua eſſe adverſ. ſoll. laſcivia ſolet.* ead. Cov. & Aur. niſi quod habent: *ſollicitatos.* Forte: *Matrona, quæ eſſe adverſus ſollicitantes non laſciva volet.* Sed caſta gravique verecundia ſpectabilis.

Prodeat in tantum ornata, ne immunda ſit: habeat &c.] Hæc non ſollicitarem, niſi antiqui codd. ea ſuſpecta facerent. Nam in Ven. reperio: *ornata, quantum ne immunda quidem ſit, habeat* &c. eadem Eraſ. Pal. Cov. Aur. lectio. Quare emenda: *in tantum ornata, quantum ne immundæ quædam ſint, habent. comites,* &c. Vero ordine eſſet: *quantum quædam habent, ne immundæ ſint.* Sed non inſolens hæc confuſio auctoribus.

Habeat comites ejus ætatis] Initium hujus membri eſſe *comites*, jam oſtendi. De ſequentibus laborandum magis: Nam in Ven. *comites e. ætatis, qui impudica, ſi nihil aliud inverecundia amorum removendi ſit fera* &c. *impudica* & *removendi* etiam Cov. & Aur. habent. Faciendum credas: *comites ejus ætatis, quæ impudica, ſi nihil aliud, verecundia morum removendi.* Dein novum inchoatur membrum. Ut velit, quibus adhuc durat impetus, & fervor libidinum, ut ſunt adoleſcentes & juvenes maxime, ea, qua dicit, removendos ratione. Ætas quandoque κατ' ἐξοχὴν de ætate florenti, item ejuſdem vitiis & ſalacitate. Cicero apud Sueton. Jul. cap. 49. *floremque ætatis à Venere orti in Bithynia contaminatum.* Quintil. Declam. 276. *In graviſſima injuria, qua virginitatem perdidit, qua florem ætatis amiſit, qua prima illa gratia apud maritum futura, prærepta eſt.* Rurſus Sueton. Claud. cap. 16. *Alium corruptelis adulteriiſque famoſum, nihil amplius, quàm monuit, ut aut parcius ætatulæ indulgeret, aut certe cautius.* Declam. in Sall. *Omnium cubiculorum in ætate pellex, & idem poſtea adulter.* Apud Sueton. in Galba prope finem: *Galba cupide fruaris ætate tua.* Eam intelligo, quæ hic dicitur *impudica.* Vide noſtra ad Declam. quæ præcedit. ubi & alia exempla.

Ferat jacentes in terram oculos] Hæc ab excerptis imprudentia editorum ſumpſit. Ven. *ſit fera in jaciendis in terram oculis.* Cov. & Aur. *ſit fera jaciendis.* Lege: *ſit ſevera jaciendis in terram oculis.* Cujuſmodi locutiones adamatæ Ciceroni. Veluti 1 de Divin. *Nihil eſt autem, quod non longinquitas temporum excipiente memoria prodendiſque monumentis efficere atque aſſequi poſſit.* lib. 2. *Eam* (diſciplinam haruſpicinæ) *poſtea creviſſe rebus novis cognoſcendis, & ad eadem illa principia referendis.* Quaſi per nebulam videor meminiſſe, alibi hoc monuiſſe Gronovium, & plura exempla congeſſiſſe.

Inhumana potius, quam inverecunda ſit] Epit. *verecunda ſit.* Ven. *non verecunda ſ.* Forte: *Inhumana potius, quam nimis verecunda ſit:* deinde his connecte: *etiam in neceſſariam reſalutandi vicem multo rubore confuſo. Sic ſe* &c. Adde notam, quæ ſequitur.

In neceſſariam reſalutandi vicem] L. Sen. ad Helviam matrem, cap. 17. *Illa pro quæſtura mea gratiam ſuam extendit, & quæ ne ſermonis quidem, aut claræ ſalutationis ſuſtinuit audaciam; pro me vicit indulgentia verecundiam,* &c.

Longe ante impudicitiam neget ore, quam verbo] Si excerpta bonæ eſſent fidei, plus dubitem, num hæc ſint vera. Sed & iſti centones habendi mala occupati fide, & peſſime cernas inſcitiſſimeque paſſim conſarcinatos. Ven. *Sic ſe in verecundiam pignori longe alte impudicitiam eſt amore, quam vero.* Eadem in Aur. item & in Pal. ſaltem poſt *longe alte.* Nondum pro certo ſcio, qui ſanandus hic locus. Vide tamen num huic acquieſcas ſcripturæ: *Sic ſe inter verecundiæ pignora longe ante non impudicam*

cam clamet ore, quam verbo. Sæpe auctores *pignora* pro argumentis haud dubiis ponunt, quibus tuto fidas, ut creditores ſolent pignoribus. Juſtin. 1. cap. ult. *Nec de fide timebant* (Zopyri) *cujus veluti pignora vulnera corporis & injuriæ notas habebant.* Seneca noſter præf. hujus lib. *Eſt & hoc ipſum melioris ingenii pignus, non corrumpi bonitate ejus, ut illo male utaris.* Porro *clamare* ita eſt in his Ciceronis orat. pro Roſc. Com. *nonne ipſum caput & ſupercilia illa penitus abraſa, olere malitiam & clamitare calliditatem videntur?* Hoc Plauto eſt *cantare* Rudent. 2. 6. 21. *Nam hæc* (urna) *literata'ſt. ab ſe cantat, cujus ſit.* Paulo poſt: *Cum tot argumentis impudicitiam præſcripſerit.* ita enim Ven. & Pal. quod poſtquam vidi, hac de conjectura mihi gratulatus ſum. Illud verbulo adjici ingratum non erit, *ore* ipſiſſimo hic poni modo, quo eſt in hoc Virgilii:

— ſi virgineum ſuffuderit ore ruborem.

Paulo obſcurius, quam poſita veſte nudæ] Non tuear *obſcœnius* cum Grutero, contra codicum conſenſum.

Cum tot argumentis pudicitiam proſcripſerit] Pal. *impudicitiam præſcripſerit.* Cui conſentit Venet. quod defendi & probari verum eſt. Virgil.

——— nec Phœbo gratior ulla eſt,
Quam ſibi quæ Vari præſcripſit pagina nomen.

Etiam Cov. & Hed. *impudicitiam*, ſi fas meis marginibus credere. Tacit. 2 Hiſtor. 65. locum, qui huc faciat, dabit. Paulo ante: *Sic ſe inter verecundiæ pignora longe ante non impudicam clamet ore, quam verbo.* Videndum tamen etiam, num res flagitet, ut hic legamus, *præſcripſeritis.*

Cultu, inceſſu, facie] Ven. *Cultu, inceſſu, ſermone, facie.* Nihil horum exturbandum, aut prætereundum.

Qui incurreret, & reti adulteræ ſe non ſubduceret] Eraſ. Pal. & Ven. *incurreret retia adulteræ, ſe non ſubduceret.* ead. in Aur. Lege igitur: *qui incurret retia adulteræ aut ſe non ſubduceret.*

Internuntium, puto, ſollicitantis ſe] Ven. Pal. Eraſm. *illud ſollicitari ſe.* An: *illum ſollicitantis.* an vero *ſe* prætera addimus?

Nemo ſic negantem iterum rogat] Si Ven. Eraſm. Pal. Cov. conſulas, hæc loco non ſuo poſita, & ſubjungenda periodo, quæ ſequitur. quam moverunt, qui non viderant, prima vox quemadmodum eſſet emendanda. Tu ſcribe: *continuit: aliquoties quod non una peregrinaretur, queſta eſt. Nemo ſic negantem iterum rogat.* Præter unicam iſtam, quam emendavi vocem, reliqua totidem verbis & ipſiſſima ſunt in iſtis, quos dixi libris, niſi quod Ven. & Pal. *una re pereg.* Suſpicor fuiſſe: *una viro pereg.* idque mutatum ab iis, qui hoc dicendi genus minus habebant cognitum. Certe ego pro certo ſcio, id me notaſſe apud Valer. Max. & eſt vel Græcum, ut ἅμα, vel ὁμοῦ τῷ ἀνδρὶ, vel omiſſum eſt *cum*, quæ paſſim notes in *ſimul* apud Tacit. ut 3 Annal. 64. & 6 Annal. 4. item apud Horat. & Liv. Vide Voſſ. de conſtruct. cap. 64. extremo. Pergit dein Venet. *Cum ergo queſta eſt, apud quem indignata eſt, abunde te in argum.* Quæ non reſtituo ſine aliqua audaciæ ſpecie: ſed quia multum eſt allatura auxilii & lucis, minus ea uti vereor. Scriptum fuiſſe ſuſpicor: *Tune ergo queſta es? apud quem? indignata es? apud quem?* Quis vel familiarium hujus rei tibi conſcius aut teſtis? Reſpicitur ad ea ironice conceſſa: *Aliquoties, quod non una viro peregrinaretur, queſta eſt.* Non ſolum cum appellaretur, ſed & dein apud neceſſarios, amicos, notos, ſaltem eos, quos intimos habebat ſibi. Jam ad Controv. 4. & 7. oſtendi & alia, ubi iteranda omittuntur. Porro perge: *Abunde in arg. p. p. p.* &c. Ita omnia clara, nullaque ſupereſt difficultas.

Pag. 216. *Si qui fecerat, tacere voluiſſet*] Ven. *Si quod fecerit.* ita & superſcriptum Pal. in quo: *ſi quid.* Credas fuiſſe: *ſi qui id fecerat.*

Inſpicite adulteri cenſum ex eo impune, ſi quod adulteris edidit, &c.] Senſus eſt: *Inſpicite adulteræ cenſum, & ei impune ſit, ſi quid adulter ejus dedit, ſi eſt aliquid,* quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

quod non dederit. Supra: *Non accuſo adulteram, niſi divitem factam: ex ea domo ream protraho, in qua jam nihil meum eſt.* Quod cum hyperbole facit mixturam, ut hæc ipſa, eaque quæ ſequuntur. quibus tamen ratio continetur aliqua hyperboles: *maritus*, inquit, *cum cenſu meo inter munera adulteri lateo.*

Quicquid ego non emi in mundo tibi miſer] Lege: *quid, quid ego n. e. in m. t. miſer?* ut ſit ingemiſcentis, eoque dum turbatur, repetentis viri oratio.

Quid ita? habes, inquit, & ſcripſit cauſas] Corrige: *habeo, inquit, & ſcripſit cauſas.*

Quia cum ſemel appellaſſem] Lego: *quoniam cum ſ. a.* quod in Venet. eſt, *quancunque ſemel.* in Eraſ. & Pal. *quam cum ſemel.* Dein non expunxerim iteratum *appellaſſem*, poſt *tertio.* cum antiqui probent; ſed defendam cum Grutero.

Numquid non teſtamentum viri credetur] Ven. Eraſm. Pal. Cov. *teſtamento creditis.* etiam Aurel. *creditis.* Forte: *numquid hoc ex teſtamento viri creditis?* poſſes commode etiam ſatis, *teſtamentum.*

Jam moriturus tabellas occupare ſi vultis cum mun. &c.] Pal. *ſi voletis.* Locus peſſime depravatus. Lege: *Jam moriturus tabellas occupare ſi volo iſtam, & muneribus meis imponere elogium ex teſtam. ad. petendum eſt.* Quæ hæredibus, quibus nulla intercedit neceſſitudo ſanguinis, relinquuntur teſtamento, *munera* appellat hujus oratiunculæ auctor. quod patet comparanti hæc cum iſtis ſupra: *maritus cum omni cenſu meo inter munera adulteri lateo.* Ubi omnem hæreditatem divitis *munerum* etiam ſignificat nomine. quod hoc quoque factum videtur loco, quia præcedit: *tabellas occupare ſi volo iſtam.* id eſt, teſtamentum & ex hoc hæreditatem, exemplo nempe divitis, cujus erat in tabellis: *Omnium bonorum meorum, omnis pecuniæ meæ ſola hæres eſto.* Occupamus vacua. Notiſſimum eſt ex jure civili, quod nullius eſt, fieri occupantis. Ovid.

Elige de vacuis, quam non ſibi vindicat alter:
Si neſcis, dominum res habet iſta ſuum.

Tacit. 5 Hiſtor. *Multi, quos urbe atque Italia ſua quemque ſpes acceperat, occupandi principem adhuc vacuum.* Mox *teſtamentum vacuum* vocat divitis mercatoris, cui non erant hæredes. Contra Quintil. Declam. 327. *Plenum teſtamentum*, illius cui ſatis eſt liberorum, & proin hæredum. *Plenam*, inquit, *invenerat domum* noverca, *plenum teſtamentum.* Hic autem maritus nondum ſua ex uxore ſuſceperat liberos. Mox: *ego adulteram arguo, quam in matrimonium recepi, qui communeis ex illa liberos precatus ſum.*

Non propinqua? aut nulla earum pudica eſt] Ven. *nulla? aut quæ earum pudica eſt?* Cov. & Aur. *atque nulla.* Alioquin cogitaram: *an nulla? an, ſi quæ eſt earum, impudica eſt?* Quæ oratio magis urget.

Peregrinas urbes in honorem pudicitiæ incognitæ perambulabat] Ven. *In honore pudicitiæ.* Flor. 3. 20. *De ſtipendiario Thrace miles, de milite deſertor, inde latro, deinde in honore virium gladiator.* Apud eundem tamen 1. 3. *cui in honorem virtutis regnum ultro datum.* Sed jam ſatis monuerunt alii, quartum & ſextum caſus iſti junctos præpoſitioni paſſim promiſcue poni. qua ratione etiam ſupra: *ut in acceſſione patrimonii peregrinando cum uxore certarem.* ſi adſtipularentur codices. Porro Ven. hic legit, *perambulat*, interrogative, quod non mutem.

Pag. 217. *At illic ubi negociatus, quia nulla non proſtituta erat*] Venet. *negociatus? quin illa n. p. e.* Etiam *quin illa* eſt in Covarruv. Pal. Aurel. & Eraſ. An: *quin in illa non proſtituta errat.* Poteſt enim eſſe proſtituta, quam huc iniqua ſors coëgit, quæ integra ſit pudicitia. vid. Controverſ. 2. Pergam: *Vacuo teſtamento pudica hac hæres per errorem quæſita eſt.* Ut poſterius priori lucem & vim addat. Verum id eſſe, quod dicit, demonſtrat porro iis, quæ ſequuntur.

Ego adulteram arguo, quam in matrimonium recepi] Malim, *qui eam.*

Qui pudicam libentiſſime crederem] Peſſime

Peſſime Schottus, qui *mihi*, quod poſt *pudicam* agnoſcit Ven. Pal. Eraſm. & forſan ipſius etiam codd. expungit. Cum ſingularem quandam elegantiam hic habeat & vim. Libentiſſime ſibi, domi & re doctus, non adultero vero illiuſve elogio, quod non poteſt non eſſe ſuſpectum, crederet uxorem eſſe pudicam. In Excerptis: *Tempus eſt de uxore marito credi.* Ead. oppoſitio ipſa hac in Controv. *Tempus eſt & uxorem marito credere.* ita enim legendum credo.

Adeone jam ad omnem patientiam ſeculi mos abiit] Semper hæc mihi fuerunt ſuſpecta, etiam antequam antiquos conſuluiſſem, ex quibus nunc intelligo, non plane in eo me erraſſe. Nam Cov. Aur. Pal. Venet. *nos habet.* Igitur lego: *adeone jam ad omnem patientiam ſeculum nos dabit.* Terent. Heaut. 4. 6. 2. *vel me hæc deambulatio Quam non laborioſa ad languorem dedit.* id eſt, languidum fecit. quod patet etiam Sueton. uſus eſt in Auguſt. c. 16. *xx millibus ſervorum manumiſſis & ad remum datis.* Cognata hæc ſunt, *dare in timorem, ruborem, divitias* apud Plaut. & alios. Porro *ſeculum* etiam pro ſeculi more poteſt accipi, ut accepit Tacit. de Mor. Germ. cap. 16. ubi ſimilem tractat materiam. *Publicatæ enim pudicitiæ nulla venia. non forma, non ætate, non opibus, maritum invenerit. Nemo enim illic vitia ridet, nec corrumpere, & corrumpi ſeculum vocatur.* Add. init. hujus Controv.

At ego ſi hunc morem inſcribendi reſpicitis] Ven. *ſi hoc in amorem ſcribendi inſpicitis.* Lege: *At ego, ſi hunc jam morem ſcribendi recipitis*, &c. Eodem ducit Cov. illiuſque margo. Ego etiam nondum iſtis inſpectis ita jam ſupplere & emendare cœperam.

Uxor mea hæres eſto] Recte ille, qui monuit inſerendam negativam. Tantum enim poteſt eſſe probum: *Uxor mea hæres ne eſto.* Quia teſtamentum eſt, ut ſequitur, quo damnatur uxor à viro.

A duobus vos teſtamentis in conſilium mitto] In Ven. Cov. Aur. & Pal. deſideratur *A.* quod ut inſeratur tamen, flagitare neceſſitas videtur. Iidem libri *conſilio.* quod non tuear. Saltem *in conſilium mittere, ire*, etiam *conſurgere* dicunt locupletes auctores. Præfat. 1 Controv. *At illi, qui verba ſua torquent, qui de ſingulis verbis in conſilium eunt.* Unde ſuſpicarer, *de duobus vos teſtamentis.* Sed hoc locum hic non habet. Quid autem ſit *mittere in conſilium*, optime docebit Aſconius, cujus eſt: *mittere judices in conſilium eſt dimittere judices ad ſententiam dicendam, ubi allegatis omnibus argumentis orator dixerit, Dixi.* Vide Sigon. lib. 2 de judiciis cap. 22.

Magnus pudicitiæ fructus eſt] Ven. & Pal. *munus pudicitiæ.* Cov. & Aur. *unus.* An: *munus pudicitiæ & fructus eſt, pudicam credi?* Vide paulo poſt. Commodum eſt *magnus.* At ſic etiam *unus* exponas. ut *ſolus* apud optimos. Senec. Hippol. 874. *Aures pudicas conjugis ſolas timet*, id eſt, maxime, ante alias omnes. Gronov. vid. Et hoc poſtremum præfero. Paulo poſt in antiquis: *Muliebribus ingeniis veluti ſolum firmamentum eſt.*

Delinimenta muliebris ingenii] Peſſime intellexerunt hunc locum. Non hic agitur de delinimentis mulierum, ſed amatorum, quibus hi alliciunt vincuntque, & devinciunt ſibi muliebria ingenia cerea ſæpe in vitium flecti, minimeque ſi tententur, firma & conſtantia. res patet. Quare mutata diſtinctione, lege cum Pal. Cov. Aur. Ven. *adverſus omnes illecebras, atque omnia delinimenta, muliebribus ingeniis eſt veluti ſolum ac firmamentum in nullam incidiſſe fabulam.* Ubi poſſis etiam, ut habent antiqui, *ſolum firmamentum.* vox *ſolum* ſenſu, quo dixi præced. nota. Eſt tamen & apud Ciceronem, quod jam notavit Schottus: *Solum quidem, inquit ille, & quaſi fundamentum oratoris vides locutionem emendatam & Latinam.* Serv. vulgaris. (nam Danielis hic partem omittit) ad 7 Æn. verſ. 111.

Et cereale ſolum pomis agreſtibus augent.

Solum, inquit, omne dicitur, quod aliquid ſuſtinet. Unde de mari ſupra ait,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ait, *ſubtrahiturque ſolum.* & Ovid. 1 Metam.

Neu regio foret ulla ſuis animalibus orba,
Aſtra tenent cœleſte ſolum.

Sic & nunc paniceas menſas, id eſt, epularum ſuſtentaculum, *ſolum* vocavit. Vellem codicis antiqui auctoritate copula poſſet defendi. Nam mihi, fateor, egregie blanditur: *ſolum ac firmamentum.*

Novos fortaſſe non in omnium æſtimationem incurrere] Videor, poſtquam æſtuaveram diu, tandem perſpexiſſe, quomodo hæc, quæ pro depoſitis propemodum habet Schottus, utcunque reſtitui poſſint. Lege: *Novum eſt fortaſſe, non in hominum exiſtimationem incurrere.* Ubi *fortaſſe* interpretor ſine dubio, qua notione, jam docui ad Calpurn. non ſemel occurrere in declam. Quintiliani majoris. Deinde *exiſtimationem* non tantum accipio judicium. Terent. prol. Heaut. *Arbitrium veſtrum, veſtra exiſtimatio valebit.* verum etiam, rumorem, famam, opinionem, ut apud Sueton. Auguſt. cap. 58. Capitale erat *dictum ullum, factumve ejus* (Auguſti) *exiſtimatione aliqua læſiſſe.* Pulchra Caſaub. ad vitam Aug. c. 51. Ita reſpondent: *incidere in fabulam* & *incurrere in exiſtimationem hominum.* His autem continetur objectio, quam concedit utcunque, ut aliud tamen reſpondeat, quam expectaretur; eaque his in verbis ſunt ex emendatione mea: *Ejus horrenda multa deinde, ac varia daturus ſum experimenta. Fœmina quidem, damnum pudicitiæ quæ vitet, æque curandum eſt, eſſe ac videri pudicam.* Verum eſt, vix evitari poteſt, quin aliquid etiam de probiſſimis fabulentur homines. id etiam exemplis magni ponderis confirmatum dare poſſum. Sed tu non es functa officium, quæ minime curaſti, ut videreris proba hominibus. Quare ipſa has fabulas & rumores feciſti. quod minime fecerint, quibus fama & pudicitia curæ & cordi ſunt. In poſtremis Covarruv. & Aur. *Fœmina quidem unum pud.* Venet. *Fœmina, quæ damnum pudicitiæ.* Unde iſta lectio commode effingitur.

Pulchre autem huc facit illud Cæſaris apud Sueton. 74. *Interrogatuſque cur repudiaſſet uxorem, Quoniam, inquit, meos tam ſuſpicione, quam crimine judico carere oportere.* De uxore Pompeia, adulterii ſuſpecta, minime vero, etiam ipſius judicio, comperta.

Quæ poteſt non timere opinionem adulteri] Alii ediderunt, *adulterii.* quod reperio etiam in Venet. Sed *adulteri* non damnem. Supra: *At hercules adverſus externorum quidem opiniones ſpecioſiſſimum patrocinium erat: Ego viro placeo.* Iſtud ſi ſcribas, facilior etiam ſequentium connexio.

Infelices ancillarum greges laborant] Ven. *abundant.* Fortaſſe: *abunde ſudant.* Terent. Phorm. 4. 3. *Sudabis ſatis, ſi cum illo inceptas homine.*

Fruſtra æſtimabo eſſe indicia, ſi tantum] Senſus eſt: *Fruſtra exiſtimabo eſſe pudicam, ſi tantum, qui rogat, comperit pudicam.* Quid enim ſi ultro corporis ſui obtulerit copiam? quid ſi non repellat intentantem ſtuprum? Supra: *Abundene in argumentum pudicitiæ profuturum eſſe putas, ſi ſtuprum tantum negaveris? quod plerumque etiam impudiciſſima ſpe uberioris præmii de induſtria ſimulat.*

Pag. 218. *Cui plus laudator, quam accuſator nocet*] Multo melius judicem, quod quondam fuit: *Peregrinus, qui plus.* Sed *cui* tuentur vett. codd.

Quod nulli præter me contingit] Lego: *quid? id ulli præter me contigit?* Indignantis viri oratio, qui perſpectum habebat ſatis, vix experimentum capi poſſe pudicitiæ mulieris, quin interveniant ea, quæ injurioſa in mulierem, aut ſaltem illius in maritum eſſent, ſi ipſa forte non iniquo pateretur animo ſe tentari. Supra: *pudicam mihi libentiſſime crederem.*

Hæreditatem adiit: hoc conſulto fecit] Non niſi de ſententia amicorum, aliorumque, qui periti juris & rerum eſſent, hanc adiit hæreditatem. quo minus hoc nomine accuſari poteſt, & in crimen adulterii ex ſuſpicione raptari, quod infamem, ut appellat maritus, hæreditatem adiit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

LIBER SEPTIMUS,

vulgo TERTIUS.

EPISTOLA.

Pag. 219. *Cum per totum annum quinquies ſexieſve populo diceret*] Quid ſit populo dicere, ipſe Seneca noſter ſatis exponit in præfat. 4 Controverſ. *Pollio Aſinius nunquam admiſſa multitudine declamavit.* Vide quæ ſubjungit eodem loco. Deinde etiam: *Declamabat Haterius admiſſo populo ex tempore.* Præfat. 10 Controv. *Declamavit* (Labienus) *non quidem populo, ſed egregie. Non admittebat populum, & quia nondum hæc conſuetudo erat inducta, & quia putabat turpe ac frivolæ jactationis.* Inde igitur percipe hac in epiſtola: *Alius erat, cum turbæ ſe committebat, alius cum paucitatem contempſerat.* Item: *cum populo diceret, omnes vires ſuas advocabat.* Ubi *populo*, ut heic, quaſi *publice* ſonat. ita *gradu* pro *gradatim*. Vellei. 2. init. *Non gradu, ſed præcipiti curſu a virtute deſcitum.*

Illa intempeſtiva in declamationibus ejus philoſophia] Exemplum eſt infra in hac præfat. ubi de controverſia quadam dixit: *quare calix, ſi cecidit frangitur; ſpongia, ſi cecidit, non frangitur?* add. Controv. 2. in colore.

Et ſi quando illum perduxerat calor, exurgere audebat] Significare videtur Seneca, raro huc productum calore Albutium, cum non diceret populo, ut exurgeret. Vocem *audebat* interpretor, *non detrectabat*, cum vix nempe alioquin id à ſe impetraret. cui *timere* apud Petron. hac notione oppoſitum: *Nondum umbraticus doctor ingenia deleverat, cum Pindarus novemque Lyrici Homericis verſibus canere timuerunt.* Noſter ipſe infra Contr. 16. *quotiens lætius aliquid deſcribere auſus eſt, toties ſubſitit.* Controv. 22. in verbis Arellii Fuſci: *Impetrator non audet nominare te, tanquam patrem.* Quintilian. declamat. 4.

Sæpe declamante illo ter buccinavit] An non commodius: *tertium buccinavit?* ut uſque cœnæ tempus traxerit auditores: *Cum Tertia mittit buccina ſignum.* An credimus hoc ſenſu tantum buccina datum ſignum apud Græcos? Romani vero horas etiam ſuas diſtinxerunt buccinarum ſono? Saltem Plinius diſtincte Romanorum horas numerat lib. 2. 70. ita & alii. Poſſunt huc facere illa Martialis:

Prima ſalutantes atque altera continet hora,
Exercet raucos tertia cauſidicos.
In quintam varios extendit Roma labores.
Sexta quies laſſis. Septima finis erit.
Sufficit in nonam nitidis octava palæſtris.
Imperat extructos frangere nona toros.
Hora libellorum decima eſt extrema meorum.

Gruterus, cur ex Colon. præferat, *ter buccinabat*, nondum videre me fateor.

Pag. 220. *Argumenta enim argumentis colligebat*] Sic Venet. & quinque Gruteri. Latinus Pacatus cap. 31. *Res ipſas interrogemus, & (quæ certiſſima conjectatio eſt) colligamus gerenda geſtis.* Iſaacius Pontanus hic vult *colligabat.*

Quid igitur? Omnis quæſtio per numeros ſuos implenda non eſt?] Ita infra Controv. ſeq. *Bellam rem Geminus hoc loco dixit, cum cœpiſſet per omnes numeros fratrem tanquam reum defendere.* Ovid.

Perque ſuos intus numeros componitur infans.

Nempe *numeros* pro partibus accipiunt. Latin. Pacatus cap. 10. *quin omnium caſtrenſium numeros primus, aut cum primis obires.* Valer. Max. 4. 1. animum Platonis putes *cunctos virtutis numeros altitudinis ſuæ ſinu clauſos* cuſtodiiſſe.

Non lexis magna, ſed phraſis] Sic & Ven. Excerpta: *non theſis magna.* At duo Schotti: *Non laus oris magna, ſed fraus.* Eadem unus etiam Gruteri, qui probat hic *lexis* ex Pal. priore (vellem explicuiſſet) niſi quod *oris* omiſit. Unde mihi naſcebatur: *Non laus oris magna, ſed phraſis.* Facile *phraſis* migrave-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

tit in *fraus*, quod ſæpe *ph.* & *f.* promiſcue ſunt ſcripta. Senſus eſt: Non voce perinde ac pronunciatione, quam ſelecta oratione Albutium laudem ſibi reperiſſe. Credoque vocem *phraſis* in cauſa fuiſſe, cur aliqui *lexis* & ῥῆσις, quod dein mutatum in *theſis*, quo perſpicua magis & ejuſdem linguæ verborum in genere, eſſet oppoſitio, appinxerint, quæ dein varie ſint recepta, quamvis ſenſum commodum efficere non poſſint. Quod credes magis, ſi adverteris animum ad ea, quæ ſunt his ſubjecta & connexa: *Dicebat enim citato & effuſo curſu, ſed præparato.* Lege *præparatus.* Covarr. & Aur. *apparatus.* quod male junctum periodo ſequenti. Omnino autem tuendum *enim.* quod habet & Veneta, non *etiam* ſcribendum. Continetur his ratio eorum, quæ dixit: *Non laus oris magna, ſed phraſis.* Quia *citato & effuſo dicebat impetu*, non inflectere verba & vocem accommodare rebus orationis poterat. ita voce minus commendabatur. Sed quia *præparatus* accedebat ad dicendum, phraſis curam habuit, atque inde gloriam ſibi quæſivit. Minime igitur conveniebat in illum, quod dixit Meſſalla Latini ſermonis obſervator diligentiſſimus de Latrone Contr. 12. *Sua lingua diſertus eſt.*

Sententiæ, quas optime Pollio Aſinius albas vocabat] Cov. Aur. Venet. *albas violabat.* at excerpta, *vocabat.* Quæ poſtquam conſideravi, cœpi non improbare Schotti ſuſpicionem, qua vellet; *albas violas vocabat.* Certe iſtis violis maxime convenit, quod ſubnectit auctor: *ſimplices, apertæ, nihil occultum, nihil inſperatum afferentes.* In ceteris plus implicitum diverſitatum, quippe quarum in plurimis paſſim, ſi contempleris, artem quaſi ſimulat & oſtentat intextam ſingularem ingenio natura ſuo. Ne nunc dicam ſimilem in iis candorem & coloris ſimplicitatem deſiderari. Juſtin. in præfat. *Corpuſculum florum feci.*

Pag. 221. *Nihil eſt tam mimicum, quam manifeſta præparatio*] Scaliger poſt Pincianum probat *mimicum.* Cauſa tamen nulla apparet, quamobrem non tueamur *inimicum.* quod habent plerique ex ſcriptis Gruteri, & ſenſu ſolum probari videtur. Vult enim noxiam & damnoſam eſſe præparationem, niſi occulte fiat: quia ſuſpectam ita orator cauſam facit, quaſi judicibus offundere paret tenebras. Ita culpæ potius quædam confeſſio, quæ ſubſit, quare hac præparatione & inſinuatione utatur patronus, quam cauſæ ſubſidium inde erit: *Nam doli non ſunt doli, niſi aſtu colas. Sed malum maximum, ſi id palam provenit.* Quare *præparandum ſuſpicioſe*, id eſt, tecte, latenter. Controv. 9. *Junius bene dicebat has controverſias, quæ ſuſpicioſe dicendæ erant.* Facit ad hæc, quod eſt apud Ciceronem in Bruto de clariſſimo oratorum Antonio: *Erat memoria ſumma, nulla meditationis ſuſpicio: imparatus ſemper aggredi ad dicendum videbatur: ſed ita erat paratus, ut judices illo dicente nonnunquam viderentur non ſatis parati ad cavendum fuiſſe.* Idem Cicero alibi hoc in quolibet deſiderat Oratore; ne moveatur judicibus ſuſpicio, quod non multum cauſæ fidant, qui confugiunt ad artes & meditatam calliditatem. Quod cauſæ inimicum, ut noſtrum dixiſſe jam patet: idque verum eſſe illi etiam affirmant ex antiquis, qui *iniquum* exhibent, ut Venet. & Pal. pr.

Dicere ſolebat, cum vellet oſtendere, non hæſitare ſe, &c.] Metuo ne ſub ſana cute ulcus lateat. Certe non dubito futuros judicii etiam non infelices, qui malint: *Sufficiebant enim illi, in quantum voluerat explicandi vis. Itaque ipſe dicere, cum vellet, non offendere, non hæſitare ſe in electione verborum.*

Cum rem animus occupavit, verba ambiunt] Idem in Excerptis. quæ quamvis integras habent præfationes, multis tamen item, ut controverſiæ, locis vitiatas excerpentis vitio certum credo. Hoc ipſo de loco non id aſſeverarim, cum nimis conſtanter antiqui eadem velle videantur. Ven. ſola diſſentit, in qua lego: *cum præ manibus occupavere verba ambiunt.* An hoc

temere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

temere factum exiſtimamus? Dubito, quia & illic eum codicum deprehendo conſenſum, & hic gemmam video, quam ab librariis obtruſam vix induco in animum ut credam. Certe non ineleganti etiam ſenſu hinc illud facias facillime: *Cum, quæ præ manibus, occupaveris; verba ambiunt.* Sententia eſt: Cum ea, quæ obvia, primoque ſe offerunt, ſumpſeris dicenda; & verba deinde ultro ſe offerre ſolent; adeo *proviſam rem non invita ſequentur.* Judicium Albutii alios metientis ſua dicendi facultate. Illud *præ manibus* eſt idem, quod *ad manum* L. Senecæ, aliiſque. Plaut. Bacch. 4. 3. *qui patri reddi Omne aurum amans, quod fuit præ manu.*

Inæqualitatem in illo mirari libebat] Covar. & Aur. *non libebat.* Pal. prior: *non licebat.* quartus item: *licebat*, ſine negativa. Forte: *non mirari non licebat.*

Idem res dicebat omnium ſordidiſſimas, acetum & puleium, &c.] Poſt poſtremam vocem cum Turnebo retineo *Damam.* quod non minus habet locum, quam *Philerotem*, & ab antiquis proin non ſine cauſa exhiberi judicandum. De reliquis vide Turnebum & Schottum. Ne vero audi Antonium Auguſtinum, qui vellet: *lacernas, pilam, rotam.* Quamvis, quæ nunc enumerata, non ſint petita à luſu puerili, pro ſordidis tamen in iſto dicendi genere, quo uſus Albutius & plerique etiam declamantum, niſi magna ea extorqueat neceſſitas, non injuria habentur. Splendidiſſimus erat Albutius, etiam declamatores nihil humile, nihil abjectum in dicendo ſectabantur. dial. de orat. cap. 35. Noſter ſtatim: *Nihil putabat eſſe, quod dici in declamatione non poſſet. Erat autem illa cauſa: timebat, ne Scholaſticus videretur.* Suet. in vita Albutii: interdum declamaſſe eum, *ne uſquequaque Scholaſticus exiſtimaretur, circumciſe ac ſordide, & tantummodo trivialibus verbis.* Nihil igitur nec Albutio, nec iſtis conveniebant, quæ hic notata. Peccabaturque iis in præceptum Rhetorum, quod præclare expreſſum ab Dionyſio Longino, περὶ ὕψους cap. 39. Οὐ γὰρ δεῖ καταντᾷν ἐν τοῖς ὕψεσιν εἰς ῥυποφὰ καὶ ἐξ ὑβεισμένα, ἂν μὴ σφόδρα ὑπό τινος ἀνάγκης συνδιωκώμεθα. *Neque enim decet in ſublimibus deſcendere ad ſordida atque abjectiſſima.* Tanaquillus Faber: Obſervant Critici nunquam à Virgilio uſurpatum *panis* vocabulum, quamvis illi ſæpe uſu venerit de cibo capiundo agere. Sed modo γλυκῶς *epulas* vocat, modo *Cerealia dona.* Verum quia Plato in Sermone epitaphio ſcripſerat de regione Attica: Μόνη γὰρ ἐν τῷ τότε καὶ πρώτη τροφὴν ἀνθρωπείαν ἤνεγκεν, τὸν τῶν πυρῶν, καὶ κριθῶν καρπόν. *Sola enim tunc temporis & prima victum humanum tulit, frumenti & hordei fructum.* Quid ait Halicarnaſſeus? ὦ θεοὶ exclamat, καὶ δαίμονες! ποῦ τὸ Πλατωνικὸν νᾶμα; Vides illorum temporum judicium lector: cujus utinam ſenſum aliquem haberent plerique ſcriptores, qui hodie ſibi & belli videntur, & diſerti. Notam hanc integram adſcripſi Fabri, quia præclare facit ad hunc locum illuſtrandum. Adde & not. ſeq. & Voſſium ſummum virum lib. 4. Inſtit. orat. cap. 1. §. 5. ubi agit de verbis ſordidis. Sulpitii quoque Victoris illud adſcribere operæ pretium erit: *Adhibendus eſt nitor, ut ſcilicet verba non ſordida, & vulgaria, & è trivio, quod dicitur, ſumpta ſint, ſed electa de libris, & hauſta de liquido fonte doctrinæ.* Item illud Fortunatiani: *Vulgaria ergo quæ ſunt? quibus utitur vulgus. id eſt, indocti ſine ratione atque lectione. Nam ſunt quædam verba, quæ, quamvis obſoleta ſint, tamen vitanda non ſunt, ſi nimium propria ſunt, & illis melius expeditur oratio. ut M. Tullius & ſerracum, & ficem, & ſcalas dicere non turpe duxit.* Ubi *fæcem* forte reſcribendum. Cicero tamen iſtis facilius, quam declamantes uteretur.

Nimium orationis ſplendorem his admixtis ſordidis non defendi, ſed inquinari] Nempe quamvis orationi nimium ſplendidæ admiſceas iſtud genus ſordida, non eo prohibebis, quo minus dicatur, *Quam lepidæ lexes!* Non excuſant hæc, ſed pluribus inſignitam vitiis

reddunt

reddunt orationem. Hoc ſenſu iſta ſatis proba ſunt, nec neceſſe eſt *detendi* Lipſianum admitti. Porro gemina his eodem Longini capite, quod dixi, reperies. Theopompi narrationem quandam notabiliter perſtringit, ubi inter alia: Ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἐπ αὐτῶν ἐκείνων τῶν προκοσμημάτων μεταξὺ τῶν χρυσίων καὶ λιθοκολλήτων κρατήρων, καὶ ἀργύρου κοίλου, σκηνῶν τε ὁλοχρύσων, καὶ ἐκπωμάτων, φέρων μέσα ἔθηκε θυλάκια, καὶ σακκία, ἀπρεπὲς ἂν ἦν τῇ προσόψει τὸ ἔργον, οὕτω καὶ τῆς ἑρμηνείας, τὰ τοιαῦτα ὀνόματα αἴσχη, καὶ οἱονεὶ στίγματα καθίσταται, παρὰ καιρὸν ἐγκατατεταγμένα. *Sicut enim, ſi quis ex ipſis illis ornamentis inter aureos gemmatoſque calices, inter argentum item cælatum & tentoria atque pocula ex auro ſolido afferat, collocet loculos ſacculoſque; indecorum aſpectu ſit negotium. Ita & iſtiuſmodi verba intempeſtive interjecta turpes ſunt maculæ orationis, & velut impoſita ſtigmata.* Vide ipſum Longinum per totum caput.

Et hoc æque omnium eſt] Venet. *Et hoc æquale o. e.* Ita & quatuor Pal. ut & Puteani, teſte Grutero. item duo Schotti, & præterea Aurel. Ms. Unus Gruteri: *& inæquale hic omn. e.* Quare lego: *& hoc æqualiter omnium eſt.*

Pag. 222. *Nihil detrahebat ex ſupervacuo ſtrepitu*] Quo nimios fuiſſe declamatores, vel ſolum demonſtret initium fragmentorum Petronii.

Cum codicibus ſedere] Pulchra Cujacius in paratitlis ad Codicem ab ipſo initio.

Hæc illi accidit inconſtantia judicii] Eraſm. & Gruteri quinque, *accidebat*. idem Venet. Covarr. Aur. quare non mutetur. ſed hoc leviculum.

Ad imitationem ejus ardeſcere] Hæc probæ quidem, non dubito, quin ſint Latinitatis. Nam & Flor. 2. 18. *in ultionem excanduit*. Paneg. Conſtantino dictus cap. 18. *univerſus in gaudia & vindictam populus Romanus exarſit*. Sed in Pal. pr. eſt *areſcere*; idem in Covarr. & Aur. Quo cum commendetur *areſcere*, tum & ſenſus idem probat. Nam ariditate inſignis hic rhetor fuit: nam aridiſſimi ejus libri in dialogo de orat. dicuntur. & in Controv. 14. judicium eſt noſtri Senecæ: *Hermagoras aridas ſententias dicebat, ſed argutas, quæ auditorem diligentem penitus afficerent, ſecurum & negligentem tranſcurrerent.* Unde ſimul diſcimus, quid ſit, cur admiratione Hermagoræ Albutius ſtupuerit. Sed dum imitari vult, factum eſt, ut & ipſe areſceret. cujus rei teſtis hic Seneca.

Nudiſque rebus hærere] Ut poſſes dicere: *Hæret adſtricta nudatis oſſibus cutis, & jam membra ſine corpore ſunt.* Ut *valens* quis ſit, quo alluditur iis, quæ ſequuntur, toroſa deſiderantur, & corpore bene operta membra.

Modo brevis & concinnus] Fero illud *concinnus*, quia præceſſit, quod interdum *valens* eſſe maluerit, *quam cultus*. Sed ſi cogites hæc Suetonii Albutii in vita: *Declamabat genere vario, modo ſplendide, atque adornate: tum ne uſquequaque Scholaſticus haberetur, circumciſe ac ſordide, & tantummodo trivialibus verbis.* Hæc, inquam, ſi adhibeas tantum in conſilium, vehementer dubites, num reſcribi oporteat, *brevis ac conciſus*. Vulgatum ego non ſollicitem.

Ingenio ſuo illuſit] Terent. Andr. 5. 1. *Dum ſtudeo obſequi tibi, pene illuſi vitam filiæ.*

Nihil enim ad profectum ætas ei proderat] Optimi non agnoſcunt *ad profectum*; nec ea neceſſaria ſunt.

Idiotiſmus eſt inter oratorias virtutes res, quæ raro procedit, &c.] Venet. & Pal. pr. *Idiotis mos eſt inter oratorias virtutes res ponere, quæ raro procedunt.* Etiam Pinciani codd. *Idiotiſmos.* neſcio tamen an voce diviſa, quomodo eam in ſuis etiam reperit Gruterus. Poſtrema quoque ut in Ven. & Pal. ſunt, exhibent Covarr. & Aur. niſi quod iſte, *rei ponere*. Credas ſcripſiſſe Senecam: *Idiotiſmos eſt inter oratorias virtutes reponere, quæ raro procedunt.* Ita antiqui illi verum conſervaverint, niſi quod unica litera plus habent. De particula *eſt* pro *licet* dixi ad init. Suaſ. 3. quam qui non ſatis habebant cognitam, hæc vitiaſſe videntur. Non dubito, quin hæc vera ſit lectio.

Sæpe illi bene ceſſit, ſæpe decidit] Filius Seneca epiſt. 92. *Ceteri decidunt ſubinde, & non reponuntur, & inter omiſſa appetitaque alternis fluctuantur.*

Quamvis pœnituiſſet, audire libebat] Ven. *q. p. audire, libebat audiret triſtis.* Cov. & Aur. *Audiſſe licebat, audiret triſtis.* Lege: *quamvis pœnituiſſet audire,* vel, *audiſſe; libebat audire. Triſtis* &c.

Pag. 223. *Nam in quodam judicio centumvirali*] Cov. Aur. Venet. *Nam illi quodam.* Vix mihi ſatisfacio hoc de loco. Cogitavi, ut ſenſus his ineſſet & connexio: *Nam illi quodam judicio centumvirali, cum diceretur jurisjurandi conditio aliqua delata ab adverſario, induxit* &c. Etiam *aliqua* eſt in epitome. Ut autem hic *delata conditio*, ita mox: *non detuli conditionem, ſchema dixi.* Intelligo autem factum fuiſſe, ut ferret jurisjurandi conditionem aliquam adverſarius, qua rem finiri poſſe crederet & vellet. Atque eam ut acciperet Albutius, juſſiſſe judices. Juſtin. ita *dicere leges* lib. 2. 3. *miſſis primo lenonibus, qui hoſtibus parendi legem dicerent.* Habet autem jurisjurandi delatio iſtam etiam conditionem, ut vel ipſe, cui defertur, juret, vel jusjurandum referat. l. 38. D. de jurej. Ut hic illud relatum ab Albutio. Nam Duarenum ad tit. D. de jurej. qui ita hunc cœpit locum, quaſi non relatum, ſed delatum ab Albutio jusjurandum foret, fugit in eo ratio. Suetonii tamen narratione verum ſenſiſſe eredas, ſed hujus verba, *cum jusjurandum ſic obtuliſſet*, generatim ita accipi poſſunt, ut cum Seneca nihil pugnent. Etiam illud cogitavi: *Nam illi quodam judicio centumvirali cum diceretur, jurisjurandi conditione aliquando delata ab adverſario.* Sed offendit me *aliquando*, cum præceſſerit, *quodam judicio centumvirali.* Quæ repetitio cum mihi durior & putida videretur, minus hanc probare conjecturam potui.

Qua illi omnia crimina regereret] Nemo mihi vitio vertet, ſi dubitem, num hæc vera ſint. Diverſitate lectionum, ubi additur: *Clamabat Albutius, non detuli conditionem: ſchema dixi.* ſubactus ſum ad ſuſpicandum & pro certo adeo ſtatuendum, peſſime hæc habitis & corruptis jure adſcribi poſſe. Ven. *qua illi omnia crimina irrogaret.* ita & Pal. pr., niſi quod *inrogaret* in eo eſt. In Ms. Pinciani negat Schottus apparere *omnia.* Pro *irrogaret*, quod & in Cov. & Aur. itidem fuiſſe videtur, in excerptis Ven. Eraſm. Pal. ſec. *retegeret.* At Pal. quart. & Col. *detegeret.* Hæc, ſudandum eſt, priuſquam in concordiam redigi poſſint. Commodiſſimum judico: *qua illum ſua crimina interrogaret & detegeret.* Rei interrogabantur de ſuis criminibus ab judice. Sueton. Auguſt. cap. 33. Euangeliſtæ ubi agunt de accuſationibus, quibus ſuſtulerunt Judæi Servatorem mundi. quod jam obſervatum à Briſſonio lib. 5. de formul. Hunc autem adverſarium dum agit cauſam Albutius, inceſſebat tanquam impium adverſus parentem, quod fatetur Sueton. Hanc igitur jurisjurandi conditionem dum refert adverſario, ſimul cum quaſi interrogat de ſua impietate, idque agit, ut eum jurisjurandi religione detegat. Sueton. Tib. cap. 19. *cui inter proximos verſanti & trepidatione detecto tormentis expreſſa confeſſio eſt cogitati facinoris.*

Jura per patris cineres, qui inconditi ſunt] Eodem exemplo Suetonius, ut edunt. nec dubitandi tamen ulla ratio videtur, quin à manu Senecæ & Suetonii ſit, *qui conditi ſunt.* Per figuram non expreſſe impietatem in parentes objecit, & jusjurandum, quod res clamat, hujuſmodi fuit. Per patris cineres, qui conditi ſunt, per memoriam patris, quam ſanctam ſemper habui, religioſiſſimeque colui, juro &c. Durum, imprimiſque difficile, ac maximo perjurii, infamiæ & pœnæ cum periculo conjunctum, ſi quis hujuſmodi daret jusjurandum, qui patris neglexiſſet cineres, nec condidiſſet, illiuſque memoriam irreverenter, nec velut numinis habuiſſet loco. Caſaub. ad Sueton. Jul. cap. 88. adde. Igitur Albutius etiam cum hujuſmodi criminum inſimularet adverſarium, iſtam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

iſtam jurisjurandi conditionem & formulam detulit, ac dictavit, qua adverſarium, judicio Senecæ, quantum in ipſo erat, interrogavit ſuis de criminibus, illumque excuſſa conſcientia detexit; quod ſatis tamen infeliciter ceſſit. Virgilius planiſſime perſpiciens, qua vi genus jurisjurandi polleret Æneæ proditionis patriæ & ſuorum cum ſuccumberent Græcis, ſuſpecto, hæc tribuit Æneïd. 2. verſ. 43. *Iliaci cineres & flamma extrema meorum, Teſtor in occaſu veſtro, nec tela nec ullas Vitaviſſe vices Danaum, & ſi fata fuiſſent, Ut caderem, meruiſſe manu.* Ubi adi Donatum & Servium.

Pag. 224. *Iratus calumniam ſibi impoſuit*] Id eſt, calumniæ pœnam. de qua egi prope finem Controv. 14. Calumniæ in publico judicio damnati, dicere cauſas in foro prohibebantur, l. 1. §. 6. D. de poſtul. Albutius cum in ruborem dare, confundere, ac detegere adverſarium iſta jurisjurandi formula non potuiſſet, eoque etiam negotium ſui afflixiſſet clientis magna invidia ſua, indignitatem rei non ferens, in foro in poſterum dicere noluit. Inde Seneca, quod calumniam ſibi impoſuerit. ita & *calumnia* in l. 14. §. 3. D. de leg. Jul. de adult. *Jure mariti, qui accuſant, calumnia periculum non evitant.* Cic. lib. 8. ad fam. ep. 8. *Scito C. Sempronium Rufum, Rufum mel ac delitias tuas calumniam maximo plauſu tuliſſe.* Vide Gronov. Controverſ. 9. prope fin.

Quid habeo, quare in foro dicam] Venet. *habeo, quare hi reges me domi audiant. in foro cum volo dico*, &c. Multa præterea eorum, quæ antecedunt, & quæ ſequuntur, ita corrupta ſunt, ut ea, quæ nunc eduntur, exſculpere ex iis non poſſis. Nec hæc facile his aptes. quibus tamen id contineri videmus, quo iniquitatem centumvirorum taxet quam graviſſime. Nam *reges* eos appellat, quo vocabulo impotentiam & divini atque humani juris contemptum, denique tyrannidem objiciunt. Calpurn. Flacc. declam. 16. *Dicat nunc, Libuit, & licuit. Cujus hæc judicis, an regis oratio eſt?* Senec. Med. 194. *Si judicas, cognoſce. Si regnas, jube.*

Cum dixiſſet Albutius in illo, qui &c.] Ven. *Cum dixiſſet Albutius in illo fratre qui.* Lege: *in illa de fratre, qui* &c. Mox: *Ceſtius eandem dicturus, ſic expoſuit controverſiam.*

Ingens riſus omnium ſecutus eſt] Pal. quart. & Venet. abſunt *ſecutus eſt.* nec neceſſaria ſunt.

Sed cum à Scholaſticis non laudaretur; Nemo &c.] Venet. *Sed cum ſcholaſticis dixit, ut laudaretur.* Poſtrema etiam in margine ſunt Cod. Aur. Legendum forte: *Sed tunc in ſcholaſticos dixit, ut laudaretur.* Deinde: *Nemo imponeret hos in culleum ligneum*, &c. Ita habet Ven. recte. Jocus ſatis manifeſtus, quo vult, quod nihili ſint homines iſti ſcholaſtici, & ſupplicio potius, quam præmio digni; hoc dicto eos ultus, quod ſe non laudaſſent. Facientia ad hanc controverſiam ſunt apud Longinum cap. 9.

CONTROV. XVI.

Pag. 225. *Domi parricidii damnatum*] *Non enim judicio publico ceciderat*, (verba Latronis diviſionis initio) ſed patriæ erat poteſtatis ſeveritate domi oppreſſus.

Tradidit fratri puniendum] Hoc potius videtur, quam *mergendum.* Gronov. quamvis ex Ms. id monet. Nam & in præfat. generatim hoc poſitum; & paſſim ſimili repetitur ratione in hac Controv. & præterea loca ſunt in hac Controv. unde pateat, non id imperaſſe patrem, ut culleo, nec aliter puniretur. Ecce enim in verbis Blandi: *Subito mihi ferrum non ſentienti cum animo pariter excidit.* Mitto nunc alia. adde tamen, quæ dixit Muſa, & ante eum Junius Gallio. Ceſtius in Colore: *Hæc mecum cogitavi, non eſt imperatum, ut manu occiderem, non ut laqueo, non ut mari. Eligere ſupplicii genus liberum eſt.*

Ille exarmato navigio impoſuit] Flor. 4. 2. *Per triumphatum à ſe mare lacera & pene inermi nave fugiebat.* Senec. fil.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

epiſt. 30. *Magnus gubernator & ſciſſo navigat velo, & ſi exarmavit, tamen reliquias navigii aptat ad curſum.* Ubi *exarmavit* paſſive poſitum recte defendere Lipſius videtur, illiuſque ſententiæ ſtabiliendæ præclara eſt lex Pauli 2. D. ad L. Rhod. de jactu. *Si conſervatis mercibus deterior facta ſit navis, aut ſi quid exarmaverit, nulla facienda eſt collatio.* quem locum minus intellexiſſe Gothofredum neceſſe eſt judices, quia explicat, armamentis ſpoliaverit. Forte nec Schottus intellexit in nota ad hunc locum: ubi iſti legi ſubjungit ex Græcorum legibus navalibus alludentia ad iſtam Gothofredi ſententiam. Ejuſdem, cujus iſta, fili eſt apud Plaut. Mil. 2. 6. 46. *Nunc pol ego metuo, ne quid infuſcaverit.* Quorum collatione locorum inducatur quis, ad ſuſpicandum Senecæ in Epiſtolis fuiſſe, *ſi quid exarmavit.* Sed hoc in medio ſit.

Abdicat illum] Quod illius culpa viveret & pirata factus eſſet frater. Triarius: *at jam pirata dicitur: iterum falſo crimine: male audit.* Forte eam quoque dixerit cauſam, quod ſine dubio criminis particeps aut conſcius fuiſſet, qui dimiſerit parricidam.

De fratre nec judicare audeo, nec loqui] Ita enim infenſi in eum animi eſt pater, ut me, qui illum occidere non potui, abdicaverit; quamvis hac mea humanitate factum ſit, ut ſervatus frater, ſervaret patrem. Vox *judicare* ſæpe approbationem, ut vulgatius dicimus, complectitur. Juſtin. 11. 15. de Dario: *In vico Parthorum Thara vincitur. Credo ita diis immortalibus judicantibus, ut in terra eorum, qui ſucceſſuri imperio erant, Perſarum regnum finiretur.* ita *judicium*, apud eundem præfat. *Sufficit enim mihi in tempore judicium tuum.* Mamertinus Paneg. quem Juliano dixit cap. 1. *At cum me Prætoriis præfeciſti, & provincias de te egregie meritas meæ fidei tutelæque mandaſti, ingens judicii tui fuit munus.* Valer. Max. 3. 8. fin. *Pro quo tam conſtanti erga amicum judicio, digniſſimam à diis immortalibus mercedem recepit.* Controv. 31. *quia patriæ judicium habeo, patris perdidi.* Ita μαρτυρέμβοι.

Uno nomine gratias ago & gratulor] Nam & patrem, quamvis mihi infeſtiſſimum, amo, & ille ſingulare pietatis exemplum, quod omnis loquetur poſteritas, edidit.

Tanta tempeſtate confuſus] Nihil igitur de induſtria conſultoque in patrem commiſi. Quis vero confuſioni animi & conſternationi nomen ſceleris dedit? quis pro abdicationis cauſa habuit?

Plura tibi crimina pater, fortuna torquente] Ven. Eraſ. unus Grut. & Aur. *Plura timui crimina pater.* Nicolaus Faber emendavit, *plura tibi.* Malim, *plura timui crimina pater; plura fortuna extorquente, quam quæ videris ipſe noſſe, indicabo.* Vox iterata ut omittatur, jam rebus oſtendi ſæpius non eſſe mirandum. Objiciebat pater, quod non occidiſſet fratrem. Filius quam plurima alia, quæ ſi hoc pede pergat pater, accuſare poſſent, ultro fatetur. ſed ejus ſunt generis, ut, non dico, qui paterno, ſed qui hominis præditus ingenio viveret, ea culpanda, multo minus ultimo patriæ poteſtatis fulmine vindicanda, nunquam ſit exiſtimaturus. De fortuna ſua etiam queritur abdicatus apud Calpurn. Flacc. declam. 9. *Mori prohibes & intervenis, quo minus ſpiritum, quem fortunæ meæ debeo, patriæ profundam.* Quod ſcripſi *extorquente*, non metuo ne quiſquam culpet. Similis iſti locus eſt Controverſ. 31. *Pater mihi objicit, quod illi una re non ceſſerim. Ego multiplicabo crimina mea,* &c.

In quo facto conſilium meum victum eſt] Etiam Ven. *victum ſit.* quod probabilem Gronovii conjecturam facit. Alioquin nimio mavelim: *In quo fato conſilium meum victum eſt?* id eſt, cum in eo victum ſit. Calpurn. Flacc. declam. 13. *Pœnas meas hinc cogitate, in quibus nec ira, nec cura ceſſavit.* Noſter etiam Controv. 12. fin. *Ea in parte utique mihi videtur admiratione dignus divus Auguſtus, ſub quo tantum licuit,* id eſt, cum ſub eo. plura jam congeſſi ad Controv. 2. ſupra. *Fato* pro *facto*

legen-

legendum vidit ante me & publicavit Gronov. Simile mendum notat Grotius 3 de jure B. & P. cap. 6. §.12. in l. Tryphonini 12. D. de captiv. Facit ad hunc locum, quod eſt apud filium Senec. Herc. OEt. 885.

Erroris eſt hoc omne, quodcunque eſt nefas.
Haud eſt nocens, quicunque non ſponte eſt nocens.

Pœnitentia & indignatione abrepta Deianira, dein erumpit: *Quicunque fato ignoſcit, & parcit ſibi, Errare meruit.*

Pag. 226. *Cauſam malam habeo, ut inter fratres*] Faber velit: *Vel inter fratres.* aut potius: *vel inter patres.* Sed nihil mutandum. Senſus eſt: Si quis cogitet fratres nos eſſe, is & me culpandum exiſtimabit; quamvis nempe à te accuſer & damner, quaſi nimis clementer & indulgenter fratrem habuerim. Locutio eſt, qualis apud Nepot. vita Epaminondæ c. 5. *Habuit obtrectatorem Meneclidem quendam indidem Thebis adverſarium in adminiſtranda rep. ſatis exercitatum in dicendo, ut Thebanum ſcilicet.* Cic. in Bruto: *Themiſtocles inſecutus eſt, ut apud nos, perantiquus: ut apud Athenienſes, non ita ſane vetus.*

In remigio? ne hoc quidem] Ven. & Pal. Mss. *in remigio non eſt. Hæc eſt in comite.* Covarr. & Aur. *in remigio nunc eſt. ecquid eſt in comite?* Scribe igitur: *in remigio? non eſt. Ecquid eſt in comite? nemo,* &c. dein: *vel eſt in velo? vel in arte?* Non temere etiam ſuſpiceris: *nec eſt in comite. nemo r. e. n. comes. nec eſt in velo, nec in arte.*

Omnia pene inſtrumenta circumciſa ſunt] Non intelligo hæc, niſi *circumciſa* ſit non integra. Ut ſi remis deſint palmulæ, gubernaculis pinnæ, velo pedes. Sueton. *Circumciſe & ſordide dicere*, id eſt, ſublato omni ornatu, quo commendari poſſit oratio. *Circumciſi ſumptus* Livio imminuti. Varroni 1 de R. R. cap. 54. Vinum quoddam notæ deterioris *circumciſitium.* quod Catoni *circumcidaneum*, teſte Scaligero. quæ notata jam ab aliis adjeci, ad illuſtrandum. Illud Varronis etiam alio trahi poteſt.

Adminiculum in ſpe nullum eſt] Forte: *inſuper nullum eſt.* Nec inſtrumenta, quibus uti poſſet, nec ſocii præterea laborum, & adjutores ulli erant. Nihil de victu forſan adjecerat, quia vix videbatur navis pervenire poſſe in altum, & ventis fluctuque moveri, quin mergeretur. Ut hic *inſuper*, ita apud Virgil. 2 Æn.

Nam neque apud Danaos uſquam locus: inſuper ipſi
Dardanidæ infenſi pœnas cum ſanguine poſcunt.

De filio tuo reſpondeo] Valde eſt veriſimile excidiſſe hic *tibi*, quia ſequitur dein, *ſed aliis quærentibus*, &c.

Quamdiu in patrio ſolo morari licet, civis eſt] Venet. aliæque veteres editiones, *in primo ſolo.* Gruterus in Pal. notat eſſe: *pr̃ to.* inde vult factum *primo*, quod crediderim facile. Sed quod addit, eadem illa figura notari *patrio*, vix id putem. Sed *paterno* ſignificari hic credo. tantum litera *n.* mutilata. ita & Controv. 12. *paternum ſolum.* Vox *civis* recte habet. quamvis in antiquis ſit *cujus.* Sæpius iſtam vocem *civis* ita corruptam notare licet. Hic recte reſtitutam docet, quod ex oppoſito ſubjungitur, de exilio.

Pœnarum ejus pars non eſt, nequitiæ opus eſt] Jam olim hujus loci ſenſum pervidit & docuit ſummus ille Faber: tamen impegit Gruterus; eo jam notatus à Gronovio, qui emendavit, *pœnarum ejus pars eſt, non nequitiæ opus eſt.* Ita ille tranſtulit, quam expungere negationem Faber deliberaverat. Ego literula una ſublata, mutataque diſtinctione, rem expediri poſſe & debere arbitror, hoc modo: *pœnarum ejus pars, non & nequitiæ opus eſt.* Hoc quin verum ſit, dubitare me non poſſe fateor.

Fortuna ipſa, quæ miſerta ejus eſt] Ven. & Pall. *quæ emiſerit, ejus eſt.* Cov. & Aur. *quæ miſerit.* Ut credas ſcripſiſſe Senecam: *quæ miſerita ejus eſt.* vel, *quæ & miſ. e. e.* Statim antiqui: *relinquitur.* quare *relinquit* lego. quod non diſplicebit, ſi adſpicias ſequentia; ubi, ut id eadem moneam opera, intercidiſſe,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

diſſe, *inquit*, credas. Senſus ſaltem eſt: *Moriendum, inquit, eſt mihi.*

Pag. 227. *Sanguinem meum patri refer*] Lege: *ne refer.* Vult enim mori pura manu patris, qui etiam ferro armatus, eo fratrem tollere potuerat. In verbis Blandi: *Subito mihi ferrum non ſentienti cum animo pariter excidit.* An vero accipimus hic eſſe veſtigium antiquitatis, quam Modeſtinus J. C. expreſſit in l. 9. pr. D. de parricid. *Pœna parricidii more majorum hæc inſtituta eſt, ut parricida virgis ſanguineis verberatus, deinde culleo inſuatur*, &c. Sane antiqui moris ſupplicia ultima cum ſumerentur, virgis prius cæſi noxii, priuſquam exturbarentur vita. Atque hæc obſervatio non videtur hic nihili facienda, imo unice huic illuſtrando loco nata.

Dabo vobis etiam damnatum abſolvendum] *Dabo*, id eſt, rebus oſtendam. Plaut. Milit. 3. 1. 56. *Plus dabo, quam prædicabo, ex me venuſtatis tibi.* Terent. Eun. *quæ liberum Scire æquum eſt adoleſcentem, ſolertem dabo.* Lucret. 3. de rer. nat. ——— *Subeſſe*

Cæcum aliquem cordi ſtimulum, quamvis neget ipſe

Credere ſe quenquam ſibi ſenſum in morte futurum.

Non, ut opinor enim, dat, quod promittit.

Vivit, inquit, frater. Non credo] Ita naufraga eum dimiſi rate.

Servavit, inquit, me. feciſti ut crederem] Scio enim egregie pium eſſe. Argentarius infra: *Quod juſſeras, factum eſt: periit frater. Vivit, inquit, & me dimiſit. Bono argumento probatur vivere.*

Ego fratrem occidere non potui, frater patrem] Plenius & dilucidius, *nec frater patrem.* Atque his jam expoſuit id, quod res eſt. Sed longe alia vagabatur fama, cogitatum nempe ſine dubio parricidium eſſe in patrem, ab iſto fratre nunc agente inter piratas. facile illud quoque adjecerit fama, qui dimiſerat fratrem ſibi traditum puniendum, non expertem omnis culpæ, imo conſcium fuiſſe. Quibus de cauſis diſcruciatur animi & indignans ſubjicit: *Quid mihi cum iſta fabula? ſemel mori volo.* Ita enim legendum exiſtimem. Quibus oſtendit hic frater ita grave eſſe ſibi iſtam famam ac fabulam quotidie ſuſtinere auribus, ut quaſi mortem, dum audit, ſibi inferri putet. Quare conſilium capit moriendi, nec leviores morte dolores ſemel finiendi. Sophocles, OEdipo Coloneo: Ὦ μοι θάνατος μὲν τάδ᾽ ἀκούειν. *O me miſerum! hæc audire mors mihi eſt.*

Fragmentum infelix & jam navigaturis omen. quod ſi quis gubernator vidiſſet, iter ſuum diſtuliſſet, &c.] Satis clamat ipſum hoc initium hic aliquid infuſcatum, & injuria temporum eſſe corruptum. Auxerunt vulnus, qui ſanare voluerunt. Nam magnam partem ſuſtulerunt veſtigia lectionis veræ: quam manifeſtius multo deprehendere eſt in antiquis codicibus & editionibus. Nam Pal. & vetus liber Schotti, item Ven. *Vitem ſuum abſtuliſſet.* Eraſm. *vitam ſuam.* Porro Covarr. & Aur. *altiore educitur.* Venet. tamen retinet vulgatum, quod defendas etiam auctoritate Juſtini 11. 5. *Priuſquam ulla navis littore excederet.* Sed prævalet Covarruviani codicis auctoritas. Itaque lege & diſtingue: *Fragmentum infelix & jam navigaturis omen, quod, niſi quis gubernator vidiſſet, vitam ſuam abſtuliſſet naufragis, à littore educitur.* Latebat enim in littore ſive in angulo illius aliquo & receſſu hoc navigium. Vide, quæ dixit Blandus paulo poſt. Poſſis etiam: *deducitur.* quod proprium hujuſmodi in negotio verbum. & intelligendum tum hoc ex loco Quintiliani declamat. 12. *Si aliud fieri non poteſt, decide cum tempeſtate: naufragio in deſertum littus impinge.* Quod eo etiam placere poteſt, quod *vidiſſet*, hic eſt, *providiſſet, caviſſet.* ut ſæpe apud optimos.

Deliberabam, an parerem patri] Ven. & nonnulli alii: *Deliberatum, an.* Unde commodiſſimum fiet: *Deliberavi tamen*, &c. Tunc dixit ea frater, quæ ſunt ſubjecta, quibus meam in ſe miſericordiam commovit.

Frater, inquit, tu primus] Ven. *Fratrem, inquit* TURRINIUS *in domo.*

Eraſm.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Eraſm. *Turrinnus.* Unde non inepta iſta feceris, & hanc epitomes lectionem adprobaveris. Eodem alludere poſſint videri Cov. & Aur. Ms. lectio: *Fratrem, inquit, trimus.* An licet ſuſpicari forte fuiſſe: *Frater, inquit, Tyrannus eſt: tu primus*, &c. Ut ſignificet nullo ſe oppreſſum à patre, & morti addictum. Senſus ſatis manifeſtus eſt.

Invenire etiam locum à naufragiis navigium] Jam Faber, Schottus & Gronovius in hoc laborarunt loco, eaque dederunt, quæ ſenſus ſatis ſunt probi. Si *invenire locum*, pro uſum aliquem ſui invenire, recte dicitur, non invitus legam: *Invenerit jam locum à naufragiis navigium.* Poteſt vero intelligi *à naufragiis* poſt naufragia: vel, *à naufragiis navigium* naufragum, ut apud Lucret. *fulgor ab auro.* id eſt, auri. Terent. *Ab Andria eſt hæc ancilla* hoc eſt Andriæ. Si vero *naufragii*, ſive *naufragum* dicas *navigium*, res eodem redit. ut *bellorum animæ* apud Juvenal. *Pectus odiorum* apud Quintil. πρόσωπον λήψεως in Epiſt. Jacobi. Faciunt ad iſta etiam Lucilii *Menſa Libano.* Varronis *cultri Bithynia.* Plauti *Epheſo hoſpes.* item, *hoſpes Zacyntho*, &c. quæ jam notarunt olim eruditi. Maxime huc facit Virgilianum, *ab alto aqua*

——— *omnis*, inquit, *ab alto*
Frangitur inque ſuus ſcindit ſeſe unda reductos.

Ita & Arimaſpiorum auctor apud Dionyſ. Longinum de navigantibus: Ἄνδρες ὕδωρ ναίουσιν ἀπὸ χθονὸς ἐν πελάγεσσι.

Pag. 228. *Si aliter ſentiret*] His oſtenditur ex animi eum ſententia juraſſe. Porro: *ſic navem ſuam rexit.* intellige, votis rexiſſe navem, quia gubernaculum nullum erat.

Credam parricidam, ſi tibi proficiſcenti navigium ſuum reddidit] Schottus negat ſe videre, quo hæc pertineant, niſi cum interrogatione efferantur. Sed ſenſum non percepit, qui eſt acuminis non vulgaris. Adeo, inquit, quaſſata & lacera navis erat, cui impoſui fratrem, ut ſi te, cum dimiſit, illi impoſuit navi, (quod ſcio non feciſſe) ego eum pro parricida ſim habiturus; cum ita haud dubiam te in mortem miſerit. Quibus ſignificat, & ſe patri pro virili paruiſſe, & illius pietatis eſſe fratrem, ut ne mortis quidem damnatus patri iraſci fas habuerit. Dubites num hæc manaverint ex verbis Triarii infra: *In naufragio navigabat: parum eſt, quod non occidit patrem: imo etiam integra navi dimiſit patrem.* Sed ut dicam & moneam poſt Schottum, quod res eſt, excerpta quidem illa: *ſi tibi prof. n. ſ. redd.* agnoſcunt & tuentur: ſed ipſa in Controv. non fuiſſe poſita à Seneca noſtro pro certo credas, ſi inſpexeris & conſulueris veteres libros, quibus major ſine dubio habenda fides, quam illi, qui iſtos centones ſuo arbitratu conſarcinavit, quamvis, quod fatendum, ſæpe ingenioſiſſima immiſcuerit: ſed non omnia ingenioſa ſunt Senecæ; cujus verba quærenda videntur his veſtigiis. Ms. Cov. *Parricida non ſit, ô mihi nunc ſentienti ferrum.* Aur. *Parricida non ſit omnis nunc ſentienti fratrum.* Ven. *Parricida non ſit. O mihi non ferrum ſentienti.* Etiam vetus Schotti: *Mihi ferrum non ſent.* Prima exhibet eadem. His ſi addas hoc obſervatum, conſtanter in antiquis reperiri: *vexaret*, aut *vexarat*, in præced. quod mutatum nunc in *vexerat.* etiam in Ven. eſſe *& infeliciter v.* cui conſentit Frob. denique in Pal. pr. item Ven. *Latebat* ſcribi, non *Jacebat.* Hæc, inquam, in numerato qui habet, is ſtatuet, credo, mecum, temeritatis non fore, ſi quis ita ſcripſiſſe hic Senecam exiſtimet: *Latebat in littore navigium, quod etiamſi integrum eſſet, infeliciter vexaret creditum parricidam. Cito mihi tunc ferrum non ſentienti cum animo pariter excidit. Latebat*, inquit. eo reſpicit ad parvitatem navigii; quod, ut ait Ceſtius infra, *vix unius capax* erat *animæ.* quo magis futurum erat, ut vexaretur illo creditus, minimeque verus parricida, unde magis poſſit videri propitia habiturus maris numina. De voce *vexari* vide Gellium. Illud *creditus* etiam hoc exemplo Ovid. *Creditus accepit herbas.*

Ita mihi contingat aut honeſte vivere, aut mori] Eraſ. Ven. Pal. *honeſte dicere.* Schottus fecit *vivere.* Facilius inducor, ut credam, quod *dicere* ſubſtituerint pro *redire*, nempe paternam in domum inque familiam & ſacra. Quibus honeſte futurum erat, ut hic filius reſtitueretur, ſi judices pronunciarent, videri non juſtis ſatis de cauſis hunc filium abdicatum à patre. Ut autem ſimpliciter hic *redire*, ita & *reduci*, & *revocari* apud Quint. decl. 290. Calp. Flacc. declam. 18. Hic *redire* ſatis etiam inde intelligitur, quod bis paucis interjectis domus, in quam reſtitui velit, paternæ, inquam, fit mentio.

Ut iſte jurabat meliorem ſe novercam habuiſſe quam fratrem] Illam abſtinuiſſe ſibi manus: me illi parare necem, qui frater eſſem. Tamen exarmata eum nave dimiſi. Quamvis mihi ita durum viſum, ut inter eas cogitationes tenebræ ſtupentibus offunderentur oculis, animuſque excideret. Vide quæ præcedunt. Exercuit me hic locus, priuſquam ita ſenſum pervidere poſſem. Infra Ceſtius: *Non occidiſti, inquit, fratrem noverca.* Forte: *non occidit, inquit, frater, me noverca.*

Ne nunc quidem poſſum] Poſtquam exturbari me vita juſſit pater.

Quid hoc eſt? navigavit damnatus felicius] Sæpe ex abrupto agunt hi Rhetores, nec perinde perpetua oratione omnia connectunt. Niſi hoc obſervaſſem, crederem pro certo, ſcripſiſſe Senecam: *navigavit & ſic damn. fel.* &c.

Habebo patronum, revertere] Covar. Pal. Ven. Eraſ. *Patrocinium.* Igitur lege: *Vade, inquit, patrem te habere mihi non licuit: habebo patrocinium; revertere.* Tu me damnaſti parricidii, ſed dii mihi ſunt teſtes, quod nefarii hujus facinoris innocens ſum. Hoc patrocinium & cauſam meam corrumpere nolo. Abi, revertere ſalvus & incolumis in patriam.

Potuit patrem occidere. & quem teſtem timebat abd.] Veriſſime jam monuit ſummus Gronovius, poſt *timebat* ſignum addendum interrogationis: quæ ſequuntur, alterius plane eſſe ſententiæ. Sed præterea, ut conſervetur particula *&*, non dubito, quin ſit emendandum: *Non potuit patrem occidere, & quem teſtem timebat?*

Pag. 229. *Iratos habeo piratas*] Significatum vult ipſum hoc ſupplicii genus, quo exarmatæ impoſuerat navi fratrem, quamvis condonandæ vitæ fuiſſe velit pater, iniquiſſimo animo etiam ſervatum fratrem tuliſſe. Unde nunc infenſos piratas habeat. Minus imperfecta forſan videatur hæc oratio, ſi diſtinguas: *Abdicatus à patre, quo me conferam? in mare non poſſum: iratos habeo piratas.* Plena ejuſdem generis oratio eſt apud Virgilium 2 Æn.

Heu quæ me tellus, inquit, quæ me æquora poſſunt
Accipere? aut quid nunc miſero mihi deniquè reſtat? &c.

Vide locum.

In naufragio navigabat] Ceſtius Pius: *imponitur miſer in naufragium.* Ita navem egregie naufragam appellat. Ita Florus Horatium, Mutium, Cæliam *Romana* vocat *prodigia*, atque *miracula*, apud eundem. *Municipalia prodigia* duces ſociorum adverſus Romanos ſenſu ſequiore. ut & Pothinus ac Ganymedes eunuchi, *ne virilia quidem portenta.* Similia apud Plaut. Terentium alioſque optimos.

Integra navi dimiſit patrem reſolutis compagibus] Non injuria aſteriſco inſignitus eſt locus: quippe cum ſine dubio ſit mutilus. Commode ita ſupplebis ac diſtingues: *Dimiſit patrem. Ipſi navis reſolutis compagibus, infelix omen navigationis.*

Inſue me culleo: certe ſentiam maria, non ea videbo] Hæc dicit parricidii damnatus conſpecta iſta navi ita naufraga, cui eum imponere parabat frater. Scriberem: *Inſue, inquit, me culleo.* Sed retinet me, quod ita paſſim video, *inquit*, omiſſum, ut dubitare jam non poſſim, quin conſulto ita locuti ſint Rhetores, & velint id intelligi, exprimere inſuper habuerint. Porro hic locus rurſus facit ad exaggerandam pœnam, qua multatus eſt parricidii damnatus à fratre. Quod manifeſtiſſimum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ſimum ex iis, quæ in colore Hiſpanus dixit. qui duriuſcule tamen egit, dum non damnati recitat hac ſuper re ſententiam; ſed ita dicit, quaſi hic nunc abdicatus id ſupplicium tanquam gravius elegerit. Ipſum locum adi: nam egregie hunc illuſtrat. Rhetor Muſa: *Impoſui multum recuſantem & inſui culleo poſtulantem.*

Sciſſa quoque vela fecerant ſinus] Forte, *fecerant*, *præceſſerat* poſſunt retineri. Non accurata ſemper in his connexio. conf. Contr. 16. ante m. *ſubito viſa ſunt vela: ſubito navis cœperat.* ita enim legendum eſt cum antiquis. An fuit & hic *ſubito*, ubi eſt *ſcio*. E veſtigiis eruo, inquit, Schottus: *Scio quoque vela nunc fecerant ſinus.* Imo illud *ſcio* antiquorum codd. eſt. Etiam *nunc* agnoſcit Ven. & Froben. edd. In editione Aurelii credas fuiſſe: *ſeceſſu quoque.* Valde velim: *ſciſſa quoque vela tunc fecerant ſinus: & armatas claſſes naufraga præceſſit ratis.* nam *præceſſerat*, quod plerique exhibent, corruptum poteſt videri ab initio vocis ſequentis. Poſſis etiam: *ut armatas c. n. præceſſerit ratis.* His autem oſtenditur divinitus armatam navem eſſe. Abſque hoc fuiſſet, non *poterant* vela ſciſſa facere ſinus. nec enim potuiſſent recipere ventum eoque impleri aut diſtendi. Liv. 21. 18. *Sinum ex toga facere* dixit. Ut autem vela dicantur *facere ſinus*, non magis mirum debet videri, quam quod Alfenus J. C. in l. 17. D. ſi ſerv. vind. dixit de pariete, quod *ventrem faciat.* Si quando inter ædes binas paries eſſet, qui ita ventrem faceret, ut in vicini domum ſemipedem aut amplius procumberet.

Erat navigium, imo fuerat. ſed adhuc crudelis] Quare grave ſatis irrogavi ſupplicium huic imponens fratrem. Sed non eſt hæc intima abdicationis cauſa, ſola ea eſt novercæ crudelitas, & pertinax odium. Paulo poſt: *Novercæ quidem nunquam ſatis privignus occiditur.*

Poſt omnia devicta nihilominus ſævit] Id eſt, poſt omnia placata jam & quaſi exorata. Pulchra Caſaub. ad Suet. Jul. c. 1.

Prædones jam miſerentur, irati jam parcunt] An, *piratæ jam parcunt.* ut tranſeat ad ſpeciem, magis interim rem inculcans. Nam *prædo* vox generalior. Alibi *piratica rabies.* niſi ponimus ſimilitudine vocabulorum exc diſſe *piratæ.* & verum eſſe: *piratæ irati jam parcunt.* paulo ante: *iratos habeo piratas.* ut potuerint hæc eſſe juncta. Idem ſenſus erit: *prædones jam miſerentur, & irati jam parcunt.* Forte Mss. auctoritate dijudicari res poterit. Maxime tamen placet: *piratæ jam parcunt*, ut ſit tricolum. quæ iſtis temporibus pervulgatiſſima. Teſtis Seneca Controverſ. 12. prop. fin.

Exſpecta, vide an fortuna nobis objiciat ſcelus] Ven. *Exſpecta te videam.* Etiam Cov. *expectate.* Lego: *expecta tu, vide an f. n. objiciat ſcelus.* id eſt, aliquid, quod cauſa potius, quam tu, ſit ſceleris. quale erat navigium exarmatum, qualis fuiſſet fera. Simile apud Quintil. declam. 12. *Dum tu ſalutis publicæ nundinator proximum quemque emptorem dimittis, dum aut funera noſtra vendis aut ſcelera.* ita frumentum appellat, quod divenditum cauſa funerum ſcelerumque futurum erat. Senec. Thyeſte 282. *ingeſta orbitas In ora patris.* id eſt, cæſi liberi cauſa orbitatis futuri. Quintil. declamat. 17. *mihi mortem, quam minabar, ingeſſit.* id eſt, venenum.

Ut probem me parricidam] Id fecit his, quæ ſubjicit, dum ea amplecti ſe pro veris oſtendit: *Non occidiſti, inquit, fratrem noverca.* Lege: *non occidit, inquit, frater, me noverca.* Adde, quæ dixit ſupra Blandus in fine. Ubi gemina ſimili rerum in genere reperies.

Audivi jucundiſſimam vocem] Lege: *Audi vero jucund. vocem* &c.

Tutus ſum pater, ſi hoc probetur?] Venet. *Tuus ſum.* quod poſſit defendi. Sed *tutus* ita ſæpe in his Controv. vid. 2. in diviſ.

Multis itineribus fata decurrunt] Ven. *docuerunt.* Unde ſuſpiceris: *nocuerunt.* id eſt, nocere ſolent. Controv. 12. *Clamavit pater: In domum ergo meam meretrix veniet?*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Et hoc occidere vocatur, ſed diutius] Reſpicit ad illa, unde eſt & profecta oratio: *Impoſui in exarmatam navem: non eſt occidere?* Hic vero oſtendit, quid de eo, quod fecit, paſſim judicetur. Quare nihil mutem cum Gronovio: ſequentia his committes ſi legas ineunte periodo: *quid ſi quis nunc ſtat in turba & hoc dicit*, &c. Nam copulam non delendam, hac poſita emendatione, apparet. Sine dubio heic iſtius generis & ſententiæ, quam dixit, aliquem aſtare ſignificat. Hujuſmodi de periodis familiaribus quam maxime Arellio Fuſco vide ad Suaſ. 2. init.

Pag. 230. *Parva materia ſejungit fato*] Ven. Covarr. Pal. Aur. *fata.* quod ſenſum habet, ſi ſalutem & exitium denotet. Ut apud Flor. 1. 3. *Horatius Curiatiiſque tergeminis hinc atque inde fratribus utriuſque populi fata permiſſa ſunt.* lib. 3. cap. 17. *Equites Romani tanta poteſtate ſubnixi, ut qui fata fortunaſque principum haberent in manu.* Ita velit navigantes, hac etiam ſcriptura, in arcto ſalutis & exitii confinio conſtitutos vivere. etiam *fata* poſſis mortem interpretari, nec commodum minus, quam *fato*, erit, ut paulo ante, mors pro eo, quod mortem infert. *fata* ſenſu, quo noxium quid & mortiferum adeo dicit, paſſim cernas. Etiam vetus quidam Schotti habet *fata*, quare hoc, quam illud potius retinendum cenſeam. Significatum tamen illud poſterius amplectar magis.

Quid ſi vero non rudentibus committitur illa anima] Illud *anima* nauci non eſſe ſatis me indicente res loquitur. Igitur Gronov. ſcribit: *illa materia.* Verum eſſe vix dubito: *antenna.* Vide enim locum: *Quid ſi vero non rudentibus committitur illa, non antenna, non velo, non gubernaculo defenditur?* Negativam inſero omiſſam, quia ſæpius iteratur; ex iteratis ut aliquid pereat pervulgatum eſt. Poſſis etiam: *committitur? nulla antenna, non velo*, &c. Paſſim velis jungunt antennas, nam & his illa intenduntur & junguntur à naviculariis. eoque vix eſt inter inſtrumenta navis, quod magis ſentiat vim tempeſtatis quam antenna. quare nec mali hic facta videtur mentio. Hirtius: *quod ubi conſpexit, celeriter vela ſubduci, demittique antennas jubet.* Virgil.

Cornua velatarum obvertimus antennarum. idem:

Attolli malos, intendi brachia velis.

id eſt, antennas. Ovid.

Effugit emiſſas demiſſa antenna procellas.

Quale hic deſcribitur navigium, talis tempeſtate facta poteſt intelligi Liburnica, qua vectum quondam Auguſtum ſummo illius periculo oſtendit Sueton. Auguſt. 17. quippe *armamentis fuſis, gubernaculo diffracto.* Quod ait: *ſi non rudentibus committitur.* id eſt, jungitur, dehiſcere & diſcedere reſolutis compagibus prohibetur. Vid. Serv. ad 3 Æn. 428. etiam, quod *jungere flumen ponte*, id *committere* dicunt. Flor. 1. 4. Curt. *ac niſi tenue diſcrimen objiceret, maria, quæ nunc dividit, committeret.* Porro rudentum iſtiuſmodi maxime uſus adverſus tempeſtates. Hor. 1. od. 14.

—— ſine funibus
Vix durare carinæ
Poſſint imperioſius
Æquor?

Ubi Torr. vid. & comm. ad Actor. 27. 17.

Exarmata navis & utroque patens latere] Malim, *navis eſt, & utroque.*

Subito viſa ſunt vela] Nihil hæc me offenderent (etiam in Ven. ſunt) niſi Cov. & Aur. conſenſu *viam* exhiberent. Inde ſuſpiceris: *ſubita vi aſſunt vela.* Deinde Ven. pro *cœpit*, *cœperit.* Unde legas: *ſubito navis cœperat & regere ſe & attollere.* Quid autem vult *attollere* ſibi? intelligo ſignificari, quod major conſpecta ſit navis, vel dum dii illius adjiciunt magnitudini, vel curant ut vacuefieret aqua, quam rimoſa compagibuſque reſolutis, plurimam acceperat.

Sævum mare involvitur] Senec. Agamemn. 478. *turbo convolvit mare.* Velit quis forte & hic *convolvitur*; ſed me retinet, quod incidit in mentem, quod quem Cato *convolvulum*, eum *invol-*

involvulum Plautus vocat. Ciſtell. 4. 2. 62. ubi & *intortam orationem* pro *contorta* dixit.

Capietur judex, ut illum pœniteat ſententiæ ſuæ] Eo ipſo, quod navigat, capietur inter nos judex. Nam voluntate numinis, quod *quæ nos gerimus, auditque & videt*, navigabit feliciter, ſi jure me damnavit. Sin, infortunio mactabitur naufragii, aut in manus piratarum aliaſve calamitates incidet. Ut nunc quoque juſti numinis vindictam ſenſit, unde pœnitere illum ſententiæ ſuæ deberet. Adde, quæ in colore dixit Triarius. Eſt autem hæc oratio filii damnati, cum ſe commiſiſſet navi & mari. vel & cum jam captus à piratis eſſet. Poſſis hic etiam: *capietur judex*, eſſe vaticinantis filii, ſi naviget pater, fore ut capiat, qui talem egerit judicem, eaque re ad confeſſionem criminis & pœnitentiam ſubigatur.

Sic patrem parricida dimiſit] Sic patrem dimiſit captum.

Multa non agnoſco] Non videntur hæc ſollicitanda. Intelligo: Multa eſſe, quæ ipſi objiciuntur, tanquam ſua crimina, quæ in ſe non agnoſcat, nec reperiat, aut & quæ pro criminibus agnoſcere & habere non poſſit. Hinc tranſit ad ſubjecta.

Pag. 231. *Mitioris natura pectoris ſum*] Vox *natura* irrepſiſſe videtur huc ex ſequentibus: nec eſt neceſſaria, ac expuncta membra orationis multo decentius inter ſe congruent.

Animus hujus durior eſt, illius clementior] Antiqui: *animus meus*. quod non mutem cum Fabro. Senſus eſt: Si quis forte me judicet duriorem eſſe, contra quam aſſeveravi (vide finem horum, quæ dixit Junius Gallio) ſaltem concedet clementiorem eſſe fratrem, quod rebus expertus eſt pater. Ita verum nihilominus eſt, non idem omnibus mortalibus ab natura tributum eſſe ingenium. Velim tamen: *animus meus durior eſt? illius eſt clementior*. Id eleganter etiam ſequentia, quaſi aliud agendo, oſtendunt.

Putas me dicturum, ne alius occideret?] Faber: *putas me electum, ne alius occideret*. deleta interrogandi nota, Lege: *Putatis me dicturum, nec alius occideret?* Minime id ſum dicturus: & eo confugere, abs re alienum & ſupervacuum erit. Ipſum patrem noluiſſe credo, ut tolleretur frater meus. Nam ut pergit, *Si mater noſtra viveret, puto, illi tradidiſſet*. Vide & conſidera quæ ſequuntur.

Certe negabas te poſſe hominem occidere] Simpliciter, ut hæc habent, ita capio. Nec puto quicquam mutandum, minimeque ſuſpicor ad verba Auguſti alluſum. de quibus Gruterus. Multo hæc habent elegantius, ſi iſta nullus adhibeas, aut cogites.

Si quid mitius illo tempore voluiſti fieri, non intellexi] Vox *fieri* non eſt in Pal. neque requiſiverim. Gruterus. Illius ſententiæ meam adſcribo. Etiam Ven. omiſit.

Alius mitior eſt, pluſquam debet] Inſerta copula lego: *& pluſq. debet*.

Pag. 232. *Dextera ſimul ac mente languit*] Lege: *elanguit*, quod ſatis ſemet eruditis probabit.

Mithridatem, quam non dubium parricidam] Pal. pr. item Ven. ignorant *dubium*. Et paucioribus ſcriptor aut auctor potuit defungi. Quid enim? non ſufficit, *quantum parricidam*. Adde notam Schotti.

Dimiſit in portum naufragum] Pal. pr. *Dimiſi non portum naufr*. Cov. *in pontus*. Pal. conſentit edit. Veneta. Non diſplicet mihi: *Dimiſi non in portum, ſed naufragium*. Neuter tuorum filiorum parricida eſt. quanquam (ſi rem ſpectes) potius in naufragium, quam in portum dimiſi fratrem. Magis abblandietur hæc iis emendatio, qui norunt, acumina hæc Rhetorum ex improviſo, ſenſum ſæpe commodum, non & connexionem habere, quam vulgo expectes.

Accuſator nocentior ſit, an reus] His oſtendere illi propoſitum, quam perſpectum habeat, cauſam abdicationis ſolam eſſe novercam.

Illa faciat votum, precetur, ſi neminem] Lege & diſtingue: *Illa faciat votum,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

tum, & precetur; ſi nem. inn. accuſavit: ſi priv. imm. non oppreſſit. Oratio, qualis apud Sueton. Auguſt. cap. 22. *Vovit & magnos ludos Jovi Opt. Max. ſi reſp. in meliorem ſtatum vertiſſet.* Perge dein: *In eos piratas incidet, qui neſciant captos dimittere.*

Nega tu parricidam fuiſſe] Schottus ex vet. lib. *Negadum.* Quod ſine dubio retinendum, quia optimus Cov. & Venet. idem volunt, in quibus eſt *Negandum.* Iſtud eſt acrius inſtantis & flagitantis.

Potuit dicere patri ſuo, Morere] Lego: *Non moriere.* Ceſtius in colore: *Pœnam, inquit, putavi mihi hanc eſſe morte graviorem.* & ſic poſuit in narratione: *Rogabam ut occideret, non impetravi.* Ita quædam beneficia omni contumelia poſſunt eſſe graviora.

Ignoſce, ſi diligentior ſum] Senſus vult: *Indiligentior. Indiligens* non ignotum Ciceroni & Plauto. Video jam Nicotio idem viſum. quod non probat tamen Gruterus, quem res ipſa ſatis arguit.

Puto, difficulter poſtea, &c.] Ironice hæc dicta accipe.

Pag. 233. *Fatebor, inquit, quod forte offenſurum eſt aures*] Illud ſecutus, quod eſt in Cov. optimoque Schott. item Voſſiano, quo uſus eſt Gronov. lego: *Fatebor, inquit, quod fortaſſe offenſurum eſt aures, fratrem me defenſurum non eſt: Patri parere volui, & fratrem occidere. non potui.* Adeo nihil ſe contuliſſe in fratrem beneficii docet, ut nimiſquam intra modum fecerit humanitatis, nec poſſit excuſare, quod in fratrem commiſit. Ita autem, quod fatetur, patris id facit reſpectu, illum ut ſibi mitigare poſſit; cui plus etiam, quam par eſſet, dicto fuerit audiens.

Quidam occidere hominem tantum non poſſunt] Lege: *Quidam occidere hominem damnatum non poſſunt.* Quam emendationem firmat hoc ſequens: *Quamvis non occiderit, ſi tamen non potuit, damnatum, an abdicari debeat.* Ita enim legi debere, ut inſeratur negativa, ſenſus oſtendit.

Si tamen potuit] Relege, quæ præmiſit Latro inter alia: *an ignoſcendum ſit illi, ſi non potuit.* unde manavit dein & dependet: *non potui. non poſſum. non poterit,* &c. his gemina. Nec pro incerto amplecteris, quod monui præcedente nota, nempe heic eſſe verum: *ſi tamen non potuit.* Idem, quod ſentio, affirmant ſequentia.

Miſiſſes ad me, non poſſe te] Ciceronianum eſt, aliorumque optimorum, *mittere* pro ſignificare, certiorem facere. In Epiſt. ad Famil. *Curio miſi ut medico honos haberetur.* de quibus jam Manut. Juſtino 24. 2. hoc eſt *mandare: Itaque non credenti mandat, velle ſe cum filiis ejus regni conſortium jungere.* Flor. 3. 3. *Receſſerunt conſulentes, ſi quid ad uxores mandarent.* Controv. 18. prope fin. *Miſit enim ad Laberium tranſeuntem Cicero: Recepiſſem te, niſi anguſte ſederem. Laberius ad Ciceronem remiſit: Atqui ſoles duabus ſellis ſedere.*

Dixiſſes, inquit, te non poſſe] Quæ objicit pater, repetit filius, ut refellat.

Quid ergo ſic loquebaris, tanquam unum, &c.] Senſui convenit egregie, & veri eſt ſimillimum, ſi non ipſum verum & genuinum: *Quid ergo ſic loquebaris, tanquam hoc uno me parricidii non condemnaſſes?* niſi mavis, *non damnaſſes.* quod leve eſt quiddam.

Hæc deſcriptio ſupplicii, quod dixit] Lege, quomodo multis in locis aliis: *Heic deſcriptio ſupp.* & vide, quæ notavi ad Suaſ. 1. Similia nonnulla ante me notavit Gronov. ad Controv. 4. Etiam *hic deſcriptio* eſt in Cov.

Per quos neceſſe eſt, illi patre populari capere] Fatetur Schottus, hic ſibi hærere aquam. Omnem tamen movet lapidem, quo aliquid reperiat. & reperit non unum, nulli tamen ut acquieſcat. Nam & *patrem exuli capere,* vel *in mari capere* illi ſuccurrit. ubi dubitare videtur *exularis* pro *exuli,* an ſit Latinum. præterea etiam offert ſe illi: *patrem capularem capere.* Tandem Nunneſio tribuit hanc laudem, quod nodum hunc ſolverit, qui legit: *Per quos neceſſe eſt illi, patre populari carere.* Mihi iſtud *patre populari carere* duriſſimum

mum & ineptiſſimum videtur. Faber vellet, *Patriam populari, patrem capere.* Nimio plus quam illud Nunneſii, hoc mihi abblanditur. Cov. habet, *patrem populari capere.* Unde leviſſima mutatione cenſeo facias: *patrem & populares capere.*

Partitam autem materiam facit erga has quæſtiones] Cov. *Partitur.* Faber in poſtremis illis vellet: *in has quæſtiones.* Duriuſculum eſt pro *erga, in* emendando ſupponere. Quid ſi: *Partitus autem materiam fecit recta has quæſtiones.* In Colore: *Latro illum introduxit Colorem rectum in narratione.* id eſt, directum, ut Quintilian. declamat. 343. *Neque enim unquam decurritur ad hanc legem, niſi cum rectum jus nequitia excluſum eſt.*

Pag. 234. *An innocentem non occiderit*] Lege, *nocentem*, ut permaneatur in eo rerum genere, de quo cœptum eſt agitari in quæſtione prima. Id ſolent obſervare Rhetores, & ſenſus heic poſtulat. Idem repetitum & protelo eodem, ita ut emendavi, in quæſtione ultima, quæ hanc excipit, affirmat & probat, non temere nos ita mutatum velle. Qui pluſculas diviſiones harum controverſiarum attente legerit, facile in hanc noſtram ſententiam concedet.

T. Aſprenas & Albutius, & præter oratores magna bonorum] Venet. Covarruv. & Pal. *T. D. Senus & Albutius.* Etiam Covarr. *magna horum.* ubi Voſſ. *borum.* Faber ex his primum non dubito, quin recte conjecerit: *Paſſienus & Albutius.* idque ea etiam ratione, quod Paſſienus Controv. 13. *vir eloquentiſſimus & temporis ſui primus orator* dicitur. Oratoris autem hic factam mentionem intelligis, quia ſequitur: *Et præter oratores magna bonorum Rhetorum manus.* quos inter bonos Rhetoras Albutius nomen profiteri jure poteſt. Mox lege: *ut quoque in novercam inveherentur.* In Ven. eſt: *& qui in nov.* Sequentium etiam ſenſus hanc emendationem probat: ubi alii ſuſpicioſe & per figuras, non palam & vi aperte agunt in novercam.

Pars *principia tantum habuerunt in ſua poteſtate, deinde ablati ſunt impetu.*

In malum colorem incidere] Quod eorum eſſe intelligit, qui auferuntur impetu. Simile, quod eſt Contr. 25. de oratoribus, quos quam maxime inſanire judicat Livius: *Tamen in iis etiam, ſi minus eſt inſaniæ, minus ſpei.*

Pag. 235. *Et puerili ſenſu colorem tranſcurrit*] Vult pueriliter, nimiſque negligenter egiſſe Ceſtium in Colore, quod res ipſa teſtatur. Nam cujus eſt judicii: *Quid facerem, inquit? Occidere pater jubebat, mater vetabat.* Auctoritatem igitur patris poſtputandam ſibi præ voluntate matris duxit. quod ineptum. Præſtitiſſet de his plane verbum feciſſe nullum, quam ita futili ratione defungi. De quo non monuiſſem forte, niſi ſummum Fabrum vidiſſem, hic quodam, quaſi in incili hærere. Vereor, inquit, ne legendum ſit, *& pari ſenſu.* Ego vero certum ſcio, quod & ſenſus planus & Mss. conſenſus fatetur, nihil hic eſſe mutandum.

Albutius in argumentis plura poſuit, &c.] In congerendis argumentis immodicus erat, ita delibabat materiam ac conſumebat loco ſæpe alieno.

Videbatur mihi omnia miſericordia adjumenta præparaſſe] Lego: *omnium.* Et *miſericordiæ adjumenta* accipio *miſericordiam.* ſed ita poſuit, quia à miſericordia proficiſci auxilia ſolent. Juſtin. lib. 1. *nec hoc illi dignitatem regni ademit.* item: *inſidiarum fraude circumvenit*, id eſt, inſidiis. lib. 5 de Alcibiade: *in conciliandis amicitiarum ſtudiis, quam in retinendis vir melior.* lib. 32. *Demetrius veniam patri non jure defenſionis, ſed patrocinio pudoris obtinuit.* Ita ſæpe ſumma elegantia, id quod cum re conjunctum eſt, exprimere gaudent. Contra quandoque omittunt. Unde niſi hoc noveris, quod notavi, maxima objicitur difficultas. Curt. 7. 1. *Supplicio magis, quam crimini fuerat exemptus.* Id eſt, infamiæ criminis. quod patet egregie loco Taciti 14 Annal. 40. *Marcellum memoria majorum & preces, Cæſaris pœnæ magis, quam infamiæ*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

famiæ exemere. Tacitus ipſe eo exemplo cap. 45. libri ejuſdem: *ne mos antiquus, quem miſericordia non minuerat, per ſævitiam intenderetur.* id eſt, moris antiqui ſeveritas. Cic. act. 3 in Verr. *Multa enim & in deos & in homines impie nefarieque commiſit: quorum ſcelerum pœnis agitatur & à mente conſilioque deducitur. Agunt eum præcipitem pœnæ civium Romanorum.* Ubi pœnas intellige, cogitationem pœnarum ſceleribus debitarum. unde multi aguntur in furorem. Cic. pulcherrime pro Roſcio Amerino cap. 67. *Nolite putare, quemadmodum in fabulis ſæpenumero videtis eos, qui aliquid impie ſcelerateque commiſerint, perterreri furiarum tædis ardentibus. Sua quemque fraus & ſuus terror maxime vexat,* &c. *Hæ ſunt impiis aſſiduæ domeſticæque furiæ.* Atque hinc cape Plautin. *Quæ te crux agitat?* Plura forte alibi dabo.

Si parcere voluiſſet, cui tradidiſſet?] Nempe niſi fratri. quod & fecit.

Dixit in novercam: itaque illo colore uſus eſt] Illud *itaque* me offendit. Suſpicor fuiſſe: *atque illo colore uſus eſt.* Verbulo ut moneat etiam Aſinium Pollionem inter Oratores in novercam dixiſſe. vide color. init. deinde referat, quo ſit uſus colore.

Nullæ meæ partes ſunt ad expiandum ſcelus] Venet. Govar. Aug. *expiandum ſeculum.* Quod minime erat mutandum, ſolumque probandum. Parricidium nefas eſſe judicat, quo ipſum ſeculum infametur. igitur illius ſupplicium ſibi minime mandandum; cum quod publicum eſſet, & ſeculi dedecus, non poſſet, niſi publica auctoritate & in conſpectu quaſi orbis expiari. Ad parricidii ream verba ſunt Ovid. Metam. 8.

Dii te ſummoveant ô noſtri infamia ſecli
Orbe ſuo, telluſque tibi pontuſque negetur.

Expiare dedecus elegans eſt pro abolere. expiatione tolluntur peccata, cum peccatis conjunctum dedecus. inde iſta locutio poſſit manaſſe videri. Flor. 1. 7. *Matrona* (Lucretia) *dedecus ferro expiavit.* idem 3. 20. *expiaturus omne præteritum dedecus.* Etiam *expiare ſcelus* recte dicitur ſine dubio. Senec. OEd. 246. *Nunc expietur numinum imperio ſcelus.* Sed, quod oſtendi, ſequor antiquos codd. Præterea leve hic eſt *ſcelus*, poſtquam iſtum ad modum *nefas* præmiſit.

Pag. 236. *Habes, inquam, frater*] Initium eorum, quæ ſupra dixit Marcellus hic Æſerninus.

Alteri parricidium objicit, alteri mandat] *Mandat*, qui exequitur per alium. Sidonius:

—— veterum qui more parentum
Non mandet, ſed bella gerat.

Egregia vide apud Gronov. Diatriba ad Stat. cap. 31. Notabiliter vero etiam auctores, quod poſſet ad perſonas tantum pertinere videri, id etiam ſenſu ſimili tranſtulerunt ad res. Juſtin. 5. 2. *Cum principes velut æmulum gloriæ ſuæ interficiendum inſidiis mandaſſent.* Flor. 3. 1. *ſcelus mandat inſidiis.* vult exequi per inſidias. Seneca in Medea 150.

Sile, obſecro, queſtuſque ſecreto abditos
Manda dolori. gravia quiſquis vulnera
Patiente & æquo mutus animo pertulit,
Referre potuit. Ira, quæ tegitur nocet.

Non habui parricidæ inſtrumenta] Vox intercidiſſe videtur. Quiſquis enim attente hæc legit, is exſpectaret: *Non habui pœnæ parricidii inſtrumenta.*

Quaſi ſententiam de fratre ferre voluiſſet] Lege: *ferri.* ut eſt in Ven. Haterius dixit, quaſi *rate naufraga, quæ vel punire poſſet, vel abſolvere*, ſententiam vellet ferri. Triarius hic diis cauſam dijudicandam committit.

Pag. 237. *Τὴν ἀερίων καρπωσάμενε βασιλείαν*] Facillime Græcum μ migrat in ρ & ι. Unde crediderim hic fuiſſe ſcriptum: *τὴν ἀνέμων καρπωσ. βασ.* Ventorum imperium ut tribuat Neptuno, quomodo filius Seneca in OEdipo 254.

—— quique ventorum potens
Æquor per altum Cærulos currus agis.

Igitur Aphthon. de encomio: Ποσειδῶν ἡγεῖται τοῖς πλέουσιν. *Neptunus dux navigantibus.* Mox male Schottum, ἀνάγεται παρ' ἐκτόνου, vertiſſe video: *addu-*

eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ſit parricida. Verum eſt: *Solvit è portu parricida.* Ab ἀνάγεσθαι ἀναγωγή. quod non peſſime paulo poſt vertit. Suet. Auguſt. 16. *Se invito Neptuno,* &c. Præceſſerat de duplici naufragio.

Et contra reos ſe minime laborare] Covarr. *contrarios.* Lege: *parricidium ſibi non objici, ſed è contrario, eo ſe minime laborare.* Vel, ſi mavis: *Sed contra, eo ſe m. l.* Eo enim accuſatur, quod non occiderat fratrem.

Οὐκ ἔσχε καιρὸν παίζειν] Forte, πατρώζειν. *Tempus non habuit patriſſandi.* Immanem ſe gerendo, nec redimendo: quia fratris pietate continuo dimiſſus eſt pater.

Ὅτι (καινὸν) καινὸν πρὸς νοῦν ἔχει υἱός ἐστιν εὔχρηστος] Gronov. ὅτι δεινὸν πρὸς νουνεχῆ, &c. Lego: Πεπείρασαι πάτερ, ὅτι καὶ καινῶν πρὸς νοῦν ἔχειν υἱός ἐστιν εὔχρηστος. *Expertus es pater, filium tuum etiam poſt patratam cædem ad recte & prudenter ſe gerendum non inutilem neque ineptum eſſe.* Hæc ex ſententia patris, priuſquam filium ſuum, quem tradiderat puniendum, ſalvum atque incolumem eſſe cognoverat. Sæpe enim ſecum cogitaverit filium hunc egregie ſana mente eſſe præditum, qui nihil à mente & conſilio iſto etiam admiſſo facinore deduceretur. Multi inde ad luxuriam abdicationis cauſam primariam vino lepideque vivendo, dum tollere curas volunt, prolaberentur. Ad perſtringendum hæc patrem pertinent, dum oſtenditur ſimul, cum credidit ſuſtuliſſe fratrem, filio huic eum cupiiſſe, minimeque abdicaſſe. Nunc cum ſceleris purum ſciat, ultimo illo patriæ poteſtatis fulmine percutere. Reſpicitur vero ad ſententiam veterum, quam confirmat uſus, de qua paulo ante egi, ſceleribus fieri, ut inſania ſæpe & furore corripiantur homines: *Agamemnonius ſcenis agitatus Oreſtes Armatam facibus matrem & ſerpentibus atris Hinc fugit.* Plura exempla afferre ſupervacuum.

Νηὸς εὐπλοησάντος ἀναγωγή. ἄκουσον] Recte hæc habere videntur, nec quicquam mutem. Senſus tamen alius eſt, quam vidit Schottus. Nempe: *materiæ potius unde fiat navigium, quæ feliciter navigavit,* etiam inter tempeſtates, quas nunc narrabo, *quam navigii deductio fiet. attende.* intellige: *deductio fiet:* de ea tractabitur. Virgil.

Tum Phaëtontiadas muſco circumdit amaræ
Corticis, &c.

Egi jam hujuſmodi de locis ad Controverſ. 3. prope fin. Νήϊον non verto *claſſem navalem,* quia apud Suidam eſt, νήϊα τὰ ναυπηγήσιμα ξύλα. Heſychius: Νήϊον ναυπηγήσιμον ξύλον τὸ εἰς νεῶν χρείαν εὔθετον. Ipſo de navigio præfatus eſt, quæ ſequuntur.

Σκάφος ἔρημον ἀνόστου τύχης] Heſych. ἄνοστοι, μὴ ἐπιστρέφοντες, ὅθεν ἦλθον. Suidas, ἀνόστους ἀνυποστρέπτους, &c.

Et ultimum deſcriptionis ſuæ ſententiam propoſuit] Venet. *ultimam.* quod malo. Græca vero, quæ hoc loco dixit Artemon, vitiata eſſe videntur. Lego: Ναυάγιον ἀπὸ λιμένων ἀπῆγον. *Naufragium deduci è portu. Naufragium* accipe ut ſupra in verbis Triarii: *In naufragio navigabat.* Etiam Ceſtius: *Exarmata navis* (eſt) *& utreque patens latere. imponitur miſer in naufragium.* Hic igitur ναυάγιον pro nave, quam paulo ante νήϊον, itidem non ſine acumine dixit.

Πῶς νηὸς, ſupple, στόλου, ἀπέδυσεν] Gloſſema non intelligentis locum eſſe videntur, νηὸς *ſupple;* eaque expungo. Porro ſequor eos, qui ſcribunt ἀνέδυσεν· *Quære nunc pater, quomodo hæc ex navigatione evaſerit* ſalvus & incolumis. Sequentia forte, ὅπως ἀπέδυσεν δύο εἷς, *quomodo unum dimiſit & eripui graviſſimis periculis duos.* id eſt, cauſa fuit, cur dimitterentur &c. locutio nota. His vero patris quæſtioni refert aliam, qua non minus continentur mira. Tacite ſignificat divinitus omnia eſſe facta. Tanto excuſatius dimiſerat fratrem. Poſterior conjectura ſi eſt ſatis felix, etiam in iis, quæ præcedunt, malim ὅπως.

Pag. 238. *Et omnia, Judices, canentia ſideribus muta erant*] Monuit jam Faber, veteres editiones habere: *& omnino judices.* quod non mutem. præterea lego: *canentia ſub ſideribus.*

Suum

Suum ſenſum invenit] Videtur igitur velle, quod Varro *noctis*, non ad *erant*, ut Ovidius, ſed ad vocem *quiete* retulerit. Verſus Ovidii:

Omnia pontus erat. deerant quoque littora ponto.

non male reprehendi videtur, tanquam ſine dubio laborans vitio, quod in iſtis Varronis notabatur ab ipſius auctore, quamvis diſſentiat Nunneſius, qui non obſervat, poſtremis nihil adjici, & multo levius ea ſonare, quam quod præcedit: *Omnia pontus erant.* Quare nec δεινότητος, nec μεγέθους virtute defendi poſſunt.

CONTROV. XVII.

Pag. 239. ET *caput ejus ad Antonium retulit*] Rhetores ita dicunt in hac Controv. quaſi eſſet in argumento, *& manum caputque.* Vide quæ dixerunt Latro diviſionis, Murrhedius coloris fine.

Si accuſaſſet Cicero Popilium, viveret] Albutius Silus: *ad vos hoc patroni exemplum pertinet. nullos magis odit Popillius, quam quibus plurimum debet.* Multa alia ſimilia infra notabis.

De moribus ſit actio] Sulpitius Victor: *Quod ſi rei fiant de moribus juvenes, quod juraverint, ne uxores ducerent, erit hypotheſis.*

Ut veniret tempus, quo Popilius Ciceronem deſideraret] Hæc non video, qui ſenſum commodum habere poſſint. Credas non male reſcribi: *tempus, quo populus Ciceronem non deſideraret.* Nec enim ſummæ facundiæ Ciceronis vel ad accuſandum, vel ad defendendum inter crudelitatem Triumvirorum locus erat. Togæ, cui ceſſerant arma, non cederet nunc proſcriptionis tabula. Paſſim Popilius & populus in hac Controv. confuſa.

Occiſurus Ciceronem debebat incipere à patre] Loci videbis acumen, ſi cogites, *Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.*

Occiſum Ciceronem malos mores voco] Et tandem id conſequi poſſum, ut erubeſcat nefarius percuſſor. Similis eſt locus Quintiliani, declam. 8. *Pudeat vos, ô jura legeſque, quod miſerrimi ſexus dolorem his cluſiſtis anguſtiis. Ita maritum, quod occiſus eſt filius, malæ tractationis uxor accuſat?* Nec ante prohibere poteſt, nec poſtea gravius accuſare?

I nunc & nega te parricidam] Lege ut eſt in Ven. *idem nunc & nega.* ut cohæreat oratio.

Hoc unum tamen feliciter feciſti] Quamvis ſcelerato præditus animo viveres, tamen in hoc felix fuiſti. nam eo potuiſti habere patronum, qui certiſſimo mortis ſupplicio eriperet. Credebat enim deos infenſos iſti hominum generi, eoque infortuniis mactare. quare *ſceleſtus*, etiam de infelici dixerunt, de quo egi ad Controverſ. 2.

Quod ante occidis patrem, quam Ciceronem] Non dubium eſt, quin melius ſit *occidiſti*, quod probant Mſs. Cov. Vatic. & Aur.

Pag. 240. *Facilius Cicero pro parricida jud. movit*] Vocem *Cicero* hic non agnoſcunt Cov. Pal. Ven. Quare minori audacia ſcribi quis credat: *facilius is pro parricida jud. movit.* Sed Ven. paſſim *Ci.* pro Ciceronem exhibet, quod non minus facile, quam *is* excidiſſe potuit.

Ad vos hoc patroni exemplum pertinet] Non ſollicitem hunc locum. Phædrus fab. 30. *Caput ita ad noſtrum furor illorum pertinet.* Valerius Maximus etiam huc facit lib. 1. cap. 6. *quod quamvis haruſpices ad ſalutem imperatoris pertinere dixiſſent,* &c. Fabro credas locum ſuſpectum fuiſſe.

Ingratus eſt, audeo dicere, parricida ſenſit] Mirum, quod auſit dicere parricidam, qui parricida eſt ex argumento Controv. Ipſe etiam noſter mox: *duo fecit parricidia.* Legerim igitur: *ingratus eſt, non audeo dicere.* quia hoc ut leve ridebitur: *Parricidam ſenſit, qui defenderat.* Blandus: *inultæ patris umbræ Cicero, te perſequuntur, ut quem negaſti, parricidam ſentias.* Eam lectionem ſuggerebat mihi præter ſenſum etiam Ven. editionis diſtin-

diſtinctio, quæ jungit, *dicere parricida ſenſit.*

Quantum eloquentia tua Cicero potuit] Locum hunc illuſtrant, quæ dixit Buteo paulo ante diviſ.

Adoleſcentia turpis eſt, infamis pueritia eſt] Hæc me non offenderent, niſi in Palat. Ven. Eraſm. eſſet: *Infamis adoleſcentia turpis eſt, infamis pueritia turpis eſt.* An fuit: *infamia adoleſcentiæ turpis eſt: infamia pueritiæ turpis eſt:* Ut jam olim merito de moribus accuſari potuerit. Cum reſpondentem dein facit Popilium: *Jam iſta Cicero defendit.* Intellige id factum laudatione judiciali, ut vocat Sueton. Octavio cap. 56. quibus vitam anteactam eam fuiſſe oſtendebant, ut ſuſpicio criminis intentati in accuſatum convenire non videretur. Hinc illa Arellii: *At quam bene perſuaſerat nobis Cicero, parricidium te facere non poſſe.*

Non pudet, Popili? accuſator tuus vivit] Qui te poteſt iterum accuſare, & hoc præjudicio damnare. Notatum & in libro Covarr. Hæc Dalechampius. Cujus ſententiæ meam non adſcribo, quamvis ea affirmari videtur, quod etiam iſtiuſmodi interpretatio in Cov. iſto codice notata ſit. Quid enim? An non & olim interpretes à veri recta ratione aberrare potuerunt? Hic certe tantum locum habere poteſt prior Schotti interpretatio, non altera, quæ iſti Dalechampii eſt eadem. Hanc admitterem, ſi non *Times Popilii?* ſcriptum invenirem. Nunc vero his, *Non pudet*, objicit animum impium, & inſigníte ingratum. cujuſmodi vitia, qui non omnem repulerunt humanitatem, imprimis pudenda judicant, deſpuuntque & execrantur. Eodem pertinet initio Controv. *Si accuſaſſet Cicero Popilium, viveret.* item deinde: *Nullos magis odit Popilius, quam quibus plurimum debet.* Item: *Parricidam ſenſi, qui defenderat.* Item, quod infra eſt in verbis Capitonis: *Patroni viderint: nemo à Popilio quidem, niſi poſt beneficium occiditur.* Marillius etiam: *Si inimicus ſem patronis, optarem, ut reus abſolverer.* Plura etiam gemina notabis in hac Controv. toties repetita, quia faciebant egregie ad Popilium damnandum de moribus.

Parricida, ſic etiam tu periſſes] Faber: *Parricida, hus etiam tu periiſſes.* Gronov. *Parricida, hæc etiam tu perdidiſſes.* Si quis me interroget, cenſeam hanc ſententiam novam eſſe, poſtquam objecerat tacite Popilio, quod non ſepeliſſet occiſum Ciceronem, ſed laceraſſet, caputque & manum propoſuiſſet in Roſtris. His ſubjungit: *Parricida, ſic etiam tu non periſſes.* Mento paulo poſt: *Si damnatus eſſes, carnifex te culleo totum inſuiſſet.*

Pag. 240. *A me defenditur Cicero*] Quod hac quidem in cauſa indignum, cum nihil minus deceat clientem, quam accuſare ſuum patronum, à quo damnationi & morti turpiſſimæ ſit ereptus. Unde patet peſſimis moribus Popilium præditum vivere.

Parricidam, quem vivus negavit Cicero, occiſus oſtendit] Ven. Eraſm. Pal. *negarit.* Unde Nicotius finxit teſte Grutero *negavit.* Ego pro certo credebam, poſtquam vidi, *negarat* ex Cov. & Vat. eſſe reſtituendum. Porro *oſtendit*, hic ea poſitum ratione, qua *abnuit* apud Senec. OEdip. verſ. 661.

Tori jugalis abnuit Merope nefas
Sociata Polybo.

Niſi ei ſignum attulerit] Ven. *Minus ei ſignum attulerit.* Unde ſuſpiceris: *Si minus ei ſignorum attulerit*, quam manum caputque reciſa.

Numquid magis exonerare te poſſum?] Hæc Vatic. & Brug. At Ven. Eraſm. & Pal. *Poſſis.* quod malim. ſed & illud tolerari poteſt. Pergit, *præſta Ciceroni, quod Antonius.* nempe acquieſce proſcriptioni, & ſcelere potius alieno, quam tuo Ciceronem tolli ſine.

Occidiſti tu Ciceronem loquentem?] Capito: *Ciceronem quiſquam potuit occidere, qui audivit?*

Numquid, inquit, & aliquis ex tuis venerat index? an nemo, &c.] Eruditi hunc tranſiere locum, quaſi nihil ſcrupuli, nihil vitii haberet. Mihi vitiatus videtur, & ſine ſenſu commodo, qui non obſcurus erit, ſi legas: *Numi-*

 quid,

quid, inquit, & a. e. t. venerit, indices. Nam nemo Ciceroni timendus, qui cum Popilio venit. Nec enim quemquam nunc ad me ducet, niſi amicum & fidum. *Præcluſerat fores Cicero* (verbis utor Latronis ex colore) *nemo ad proſcriptum recipiebatur. Popilius, ut venit, admiſſus eſt.* Etiam ſi quos haberet comites, non nolebat hac oratione admitti: ignorans ſcilicet nefarium Popilii animum. Vide quæ dixerunt Rhetores ad fin. Controv.

Qui modo Italiæ humeris relatus eſt] Quintil. declamat. 4. *Quantopere mihi blanditur, quod publicis ex acie reportatus humeris lætitiam civitatis implevi.* Venet. vero & Covar. heic: *in Italiam humeris.* Aur. *in ſtatum hum.* Unde legendum, vel: *in Italiæ humeris.* ut Flor. 1. 18. *Donec rex Pyrrhus à ſatellitibus humero ſaucius in armis ſuis referretur.* Vel: *in Italiæ civitatum humeris.* Quod omiſeram; etiam *in humeris*, Græcorum exemplo dictum accipi poteſt, qui particulam ἐν tertio caſui, ſæpe etiam nulla neceſſitate, addunt. Millies ita notabis in ſacris litteris: βαπτισθήσεσθε ἐν πνεύματι ἁγίῳ, Act. 1. pleriſque paginis ſimilia obſervabis non inuſitata etiam antiquiſſimis Græcorum poëtis Homero, Heſiodo, Pindaro, Callimacho, ut & proſaicæ orationis ſcriptoribus. Eadem Latinis non infrequenter placuiſſe, docuit jam Salmaſ. ad Hiſtor. Auguſt. Virgil.

Horridus in jaculis & pelle Libyſtidos urſæ.

Cicer. pro Cluentio: *angi in injuriis.* Controv. 29. *in iſta vi duos filios perdidi.* item 29. *Forte in dolore tormentorum ſtupefacta, neſcivit, quid loqueretur.* Cato apud Macrob. 3. 6. *Nutrix hæc omnia faciebat in verbenis ac tuba, ſine hoſtiis, ut Deli ad Apollinis Genetivi aram.*

Gemitus tamen populi liber fuit] Quamvis verbis non auderent, gemitu tamen execrati ſunt Antonium, cujus culpa miſere ita perierat pater patriæ Cicero. cujus conſpecto capite, nullo reſpectu Antonii ſuſpiriis uſurpaverunt libertatem. Quamvis jam eo rediiſſet res, ut ipſa hæc jam ſubſcriberentur. Quod de Domitiani temporibus conqueritur in vita Agricolæ Tacit. Egregia Latinus Pacatus cap. 25. de tyrannide, qualem hic noſter innuit.

Dii manes Popilii ſenis occiſi, & inultæ patris umbræ te Cic. perſ.] Ven. *Dii manes Popilii ſenis, patris & inultæ Cicero te perſequuntur animæ.* Ead. vetus Schotti liber, niſi quod, *& patris inultæ:* quomodo Cov. & Aur. Vox *umbræ* cujus auctoritate libri defendatur, pro certo non ſcio, quare defendo, minimæque muto *animæ*. Virgil. 5 Æn. 81.

Salve ſancte parens, iterum ſalvete recepti
Nequicquam cineres animæque umbræque paternæ.

Ubi Servius: Plato & Ariſtoteles, & omnes periti dicunt in homine quatuor eſſe animas, intellectualem, ſenſualem, vitalem, & quartam, quæ naturalitas phyſice dicatur. Vide locum, ubi colligit, cuique quatuor etiam tribuendas umbras. Idem ad 4 Æn. 385.

Et cum frigida mors anima ſeduxerit artus,
Omnibus umbra locis adero: dabis improbe pœnas.

hæc habet. Dicunt Phyſici biothanatorum animas non recipi in originem ſuam, niſi vagantes legitimum tempus fati compleverint, quod poëtæ ad ſepulturam transferunt. Ut, *centum errant annos.* hæc ille. Patet vero ex ipſo illo Virgilii loco, manes defunctorum ex gentilium ſententia iis infenſos eſſe, eos perſequi, à quibus hac vita eſſent exturbati. Gaudere etiam ſi infortuniis illi ac calamitatibus aliorum opera mactarentur. Huc pertinent illa Flori 4. 6. *Cæſarem inultus pater, & manibus ejus graves Caſſius & Brutus agitabant.* Egregius eſt locus Ciceronis pro L. Flacco: *cujus* (Antonii) *damnatione, ſepulchrum L. Catilinæ floribus ornatum, hominum audaciſſimorum ac domeſticorum hoſtium conventu epuliſque celebratum eſt. Juſta Catilinæ facta ſunt Nunc à Flacco Lentuli pœnæ per vos expetuntur. Quam poteſtis P. Lentulo, qu vos in complexu liberorum conjugumqu veſtrarum trucidatos incendio patriæ ſepe*

lir

ſtre conatus eſt, mactare victimam gratiorem, quam ſi L. Flacci ſanguine illius nefarium in;nos omnes odium ſaturaveritis? Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego, &c. Hinc eleganter Seneca in Herc. fur. 1230.

——— huc enſem date;
Date huc ſagittas; ſtipitem huc vaſtum
date.
Rumpemus arcus, ac tuis ſtipes gravis
Ardebit umbris, &c.

Atque hinc quoque illud fluxiſſe videtur, quod injurias paternas & amicorum poſt mortem odio hæreditario pro virili ſtuduerunt ulciſci. Quæ prærea lucem addere poſſint, dabit reinshem. ad Flori locum citatum, ujus nota multo huc plus, quam chotti facit. Illud vero etiam hic teendum, *animas* pro umbris hic poſſe ccipi. Virg. 3 Æneïd. 67. *animamque epulchro Condimus*. 4 Æn. 242.

Tum virgam capit: ac animas ille evo-
cat Orco
Pallentes.

Jbi Servius *umbras* exponit. & addit uidem ſecundum poëticum morem a locutum Virgilium. Sed & ex poës quandoque aliquid ſibi indulgent hetores. Hic vero etiam iſta locuone infenſiſſima manium Popilii atris odia, ſtudiaque ulciſcendi Cieronem flagrantiſſima ſignificari ventur. Si tamen *umbræ* ſcriptum eſt, hoc mallem.

Pag. 242. *Patroni viderint. nemo à pilio quidem niſi poſt benefic. occid.*] en. *ne à Popilio quidem poſt.* Eadem t ſimilia in aliis antiquis. Schots vulgatam ex conjectura dediſſe vietur. Antiquos tamen illos cum nſidero, crediderim manum eſſe necæ: *Patroni viderint, ne à Popi-, & quidem poſt beneficium occidantur.* hoc beneficium erat, quod defenbant. Sed quia ita hæc poſſent inligi, quaſi accuſator diffideret ſuæ uſæ, metueretque ne abſolveretur us, ſubjungit: *Nec tamen damnanem iſtius deſpero.* Vel ut eſt in Pal. Venet. *Nec damnationem quidem dero.*

Prætor iter à conſpectu exulis flexit] Non narrat hæc Plutarchus, ſed nec contraria his illius ex narratione demonſtrat: quod velle videtur Faber. Nam potuit ejuſdem eſſe hominis, ut & Mario, qui judicatus erat hoſtis, ſenatus auctoritati nihil adverſans, interdiceret provincia ſua Africa, & illius tamen exulis tanti à conſpectu iter flecteret. Quare abſens referente Plutarcho, quid ab ipſo promittere ſibi poſſet Marius, per lictorem ſuum ſignificaverit.

Qui in crepidine viderat Marium, in ſella figurabat] Ita *figurare* etiam Quintil. declam. 9. *Eſt quidem felicibus difficilis miſeriarum vera æſtimatio, figurare tamen poteſtis, qui tunc animus mihi, quæ cogitatio fuerit.* Declam. 6. *O vanæ figurationes & pectora hominum alto errore confuſa.* Vulgo imaginationes. Rurſus ead. *Si quiſquam figuratione quadam in hac malorum conditione judicem ponat, (fortuna, quæſo, abſit) cujus tanta (juvanda* legerim) *calamitas fuit?*

Metellus in Veſtæ æde extinxit incendium, Cicero Romæ] Covar. præpoſitio abeſt, quod malo. & vel *æde* antiquum pro *ædi* accipio; vel & *ædi* lego. poſſis & *ædis*. vulgatum nimiſquam durum eſt. Auguſtod. non agnoſcit *in Veſtæ æde*. vox poſtrema non videtur negligenda, ne non ſit oppoſitio. Multo elegantius vero & religioſius *Veſtæ* hic nulla nominatim haberetur mentio, cujus in ſacris conſiſtere ſalus imperii exiſtimabatur. ut his conſervatis non minus Metellus habeat, quam Cicero, quod glorietur. Quare generatim malim de æde tantum dici.

Glorietur Hannibale Scipio] Cov. Pal. Ven. *revocato Hannibale.* quod jam olim amplexus eſt Schottus. Hujus potiſſimum in Hannibale victo cur faciat mentionem, ipſe hic oſtendit apud Juſtin. 31. 5. Oratione ad Antiochum: *neque ſe unquam victum prius, quam terris eorum ceſſerit. Reverſo Carthaginem, ſtatim cum loco fortunam belli mutatam.* Romanis etiam id maximum viſum, quod inhærentem atque incubantem Italiæ viſceribus ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

torſerunt Hannibalem. Sed hæc ex Livio notiſſima.

Nemo hoſtis Catilina propius acceſſit] Cic. Catil. 2. ad init. cum exceſſiſſet urbe Catilina: *Nulla jam*, inquit, *pernicies à monſtro illo atque prodigio mœnibus ipſis intra mœnia comparabitur*. Mox: *Non enim jam inter latera noſtra ſica illa verſabitur, non in campo, non in foro, non in curia, non denique intra domeſticos parietes pertimeſcemus.*

Fert appenſum conto caput] Pal. *appreſſum*. Cov. *adpeſſum*. Aur. *ad preſſum*. unde ſuſpiceris *apprenſum*.

Turpe judicavi in ea civitate Cic. non def.] Illud *judicavi* eſt ab emendatione ingenioque Fabri, cum antiqui exhiberent *judicium*, quod non mutem. tantum diſtinguam: *Turpe, judicium, in ea civitate*. Ubi *judicium*, idem quod judices: quomodo *conſilium* eſt cœtus conſiliariorum. ut *ſenatus conſilium publicum* dicitur. Quod noſtro Belgarum ſermoni reſpondet. Ita Quintil. decl. 310. *Poteſtis & illo modo æſtimare* (*exiſtimare* malim) *judicium, quam inique ipſa pœna petatur à viro forti*. Declam. 321. *Ac ſi tantum de amore quæreretur, judicium, multum natura vinceret: nunc plus eſt aliquanto, de quo apud vos agitur*. Poſſis ita & accipere Arnobii locum 2 adverſ. gentes: *Da verum judicium, & hæc omnia circumſpiciens, quæ videmus, magis an ſint dii cæteri dubitabit, quam in Deo cunctabitur, quem eſſe omnes naturaliter ſcimus*. quod magis probandum cenſeat, qui viderit aut meminerit initium libri. Sed lector judicet.

Pag. 243. *Parricidam reum fuiſſe*] Lege vel *parricidam & reum*. nam utrumque iſti in dubium traxiſſe videntur. vel *parricidii reum*. cum Brug. Vat. Ven.

Ut ne accuſari quidem potuerit] Tum quod civilis belli illi patrocinatur neceſſitas, tum quod ad quemcumque prætorem illius deferretur nomen; nullus id recipere auſus eſſet. Jus nunc erat datum id genus ſceleribus, iſque reip. ſtatus & nunc & ſecutis fuit temporibus, ut nemo potuiſſet eo perducere rem, quo Popilius in numerum reorum eſſet, ſummam nunc tenerent remp. & dein tenuerint longiſſimum per tempus, qui proſcriptioni accommodaverant auctoritatem.

Quos poteſt tutius evadere] Ex præcedenti repetens ſcribam: *per quos p. t. evad*. Multoque minus affligi, quod quæro accuſator.

Pag. 245. *Quantum illi defenſi rei profuerint*] Aug. Vat. Brug. *defenſi Reipublicæ*. Pal. *defenſi in rep*. Ita & Ven. & duo Baſil. Scripſiſſe Senecam ex his veſtigiis colligas, *quantum illi defenſi rei & reſp. profuerint*. non male conveniens Antonii reliquorumque triumvirorum tyrannidi oratio. Defendit vero tum & quam maxime quidem cum accuſaret Antonium, Cicero. Ade quæ mox dicet Blandus.

Offendebatur, inquit, proſcriptione] Quanquam Cov. & Aur. *offendebat*, tamen hoc tantum probem. Verba ſunt Antonii, qui obſervaverat ipſe, aut ex aliis didicerat, quod ſatis libere & duriter opinaretur Popilius. Mox cum illi veniret in mentem, à Cicerone, qui nunc inter proſcriptos, hunc defenſum Popilium, *Non miror*, inquit, *Ciceronis cliens eſt*, &c.

Hoc, inquit, loco volui me excuſare] Cum nempe poſt alia, quæ præmiſit interponere cœpit mentionem, de occidendo per me Cicerone.

Pag. 246. *Non tantum, quod defen dat, habet*] Antiqui, *non habet*. Fabr ſecuti ſunt conjecturam, qui expun xerunt negativam: quæ retineri ta men videtur, hoc ſenſu, ut ſignifice tum eum criminis expertem. Taci 1 Hiſt. 15. *Ea ætas tua, quæ cupiditat adoleſcentiæ jam effugerit, ea vita, in q nihil præteritum excuſandum habeas.*

Vehementi colore uſus eſt & duro] S neca de hoc colore mox: *Hic color p ma facie aſperior eſt, ſed ab illo egreg tractatus eſt*. Unde hic malis: *nec du*

Turbator otii] Suum vitium pervu gato hominum vitio exprobrat inim co Ciceroni Antonius, qui *fax & t bo* inſequentium temporum, *ſcopul que & nodus & mora ſecuritatis publi*

n

non injuria habetur. *Otium* autem pro *pace* dixit, ut optimi. Nepos Epaminondam refert illius in vita, cap. 5. Meneclidi obtrectatori ſuo pacem ſuadenti Thebanis, ne ipſius deſideraretur opera, reſpondiſſe: *Fallis verbo cives tuos, quod hos à bello avocas. Otii enim nomine ſervitutem concilias. nam paritur pax bello.* De Hamilcare in vita ejus cap. 2. *Tota Africa tantum otium reddidit, ut nullum in ea bellum videretur multis annis fuiſſe.*

Hic color prima facie aſperior eſt] Brugenſis, *ſpecie*. An hæc eſt alicujus gloſa? Certe pro iiſdem iſta reperias. Unde princeps poëtarum:

—— non ulla laborum
O virgo nova mî facies inopinave ſurgit.

ta *frons* Quintilianus decl. 306. *Non ta me prima frons cauſæ callidiſſima optiois ſimulatione decipit.* Ita ſæpe & alter Quintilianus.

Pag. 247. *Inepte Avidienus Paulus*] enet. *inepte ab idibus? Paulus quidem d.* etiam Pal. *inepte ab idibus. Paulus.* chottus in ſuis ſcriptis *Abidiebus*, in xcuſis, *ab idibus*, aut *Abydenus* ſe reeriſſe oſtendit. & *Aufidii Baſſi*, aut *Æmilii Pauli* nomen latere ſuſpicaır. Aliud placuit Auguſtino. Literæ ucunt ut ſcribas: *Inepte Salvidienus aulus quidam induxit Ciceronem.* Rheor is non ita magno in honore aut ude videtur fuiſſe, de quo hic Sene. quare ut de obſcuro loquitur. quo inus intelligi poteſt, de Aufidio Baſ locutus. Reliqua pluſculum receınt à veſtigiis vetuſtæ lectionis. Saldieni prolixum & aliquid minus lgati habens nomen cur corrumpetur, ipſum in cauſa fuiſſe videtur. lvidieni Rufi mentio eſt in hiſtoria tæ Auguſti, in quem conſpiraſſe tratur. Etiam Salvidieni Orfiti apud ueton. vita Neronis. item Domitia. aliorum etiam in Inſcriptionibus ruteri, ubi & liberti ſunt hoc nomi. cujus ordinis non pauci erant ex hetoribus, & hic forſan fuerit. *Pau*, ut etiam cognomen ſit, non eſt inditum antiquis, nec iis, qui iſtorum derunt monumenta.

Popilii manum dedit Tullio] Hoc verum eſſe (primus vidit Gron.) nullus dubito. Hujuſmodi de locis egi prope fin. Controv. 3. Stuporis vero documentum ſequentibus dediſſe Murrhedius videtur. in quibus nunc nullum apparet, quia nimium ea elegantia emendando eruditi fecerunt. Pal. *Ciceronis & tenebas.* Venet. & Frob. *& tenebas manus ejus.* Unde colligas fuiſſe: *quanto aliter reus Ciceronis retinebas manus ejus.* Quibus etſi utcunque ſenſus alius, & quod penſarit Ciceronem Popilius intelligi poſſit, maxime tamen ita ſonant, quaſi hic illi fuerit impedimento. ne manibus ſuis divinæ illis eloquentiæ adminiſtris commode uti poſſit. Huic ſimillimum locum taxat Quintilianus Inſt. 8. cap. 5. *Eſt etiam generis ejuſdem, neſcio an vitioſiſſimum, quoties verborum ambiguitas cum rerum falſa quadam ſimilitudine jungitur. Clarum auctorem juvenis audivi, cum lecto è capite cujuſdam oſſa ſententiæ gratia tenendæ matri dediſſet,* Infeliciſſima femina, nondum extuliſti filium, & jam oſſa legiſti.

CONTROV. XVIII.

M*Edicamentum terens*] Paul. in l. 236. D. de verb. ſign. *Qui venenum dicit, adjicere debet, utrum malum, an bonum. nam & medicamenta venena ſunt. quia eo nomine omne continetur, quod adhibitum naturam ejus, cui adhibitum eſſet, mutat, cum id, quod nos venenum appellamus, Græci φάρμακον dicant. apud illos quoque tam medicamenta, quam, quæ nocent, hoc nomine continentur.* Vide reliqua, & adde Schottum infra in hac Controv. ex quibus patet, non temere hanc vocem hic eſſe poſitam.

Certe nec ſecreta te fallunt] Venet. *ne cicerte ſecreta te fallunt.* Pal. pr. *nec cicertæ, nec ſecreta te fallunt.* ſuperpictum autem voci *cicertæ* alias *cicutæ.* quod probat Gruter. Et credas, non temere cicutæ hic factam mentionem, cum thema controverſiæ ad Græcos pertineat, ubi abdicatio fuit in uſu. Venena vero etiam occultata ſecum habebant.

bebant. Vide Nep. Hannibal. fin. Flor. 3. 5. & plerumque occultata habent & ſumi ſolent. vide infra Schottum ad iſta: *Habuit Demoſthenes venenum.* Sed hoc me turbat, quod cicuta minus commode ita ferri potuerit, cum ſuccus eſſet & liquor, & minus præterea occulte parari, cum piſtillo exprimeretur. Ariſtoph. in Βατρ. Ἀλλ' ἔστιν ἀτραπὸς σύντομος τετριμμένη, ἡ διὰ θυείας. *At eſt alia compendioſior, & magis trita* (ad mortem via) *per mortarium.* de cicuta. Imo cum cogito *cicutæ* hic factam mentionem, colligas etiam ex illo Ariſtophanis τετριμμένης. Ubi Scholiaſtes: ἅμα δὲ διὰ τὸ τρίβεσθαι τὸ κώνειον. *quod teritur cicuta.* Eſt autem in themate: *deprehenſus eſt à patre in ſecreta domus parte medicamentum terens.* Etiam proviſum poſſet haberi ſive emptum, ſive quocunque modo acceptum (vide Vibium Rufum pro altera parte) & clam ſumi. Apud Tacit. 15 Annal. cap. 64. Seneca lentitudine mortis durante Statium Annæum amicum & medicum *orat proviſum pridem venenum, quo damnati publico Athenienſium judicio, extinguerentur, prometet: allatumque hauſit fruſtra,* &c. quare nec *cicutæ* nec *ſecreta* hic defendamus. Quæ rationes accommodatæ ad oſtendendum male *nec cicutæ* hinc exturbari. Pertinet huc Quintiliani locus declam. 13. *Male hæret ibi innocentia, ubi in poteſtate eſt ſecretum ſcelus, velut venenum & quidem præſentaneum.*

Dimittam te, intelliges, cui paraverim] Ita & Venet. & Pal. pr. ſed ſuperſcriptum *dimittite.* Recte, inquit, Gruter. ita & Fab. qui monet veteres editiones exhibere: *dimitte te.* Gronov. velit: *dimitte me.* Commodum iſta ſenſum habent. Priuſquam illa vidiſſem mihi natum erat: *Dimittar tantum.* Notum eſt, qua brevitate *tantum* ſcribatur. Non dubito, quin hæc noſtra emendatio minimum recedat à literis.

Pag. 248. *Volo mori, quia reus fui. Quid ergo? reus vivet, quia*] Scribe: *Volui mori, quia reus fui.* ut eſt in verbis Junii & Ceſtii infra. Deinde Ven. *quid ergo: mori reus vivet. vivet, quia ſord.* Ita & Mss. & veteres aliæ editiones, teſte Gronovio. Unde hanc feci emendationem: *Quid ergo non moreris?* ut mox Albutius: *quare ergo non moreris?* Reſpondet filius, vel ipſius nomine Rhetor, *reus vivit & vivet, quia ſordidatus non adſidet hic pater.* Cum jam ſit reus, minime impetrare à ſe poteſt, ut projiciat vitam, maxime cum accuſet jam rurſus pater, qui ſordidam ſumere veſtem, & defendere filium deberet. Nunc quia contra fit, quid faciet filius, niſi pro ſcelerato velit mori, niſi ut offirmet ſe & vivat? mox fluctuans inconſtantia ingenii non durantis adverſus patrem: *Revertar,* inquit, *ad venenum,* &c. Mutatur perſona, pervulgatiſſima ratione in his Controverſiis. quod jam ſæpius monui.

Non juvat me mori, ſi quem alium juvet] Quintilian. in eodem argumento declam. 17. inter alia, quibus vult facile diſplicere obitum, quem miſero ſuaſit integritas: *Quid ſi interveniat aliquis, qui gaudeat? qui vindicar ſe putet? ſi teſtes adhibeat oculos, quibu invidendum ſit? Statim me hercule arro gans vita ſimulatur: ſtatim contuma dolor cum deprehenſa morte diſſentiet.* Vi de illic plura huc facientia.

In has cogitationes abii] Elegans, pr hæc cogitare cœpi. Virgil. 4 Æn. 41

Ire iterum in lacrymas, iterum tenta
precando
Cogitur.

Lib. 2. 4. de priſcis Gallis: *mox ut ca luere pugna, ſtatim in ſudorem eunt.* C vid. Metam.

Sic Deus in flammas abiit, ſic pecto
toto Uritur.

Ergo quiſquam me magis odit, qua ego? miſereri mei cœpi] Ven. *quam eg miſer memet cœpi.* Nam mortem vi jucundiorem jam ducebam. ad vita vero tu revocabas & cogebas. Qu mihi non minus placet, quam qu eſt in excerptis. Sed Schottus etia veteris libri auctoritate niti ſe oſte dit, quum vulgatum hic defendit.

Quod venio, quod pro me loquor] E iam Ven. non agnoſcit: *quod venio.* n

fu

ſunt neceſſaria. Exprobrat autem patri, qui omnem injuriam propulſare à filio deberet, quod eo etiam nominé indignetur, cum videt prorogaſſe vitam, uſque dum ſe purgaret, omniſque culpæ & criminis expertem oſtenderet, eoque ſuum & familiæ dedecus declinaret.

Tam jucundum eſt innocentibus mori, quam miſeris defendi] Credo ſcripſiſſe Senecam: *non tam jucundum eſt.* Ex ſuo animo fingit ſententiam. Moriendi conſilium, quod tanquam ſolatium & portum conſcia recti ſibi mente amplexus erat, mutavit, quia jucundius etiam eſt miſeris defendi. Facit ad partem horum Quintilian. declamat. 17. *omnes injuriæ levius exaſperant*, &c. *innocentis filii ultio eſt mori.* item: *Abdicari debet, quem nocentem pater odit, mori, quem innocentem.*

Quoſdam periclitantes illa jactare] Cogita hic *periclitantes* pro reis dici, de quo egi prope fin. Controv. 7.

Hoc ego dicere non poſſum. Iterum reus fui] Gronov. *ter jam reus fui.* Priuſquam hoc notaſſem & inſpexiſſem Ven. conjunctim legere & probare cœperam: *Hoc ego dicere non poſſum, Iterum reus fui.* Venet. eadem, niſi quod: *Hic ego.* quod itidem non damnandum. Non poteſt dicere, *Iterum reus fui*, quia tertium reus fuit, & jam quartum reus eſt. Paulo ante mori ſe voluiſſe ait, quia reus fuit. Nunc autem, cum ſit reus, vivere.

Quin vobis in odium venerim] Cum vobis toties negotii faceſſiti, dum accuſor, cauſa poſſim fuiſſe videri.

Acceſſit ad hæc ſupplicia mea, venenum hoc, &c.] In his *ſupplicia* pro rebus moleſtiſſimis, calamitatibus, inquam, & miſeriis ponit. Ut L. Sen. in Hippol. 439.

Quod te ipſe pœnis gravibus infeſtus domas.

Porro Ven. *venenum teneo. hoc ſi*, &c. Quid ſi, *venenum tero, hoc, ſi tibi ſatis nondum eſt, bibam.* Poteſt & *teneo* ferri. Albutius in colore: *palam, & ita ut interveniret pater, tenui* venenum.

In quam anguſto domus mea fortuna poſita eſt?] Terent. Heaut. 4. 2. 2. *In hac re in anguſtum oppido nunc meæ coguntur copiæ.* Ubi Donatus. Tranſlatio facta eſt ab illo, cum periclitatur exercitus in anguſtum coactus. Igitur hoc loco ſubjicit Rhetor, *aut patri pereundum eſt, aut filio.* Similis tranſlatio in his Juſtini 6. 5. *Undique belli formidine circumſtrepente clauſi Spartani ad ſummam deſperationem rediguntur.*

Vivunt etiam, quibus contigerunt liberi] Lego: *non contigerunt.* Hi vivunt, quamvis à præmiis patrum arceri ſe videant, nec niſi maritorum capere poſſint. Vide Lipſ. ad 3 Ann. in excurſu C.

Ter abdicatus, cum ſe mori velle dicat, vitam rogat] Senſus eſt, Ter abdicatus, ſi dicat mori ſe velle, cum poſt repetitam abdicationem vixerit, conſcius ſibi ſit, oportet, magni alicujus flagitii, & quo mortem ſit meritus. Sed ut videatur miſericordia & vita dignus, & illi parcatur, mori ſe velle ait, quaſi iniquitate fortunæ huc cogatur. Ita vitam rogat, dum iſta allegat.

Teneo parricidam] Plaut. Menœch. 4. 2. 28. *nec magis Manifeſtum ego hominem unquam ullum teneri vidi, Omnibus malefactis teſtes tres aderant acerrimi.* Trinum. 4. 2. 66. *teneor manifeſto miſer.*

Pag. 249. *Etiam in ſuam mortem paratiſſimum*] Infra Arellius: *Mihi, inquit, paravi venenum; ne quis dubitet, an alium poſſit occidere.* ubi Ven. & Cov. *Poſſim.* Senſu tamen & ſic huc pertinente. Pompeius Silo paulo poſt: *Mihi, inquit, paravi. Et hoc eſt patri parare.*

Tu venenum vendebas cuiquam?] Quintil. declam. 13. *Venenum leges habere, emere, noſſe denique vetant, inevitabilem peſtem occulta fraude graſſantem.* Marcianus l. 3. pr. D. de ſicar. *Ejuſdem legis Corneliæ de ſicariis & veneficiis capite quinto, qui venenum necandi hominis cauſa fecerit, vel vendiderit, vel habuerit, plectitur.* Quare hoc loco accipiendum fore, ut quidem inter alia hæc, quæ dicit Rhetor, objiciantur illi, qui vendidit venenum, ſed

præterea pœnis illum obnoxium intelligendum eſt.

Ita hoc ego judicio filii mortem moror] Dicit enim vivere ſe, quo defendi poſſit. Vide ſupra Varium Geminum. Vis autem his ſua & Venus peribit, niſi interrogative legas.

Si me cum iſto includitis] Id eſt, ſi compegeritis in carcerem: Nam filius parricidii accuſatus ſine dubio detruſus in carcerem fuit. Petron. in fragm.

Et pavido cernunt incluſi corde tribunal.

per quietem nempe. Senec. Herc. fur.

—— certus incluſos tenet
Locus nocentes.

Infra Controv. 24. *qui filias vitiatas occiderunt, qui incluſerunt.* Novella 115. cap. 3. Juſtinianus: Εἰ συμβῇ τινα τῶν ἰδίων γονέων ἐγκεκλεῖσθαι. Si quemlibet ex parentibus incluſum eſſe contigerit.

Quis enim alius debebat habere, quam parricida] Ven. omittit *quam.* nec flagitat hoc oratio. Senec. Herc. OEt.

Et quiſquis alius orbe conſepto jacet.

Quem locum, gloriari poſſum, quod primus eorum, quibus id curæ præcipue fuit, intellexerim. Vulgo jam nota ſunt:

—— ne quis ſe præter Apellem
Pingeret, aut alius Lyſippo duceret ære.

Item: *accuſator alius Seiano.* Porro ad rem facit Declam. 16. *Centurio Luculli Mithridatem non potuit occidere: dextera ſimul ac mente languit. pro bone Jupiter, Mithridatem, quam non dubium parricidam.* ubi adde notam Schotti.

Id eſt, ego tibi pater, quod Demoſtheni Philippus] Venet. *idem ego tibi.* Ita & Eraſm. & Pal. & Covar. *Idem ergo tibi.* recte. ſed ut addenda ſit interrogatio. *Quod Demoſtheni Philippus?* Priuſquam vidiſſem ſummi Gronovii conjecturam & conſuluiſſem iſtos antiquos, non diſplicebat: *Id eſt ergo tibi pater, quod Demoſtheni Philippus?*

Et hoc parricidium eſt] Quia mihi patri graviores morte dolores affert.

An alium poſſit occidere] Ven. *poſſim.* ut & Cov. Ita impudentiſſimæ & nefariæ filii jactantiæ hoc ſit.

Quater viciſti] Interrogatio eſt.

Parricidium fieri voluit] Quia mea iniquitate ſe vult adactum ad mortem. Explicatur loci acumen hoc Ovidiano:

Phyllida Demophoon letho dedit, hoſpes amantem.
Ille necis cauſam præbuit, illa manum.

Pag. 250. *Indignum ſe vita fuiſſe*] Cavillatorium hoc eſt. Ipſe infeliciſſimam trahens vitam judicaverat ſatius eſſe mori. Pater inde infert indignum vita fuiſſe ſuo ipſius judicio, & præterea non male facturos judices, ſi illum nunc condemnent.

Habet tamen diſſimilem ceteris conjecturam] Venet. *tam diſſimilem ceteris, quam conjecturam & duplicem.* eadem Cov. & Frob. unde malim: *habet eam diſſimilem ceteris cum conjecturam etiam duplicem.* Similis locus Controv. præcedentis etiam diviſione: *Licuit* &c. *conſularem occidere: nec in hoc crimen eſt, quod Ciceronem, ſed quod patronum.* Confer tamen diviſionem Contr. 22. unde vulgatum defendas, aut legas, *tamen eam.* quod malo.

Si hic color diſplicet pro adoleſcente, quo dixit Latro] Suſpicor hic eſſe divulſa, quæ cohæſerunt olim. Senſus certe eſt, ſi poſtremis eorum, quæ de diviſione ſunt dicta, adjicias: *Sic hic & color.* Etiam nempe duplicem reſpicit conjecturam. Obnoxia hujuſmodi loco depravationi, quia DIVISIO, COLOR paſſim omiſſa ingenio ſuppleri ſolent. Perge dein: COLOR. *Non diſplicet pro adoleſcente, quo dixit Latro, ut nihil mutaret, ſed diceret,* &c. Senecæ non diſplicet Color ille Latronis: quanquam is quod dixerat pro adoleſcente, eo uſus eſt & coloris loco, nihil ut mutaret. Ita Murrhedius paulo poſt dicit, deinde utitur colore, qui diverſus tamen ab iis, quæ dixerat. Covar. *Si hoc colore.* quare poteſt & fuiſſe: *Si hoc & in colore.*

Non finis eſſet periculi, ſed initium] Senec. Herc. fur. 207. *nulla lux unquam mihi Secura fulſit. finis alterius mali Gradus eſt futuri.*

Medicamentum ſe paraſſe ad ſomnum] Ven. *ad ſomnium.* An & hoc à ſtupore Murrhedii profectum credimus?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Pag. 251. *Quaſi jam ille hanc inſaniam introduxiſſet*] Malim, *quaſi etiam ille.* ut magis oſtendat Seneca in diverſa ſe ſententia verſari.

Qui illum ex parte, qua tranſire deberent, imit.] Ven. & Cov. *quam tranſire.* quod non dubito eſſe verum.

Melius erant dicta, quam apud quemquam comicumque tragicumque] Seneca filius epiſt. 8. *quantum diſertiſſimorum verſuum inter mimos jacet. quam multa Publii non excalceatis, ſed cothurnatis dicenda ſunt.* Petron. *Rogo, inquit, Magiſter, quid putes inter Ciceronem & Publium intereſſe. Ego alterum puto diſertiorem fuiſſe, alterum honeſtiorem. Quid enim melius dici poteſt?* Subjungit Publii verſum.

Quo aiebat unum verſum, &c.] Malo, *unum* quam *uno.* quod Faber velit ſuppoſitum.

Qui illud ad virtutum ſtudia transtuliſſet] Ipſi illa curaſſent tanquam ſtudia virtutum in dicendo, & ut curarent ita alii, ſuo exemplo effeciſſe. nam *transtuliſſent* lego. Infra: *Ab his hujus ſtudii diffuſa eſt in plures imitatio.* Hinc ſententiæ, quibus *jam infecta erant adoleſcentulorum omnium ingenia.* quod dixit paulo ante. Ut hic Seneca, ita poſſit quis dicere: *Litteræ ſtudium ſapientiæ.* Id eſt, dum iis ſtudetur, eadem opera ſapientiæ ſtudetur. Qui iſtiuſmodi acuminibus ſtuduerunt, etiam ſtudere virtutibus oratoriis ſibi viſi. Quare iſtis totas orationes inquinaverunt, qui non idem afferentes judicium, quod Laberius & Cicero, deinde eloquentiæ dederunt operam, & adeo eloquentiæ principes, imperitia nonnullorum aut immaturo judicio habiti ſunt. Vide Suaſor. 2. fin. Quod iſta habuerint pro ſtudio quodam virtutis, ipſe Cicero & Laberius, dein docetur, qui iis nec in conſuetudine quotidiana abſtinuerunt, iiſque operam & cogitationem libentiſſime & paſſim dare atque intendere manifeſti ſunt; ut vim tamen ſuæ eloquentiæ iſtis ſordibus non corruperint, ut nimium tamen dicaces haberentur. Paulo poſt: *neuter in hoc genere ſervat modum.* adde Macrob. 2 Saturn.

Quæ Cicero in orationibus aut in ſermone dixit] Pal. & Ven. *aut ſermone.* De Pal. Gruterus: recte ejicit dictiunculam *in.* Ego eam non omittam, niſi cogat antiquorum codd. auctoritas. Nam mali profecto aut ſordidi, quantum Latinitatem attinet, nihil eſt in vulgato. Etiam Quintilianus de Cicerone 6. 3. *Nam & in ſermone quotidiano multa, & in altercationibus & interrogandis teſtibus plura quam quiſquam dixit facete.*

Et nota ut non referam] Diſtingue: *dixit, & nota: ut non referam.* Dein lege: *quicquid modo non tolerabile habent.* ut fateatur nonnihil ab eo hoc in genere peccatum, ut non tamen frequens ſit. Tandem poſt *habeant: Id quoque Cicero in Laberium.* Nam Fabrum hic non ſequor. Poſſis & *Ciceronis.*

Divus Julius ludis ſuis mimum produxit] Hæc duriuſcule & obſcuriuſcule ſunt poſita. Minus tamen offendet, ſi quis cogitet & intelligat in his pronomen *illum* ſtatim expreſſum. Cæſar produxit in theatrum mimum, quem producere non niſi equitem fas erat. Et hoc facto Valerius infamis fiebat. l. 2. D. de his, qui not. inf. nec in equeſtri ordine potuit ſubſiſtere. Quare ſequitur eum beneficio Cæſaris ordini equeſtri redditum. Ut hic *producere,* ita apud Sueton. Claudio *producti hiſtriones.* Juvenal. generaliter magis, ſed ut ab his non abhorreat:

Quam te Therſitæ ſimilem producat Achilles.

Si id fieri ludis quis concipiat, ipſiſſimum erit, quod hic videmus. Et hoc non damnem.

Ut venientem non reciperent multoſque] Poſt hæc Venet. *Cicero male audierat, tanquam nec Pompeio certus amicus, nec Cæſari, ſed utriuſque adulator.* pergit dein *multoſque.* Faber hæc confuſa eſſe vult, & primum à ſe fatetur ordine ſuo eſſe repoſita, idque ex epitome & hiſtoria, quæ apud Macrob. lib. 3. legitur. Apud me, fateor, epi-

tome nullius fere eſt auctoritatis. Macrobius quod ſcripſit, nihilominus in his eſt, quæ accepimus: quibus etiam ratio redditur, quare ita libere, nihilque ſimulando dixerit Cicero: *Reciperem te, niſi anguſte ſederem.* Omnia etiam cetera poſitis hoc ordine & lectione recte habent.

Pag. 252. *Cicero in utramque rem jocatus miſit ad Lab.*] Ven. & Cov. *miſit eum ad Laberium.* Igitur lege: *Cicero in utramque rem jocatus eſt.* & perge dein, ut Ven. & Cov. Poſt illa vero: *Atqui ſoles duabus ſellis ſedere.* continua: *Uterque elegantiſſime.*

Nihil tanti eſt] Filii hæc ſunt, poſtquam in utramque partem poſt primam abdicationem, priuſquam contradiceret, vitæ commoda & incommoda ſecum diſputavit. Nihil eſt tanti, quod quidem inveſtigare animo poſſim, cur vivere potius, quam mori velim.

Mihi ſerva iſtum animum, facies, quod voles, abſolutus] Lego: *Mihi ſerva iſtam animam.* Tu mea cauſa vis mori. vive potius mea nunc cauſa. Sed ſi abſolutus eris, facito, quod nunc voluiſti, ſi ita viſum erit. Oſtendit, quicquid hujus fecerit, non invito patre feciſſe. & cum iſta præceſſerint, cum tertium abdicaretur, antequam res eſſet delata ad judices; quamvis habuerit & triverit medicamentum, minus jam parricidii ſuſpectum poſſe videri. Egregie etiam hæc opponuntur iſtis Pompeii Silonis: *Mihi, inquit, paravi. & hoc eſt patri parare.* item Porcii Latronis: *mori, inquit, volo vivo patre: & hoc parricidium eſt.* Quia quod innuit pater, ipſi maximæ ægritudini, unde ſæpe mors, eſſe hoc facto deſtinaverit filius. Adde & quæ mox Otho Junius dicet. Sperabat vero etiam pater, minime abſolutum nunc iri filium: quare cupiebat tamdiu, ut produceret vitam filius, ut ipſo victo tandem, poſtquam bis victus erat, gaudere ac triumphare poſſet. Quare dixit: *Mihi ſerva iſtam animam.* Abſolutum vero cupiebat ſine dubio mori. unde: *facies, quod voles, abſolutus.* Sed diverſum ſibi judicii exitum pollicebatur. unde vivere etiam filio libuit, quo innocentiam ſuam demonſtrare & defendere poſſet. Vide quæ ſequuntur.

Quare non moriar interim?] Inter moleſtiſſimas judicii hujus moras. Supra: *Ita hoc ego judicio filii mortem moror?*

CONTROV. XIX.

Affectum lege æſtimetis, quia minatur] Non dubito, quin verum ſit, *qua minatur.* ut eſt in Ven. Vat. ſequentia hoc confirmant.

Omnia fecit, ne filius alligetur] Quamvis mater minetur vincula, in quæ conjicere lege poteſt, niſi remaneat filius, amat tamen illum, & quidem quam maxime, quia id agit, ne alligetur à piratis. Mox: *ſi vellet filium alligari, pateretur ire, quo properat.* Latro: *non enim vindictam, inquit, ſed miſericordiam quærit,* &c. patris hoc in negotio ſit voluntas.

Pag. 253. *Deducite filium. itaque tene, complectere*] Faber, *Deduc me, fili.* Sed ſequentia ſic minus commode cohærent. Quid ſi, *deduxit te fili. Itaque tene, complectere.* ne eam derelinque calamitate hac oppreſſam. Te olim illa prima infirmiſſimaque in ætate deduxit. reddes iſtoc pacto minime vicem. Mox: *Ergo tu adoleſcens matri tuæ nec decem menſium quidem alimenta reddes?* Vox *tene* multum affectus & amoris habet. Quintilian. declam. 18. *Teneo unicum meum, velit nolit invidia, meum, miſera, formoſum.* ead. *Teneat inſatiabiliter, avide.* Senec. Herc. fur. 622.

O nate! certa & ſera Thebarum ſalus!
Teneone in auras editum, an vana fruor
Deceptus umbra?

Ubi pulchra congeſſit Gronovius, ex quibus intelligitur, illud à Suetonio narratum in Julio cap. 59. *Prolapſus etiam in egreſſu navis verſo ad melius omine, Teneo te, inquit, Africa.* Pergimus.

Hoc par ne piratæ quidem dividerent] Cœcam nempe matrem & filium. *Dividere* ſimili modo Propert. 2. el. 17. ubi & explicat *diducere.* Quintil. declam.

clam. 6. *Cum rerum neceſſitas quotidie nos dividat.*

Si vellet filium alligare] Lege, *alligari.* Paſſim id agit, ne poſſit videri id quærere, ut alligetur filius.

Matri tuæ nec decem menſium quidem alimenta reddes] Ita paſſim menſium hoc in negotio fieri mentionem jam ad Ovid. ep. 11. monuit eruditiſſimus Nic. Heinſius. Quintilian. declam. 8. egregie: *Si mehercule fas eſt æſtimare, utri plus parenti debeatur ex liberis, non improbe totam poteſtatem ſibi vindicabit affectus, qui decem menſibus ante veſtram incipit diligere notitiam: & cum vos patres gaudium primum faciat oculorum, ante ſunt conſcientia matres.* Quæ qui adhibeat in conſilium, perſpiciet, ſummo judicio iſta à Rhetore hic dici: cum hoc præcipuum deberetur matri.

Legem attulit, qua caten. m.] Rurſus id agitur, ne videatur velle mater vinciri filium. Ven. Pal. Eraſm. heic: *cauſa eſt, quia timet.* quod non eſt temere damnandum.

Cum matre colludere] De voce *colludere* aliquid Schottus, non omnia. Adde Caſauboni notam ad Sueton. Jul. cap. 20. prope fin. Non male Ven. Eraſm. & Cov. heic: *nunc cum matre coll.* Etiam Palat. Aug. ac Brug. *nunc* tuentur.

Patri quid timeo] Legendum cum Gronovio: *Patri quid non timeo.* Etiam Contr. 21. *Quid de tyranno querar? patri ſimilis eſt? quid de patre non querar? tyranno ſimilis eſt.*

Hoc quod pater deſiderat, utile eſt patri] Videtur fuiſſe: *ut diceret; quod mater deſiderat, utile eſſe patri.* Poterat autem oſtendi utile eſſe patri, quia alia via pretium patris mitti piratis potuit. Filius vero ſi iret, ſemet devocabat in periculum, ne alligaretur à piratis. Uxorem vero cœcam filii matrem certa interim, ſi non perpetuum, manebat ſolitudo & egeſtas. Ita ſequitur eleganter: *ne patrem quidem velle.* Adde Gronov.

Et tanquam quæreret, dixit] Id eſt, tanquam quæſtionem tractaret. Simile mox: *Et ſic eam diviſit, ut diceret.* Non diviſit, ut quidem ſolet in his Controverſiis fieri, res tamen in iis, quæ dixit, apparuit. Unde patet iſto in loco nihil tranſpoſitum, quamvis id velit Faber.

Pag. 254. *Illi ſunt omnia privilegia data*] Niſi obſervaſſem paſſim in his à perſona in perſonam aliam, à modo in modum alium tranſitum & mutationem; pro certo crederem hic fuiſſe ſcriptum: *Illi ſcilicet omnia privilegia data.* Vitiumque eſſe inde ortum, quod *ſcilicet* breviſſime & vel ſolo *ſ.* notant. unde *ſunt* prono errore fecerint librarii.

Ut vivis parentibus filius, inquit, familiæ] Non conſuevit noſter ita remoto ab initio periodi loco ponere, *inquit.* Præterea *patribus* habet Ven. non *parentibus.* quod iſto diſtinguas modo minime congruit. Nam ut *patres* pro patre & matre accipias, duriuſculum videtur. Qui non ſatis attenderunt, quid diceret vox *filiusfamilias*, hæc vitiaſſe veri admodum eſt ſimile. Si cogitaſſent filiumfamilias non intelligi, niſi, qui haberet patrem, aut eum, qui patria poteſtate, in quam ille reciderit, ad quem hic nullus reſpectus, eſſet præditus. item qui iſtos non habent, *patresfamilias* dici, cujuſcunque etiam ſint ætatis, l. 195. D. de verbor. ſign. minus eſſent hallucinati. Nec improbaſſent hoc Ven. quod in aliis quoque eſſe nullus dubito: *An lex de alendis parentibus non pertineret ad matres, utique (id ex ut feci) vivis patribus. Filius, inquit, familiæ nulla (nulli* verum eſt) *poterit ſervire niſi patri.* In quibus *ſervire* etiam non temere poſitum, cum antiquitus iſta patrum poteſtas fuerit in filios, ut vendere ter in ſervitutem potuerint, juſque in eos vitæ & necis habuerint. Quintilian. decl. 6. *Duo unum vocabamus; videamus, quo ire debuerit. Poteram quidem fortiter dicere: Pater juſſi. Hoc nomen omni lege majus eſt. Tribunos deducimus, candidatos ferimus. Jus nobis vitæ neciſque conceſſum eſt.* Unde duriſſime ſæpe eos tractabant. Quare etiam, cum emanciparent, non minus, quam ſervos,

manu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

manumittere filios dicebantur. tit. D. *Si à parente quis manumiſſus ſit.* Ubi eſt & in l. 1. *Emancipatus à parente in ea cauſa eſt, ut in contra tabulas bonorum poſſeſſione liberti patiatur exitum.* item: *& ideo itum eſt in hoc, ut parens exemplo patroni ad contra tabulas bonorum poſſeſſionem admittatur.* Sed iſtuc revertor. Patet ex iis, quæ dixi, ſupervacuum eſſe: *ut vivis parentibus.* Nam hæc ſi abſint, idem expreſſum eſt: quare ad præcedentia revocare, ubi locum habent & neceſſaria ſunt, melius erit. Illud prætermiſi: *nulli ſervire, niſi patri,* eleganter etiam poſſe accipi, ut & ſignificet, *patri præcipue ſervire.* cujuſmodi de locis vide ad fin. 1. Controv.

Primæ partes ſunt patris, ſecundæ matris] Cum mater ne in poteſtate quidem habeat filios. nec filii familias, niſi reſpectu patris dicantur.

Pag. 255. *Non juris fecit illam quæſtionem, ſed æquitatis*] An ſatis apparet, quod juris quæſtionem fecerit Hiſpo Romanus? Satis id manifeſtum, cum *filiifamilias* mentionem fecerit, & *quod is ſerviat patri* dixerit. Quæ ſequuntur corruptiſſima ſunt. Lege: *ita tamen, ut & juris adjungeret, & quando matris prius eſſet, quam patris officium.* Juris etiam prætereundo admiſcuit quæſtiones. & præterea illud, quod addit. ubi *officium* patris matriſque, quod iis eſt præſtandum. Controv. 28. *ne admitteret hominem non ad officium nepotum, ſed invidiam & contumeliam generi venientem.* Sueton. ita Jul. cap. 15. *officium novorum conſulum.* item Plin. 1. epiſt. 5. *Me Regulus convenit in prætoris officio.* Simile Controverſ. 10. *indulgentia ſuorum*, id eſt, in ſuos. A poſtremo autem iſto facilis tranſitus ad ea, quæ ſequuntur, Silonis.

Puta, inquit, te ſervum eſſe communem] Non expungam *te* cum Schotto. quamvis abſit à Cov. Nam agnoſcunt alii, quantum videtur. & ſequitur *ſervies.* Et ſunt verba ad patronum ac repræſentantem perſonam patris capti, *qui liberi hominis jura non habet.* Ut ipſe mox Silo dicet; duriuſcule quidem; ſed ejuſdem auctoris ſunt. Iſta autem de ſervo & fundo communi, ſuo arbitratu dixiſſe Silo videtur. Ut & quod adjicit de patre à piratis capto. Cujus ex ſententia recte Schottus eos, qui hoſtium ſunt potiti, maximam capitis diminutionem paſſos, donec poſtliminii jure redeuntes civitatis & libertatis jus recuperabant. Verum tamen eſt, *qui à latronibus captus eſt, ſervum latronum non eſſe. nec poſtliminium illi neceſſarium eſſe.* quod eſt in l. 24. D. de capt. & poſtl. Igitur caute mox Varius Geminus: *Ille, inquit, peregre eſt, tu domi: ille captus, tu libera: ille inter piratas, tu inter cives.* Non dicit ille *ſervus.* & ipſam tamen dicit *liberam.* quia ita capti quaſi ſervi videbantur; non erant. quo ſenſu *liber* recte opponitur *vinculis.* Præterea non dicit, civem non eſſe, ſed inter cives non vivere. Igitur ſimili in negotio etiam Quintilian. declam. 6. *Compara terram mari, domum navi, lectum carceri, libertatem ſervituti, deſiderium oculorum totius corporis damno.* Quia ſervitus ea videbatur, eademque iis metuenda & patienda erant, quæ, ſi ab hoſtibus eſſent capti. nec ſervi tamen erant, ut dixi. Verum eſt, inquam, quantum ad affectus quoſdam attinet, non quantum ad jus. Similia multa in jure civili. Veluti cum in l. 41. D. de cond. indeb. *Quod pupillus ſine tutoris auctoritate ſtipulanti promiſerit, ſolverit, repetitio eſt. quia nec natura debet.* Similia alia notarunt eruditi.

Mater in totius legis poſſeſſione eſt] Hoc durum, quod patris in miſeria conſtituti nullam vult haberi rationem, nec laborantibus ubique parentibus ferri auxilium, ſed ſi præſentes ſint.

Pater habet nullam in te poteſtatem, &c.] Ven. Eraſm. & Pal. *Patrem habet ille nullam in poteſtatem: habet matrem in totius legis poſſeſſionem.* Si legas: *nulla in poteſtate.* item: *in totius legis poſſeſſione.* nihil erit, credo, quod jure offendere poſſet. Certe & Cicero ipſe: *ille vir haud magna in re: ſed fidei plenus.* item: *ſacrificium Bonæ Deæ ſit in domo,*

mo, quæ eſt in imperio. Juſtin. *quoniam in imperio eſſet, tacita de eo ſuffragia tulerunt.* Græcis locutio ὤν iſtiuſmodi loca ſupplere poteſt. Simile Sueton. Jul. 27. *Omnibus vero circa eum, atque etiam parte magna ſenatus, gratuito, aut levi fœnore obſtrictis.* Eodem vero ſenſu poſſit quis hoc loco *nullam in poteſtatem* & *in poſſeſſionem* defendere. Quo de ſæpe jam monuerunt eruditi. Controv. 21. Cov. & Pal. *Quid enim miſerius accidere poteſt, quam is ſtatus in libertatem, quem ceteri vix ferunt in ſervitutem.* Controv. 22. Ven. *Cum de redemptione ageretur, omnes in curiam fuerunt.* Item Pal. *Ut filium pater ſpectet in crucem.* Controv. 25. *Majeſtas populi Romani per omnes nationes, per omnes diffuſa provincias, in ſinum meretricium jacet.* Ita Ven. Pal. Cov.

Puta legatum de ſumma rep. puta fœderis] Locus difficilis. ubi hæſit etiam Schottus. An *legatum* diverſo reſpectu participium & adjectivum ſimul eſſe volumus? Sed huic rei quærenda exempla. Quanquam non deſunt, ubi eadem vox duas diverſo reſpectu ſignificationes ſuſtinet. Juſtin. 3. 1. *Egregius adoleſcens & cædem patris & ſe ab inſidiis Artabani vindicavit.* Flor. 1. 9. *ad vindicandum libertatis & pudicitiæ decus.* Adde Bernegg. ad Juſtin. 11. 9. An librarios ſuſpicamur potius illud *legatum* iſta notione minus intellexiſſe, & cum ſcriptum eſſet de *fœdere*, *fœderis* feciſſe? Valde id veriſimile. *Legatum* accipe pro legato miſſum. Curt. 10. 8. *Eoſdem rurſus legat, petituros ut Meleagrum tertium ducem acciperent.* Plaut. Amphitr. 1. 1. 50. ſimili ratione. Porro *de ſumma rep.* id eſt, de rebus ad ſalutem reip. pertinentibus barbare: Salutem reip. concernentibus. Sueton. Jul. 28. *Conſul edicto præfatus de ſumma ſe Rep. acturum.* Unde in Orat. 1. in Catil. Cicero: *Non eſt in uno homine ſalus & ſumma periclitanda Reipubl.* 3 in Catil. *Senatum conſului de ſumma reip. & ſalute.* Rurſus 1 in Catilin. *Non ad domeſticam tuam difficultatem ac turpitudinem, ſed ad ſummam reip. atque ad omnium noſtrum vitam ſalutemque pertinent.* Quibus ex locis patet etiam tolerari hic poſſe lectionem Ven. *de ſumma reip.* Quod & in veteri libro reperit Schottus, ſed improbat. Si quis tamen in primis illis Ciceronis cum Zinzerlingio c. 48. Critic. Juven. mavult exturbato *ſalus, ſalute.* potius quam inſerta copula retinere, quod poſtremus locus permittere videtur; per me ſuo judicio fruatur. Porro ſi argutari velimus, *fœderis* hic dicemus non abſurde factam mentionem, quia ad mulierem hæc dicta ſunt, quæ minime velit id cuiquam matrum jure conceſſum, ut prohibeat filium proficiſci ad componenda fœdera, quibus pericula & metus aſſidui iſti maxime ſexui, bellaque matribus deteſtata tolluntur ac finiuntur.

Per partes comparando utrumque officium] Ne ſint Scopæ diſſolutæ, inſerta copula lego: *Et per partes.* In ſequentibus quoque: *comparando utrumque & officium. Ille, inquit, peregre eſt, tu domi* &c.

Quid enim videt? Catenas ſuas & cædes] Ven. Frob. & Pal. *Caſtitatis ſua & cadis.* Ita in variis etiam teſtatur Schottus in Cov. reperiri. At idem in commentario ait in Covarr. ſe legere: *Cataſtas ſuas.* Credo voluit dicere, aut & ipſe ſcripſerit, ex Covarr. *Se legere cataſtas ſuas.* Ipſe conjiciebam: *Quid enim non videt captivitatis ſævæ, ut cædes, & vuln.* &c. redimuntur? Quintilian. declam. 6. *Crede mihi hoc, quod patior, carcere pejus eſt, captivitate crudelius.*

At periculum eſt. Quam multi nihil pro patribus, &c.] Hæc verba: *Quam multi nihil pro patribus periculoſum putaverunt?* ex epitome intruſa ſunt. Redeant unde malum huc pedem intulerunt. Ven. hic: *At periculoſum nihil niſi domi manere & flere.* Ita & Pal. item margo Cov. & Eraſ. *At p. eſt n. n.* Ipſe Cov. vero & Vat. *At periculoſum eſt nihil, non eſt domini audere & flere.* Unde commode legas: *At periculoſum eſt. Nihil non eſt. Eſt & domi adſidere & flere.* Nam quid aliud poſſum, quam dum tibi adſum, tuamque & patris calamitatem

tem ingemiſcere & illacrymari. Quod quam periculoſum ſit, tuo exemplo nimis miſer intellexi. Illud jam notum *adſidere ægrotis* proprie dici. quo adſpectum videtur.

Ipſam orationem ad habitum ejus, &c.] Forſan: *Ipſam enim orationem.*

Pag. 256. *Compoſitionem quoque illius minorem convenire*] Quæ cum probemus omnes & ſequamur, maxime quia his in cauſis commovendæ miſericordiæ accommodata ſunt; illud quoque fatendum recte me cenſuiſſe (ex Latronis perſona loquor) *pro matre ſubmiſſe & leniter agendum.* quia tota actione miſericordiam ſibi illa quærit. ſi quæreret vindictam, aliud eſſet dicendum. Quod de epilogis dixit Latro, id, quam religioſe ab omnibus obſervatum ſit, Calvi deinde exemplo docet Seneca.

Qui diu cum Cicerone iniquiſſimam litem de principatu, &c] Voſſius de Hiſtor. Latinis in vita Licinii Macri hæc citat ex dialogo de cauſis corruptæ eloquentiæ.

Catonis rei ſui] Igitur *reus meus* eſt, & quem accuſo, & quem defendo. Cicero pro Milone: *Reus enim Milonis lege Plotia fuit Clodius, quamdiu vixit.* Suaſor. 7. *Pollio quoque Aſinius, qui Verrem Ciceronis reum fortiſſime morientem tradidit.* At in fin. Controv. 17. *reus Ciceronis* Popilius dicitur. Erat autem Cato reus Aſinii Pollionis; quem mox illius *accuſatorem* Calvus nominat. Patronus igitur Calvus nonnihil antecedens ætate Dial. de orat. c. 34. patroni 21 ann. ulturum ſe injurias minatus eſt. cumque violentus imprimis & concitatus orator eſſet, uti dictum, ipſum etiam Catonem minis ſuis movere & terrere potuit. Demonſtrat his Seneca, quod ipſe, id etiam Catonem alioſque hoc de Calvo ſenſiſſe. Sequitur enim: *nec umquam poſtea Pollio a Catone advocatiſque ejus aut re aut verbo violatus eſt.* Sequuntur deinde & alia exempla, unde conſtet, qua vi & impetu ingenii præditus fuerit hic Calvus; tamen quod erat faciendum, moderabatur ſibi in epilogis. Atque huc pertinent & evadunt tandem hæc omnia. Quod etiam propter Petreium hic monere debui, qui à veri recta ratione nimiſquam aberrat. Forte & alii ex eruditis hic hæſitarint, aut hæſitare poſſent. Verbulo igitur difficultatem tollere viſum eſt.

Pollionem Aſinium circumventum in forecæ] Sic & Vatic. *in forecæ.* Pal. Covarr. etiam: in *forete*, vel *ſorete.* Unde Eraſm. in *ſorite.* Mirum, ſi, quod deceptus ſorite Pollio erat, ita minis egit & iracundiſſime adverſus Catonem Calvus. Ego quavis alia ratione circumventum Aſinium, quam iſta, malim credere. Nempe annos tantum unum & viginti natus erat, cum accuſavit Catonem: vide Dial. de orat. igitur in ea conſtitutus ætate, in quam competit ſine dubio ratio edicti de minoribus, de quo eſt in l. 1. D. de minoribus. *nam cum inter omnes conſtet fragile eſſe & multis captionibus ſuppoſitum, multorum inſidiis expoſitum; auxilium eis prætor hoc edicto pollicitus eſt, & adverſus captiones opitulationem.* Sed turpe eſt, aut jocis ſaltem urbanorum obnoxium, ſi is, qui in numero patronorum profiteatur nomen, induci ſe in fraudes patiatur; ut edicti auxilio indigere videatur. Id tamen aſtutia & dolis clientum Catonis evenerat Pollioni. Inde indignatus Calvus admirator ingenii Pollionis juravit ſe accuſaturum, ſi quam injuriam Cato illi feciſſet. Metuendus vero Calvus erat, ut jam vidimus, etiam cum intentaret crimina, de quibus non conſtaret. Sed quid vult igitur ſibi iſtud in *ſorete*, vel *ſorecæ*, vel *forete*, vel *forecæ?* Vide ſi placere poſſit: *in foro Cæſaris imponi ſe ſupra cippum juſſit.* ut notatum tantum fuerit *Cæ.* ad diſtinguendum hoc forum. etiam oratione 17 paſſim *Ci.* eſt Cicero & caſus adeo per omnes. Iſto de foro Sueton. Jul. c. 26. & Div. Caſſius lib. 43. ex quibus hoc forum nunc recens factum, aut ſaltem magnam partem perfectum fuiſſe colligas. Dixit autem non ſimpliciter Calvus ſe *accuſaturum*, ſed *juraturum calumniam.* quo magis etiam exprimitur,

tur, quod ſummis ex viribus ſit anniſurus, quo reum peragat Catonem, ſi illius indignationem meruiſſet. Schottus non videtur hæc intellexiſſe. de quo jam monuit Gronov. Adde eum ad Controv. 9.

Pag. 258. *Non tantum leniter componit, ſed cum dicit*] Lege: *ſed etiam dicit.* Accommodavit ſe præceptis & conſuetudini Rhetorum & Oratorum, ut compoſitione utatur & voce leni in epilogo. His nunc oſtendit auctor, quare iſta de Calvo inſeruerit à verbis Latronis digreſſus. Quæ ſequuntur hic verba, potius alia litterarum forma ſcriberentur, quippe ſpeciminis cauſa, & ut indicetur digito, ex epilogo Calvi hic producta.

Publianam ſententiam dedit Vetus quidam Rhetor] Eraſm. Ven. Baſil. uterque, *Fetus.* Cov. *Fœtus.* Quod quomodo ſit reſtituendum, pro certo non affirmem. Peregrina enim ſæpe, uti ipſi, Rhetorum ſunt nomina. *Feſtus* tamen potius, quam *Vetus* fecerim. Paulo poſt enim *Ceſtius* dicitur. cujus Publianæ ſunt, quod ſatis loquitur res, ſententiæ. Id illic oſtendemus. Schottum miror, qui hic deſiderat ſententiam P. Syri. nec meminit ex Controv. hanc præcedenti *Publianam* dici. quæ ad exemplum ſententiarum P. Syri compoſita eſt. Vide illic in colore, ubi Murrhedius dicit.

Neſcio Rhetor an Soratos eſſes] Salſiſſime ſit dictum ſi legas, *Antequam te viderem, neſcivi os Rhetoris an ſoricis eſſes.* Ut ſignificet ita puſillum eſſe, ut tarde viderit; nec ante vidiſſe, quam vocem audiret. Ea quoque cum primum accideret ad aures, dubitaſſe, *Rhetoris an ſoricis eſſet.* Sorex ſe ſæpe indicat. Terent. Videtur autem & vocis ſtaturæ reſpondentis, id eſt, gracillimæ, idem Rhetor fuiſſe. Eſt quidem inſignis hæc hyperbole, ſed & talis apud Plaut. Pœn. fine. *allex*, id eſt, pollex, *viri*, & jocis egregie iſtæ conveniunt. Ὑπερβολικώτερα reperies in Ἀνθολογίᾳ lib. 2. cap. 7. Facetum etiam hujuſmodi in homuncionem eſſet, *Loquere, ut te videam.* In Græcis Euctemon, unde veriſimilis conjectura fiat, Ῥήτορος & ὕρακος voces oppoſuiſſe videtur. Eſt autem, ut volunt nonnulli ex eruditis, ſorex ab ὕραξ aſpiratione in ſ mutata. Iſtud aſcriptum aut cogitatum vitio præbuerit cauſam. An tamen ita ſcripſerit Seneca, pro certo non affirmem.

Fuit autem Ceſtii ſententia] Satis teſtatur orationis ſeries & filum, hic ſententias ſubjungi Rhetoris in quem iſta, quæ vidimus, dixiſſe Euctemonem, refert Seneca. Sed & ipſius ſententiæ tum hujus, tum ſequentium ingenium eas Publianas eſſe revincit. Eſt enim in iis vitium, quod ex captione unius verbi plura ſignificantis naſcitur. De prima id nemo neget. Item vitium, quod in his ſententiis eſt Murrhedii, quæ itidem Publianæ: *Abdicationes ſuas veneno diluit.* item: *Mortem meam effudi.* Quod in aliis etiam nemini latere poteſt. Vide Controverſ. præced. in colore, unde illa colliges. maxime ſi ipſius etiam Publii ſententias conſideres, quæ noſtram hanc opinionem, quod Publiana hæc ſint, dubiam eſſe non ſinent.

Mittes tamen epiſtolam infructuoſam] Modo hæc vera ſint, nulliſque partibus corrupta, ſenſus eſt: Si tu non eas, quod factu optimum cenſeo, tamen quod tu nunc forte cogites, Mittam epiſtolam, non id videtur faciendum. Infructuoſa, imo noxia nimiſquam epiſtola erit. exemplo matris id patet. Quare mittes alium ad redimendum patrem. ipſe remanebis & paſces matrem.

Exurgite viva cadavera: rogate pro ſtatre] Lege: *pro patre.* Ne judices eam ferant ſententiam, qua permittatur filio conjicere ſe in periculum. Simile quiddam eſt in Controv. 8.

Compoſitio belle ſonantis ſententiæ impoſuit] Ven. Eraſm. Pal. *ſententia nomen impoſuit.* Non auſim integram & notam adeo probamque vocem cum editione Rom. & Schotto expungere, aut ita ut Petreius, qui dubitat, an detrahenda ſit, explicare. Quid igitur? Quem loco ſenſum affingimus? Nam

impo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

imponere quamvis pro *addere*, *dare* aut *facere* reperias, cum onere tamen aliquid conjunctum plerumque ſignificat. Sed id ipſum eſt, unde hunc locum ſervare poſſimus. Namque & nomen conjunctum eſt cum onere, & cura ſatisfaciendi expectationi. quam ne fallant, ſummopere iis metuendum eſt, qui eam ſuſtinent non juſtis cauſis concitatam. quos inter Rhetores, qui hic notantur. Recte igitur, *nomen impoſuit*, hic defenderis. Tacitus gemina ratione 1 Hiſtor. 52. *Vitellio tres patris conſulatus, cenſuram, collegium Cæſaris, imponere jam pridem imperatoris dignationem, & auferre privati ſecuritatem.*

Inter ſepulchra monumenta ſunt] Hoc ex ſententia eorum, qui gaudebant vitiis in oratione, quæ ex captione verbi unius plura ſignificantis naſcuntur, ſingulare & adorandum fuit. (Paulo ante de his actum ex Controv. præced.) Videntur autem hæc in Controverſia aliqua eſſe dicta, ubi uſui erat oſtendere, nec monumenta, quæ manu ponuntur, nec quæ ingenio fiunt, & quaſi conſecrantur æternitati, tanti eſſe facienda, quanti æſtimantur vulgo. Nam & magno labore, qui ſæpe acceleret fatum, ea quæri, & citius, quam exiſtimetur, ſæpe deſtrui, intercidere. Addit ex improviſo: *Et ſepulchra monumenta ſunt.* Unde patet (cogitandum hoc relinquit,) quid de monumentis majores ſenſerint. Hæc in poſtremo orationis quaſi ἐπιφώνημα quoddam mirum in modum affecerunt auditores, quos reprehendendi hoc facto captabat Latro occaſionem. Quod conjicit Dalechampius, non metuo, ne quiſquam æquus hic præferat.

Pag. 259. Παράθη μήτερ. ἴθι, λαβοῦ τέκνον] Lego: Παραθεῖ μήτερ. ἴθι, λαβοῦ τέκνον. ταλαίπωρε, οὐχ ὁρᾷς; *Præter te fertur mater cæca, i, fili, eamque prehende. quid (malum) non vides?* Nam ταλαίπωρε hic ut ſæpius apud Græcos indignationis eſt. quomodo & τάλας. Callim. εἰς Δῆλον 88. Θήβη τίπτε τάλαινα τὸ αὐτίκα πότμον ἐλέγχεις. Pergo dein: κλαίει σοι. Ἐκρέματό σε. Εἰ μή, φησιν, οὐ τρέφεις, ἐπίμεινον, ἵνα μὴ θύῃς. *Tua cauſa fundit lacrymas. te prehenſum cupit, &, ſi non alis, inquit, mane, ne me occidas.* Nam niſi remaneas, tui deſiderio, & dum metuit, ne alligeris à piratis, extinguetur.

Καλανύζομαι σ' ἐπαιτοῦσα] *Te conſumam*, id eſt, graviſſimo ero dolori, *dum mendico.* Schottus, *dolebo te repetens.* Satis inepte. ut in Græcis plerumque.

Nec quibuſdam corruptum videbatur] Ven. *In quibuſdam.* Cov. & Vat. *Hoc quibuſdam.* Brug. & Aug. *Ad hoc quibuſdam.* Quare vel: *Hoc quibuſdam.* vel, *At hoc q.* legendum potius, quam vulgata lectio retinenda.

CONTROV. XX.

HAbebat procuratorem in domo ſpecioſum] Venet. Cov. Pal. *In domo ſpatioſa.* An hæc domus cauſa fuit, cur patrifamilias opus procuratore fuerit? ſi autem negotia dominorum curabant, cui rei ſervos frugi quandoque manumiſerunt. §. 5. Inſt. qui & ex quib. cauſ. man. In verbis Sepullii Baſſi huic procuratori nulla familia incertus pater objicitur.

Quis ferret te voluntariam teſtem in forum venientem] Hoc enim facto ſexus verecundiam egredereris. argumento §. 3. Inſt. de ſuſp. tut. item l. 1. §. 4. D. de poſtul. Nam alio non poſſe referri patet loco Taciti 2 Annal. 34. *Urgulaniæ potentia adeo nimia civitati erat, ut teſtis in cauſa quadam, quæ apud Senatum tractabatur, venire dedignaretur. miſſus eſt prætor, qui domi interrogaret, cum Virgines Veſtales in foro & judicio audiri, quotiens teſtimonium dicerent, vetus mos fuerit.*

Si qua eſt fides, deprehenſos à patre adulteros putavi] *Si qua fides*, id eſt, ſi quicquam mihi creditis, hoc credite. Martial.

Si qua fides, vulnus, quod feci, non dolet, inquit.
Sed tu quod facies, hoc mihi, Pæte dolet.

Similia etiam hoc ipſo in opere exempla,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

pla, & apud alios quamplurima notare licet. Controv. 21. *Si qua fides eſt, exhorrui, quaſi repoſitum eſſet edictum.* Controv. 27. *Si qua eſt fides, iratus filium extuli, quod me non ceciderat.* Quo magis Schottum miror, qui, Hoc, inquit, quiritantium formula, &c. Quid eſt aliena loqui ſi hoc non eſt?

Pag. 260. *Etiam infans pro patre loquitur*] Hoc lucem accipit ex jure civili, quo habetur & definitur infans qui minor eſt ſeptem annis. quod ſatis oſtenditur vulgo vel una l. 18. C. de jure delib.

Tamen me novercam habere noluerit] Igitur ſemigrare & injuriis novercalibus me ſeducere juſſit.

Quid, inquit, ante peccavi?] Lege: *Et, quid, inquit, ante peccavi?* Nempe hæc dicit præter illud: *Quo mihi lumen?*

Diſſimile eſt. memento enim de homicida quæri] Hæc bene habent, quod cenſuit Gronovius, nec quicquam mutandum. In parricidiis ſolet interrogari; *quid rei ante perdite, quid flagitioſe, quid impie fecerit?* Hæc, inquit, filius ad procuratorem, tuum non eſt in hoc allegare negocio. quod *diſſimile eſt. memento enim de homicida quæri.* Mihi iſta convenit oratio: *poteſt enim tyrocinium eſſe homicidium, parricidium non poteſt.* Adde, quæ dixit Albutius Silus.

Videmus adactum in præcordia gladium] Cum dicat hæc filius accuſans procuratorem cædis, ſatis intelligitur, de quo hic fiat mentio. Igitur patris non additum eſt nomen.

Pag. 261. *Ne cum matre illi, ne cum tutore queat convenire*] Suſpicor fuiſſe: *Si nec cum matre illi, nec cum t. q. c.* Hæc dicuntur, quaſi mater criminata ſit puerum hunc eſſe ingenii perverſi: nunquam ſibi cum eo conveniſſe: eum proin ſe projecturam & expulſuram domo. nec credere, facile tutorem reperturum. Valde tamen & Fabri *procuratore* blanditur. Adde fin. Controv.

Singuli ſe ſervi libertique offerebant] In tormenta & ad dicendum teſtimonium. de quibus aliqua Lipſius 2 Annal. Tacit. cap. 30. idem Tacit. 6 Annal. 47. Quintil. decl. 7.

Hominem occidere poſſem, patrem non poſſum] Non immutem Ven. Eraſm. & Pal. item Covar. lectionem. *Hominem occidere, ſed patrem non poſſem.*

Bonos habeo teſtes] Quaſi ad conſtitutum huc convenerunt vitia. Venet. poſt *patrem non poſſum* ſubjungit: *hominem occidere bonis habeo prætestes.* Similia in antiquis Faber, Schottus, Gruterus reperiſſe videntur. Igitur mihi perſuaſum eſt, amplius etiam peccatum eſſe, quam apparet. Iteratione eorundem vocabulorum maxime mutilantur ſæpe periodi. Id cum alias factum hoc in opere non ſemel oſtendi; tum hic meminiſſe utile erit. Ubi, vide, an dubites, num pro vero amplectendum ſit: *Hominem occidere, non patrem, bonos habere poteſt prætextus.* Vox *poteſt* periit principio vocis *p̃teſtes.* ita enim ſcribit Ven. Juſtin. 16. 1. *Quod facinus eo gravius omnibus viſum eſt, quod nullum maternæ fraudis veſtigium fuit. Quanquam in parricidio nulla ſatis juſta cauſa ad ſceleris patrocinia prætexi poteſt.*

Timet hunc in aliena poteſtate] Gronov. *Timeo.* quod non rejecerim. Mihi natum erat: *Timet, hunc, ne in aliena poteſtate ſit.* Ita agit, quaſi timeat, noverca, ne id dicat, & faciat hic puer, non quid ipſa, ſed quod alii velint. quod de puero timere ridiculum. Mox Ceſtius: *Non unum teſtem dabo, non corruptum, dabo multos, dabo etiam pueros.* Quare paulo ante in verbis ipſius hujus Rhetoris, indignabunda videtur nolle hunc nutrire. *Eſſe in poteſtate alicujus,* ſenſu quo expoſui, frequens apud Livium, & Ciceronem. Maxime non intellectum: *Timet hunc, ne ſit,* pro *Timet, ne hic ſit.* cauſam dubitationi & mutationi præbuiſſe videtur. Qui Plaut. Terent. optimoſque non ignorant, hoc optime dictum ſciunt. Gronovii notam vide 2 Livii c. 57.

Pag. 262. *Ne inſtrumento parricidii detegerem parricidium*] Etiam lumen reſpectu procuratoris factæque ab eo cædis paternæ *inſtrumentum parricidii* vocat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

vocat. Quam vocem latiſſime patere jam notiſſimum eſt. Nam & Numæ lex erat: *Quicunque liberum hominem ſciens morti duit, parricida eſto.*

Quamvis non minor ſit atrocitas facinoris, formido minor eſt] Quintilian. declam. 18. de inceſto commiſſo in matrem: *Facinus vero, cui (ſi fas eſt, ut illud humanæ mentis capiat audacia) circumdatur undique nox profunda, denſior caligo tenebrarum; quod nocentes ſuis quoque oculis vix fatentur, non ſervo, non creditur ancillæ.*

Cui parcam, non habeo] Eraſm. Ven. Pal. *tibi parcam, parricidium non habeo.* Unde malim, ne integra illa mutetur, hæc expungatur vox: *Tibi parcam? parricidium nunc habeo.* Id eſt, ſcio illud, illud deprehendi, intelligoque, quis commiſerit. Maxime de eo conſtat per iſtum fratrem meum quinquennem.

Quam facile privigno novercam occidere] Ven. Eraſm. Pal. alii: *& quam facile.* Copulam exturbatam à Rom. editione probat Schottus. ſed nulla juſta de cauſa. Conjectura Fabri non eſt neceſſaria.

Nihil leviter hæ manus faciunt] Quibus occiſus pater.

Utrum non habuit poteſtatem, &c.] Senſum in vulgatis jam oſtendit ſatis Gronovius. Sed Pal. & Ven. dein habent, item alii: *hui noli te occidere, non habui poteſtatem.* Hæc poſtrema tanquam repetita omiſit Rom. editio. inde prima mutilationis labes, quantum videtur. Mihi probabile imprimis, imo certum videtur, fuiſſe: *Utrum non habui voluntatem? atqui vulnerata es. hui! nolim te occidere, an non habui poteſtatem? atqui vulnerata es. Leviter,* &c.

Inde incipit, quo pervenire difficile eſt?] Quintilian. egregie declam. 17. *Scilicet capit natura rerum ut futurus parricida non præmiſerit notas? nullis ante ſit maximi ſceleris immanitas tumultuata flagitiis? & quandoque culeo, ſerpentibus, expianda feritas ſub placida mente primam pertulerit ætatem?* Etiam Declamat. 1. quaſi adſpiciens ad hujuſmodi verba: *Innocentia per gradus certos ab homine diſcedit, & ne in maximis trepidet audacia, diu vires in minoribus colligit. Nemo inde cœpit, quo incredibile eſt perveniſſe.*

Pag. 263. *Epilogum contexit defenſioni*] Ven. & Pal. *defenſione,* antique pro eodem. De epilogo vide Contr. præced.

Magis defendenti, quam accuſanti favent] Igitur Cicero divin. in Verr. ad init. multos demum poſt annos ſe teſtatur ad accuſandum deſcendere. Expreſſitque ipſe rationem 2 de Offic. *Duri enim hominis, vel potius vix hominis videtur, periculum capitis inferre multis. Id enim cum periculoſum ipſi eſt, tum etiam ſordidum ad famam, committere, ut accuſator nominetur.*

Ultima ſit pars] Lege: *Et ultima ſic ſit pars, quæ judicem faventem poſſit admittere.* quo judicum favore deinde in accuſatione ad condemnandum reum poterit uti. Eſt in his nova ratio, quare prius defendendum in hac Controv. quam accuſandum videatur.

Hoc non ſemper expedit] Oſtendit Seneca nec horum, nec iſtorum ordinem hanc Controverſiam declamandi ſibi placere. Quare mox lege: *Et in hac controverſia.* Ubi Arellii & Latronis ſententiam rejicit.

Noverca enim procuratori conjungitur] Quia dum ille accuſatur, hæc rapitur in crimen adulterii.

A filii parte utique aiebat, prius accuſandum] Lege: *aiebam.* Patet enim quod Seneca ſuam ſententiam ponat.

Quia unum debebat crimen defendere, duo objicere] Quare ſe defendens etiamſi abſolvitur, implicatus tamen eſt, & obnoxius oneri iſtorum criminum probandi. Quæ ſi prius intentet, ſuſpectos accuſatores ſuos poterit reddere. Quos etiam damnans jam & ipſe cædis erit abſolutus. Igitur melius erat, prius ut vires ſuas converteret ad accuſandum, illique audiendo judicum patientia ab initio ut uteretur.

Fuſcus. Ut diſtricta] Ita & Ven. Sed Cov. *Fuſcus ait. Diſtricta.* quod ſenſu eſt item commodo, ſed non perinde efficaci.

efficaci. Credo fuiſſe: *Fuſcus ait: Ut diſtr.* Quia poſtea hac aut ſimilia ratione poſuit. quod maxime convenit in principio. Mox: *Paſſienus ait. Varius Geminus dixit*, &c.

Tam leviter te vulneravit] Ven. *Sed leviter.* Cov. *ſic.* quod non mutandum; niſi velis in *ſiccine.*

Primus ibi ante omnes Muſa veſter] Ven. *Muſa videtur.* quo alludit Hed. cujus eſt: *vocetur.* Iſtud Ven. præfero, nec vulgatum damno, modo codicum auctoritate ſubnixum ſit. Maxime cum in præfat. ſit ultimæ Controverſ. *Muſa Rhetor, quem interdum ſoletis audire, licet Mela meus contrahat frontem, multum habuit ingenii, nihil cordis.* Unde apparet non diſplicuiſſe eum filiis Senecæ; imo alteri etiam egregie placuiſſe. Simul ſuſpiceris hinc, non eum fuiſſe illum Auguſti Medicum, qui Antonius Muſa dicebatur, contra quam vult Petreius: quem periiſſe naufragio vult Caſaub. ad Sueton. Octav. 59. de Artorio hoc ſcribit Euſebius in ann. 1989. lapſuſque memoria ſummus vir videtur. Sed hoc in tranſitu. Suſpiceris autem forte Senecam in animo habuiſſe Virgilianum 2 Æn. 40.

Primus ibi ante omnes magna comitante caterva
Laocoon ardens ſumma decurrit ab arce.

qui dein latus equi Trojani perfodit haſta.

Patrocinium putat eſſe, quod cauſſæ ſuæ ſanguinem miſit] Diſtinguo cum Gronovio & explico quoque. niſi quod putem præterea ſubtilitatem iſtam nimiam Rhetoris hoc quoque ſignificatu voluiſſe, dum colorem cauſæ ſuæ quærit, eam infirmaſſe. Ipſe enim hoc levi ex vulnere Rhetores argumentum paſſim petunt adverſus procuratorem. Infirmitas vero itidem à miſſione ſanguinis oritur.

Pag. 264. *Ex illa ſtultorum nota*] Id eſt, *ordine, claſſe.* Sen. epiſt. 52. *Quoſdam ait Epicurus ad veritatem ſine ullius adjutorio contendere, & quoſdam indigere ope aliena, non ituros, ſi nemo præceſſerit, ſed bene ſecuturos. Ex his Metrodorum ait eſſe. Egregium hoc quoque, ſed ſecundæ ſortis ingenium. Nos ex illa prima nota non ſumus; bene nobiſcum agitur, ſi in hanc ſecundam recipimur.* Paulo poſt ibidem, *color* ſenſu eodem. item ep. 75.

Cum illic vulnerata ponatur] Venet. Eraſm. Pal. *vulnera tanta ponantur.* Unde non fecerim, *vulnerata tantum*, cum edit. Frob. ſed *vulnerata tamen.*

Qui nec dicere res ineptas, nec ferre poterat] Dictum eopſe modo, quo in præfat. hujus libri: *Homo ſummæ probitatis, qui nec facere injuriam, nec pati ſciret.*

Similem illi referri in oratione dictam Montani Votieni] Quam Seneca non poſuit. Ex eadem oratione refert dein aliam.

Et hæc definitio, inquit, ridicula eſt] Nempe non tantum illud ridiculum, quod dixit: *Non vulneravit novercam, ſed viri ſui ſanguine aſperſit.*

Puta, nec ſi quadrimus puer, teſtis eſt] Hæc per ridiculum dicit, ad explicatius ponendum ante oculos, quod dixit Senianus, quam ſit abſurdum. Intellige, inquit, ſi quadrimus puer teſtis non erit; nec, ſi ſex annorum. At & iſtis & his annis idem, quod de quinquennio Senianus dixit, convenire poteſt. In aliis tamen annis non perinde id locum haberet; quod in iis conſtituti jam intelligant, necdum fingant. Lege autem pro *eſt*, *erit.*

Erat autem non æquus ipſi Montano. accuſaverat illum] Tacit. Agric. 42. *Proprium ingenii humani eſt odiſſe, quem læſeris.*

Et deridebat. Acre omnino & experrectum animal] Ven. Eraſm. Pal. Cov. *Deridebat hanc in omne & experim.* Frob. *hanc in oratione & exp.* ita & margine Eraſm. quod facile præferam vulgatæ lectioni, quippe nimium recedenti à litteris. Forte: *deridebat, ut hanc, in oratione etiam: Experrectum*, &c. Sine dubio vero hanc ſententiam deriſit Vinitius, quomodocunque legas: quod Schottus non videtur ſenſiſſe. Ut vero ſit ſimilis iſti Seniani, & eadem plane ratione ridenda, lege: *Experrectum eſt animal canis, utique catenarius,*

nihil paratius. Certe vix dubito, quin iſtud *nihil* exciderit.

Pag. 265. *Ut eodem die, quo accuſatus à Vinitio decertaverit*, &c.] Peſſime hæc depravata. Scribo: *Ut eodem die, quo accuſatus eſt à Vinicio, recitaverit in Vinicii actionem ſententias ſuas. Et referebat, quod eleganter in illum dixit Surdinus, eleganter illud dixiſſe Surdinum*, &c. Hic *referebat*, ut paulo ante *aiebat*, *venuſtiſſime adjiciebat*. Eruditiſſimum Fabrum & Schottum, hic omnia fefellerunt. Vide notam, quæ ſequitur.

Numquid putas illum alteram partem declamaſſe?] Sententias Senianus quibus uſus, cauſam dicens, erat, recitavit: quæ ita erant declamatoriæ, ut in foro appareret, quaſi in ludo egiſſe, ubi in multis Controverſiis pars altera declamatur, quæ plerumque eſt eorum, qui defendunt. Hoc notatum ſuo eleganti ſane dicto voluit Surdinus.

Exempla cum dixerunt] Ea dixerunt maxime cum declamarent Suaſorias. Unde ad Controverſias tranſibant. Dialogo de orat. cap. 35. Qua ratione eruditi non male Suaſorias, quanquam editas poſterius, præmiſerunt Controverſiis. Quod nihilo improbandum magis, quam Annalibus Taciti primum aſſignarunt locum, quanquam natis atque editis in lucem poſt Hiſtorias. Nempe non temporis tantum, quo ſcripti vel editi ſunt libri, ſed & rerum, quas præcipiunt continentve, habenda eſt ratio. Sed hæc ὡς ἐν παρόδῳ. Ceterum in Ven. Eraſ. Pal. aliis eſt, *exempla cum dixerunt volentes illa.* Quare mutanda diſtinctio, ut ſit: *Gravis Scholaſticos morbus invaſit, exempla cum dixerunt, volentes illa*, &c. Vulgata tamen non plane diſplicet.

Naturalia vocis impedimenta rupit] Ven. Frob. Aug. *corrupit.* quod pro inepto habeam cum Schotto, niſi pro *rupit* poteſt accipi. ut *conclamare, concurſare, conſeneſcere*, & ſimilia pro ſimplicibus.

Sententiam fieri] Quod Rhetor quiſque in Controv. dicit, id ſententiam vocat. Præfat. 1 Controv. *Aliquando etiam ſeriam rem agenti, & occupato, ſententia diu fruſtra quæſita intempeſtive moleſta eſt.* Præfat. 3 Controv. *Video, quid velitis, ſententias potius audire, quam jocos. Audite ſententias in hac ipſa controverſia dictas.*

Occidit, inquit, maritum; novercam læſit] Vox *maritum* ab affectu procuratoris, qui mariti occupare locum hac cæde volebat. *novercam* ab affectu privigni manat. quæ duriuſcula tamen ſunt.

Valde enim puero Ceſtius aiebat parcendum] In his *valde* affirmandi eſt particula, & idem, quod *ſine dubio.* ut ad fin. item Controv. 6. ſupra: *Aiebat enim Ceſtius, valde hanc fieri orbam, etiamſi non juraſſet.* Ubi vide, ſi tanti eſt.

Procurator natus es] Faber, *procuratore natus non es.* quod confirmat Covar. cod. Significat ex moribus cognoſci etiam, quod procuratoris hominis nefarii filius non ſit. Quippe cum ſit παιδίον εὐσεβὲς, ut mox appellat Euctemon. Κακοῦ κόρακος κακὸν ſolet eſſe ᾠόν.

Pag. 266. Μάταιον ἀδιαφόρημα] Lego: Οὐ μάταιον ἀδιαφορία. Negat ἀδιαφορία, hæc eorum eſt qui indifferentes ſunt, conjunctam eſſe ſolere falſitatem: minime hanc metuendam ab iis, qui nec odio, nec favore aguntur, ut pueri maxime iſtius ætatis. Scripſiſſe ἀδιαφόρημα videntur, qui nimis μάταιον cogitabant. Græcis vero non minus quam Latinis iſtiuſmodi placuerunt locutiones. Eſt enim hoc quale Virgilii: *Dulce ſatis humor.* item: *Varium & mutabile ſemper fœmina.*

Μητρυιᾷ χρῆσον ἔμπνουν μάρτυρα] Scribe, μαρτυρίαν. & ſenſus erit minime inelegans: *Perhibe novercæ vivum teſtimonium.* Illa non vivo nitebatur, dum ſe læſam criminatur, eratque diſtricta illi levi vulnere cutis. Malim deinde ut poſſint ſaltem intelligi verba: ὦ παιδίον εὐσεβὲς, ὦ παιδίον πλησίον τῆς μητρὸς, ὡς ὄλλυται πατὴρ *O puerule, ô puerule proxime matri tuæ cum extingueretur pater.* Ut miſerrime videris patrem cædi & ſolus hoc de negotio veriſſima nobis promere poſ-

ſis

ſis. Non autem meum eſt τὸ πλησίον, ſed antiquorum codicum. Male ſuppoſuerunt ἄξιον.

Facit, inquit, quod ſolet pro amatore, &c.] Mimicum eſt, quod ludit in voce *ſanguini.* quod & ad leve vulnus ipſius & ad filium accommodari poteſt. Vide de his ſententiis Contr. 18. paulo ante finem. Schotti expoſitio minus placet. Notaſſet aliter hanc ſententiam Seneca, ſi iſtius obſcœnitatis rea eſſet. Confer Controv. 2. fin.

Τοῦ μὲν ἰδίου μάρτυρος ἐφείσατο, &c.] Quia leviter ſauciaverat novercam, quam pro ſe ſciebat dicturam teſtimonium, dicit, teſti ſuo eum pepercisſe. Maſculino etiam complexus fœminam, quantum videtur, cum etiam ſexus virilis cum his conjuncta ſit mentio; alterum enim membrum eſt, τοῦ δ' ἐμοῦ καταπεφρόνηκεν. *meum teſtem neglexit, contemſit.* Nec enim per iſtiuſmodi puerulum exiſtimabat verum in apricum proferri & ſe convinci poſſe. Aridus hic declamator, cavit ſibi tamen à vitio Galli Vibii; cujus eſt: *puero pepercit, etiam hunc putabat ſuum.* Repete locum illique additum judicium Ceſtii.

Aridus & exſuccus declamator] Ven. Eraſm. Pal. Covar. *Aridus ſed & vetus declamator.* Ubi *vetus* poteſt poſitum accipi & defendi, quomodo apud Terent. Andr. prol. *qui malevoli Veteris poëtæ maledictis reſpondeat.* cujus gratia exolevit.

Οὐκ ἔστιν ἡμέτερος] Hæc ab indignatione profecta, & poteſt accipi, quod exturbaturus eum ſit domo. Vide quæ dixit Albutius Silus. ſed ſic ἔστω legendum. Vel potius iſtud tueamur & ſit confeſſio ipſius procuratoris, hunc puerulum legitime eſſe natum, ut interim non neget adulterium, imo fateatur, quod objiciebat filius & fama.

CONTROV. XXI.

Pag. 267. P*Ermiſit ſervis dominas ſuas rapere*] Hæc ſubſtituerunt & infulſerunt ex epitome, auctoritatem ſecuti editionis Romanæ. Venet. Eraſm. Vat. Pal. *Permiſit ſervis, ut domini interemptis, dominabus ſuis nubant.* Quæ damnaverunt barbarici Schottus & Gruterus. nec enim ita *nubere* putant reperiri. Quod oſtendit tamen Barthius 6 Adverſ. cap. 14. Quod de ſervis etiam magis toleres, quorum non intelliguntur matrimonia, nec domus eſt, quo ſponſas ex more deducant. Quod in civibus plerumque contra habet. Vide fin. eorum, quæ dixit Arellius.

Ille manumiſſo filiam junxit] Venet. *filiam collocavit.* Et patet iſtud item obtruſum ex centonibus. Infra in has Controv. Albutius Silus: *Propitius pater ita filiam ſuam collocavit, quemadmodum iratus tyrannus alienas.* ita ſæpius.

Pater noſter honeſtis parentibus natus] Hic *honeſti*, qui alicujus ſunt dignitatis. quare iis *tantum ingenuos* opponit, quorum nondum etiam in claſſe profiteri nomen ſervus hic poterat, ideoque dehoneſtamentum erat familiæ. Ut hic *honeſti* ita in Inſtit. de publ. jud. §. 4. *Pœnam autem eadem lex irrogat ſtupratoribus, ſi honeſti ſunt, publicationem partis dimidiæ bonorum: ſi humiles, corporis coërcitionem cum relegatione.* Nam de lege 7. C. de inceſt. nupt. quam Vinnius cum Hottomano producit ad interpretandum aliter, dici poſſe videtur, quod ea diverſi ſit generis, nec ſpecialem illius interpretationem ab imperatore factam ad alia continuo producendam. Certe enim & in l. 3. D. ad leg. Corn. de ſicar. honeſtiore loco poſiti dicuntur, qui in l. 2. eod. in *aliqua dignitate poſiti.* quibus ibidem humiliore loco poſiti & humiles oppoſiti. Et Suet. in Auguſt. c. 46. non aliter intelligi poteſt. Verba ſunt: *Ac necubi aut honeſtorum deficeret copia, aut multitudinis ſuboles, equeſtrem militiam petentes etiam ex commendatione publica cujuſque oppidi ordinabat,* &c. ad multiplicandam ſubolem pertinentia. De præcipuis etiam dignitatibus cogitavit Cicero, cum ſcripſit: *Cæſarem honeſtum eſſe cupio.* nempe & *honores* magiſtratus ſunt, un-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

de in jure, *jus honorarium*, quod ab iis eſt profectum, qui honores, id eſt, magiſtratus gerunt. Ut ſunt prætores, ædiles. Id enim non abſurde etiam dici poſſe exiſtimem. Si tamen hoc loco ſcripſiſſet Seneca, *niſi ſaltem ingenuus fuiſſet*. poſſent hæc eodem explicari modo, nulla ut differentia aut difficultas eſſet, quo mox iſta Ceſtii Pii: *Ergo tibi ſoror, ut honeſtos habeas liberos, adulterandum eſt?* id eſt, ingenuos, ingenuiſque natos. quomodo in d. l. 7. C. de inceſt. nupt. pro non honeſtis & abjectis perſonis habentur, *ancilla*, *ancillæ filia*, *liberta*, *libertæ filia*, *ſcenica*, *ſcenicæ filia*, &c. Ita intelligo locum Suetonii ead. vita cap. 43. *Poſtea nihil ſane, præterquam adoleſcentulum Lucium honeſte natum, exhibuit.* Infra in Contr. Arellius: *Cateræ honeſtos invenerunt, non ſervos.*

Egregium generum, cui nihil eſt glorioſius] Ven. *in quo nihil recte.*

Expectemus ſororias nuptias] Ut inter amicos interque ſolemnia votorum ſervus ſervator pudicitiæ ſororis manumittatur. Alluditur ad hunc morem paulo poſt: *Nuptiis ſuis manumiſſus eſt.* Adde Ceſtium in Colore.

Plus ſervo dominus permiſit, quam tyrannus] Cornelius Hiſpanus: *Melioris conditionis ſunt vitiatæ, quam virgo: illis mutare nuptias contigit.* Idem: *Nunc maritus eſt, qui ſub tyranno quoque nihil aliud potuit, quam raptor eſſe.*

O matrimonium omni adulterio turpius] Ex adulterio ſaltem honeſti poſſent haberi liberi. Vide paulo ante.

Pag. 268. *Etiamnum vivit tyrannus*] Venet. *Nobis etiam nunc vivit tyrannus.* quod retine.

Non vitiavit, inquit, cum liceret illi] Hæc verba ſunt patris pro ſervo, quia huic verecundia includit vocem.

Vel domina ex cubiculo ſuo, &c.] Lege, ut ſit Latinitas pura: *an vero domina.* De cellis ſervorum vide Caſaub. ad Suetonii Calig. c. 57. item Vitellio cap. 16.

Illis mutare nuptias contigit] Ven. & Pal. *Illis tamen mutare nuptias contigit.* quanquam nempe eſſent vitiatæ, quod tyrannide & vi eorum pudicitia erat contaminata: hæc vero vitiatur voluntate patris, nec facile dein conditionem reperiet: imo contra quam iſtis, huic non deſinit, ſed incipit connubium cum ſervo. Arellius: *Cetera honeſtos invenerunt, non ſervos: hæc talem habet, quales illæ in tyrannide habuerunt.* item: *O te ſoror, miſeram, quod iſta non ſub tyranno paſſa es! jam enim pati deſiſſes.* Loquitur de civitate, in qua pleræque ſtupratæ ponuntur tum virgines, tum uxores. Ita lectio Ven. & Pal. defendi poteſt, nec neceſſe erit, ut vel cum Grutero, vel Pinciano quicquam mutemus. Illius eſt: *Illis tandem m. n. c.* Hujus vero: *Illis contigit vitiari nuptiis.*

Ut tyrannum accuſare non poſſet] Magno dementiæ argumento. Ejus hæc periodus eſt generis, cujus illa apud Juſtin. qua indignatio tamen magis eſt expreſſa, lib. 8. 2. *Tantum facinus admiſiſſe ingenia omni doctrina exculta, pulcherrimis legibus inſtitutiſque formata, ut, quid poſt hac ſuccenſere jure barbaris poſſent, non haberent.*

Filiam meam virginem alteri ſervavit] Vox *virginem* non eſt in Venet. nullaque neceſſitate inſeritur. Forte tamen in aliis eſt codd.

Is qui dotalis deſtinatus erat, cuſtos relictus eſt] Lege: *nec cuſtos relictus eſt* ſorori, ſed ad dignitatem mariti provectus. Argentarius init. Controv. *Habe nunc illi honorem: fac dotalem. ſine dominam cuſtodiat.*

Quid de tyranno loquor?] Venet. Pal. Aug. Brug. *queror*, non *loquor*. Rectius certe, quod jam Schottus & Gruterus monuere. Malim tamen *querar?*

In filia tua coëgiſti] Veneta plenius: *Id in filia tua coëgiſti.* Infra: *hoc fecit, quod tyrannus non cogit, niſi cum iraſcitur.*

Pag. 269. *Tyrannum enim laudare debebat*] Qui permiſit tantum ſtupra, quod dixit paulo ante. idem expreſſum in themate. quare ſervus metuens ſibi malum, cum neceſſitatem excuſare non poſſet, non violavit illius filiam.

Tergum & caput ſuum deliciis præſentibus

tibus prætulit] In his *caput* etiam pro libertate poteſt accipi. nam cum civitatem, familiam, libertatem complectatur, de ſervis maxime libertatem dicit. Plaut. Moſtel. 1. 3. 142. *Triginta minas pro capite tuo dedi.* ubi male *caput* pro vita accipias. Eſt enim de Philematio ſermo Philolachetis, qui iſtam emptam manumiſit. In argumento: *manumiſit emptos ſuos amores Philolaches.* Nec refert, quod iſta poſita interpretatione *prætulit* ad diverſa diverſe refertur; nam & ad contraria ut idem pertineat verbum, non eſt mirum. de quo Berneggerus ad Juſtinum.

Si dicit, ſe timuiſſe tantum, laudabo, &c.] Diſtinguo: *Si dicit, ſe timuiſſe, tantum laudabo,* &c. non & ingenuam illi virginem jungam matrimonio, quod facit pater meus. Frugi ſervi officium in eo eſt ſitum, ut timeat heros. Peſſimi illi, *Qui hæc habent conſilia: ubi data occaſio eſt; rape, clepe, tene, harpaga, bibe, es, fuge.* nec illi tergo conſulunt, nec capiti.

Hanc illi etiam nunc optabo mentem] Ea enim & nobis & tibi expediet, cui viam munire poterit ad libertatem.

Ceteræ honeſtos invenerunt ſervos] Lego: *ceteræ honeſtos invenerunt, non ſervos.* ut *honeſti* & *ſervi* opponantur. Vide ſi tanti eſt, noſtra ad init. Controv. Satis intelligitur de maritis poſt extinctam tyrannidem inventis agi. quare verbis non expreſſit. ita in argumento Controv. 23. *Judicio victus vult ducere,* non addit, uxorem. In ipſa Controv. *Itaque nihil aliud petiit, quam libertatem, ut honeſtius duceret.* Suet. Auguſt. 63. *Nam tunc Agrippa alteram Marcellarum habebat, & ex ea liberos.* Terent. Phormion. 1. 5. *Verum ſi cognata eſt maxime, Non fuit neceſſe habere, ſed, id quod lex jubet, dotem daretis.* Lucianus dialog. Diog. & Hercul. Αὐτὸς μὲν γὰρ ὁ Ἡρακλῆς ἐν οὐρανῷ τοῖς θεοῖς σύνεστι, καὶ ἔχει καλλίσφυρον Ἥβην. Diogenes dein: σὺ μὲν εἶ ὁ Ἡρακλῆς τὸ δ' εἴδωλον γεγάμηκε τὴν Ἥβην παρὰ τοῖς θεοῖς. Interpres recte ne locum priorem cœperit, ambiguum eſt. De voce *invenire* hic Gronov. Controverſ. 23. *Virum, inquit, invenire non poterat.*

Iſte vero, ut dicis, injuriam tibi fecit, &c.] Quantum verba tua audio, damnum tibi dedit & malum, qui ita tarde ſe tuum generum geſſit, cumque filia tua rem habuit. Sciendum enim affinitatem, quam definiunt conjunctionem ratione nuptiarum, καθ' ἐξοχὴν dici neceſſitudinem inter ſocerum & generum. Terent. Andr. 1. 5. 12. *Nullon' ego Chremetis pacto affinitatem effugere potero?* id eſt, effugere, ne illi fiam gener, ne illius filiam ducam uxorem. Juſtin. 7. 3. *Sed Bubares ante bellum amore filiæ Amyntæ captus, omiſſo bello nuptias facit, depoſitiſque hoſtilibus animis in affinitatis jura ſuccedit.* Plaut. Aul. 2. 2. *Ea affinitatem hanc obſtinavit gratia.* id eſt, obſtinate quærit nuptias filiæ, & mihi ut gener fiat.

Habeamus generum, ſi poſſumus, parem: ſin minus &c.] Ven. Eraſm. Pal. Cov. *Habebimus.* Præterea Ven. & Covar. *Parem ſimilem: ſin minus.* Frob. uterque: *patri ſimilem.* Conjeci: *parem familiæ: ſin minus non erubeſcendum.* Ipſo initio magis placeret vulgatum, *habeamus.* Sed iſti tamen codd. videntur fidejubere, ſcriptum fuiſſe: *Non habebimus.* ut interrogative omnia legantur.

Pag. 270. *Putaſti autem te per tyrannum victurum*] Lego: *poſt tyrannum.* Supra: *Tyrannus poſt hoc* (edictum, quo permittebantur nuptiæ iſtæ cum ingenuis) *occiſus eſt.* Iſtiuſmodi propter nuptias permiſſas cæſus eſt tyrannus. te autem poſt illius hanc pœnam, te iſta impune facturum, nec capite luiturum ſupplicium putas? Particulam *per* pro *poſt* corruptam etiam apud Calpurn. Flacc. notavi declamat. 15. Faber tentabat: *Putaſti autem ſemper tyrannum victurum.* Atqui hæc potius erat oratio ad ſervos ſub tyranno inſolenter agentes. Infra in colore verbis Latronis ſervus: *Itaque cum videret, inquit, ſuffigi cruci ſervos, clamabat, Hoc ego futurum ſciebam.* Iſtud vero *victurum* male à *vinco* deducere Petreium jam recte obſervavit Schottus. Eodem ſenſu: *ſemper futurum patrem:* qui te

nunc tuetur. Notiſſimum eſt *fuit* pro *vixit*. Plaut. *Mortuus eſt, qui fuit. qui eſt, vivus eſt*. Idem: *quaſi ſolſtitialis herba, pauliſper fui*. Eandem elegantiam jam notarunt eruditi in illo Matth. 2. Ῥαχὴλ κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς καὶ οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι, ὅτι οὐκ εἰσί. Add. Sen. Troad. chor. 2.

Feliciſſimi videbuntur, quibus contigerit raptus tyrannus] Recte Faber: *feliciſſimæ*. Sed dein cum legit: *raptus tyranni*, à veri recta ratione aberrat. Ipſe etiam locus: *O te ſoror, miſeram, quod iſta non ſub tyranno paſſa es!* quo conjecturam ſuam ſtabilit, aliud poſtulat. firmatque hanc emendationem noſtram: *Feliciſſimæ videbuntur, quibus contigerit raptus tyrannicus*. Id eſt, raptus, cujus cauſa ſit tyrannus, quales fuere, qui ſub tyranno commiſſi. Ita Varius Geminus: *Nondum tyrannum occiſum puto: etiam nunc tyrannicas nuptias video*. Controv. 32. Fulvius Sparſus: *Filia ante limen paternum in cruore ſuo volutatur. quid exhorruiſtis? paterna ſatufactio eſt*. Vide thema iſtius Controv. Quintil. declam. 5. *Unde triſtes toleraret caſus, ferret ſordes vinculorum, piraticam famem juvenis, quem torquere ſolebat noſtra frugalitas?* Eſt autem iſta apud Senecam noſtrum indignantis ſervoque minantis fratris oratio.

Ita ſine dubio beneficium dedit, &c.] Interrogantis eſt oratio. ut Contr. 18. *Ita hoc ego judicio filii mortem moror?* Infra hac Controv. *Ita ſi malum auctorem habemus, gener noſter fugitivus eſt?* Utroque loco itidem interrogatio abeſt. Male. Similia in verbis Sepullii Baſſi: *Ita iſte dexteram ſororis meæ, niſi dum manumittitur, non contigit?* Controv. 24. *ita me putas libentius in cubiculo jacuiſſe?*

Illo tempore & aliæ virgines erant] Nunc mea ſoror ſola eſt virgo: quo meliores conditiones, ſive maritos, ſperare poterit. Forte ſcriptum fuit: *Illo tempore nec aliæ virgines deerant*. quia in Herv. & Frob. eſt, *ne aliæ*. in Covar. *met aliæ*. in Ven. *me aliæ*.

Servus ne tunc quidem facit, cum cogitur] Credas non ſatis ex argumento agere Varium Geminum. in quo permiſſio eſt, non coactio. Adde quæ dixit Arellius Fuſcus ſupra: Latro in Diviſione: *Et tyrannus permiſit dominam rapere, non coëgit*. Pro Vario facit, quod nec Seneca illius ſententiam reprehendit, & quod Albutius Silus contra dixit. Item Sabinus in colore: *Eum non contempſi generum, qui tyrannum contempſerat*. Eam ſententiam teſtatur valde exceptam eſſe. Sed poteſt accipi utrumque locum eo reſpicere, quod, quamvis alii ſervi ſeſe ſtudio & voluntati tyranni, quæ manifeſtabatur iſta permittendo, accommodaverint; hunc tamen non id feciſſe, quo contemnere tyrannum videbatur; illiuſque iram haud dubiam concitabat in ſe, ſi res emanaſſet.

Servis tuis paritura fratres] Oratio ad ſororem, quia illius miſeratur vicem. Plenum eſſet: *O ſoror, ſervis tuis paritura es fratres*. Verbum *es* inſertum velim.

Si ſub tyranno vitiata eſſet, haberemus] Gronov. excidiſſe putat *ſolatium*. & ſane commodiſſimum hoc addito ſenſum habes. Ipſe ex initio & reliquis vocis *haberemus*, conjeceram, *nihil laboraremus*. Dein velim etiam: *Hoc non tibi uni accidiſſet*. Nunc tua ſors egregie præter ceteras flenda eſt.

Pag. 271. *Hoc, quod objicio, qui in pluribus fecit, occiſus eſt*] Lege, ut ſenſus & ratio his ſua conſtet, *qui non in pluribus fecit*, quam in una. quod tuum ſine dubio peccatum agnoſcere debes. Libertate igitur indignus es, qui indignus es vita, imo dignus cruce, ubi periere, qui nihil plus te admiſerant ſcelerum.

Cujus me puderet, etiam ſi raptus eſſet] Sequentia cohærent, ipſaque hæc perſpicua ſunt, ſi emendes: *cujus minus puderet, etiam ſi raptus eſſet*. Sæpe raptus aliquid habent pudendi. Hic vero etiam ad eum reſpicitur, quo ſub tyranno à ſervis violatæ ſunt ingenuæ. Conſule, quæ ſubjicit Rhetor.

In eadem conditione, Judices, ſumus] Venet. Frob. & Covar. *in ea conditione*. quod ſolum probandum. aut ſi mutandum

tandum quicquam, tolerari poteſt, imo egregie commodum eſt, *In ea quidem conditione*, &c. In reliquis omiſſa negatio denſas pulcherrimæ ſententiæ tenebras infudit. Scribendum enim: *ut conſolari non debeamus ſororem, quod aut rapta non ſit, aut nupſerit.* ita jam, quæ ſequuntur, item perducta ſunt ad liquidum: quibus culpa omnis hujus calamitatis & dedecoris à ſervo tranſmovetur in dominum & patrem hujus filii, qui propterea non injuria dementiæ eum accuſare videbatur.

Ita iſte dexteram ſororis meæ, &c. *non contigit*] Adde interrogationem. Dolet illi nuptum dari ſororem ſuam, quia antea ſemper ſervus & indignus fuiſſet dexteram ſororis contingere.

Quo ne exilium fugimus] Ven. *in exilium.* Suſpiceris ceteroquin fuiſſe: *quo nec exilium fugimus.* Poſſunt eſſe tempora, quibus nec exilium, nec mortem fugiamus; & iſtud ſæpe hoc gravius eſt. Infra: *Exilium ergo quid fugimus?*

Accuſor: male collocaſti filiam] Eraſ. & Pal. confirmant lectionem hanc. ceteroquin quia in nonnullis eſt, ut & ipſa Veneta: *Accuſator.* Legerem: *Accuſato:* id eſt, accuſans dicito. Cujuſmodi de verbis actum ad Contr. 2. in colore.

Quid tibi videntur hi, qui abdicant filias ſuas? avari] Ex his ſenſum exſculpo nullum, qui quidem cum abſurditate aliqua non faciat mixturam. Et ſuſpicor verbum non ita uſu plebeio tritum ignotumque cauſam fuiſſe, quare hic locus male haberetur. olimque fuiſſe: *an fatuari?* Hac voce ita uſus eſt filius Seneca ludo de morte Claudii: verba ſunt: *tum Hercules: Audi me, inquit, tu & deſine fatuari: veniſti huc, ubi mures ferrum rodunt: Citius mihi verum, ne tibi alogias excutiam.* Ubi ſtultitia exprobratur Claudio: *quem mater Antonia portentum hominis dictitabat, nec abſolutum à natura, ſed inchoatum: ac ſi quem ſocordia argueret, ſtultiorem aiebat filio ſuo Claudio.* Sueton. Cogitandum vero hic etiam, qui dementes eſſent, abdicari minime potuiſſe: & abdicationis notam niſi à judicio ſani patris inuri non potuiſſe.

Pag. 272. *Nec dominum occidit, nec domino venenum dedit*] Inepta hæc ſunt, vitiataque ut plurima alia ab excerptis, in quibus eſt: *nec dominum occidit: nec venenum dedit.* Ven. vero: *nec adulterio dominam venum dedit.* Covar. *adulter domino venum dedit.* Veſtigia veræ lectionis, quam vides in Ven. Potuiſſet ſervus poſt propoſitum iſtud tyranni edictum, dominum occidere; potuiſſet, aufugiente domino, retinere dominam, & vel ipſe illam adulterare, vel acquieſcens conditioni filiæ herilis, dominam ſuam pretio tradere in matrimonium. Id vocat: *adulterio dominam venumdare.* Schotti judicium in hac emendatione nihil reformido.

Et tyrannus permiſit dominam rapere, non coëgit] Indiligenter hic fuit Schottus, qui infeliciſſimam Petreii notam, qua hunc locum ſollicitat, hic referendi & ponendi non detrectavit ſumere laborem. Suſpicatur ille legendum, *tyranno.* & explicat: tyranno jubente. Quid eſt infundere tenebras auctori, niſi hoc eſt? Ex themate potuiſſet hæc intelligere; cui convenienter iſta Latro dixit, ut & ſupra Arellius Fuſcus: *In filia tua coëgiſti, quod tyrannus tantum permiſerat.*

De hoc beneficio non eſt, quod laudes ſervum] Ven. & Cov. *Deinde hoc beneficium ejus, quod laudas ſervos.* Unde lego: *Deinde hoc beneficium ejus, quid laudas, nec ſervas?* Blandus ſupra: *Fecit etiam ſervo injuriam, cum detraxit abſtinentiæ gloriam.* Arellius Fuſcus: *Servo filiam dedit, innocentiam abſtulit.* Hac emendatione effectum eſt, ut egregie ſequentia appareant his connexa. Ut vero hic *ſervare*, ita *retinere beneficium*, Controv. 23. in verbis Ceſtii Pii.

Cum ad ſummam eſſet perducta rabiem] Ven. & Pal. non agnoſcunt *eſſet*, & poſſit levi mutatione tamen eſſe ſenſus integer, ut ſi ſcribas: *Et adventare jam tempus ultimum tyrannidis videbatur.*

batur, tum ad ſummam perducta rabiem, quæ, &c. Præfat. ult. Controv. *Omnia uſque ad ultimum tumorem perducta, ut non extra ſanitatem, ſed extra naturam eſſent.*

Nec adhuc injuriæ idonea] Petron. *Nec Gytona puerum verecundiſſimum ſufficere huic petulantiæ affirmavi, nec puellam ejus ætatis eſſe, ut muliebris patientiæ legem poſſet accipere.*

Fortaſſis amicam habebat. hac delectatus abſtinuit] Cum nec in Ven. nec in Frob. nec Pal. vox *abſtinuit* reperiatur, non ſim difficilis illi omittendæ. ſcribamque: *hac delectatus eſt.* Forſan dein: *Etiam quidam virginum concubitum refugiunt.* Certe vulgatum *nam* incommodum eſt.

Malam fortunam timuit] Terent. *feres infortunium.* Plaut. *macto te infortunio.* & ſunt minantium. Iidem, quod hic *mala fortuna*, *malum* appellant, & eſt ſervilis pœna. quod jam olim notarunt alii, & ludit in eo facetiſſime Plaut. Amphyt. prolog. verſ. 24. & ſeqq. Atque iſta voce cum ſervis minari conſueſſent, inde indignatio exercitus adverſus Poſthumium Imp. referente Liv. 4. 49. Hiſtoria ſatis nota eſt.

Quæ valde circumlata eſt] Contr. 25. *Illud quod tanquam Latronis circumfertur, non eſſe Latronis pro teſtimonio dico.* Controv. 30. *Summa hominum admiratione circumferebantur quædam ſententiæ Latronis.* Quintil. 4. Inſt. cap. *circumlatam orationem*, pro vulgari, uſuque plebeio trita dixit. Verba ſunt: *nec argumentis autem, nec locis, nec narrationi ſimilis eſſe in procœmio debet oratio, neque tamen deducta ſemper, atque circumlata, ſed ſæpe ſimplici, atque illaboratæ ſimilis, nec verbis vultuque nimia promittens.* Male enim *circulata* emendat Paſſeratius. Male etiam Turnebus *circumlatam orationem* explicat *periodicam*, quæ certo verborum circuitu & numero comprehenditur. In quo cum fugeret eum ratio, etiam in dubium vocare cœpit, *deducta oratio* iſtic pro exili ac tenui eſſet accipienda: ut apud Virgilium: *deductum carmen.* an vero pro oratione ſuis membris diviſa. Iſta ſola vera eſt interpretatio.

In exilium ergo quid fugimus] Venet. Pal. alii antiqui: *Ut exilium.* Eraſ. *in* omittit. Romana mutavit antiquam lectionem, & *in exilium* dedit. Sed cum ita conſenſu antiqui *ut* exhibeant, malim credere, in fine periodi antecedentis *tu* fuiſſe, quod vitiatum his adhæſerit. ut ſcripſerit Seneca: *Ad hoc, pater, ab exilio, redibas tu?* Exilium ergo quid fugimus? nec in eo duravimus potius, ne hæc videremus. nam & iſta cauſa illud nobis conſciveramus. Supra: *Miſerrimum diem egiſſe memini, quo nec exilium fugimus. Inter hos dies ſororis nuptias numero.* Ven. hic *rediebas.* unde ſuſpiceris: *redieras.*

Pag. 273. *Mentem eſſe concuſſam*] Etiam Claudianus initio raptus Proſerpinæ: *Mens concuſſa.* Sed illic *favore correpta*; hic pro labefactata atque infirmata potius accepero. Ut Tacit. 12 Ann. init. *Cæde Meſſallinæ convulſa principis domus.* Alibi in his Controv. *excuſſa mens.* Quædam concutiendo labefactantur, ac vacillare incipiunt, tanquam arbores. Terent. etiam: *omnes dentes labefecit mihi.*

Sic contaminare dominam ſuam] Diſtingue: *Varius Geminus dixit de abſtinentia ſic: Contaminare,* &c. Ita Controv. 1. *Ex altera parte tranſiit à procœmio in narrationem Gallio; & ipſe per ſententiam ſic: Quidni filiam,* &c.

Sed ingenuam. Reſpondeam: Sed Cato] Utrum hoc tuemur, an malumus: *Sed ingenuam, reſpondes. Reſponde etiam: Sed Cato.* Jam plurima memini loca reſtituiſſe, ubi iterata vox interciderat. Lege dein quoque: *Plus intereſt inter me & Catonem, quam inter libertum & colonum.* Senſum jam apparet hunc eſſe: Tu objicis, quod jungam mihi affinitate libertum: Atqui nec Cato affinitatem coloni dedignatus. Hic ingenuus eſt. Nihil nego: ſed cogita, quanto & Cato me major ſit. Colonos autem liberos fuiſſe patet ex Columella lib. 1. de R. R. cap. 7. & 8. ipſis initiis. Apparet autem plane diverſum tradere Plutarchum, qui refert

ſcribæ

ſcribæ clientis ſui filiam in matrimonium Catonem recepiſſe: & ſcribæ libertini erant generis.

Quod habeo diva illa fide] Faber hunc locum depoſuit. Schottus conjectare cœperat ex junctis ſequentibus, quantum videtur: *fidele factum.* ſed inſpecto Covarruv. codice, & notata interpunctione diverſa, iſtud rejeciſſe ſe inventum fatetur. Gronov. vult ut ſcribamus: *quod habeo cum invidia.* ſenſu ſatis commodo. Malim tamen: *quod non abero (dii!) ab illa fide.* quia in Venet. & Pal. reperi, *quod ab eo diva i. f.* In Covarr. etiam *Diva* majuſcula expreſſum eſt, niſi me Schottus aut librarii fallunt. De exclamationibus iſtiuſcemodi vide Scaligerum ad Catulli carmen 1. Controv. ult. *quale illud, dii! ſpectaculum fuit.* In antecedentibus etiam velim: *habebo.* Poſſis hic etiam: *quod non abero diu ab illa.* Amori inter abſentiam chariſſimorum etiam breve tempus longiſſimum videtur. Sed prius præferam.

Pag. 274. *Et ſciveram, inquit, facere, cui collocarem*] Gruterus non dubito, quin quantum ſenſum attinet, vera viderit, dum legit: *Haud fuerat, inquit, facile, cui collocarem.* Veſtigia vett. codd. propius accedit: *nec ſciveram, inquit, f. c. c.* Illud *ſciveram*, unde in vulgata manaverit, non mihi conſtat, ſed facillime in *fueram* corrumpatur.

Hanc ita vincens invidiam eram] Lege, ut aliquis ſit ſenſus: *Hanc ita, non vincens invidiam, dederam.* Plenum, dederam uxorem, vel nuptum. Simile ſupra: *Ceteræ honeſtos invenerunt, non ſervos: hæc talem habet, quales illæ in tyrannide habuerunt.* nec *hanc* diverſimode repetitum quemquam turbet: etiam Controv. ſeq. in verbis Junii Gallionis: *De hoc utrum volet, dicat: amicus, inimicus eſt. Hunc indicavit & aurum.* Ita enim locum illum reſtitui. Iſta tamen *hoc* & *hunc* de diverſis poſita non ſunt ab emendatione mea; ſed abſque illa eodem ſenſu reperiuntur.

Pag. 275. *Objicit fortunam liberorum meorum*] Quod eam optatiſſimam prodiderim & afflixerim. De quo reſpondet.

Quaſi publici mali ſegregem exprobratorem] Lege: *ſegregem & exprobratorem.* Quod erat publici mali expers, eo invidia & odio adverſus eum ferebantur. Inde porro, ut omnia in crimen trahere invidia & odium ſolent, cum viderent, aut cogitarent eum tanquam exprobratorem dedecoris & ſtupri filiarum familiarumque, deteſtabantur. Ab eadem ratione Sulpitius Severus dixit: *Semper inimica virtutibus vitia ſunt, & optimi quique ab improbis quaſi exprobrantes aſpiciuntur.*

Fortuna mea publicæ partis] Lege mutatione minima: *Fortuna mea publicæ par ſit.* Tu me prohibe (quod me accuſando, quantum in te eſt, facis) quominus fortuna mea par ſit publicæ; cum jam invidiam non ſuſtineamus, illiuſque machinationes non metuamus.

Pag. 276. *Qui volens vel condemnavit*] Intelligit Voleſum Meſſallam, qui Procos. Aſiæ ſub Auguſto damnatus eſt. Tacit. 3 Ann. & Seneca filius de Ira, lib. 2. Hæc Lipſius, quæ perplacent. Illud tantum conſiderandum propono, num ubi deſinunt veſtigia vocis Voleſum, aliud præterea reſtet, & lateat eruendum. Certe ſi *ſ* inſeratur voci *valens* poſt *e. Voleſum* jam ſatis apparet. Quid vero fiet reliquis? Dicam quod vidi: *exilem* ſuſpicor fuiſſe. *Exulem* vocat, quia adhuc in exilio ſuperſtes agebat. Certe filius Seneca 2 de Ira cap. 5. *Voleſus nuper ſub divo Auguſto proconſul Aſiæ.* Exilio autem damnatum fuiſſe Voleſum, teſtis Tacit. 3 Ann. 68. & fuit ſine dubio lege repetundarum poſtulatus. Vide Senecam in libro & cap. citato. & confer legem 7. §. 3. D. de repetund. ex qua illud ſimul intelliges, repetundarum reos plerumque exilio eſſe punitos. Illud certiſſimum pro *condemnavit* non eſſe ſcribendum *accuſavit.* Nihil hoc imperitius excogitari poteſt. Et mirum eſt J. U. D. ſi in auctoribus, quibus hoc frequens, non reperit, ubi *damnare* & *condemnare* accuſator dicatur; nun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

nunquam ſaltem in ſuo jure id obſervaſſe. Ne otio abutar, paucis agam, ſuadeboque, ut inſpiciat l. 2. princ. ad leg. Jul. de adult. & l. 2. D. de adminiſtr. tut. Ita diſcat, quæ nemo litteratorum ignorat. Ut gratificer ei, addat declamat. Quintiliani 313. & Valer. Max. 4. 2. 6. Poſtea vidi, quod ad initium Controv. 23. ipſe utatur.

Solebat tamen tam honeſte declamare] Id eſt, bene, laudabiliter, non corrupte, neque inſane. Petron. *Grandis, & ut ita dicam, pudica oratio, non eſt maculoſa, ſed naturali pulchritudine exurgit.* Controv. 17. *Honeſte dixit, cum hunc locum tractaret, Varius Geminus.* Ita *honeſtiſſime* locutum eſſe Cæſarem, vere dixeris, quod patet ex teſtimoniis locupletiſſimorum auctorum, ipſiusque ſcriptis. Adi Sueton. illius in vita cap. 55. & 56. in quibus ſunt, quæ hunc locum illuſtrare poſſint.

Non minus idoneum eſſe, ſed minus familiarem] Quintilian. declamat. 313. *familiaris ſacris animus.* Declam. 377. *Ceſſant enim familiaria adoleſcentiæ crimina.* Ubi *familiaris* eſt aſſuetus, ſolitus. Arnob. 2. adverſ. gentes: *Fiet enim familiaris è more conſuetudo in naturam verſa.*

Cum L. Lamiæ filio declamaret] Ita Controv. 12. *Latro ſuaſoriam Theodoro declamavit.* & Suaſ. 2. *Corvus ſummo illi* (ita edunt) *qui Judæos ſubegerat.*

Ὁ δὲ δοῦλος ἑαυτοῦ] Qui frugi fuerat, nequam factus eſt. Vide Latronem initio coloris.

Multi ſententiam trahere tentaverunt] Noſtro Belgico ſermoni reſpondentia, & quidem ſingulari ratione, obſerves in verbo *trahere*. Ut hoc loco. Juſtin. 2. 7. *Tanto temperamento inter plebem ſenatumque egit,* &c. *ut ab utriſque parem gratiam traheret.* lib. 12. cap. 4. *Si quorum patres occidiſſent, nihilominus pupillo ſtipendia patrum trahebant.* Liv. lib. 2. cap. 57. *Dum tribuni conſuleſque ad ſe quiſque omnia trahant, nihil relictum eſſe in medio.* Controv. etiam ſeq. in Diviſ. *& quæſtionum numerum minuebat, & locos nunquam attrahebat.*

Gener noſter fugitivus eſt?] Quærat quis, qui *noſter* hic ſenſum habere poſſit. Sciendum igitur etiam *generum* quandoque ſororis maritum dici. Juſtinus ita uſus eſt voce *gener* lib. 18. cap. 4. Ubi conſule notas Berneggeri.

Pag. 277. *Gratulor vobis poſteri*] Cum addat, *patrem fugitivum non habebitis,* patet poſterorum nomine filios intelligi. Igitur aliqua rationis ſpecie uſus eſt Caligula cap. 38. apud Sueton. ubi *Negabat jure civitatem Romanam uſurpare eos, quorum majores ſibi poſteriſque eam impetraſſent, niſi filii eſſent.*

Quod in hac controv. o. decl. mentis ſuæ fuerint] Id eſt, non dixerint inſana, quod factum ab iis, quorum ſubjungit ſententias. Igitur bene antiqui: *mentis ſuæ fuerint: Non fuerunt Nepos Mamilius.* Scribe vero etiam dein ſenſu & verbis id flagitantibus: *Nec nepos Licinius, qui illi non ceſſit.*

Sub illa ſubſellia tranſite ſervi] Eo reſpicit, quod actores & rei, quique cum iis facerent, ut advocati, amici, teſtes, ſua ſibi ſubſellia habuerunt in judiciis. Huc pertinet, quod fuit in Controv. 19. de Calvo: *Solebat præterea excedere ſubſellia ſua, & impetu elatus uſque in adverſariorum partes tranſcurrere.* Controv. 27. *Gaudeo in ſubſelliis iſtius eſſe patrem.* Controv. 31. *Tranſibo in ſubſellia tua, complectar invitum.* Quintil. declam. 377. *Plus fortaſſe, quam putatis, judices, pollicebor, non quemlibet ex illis ſubſelliis, ſed accuſatorem ipſum laudatorem dabo.* Apud eundem reperies loca huc facientia 331, 338. Cicero pro Rabirio Poſt. *Dixerunt hic modo nobiſcum ad hæc ſubſellia.* De his minor erit difficultas. Sed quid vult ſibi, *Sub illa ſubſellia tranſite.* Valde mihi eſt perſuaſum dixiſſe Rhetorem: *Subito in illa ſubſellia tranſite ſervi, tranſite liberti.* Voſque patri & illius cauſæ jungite. Nam arctiſſima jam cum eo vobis neceſſitudo intercedit. quare addit: *empta cognatio.* Ubi cognatio de conjunctione per nuptias ſive affinitate etiam ponitur. Ita apud Juſtin. obſerves lib. 7. cap. 6. ad init. ubi diverſo ſenſu intelligi non poteſt. quod intelliges, ſi conferas præcedentis capitis finem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

finem. Pari ratione l. 28. c. 1. *Eique habenti uxorem Antiochi regis Syriæ ſororem, filiam ſuam Ptiam in matrimonium tradit: ut auxilium, quod miſericordia non poterat, jure cognationis obtineret.* Maxime vero in iſtis Rhetoris inſanum videtur, quod dum in exaggerationem animo nimis eſt intentus, etiam ſervos in judicium & ſubſellia deducit, quos ut orarent cauſas, leges noluerunt: nec teſtimonii dictio, denique nullus his in judiciis locus erat. Illud quoque maculoſum & turgidum, *empta cognatio.* Maxime id judicabis, ſi ea quæ præcedunt, his legendo jungas, eaque inter ſe compares.

Audio ſic naſci ſervos] Illud *audio* eſt ab editione Rom. Ven. vero Eraſ. Pal. Cov. *Habeo ſic.* Unde ſuſpicor, aliter reſtituendum hunc locum. Leve nimis eſt, & languidum, *audio.* Corruptum & inſanum erit, quale judicat fuiſſe Seneca: *Certum habeo ſic naſci tyrannos.* Ex nuptiis ingenuarum coactis naſci ait ſine dubio, qui libertatem opprimant. Quod præceſſit, *partum tuum*, facile ſimilitudine litterarum & ſoni exitio voci *certum* potuit fuiſſe.

CONTROV. XXII.

BEllum commiſit cum hoſte] *Bellum* pro prælio ponit, ut Juſtinus lib. 9. cap. 4. *bello conſumptorum corpora ſepulturæ reddidit.* Quod minus duriter accidet ad aures, ſi cogitemus, quod hoc prælio bellum potuerit fuiſſe *commiſſum.* id eſt, inceptum. Florus eleganter 2. 15. *Atque ſi quis trium temporum momenta conſideret, primo commiſſum bellum, profligatum ſecundo, tertio vero confectum eſt.* Varro Endymionibus: *Dominus maturo ovo cœnam committit.* Notabiliter vero etiam *committere* dicitur, qui cauſa eſt, cur aliquid inchoëtur: ita *ludos*, *naumachiam committere* Sueton. unde etiam intelligendum, quid ſit *commiſſio ludorum*, Auguſt. cap. 43. Igitur huic voci id accidit, quod in *damnare*, *condemnare* verbulo notavimus; quia ſunt notiſſima.

Dixit, ſero ſe aurum ad redemptionem tuliſſe, &c.] Multis partibus malim ut eſt in Ven. *Dixit filium ſuum cruci fixum eſſe, & ſe* (ut nunc facerent legati) *aurum ad redemptionem tuliſſe. illi pervenerunt ad cruci fixum imperatorem*, &c. Vulgata vix credere poſſum à Ms. alicujus fidei manaſſe.

Pag. 278. *Imperator crucem tulit, proditor pretium*] Juvenalis:

Ille crucem ſceleris pretium tulit, hic diadema.

Ceterum iſtud acumen & lectio ab ingenio illius forte eſt, qui excerpta conſarcinavit. Non eſt dubium certe, quin ex excerptis, quaſi in ſupplementum pleraque venerint. Nam in Ven. Froben. Cov. tantum eſt: *impetratur pretium.* Quod cum non videret iſte ſutor, quomodo commode accipi poſſet, aut reſtitui, iſtud proprio artificio factum nobis obtruſerit. Senſum habuiſſet: *interpretamur pretium.* Examinamus & diſquirimus, utrum hoc documentum pietatis ſit, qua redimere voluerit filium, an proditionis merces & argumentum certiſſimum. cum alia non deſint, unde convinci poſſit. ut ea, quæ dicentur. Ut ita *interptetari pretium* accipiatur, ut *interpretari monſtra* apud Ciceronem. Eſt autem hæc oratio, ubi indignatio ſupprimit interrogationem.

Cum etiam imperatores capiantur] Venet. *capiuntur.*

Omnes in curia fuerunt, præter competitorem] Ven. *in curiam.* quod non damnandum temere, cum apud locupletiſſimos linguæ Latinæ auctores quam plurima ſimilia occurrant. Apparet vero, cum pater jactaret ſe profectum ad filium redimendum, id ipſum in crimen rapi, eumque accuſari, quod abfuerit, ne audire cogeretur, cum deliberatur & decernitur publice de redemptione filii.

Unde tam graves paterni ſinus?] Poëta: *Quo condat pretium, non habet ille ſinum.* Tacit. 3 Annal. 19. *opes Cremonenſium in ſinu præfectorum fore.* Vide Lipſ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Lipſ. ad 2 Hiſtor. cap. 92. Porro ad iſta Rhetoris facit Tacit. 2 Annal. 75. *Aſcendit claſſem Agrippina cum cineribus Germanici & liberis; miſerantibus cunctis, quod fœmina nobilitate princeps, pulcherrimo modo matrimonio inter venerantes gratanteſque adſpici ſolita, nunc feralis reliquias ſinu ferret.*

Expectat videlicet judicia veſtra reus, &c.] Ciceronis eſt 1 in Catil. *quid expectas auctoritatem loquentium, quorum voluntatem taciturum perſpicis?* item: *vocis expectas contumeliam, cum ſis graviſſimo judicio taciturnitatis oppreſſus?*

Non tu ſemel apud hoſtem fuiſti] Confer, quæ dixit Hiſpo Romanus in colore.

Non audet nominare te tanquam patrem] Id eſt, non impetrat à ſe, ut te nominet patrem. Igitur *cavete proditionem* tantum dixit. De voce *audere* jam dictum initio præfat. hujus libri.

Iterum vobis inter patrem & filium jud. e.] Ven. *inter vos patrem & filium.* Quare lego: *Iterum nobis inter vos patrem & filium judicandum eſt?* Scis, quis nobis probatus magis ſit. quare & illud ſatis perſpicis, quid de te ſentiamus; & quam ſententiam laturi ſimus.

Aurum ferebant, pater afferebat] Gronov. putat *referebat*, vel *auferebat* eſſe ſcribendum. Poſterius eſt in Ven. item aliis.

Sero imperatorem noſtrum convenerunt] Non ſero imperatorem convenerunt, ſed hoſtem, unde erat redimendus. Quare velim: *nec ſero.* ut de hoc quoque contradicatur patri: cum ex filio certe proditionem ſtrui reip. & paratam eſſe, intelligere potuerint, cujus ſuſpicio neminem, niſi patrem nunc reſpiceret. Ita, quæ ſubjiciuntur, pulchre his jungentur.

Num illi quaſi & ipſe affixus haſiſti] An *illi* antiquum pro *illic* accipimus, an *illic* reſcribimus, ut eſt in excerptis?

Pag. 279. *Quemadmodum enim iſte accuſationem vindicavit*] Accuſationem vocat filii petitionem, qua ſatis ſignificabat, ſi cives illius intelligere ſilentium ſciſſent, patri non eſſe credendam remp. quod hoſtili adverſus illam animo eſſet. Nam hæc illi cauſa erat, cur patri non cederet: cum aliter facere pietas in patriam non permitteret. Vide, quæ paulo ante hic ipſe Rhetor dixit. Unde apparet Gronovii emendationem, qua *accuſatorem* vellet, non eſſe neceſſariam.

De hoc utrum volet, dicat. inimicus eſt. hunc indicavit. Aurum tantum habuerat, &c.] Ven. & Froben. *vindicavit. Utrum tantum hauri erat.* Ead. Cov. Brug. Auguſtod. niſi quod *auti erat* habent. In primis vero illis, cum ſit, *utrum volet, dicat*, apparet duo diverſa ſubjuncta fuiſſe: nunc unum tantum reliquum reſtat. alterum facile excidit, quod illi cognatum & ſono proximum eſt. Quæ qui conſideret, non damnabit me audaciæ & temeritatis, ſi reſcribendum cenſeam: *De hoc utrum volet, dicat: amicus, inimicus eſt. Hunc indicavit, & aurum. Tantum auri erat, ut appareret,* &c.

Tantum ſuſpectus erat, &c.] Lege: *in tantum ſuſpectus non erat.* quo magis majore obligavit nos beneficio imperator, dum monet, Caveamus proditionem. Petreius & Schottus iſti parti medicinam faciunt, quæ non eſt affecta. Confer ſubjecta his. & quanti ſit hæc emendatio noſtra intelliges. Ut autem hic *in tantum*, ita Controverſ. præced. *in quantum. Hoc colore uſus eſt, ut in quantum poſſet, dignitatem ſuam deſtrueret.*

Proditorem cavete] Ven. Frob. Pal. Cov. *Proditionem caviſtis.* Igitur verum eſt: *Proditionem non caviſtis.* Nunc moniti ab imperatore cruci fixi, cavetis. Atque his ratio eorum, quæ præcedunt, quomodo ea emendata dedimus, continetur.

Cui diceret: Cave proditorem] Antiqui: *Cave proditionem.* Malim vero hæc interrogative legi, quo magis prematur pater. Sive enim affirmet, ſive neget, in anguſtias redigitur. Nam ſi dixit filius, peſſime pater eſt meritus de rep. qui hoc illi periculum occultum habuerit. Si non dixit, apparet, quale

quale ipſius filii de patre fuerit judicium; qui jam morti proximus (quo omnia hæc conſilia manſiſſent occulta & periſſet de improviſo oppreſſa patria) verbum tamen facere de ſumma reip. cum illo noluerit.

Ab accuſatore & occupato, & verecundo] Hæc reſpiciunt ad tempus illud, quo imperium petiit filius & prenſare debuit; eoque occupatus fuit. Quare nihil mutem cum Gronovio. Facit huc illud Junii Gallionis: *Candidatus proceſſit contra patrem: ſi ſilentium ejus intelligere ſciſſetis; & tunc vobis verecunde indicaverat.* (inde hic: *rem intelligite*) item: *quod poſſum tibi majus crimen objicere? Filius tibi tuus credi remp. noluit.* Hanc petitionem filii deinde & accuſationem appellat. Varius vero Geminus hic loci dein adſpectans ea, quæ dixerat in cruce filius, hæc habet: *Crimina audiſtis. quæritis ante acta vitæ crimina?* Frequentiſſimum eſt Rhetoribus, ut deſultorie agant. Vel id vide, quod eſt initium verborum Latronis, qui Varium hunc Geminum excipit.

Rem intelligite] Venet. Eraſm. Pal. Cov. *Reum intelligite.* Non male. Contra Terent. *me ignoras Clinia,* id eſt, non noſti. *Reus* oppoſite in iſtis ad *accuſatorem.* de quo præcedit.

Nec filius loqui proditorem] Venet. *pro proditore.* Pal. *pro proditorem.* unde Gruterus: *proloqui prod.* Malim: *nec filius loqui porro proditorem.*

Itaque non pervenit uſque ad crucem] Ven. *itaque jam.* ita & edd. aliæ. lego: *Utique jam pervenietis uſque ad crucem.* Proximi eſtis loco, ubi pater potuit derelinquere filium in cruciatibus ſupplicii graviſſimi verſantem. Sed hoc quantulum eſt itineris, mallet à vobis non confici pater, ne ſcelera ipſius proferantur in apricum.

Pag. 280. *Si quid de proditore legati*] Quos, cum proximi eſſent loco, ubi ſuffixus erat filius imperator, ne non hoſtibus pro auro, quod ferebat, mercede proditoris referret gratiam, atque operam, quantum in ſe fuit, avertit.

Tanti & imperatorem & parricidium vendidi] Hæc optime habent, minimeque ſunt ſollicitanda: tantum præcedentia ſine interrogationis ſigno poſita lege & intellige. Si quis emere id vellet, ut filium pater ſpectaret in cruce, filius patrem de cruce; nullo ad id pretio patrem inducere poſſet, qui quidem patris nomen tueri, imo hominis poſſet. Eodem id eſt nullo pretio ſe ait corruptum ad ea cœptanda, quorum agebatur reus. Simplex eſt: nuſquam iſta ſe cogitaſſe aut molitum eſſe. In iis, quæ præcedunt *vendo,* intellige vendere volo. ut in l. 14. §. 2. de legat. 3. *Si redimere non poſſit, quod dominus non vendat; vel immodico pretio vendat.*

Gratulabantur omnes repulſo magis, quam deſignato] Tanquam patri imperatoris mihi gratulabantur, cum intelligerent, iſtum filii honorem, me in præcipua felicitatis parte ponere. Oſtendit male ſibi objici, quod triſtior fuiſſet, cum renuntiatus eſt filius imperator, quam cum captus. Vide Albutium Silum initio Controv. Gratulantes vero ſimul meam aucupabantur, & nimis quidem enixe, gratiam, cujus opera & beneficio inſinuare in filii gratiam poſſent. Interim mihi concitaverunt invidiam, qua nunc accuſor. Huc pertinent illa: *Nimis ambitioſe. Nunc pœnitet.* Notum eſt *ambitionem,* unde iſtud *ambitioſe,* etiam dici ſtudium alicujus ſibi favorem adjungendi. Notabiliter vero Juſtino ipſo in limine *ambitio popularis* cum populi quæritur favor. quomodo & Tacit. 3 Annal. 14. *ambitio militaris.* item: *ambitus ſenatorius.* A quibus non abludit, quod eſt 1 Hiſtor. 46. *largitio vulgi.* Verba ſunt: *Sed Otho ne vulgi largitione, centurionum animos averteret, ex fiſco ſuo vacationes annuas exoluturum promiſit.* Juſtin. 12. 15. *Ambitione vulgi tacita favorem militum quærunt.* Forte enim ſic hoc poſſet legi & defendi. Etiam in dialogo de oratore cap. 29. *Jam vero propria & peculiaria hujus urbis vitia pœne in utero matris concipi mihi videntur, hiſtrionalis favor, & gladiatorum, equorumque ſtudia.*

Cete-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Ceterum, ut ad noſtri Rhetoris verba revertar, in iis, quæ ſubjunguntur, tranſitus fit in perſonam aliam, quod declamatoribus eſt pervulgatum. Hic vero etiam id factum ratione, quod ponere voluit ipſa vulgi inter ſe verba, quæ refutaret. Diſtingue vero: *Et filium & patriam vendidit.* Reſponſio ſequitur: *Tam exiguum auri*, &c.

Etiamſi conjecturalis eſt, habetque quaſi tertum tritumque iter] Confer Senecam in Diviſione Controv. 18.

Quæſtionum numerum augebat] Ven. Eraſm. Frob. Herv. Brug. Pal. *numeros.* In Controv. tamen ſeq. etiam: *ordinem mutavit quæſtionum, & numerum auxit.* Forte ſequens *locos* fecerit, ut calamo effluxerit & *numeros.*

Locos nunquam attrahebat] Niſi ultro res ad locos duceret, non dixiſſe eos Latronem ſignificat; Nunquam locum dicendi cauſa vim materiæ Latro fecit.

Pag. 281. *Varius Geminus dixit ſtatim petiiſſe*] Diſtingue: *Varius Geminus dixit ſtatim: petiiſſe patrem*, &c. nulla uſus circuitione hæc dixit. item mox: *Ut proderet hominem avarum & lucro inhiantem: & quia noti*, &c.

A quo vinci fas non erat, niſi hominem turpiſſimum] Publicæ enim diſciplinæ intererat, ne patri præferretur filius; niſi quem indigniſſimum, ſui feciſſent mores.

Diximus perſeveraſſe ad redemptionem] Rariſſima ratione illud *perſeveraſſe* hic poſitum. Ad verba refertur apud Vell. in loco, quem vides nota ſeq. Diſtingue vero hic: *diximus: perſeveraſſe*, &c.

Itaque profeſſus ſum] Vell. 2. 92. de Sentio Saturnino: *Nam & quæſturam petentes, quos indignos judicavit, profiteri vetuit: & cum, id facturos ſe, perſeveraſſent, conſularem ſi in campum deſcendiſſent, vindictam minatus eſt, & Egnatium florentem favore publico, ſperantemque ut præturam ædilitati, ita conſulatum præturæ ſe juncturum, profiteri vetuit.*

Pag. 282. *Talem imperatorem fieri debere*] Ex oppoſitione collegeram, excidiſſe *juvenem.* cum id jam obſervatum à Gronovio vidi. Porro vellem: *Aut talem juv. imp. f. d. qualis Scipio fuiſſet: aut talem ſenem, qualis Maximus fuit.* Quod ſubjungit: *ſenem nihil temere facturum*, nemo inde ſuſpicetur, aliquid deeſſe, quia non & de juvene ſimili quadam ratione aliquid adjectum cernitur. His populo objicit, quod male juveni potius, quam ſeni commiſerint ſummam belli. Si diverſum factum eſſet, non ita facile perventurum filium fuiſſe in hoſtium poteſtatem: ut diceretur, quod dictum hoc capto duce: *Non poteſt hoc ſine proditione fieri.* Quod eſt ſupra in verbis Varii Gemini. Item confer, quæ Ceſtius jam dicet, item Hiſpo Romanus aliique pro patre.

Petii imperium reip. cauſa filii mei] Lege: *reip. cauſa & filii mei.*

In una domo duos eligere] Sic & adſcriptum Pal. at in contextu: *domo ducem eligere.* quod fere malim. electio enim non eſt, niſi ubi plures ſunt. Hæc Gruterus. Cujus ſententiam confirmant Cov. Aug. Brug. codd. quamvis non ſequatur Schottus. Si plures pro vulgato ſtent, iis non adverſer.

Componantur competitores] Forſan: *ſi componantur competitores.* quos ille adeo non compoſuit & comparavit, ut patrem petiiſſe & ambiiſſe neget.

Erat autem ex ſomniatoribus totus] Si proba ſunt hæc, intelligi debent, ut apud L. Senecam in epiſt. 115. *de capſula toti.* quod non mutem cum Scaligero.

Inſomniis hanc fortunam prænunciantibus] Similis locus in declam. Quintil. 4. & 372. unde patet veriſſimum eſſe, quod Opſopœus vidit, vulgatam nempe lectionem, quam illi debemus.

Semper de duce cito conſtitui] Cur igitur ait: *longum erat exſpectare.* Satis ex his intelligitur, vitii his aliquid ſubeſſe. Ven. *toto conſtitui.* Credas à Seneca relatum eſſe in litteras: *Semper de duce Senatuſconſulto conſtitui.* Hoc expectare longum erat. In verbis Latronis: *Decretum non expectaſſe, amentem & attonitum protinus præcurriſſe.* Infra: *Sepul-*

Sepullius Baſſus ait, non expectaſſe ſe curiam.

Ad ſummam feſtinavi, nec occurri] Occurrere hac feſtinatione, id eſt, tempori venire volui. Sed ſero adveni. Ita Plaut. prol. Pœn. *Dum ſcriblitæ æſtuant, occurrite.* In Pſeud. 4. 7. *qui occurrit prior Harpax.* Maxime illud: *nec occurri.* eo reſpicit, quod inanis ſumpta eſt opera, nihiloque effectum plus, quam ſi nullus eſſet labor ſuſceptus.

Pag. 283. *Minoris enim poſſe æſtimari, &c.*] L. ult. D. de noxal. act. *Servos dominus eodem loco exhibere debet, ubi vim intuliſſe dicentur; & carere omnium dominio poteſt, ſi eos non defendat.*

In quibus vitam finit imperator] Forte, *finiit.* Imitans deridet vitium, quod notaverat, ipſo probante, Ceſtius. Simile quiddam riſu repetitum eſt in Controv. 12. non procul fine. quod ibi notare memini. Poteſt & tolerari vulgatum.

Ὑπὲρ τὴν ἠχώ] *Ultra* iſtam *echo* progredere. An adſpectum ad proverbium, Ὑπὲρ τὰ ἐς κάμμυθμα πηδᾶς, *Trans foſſas ſalis.* quod ortum, teſte Apoſtolio, cum Milo Crotoniates foſſas, quæ eſſe conſueverant pedum 50, primus ſaltu trajeciſſet. Nunc autem vulgo difficile erat ultra echo, uti Ceſtius vocat, dicendo progredi: quare iſta cohortatione uſus Ceſtius.

Pag. 284. *Et tu quouſque?*] Venet. Eraſm. Pal. Covar. *Tu autem quouſque?* quibus & illud poteſt objectum intelligi, quod nimis verboſus eſſet, & quod eadem nimis ſæpe iterando moleſtus eſſet. L. Seneca de Tranquill. animi cap. 2. *Faſtidio illis eſſe cœpit vita & ipſe mundus, & ſubit illud rabidarum delitiarum: Quouſque eadem.* Atque hujuſmodi tædium creare debuerunt, qui, cum vox aliqua eſſet poſita, ad eam decurrebant, tanquam ad ſententiam.

Et exoneraret verecundiam ſuam] Latinus Pacatus Paneg. cap. 17. *Ad exonerandam debentium verecundiam, quæ in tuos conſers, non vis videri præſtare, ſed reddere.* Cap. 24. *nolo tamen uſquequaque miſerorum vel factum onerare, vel factum.* Quintilian. vero declam. 5. *& placuit hoc quoque addi calamitatibus noſtris, ut onerarer pudore conditionis partes non habentis.* Quæ qui conſideret loca, & recte feciſſe, qui *exoneraret* emendando, quod eſt in antiquis, *& ex eo narraret*, nobis reddidit, exiſtimabit, & in Quintiliani declam. 1. ubi nunc eſt, *quam multo cæcum pudore donavit.* mecum ſorte non nolet: *quam multo cæcum pudore exoneravit.* Maxime ſi hunc Senecæ locum cum iſto comparet: quem ecce totum; *O præclaram ſenis optimi ſingularemque pietatem! quam blande ille ſepoſuit miſerum ſuum! quam diligenter uxoris gaudentis excluſit oculos! quam multo cæcum pudore exoneravit!*

CONTROV. XXIII.

R*Apta producta nuptias optavit*] Ex veſtigiis Ven. Eraſm. & Pal. aliorumque ſcripſiſſe auctorem credo: *Rapta raptoris aut mortem, aut indotatas nuptias optet. Nuptias optavit rapta. Qui dicebatur raptor, negavit ſe rapuiſſe. Judicio victus vult ducere. Illa optionem petit.* C. D. Ab excerptis ſumpſit vulgata Schottus, lectorique obtruſit.

Præterquam, quod in omni diſcrimine periculoſa libertas eſt] Petreius ex aliquo præcedente membro hæc detruncata, nec continuanda cum ſequentibus credit. in quo à veri recta ratione ſatis longe aberrat. Sunt hæc integra & ſequentibus pulcherrime cohærent. Illud denſam illius oculis caliginem offudit, quod *libertas* quid ſit hoc loco, non vidit. Eſt vero, ut ſæpe alibi, dicendi & taxandi audacia. Juſtin. lib. 9. 4. *Mira prorſus audacia: de judicibus vitæ neciſque ſuæ, quemadmodum poſſunt, ſententiam ferunt, contemnuntque abſolutionem, quam dare inimici poſſunt: & quoniam rebus nequeunt ulciſci, verbis uſurpant libertatem.* idem lib. 15. c. 3. *Tunc Lyſimachus audire Calliſthenem & præcepta ab eo virtutis accipere ſolitus, miſertus tanti viri, non culpæ, ſed libertatis pœnas pendentis, venenum ei in remedia calamitatum dedit.* Ubi *culpam* opponit & *libertatem*, quia olim cum de læſa

majeſtate quereretur, *facta arguebantur, dicta impune erant.* Tacit. 1 Ann. c. 72. His vero in verbis Rhetoris, *libertati tacere*, oppoſitum vides, & ſimul acumen loci. Miſeros nec decet, & in ſumma ſæpe pericula devocat libertas. Loca Juſtini, quamvis in re nota, quia egregia ſunt, adſcripſi.

Inhumana libertas eſt, ſi vincimus adverſus judices] Iſta, quam dixit, periculoſa, hæc inhumana, eſt libertas. Quæ poſui propter Petreium, qui hæc quoque pro abſciſſis habet. Victurus autem adverſus judices videbatur, ſi obtinuiſſet, ne optio puellæ daretur: ita enim erat futurum, ut nec raptus convictus videretur. quo nomine, cum optaſſet nuptias, illam ducere uxorem ante noluerat. nec ſi *judicem* ſit reſcribendum, intellexerim puellam. nec enim illa judex fuit aut appellatur. Infra quidem eſt: *Utinam non hoc illum liberaret metu, quod judicis ſuæ novit clementiam.* Ita conſtanter antiqui. *Judex* magiſtratus hic poſſit intelligi, qui præeſt juriſdictioni, aut quæſtioni. In verbis Latronis: *non, inquit: adi illum magiſtratum.* Etiam Ceſtius: *Aiebat judex: Quid habes, quod tam pertinaciter neges? nuptias optat.* Item Varius Geminus in colore: *ne non tantum raptam, ſed etiam judicem offendat.* In l. 1. D. de judic. *Inter conſentientes cujuſvis judicis, qui tribunali præeſt, vel aliam juriſdictionem habet, eſt juriſdictio.* Igitur quamvis cognitio de inofficioſo teſtamento ad centumviros pertineret, l. 13. D. de inoff. teſt. tamen in l. 3. §. 5. contr. tab. *nec enim minus in hoc nepote is, qui de inofficioſo cogniturus eſt, merita nepotis, quam patris ejus delicta perpendet.* Quare ſive *judicem* cum Covar. legas, ſive *judices*, eodem hæc reſpicere exiſtimem. quod clementia *judicis* vel *judicum* obſtrictus videretur raptor, ne quicquam jam contradiceret. Capite autem damnare potuerant, qui nuptias recuſaverat puellæ. Sed quod ibidem additur, *Aderat raptori populus.* Recuſaſſe autem tum res ipſa teſtis, tum quod hac ſuper re paſſim expurgationem habet. Clementiam judicum, in eo, quod dixi, ſitam fuiſſe, intelliget, ſi quis videat, quæ ſequuntur Latronis verba ſupra notata.

Saluberrima brevitate conſtringitur] Veneta: *Saluberrime in brevitate conſtringeretur.* etiam, *in brevit. conſtringeretur* Cov. ut aliter non auſim, quam: *Saluberrime in brevitate conſtringetur.* Id eſt conſtringi ſolet. Cujuſmodi de locis Grævius ad Heſiodum. Porro illud *in brevitate* etiam tuetur Pal. Jam de hujuſmodi locutionibus monui ad Controv. 17. Fine Controv. *ignoſceret.* V. *ignoſceretur.* Brug. pro *ignoſcetur.*

Proponite vobis jam ſupplicii faciem] Ven. Eraſm. Pal. *ſupplicii cauſam faciam carnificem. ſi cui tamen.* Ut legendum exiſtimem: *proponite vobis illam ſupplicii cauſam, faciem, carnificem, ſecurim. Tantum hoc ſemel licere multum eſt.* Iſtud *illam* eſt in Aug. Brug. & Vat. Pro *nimium* vellem *multum*, quia & in Eraſ. Venet. Pal. Cov. & utroque Baſileenſi *meum* legitur. Et Quintil. eopſe in argumento declam. 309. hæc habet. adſcribam pluſcula, quia præclare huc faciunt: *Bis optare vis, quod etiam ſemel multum eſt. Poteſtatem tibi vitæ ac necis lex dedit: Ultra regnum omne, ultra tyrannidem omnem eſt hoc diu licere. Fulmina ipſa velociter cadunt. habet finem aliquem expectationis ſecuris illa carnificis.* Non plane tamen *nimium* condemnem. certe ingenioſum eſt.

Pag. 285. *Favebat tantum ſibi, ut innocens duceret*] *Favere* dicitur interdum, qui non vult lædere in ſacris: *Ore favete omnes.* item: *linguiſque animiſque favete.* Nolunt obturbari, nec male ominata dici. quare iſtis additur: *Nunc dicenda bono ſunt bona verba die.* Serv. favete linguis, favete vocibus, hoc eſt, bona omina habete, aut tacete. Controv. 29. *Favete ſeculo, judices, cum ingentia ſcelera ferat, ne etiam immatura tulerit.* & bis dein repetit prope fin. Controv. Cum ita *favere* ponunt, ex antecedenti conſequens intellectum volunt. Ita in ἐχθαίρειν & φιλεῖν Heſiod. ἔργ. 297. Ἐργάζευ Πέρση, δῖον γένος, ὄφρά σε λίμος, Ἐχθαίρη φιλέη δ' εὐστέφανος Δημήτηρ. Quos odimus,

mus, eis non facile accedimus. & contra. Eodem pertinent, *quid durius in aliquem conſulere, conſtituere*, & ſimilia. Spartianus in Severo: *Latum clavum à divo Marco petiit, & accepit favente ſibi Septimio Severo, affine ſuo bis jam conſulari.* Contra Fortunatianus lib. 3. *Si natura durior fuerit, aut non ſuffragabitur tempus, quid faciam? non te ad omnia verba alligabis*, &c. Florus 2. 19. *ne ſcelera virtutibus obſtrepant.* id eſt, impedimento ſint, ne ſatis recte intelligantur. Fortunatianus eodem libro: *Si leviter vexata fuerit vox, quid faciam? utere acrioribus cibis, quibus ſi quid obſtat voci, & obſtrepit, perrumpatur.* Cicero paſſim *deliberare* pro decernere. item: *deliberatum* pro decretum & certum. Auguſtin. de princip. Rhetor. *Ea eſt hujuſmodi, in qua judex ferendæ ſententiæ rationem explorare non poteſt.* Præterea *favere* & *cupere* quandoque promiſcue utuntur auctores. Ennius:

Matronæ muros complent ſpectare faventes.

Ovid. ep. 6.

— adſcribi factis procerumque tuiſque Se favet.

Ubi vide eruditiſſimum Nicolaum Heinſium, cui iſta loca accepta refe-o. Terent. vero Andria 5. 4. *Vel tu, el quod verum eſt, vel quod ipſi cupio lycerio.* Cicero 4 in Verrem: *Hi por-, qui ſucceſſerunt, vehementer iſtius cu-di liberaliter ex iſtius cibariis tractati, on minus acres contra me fuerunt.* Pe-on. etiam in malam partem: *favere apulanti.* cupere ut vapulet, eoque udere. Non abs re erit iſta hic loci ogitare.

Nihil aliud petit, quam libertatem, c.] Lege: *petiit.* Infra Latro in col. *ecuſaſſe autem non ne duceret uxorem, l ut ſua voluntate duceret.* Hoc ſibi li-rum eſſe voluerat, ne tanquam ra-or illam duceret uxorem.

Sine ullo reſpectu pudoris] Dignitati ariti erat adverſum, ſi ita ſupplex ſuæ ret uxori. *Raptor ſi non occiditur*, quod rapta nuptias optante, (hæc id fece-) *jam maritus eſt.* Quintilianus declam. 247. Eapſe in cauſa decl. 309. raptor ait: *ſi rogari vis, rogo: & rogo per illam clementiam tuam: rogo jam tanquam maritus.* Ubi quo minus offendat, *rogo jam*, inquit, *tanquam maritus.*

Non eo, inquit, ad illum magiſtratum: non diſſimulo] Ven. Pal. Cov. *Non, inquit, illum magiſtratum.* unde leviſſima mutatione reperiri poteſt verum: *Non, inquit, adi illum magiſtratum*, apud quem es convictus. quique te ultimo ſupplicio afficere poſſit, quod illuſiſti pudicitiæ meæ, & dein cum optarem nuptias, me accipere in matrimonium noluiſti. quare neque nunc tuæ me lachrymæ movent. Dein diſtingue: *Non diſſimulo; metuo te puella*, &c. Fatetur aperte cauſam eſſe gravem, cur illam metuat. Igitur minus iracunde id ferre debet, quod optionem petenti contradicit.

Quæ poſt injuriam agnoſcit, perdidit miſericordiam] Id eſt miſericordiæ gloriam gratiamve. ita Controverſ. 21. Blandus quidem: *Fecit etiam ſervo injuriam, cum detraxit abſtinentiæ gloriam.* At Arellius: *Servo filiam dedit, innocentiam abſtulit.* Injuria erat, quod marito jam poſt factam optionem, hæc negocia faceſſebat apud judices.

Nox, vinum, error, quid iraſceris puella? jam non negat] Hæc deſunt Ven. & aliis antiquis. & ab ingenio eſſe videntur illius, qui excerpta nobis tranſmiſit. Alluditur ad Terentianum: *Perſuaſit nox, amor, vinum, adoleſcentia.* Aliudve illi geminum. Expeditus eſt ſenſus in Ven. *quadam nocte. quid dicam? jam negare non audeo.* Tum quod ſalvo pudore non poterat hac de re Latine loqui, ſemet revocat: tum quod non ſatis meminerat omnia, nec negare quicquam volebat vel videri; ne & puellam & judices offenderet. Pergit dein Ven. *Non diligenter cauſa mea acta eſt. Dum nihil*, &c.

Viſa indigna matrimonio] Ven. *viſa eſt.* & dein: *non poſſet.* Lege igitur: *ſive adhuc non eſſet vitiata, ſive eſſet. viſa non eſt indigna matrimonio, quæ hominem non poſſet occidere.*

P. 286. *Tu negaſti? O hominem impudentem!*] Expuncta interrogatione legendum: *tu negaſti.* & eſt objectio puellæ, ad quam ironica exclamatione, *O hominem impudentem!* & ſequentibus, reſpondetur. Dalechampius ab iſtis, *ſive adhuc eſſet*, uſque ad, *ego virginem rapui?* inſerere omnia vult iis, quæ pro puella poſt dicuntur. Eum ne audias, cenſeo.

Hic jam nihil negavit] Lege: *negabit.* Tibi rebus in omnibus morem geret. quare deſine ita obſtinate adverſus eum agere. Video idem jam amicum quendam Gruteri olim obſervaſſe.

Quia honeſtius putaſti raptori nubere] Senſus eſt, honeſtius putat iſta raptori nubere. Ipſe vero quia diverſa in ſententia verſabatur, ideo confeſſus non erat, & nuptiis attulerat moram.

Multum eſt de quo timet] Forſan enim vel poſt raptum rem habuiſſet cum alio, aliiſve, unde eſſet gravida, quibuſque animo eſſet addicta. Cujuſmodi ſuſpicioni præbet illa cauſam, dum ita tarde illius nunc conditionem amplectitur. Antecedentia hanc expoſitionem confirmant. Poſſit etiam huc pertinere, quod eſt in quæſtione Latronis ſecunda.

Ex duobus à lege conſtitutis ſuppliciis] Quondam fuit: *alia lege.* vulgatum eſt ab emendatione Petreii. Propius litteras, *ab lege.* quod amant optimi. Ita, *ab rege. Ab Scythis.* Juſtin. Hæc paſſim obvia: ſed vulgo minus nota corrumpuntur facile.

Impune ſe habere maluiſſe, quam ducere uxorem] Terent. Eun. 5. 2. 13. ubi itidem ingenua vitiata erat. TH. *credin' te impune habiturum?* ead. comœdia 5. 6. 18. Minantis eſt: *Siquidem iſtuc impune habueris.* Etiam hic forſan fuit: *Fatetur enim impune ſe id habere maluiſſe, quam ducere uxorem.* Id enim egit, *ne quam omnino pœnam ſtupri penderet.* Igitur iſtud quod Aſprenas dicit, raptor *fatetur.* id eſt, rebus declarat. Ita & Flor. 4. 12. fine. & alii.

Quod judicis ſui novit clementiam. nobis] Venet. *judicis ſuæ clementiam nobis clamabat.* Ita & Pal. Unde ſcribendum videtur: *quod judicis ſuæ clementiam novit. Clamabat ſe innocentem.* Ita jam, quæ ſubjiciuntur, aliquanto habent etiam dilucidius.

Nec quicquam magis ſuſpectam faciebat vitiatæ cauſam] Unde difficillime raptorem reum peragere potuit. Hæc adverſus iſta, iſtiſve ſimilia: *non diligenter cauſa mea acta eſt: dum nihil timetis, facilius me puellæ credidiſtis.* quæ ſunt in verbis Junii Gallionis ſupra.

Ignoraſti an peccaſſes] Emenda: *Non ignoraſti, an peccaſſes: innocens eſſe voluiſti.* Quo punienda magis contumacia, qua præbere te noluiſti legi. Cujus beneficium dum ſpernis, illo te indignum feciſti, quo ſaltem vitam ſperare poteras.

Cauſam haberes: revertere ad partes] Recte jam alii: *revertere ad parentes.* illique raptori ſpem omnem matrimonii incide. etiam Controv. 24. ubi reliqui: *hoc unum intereſt inter parentis & filii fortunam.* Cov. *habet partis.* Initium vero periodi, neſcio quo inducti, corruperunt. Ven. Frob. Pal. Cov. *cauſam habes.* recte. cauſam ſubjungit: *totiens jam rogas, quæ rogari ipſa debueras.* Quare iſtum potius raptorem ſeveritati judicum relinque, omni via ad beneficium legis iſtius intercluſa.

An illa optio juſta fuerit] Ven. Eraſ. Pal. Cov. & Baſil. uterque: *an illa interrogatio juſta fuerit.* Petreius ſubſtituit, *optio.* Et certiſſimum ſane hanc vocem deſiderari. ſed non temere illa migraverit in *interrogatio.* Nec induco in animum ut credam, fruſtra eam hic eſſe poſitam. Forte ſcripſerit Seneca: *Et an illa, interrogavit, optio juſta fuerit.*

Erat enim raptor, etiam ita, ſi negabat] Tranſpoſitum eſt *ita*, & legendum: *Etiamſi negabat. & ita juſta fuit optio.* Hæc eſt lectio Venet. Frob. Pal. Brug. Cov. veriſſima. Atque heic *& ita* poſitum, ut *itaque.*

Pag. 287. *Poſſit ſequenti ſemper optione reſcindere*] Antiqui quidem nonnulli *ratione.* ſed id neminem turbabit facile, qui cogitet à fine vocis *ſemper* facile ſubſequenti voci *r* adhæſiſſe, unde prona ad mendum via. Tantum *optio*

ne verum eſſe ſatis ab ſe clamat ſenſus.

Hæc defenſio adoleſcentis] Lege: *Hic defenſio*. Egi hujuſmodi de locis ad Suaſor. 1. Ipſum vero hoc etiam eſt in Cov.

Etiamſi non licet, inquit, amplius, &c.] Hæc ſunt puellæ excipientis. Similia vide initio diviſion. Quare ferri non poſſunt: *& mortem optabis & nuptias*. Legendum omnino: *nec mortem optavi, nec nuptias*. Et dein: *Ego enim nondum optavi. Optio eſt, quæ legitime fit*, &c. Etiam Ven. poſt *optio eſt*, *enim* omittunt. quod iſto, ubi poſui, loco accommodatiſſimum eſt.

Si rapta defuiſſet, raptor non fuit] Lege: *Si rapta defuiſſet? ſi raptor? Non fuit*. Quod ex ipſius aſſeveratione jam ante facta dicit.

Rapta ait: Agebatur apud judices] Corruptiſſima ſunt, quæ hic legimus. Igitur jam Petreius, Faber, Gronov. illi medicam adhibuerunt manum. Ego hoc vellem: *Raptor ait: Agebatur apud Judices, utrum deberet raptæ eſſe optio, an non. Judicatum eſt raptæ eſſe debere. Raptæ fuit. Bis vero nulli unquam optio data fuit.*

Pag. 288. *Non poſſum ante legem habere, quam raptorem*] *Lex* in his eſt jus lege conceſſum. ita Sueton. in vita Julii cap. 28. *privilegium eripere*, quod cap. ſeq. *beneficium populi adimere*, quod privilegio nempe, quæ & ipſa ſpecies legis, datum erat.

An raptæ debeat eſſe optio] Controv. 24. in diviſ. *Multa, inquit, interveniunt, propter quæ non debeam facere, etiamſi poſſum*. Poteſt & accipi, quod ipſam contra legem ſcriptam diſputaverit, quo magis infirmaret omnia, quæ pro ſe producebat puella, cujus præſidium ſola iſta in lege erat ſitum. Malim tamen: *an hujus raptæ d. e. o.* Sequitur enim: an *dignus ſit, qui iterum fortunam ſubeat optionis recuſatæ*. Ubi eadem continuatur quæſtio & ulterius ducitur.

Non debeat illi permitti optio] Ita & Ven. Covar. *optare*. quod non minus probum.

Hoc non tantum patimur. ſed rog.] Malim *has*. ut omnia ſint dilucida.

Judices non audiſſe ſollicitos: faciles] Lego: *ſollicite: ſed faciles*.

Pag. 289. *Confitentem, ſe rapuiſſe, apertius negavit*] Ven. *Confitentem. ſe non rapuiſſe apertius negavit*. Pal. *ſed non*. Forſan recte Gruterus, imo veriſſimum eſſe non dubito, vel illud Ven. vel hoc Pal. Nec moveat quemquam illud *non* cum voce *negavit*, ut in eam nulla tamen conferatur mutatio ſignificationis, & vel magis ſuam vim iſtius etiam negationis auxilio exerat. Ipſius Ciceronis eſt 4 Acad. *Quod bonum quale ſit, negat omnino Epicurus ſine voluptatibus ſenſum moventibus nec ſuſpicari*. Vide Popmam 2 antiq. loc. cap. 9. Apertius autem negavit, quam Varius, quia is confitebatur, ne judices puellamque offenderet. quod contrarium erat adoleſcenti. interim rem contra habere ſignificans magis, quam negans.

Virum, inquit, invenire non poterat] Igitur mihi ſe obtrudere poſtulavit, accuſans raptus, ut cogeret, qui illam nec cogitatione læſi.

Tertiam ſententiam ſecutus eſt] *Illam ſententiam* Vat. & Brug. Suſpicor fuiſſe: *Tritam illam ſententiam ſec. eſt*. Aliter non expedio rem.

Indignum eſt puellam invitam raptam eſſe] Hæc inepta eſſe, quivis videt, qui non lolio victitet. Sciendum autem vel cogitandum hæc dici ad ponendum in gratiam adoleſcentem apud puellam, cujus recuſaverat nuptias eoque exacerbaverat. Quare lego: *Si rapuit, indignum eſt ei puellam invitam nuptam eſſe*. Hæc ad illam deliniendam. Sed ſiremps lex erit: ſi non rapuit, ne ducat. Non rapuiſſe ſe pro certo affirmat. Igitur hoc ſubjungit Rhetor ab eodem æquitatis fonte profectum: *Si non rapuit, nonne indignum eſt, fieri illum maritum?*

Contradicebat Silo poſſe ulli] Malim: *ei contradicebat Silo*. Latroni nempe illiuſque colori.

Qui ipſum impulerant] Ven. & Frob. *qui illos*. quid lateat dicent Aug. Cov. Vat. codd. ubi eſt: *qui illum nocte impulerant*. Quod quis non amplectatur?

Timuit, ne illi, &c.] Ven. Eraſ. Pal. Brug. ante *timuit* inſerunt, *alia mitti*. Lege: *non eſt hæc quam rapuiſti. alia*

eſt: mitte. Timuit, &c. Covar. *alias mu-tu.* unde *alia eſt* commendari poſſit.

LIBER NONUS,

qui vulgo QUARTUS.

Pag. 290. QVibus advocetur memoria] Ven. Pal. Cov. *vocetur.* an *evocetur.* Seneca quidem filius in Herc. fur. 129. eodem ſenſu *vocare. Signum celſi glaciale poli Septem ſtellis Arcades urſæ Lucem verſo temone vocant.* Ita & alibi. Non auſim tamen *vocetur* hic defendere. Forte *renovetur.* quod malim: & ſimul cogitavi *novare barbam, membra lympha*, &c. Quæ incomparabilis Salmaſius notavit ad Hiſtor. Aug.

Ut ne exercitationis quidem decl.] Non diſplicet *exercitationis* toties hac ipſa in præfat. repetitum. etiam Controv. 24. *& aiebat non commendationis ſe id, aut furti, ſed exercitationis cauſa facere.* Vox *cauſa* ita hic fere collocata eſt, ut in illo Cornificii ad Herennium: *Primum omnium exempla ponuntur, hic non confirmandi, neque teſtificandi cauſa, ſed demonſtrandi.* Incommodius tamen hoc Senecæ. cui quanquam in alio genere, tamen ſimile ſe gerere videtur Ciceronis hoc in Bruto: *Sed idem Ælius Stoicus eſſe voluit, orator autem nec ſtuduit unquam, nec fuit.* & quæ huic loco gemina notabis.

Omnia itaque lenocinia ita conquirit] Non placet illud *ita*, niſi ſequatur: *ut argumentationes*, &c. *relinquat. Sententiis*, &c.

Pag. 291. *Nemo ex induſtria obloquitur*] Ven. Frob. *alloquitur.* etiam Pal. ubi Gruterus hoc excutere jubet eruditos. Credo locum poſſe me tueri, ſi ad ea licet referre tempora, de quibus auctor Dialogi de cauſis corr. eloq. *Ipſam quinimo curam & diligentem ſtyli anxietatem contrariam experimur: quia ſæpe interrogat judex quando incipias, & ex interrogatione ejus incipiendum eſt. frequenter probationibus & teſtibus ſilentibus patronus indicit.* qui partis adverſæ cauſam agit.

An verum ſit, tu melius potes ſcire] Hæc ad filios ſcripta: quare non convenit, *tu potes.* Suſpicabar, *tum melius poteſt ſciri.* Quamvis enim iſta, quæ ſubjicit, narrarentur de Latrone, vix tamen videbantur vera. Facilius credebant, qui verſarentur in foro, & ex umbra oratores, ut ita dicam, dicentes audiſſent.

Parietes deſiderantem] Quos inter declamare conſueverat. Forum autem ſub dio. Mallet nunc igitur Latro ſub Baſilica cauſam agere.

Operi ſimillima eſt illi, ad quod exercet] Ven. Eraſm. Pal. Cov. *quod exerceat.* & ignorant præpoſitionem, quam nec inſeram. poſſis enim *quoi*, vel *cui exerceat.*

Pag. 292. *Durior ſolet eſſe vero certamine*] Antiqui fide digni: *at vero cert.* Videtur ſcriptum fuiſſe: *durior ſ. eſſe & vero c.*

Illic judici blandiuntur: hic inſerviunt] Hæc ſine dubio ſunt affecta, nec reſtituo, niſi concedant eruditi fine vocis *inſerviunt judex* contineri poſſe. Certe antiquis paſſim in his Controv. *jud.* pro *judices.* Igitur ſuſpicer: *Illic judici blandiuntur: hic inſervit judex.* conductus ad laudandum. Ritus ſatis notus. inde ex vultu dicentis pendebant auditores, iidemque judices. nec enim alii erant.

Et qui declamatorio non ſtudio * *] Multa deeſſe videntur. Id inde etiam colligo, quod Montanus Votienus adhuc honeſtam tantum cauſam dedit, cur non declamaret. & de ea nondum omnia eſt executus. Poſt quæ de vera egiſſe videtur. vide præfat. init. Multum autem ad levandum amiſſorum deſiderium conferet, ſi quis jungat his & legat præfat. 3 Controv.

CONTROV. XXIV.

Pag. 293. SImon ingratus Calliæ] Plaut. *Fur mihi es.* illius verba, qui accuſat furti.

Dum utrumque interficiat, ſine fraude ſit] Venet. *Dum utrumque corpus.* quomodo & Controverſ. 4. hæc lex refertur

refertur in argumento & in diviſione.

Ut eum ſepeliret] Ceteroquin abjecti inſepulti videntur, ut aliqua ſaltem pœna proſpiceretur reip. quæ prædæ exponebatur, ſi peculatus rei voluntaria morte, vel fato ſubduci pœnæ, taciteque habitas opes, quas quæſierant ex rep. nec jam ab ipſis detectas relinquere poſſent liberis. Quare hac pœna prohibiti ſunt à conſilio ſumendæ mortis, quam facile arceſſerent, quum ſuſtinendam eam auctoritate publica, nullumque ita præmium ſcelerum ſe habituros cernerent.

Si jam habuiſſet filiam nubilem] Sua igitur cauſa redemit Callias, ut titulis & gloriæ noſtræ domus inſeratur. Temere igitur me accuſat ingrati, qui non minus tribui illi beneficium, dum filiam accipio in matrimonium, quam mihi dedit. Inde mox hæc Calliæ confeſſio eſt: *Nihil, inquit, filiæ plus poſſum dare, quam Cimonem virum.*

Quam ſe patrem] Quod non minus, quam opes Attalicæ. Quid igitur imputas Callia? Patrem etiam, dum adſpicio, gloriamque, quam reliquerat, indelibatam volo, non potui non ulciſci adulterium. Vide finem eorum, quæ dixit Vibius Gallus, item Junius Gallio.

Quid magis in me probabas, quam carcerem?] Hujus contemplatione numeraſti reip. pro me pecuniam; & in partem, quod optabas, meæ gloriæ veniſti. Reddidi etiam beneficium, quod talem ſocerum habere ſuſtinui.

Non ſum innocentior, quam pater, ne felicior quidem] Antiqui: *nec liceor, quam liceor quidem.* Vix dubito, quin hæc per negligentiam putide repetita ſint. Credoque eſſe verum: *non ſum nocentior, quam pater, ne infelicior quidem.* Prout quiſque juſtus eſſet, ita etiam gentiles eum diis acceptum exiſtimabant, eorumque favore felicem agere vitam. Terent. *Solus eſt, quem diligunt dii.* id eſt, egregie felix. De his dixi ad Contr. 2. Ita recte legi ſequentia fatentur: in quibus ſimilis quædam notatur connexio, qualis eſt in his 1 Controv. *Infeliciſſimam & triſtiſſimam ambo egimus vitam, excepto uno, quod* &c. Quare aliena illa Schotti de licitationibus non admittam, neque his interponam. Petreii conjectura: *nec infelicior, quanquam infelicior quidem*, ſi omnia conſideres, aliquid putidi habet. Iſtud vero *nocentior* probandum, quia eo probat, non debere objici ſibi carcerem, de quo præceſſit.

Pag. 294. *Miltiadis cenſus inventus eſt Cimon filius*] Eleganter ſane, nec illi cedit hoc Quintiliani declam. 13. *abiere vires, cenſus meus. cujus cenſus*, ut alibi eſt ead. declam. *ex laboribus ſubſtantia.* De voce *cenſu*, ut hic accipitur, præclare Juriſconſulti in l. 15. & 16. ſeq. D. ad ſen. Treb. Pincianum hic ne audi.

Redemptus Cimon redemptoris felicitas eſt] Non redempti. quare ingrati temere agis.

Faciam, dicat, non accepi] Petreius: *non accepi beneficium, ante reddidi*, ut ſit Calliæ oratio. Aut ſi ad Cimonem hæc ſint referenda, *non accepi beneficium, alter reddidi.* Gronov. ex eadem perſona: *Facis ut dicam, non accepi beneficium, aut reddidi.* Cujus inſiſtens veſtigiis hoc vidi proxime litteras accedens: *Facile jam dicat: non accepi beneficium, aut & reddidi.* Quod imputas matrimonium filiæ, non id pono inter beneficia, aut ſi in iis numerandum ſit, reddidi beneficium, dum eam in matrimonium recipere, & Calliam ſocerum habere ſuſtineo. Vide notam Gronovii, cujus conjecturam ſequerer in initio periodi, niſi *faciam dicat* in Ven. Pal. Cov. reperirem. Porro lego: *certus ſis, & reddam.* quia in Ven. Baſ. utraque, Eraſ. & Pal. eſt, *certus reddam.* In Vat. vero & Cov. *certius reddam.* Voculam & ſenſus flagitat.

Non mehercule ſic exoraſſet] Ven. *ſic in exoraſſet.* Lege: *Non mehercule hic me exoraſſet Miltiades pater.* Saltem *hic* omnino velim.

Nihil Calliæ debeo, niſi liber ſum] Quod

enim beneficium, ſi illius auro libertatem rem inæſtimabilem vendidi?

Major injuria eſt, ſi nunc, &c.] Ven. & Pal. *majorum*. Baſil. uterque, *malorum*. Quia vero Ven. Baſ. uterque, Eraſm. & Pal. dein, *quantum fuit beneficium*. inde colligo ſcripſiſſe Senecam: *Major nunc injuria eſt, ſi nunc m. C. alligentur, quam tunc fuit beneficium, quod tunc ſolutæ ſunt*. Quamvis poſſit forſan magis placere, ſi *tunc* & *nunc* non iterentur.

Qui mendicitate cenſentur] Notabilis locus, quia illo explicatur, quid ſit *cenſeri*. elegantiſſima hac ratione poſitum. Sequitur enim: *Nihil habet domus noſtra melius, quod oſtendat, quam paupertatem*. ita Juſtin. 9. 2. *Scythas autem virtute animi & duritia corporis, non opibus cenſeri*. Latinus Pacatus c. 4. *Mevania memoretur armento, Campania cenſeatur monte Gaurano, Lydia prædicetur amne Pactolo*. Controv. 25. *Silo Pompeius homo, qui judicio cenſebatur*.

Pag. 295. *Nocens erit*] Hæc ex opinione hominum. ut & illud: *pius non erit*.

Quid? tu pœnam putas pro Miltiade alligari?] Hoc ſubjicit, ne temere videatur dixiſſe: *qui non tam glorior, quod filius ſim Miltiadis, quam quod vicarius*. Etenim pro illo alligari, non eſt pœna; gloria eſt. qui ſenſus in iſtis latet. Nam interrogativæ orationes, ſi affirmative concipiantur, vehementius negant: ut contra negativæ vehementius affirmant. Confer, quæ infr. Blandus dixit.

Si adulterum ſolum occidero, exulandum eſt] Venet. Eraſm. Baſil. uterque Pal. pro *occidero*, *dimitterem*, reſpiciendo, quantum videtur, ad præcedens: *Adulteram dimittam?* At Covar. Aug. Brug. Vat. Mss. *occiderem* exhibent. Notum eſt *mihi* ſolo *m̄* notari. Igitur lege: *occidero, mihi exulandum eſt*. Præterea Eraſ. Ven. Pal. Cov. pergunt: *occidam?* nempe ſolum adulterum. & dein, *non occidam?* ubi nunc male: *neutrum occidam?* Sic agit, quaſi parcere Calliæ filiæ vellet. At, inquit, ſi, quod vis, pepercero filiæ, quid fiet adultero? hunc ſolum *occidam? plus, quam præſtitiſti exigis; pro carcere, exilium. non occidam?* item, *plus, quam præſtitiſti exigis. unum beneficium dediſti; duo petis*. nempe & adultero & filiæ tuæ vitam. Infra Latro: *Filiam tuam dimittam, quid adultero faciam? pro una rogas, duos eripis*. Qui hæc parum perſpexerant, corruperunt locum, illique ſua elegantia & venus ut periret fecerunt.

Pag. 296. *Nihil aliud adſpexi, quam patrem*] Poëta:

Adſpice quid donis Eryphile invenit amaris.

id eſt, cogita. quia adſpiciendo fit ſæpe, ut cogitemus. Cov. tamen, *reſpexi*.

Ita mihi veros habere liberos contingat] Notum eſt, quod juraverint per ea, quæ haberent chariſſima, quæque optarent maxime. Simul his deteſtatur adulterium; unde liberi incerti. *Veros* enim pro *certos* dixit. Ita *ambigua* Salamis oppoſite ad *veram*. Gronov. vid. 1 Obſ. cap. 3. Poſſis & ſenſu vulgari magis accipere.

Quas alligare potuit] Venet. Eraſm. Pal. *quas alligare non potuit*. An fuit: *quas non alligare non potuit*. His ſignificat, eo ſe in patrem animo vixiſſe, ut, quamvis invito patre, tamen ſe daturus fuerit vicarium.

Statim, inquit, Callias experitur, an gratus ſim] Continuat his Ven. omiſſis reliquis: *quam quod pro Miltiade alligatus*. ita & Pal. & ſenſus ſatis manifeſtus, bonuſque eſt, ſi legas, *quanquam pro Miltiade alligatus*. Non poterat in eum ſuſpicio cadere ingrati, qui pro patre ſe alligandum dediſſet. In Cov. tamen omnia reperiſſe Schottus videtur, qui in eo eſſe teſtatur: *Habes in Calliam*. Vix perſpicio, quid hæc ſibi velint. Dubitavi num excidiſſet *gratum*, ut factum paſſim, ubi earundem vocum eſt repetitio. ita eſſet: *Gratum habes: ſine, Callia, ſine Cimonem*, ne illi dederis filiam in matrimonium, non ita eſt impudens, ut maximis beneficiis obſtrictus hoc præterea accipere audeat. Oſtendit, non ponere ſe inter beneficia, quod Callias illi collocavit filiam, quamvis iſte in-

ter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ter maxima id numeret. Æquo, inquit, animo iſto potui matrimonio carere. *Sinere* vero hic ut apud Plaut. Pſeud. 4. 7. 14. *Nam me in taberna uſque adhuc ſineret Syrus.* alibi: *ſine ſic fores.* Antiqua inſcriptio: *hic ſiſtito, vexillum ſinito, arma deponito.* Quod non magis mirum debet videri, quam *quieſco ſervum, requierunt flumina curſus.* Virgil. ecl. 8. Ubi Servium adde.

Pag. 297. *In carcerem captivis ſuis plenum*] Quod cum glorioſiſſimum exiſtimares, facile à te impetraſti, ut me redimeres. Sed idem illud fecit, ut non poſſem non meminiſſe, cujus patris eſſem filius. Igitur adulteris non peperci.

Callias tecum communicare dignatus eſt] Locus difficilis. quem, vide, ſi ſic ſit emendandus: *Callias te ſecum communicare dedignatus eſt.* Alioquin non imputaret pro beneficio, quod filiam ſuam mihi dedit in matrimonium. Communicare illud intellige fieri per nuptias & affinitatem. unde conſocer Miltiadi Callias erat futurus. Facit huc illud Montani in diviſione: *filia tua Miltiadis nurus facta eſt: non putas beneficium habere communes cum Miltiade nepotes?* Seneca etiam filius Troad. 344. *Illo ex Achille, genere qui mundum ſuo Sparſus per omnem.* Unde vix dubito, quin iſta veriſſima ſit emendatio.

Tantidem tamen redemi patrem, quanti à te redemptus] Me ingrati accuſas. id in me cadere crimen non ſuſpicaberis, ſi cogites, quod vicarium me pro corpore patris dedi, patrique pro cenſu fui, qui tuam æquat pecuniam, qua me redemiſti, alioquin non recepiſſem patris corpus ad ſepulturam. Ceterum Ven. hic: *Tantidem tum redemi patrem.* Quia redemptio patris cauſa fuerat, cur iſtarum nuptiarum conditionem accipere cogeretur, inde non minus imputaturus Calliæ, quod filiam ejus accepiſſet uxorem, quam imputabat Callias, quod dediſſet, ipſumque redemiſſet: *Tantidem tum redemi patrem, quanti à te redemptus ſum.* Rurſus Ven. in Diviſ. *Nullus tamen erat locus Athenis honeſtior.* ubi vulgo *tum erat.* Item: *nam & me tu non rogantem redemiſti.* ubi *tūn* legitur. etiam Pal. *tamen.*

An quiſquis gratiam non retulit] Ven. Frob. Pal. *An non quiſquis.* Quod non eſt temere mutandum.

Tuli, inquit, filiam tuam uxorem] Fuerit forſan: *Retuli, inquit. Filia tua uxor mea, filia tua Miltiadis nurus facta eſt.* Repetitio iſta exprimit, quantopere indignam exiſtimet filiam Calliæ ſe & ſua familia. Dixit tamen ſupra Montanus hic Votienus, *æquiore animo impudicam pati voluit.* Etiam Victor Aur. in epit. *Quæ* (Sabina Hadriani uxor) *palam jactabat, quam immane ingenium pertuliſſet.* Ut poſſit in lectione vulgari adſpici ad difficiles maloſque & viliſſimis dignos iſtius puellæ mores.

Pag. 298. *Ut dubium ſit, an acceperit*] Ita exaudi, quaſi eſſet ſcriptum: *an non acceperit.* Paſſim in diviſionibus iſta confuſa cernas.

Niger Brutidius illas præterea quæſtiones fecit] Eſt hic ſine dubio Brutidius Niger, de quo Tacit. 3 Ann. 66. Sed antiqui hic, *Brutus Brutidius.* Ut ſuſpiceris *Brutus*, vel *Brutius*, ex *Brutidius illis*, qui ſatis noti. Nam codd. iidem: *Brutus Brutidius illis illas p. q. f.* malim.

Sperat quid, aut præparat] Alexandri oratio apud Juſtin. 11. 12. videatur.

Pag. 299. Ποῦ μοι τὴν χάριν ἔδωκας ἤδη] Illud ἤδη languidum nimis. Forte: Ποῦ μοι τὴν χάριν ἔδωκας; οὐ δεῖ.

Non dices me, Callia, ingratum] Animanda interrogatione videtur oratio, & legendum: *nunc dicis me, Callia, ingratum? unde redemeris cogita.* ut ſit ſatis accommodata ad imitationem Græcæ ſententiæ. Quam expreſſam Arellius voluit.

Pag. 300. *Nactum eam occaſionem non intermiſiſſe*] Illud *nactum* tuetur lectio Cov. Ceteroquin, quia eſt in Pal. & Eraſm. *nec eam occaſionem*, divinare cœperam: *nec eam occaſionem interemiſſe.* ita *occaſione* eſt in Controv. 2. ubi dixi. Hoc vero in loco, ſi ſecun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

dum Covar. retinemus *Nactum*. Scribendum: *non interemiſſe*. Eſt & in Venet. *nec eam occaſionem non intermiſiſſe*.

Vult mecum pares rationes facere] Filiamque mihi meam, quamvis adulteram, donare.

Συγγνώμην ἔχω μοι] Tu mihi non ignoſcis hoc de facto? ipſe mihi ignovero.

CONTROV. XXV.

Pag. 301. *FLaminimus prætor*] Quamvis antiqui *Flaminius*, certum tamen eſſe, quod ſcripſerit Seneca, *Flamininus*, de quo jam monuit Gronov. inde etiam ad liquidum perducitur, quod Pompeius Silo eum nobiliſſimum appellat. Fuerunt autem Flaminii Plebeii. Porro aut generaliter hic poſitum *prætor*, quo ſenſu etiam *cos.* item *procos.* prætor. etiam *rex* in ſacris litteris à præeundo: aut *præſ.* vel *P R* ſcriptum paſſim fuit. unde fecerunt *prætor* (utrumque notat) cum procos. fuerit Flamininus: quod etiam Montanus in diviſione non ſemel fatetur, item in colore, & rurſus dein Triarius. Præſidis autem nomen etiam complectitur proconſulem. l. 1. D. de offic. Præſ. Sed cogitandum, an præſes hoc jam ſenſu uſurpari cœperit. Florus enim ab ſuis temporibus ſumpſiſſe poteſt, cum lib. 2. cap. 17. de Viriato: *Caſtra etiam Prætorum & Præſidum aggreſſus*. quo cum confer lib. 3. cap. 20. & adde Lexicon Jurid. Briſſonii in voce *Præſes*. Quæritur an ita hic fecerit & Seneca? In verbis Triarii eſt: *Contemni nimiam Prætoris lenitatem: alios fuiſſe Procos., qui quotidie animadverterent*. Ita Ven. ubi minus dure ſcribi poſſet *Præſidis* in loco priore. an vero ex. *Proc.* omnia ſunt corrupta. Certe & Montanus etiam inferius, quam allegavi ſupra: *Percuſſurus lictor ad Prætorem reſpexit, Prætor ad meretricem*.

Si cujus formæ meretrix invidit] Ex antiquis nonnulli: *Si cujus fœminæ*. quod ſi amplectimur, ſcribendum: *O. miſerum patremfamilias*. Nam & in ipſum & in uxorem totamque adeo familiam ſævit, indignata ullius præter ſe formam Proconſuli placere potuiſſe.

Non objicio hiſtrionum jocos. apud vos r.] Ven. *hiſtrionum jocos annuos, revixerunt*. Idem videtur fuiſſe in Pal. unde Grut. legit *annuos*. Credo fuiſſe: *ante vos refrixerunt*. Qui vos adſpicerent indulgere genio, & luxuriari non potuerunt. Frigebant omnes, ut nec jocari liberet. Ipſi id obſervare potuiſtis.

Reliquiæ Prætoris unco trahebantur] Confer, quæ dixit Julius Baſſus.

Aiebat: Quid ſi meretrix deſideravit?] Lego: *Quid ni meretrix deſideravit?* Verba Flaminini probantis veniſſe accuſatorem inter cœnam: cum cognitiones capitales illic certe exerceri non deberent. Ipſe nunc id probat, quia deſideravit meretrix. Igitur acerrima ſubjungitur reprehenſio: *In hoc te cum uxore non miſimus?* Severus Cæcina apud Tacit. 3 Annal. 33. inter alia, quibus oſtendit, publice damnoſum eſſe, ſi magiſtratum uxores in provinciis comitentur, *Non imbecillum tantum & imparem laboribus ſexum, ſed, ſi licentia adſit, ſævum, ambitioſum, poteſtatis avidum*. item: *Cogitarent ipſi, quotiens repetundarum aliqui arguerentur, plura uxoribus objectari*. Lege vero repetundarum etiam vindicabatur in eos, qui crudeliter verſati eſſent in imperio.

Pag. 302. *Optemus meretrici bonam mentem*] Optat ſibi bonam mentem Tiberius 4 Annal. c. 36. dum precatur deos, *ut* ſibi *ad finem uſque vitæ quietam & intelligentem humani divinique juris mentem duint*. Item ille, cujus eſt: *Mens bona, ſi qua dea eſt, tua me in ſacraria condo*. Mentis bonæ eſt, nihil avare, nihil injuſte, nihil libidinoſe, nihil incontinenter facere, aut factum faciendumve probare. Cum diverſa à meretrice expectanda ſint, patet falſe hoc eſſe dictum: *Ut ſalva provincia ſit, optemus meretrici bonam mentem*. Adde poſtrema, quæ dixit Triarius in colore.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Ut tu cum meretrice cœnares] Cum nec legati nec quæſtoris id pateretur dignitas: ipſeque prætor paterna quadam auctoritate inter illos vivere deberet. Cicero 1 in Verrem: *Sic enim à majoribus noſtris accepimus, prætorem quæſtori ſuo parentis loco eſſe oportere. nullam neque juſtiorem, neque graviorem cauſam neceſſitudinis poſſe reperiri, quam conjunctionem ſortis, quam provinciæ, quam officii, quam publicam muneris ſocietatem.* Simul autem id videmus, prætores cum legatis, & quæſtoribus ſuis cœnaviſſe.

Etiam carnifices cœnaturi manus abluunt] Adeo eas cruentare ſanguine inter cœnam nolint. Reverentur illi magis, quam tu ſacra menſæ & hoſpitales deos. Albutius Silus: *Interim virga promuntur & victima crudelitatis ante menſam ac deos trucidatur.* Adde quæ dixit Hiſpo Romanus.

Ne à ſobrio quidem lictore percuſſus eſt] Albutius Silus: *nec ſobrii quidem carnificis manu civis Romanus occiſus eſt.*

Qui meretrici multa dederit] Ven. & Vat. *alia.* quod non diſplicet. *dare* hic ut in Virg. *Sat patriæ Priamoque datum.* Tacit. 1 Ann. 7. *Dabat & famæ.* 2 Annal. cap. 58. *daturumque honori Germanici, ut ripam Euphratis accederet.* item: *datum id non modo precibus Artabani, ſed contumeliæ Piſonis.* Infra: *damnaturi jurant, nihil ſe gratiæ, nihil precibus dare.* Etiam in aliis jam *dare* pro *facere* notatum eſt ab eruditis.

Aut iſta jam ſæpe vidiſſet] Legerim non invitus: *Ut iſta jam non ſæpe vidiſſent.*

Inter temulentas reliquias ſumptuoſiſſimæ cœnæ] Ita & infra: *Inter temulentas ebriorum reliquias humanum everritur caput.*

Pag. 303. *Si in triclinio tuo judicium coëgiſſes*] Vulgatius hoc: rariſſimum, quod Sueton. in Aug. cap. 36. *Cogere haſtam centumviralem*, pro convocare centumviros.

Niſi forte facilius in honorem ejus decollas, quam judicas] Et ne accuſationem quidem audiſti, nec ſententiam more majorum pronunciaſti. In iſtis enim judicare ſitum.

Alio quam Flaminino prætore omnia alia vidiſtis?] Hæc non opinor alienum locum occupaſſe, quod cenſuit Faber, & jam improbavit Gronovius. Tantum tollenda interrogatio. In verbis Silonis nihil mutem, niſi quod poſtulare videtur antecedens, *Nunquam vidi:* ut ſequatur, *Adjice, ſi vis: nec alio prætore videre potero.* Nam *potes* valde incommodum videtur.

Uno convivio cum ſua prætura reum evolvam] Supra: *Non inquiro in totum annum: una nocte contentus ſum.* Ut autem hic *evolvere reum*, ita Controv. 6. *Quemcunque volueris, evolve nobilem, ad humilitatem pervenies.*

Quid multa? è carcere in convivium prætoris] Lege: *en è carcere in convivium, cui ſtupenti, miſero, meretrix arridet.* Eleganter de improviſo, nec opinantibus convivis reum capite puniendum inducit in convivium. Non metuo, ne quis cum Petreio inſertum malit, *educitur*, quam iſtam meam emendationem amplecti.

Pag. 304. *Imperii Romani terrore luſiſti*] Infra: *Memento terrorem imperio quæri, non oblectamenta mulierum.*

Video prætorem, amatorem, ſcorta, cædes] Malo: *Video prætorem amatorem, ſcorta & cædes.* Pergit Pal. *ſed meretrix prætori.* Ven. *ſex mer.* unde conjicio: *ecce meretrix prætori*, &c.

Utriſque manibus menſam tenens] Ovid.

Tange manu menſam, tangunt quo more precantes.

Vide Comment. ad Plauti Rud. 5. 2. 46.

Quicunque in eodem triclinio accubabat] Lege: *accubabant.*

Interim diſtinguitur mora poculis] Vult potatum inter moram, idque interpoſitum fuiſſe. paulo ante: *diſtinguuntur argenteis poculis aurea.*

Stare ad præbendas cervices immotum] Ven. Eraſm. Pal. Cov. *in jocum.* nempe non in pœnam. quod non videtur rejiciendum.

Dedecoris certamen] Seneca in Medea 396. *Vultus furoris cerno.* Quintil. declam. 296. *Animum ſervitutis* pro ſervili

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ſervili dixit Arnob. 2. adverſus gentes: *interdicta formidinum*, id eſt, egregie formidabilia.

Pag. 305. *Accuſavit te. quis? Judicarunt te. qui? Te prætor,* &c.] Venet. *Accuſavit te po. ro.* Ita & Baſ. uterque, item Eraſ. & Pal. veri fons eſſe videtur in Cov. ubi legitur: *Accuſant te: qui? C. R. judicarunt te. qui? T. R.* inde in loco priore factum aut lectum *T. R.* unde editum *po. ro.* ſive *populus Romanus*. Sed cogitandum, quod *C. R.* ſit *Civis Romanus*, teſte Valerio Probo & Petro Diacono, & antiquis inſcriptionibus. Igitur lego: *Accuſarunt te: qui? civis Romanus es. Judicarunt te: qui? civis Romanus es.* Nempe minime id conſuetudine Romanorum permiſſum erat, quemquam alterius libidini occidere, priuſquam accuſatus ſuos audiſſet accuſatores, ſeque defendendi in judicio habuiſſet facultatem: ut utar teſtimonio ſanctiſſimi doctoris gentium ex Actis Apoſt. c. 25. Hic autem etiam repetitur *civis Romanus es*, ut oſtendatur, quam nefarium hoc ſit, quod inauditum atque indefenſum civem Romanum, ut gratificaretur meretrici, inter cœnam & pocula per ludibrium prætor decollaverit. Pulchre huc faciunt, quæ ſunt Act. 22. Ει ἄνθρωπον Ρ'ωμαῖον καὶ ἀκατάκριτον ἔξεστιν ὑμῖν μαστίζειν, &c. Item Ciceronis illa in Verrem: *Cervices in carcere frangebantur indigniſſime civium Romanorum, ut etiam illa vox & illa imploratio, civis Romanus ſum, quæ ſæpe multis in ultimis terris opem inter barbaros & ſalutem tulit, ea mortem illis acerbiorem & ſupplicium maturius ferret.* Item: *Nulla vox audiebatur, niſi hæc: Civis Romanus ſum.* Et in epiſtola Aſinii ad Ciceronem: *cum illi miſero quiritanti, civis Romanus, reſponderet; abi nunc: judicium populi implora.* Id enim iſtis verbis factum, quibus forte & iſte reus uſus eſt. Loca Ciceronis non ſemel olim à me obſervata, nunc deſcripſi ex Sigonii lib. 1 de jure civ. Rom. c. 6. quia ſtabilimentum ſunt emendationi meæ. Quod omiſi; etiam ſupra hunc civem Romanum eſſe voluit Albutius Silus.

Unquam pro roſtris vidiſtis prætorem cum meretrice cœnantem?] *Pro roſtris*, inquit. Iſta ad forum, qui ſuppliciorum locus, quem nunc domum & triclinium fecit, & à menſa, ut ab Roſtris ſolet, ſupplicium ſpectavit.

In ſinu meretricio jacet] Venet. Pal. Cov. *in ſinum meretricium jacet.* quod nolim mutatum. Egi his de locis ad Controv. 19.

Cum iis ergo prætor] Minime vero cum aliis fuit. Hæc ironice. Nam de meretrice notum, quod & cum hac prætor fuerit. Legerim vero: *convivas tuos ipſe narra.* non *narra.*

Ne iterum homicidium roges] Hac enim re tuum illum amatorem ſummum in periculum devocas.

An quod quis in magiſtratu peccavit, proles] Antiqui etiam *proles* corrupte. Perguntque: *Vindicari poſſit majeſtatis læſæ reus. Unum enim, quod.* Schottus, ſecutus fidem libri reſcripſit: *An quod quis in magiſtratu peccavit procos.: vindicari poſſit majeſtatis læſæ reus.* ita & editio Romana. Eam lectionem damnat Faber, quod à veteri longius abeſt. qua ubique *prætor* non *procos.* appelletur. Et, inquit, ſi licet aliquid audaciuſcule tentare, legendum cenſerem: *An quicquid in magiſtratu peccavit prætor, vindicari poſſit majeſtatis lege? Reus enim, cum tueri,* &c. Reus eſt criminis ſummus ille vir, quod objicit. Nam nimium hoc ſane in loco à veſtigiis priſcæ ſcripturæ recedit. Et verum eſt, quod ſupra paſſim Flamininus hic appelletur prætor, non procos. Sed in diviſione hac Montanus Votienus procos. appellat nomine. In quæſtione tertia, ut mittam alia, partem hujus quæſtionis more ſolenni Rhetorum repetens & pergens ulterius: *Deinde ſi poteſt vindicari majeſtatis lege id, quod procos.* &c. *peccavit, an hoc poſſit.* Rurſus Montano *procos.* eſt in colore, ubi *procis* eſt in Ven. at in Pal. *Pronſ.* in Vat. *Procos.* Ita & in verbis Triarii inde in colore *Procos.* Flamininus dicitur. vide initio Controv. dicta. Ex quibus id quoque intelligas, recte hic legi; *vindicari poſſit majeſta-*

tis lege. quod ipſe vellet, ut & Schottus. qui tamen auctoritate libri ſui deductus eſt puerilem in errorem, dum probum putat, *An* &c. *vindicari poſſit majeſtatis lege reus.* Ipſe viderit, quomodo hæc expedire & cum præceptis Priſciani in concordiam reducere poſſit. Ego pro vero hic amplecti me fateor: *An quod quis in magiſtratu peccavit procos. vindicari poſſit majeſtatis lege.* Et dein eruditorum judicio hoc examinandum ſubjicio, an non exiſtiment manifeſtis deprehenſi veſtigiis, hic iſtam excidiſſe quæſtionem: *& an hic majeſtatis læſæ reus ſit.* Ut vitium ſit natum, quia ſimilia repetebantur verba: quod frequens eſſe jam ſæpiſſime in his monui & rebus docui. Ita dein hic continuabitur, quod eſt in vetuſtis: *Unum enim, quod tueri ſe facto non poteſt, ad jus confugit.* Accipio vero *majeſtatis læſæ reum* iſtic, qui majeſtatem læſit. Ut *reus facti*, qui fecit. Plaut. Ciſt. 1. 3. 16. Movetque hic iſtam quæſtionem, quæ paulatim eo deducit, cum homicidii potius reus videretur, tandem quæſtio ſit, num majeſtatem publicam læſerit; dum apparatu majeſtatis publicæ in iſto ſupplicio utitur. & tandem omni ſe crimine purgat. Vide finem eorum, quæ dixit Montanus hic Votienus. Poſſis tamen etiam hoc loco: *Reus unum enim.* Nam novum non eſt, ut *enim* poſt duas dictiones collocetur. Pareus in lexico critico exempla dabit ex ipſo Cicerone.

Pag. 306. *Num quicquid peccavit in mag.*] Sine interrogatione malim: *Non quicquid.*

Quod amplius dico] Vulgatam diſtinxeram, *Quod amplius, dico.* cum vidi Grut. ex ſuo Pal. notaſſe & probaſſe, *Quod amplius eſt, dico.* Hoc igitur retineamus, aut iſto modo diſtinguamus.

Quod animadvertiſſet in aliquem nullo rogante] Sine dubio, hoc nomine accuſari non poſſet; nec hoc ad rem quicquam facit. Lege: *Quod ſi animadvertiſſet in aliquem alio rogante, numquid accuſari poſſit?*

Quod ſub prætextu publicæ majeſtatis agitur, quicquid peccatur] Ven. *ſub prætextu publicæ majeſtatis actione vindicandum eſt.* Forte fuerit: *In eo autem, quod ſub prætextu majeſtatis publicæ, majeſtatis actione vindicandum eſt.* In quæſtione ſequenti ita, *quod proconſul* &c. *peccavit.* etiam initio, *quod quis in magiſtratu peccavit procos.* Vide Schottum hic, qui id quoque notat in vet. libro eſſe *prætexto.* ita & Sen. *pulcherrimum reipub. prætextum optimates* vocat. Etiam Sueton. Jul. cap. 30. *Et prætextum quidem illi civilium armorum hoc fuit.* Ubi iſtum Senecæ locum producit Caſaub. Quod hic *prætextum*, mox *apparatum* dicere videtur. Adde his, quæ ſunt in nota ſeq. De *prætexto* jam monuit Gronov.

Quod proconſul majeſtati publicæ & juri apparatus eſt, peccavit] Gron. poſt Fabrum: *Quod proconſul, ſi majeſtatis publicæ & juris apparatu geſſit, peccavit.* quod ego veriſſimum eſſe exiſtimo, niſi quod, ut ſimpliciter agam, mallem: *quod proconſul majeſtatis publicæ & juris apparatu geſſit & peccavit.* magis id convenire diviſionis ſtylo videtur, ut reſpiciat & complectatur illa duo. Prius: *an id poſſit vindicari majeſtatis lege, quod ſub auctoritate publica geritur.* alterum: *in eo autem, quod ſub prætextu publicæ majeſtatis peccatum,* &c. Illuſtrat hæc etiam, quod eſt Controv. init. *Peragitur totus ordo ſupplicii, ne quid ſe meretrix negaret vidiſſe.*

Pag. 307. *Sic audiuntur, tanquam Populus Romanus illa dederit*] Venet. *Si claudit ea aliter, quam po. Ro. dederit.* Simillima Cov. & Pal. Lege: *Si exaudit ea aliter, quam pop. R. dederit.* Si calumniatur, nec voluntatem ſpectat populi & ſententiam, ſed ea ſuo arbitratu interpretatur.

Et continetur inito fœdere] Antiqui: *Indigno fœdere.* Forte: *Videtur populus Romanus percuſſiſſe, continetur & indigno fœdere.* Id verum eſt, niſi quod, ſi ſenatus populive non acceſſiſſet auctoritas, turpitudinem dirimere poterant fœderis, dedito imperatore. quod ra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ro factum. Inde iſtud dixiſſe videtur:

At ex te ceteros æſtimant] Eoque in contemptum adducitur imperium noſtrum, unde facile rumpitur imperii reverentia ab iis, qui cum maxime parent, & hoſtium ferocia acuitur. Mox lege: *ex quibus æſtimari poſſint.*

At ſingulorum vitia, &c.] Ven. *Et ſingul.* Recte.

Non tamen, ſi quid in aliquo eſt mali] Divina imprimis conjectura eſt Gronovii, quam vide. Senſu idem eſt, ſed literas accedit propius, *magiſtratuum.* Facile eſt inventis addere.

Si præcedentibus faſcibus prætor deduceretur in lupanar] Venet. *deducet.* Ita convenit magis, quod ſequitur, *lædet.* Item: *Atqui, quod licet fecerit. Deducet* vero quemcunque. Nunc in dignitate procos. fuit inter pocula, qua in tribunali ſolet eſſe conſpiciendus aut pro roſtris, reumque capite truncandum ad ſe induci, & decollari juſſit. Omnia majeſtate prætoris & imperii Ro. indigna.

Pag. 308. *De colore, inquit, quæritur*] Quæ dixerat Silo Pompeius, refert, illiuſque judicium de colore connectit quæſtionibus, quas feciſſe oſtendit in diviſione.

Ut Flamininum judex probet] Non videtur nomen proconſulis hic repetiſſe Seneca, quia in Ven. Frob. item Pal. eſt: *ut illum juvet ac probet.* in Covar. *ut illum judex probet.* quod Senecæ manum eſſe credas.

Sed, quæ objiciuntur, reſponſurum] Ven. *Sed his, quæ obj.* quod probo. Jam alii de conjectura id voluerunt.

Colorem actionis eſſe bonum Senecio dixit] Venet. Eraſm. Baſ. uterque, Pal. Cov. *Senecionis eſſe bonum*, &c. Igitur emendem: *Alebat autem illam ſententiam Rufi Vibii colorem actionis eſſe bonum, qui & Senecionis eſſet.* Quæ ſequuntur, ſententia ſint Vibii Rufi, quam pro colore dixit Senecio. Abſque hac emendatione ſententiam Vibii Rufi fruſtra quæres. Senecioni eo etiam placuiſſe poſſint videri, quod paulo magis ſint grandia; quibus unice delectabatur, ut & Grandio vocari cœperit Suaſ. 2. Grata ſint iſtius ingenio: *in quo omnis libido intra meretricem eſſet; crudelitas intra carcerem*; id eſt, reos carceris. Poſtremum hoc maxime probaverit. Porro adde init. coloris Controv. 18.

Pag. 309. *Poſtulant prætorem perire damnato*] Ven. non agnoſcit *prætorem*, ſed pro eo *procis* exhibet. Pal. *Pronſ.* in Vat. *Procos.* nempe ut in diviſione, ita & hic procos. Flamininum appellavit, ut mox & Triarius. Vide quæ dixi init. Controv.

Occiſus eſt: qui? damnatus: ubi? in prætorio] Ven. & Pal. *Occiſus eſt, qui damnatus ſub prætorio fuerat.* Quod minus elegans, ſed illius quoddam interpretamentum eſt.

Deſpolia. Meretrix agnoſcis hoc verbum?] Terent. Hecyra 1. 1. 6. lenam anum inducit ita præcipientem meretrici juvenculæ:

> —— *te ſedulo*
> *Et moneo & hortor, ne cujuſquam miſereat;*
> *Quin ſpolies, mutiles, laceres, quemquem nacta ſis.*

Notiſſima hæc, nec iſtis tantum ſæculis frequentata. Quod ſequitur: *certe provincia agnoſcit.* ita accipe: provinciam rapinis proconſulis vexatam eſſe, dum proconſulem exhaurit quotidie meretrix, iſque ſuppetere datis vult, & meretrix præterea interim inculcat illud ſui ingenii & diſciplinæ, *deſpolia.* Quod proinde rebus ſenſit, didicit agnoſcitque provincia. Non immerito ſupra Vibius Rufus: *Ut ſalva provincia ſit, optemus meretrici bonam mentem.*

Pag. 310. *Ait, animadverte, meretrix*] Verba prætoris intelligo hic tribui meretrici, & legendum judico: *Ait: animadverte, inquit, meretrix, age lege.* Hoc factum acriter præſtringit his Rhetor: *Quicquam enim lege hic agitur?* Ut, *inquit*, omittatur paſſim vulgatum. Poſtrema male ſollicitarunt. Sunt enim ſine dubio vera & elegantiſſima. Ita paulo ante: *Quo tempore punitus eſt? Eſt enim ullum tempus quo nocens*

nocens perire non debeat? Pro *eſt ne.* Ita & Quintil. declamat. 309. *Plus enim mali poſtea feci?* Ita *autem* Terent. Hec. 1.1.15. *Injurium autem eſt ulciſci adverſarios?* Etiam Quintilian. declamat. 337. *Cur enim dicere aliquid auſus ſum?* id eſt, Curnam. Sen. Troad. 1110. *quos enim præceps locus Reliquit artus?*

In qua ſolebat ſchemata tractationem viol. fregit] Antiqui: *attrectationem.* Unde Faber vulgatam effinxit, cujus ſenſum non ſatis percipio. Scribendum credo: *tractatione violentiſſima.* Nam ex fine vocis *ſchemata* factum credo *attrect.* cum *tractat* à manu eſſet Senecæ. Ubi autem illa tractatio violentiſſima? Periit illa magnam partem opera, & ingenio eorum, qui emendare voluerunt, quod erat emendatiſſimum. Ediderunt enim: *Stupet lictor. idem dicit, quod meretrix tua: hoc numq. ſe vidiſſe.* At antiqui: *Stupet lictor, id eſt, quod dicit meretrix tua, nunquam ſe vidiſſe.* quod qui non amplectitur, accuſatorie, cogetur fateri judicaſſe M. Senecam, cum violentiſſimam Argentarii tractationem vult fuiſſe. Porro, *interdiu age*, male ſollicitavit Petreius. qui, *interim age*, vel *jure age* vellet. vide Gruteri notam.

Nec ulli alii contigiſſe ſcio, quam apud Græcos Nicetæ] Longe aliter ſcripſiſſe Senecam, quam hæc vulgo leguntur, oſtendunt Mss. & antiquæ editiones. Nam in Ven. Eraſm. Baſil. utraque: *Nec Julio, nec alii contigiſſe ſuo.* Pal. eadem, niſi quod: *contigiſſe ſcio.* Covar. vero in marg. *Nec Julio, nec alii conceſſiſſe.* in textu: *conticeſſe.* Præterea Eraſm. dein & Herv. *ut à diſcipulis.* Ven. vero & Pal. *ut diſcipulis.* Igitur unde deſcripta ſunt, apparet etiam illud *a* habuiſſe. Illud quoque non prætereundum, quod in Ven. legatur non *eſſent*, ſed *erant.* Quæ omnia poſtquam mecum reputavi, animumque & mentem verſavi in omnia, tandem decrevi emendandum eſſe: *Nec Juliis, nec aliis id conceſſiſſe ſcio.* ut eos audiret declamantes. Intelligit autem Juliorum nomine eos, qui de Julii Octaviique familia eſſent. ut L. & C. Cæſares; quorum pater Agrippa ſupra Controv. 12. declamantem hunc Latronem audit. etiam Controv. 34. *Cæſar audit Cratonem.* Pergit dein Seneca ex emendatione mea: *quia ut apud Græcos Nicetæ, apud Romanos Latronis ita diſcipuli non audiri deſiderarunt, ſed contenti erant audire.*

Pag. 311. *Eloquentiam ſuam vendere*] Ita filius Seneca Herc. fur. 171. *Hic clamoſi rabioſa fori Jurgia vendens improbus, iras Et verba locat.*

Dixit in Flaminino] Ita & infra: *In Flaminino tumidiſſime dixit.* Utroque loco ſcribendum exiſtimem, *in Flamininum.* quod non primus notavi. Miror vulgatum, quamvis in Cov. extet, probari à Schotto.

Ut in ipſo triclinio, &c.] Suſpicor fuiſſe: *Ut non in ipſo triclinio.* Nempe nimis ad iſtam elegantiam ſuam properaſſe vult Florum, ad quam gradu veniendum erat. Pro vero iſtud amplecti cœpi, poſtquam advertere ad ſequentia animum cœpi. Confer, quæ dixit ſupra Julius Baſſus, cujus compoſitio virilis magis.

Et ille dixit minus notam ſentent.] Lego: *Et illam.* Sed jam id occupatum à Gronov.

Cum privata voce] Eſt, qui legat: *veſte.* Supra: *Si prætor tribunal conſcenderit convivali veſte.*

Alteram ejuſdem generis, &c.] Malim: *altera ejuſdem generis, &c. ſententia.*

Quam ſemper voluiſſent ad ſupplicium advocare] Lego: *qua ſemper.* Atque inde inſtitutum, ut claſſicum caneret, cum eſſet ſumendum ſupplicium. Iſta emendatiuncula ſublata omnis hoc ex loco difficultas.

Pag. 312. Ἐπὶ τὸ πλησίον μαίνονται] Schottus vertit: *ad propinqua inſaniunt.* Quid hæc ſibi Latina velint, non capio. Græcum, elegans, & verum ſine dubio eſt: ὅτι τὸ πλεῖστον μαίνονται, *quam maxime inſaniunt.* Ita jam pulchre conveniunt ſequentia. De inſanis dixi ad Suaſoriam 1.

Meretricis ſinu excitabitis occiſuri] Lege;

Lege: *Meretricis è ſinu excitabatis occiſuri.* Juſſerat, & dein lapſus erat in ſomnum.

Non curamus, ut ſenſus] Venet. Pal. Covarruv. *an ſenſus*. Quod non mutem.

Quod amaritudine verborum quaſi aggravatur] Lege: *aggravat*. Pertinent hæc ad ea, quæ dixit Murrhedius, ut & ea, quæ ſubjicit. Ubi malim: *Etiam res petit.*

Pag. 313. *Cum nunc demum ne victimæ quidem occiduntur*] Ven. Eraſ. Pal. ignorant illud *ne*. additumque fatetur Schottus è veſtigiis vet. lib. nulla, ut opinor, neceſſitate. Verum enim eſſe credo: *Tum nec domi ne victimæ quidem occiduntur.* In quo ſummus ille P. Faber non deſiderabit declamatoriam inſaniam. Forte vero paulo ante ſcripſerit Seneca: *habet hujus generis inſaniam*, *quod* nempe *amaritudine verborum quaſi aggravat.*

Græci appoſuerunt manum] Controv. 33. *Multa ab aliis pulchre dicta ſunt, à quibus non abſtinuerunt noſtri manus.*

Ὡς ἤκουσαν, ὅτι συμπόσιόν ἐστι, ἤριζον] Schottus, *Ut audiverunt convivium eſſe, contenderunt.* Quis horum ſenſus eſt? aut quomodo quis comminiſci poſſit, ea ad hanc Controverſiam pertinere, aut facere? Tu ſcribe: ὡς ἤκουσεν, ὅτι συμπόσιόν ἐστι, ἤλπισεν. *Poſtquam audivit* ille noxius, *convivium eſſe*, in quod duceretur, *in ſpem veniebat* veniæ & vitæ. Confer quæ ſupra dixit Albutius Silus.

Πάντες ἐμονζονοπέσαντο] Monſtrum lectionis & verbi. Audax eſt; ſed ſenſu perſpicuum: πόρνη πάντας ἡμᾶς φονοκτονήσαιτο. *Meretricis cauſa ille occidat omnes.* His oſtendit, in quantum procos. in monſtrum illud, animo, ac mente deſciverit. Locutio vero illa eſt, qualis ſupra: *Illud, rogo, legi potius, quam ſcorto cadat.* Item: *Reus damnatus eſt legi, periit fornici.* Facile vero iſta revocabunt in memoriam notiſſimum Caligulæ votum. Schottus conjecit: πάντες ἐμόραζεν, ὅθ' εἱστιᾶτο. *Omnes ſoli erant, dum convivatur.*

Cujus ſenſus, qui hic quidem idoneus ſit, non inveſtigo.

Διηγήσομαι ὑμῖν καὶ τὸ κῶμον] Schottus: *Narrabo vobis & convivium.* imo *comiſſationem.* Harum voluptas ſuccedebat cœnæ: quæ nunc magnam partem in iſto ſupplicio fuit. Ita jam videmus hæc eſſe ſenſu integra. Confer cum his, quod ſubjicit Seneca, & ex his item intellige, ὡς ἐρωτικὸς ὁ κῶμος!

Ἀναιρέμενον ἀναίτιον] Poſt hæc in Mss. eſt ἀνηποσδ' τυχ. Quod negotium ſibi faceſſere fatetur Schottus. Mihi inde veniebat in mentem forte ſcriptum fuiſſe à Seneca: Οὐδέποτε τεθέαμαι ἀναιρέμενον ἀναίτιον. *Nunquam vidi, cum occideretur inſons.* verba meretricis. ad quæ Rhetor: Ἄνθρωπος εὐτυχὴς εἶ. εὐτυχὴς οὐδὲ ὄψῃ. *Felix tu es eo nomine: nec quamdiu eris felix, illud videbis.* Infeliciſſimo enim & periculoſiſſimo in loco, res eſt ſumma poſita, & ſubjecti, cum etiam in innoxios ſævitia graſſatur.

Οὐδέποτε τεθέαμαι ἀναιρέμενον γύναιον] Poſt τεθέαμαι videtur τινὰ excidiſſe, ut hæc itidem tanquam mulieris verba repetat Rhetor: *nunquam occidi quemquam vidi.* Reſpondet idem: γύναιον τοῦτο μὲ οὐδὲ δεῖ. Neque illud decet, muliercula. Supra Blandus: *Feriatur in foro: omnes videant: meretrix audiat.*

Καὶ ἑταίρα καθεῖσεν] Senſus eſt: Καὶ ἑταίρα παρεῖσεν, *& meretrix tranſiit.* quibus nempe, quod præcedit, ſuppetebant facultates, unde commodiuſcule viverent in carcere, nec eos elegit ad ſupplicium. Mox lege: ἐγὼ γὰρ ἄδικος. *Ego enim injuſtus,* & ſupplicium ſum meritus. Hoc innocens dicit, aut ſaltem non auſus capital, id quærens, ut morte finire ærumnas liceret. Ex divitibus vero ſperare poterat prædam meretrix. Nec enim ſemper publicabantur bona. imo plerumque non publicabantur, ſi capite punirentur noxii. Igitur hunc potius miſerum & inopem morti eligi illa voluerit. Ultima ſine dubio recte ſic habent: ὃν καὶ ἀπῆγον: *quem & abduxis*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

duxit ad ſupplicium. Schottus ὁ legit: *qui etiam abduxit*, ut vertit. Sed nihilo ille plus hoc in loco vidit, quam videre ſolemus craſſiſſimis in tenebris conſtituti. Vertendum erat: *Poſtquam occurrerunt, quibus in carcere ſuppetebant facultates, eoſque tranſiit*, neque elegit ad ſupplicium *meretrix, exclamavit miſer quidam, Me ducito: ego enim injuſtus ſum*, & graviſſimam in me culpam admiſi. *quem & abduxit* ad ſupplicium. Divitum in carcere etiam eſt mentio Controv. 27. prope fin.

CONTROV. XXVI.

P*Er vim metumque geſta*] Hoc ex epitome ſumpſerunt. Venet. Eraſm. Pal. Cov. *Per vim utique.* Quod non mutem temere. maxime cum in diviſione tantum de vi, nihilque de metu tractetur. Poſſit ceteroquin hic non incommode poni. Nam mox Junius Gallio: *Majores noſtri viderunt, quam effuſa eſſet indulgentia pro ſuis timentium.* Etiam antiqui omittunt *lex*, & dein *alia*. Scribuntque: *pacta conventa legibus facta, ſint.* Ut velle videantur rata ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repeti. Poteſt tamen & ſimilitudine præcedentis vocis, & quia iteratum eſt, intercidiſſe.

Reddit illi duos] Venet. Eraſm. Baſ. uterque, Pal. *reddidit illi ſuos filios.* non male.

Si alterum non abſtuleris] Lego: *nunc abſt.* poſtquam nempe mihi ſunt redditi. Mox Junius Gallio: *Nolite timere pueri; non diducam vos, aut utrumque habebo, aut neutrum.* Adde quæ dixit ſententiæ initio.

Pag. 314. *Miſeremini Judices, gravis invidia eſt*] Plenum: *cui gravis invidia eſt.* Illi nunc dolent oculi, quod utrumque mihi meum habere, & amplecti licet. Inde negotium in judicio faceſſit, meque premit, & divexat.

Conſummatio, ut perderem] Senſu commodo ſcribe: *Conſummatio erit, ut perderem?*

Pro diſciplinis] Diſciplinæ hic, inſtitutiones, ut patet, à diſcendo. At Juſtin. pro eodem *doctrina* lib. 29. c. 4. de Pythagora: *Matronarum quoque ſeparatam à viris doctrinam, & puerorum à parentibus frequenter habuit.* Cicero pro Sextio: *Sumpſi hoc loco doctrinam quandam juventuti.* ita & in l. 79. §. 1. D. de verb. ſign. ubi hunc etiam producunt locum, quia rei, quæ illic tractatur, accommodatus eſt.

Licet plus petas, dum ne minus reddas] Secundum Ven. Eraſ. Frob. & Pal. eſſet: *non minus reddam. Plus nimium* intelligo. Ut apud Plaut. Amphit. 2. 1. 63. & alibi. Aquila Romanus *Pleonaſmum* interpretatur per ſolam vocem *plus*.

Pro patre lex, non cum educatore pacta eſt] Petreius & Faber: *non pro educatore facta eſt.* Ego aliud latere ſuſpicor, & manum eſſe Senecæ: *pro patre lex noſtra cum educatore pacta eſt. Lex noſtra*, inquit, id eſt, quæ pro nobis patribus facit, iiſque favet. Ita Controv. 11. *Non noſti conditionem legis tuæ: in hac, qui pares ſententias habent, pereunt. Ipſe ad alienam ſe miſit: lex illum miſit ad meam.* nempe legem.

Meos retinenti] Recte hæc ſe habent. Peſſime reſcribitur, *repetenti.*

Ego vero ne patrocinium quidem habeo] Malim, *habebo.*

Pag. 315. *Iterum cogor exponere*] Minantis eſt, potius utrumque ſe expoſiturum, quam morem geſturum adverſario.

Nihil unquam ſine illis feci] Quare, ſi quid peccatum eſt unquam, & illi peccaverunt. Meum vero hoc beneficium proprium eſt, quod indicavi.

Sine hærede manere me] Ven. *Sine hærede hærere, qui.* Ita & Eraſm. & Pal. & Cov. quoque: niſi errore poſt *hærere* adjicit *hæreo.* Ex his intelligo emendandum eſſe interrogatione expuncta: *Sine hæredem habere me, qui paulo ante habui filios duos.* Et Petreii conjecturam, qua velit: *Sine hærede hæredem*, probare non poſſum.

Iſte eligat] Optime hæc habent, & modeſte offerentis & permittentis ſunt patri, ut eligat. Quod in excerptis eſt: *iſte electurus eſt*, quod notat Faber, nihil me movet, quia id ſcio, ex

ex epitomes iſtis non eſſe has Controverſias emendandas, quibus maxima vitiorum ſeges importata, dum illorum centonum conſarcinatori, quiſquis eſt, nimis fidem paſſim eruditi habent.

Preces meas ad filios transferam] Quoniam tu non moveris. Facit autem hoc in verbis Arellii pater, qui Paſſienum mox excipit. Quod addit, putare, quod liceat ſibi uſurpare nomen filiorum, dum litigat, eo pertinet, quod res litigioſa, quaſi neutrius litigantium, ſolus ut ſibi nemo arrogare poſſit, excluſo alio, propria, & communis eſſe videtur.

An in re vis, aut neceſſitas ſit] Bene, quod *An* adjectum. Saltem in Venet. nullum hic apparet. Senſus tamen & perpetuus diviſionum ſtylus id flagitat. Ut autem hic, ita & in Controv. 28. *An in re vis ſit.* Controv. 30. *An in re injuria ſit.* Brutus apud Florum 4. 7. *Non in re, ſed in verbo tantum eſſe virtutem.*

Pag. 316. *Dicet alius: Neceſſe mihi erat*] Lege, ut ſua vis & venuſtas reddatur orationi: *Dicat alius.* Tibi minime id dicendum. De quo dein exequitur.

Nihil autem refert, per quem illi neceſſe fuit] Ven. aliique antiqui: *quam per quem.* Primam vocem, tanquam ſupervacuam ſe deleviſſe fatetur Schottus. Idem jam ante judicaverat Petreius. Horum ego ſententiæ non invitus meam adſcripſerim, propter illa, quæ ſubjiciuntur.

Pag. 317. *Quod & ſponte & ad exonerandum ſe ven.*] Ven. & Cov. *quod exponere.* Aug. *quod exponeres.* Tranſitu facto in perſonam aliam, quod multo frequentiſſimum eſt in his Controverſiis. Scripſiſſe Seneca videtur, *Quod & exponeret, & ad exorandum ſe veniſſet*, &c. Jam olim Petreius *exorandum* legere maluit.

Dixit modo ipſe, qui avidus eſt] Lego: *quia avidus eſt; poſſumus duo patres eſſe.* Eleganti ſententia. Reliqua ex Gronovii nota pete.

Nunc ſolitudine periclitantem] Quintil. Declam. 280. *periclitor enim nuptiis, periclitor matrimonio non una nocte cognito.* Declam. 331. *Non ergo ego feci, ut tu capite periclitareris.* Declamat. 347. *Omnibus tamen periclitor bonis.* Quare mire poſitum *periclitans ſolitudine.* Credas fuiſſe: *nunc in ſolitudine & periclitantem.* Accuſabatur enim de vi, de qua & ne condemnaretur, metuebat. Ut hic, ita in Controv. 7. *Tu in ſolitudine eras.* liberis deſtitutus.

Neſcio, inquit, utrum] Patrem hoc dicere naturalem vult: *Neſcio, inquit, utrum reddere velim.* poſſem enim minus bonum mihi eligere. Reſpondet igitur: *Mihi crede, qui illos optime novi: utrum vis elige.* Uterque optimus eſt, nec periculum eſt, ne deteriorem eligas. Similem huic locum habes in Suaſor. 2. Statorius *contradictionem ſumpſit: At, inquit, trecenti ſumus. & ita reſpondet: Trecenti, ſed viri, ſed armati*, &c.

Sinite in uno filio experiri] Ven. *Sinite me.* quod judico recipiendum, quia & Cov. *Si ita me.* primis corruptis.

Non eſt, quod dicas, Quis, &c.] Ven. Baſ. duo, Eraſ. Pal. *dicas alium, Quis.* Aug. *alios.* Quare ſcripſerim: *Non eſt, quod dicas alium. Quis ſibi*, &c. Qua periodo objectio ponitur. Ad quam reſpondet: *Solet fieri*, &c. Ita & inceperat. *Quid ergo? quis adhibuit vim? Tu tibi: non eſt*, &c.

Dono, quod indicaverim] Malim: *Dona.* Infectum ſit, quod indicavi. Jam ego iſtos duos habebo, tu neutrum.

Quid do, ut filios meos recipiam?] Lege: *Quid do, ne filios meos reciperarim?* ita conveniet ſequens: *Quid do, ne agnoverim?* omniaque erunt hic plana.

Quid putatis eſſe Ceſtium, niſi Ceſtii cinerem?] Recte hæc habent, niſi quod eſſet aliquanto locus venuſtus & perſpicuus magis, ſi legas: *Quid putatis ei eſſe Ceſtium*, &c. Rationem hujus quoque joci reddit Seneca: *Et ſic ſolebat jurare*, &c. Mortuorum per manes & cineres item jurarunt. vide præfat. 3 Controverſ. Erat autem iſtud Argentarii jusjurandum peſſimi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

mi omnis. Adde Tacit. 15 Annal. fine.

Pag. 319. *Qui ἑρμηνεύματα docerent*] Ven. Frob. Pal. Cov. *Ermenium acta d.* Quod juxta cum ignariſſimis intelligo. Conjeci (nam profecto, niſi incertum conjecturæ hic dare non poſſum) *qui ἑρμαῖον non pacti docerent.* Ut rideat his Græce & Latine declamantem, dum inhiet auro, & exiguas tamen mercedes percipientem. Suadet igitur, ut ἑρμαῖον paciſcatur. Ridicule. Nam ἑρμαῖον ἀπροσδόκητον κέρδος, ſive inſperatum eſt lucrum, finitore Suida. Et hoc iſte Rhetor tantum jure ſibi promittere potuit, quippe ineptus, & dum inter Græca & Latina fluctuatur, ab neutro ſtudio commendatus. Suidas ex auctore, quantum videtur, cujus intercidit nomen: Οὐ κατὰ τοὺς ἄλλους ἀγαπήσας τὸ ἑρμαῖον, οὐδὲ οἰηθεὶς ἄρα μηδὲν ἀδικεῖν, εἰ ἑκὼν παρ' ἑκόντος ὁτιοῦν ἐωνήσατο. Si ſerio locutus eſſet Haterius, ſuaderet, ut iſte Rhetor Minerval paciſceretur. Vulgatum ita intelligerem, notari in Sabino Clodio, quod doceret nota omnibus, nec interpretationis indigentia, & interpretationes adeo ipſas. Schottus quid velit, vix capio.

Male, καὶ κακῶς vicit] Lege: *Male καὶ κακῶς dixit.* Contra *dixerat* pro *vicerat* vitioſum notavi ſupra in fine Controv. 2. Nam *vicit* non putem de Severo poſitum.

Ἂν ἀμφοτέρους μοι μὴ ἀποδῷς, &c.] Junius Gallio ſupra: *Plus quiddam eſt, geminos eſſe, quam fratres. Perdit uterque gratiam ſuam, niſi cum altero eſt.* Declam. 8. *Hunccine fecit exitum, illa modo tota civitate conſpicua mater? ille indiſcretus ab utroque latere comitatus? ille gaudentium dulcis error oculorum? Quid mihi mortem nunciatis unius? Perdidi miſera geminos.* Item: *Sed ignoſcat naturæ pietas*; (ita lego) *non eſt ſolatium matri unus ex geminis. Felicior ille dolor eſt, qui tranſigi ſaltem cum oculis poteſt. Renovatur, accenditur, & in his vultibus illum quotidie putat videre tranſeuntem.*

Teſtamenti figuram tractaret] Covar. *Cum ultimam partem teſtamenti per figuram tractaret.* Legendum: *Cum in ultima parte de teſtamento per figuram tractaret.* Controv. 13. *Solebat enim fere in aliquas figuras declamationem deſcribere.* Controv. 1. *nec ſine figura dixit omnia, propter quæ velle deberet.*

Quando ego mortuus ero.] Ven. Frob. Cov. *quandoque ego.* Ita apud Sueton. Jul. cap. 81. *Quandoque oſſa Capyis detecta eſſent, fore, ut Julo prognatus manus conſanguineorum necaretur.* cap. 26. *ut abſenti ſibi, quandoque imperii tempus expleri cœpiſſet, petitio ſecundi conſulatus daretur.* Dictys Cretenſis: *quiſque partium ad eum venerat, cum his ſe adjunctum eſſe ſimulabat.* Multa ſimilia paſſim obvia.

Vis interrogem, uter?] Sunt minantis. Nam ſi in teſtamento ſcribat, *uter?* qua nunc voce differebat deſiderium educatoris pater, neuter filiorum aliquid ſperare iſtiuſmodi ex teſtamento poterat. In verbis quidem Gallionis eſt: *Pete quantumvis pro diſciplinis, imputa quantumvis pro alimentis, licet plus petas, non minus reddam.* Sed Rhetorum mos eſt, cum per argumentum licet, ut ſuo arbitrio iſtiuſmodi de rebus dicant. Et potuit pater reperiſſe divitias poſt expoſitionem. Et poteſt id quoque fieri, quamvis aliquas repererit, ſi ſolvenda ſint alimenta, ut rurſus revolvatur ad res anguſtas. Tum quamvis & ſic ſuperfuturæ illi ſunt facultates, quis ampla hæreditate velit temere ſuos excidere liberos? Denique, *Sæpe de facultatibus ſuis, amplius, quam in his eſt, ſperant homines.*

CONTROV. XXVII.

R*Eus ſit cæſi patris*] Abſunt hæc ab antiquis, nec neceſſe eſt, ut ex Epitoma inſerantur.

Poſtea feci, quam dimiſſus ſum] Indignans oppreſſorem iſtum libertatis, tyrannumque ita inſignite impium, meo ſatu eſſe editum.

Quod me non reliquit ſolum tyranno] Quod potius pulſavit me, quam exemplo fratris ſe præcipitavit. Ita eum habere ſuperſtitem potui, mox tyranni-

cidam futurum, noſtræque libertatis aſſertorem. Utinam & pulſaſſet me alter ille! Quod optat in verbis illis Ceſtii: *Felicior eſſem, ſi plures reos defenderem.*

Quod manu illius uſus ſum] Intelligenda hæc credas ex ſententia hac Julii Baſſi: *Comprenſas filii manus in os meum impegi, cadentem conſolatus ſum.* Idem in diviſ. *Ego me filii mei manibus cecidi.* Ven. legit: *quod manus illius ſunt.* ita & Eraſm. & Pal. niſi quod in hoc ſuperſcriptum voci poſtremæ *al. uſum.* Vat. *quod manus illius uſum.* At Covar. *uſus eſt.* Unde ſuſpicabar: *quod manus illius auſæ ſunt, ego juſſi.* Saltem illud: *ego juſſi* ſic aptum huic loco magis.

Age, hoc tantum filius meus ſimulavit?] Petreius, *An hoc* præfert. Nihil mutandum. Simulata, inquit, amicitia hæc fuit: nec hoc ſolum eſt, quod ſimulavit. Multa alia ſimulanda fuerunt, ac diſſimulanda, ut opprimendi tyrannum copia ipſi fieret. Imprimis huc facit, quod dixit Votienus Montanus: *Filius ſimulabat ictus, pater gemitus.* Erat autem hic pater in arce à filio pulſatus.

Pag. 320. *Integer tyrannus jacet*] Venet. & Cov. *Inter tyrannos jacet.* & porro: *præciſa tyrannicidæ manus.* Forſan hæc tuebitur aliquis, nempe: *Inter tyrannos jacent præciſæ tyrannicidæ manus.* id eſt, inter manus tyrannorum, tanquam manus ſint tyranni, habentur, contemnunturque, ac deſpuuntur tyrannicidæ manus. Juſtinus gemina ratione lib. 4. 3. *auſi facinus nulli tyranno comparandum.* id eſt, nullius tyranni facinori. Cujuſmodi de locis Gronov. 4 Obſerv. Pro vulgato: *Integer tyrannus jacet*, hæc faciunt, quod tyrannis non conſueverint præcidere manus. Non ſemel id expreſſum Controv. 7. tanquam *tyrannus cum manibus projectus eſt.* Item: *Tyrannicida exitum tyranni rogo,* &c. Sed ſic laborandum de ſequentibus: ubi conſtanter antiqui: *præciſa tyrannicidæ manus.* Et dici poteſt, quamvis ex conſuetudine non præciderent tyrannis manus, tamen non inepte iſtud dici, quo ſignificatur, non minus duriter haberi tyrannicidam, quam vel tyrannus haberi poſſet. Vox *jacere*, quod pœne omiſeram monere, pro *contemni* eleganter dicitur. Notum eſt illud poëtæ: *Pauper ubique jacet.*

Validius patrem cecidiſſe, quam juſſit tyrannus] Tranſpoſitione hæc laborare credo, & ſcripſiſſe Senecam: *Validius tyrannum cecidiſti, quam juſſit pater.* Is nollet ita miſere filium ſuum, quamvis tyrannum, fœdari. Tu id feciſti inconſideratæ pietatis impetu ablatus, dum ulciſci vis, quod me pulſare te juſſerat & coëgerat. *Ego vero miſeratus jacentem* (ita enim lego) *ipſas cadaveris manus in me ingeſſi.* qui culpa eram, cur eſſetis tu exacerbatus, ille multis vulneribus trucidatus ac laceratus. Cæteroquin in luctu hujuſmodi ſuis ſibi manibus fœdabant ora. Mento infra: *Quæritis quis hæc fecit vulnera? ille, cujus cecidit me in funere manus.* Niſi ſuas ipſius manus intelligit.

Pag. 321. *Parricidam vocavi*] Quia, quantum in ipſo fuit, me iræ & ſævitiæ reliquit tyranni. Infra Ceſtius: *Tyrannus jubet cadere. expoſita tormenta ſunt. quid faciat? moriatur, inquis. Hoc dicis, ne cadat patrem, occidat.*

Pereant, inquit, potius. qui ſunt] Ven. Eraſm. Pal. *potius, quam ſint.* Poteſt fuiſſe: *quinam ſunt.*

Magnum humanæ infelicitatis patrocinium] Ven. *imbecillitatis.* Ita & Schottus ediſſe videtur, nec quamvis videret in excerptis, *infelicitatis*, mutare voluiſſe, quia ſic reperiebat in ſuis Mss. Nam cum de neceſſitate & θεῦ βίᾳ agitur, non male hominum infirmitatis fit mentio, quæ cum illis reſiſtere non poſſit, inde veniæ patrocinium non injuria ſperat.

Quæ, quicquid coëgit, defendit] Vellet forte quis, *eaque.* Sed vulgatum non eſt temere damnandum.

Ille, cujus cecidit me in funere manus] In funere filii quis pulſaret, cæderetve patrem, niſi ipſe id faceret? Quare ipſum etiam patrem intelligo.

Ut ego inter liberos meos fortior ſteti] Nam illi quidem conciderunt animis, cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

cum imperaſſet tyrannus, ut patrem cæderent; unde alter præcipitavit ſe, alterum reliquere vires: quem ipſe excitavi ad fortius me feriendum, ne nos colludere ſuſpicaretur tyrannus.

Pag. 322. *Donec placeret tyranno ſatelles. quid? tu*, &c.] Senecam malo credere ita ſcripſiſſe: *Donec placeret tyranno. Tyranni ſatelles, quid?* &c. Iteratum vocabulum omiſſum.

Non iſtius advocationi adſum] Ceteroquin quis non adſit advocatus patri adverſus filium ita impium ac nefarium? nunc ferri non poteſt, quod eum defendat. Pergit hic Ven. *Defendit enim, quamvis nocentem.* Ita & Baſ. duo, item Eraſm. & Pal. quare amplectamur.

Infelix, quod cauſam ſuam cum fratre jungebat] Legendum videtur: *Infelix eſt, quod cauſam ſuam cum fratre non jungebat.* Nam quia impetrare non potuit ab animo, ut cæderet patrem, exemplo fratris, ille periit. Et nunc arguitur à patre, quod ſibi potius pepercerit, quam patri; denique & parricida dicitur. (adde Latronem ac Silonem ſupra) at hic nunc defenditur à patre cæſo, & officium etiam dicitur functus. Ut autem hic *cauſam ſuam non jungere*, ita *diſſociare cauſam* Tacit. 13 Annal. 56. *excidium minitans, niſi cauſam ſuam diſſociarent.* 4 Hiſtor. 38. *iis, qui è ſuperiore exercitu erant, cauſam ſuam diſſociantibus*, nihil ſibi eſſe cum iis commercii volentibus, diſcedentibuſque atque eos relinquentibus.

Ego tibi & pro illo ſatisfaciam] Patris dolentis, quod ita agant adverſarii. Quaſi omnia filiorum facta ſibi infelici ſint defendenda. Interrogans autem hæc dicit.

Ut validius, inquit, cæderet. Pro rep. inquit, feci] Quia præceſſit: *Exclamat iſte*, pater nempe; hæc autem filii ſit oratio: non poſſumus non ſuſpicari, quod ſcripſerit Seneca: *Hic, Ut validius, inquit.* ſed *cæderet* præterea corruptum. Lego: *cæderem.* pergoque, *pro rep. inquit, feci.* niſi alterutrum *inquit* expunctum malis. Sed & alibi ita geminatum non ſemel in hoc opere notavi. Etiam illud ſuſpicatus ſum aliquando, non fuiſſe unam continuamque hanc orationem, ſed membra duo, ut nunc editum, & excidiſſe *juſſit.* ut reſcribendum ſit: *Hic, ut validius, inquit, cæderem, juſſit. & pro rep. inquit, feci.* Supra ipſe pater: *Ego juſſi.* Infra etiam: *Pater, inquit, juſſit, ergo frater tuus impius fuit, qui patri non paruit.* Me non pœnitet utrumque retuliſſe. Eligat lector.

Nec imputare reip. idem quod tyranno] Mox: *Habuiſti, quod tyranno jactares. frater maluit mori.* Etiam in diviſione quæritur, *An hoc animo ceciderit, ut aditum faceret ſibi ad amicitiam tyranni.*

Quiſquis cædendus erat, iſti tradebatur] Venet. *erat, quamvis quiſquis iſte tradendus.* Etiam in Eraſm. & Palat. Gruterus, in Covarr. optimo codice Schottus notant extare: *quamvis quiſquis iſte.* ſive ead. iſta. tantum *quamvis* ii expreſſiſſe omnibus litteris videntur, quod erat in ipſis libris compendio ſcriptum, ut in Ven. Cum vero conſenſu iſta exhiberi video, non poſſum inducere in animum, ut credam, temere id eſſe factum, malimque, quam illa exturbem, legere: *Quiſquis cædendus erat, torquendus quiſquis, iſti tradebatur.* Nempe huic illum provinciæ, cum videret animo immanem, præficiebat frater tyrannus. Vel, *trucidandus quiſquis*, lege. Certe aliquid horum ſimile non dubito quin hic poſitum fuerit quondam ab auctore.

Ut vulnera ejus videretis] Cum ſit indulgentiſſimus, non poſſet induci, ut vobis ſua vulnera oſtenderet, quippe cum eo facilius erat futurum, ut condemnaretur filius. Nunc cum adſit filio, ultro ejus rei nobis facit copiam.

Niſi pro tam bono patre fuiſſet, qui vellet mori] Sæpe amant de induſtria ita confundere & permiſcere orationem auctores etiam optimi: Nam nos ordinaremus: *niſi fuiſſet* aliquis, *qui pro tam bono patre mori vellet.*

Itane apud vos] Venet. Eraſm. Pal. *Quia apud vos.* Vat. vero & Cov. *qui apud vos.* Ut non tuear vulgatum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

quamvis ſane quam elegans. Sed inſerta negatione reſcribo: *quia apud vos non tantum crud. p. v.*

Pag. 323. *Hanc legem moriens laudavit tyrannus*] Ea quippe ſi exercita fuiſſet in iſtum fratrem ſuum, ab eo non eſſet contrucidatus. Et certum eſt, qui cædere poſſunt patres, poſſe alios occidere.

Noviſſime inter filium] Levi mutatione emendo hunc locum, ſcriboque: *Noviſſima inter filium & patrem tyrannis interceſſit.* Ut nemini debeat videri mirum, quod hic accuſatur: cum poſtremum hoc tyrannidis exemplum non poſſit excidere animis. Poſt hæc incipit diviſio: quod ante me jam monuit Faber. Sed idem videram, priuſquam illius inſpexiſſem notam. Sunt autem hæ quæſtiones Latronis; quod inde patet, quia infra in hac diviſione occurrit: *Et in illa quæſtione Latronis, An tutus eſt, qui patre volente fecerit.* Hanc vero reperis inter quæſtiones hujus ipſius, qui primo loco diviſit. Igitur lege: DIVISIO. *Latro in has quæſtiones diviſit: An non quiſquis.* Ut eſt in Controv. 24. ipſiſſimis verbis, ſi antiquos adeas. Vulgo male illud *non* omiſerunt. Vetus ubi nunc vulgo incipit diviſio, inſerit: *Latro ſic diviſit.*

Quid legis intereſt excipere] Ven. Froben. Eraſm. Pal. Covar. *Quamvis legis.* Covarruv. etiam mutato verborum ordine: *Quid? vis in te in legem excipere.* Ut forte ſcripſerit Seneca: *An vis intereſſe, ut leges exciperent, ne fraudi ſit,* &c. *Etiam exciperet.* Venet. & Frob. *exhibent.* Vulgatam lectionem ab excerptis manaſſe apparet.

Aut ſopitum] Liv. lib. 1. cap. 41. *ſopitum fuiſſe regem ſubito ictu.* Sunt & ſopores, qui ducerent in mortem, niſi interpellentur.

Subita corporis gravitate] Accipio morbum hic ſignificari *gravitatis* voce, qui graves ſemper ſunt corpori, ut hoc illis ſæpe ſuccumbat. Sueton. Julio 1. *quartanæ morbo aggravante.* Intelligere autem hoc loco Rhetor videtur, qui animi patiuntur deliquium. Virgil. 4 Æn. 391. *ſuſcipiunt famulæ collapſaque membra Marmoreo referunt thalamo, ſtratiſque reponunt.* Poſſis præterea etiam comitiali aliove ſimili correptos morbo intelligere.

Sed communi cauſa loquor] Excuſabat enim, quod hoc facto ſeſe reſervaverit parricidio, ad quod peragendum ſibi ante alios dari copiam videbat.

Si officioſe quis cecidit patrem, non pulſavit] Apparet hanc quæſtionem formari ex iis, quæ præmiſſa: ubi oſtenditur, officium quandoque eſſe durius tractare, aut & pulſare patrem. Sed non inde continuo jam id quoque licebit, ut cædas patrem. hoc enim gravius. Ulpian. in l. 5. D. de injur. *Inter pulſationem & verberationem hoc intereſt, ut Ofilius ſcribit: verberare eſt cum dolore cædere, pulſare ſine dolore.* Certe hoc loco *cædere* ita accipi videtur, ut corpus laceretur & fœdetur, quod huic contigerat patri. Ceterum Mss. & antiquæ editiones in diverſum abeunt hoc de loco. Nam Ven. *Si officio, ſi quis qui cecidit.* Cov. *Si efficio, ſi quis.* Froben. *Si officio, ſi quis.* Pal. vero: *Si quiſqui.* Unde conjicio: *An, ſi officioſus, quiſquis eſt, cecidit patrem, non pulſavit, puniri debeat?* Lex tamen promiſcue refertur: *Qui patrem pulſaverit. Qui patrem ceciderit.* Sed ſi iſte obnoxius eſt pœnæ, magis hic erit. Et *pulſare* per *cædere* expoſuiſſe videntur, ne ad leviſſimas & quaſcunque pulſationes lex referretur. Exturbata dein voce DIVISIO, junge iſtis: *Hanc quæſtionem in plures partes diviſit.* Atque iſtæ partes iſti quæſtioni, quam emendatione mea dedi, optime conveniunt.

Cogitate quam multa tyrannus exegerit] Ven. *multa, quam quæ.* Frob. *multa quamque.* Cov. *multa quam tyr.* & in gloſſa *quæ.* Forte *quam* ſemel excidit. fueritque: *Cogitate, quam multa, quantaque tyrannus exegerit.*

Non dicitur ſacrilegus] Qui metu & vi tyranni ſubactus hoc facit. Recte vero inſerunt *ſacerdos*, quia ſequitur *conſecravit.* Quod non eſt, niſi ſacerdotis. Quintilian. declamat. 313. aut

de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

de ſacerdote ſaltem ſunt hæc intelligenda. Et tota ſic periodus longe melius habet.

Deorum immortalium dona] Proprie *dona* dixit, quæ & *donaria* apud Macrob. & §. 8. Inſtit. de rer. diviſ. mire ſi analogiam ſpectes, qua donarium eſſet locus, ubi aſſervantur dona, qualia ſunt templa. id patet ex vocibus *lararium*, *ſacrarium*, *ærarium*.

Stabat contumaci frater vultu. intellexit, &c.] Gronov. *fraterno* ex ſuis: quod eſt & in Ven. optimum ſine dubio. Scribam vero ex Cov. nihil mutans: *Stabat contumaci & fraterno vultu.* quo manifeſtus erat decreſſe potius manu occupare mortem, aut ſe præcipitare exemplo fratris, quam me violare. Igitur ipſe juſſi, ut cæderet. Pergit dein etiam Cov. *intellexi*, ut & Ven.

Item, *An illo jam tempore*] Ven. *idem.* unde *id eſt* in Palat. & Vat. quod non probem cum Grutero, quia plane hoc inſolens eſt Senecæ in diviſionibus. Malim vero dein: *&*, *An hoc animo ceciderit.*

Sed manus pendere] Gronov. *perdere.* id quod probat Cov. codex.

An bono animo fecerit] Expectares: *An pio.* ut repetatur, quomodo prius eſt poſitum.

Ne dixeris idem voluiſſe] Lege: *ne dixerit.* quod eſt in Venet. Frob. Covarr.

Sed patri dignus parricidio viſus es?] Ven. *Sed & ipſi parricidio dignus es?* Etiam: *dignus es* Covar. item Frob. nec *viſus* neceſſarium. Senſus tamen eodem redit. In Controv. 26. *Quid putatis ei eſſe Ceſtium, niſi Ceſtii cinerem?*

Cum deſcripſiſſet impium in patrem] Ven. *cum deſcripſiſſet impium in fratrem, impium in patrem.* In quo nihil mutem. Montanus infra: *violaſti patris corpus, fratris beneficium.* Si quis tamen velit prius patris, inde fratris factam mentionem, non multum me ſibi adverſantem habebit.

Pag. 325. *Montanus tamen aiebat*] Quamvis iſta pulcherrima. Lege vero: *Montanus tamen aiebat, nihil hoc poſſe melius dici: Ex hac parte*, &c.

Pag. 326. *Cum deſcriberet tyrannum occiſum*] Ven. Froben. & Cov. illud *cum* ignorant: exhibentque iſti, *deſcribere, inquit, deſcribere tyrannum occiſum.* hic, *deſcribe, inquit, deſcribe.* Ven. pergit: *& cum ing.* Credas eſſe verum: *Deſcribe, inquit, deſcribe tyrannum occiſum, & te tum ingenti gloria ex arce deductum*, &c.

Quanto melius frater tuus perierit] Cov. *Frater tuus Buſitius.* At Ven. Eraſm. Baſ. uterque, Pal. *frater tuus beneficio perierit.* Scripſiſſe Senecam mihi quidem perſuaſum eſt: *quanto melius frater tuus præcipitio perierit.*

Timebam, ne uno Rhetore plus haberemus] Salſiſſimum hoc dictum Julii Sabini nondum intellexerunt eruditi. Schottus nihil potuit comminiſci abſurdius & alienius, quam hunc ad locum dedit. Gronov. emendare tentavit. Ipſe arbitrer exponendum. Latinus hic Kalumnia dum ita obverſatur circa judicii coronam, & totiens occurrit Syriaco, traducere velle videbatur illic verſantes in eam ſententiam, ut exiſtimarent, quod aliquid & ipſius opera utilis in foro eſſet; cum ille tamen ſatis rudis rerum forenſium viveret, ut plerique Rhetores, qui tantum in umbra ſemper egerant. Quare cum illi nunc gratias ageret Syriacus, unde Rhetoriſci infantia magis ſibi placere debuit, quod precium poneret ſuæ in foro operæ ſibique diſertiſſimus patronus, Sabinus, animum tum perſpiciens hominis, hoc eum perfricat ſale: *At me hercules, inquit, timebam, ne uno Rhetore plus haberemus.* Quod timuiſſe videbatur Kalumnia, dum ita ſatageum ſe gerit in foro, id deridens, ſe timuiſſe, ait Sabinus. *Plus habere* dicitur, qui habet quid ſupervacui. Sed conſtructio eſt notabilis. Ita & Plaut. Amphit. 2.1.63. *Mihi quidem uno te plus etiam eſt, quam volo.* Cic. 1 de Divinat. *Quam moleſtum eſt, uno digito plus habere.* Facit etiam huc illud pervulgatum, *plus petere.* Idem in Moſt. 3. 1. 122. *Velim quidem hercule, ut uno nummo plus petas.* Simil

ratione *minus* Perſa 4.6. 2. *duobus nummis minus eſt.* adde Sticho 3. 2. 42. Victorinus in 1 Rhetor. Cic. *Jam quicquid plus eſt, à pleno plus intelligitur, quicquid minus, à pleno minus intelligitur.* Quæ propter litterarum noſtrarum ſtudioſos adſcripſi.

Pag. 327. *An accepiſſet à patre ſeſtertia? Dixit quot accepiſſet*] Valde ſuſpicor ſua manu exaraſſe Senecam *à patrono*, qui in illum fecerit largitionem, ut ſuſpicabantur adverſarii, quo perhibentem ſibi ex ſententia teſtimonium hunc Sabinum habere poſſet. Summa ipſa poſt hæc notata temporum injuria interciderit. Ne cui id nimis videatur mirum, quod dixi de patrono, is cogitet quotidianum fuiſſe Romæ, ut à potentioribus, ipſorum clientes, quos tanquam filios, (erant fortunæ tenuioris) debuerunt tueri, defenderentur.

Dixit quot accepiſſet? An haberet? negavit] Fortaſſe, *quod accepiſſet*, inquit Faber. Imo hoc amplectendum, expreſſumque eſt in Ven. Perge dein: *cum, an haberet? negavit.* Potuiſſet enim fieri, ut accepiſſet largitionem, eamque reddidiſſet. Quare hunc ordinem & rationem interrogandi ſervat adverſarius. idemque in reſpondendo reſpicit Julius Sabinus. quem ut magis premat, id quoque deinde interrogat, *an calumniam haberet?* Poſſet enim accepiſſe, poſſet adhuc habere iſta ſeſtertia Sabinus, ut jure accepiſſet & haberet. eoque ridens iſtud reſponſum daret. quippe cum nulli hujus rei rationem reddere cogeretur. Junge his notam ſeq.

Deinde interrogatus, an calumniam haberet?] Id eſt, calumniæ pretium & mercedem. Præfat. 3 Controv. *Iratus calumniam ſibi impoſuit*, id eſt, calumniæ pœnam. Merces vero & pretium pro pœna etiam frequentia antiquis. quæ pecuniaria olim, ut ſæpius oſtendi. Cicero: *merces erroris mei magna.* Catullus: *magno cum pretio atque malo.* Juvenal. *Ille crucem ſceleris pretium tulit hic Diadema.* Apud Ciceronem vero etiam, quod monui ad præfationis iſtum locum, *calumniam ferre*, eſt illius accipere pretium, ſive pœnam. Quomodo expoſuit præclare Gronov. ad Controv. 9. Atque hinc porro intelligenda ſequentia: *An habeam, neſcio, accepiſſe me ſcio.* Erat ſine dubio illud quædam calumniæ pœna ita interrogari. Poterat tamen & alio trahi, quare dixit: *An habeam, neſcio, accepiſſe me ſcio.* Sed teſtis, qui calumniari potuit? Julius hic Sabinus homo diſertus, id potuit, dum teſtimonium dicit. Potuit, inquam, accuſatorie interea agere, & calumniari. Porro etiam in Plautinis his locis eadem urbanitas, dum res ſuo pro pretio ponitur. Perſa 2. 3. 13. *Nunc amico homini bobus domitis mea ex crumena largior.* Ita & Aſin. 3.2.15. *aſini.* & Truc. 3. 1. 10. *oves.* χάρις pro officio Eurip. Phœn. 434. 448.

Πρῶτον κολυμβᾶν, δεύτερον δὲ γράμματα] Intelligo, jam inde ab ineunte ætate balneis nimis addictum hunc Domitium fuiſſe: Inde & nunc ædificaſſe thermas. Ita factum uti litteras haberet neglectui. Tunc Sabinus quærenti de filio matri ridens dixit: Recte atque ordine tuus facit filius, qui *primum nare diſcit, deinde diſcet litteras.* Ut in eum minime ſit competiturum, μήτε νεῖν, μήτε γράμματα. Id tunc prædictum à me, nunc rebus oſtendis. Ita malo interpretari, quam audire Fabrum, qui quum docet prius litteras, dein natare didiciſſe pueros, vellem id firmaſſet antiquorum auctoritatibus. Certe ex proverbio minime id colligas. Ante potius didiciſſe exiſtimem, aut una cum litteris: cum balnearum uſus eſſet quotidianus, libentiſſimeque facturi fuerint pueri, ut dum lavant, operam ſimul arti darent natandi.

Oppium Flammam procos.] In Ven. eſt *Occium Flammam.* ita & Hervag. At Frob. *ocium.* in Mss. etiam *Occium* fuiſſe videtur. quod mutatum iit Schottus, quod ejus aures (ipſe id fatetur) iſtius gentis refugeret nomen. Animum dein labantem impulit, quod in excerptis videbat *Oppium*, aut

Appium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Appium hunc appellari. Me nihil movent excerpta. quod Schottum, idem iſtorum auctori potuit uſu veniſſe, ut mutaret, quod temere improbabat. Ego *Occium* tuear, quia apud Tacit. legi 2 Annal. 86. *Poſt quæ retulit Cæſar capiendam virginem in locum Occiæ, quæ ſeptem & quinquaginta per annos ſumma ſanctimonia Veſtalibus ſacris præſederat: egitque grates Fonteio Agrippæ, & Domitio Pollioni, quod offerendo filias de officio in remp. certarent.* Iſta Occia huic proxima cognatione eſſe juncta potuit, ſuoque beneficio & auctoritate eum provexiſſe ad ampliſſimum hoc munus. ut mittam nunc alia. Etiam in Inſcriptionibus Gruteri Occiorum mentio non ſemel.

Bis cauſam dixerat] Taxat ſummiſſos iſtius magiſtratus capillos & barbam, ut quaſi reatui voviſſe caput videretur. Vinule igitur & venuſtule, bis jam ait ea dignitate præditum & conſpicuum ſe fuiſſe: quia bis accuſatus erat: quo in diſcrimine conſtituti barbam capilloſque promittere conſueverant. Res notiſſima.

Sed bene precati Cæſari petebant] Ven. *Sed bene interpretati à Cæſare petebant, ut honorem Sabinus & tertio gereret.* Atque ita ſcripſiſſe Senecam (*ſed* tantum diſplicet) nullus dubito. Mutaverunt, quibus *petebant* parum erat intellectum. Quod de voluntate & conſilio tantum accipiendum. Erat enim, quod ſequitur, Cæſar Romæ. Ita Controv. ſeq. *Dixit enim veniſſe avum ad imbecillum puerum. ad ægros non ſemper proximos admitti.* Vide loc. in diviſ. Pulcherrimus eſt locus Scholiaſtæ ad Phœniſ. Eurip. Καὶ τὸ κατεναδῶ, ἀντὶ τοῦ καταναδήσομαι. καὶ Σιμωνίδης ἐν ἰάμβοις, τί ταῦτα τῶν μακρῶν λόγων ἀνέδραμον, ἀντὶ τοῦ ἀναδραμεῖν μέλλω. Sueton. quod monuit Caſaub. in Jul. cap. 29. *Cum adverſariis pepigit.* Id eſt, paciſci voluit. Sequitur enim negaſſe adverſarios ullam ſe de rep. facturos pactionem. Etiam Vellei. 2. 7. *interemptus eſt.* pro interimi juſſus eſt. De quibus egi ad Contr. 3. Illud *ſed* in *ſic* ſi mutes, omnia erunt expedita. Adde not. quæ ſequitur.

Poſtea deinde offendit illos, &c.] Lege: *Poſtera dein die offendit illos tota comitum cohors.* Tunc bene adhuc erant interpretati, nunc deriſi à tota comitum cohorte, egregie ſunt exacerbati, iſtos ut trucidaverint. Sic enim intelligo, quod ſequitur: *oppreſſi ſunt in templo.* Scribe vero: *& oppreſſi.* Sabinus tum ſatisfeciſſe multitudini videtur, atque hac aliave ratione evaſiſſe; poſt tanquam author hujus ſeditionis comitumque iſtorum cædis Romæ accuſatus. Cum dictum quoque in Turdum, quod ſubjicitur, illi objectum eſt, quippe petens & Cæſarem, ut videbimus.

Pag. 328. *Erat inter infames maxime*] Hi *infames corpore.* Tacit. 1 Annal. 73. item de morib. Germ. c. 12. qui & impudici & molles; item delicati & deliciæ, de quibus Quintilian. declam. 3. *Sæculi in tantum vitia regnare, ut obſcenis cupiditatibus natura ceſſerit, ut pollutis in fœmineam uſque patientiam maribus, incurrat jam libido in ſexum ſuum.*

Ad Cæſarem non ſum iturus cum mattea] Turdum *matteam* vocat, ut ſpecioſum adoleſcentem Terent. Eunuch. 3. 1. *leporem.* Nempe & *palumbos* præterea & *paſſeres* & *anſeres* & *columbos*, &c. vocitarunt, quos amabant. Præterea ſciendum *edere* & *commanducare*, item *devorare* eſſe inter venerea. Lucil.

Commanducatur totum complexa comeſtque.

Martial.

Sed ſpectat oculis devorantibus Draucos.

Vide Gruter. ad Plauti Bacchid. 1. 1. 35. Cum igitur inter delicatos eſſet Turdus, & Tiberius Cæſar multo libidinoſiſſimus, Sueton. Tiber. cap. 43. & ſeqq. negavit Sabinus ſe cum Turdo ad Cæſarem iturum, ne de ipſo judicium fieret ex ſocio, idemque illud, quod Turdus, pati cogeretur. Unde jam ſimul ad liquidum perducitur, quare hoc dictum, cum cauſam diceret, illi objectum ſit. Confer jam his notam Fabri, qui veri ingreſſus viam, ad illud tamen penetrare non potuit. Petreii & Schotti opera ſuperflua.

flua. Iſta autem dixiſſe Sabinum accipe, priuſquam ad manum & cædes ventum eſſet, & ſe potius ſolum iturum, promiſiſſe.

Sæpe qui miſereri potuit, miſ.] De ſe loquitur Sabinus. Rebus ſecundis ſuis miſericordem ſe non raro fuiſſe: quare nunc miſericordia dignum eſſe. Etiam viciſſitudinis rerum humanarum admonuit Senatum: id quod nunc poſſent, ut miſericordia ſua ſublevarent miſerum ex carcere, eadem ſæpe in poteſtate conſtitutum ſe fuiſſe. Sed fortunam verſare omnia.

Et cum dixiſſet Senianus locupletes, &c.] *Senianos* Vat. *anianos* Cov. unde patet recte hic *Seianianos* reſcriptum velle Lipſium. quem in eo tamen non ſequor, quod vult hæc dixiſſe Senatum, *Seianianos eſſe in carcere, qui poſſent alere*. Imo ipſe Sabinus hæc dixit indignans Seianianos, qui exitium moliti erant Cæſari, ſibique imperium affectaverant, eoque parricidæ erant, facile in carcere vivere, ſe vero vitam extrema per omnia trahere, cui daretur magis, quo prohiberetur à morte, quam quo viveret; ut panem rogare parricidas ſubigeretur. Nulla quoque neceſſitate vult Lipſius poſtrema hæc interrogatione eſſe acuenda. Ut autem hic *parricidæ* pro conjuratis, quamvis deſtinata non exſecutis, ſed voluntate tantum noxiis, ita parricidium ſimili ratione Flor. 4. 1. pro conjuratione. Nempe patria communis omnium parens eſt, & iſtiuſmodi in criminibus voluntas pro facto habetur ac punitur.

Pag. 329. *Et colore uſus eſt*] Lego: *nec colore uſus eſt hoc: Juſſum ſe à patre.* Hic color placuerat aliis, non placebat ipſi, cauſam addit. Illud *nec* tantum probandum eſſe patet, quia ſubjungit: *ſed, initum eſſe tyrannicidæ conſilium.* hoc nempe, non illo uſus eſt colore. Ceterum iſta patet itidem eſſe corrupta. Veteres enim libri ſcripti & editi: *Sed in his*, vel *iis eſſe tyrannicidæ conſilium.* unde Faber, *iniiſſe*, probante Gronov. qui amplius vellet legendum: *ſed iniiſſe patris cædendi conſilium.* Commodius poſſis: *Sed in id egiſſe tyrannicidii conſilium.* Poſſe videtur & exponi iſtud: *Sed in iis eſſe tyrannicidæ conſilium.* De quo nec dubito, tantum ſi ſcribas: *Sed in iſto.* quia ſequitur: *ut per hoc ad amicitiam perveniret.* Quanquam & ipſam illam numerorum mutationem non puto incognitam antiquis ſcriptoribus.

Cædi ſe juſſiſſe] Quo magis etiam concitaturus erat tyranni rabiem. Si illius pœnas adeo contemneret, ut ultro eas ſibi infligi juberet.

Illud dixit: jam tum] Ven. Frob. Eraſm. Pal. Cov. *Quantum.* An fuit olim: *Illud dixit quoque: jam tum*, &c. Certe copulativa deſideratur.

Facile tyrannum effugiſſem] Frob. *tyrannicidia.* Venet. & Cov. *tyrannicida*, non *tyrannum*. Recte. Spem pro re poſuit. Item ad id, quod jam perfecerat, reſpicit. nec fuit cauſa, cur *tyrannicida* mutarent.

CONTROV. XXVIII.

D*ubiis cruditatis & veneni ſignis*] Ita & Calpurn. themate declam. 34. & 39. Ven. tamen hic: *dubia cruditatis & veneni ſigna inſecuta ſunt.* Quod non præferam, niſi plures conſentiant codices.

Sinu meo rapui] Venet. Eraſm. Baſ. duo, Pal. *E ſinu meo rapuit.* Hyperbolice, quod domo ſuſtulit. Quia locus, ubi raptus puer, in themate non additur: inde ſuo arbitratu de eo agunt Rhetores. Poſſis quoque capere raptum puerum ex patris ſinu & complexu. aut inde ſumptum, domumque perlatum, ut *raptum* exaggerans dicat. Tanto magis de vi actio erit. Atque id malo. Ad hæc verba filii reſpondet ſenex pater, *Quod ſervare tibi difficile eſt, avo dona.*

Pag. 330. *A noverca, quiſquis es, fugitive reductus es*] Hæc audies ab iis, quibuſcum converſabere. ſi ego hoc judicio victus ero. *Quiſquis es*, formula eſt, qua ignotos, & ſæpe quidem contemptim compellabant. Objicietur igitur huic ingenuo, quod in

ſervos

ſervos eſt convitium, *fugitive.* Idque demonſtrabitur, quia à noverca reductus eſt, ne avi quidem educatione & cura dignus habitus, quaſi nec de familia, nec ingenuus eſſet. Hæc quoque cum hyperbole aliquam faciunt mixturam. Petreius & Gronovius emendare tentant.

Habui filiam, quamvis] A vulgata lectione non abludit Cov. optimus codex. In quo eſt, *habeat filiam.* unde velim *habebat*, vel *habuit.* poſterius eſt in Auguſtod. Ita commodius ſubjungetur: *Quam indulgenter puerperia diviſit.* nempe, hic gener meus, qui nunc ita illiberaliter, atque immiſericorditer mecum agit. Ven. legit: *Habeat filium quemvis. iſte unum filium habeat. mater habeat ſecundum.* ita & Pal. Auguſtod. vero: *Habuit filiam, quamvis unum filium habeat fœcundum.* Ex his crediderim ſcripſiſſe Senecam in poſtremis: *matrem fœcundam.* Et vide, ſi placeat: *Habuit filios, quamvis iſte unus ſuperſit, & matrem fœcundam.* Quibus videtur tacite etiam veneficii in filiorum iſtorum matrem inſimulare novercam. Nempe jam duo filii & mater periere: nunc & hunc puerum ita obſtinate quærit, quem tollat. Atque hoc mihi blandiri fateor. Reliqua vitia putidis repetitionibus ſunt nata, quæ ab iis profectæ videntur, qui nimium cogitarunt, quæ in ſequentibus non ſine ſingulari acumine dicentur hoc ab Rhetore.

Meruit excludi] Ille tuus gener, qui ita indiligenter ſuum ſanguinem cuſtodit. Ita ſimul ſignificatur vim non eſſe factam.

Numquid fratres ejus occideram?] Numquid ſpectavi, quod nunc quærit noverca? Paſſim veneficii hanc arguit crimine, ut oratio tamen poſſit & alio duci: nec enim illa poterat convinci dubiis cruditatis & veneni ſignis. Quare & pergit: *Ignoſcite mihi, ſi tantum filiæ meæ mandata narro.* Non dicit, veneficium timui, ſed ſe timuiſſe innuit; dum reſpondet, ſufficiat, quod dico, rapuiſſe me, quod filia mihi mea morti proxima filiorum ſuorum demandaverat curam. Reliquam relinquit cogitationi judicum.

Expoſuiſſe hactenus juvet] Ven. *expoſuiſſe hactenus vivat.* & Covarr. *juvat.* unde emendabam: *Expoſitus ſit hactenus, & vivat.* Tu metuis ne non admittaris à me ad illum filium tuum: quia mihi eſt cauſa juſta metuendi, ne eum mihi ſubducas. Fiat id, & finge expoſitum eſſe filium illum, & vitæ tamen certum, quæ adhuc inſidiis novercæ fuit expoſita, & breviſſima illi futura. Pergit ex emendatione mea: *Jam non fortuna aut noverca narranda eſt.* Si jam fingas eum expoſitum, (quod ſatius eſt, quam veneno pereat) illud quoque erit commodi, quod nec tu fortunam incuſaturus, ſi pereat filius, nec populus rumoribus dilaturus ſit novercam. Mox Sparſus: *totiens fortunam accuſas, nunquam novercam. Narrare fortunam, novercam,* intelligo de injuriis fortunæ, novercæ narrare, paſſim querendo. Simili ratione in partem diverſam Quintilian. declamat. 326. *Hoc profecto quærebatur exemplum, ut narraretur juvenis, qui pro rep. mortem non recuſavit.* Lib. 6. Contr. 8. *Quod ſi utique laudare vis nuptias, narra Lucretiam.*

Mittit præconem, adjice illi omnia inſignia] Ven. *mittis præconem.* Faber vellet: *mitte.* nulla neceſſitate. Nam & *mittit* tolerari poteſt ea ratione, quod paſſim ab una in perſonam aliam tranſire ſolent Rhetores. vel hanc Controv. vide.

Affirmo tibi] Elegans eſt Quintil. Declam. 3. *Affirmo tibi C. Mari, non ſic nuper repugnaſſet, ſi illum tribunus voluiſſet occidere.* & ſæpius ead. declam. non procul init. notabili ratione.

Plus habeo, quod avo, quam quod reo timendum ſit] Nam tantum reus, ſi non & avus eſſet, facile hunc puerum redderet, ſeque moleſtiis litium liberaret. Nunc amor diverſum imperat, nec ſine ſumma ægritudine morboque & morte ab eo avelli avus poſſum.

Pag. 331. *Puer ad ſupplicium in domo avi à patre quæritur*] Aliud Schotto Grono-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Gronovioque viſum ex antiquis, qui habent: *ad ſupplicium indicaria patris quæritur.* Unde Eraſm. *Indicari à patre quæritur.* quod pro vero amplector. niſi quod velim præterea, *puerum indicari.* ſenſu manifeſto. Id agit pater, ut puer ad ſupplicium indicetur. Veneno enim extincti etiam fontes apud Athenienſes. Cogitandum vero in his Controv. paſſim ad mores Græcorum adſpici.

Hæc vis vera fuit] Covar. *Hæc vera fuit.* Venet. & Frob. *Hæc res vera fuit.* Fateor vulgatum magis blandiri. ſed & hoc exponi poteſt, ſi addatur interrogatio. Senſus eſt: *hoc decuit?* de me quereris, ipſe omnia humana contemnis ſacra. Notum jam ſatis eſt, quod *verum* pro æquo ponant optimi. quo de dixi ad diviſ. Controv. 9. Dixit *vera res.* ut Plaut. *vocata, parata res, certa res.* quod vulgo, *vocatum, paratum, certum.*

Pater quos conſcios habuit, neſcio] Venet. Frob. Cov. *Per quos.* Lapſu facili. Simile obſervavi ad Controv. 1. Legerim porro: *neſcio, an domi non fuit.* reſponſio ad orationem generi, domi ſe fuiſſe negantis, cum ad viſendos nepotes ægros non eſſet admiſſus avus. Repetitum rurſus excidit.

In domum veniam] Forte: *quotiens videre volam, hinc domum veniam. quotiens volam, inde domum abducam.*

Ex tribus unum poſco] Ven. & Cov. *& ex tribus.* Forte: *ecce ex tribus unum poſco.*

Utinam omnes, quos perdidit, quæreret] Ita ego laborarem minus, omniſque converteretur impetus, & ira in novercam.

Nihil vobis ſubtraham] Venet. *Nunc vobis.* Frob. *Hunc vobis.* Lege igitur: *Nunc vobis ſubtraham.* Non tradam eum vobis. Cauſam jam dixi præconi; ut nemini jam ignota eſſe poſſit. Id quod ſequentia volunt, quibus exturbatum velim, *quoque.* Quia illud nec Ven. nec Eraſ. nec Pal. agnoſcunt, & ſenſui officit.

Imo nepotem meum ſuſtuli] Ven. *nepotem ſuum.* & dein, *potuit.* quod cauſa non eſt cur mutetur, niſi Mss. velint.

Pag. 332. *Cum latrones aliquem obſiderent*] Ven. *Latrones aliquid.* Jam hoc in loco laborarunt Pincianus & Schottus. Velim reſcribi: *Quem latrones aliquot obſiderent, ſi perfodiſſem villam & armata manu conjugem, liberoſque ejus rapuiſſem, an accuſari poſſem?* Plenius quidem eſſet, *villam ejus.* ſed pronomen in ſequentibus ſemel expreſſum maluit. quandoque & omittunt auctores primarii. Reſpicitur eo, quod fieri poſſit, ut aliquis ſua obſideatur in villa, nec ulla via elabi poſſit, dum exitus omnes intercluſi ſunt poſitis cuſtodibus. Interea ut veniat, qui armata inſtructus manu inobſervatam villæ partem perfodiat, eaque conjugem & liberos obſeſſi raptim abducat. Ipſe enim ultro & facile eſt ſecuturus. Quare de hoc rapto nihil addit.

Habet ſua jura natura] Suſpicor fuiſſe ſcriptum: *Habeat ſua jura natura & hoc inter avum patremque interſit, quod avo ſuos ſervare licet, patri etiam occidere.* Ita omnis ſcrupulus eximetur Schotto. Exprobratio autem his continetur. Mihi ſaltem liceat ſervare; (nec enim avum plane ſecludi ſinat natura) ſi tibi licere vis, ut occidas. Occidere intelligitur etiam, qui cauſa eſt, cur aliquis occidatur. Calpurn. Flacc. declam. 39. Plura exempla in re nota non affero.

Quid tibi cum illo, qui eſt inteſtati filius] Poſt Petreium, Fabrum, Schottum, Gronovium, aliquid & ipſe opis huic loco ferre tentavi; legendumque exiſtimavi: *Quid tibi cum illo? qui & inteſtati filius, & ſuus hæres futurus eſt: qui me dementem alligaturus eſt.* Simplex: ille ut meus erit filius & hæres ab inteſtato, & in mea omnia, ſi dilapidare bona cœpero, & me ipſum adeo, jus habiturus. In prodigos enim patres actio dementiæ dabatur filiis. ut ſæpius vidimus. Controv. 14. Pater accuſatus dementiæ ad filium luxurioſum: *Alliga me, dum te cuſtodias.* Cum autem ille (ut hunc porro illuſtrem locum) meus hæres & filii loco ſit, nihil eſt, quod dicas, *quid tibi cum illo?* Nam non vis credo, ut excidat ſpe hære-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

hæreditatis avi: non eſt hoc patris. Imo hujus eſt, id ſtudere, ut in quam maximas divitias perveniant liberi. Eo reſpicit: *Non potes, inquit, ſic mecum agere.* Id eſt: non eſt fas, te mecum ſic agere. cujuſmodi de locis egi ad dialogum de orat. Nempe tantum pro poſſibili habendum, quod fas eſt. Ceterum cum ait inteſtato eum puerum ſibi futurum hæredem, ſpem facit adverſariis, ni cogant reddere nepotem, fore uti aliquando hunc puerum ipſius bona occupent, aut & ſe, cum minus placere cœperit, alligare & ulciſci poſſint. Ponitur enim hic ſenex nullos præterea liberos habere. ut & ſupra: *amiſſa filia volui aliquem adoptare ex nepotibus.* Idem his ſubeſſe, quis ſuſpicetur, quia ex filia nepotem ſibi ſuum hæredem futurum ait. Non licuit autem adoptare in Græcia, ſaltem apud Athenienſes, niſi ſi quis orbus eſſet. vide Petitum ad leges Atticas lib. 2. tit. 4. Sed malo, quod ſuum ſibi hæredem futurum hunc puerum ait, id improprie dixiſſe; atque inde præmiſſum inteſtati filium fore. id eſt, ut filium, ut ſuum hæredem in omne ipſius patrimonium & jus, excluſis omnibus, ſucceſſurum. Si jam adoptaſſet, aut adoptare vellet, putidiuſcule diceret, inteſtati filium & ſuum hæredem futurum. Nam & teſtato filius tamen erat, & lege erat cautum, ut non minus adoptati, quam naturales ex hæreditate paterna caperent. Petitus id docet lib. 6. tit. 6. Pergit dein Seneca: *Quædam jura non lege, ſed natura nobis attributa.* Hæc ad ſequentia reſpiciunt ac pertinent.

Pag. 333. *Num injuriarum quiſquam cum illo ageret*] Venet. & Pal. *me injur.* Forſan: *anne.*

Licet mihi, ut proſim, facere] Ven. *ut proximum facere.* Tanto magis placet, quod olim conjeceram: *Licet mihi, ut proſim, vim facere.*

Quam damnari illum ab hoc] Ven. Eraſ. Pal. *damnari illum ob hoc.* Poſtremo ſuperſcriptum: *ab hoc.* quod male amplexi ſunt. Monuit jam id Gronov. & verum, *damnari illum ob hoc* reduxit. Nempe indigniſſimum erat damnari ob hoc avum, quod affectu & στοργῇ ablatus rapuiſſet nepotem, ut ſervaret.

Damnari non poſſit, ſi bono animo fecerit] Videtur excidiſſe poſt hæc: *An bono animo fecerit.* Ita enim paſſim dividunt. & duas quæſtiones poſuiſſe diſtinctas Latronem ipſe dicere videtur Seneca. Sic egregie jam dein conveniet: *ait enim, & de animo fieri controverſiam avo.*

Auctores habere amicos] Malim: *habuiſſe.* Sequitur enim: *Medicos vero ſuaſiſſe.*

Non ad officium nepotum, &c. venientem] Recte habet illud: *officium nepotum.* cujuſmodi de locutionibus dixi ad Contr. 19. in diviſ.

Medicos vero ſuaſiſſe, ne veniret] Suaſerunt illi hoc ſocero, per quem nolebant puerum ægrum in hanc adduci ſuſpicionem, venenum eſſe, quo laboraret, unde naſceretur animi perturbatio, & timor ac deſperatio ſalutis, cujus ipſa illa maxima impedimenta ſunt.

Pag. 334. *Se recipi non poſſe, quia ponatur*] Male, qui velit: *ponatur ſimpliciter.* Integra eſt oratio, ſed peſſime diſtincta. Diſtingue: *non poſſe. Quia ponatur, Non eſt admiſſus; ſub hoc themate,* &c. Sic tolletur omnis difficultas.

Qui videri non poteſt] Expungenda negatio.

Et tantum non tabellis ſignatis denuntiare] Particula excidiſſe videtur, legendumque: *Et hæc tantum n. t. ſ. d.* Signatas tabellas accipio, ut in illo Juvenal. *Signatæ tabulæ: dictum feliciter.* Unde *ſignatores* pro teſtibus, & *ſignaturi*, teſtes futuri in teſtamento. Sueton. Ner. cap. 17. Pertinent hæc enim etiam ad teſtatas inimicitias, ut vocat Val. Max. de quibus Lipſ. ad 2 Ann. Tacit. in excurſu L. unde factum vult, ut raperet iſtum puerum avus, quo & uxorem ſuam veneficii, & ipſum graviſſimæ infamaret incuriæ, & impietatis adeo in liberos.

Iterum, inquit, venit cum convitio] Locus mihi ſuſpectus. Repetitam vocem, intercidiſſe hic quoque credo, verumque

que

que eſſe: *Iterum, inquit, veni. Venit; ſed cum convitio.*

Sic egit: veni, non ut iſtum accuſarem] Hæc ad patrem pertinere vult Petreius, & deeſſe declamatoris nomen. Ego de utroque eum erraſſe opinor, & explicatione rem expedio. *Sic egit.* id eſt, ita ſe geſſit, quemadmodum dixi. Veni ea cauſa, non tam ut iſtum ſocerum meum accuſarem, quam ut me defenderem, qui iſtis ab eo arguor criminibus. Si quid mutandum, reſcribam: *Sic coëgit venire, non* &c.

Fruſtra, inquit, duos occiderat] Faber vult videre nos, num legendum ſit, *timuiſſe ſe de puero: nec fruſtra, inquit. duos enim occiderat noverca.* Nulla neceſſitate inſerit *enim.* Quamvis enim non ſit expreſſum, ſatis intelligitur. Cetera placere poſſint: niſi quod putem vulgatum exponi poſſe. Tanto, inquit, magis timui hoc de puero, quia duos iſtos nullo præmio ſuſtulerat noverca, ſceleraque illa erant gratuita, quorum fructum tunc demum erat conſecutura, ſi hunc, quem rapui, ut ſervarem, occidiſſet. Conjunctio cauſalis non ineleganter omiſſa eſt.

Vellem tres raperem] Lege: *rapuiſſem.* quod jam viderunt alii.

Pag. 335. *Juſtiſſimum futurum avum*] Scribo: *tutiſſimum.*

Non criminor vobis illum] Malim: *nec criminor.* Sequens: *quicquid eſt, potius, quam illius periculo fiat, ego rapui.* Ita intelligendum, quaſi expreſſum eſſet: *Fatebor, ego rapui.* Nihil enim neceſſe, ut cum Nicotio legamus adjecta voce: *meo potius, quam illius periculo fiat.*

Veni, cum voles, aſpicere] Ven. Pal. Eraſm. Cov. *veniet.* Igitur lege: *Veni, &, cum voles, aſpice.* Vox poſtrema ita eſt & in Cov.

Redde, inquit, patri ſuo. Ego aſper!] Vehementer me hic locus habuit exercitum. nec quicquam reperire potui, niſi hoc ſatis magna cum audacia conjunctum: *Redde, inquit, patri ſuo raptor. Ego raptor? Age modo. monſtrabo ſi vis,* &c. In Ven. eſt: *modo ſtrabo.* Eſt autem illud *age modo*, cum indignatione concedentium, ut & minentur ſimul. Terent. Eun. 2. 2. 51. *age modo! nunc tibi patent fores hæ, quia iſtam ducis.* Locum vide. ita & Heaut. 2. 3. 103. *age modo: hodie ſero, ac nequicquam voles.* Geminum illi, *ſine modo*, frequens Plauto. Ex *aſper* cum conjicerem *raptor*, credebam facillime poſſe fieri, ut alterum excidiſſet: quia hoc fatum paſſim eſt eorum, quæ ſunt iterata.

Quæ eſt iſta tam ſera pietas, tam præpoſtera] Ven. & Cov. *Quæ eſt iſta aucta præpoſtera.* Unde continuo conjiciebam fuiſſe: *iſta cura præpoſtera*? Initiale enim *a* ex fine præcedentis vocis facile videbam adhærere potuiſſe. Idque præferebam conjecturæ Schotti, *quæ eſt iſta auſtera vel ſevera pietas.* item lectioni Eraſm. & Baſil. editionis: *quæ iſta auctoritas præpoſtera.* Cum vidi monere Gruterum in Pal. eſſe: *quæ eſt iſta acto.* & ſuperſcriptum eſſe, alii *cura.* Tanto magis illud inventum meum mihi placuiſſe fateor. Antiquum eſſe vitium inde ſuſpiceris, quod alia in epitomis ſuppoſita videmus. Ut credibile iſtarum auctorem ex his ſe expedire non potuiſſe.

Minus earundem annotatur iteratio] Ita & aliæ editiones. Operæ typographicæ poſt *earundem* omiſerunt *rerum*, quod eſt in Ven.

An quicquam melius in eo genere] Venet. *in ejus genere.* Forte, *in eo ſit gen.*

Et plura multa] Lege: *multo.* cum Vat. Pal. Cov.

Ex iis quædam in orationem contulit] Atque erant in oratione ad centumviros habita. Quare ſuſpicor fuiſſe: *in declamationem.*

Pag. 336. *Ne inveniatur, optet*] Malim: *optat.*

Deſine quærere] Ven. *Deinde quærere.* Scripſit Seneca: *Deinde, deſine quærere.* Neminem offendet *deinde* toties repetitum, qui libros ad Herennium legerit, ubi multo ſæpius, non uno loco iteratur, lib. 2. nominatim, vicies & amplius non longo intervallo poſitum obſervare memini.

Sed genere corrupto] Qui hoc pro corrupto poſſit haberi, non video. Eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Eſt enim ad illud Montani adſpectum: *deſine quærere, quem ſi inveneris, ſic perdes, ut invenire non poſſis.* Quare emendo: *Semel dixit, & genere non corrupto.* Eo ipſo, quod ſemel dixit, non corrupit ſententiam Montani exemplo. de quo vide judicium, quod ſubjicit dein Sen.

Nec hoc contentus adjecit] Filius tamen non dubitavit exemplo Ovidii hanc Hecubæ tribuere orationem, ut variet nonnihil in Troad. 955.

Adhuc Achilles vivit in pœnas Phrygum?
Adhuc rebellat? ô manum Paridis levem!
Cinis ipſe noſtrum ſanguinem ac tumulus ſitit, &c.

Nempe dolor ſolet eſſe verboſus.

CONTROV. XXIX.

Pag. 337. H*As lacrymas aut filiæ eſſe, aut me patrem*] Lege: *aut filiæ prodeſſe, aut me patrem.* Forte &, *putes.* ut ſit oratio ad novercam. Nec refert, quod ſequentis periodi verba ad filiam dicantur. Eadem enim difficultas eſt in vulgato; & illam rurſus, quæ excipit, periodus ipſius eſt filiæ. Et quam maxime hoc familiare eſt Rhetoribus, ita ut mutent: quod in oratoribus non perinde obſerves. Porro ad iſti emendationi faciendam fidem plurimum facit, quod ita pergit Rhetor: *Non prodeſſet tibi puella*, &c. Etiam Arellius Fuſcus infra: *proſit illi apud vos, quod illam pater laudat, proſit, quod talis mater accuſat.* Cogitavi etiam hunc ad locum: *has lacrymas cauſæ filiæ prodeſſe, aut me patrem.*

Quod ſciſti, conſciam me eligi pœnæ] Senſus eſt: *Quod ſcis non conſciam.* Optimos peſſimi ſolent odiſſe. Perge dein: *Me eligit pœnæ: an dixit? Anteactam ejus vitam excutiamus.* Minime id adjecit, quia hac ratione facillime ſciebat judices credituros, falſo hanc conſciam nominatam. Infra Marillius: *Puella, quæ occidiſſe fratrem dicitur, quid ante peccavit? noverca quoque ante occidit privignum, quam filiam.*

Concitatiſſima in mortem rabies eſt] Legendum: *in morte.*

Abſciſſa miſſione gladiator] Conciſe dictum, ut apud Sueton. Jul. 75. *Motis apud Ilerdam deditionis conditionibus*, id eſt, mota mentione conditionum. quod jam notavit Caſaubonus. Deinde: *nudus inſequitur.* intellige, abjectis armis; cupiens interfici.

Pag. 338. *Dum matris meminit, obliviſcetur novercæ*] De hujuſmodi locis egi ad Calpurn. declam. 1. quia autem ſingularem ſine dubio elegantiam & acumen habent, nonnulla alia nunc hic notabo. Controv. 11. *Putas me accuſatori promiſſurum, quod filio negavi?* Filius ipſe accuſator erat. ead. Controv. *diverſi me affectus diſtringunt: inter reum & patrem diſtrahor: Hinc injuria eſt, hinc natura.* Controv. 28. *Plus habeo, quod avo, quam quod reo timendum ſit.* item: *unciam nec filiæ deberi, nec veneficæ.* Filia erat veneficii accuſata. præfat. ultim. Controv. *Erat, qui patrem familiæ præferret, oratorem ſubduceret.* Controv. 31. *Vici non filius patrem, ſed juvenis ſenem.* Controv. 32. *irato victore vivendum eſt: exorato patre moriendum eſt.* Quintil. declam. 8. *Geminus, quod pariter languerunt, non ſic accidit, quomodo fratribus, ſed quomodo duobus.* In dialog. de orat. *Nam quod invicem ſe obtrectaverunt, & ſuperſunt aliqua epiſtolis eorum inſerta, ex quibus mutua malignitas detegitur, non eſt oratorum vitium, ſed hominum.* Adde & Gronov. 1 Obſerv. cap. 6.

Hoc mihi charior eſt] Forte: *hæc.* Poteſt & vulgatum tolerari.

Neminem expectarem] Ipſe in eam patria poteſtate animadverterem.

Morere pejus, quam odiſti] Puto hoc poſſe ferri & defendi. nempe ad novercalia odia, quæ ſunt atrociſſima, reſpicit. ita Blandus, *Filia, inquit, conſcia eſt. Dii te perdant! etiam cum torqueris, odiſti.* cum dolor omne odii virus excutere deberet. Ita enim credere malo ſcripſiſſe Senecam, quam *occidiſti.*

Dixi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Dixi, ſi quid adjicere tormentis tuis poſſum] Divinabam, ut ſenſus ſit: *O ſi quid adjicere tormentis tuis poſſim. Puto, jubebo filiam afferri. Filiam vocet huc aliquis ad matrem.* Patris inter iſtum affectuum æſtum fluctuantis oratio minus conſtat ſibi. Igitur, quam afferri primum vult, dein vocari jubet.

Quid extimuiſti tanquam novercam] Senſus eſt: Quid ad nomen matris ita expaviſti, quaſi nominaretur noverca. Hæc tanquam in judicio facta accipere debemus, cum iſta referret pater.

Pag. 339. *Et bonæ ſpei eſt*] Lego: *Hæc bonæ ſpei eſt. quæritis argumentum.* Cicero in fragm. *non enim res laudanda, ſed ſpes eſt.* de puero loquitur.

Miſerior eſt, quam frater] Filia hæc tua privigno miſerior eſt.

Ille habuit ſine dubio novercam torquere] Scripſiſſe videtur Sen. *Illa te ſine dubio habuit novercam, cum torquerere.* Nam & cum torquereris, peſſime eam odiſti, graviſſimeque nocuiſti. Aliorum animis tunc odium omne evaneſceret.

Ut parricidium puellare ſit? ætas, ſi] Eraſ. Frob. & Cov. *puellæ ſit, ita ſi.* Suſpicari licet ſcriptum eſſe à Sen. *puellæ ſit? Iſta ſi magnitudinem rei non intelligit*, &c. Niſi malumus: *Ita ſi magn. r. n. intelligit, eſt idonea parricidio?* Cujus elegantiæ, quæ ſingularis ineſt, loca quam plurima in his Controverſiis notare licet. In Controv. 21. bis habes in ipſius hujus Latronis ſententiis.

Ante veneficium oportet faciat, quam parricidium] Veneficium enim facere in alios poſſet, quibus extinctis non committebatur tamen parricidium: cui tamen audendo & perpetrando ipſum illud ſcelus præparat animum; qui in parricidiis cunctabitur & trepidabit, niſi iſtiuſmodi minoribus in flagitiis paulatim collegerit audaciam & vires. Confer Calp. Flacci decl. 12, quæ ejuſdem eſt argumenti.

Si conſcius à te puella quæretur, nominato patrem] Ita fingit novercam præcipere filiæ. Quare reprehendens ſubjungit ex perſona patris: *Quid? noverca tam ſero, puella tam cito?* Si conſcius eſſem, jam me nominaſſes. Sed hoc tibi ſolum in votis fuit, ut procedente tempore meque & liberos extingueres.

Pag. 340. *Totius populi habitum lacrymis ſuis expreſſit*] Hæc non intelligo. Quid ſi *gemitum*? inquit Faber. Forte *habitum* veſtigia confuſa ſunt vocis *ejulatum*. Exaggerandæ rei cauſa, cum eſſet dicturus, toti populo ejulatu ſuo lacrymas expreſſit, ita inverterit orationem.

Quemadmodum illi extorquebo lacrymas?] Confer cum his, quæ dixit idem Haterius in diviſione.

Numquid talem vultum, &c.] Montanus ſupra: *Filia, inquit, mihi conſcia eſt. poſt hanc vocem remiſſa putares tormenta. Similis facta eſt torquenti.*

Quantum illi ad ſcelera ætatis adjecit] Ven. Eraſ. & Pal. *ætas adjiciet.* Senſus egregius eſt: *Quantum illi ad ſcelera ætas adjiciet!* Igitur, ſi odiſſemus te, pateremur, cum ejuſmodi filia vivere.

Quod illam novercam peperit] Lege: *quid? quod illam noverca peperit. Quid? quod in illa, quæ*, &c. Cum mater illius, cum hanc concepiſſet, noverca fuerit, diriſque illis in cogitationibus verſata tum temporis, quæ familiares & quotidianæ novercis eſſe ſolent, nihil aliud videtur expectandum, quam quod his de moribus animoque traxerit aliquid, imo plurimum iſta filia dein edita. Præclare dein ſubjungit de Medea, quæ cum illud auſa ſit ſcelus germanum in fratrem, quod plerique volunt, minus incredibile debet videri, quod in conſanguineum fratrem hæc ſoror id auſa ſit. Ita reſpondetur ad hæc objecta; Virginem eſſe, ſororem eſſe, propterea in illam hanc ſuſpicionem non poſſe cadere.

Quæ nominata eſt] Illud *nominare* hic proprium. Vide Torrent. ad Sueton. Jul. cap. 17.

In qua torta credibile, &c.] Nec *torta*, nec *aiebat*, exturbarim cum Fabro. Sed legerim: *in qua, torta incredibile ſcelus illud quidem, ſed eo intolerabile eſſe aiebat.* Igitur hac cauſa indicium fecit.

Pulchre

Pulchre huc facit illud Apuleii in Apol. *Eſt ille poëtæ verſus non ignotus: Odi puerulos præcoci ſapientia. Sed enim malitia præcoci puerum, quis non averſetur atque oderit? Cum videat velut monſtrum quoddam prius robuſtum ſcelere, quam tempore, ante nocentem, quam potentem; viridi pueritia, cana malitia? vel potius hoc magis noxium, quod cum venia pernicioſus eſt. & nondum pœnæ, jam injuriæ ſufficit. Injuriæ dico: imo enim ſceleri adverſum parentem, nefando, immani, impetibili.*

Pag. 341. *Induxerat Ceſtius matrem dicentem filiæ*] Ne ſint diſſolutæ ſcopæ, adjice copulam, ut ſit: *Induxerat & Ceſtius.* Præterea, qui ſatis attente perlegerit, & conſiderarit, quæ deinde diſputantur, is exiſtimabit mecum poſt, *Da fratri venenum*, illud excidiſſe, quod quaſi à Ceſtio jam dictum mox oſtenditur. nempe: *Mater, quid eſt venenum?* Qua autē ratione præcedentibus id fuerit connexum, patet utcunq; ex iis, quæ de Triario ſubjiciuntur: Inde ego colligo ſcriptum ſic, aut ſimillima ſaltem ratione à Seneca fuiſſe: *Induxerat & Ceſtius matrem dicentem filiæ: Datur fratri venenum: feceratque illam reſpondentem: Mater, quid eſt venenum?* Ex his Ceſtii ſuam ſententiam Triarius traxit. Neminem turbet, quod *reſpondere* hic dicatur interrogans, nam & interrogando ſine dubio etiam ſæpe reſpondetur. Et Seneca dein: *Fecerat reſpondentem puellam: Pater, quid eſt rea?* Simplex eſſet, *neſcio, quid hoc ſit, rea.* quod & in hac interrogatione puellæ, facile jam quivis viderit.

Da fratri venenum] Non video, qui hoc probare poſſim. maxime cum hæc conſidero: *Fecit illam reſpondentem; Mater, & mihi da.* Tu lege: *Dabo fratri venenum.* ad quæ cum filia iſtud reſpondens introducitur, oſtenditur inde eam adhuc valde puellam eſſe, ut ne intelligat quidem, quid ſit venenum. Quare illius nomen, tanquam beneficii ſit, intelligit. Eodem pertinet illud infra: *Profunde lacrymas, manus ad genua demitte, rea es.* Reſpondet illa: *Pater quid eſt rea?* Ita & mox legendum: *Dabo fratri venenum.*

Non invenit illam, ſed concupivit] Ita Florus 3. 6. *Conſcius ſibi magni laboris Iſaurici cognomen adamavit.* Ita ἀγαπᾷν Græcis quandoque eligere. Similia etiam notare memini ad Controv. 23.

Da fratri venenum] *Dabo* reſcribendum eſſe jam monui. Nempe hoc, quam Ceſtii illud abſurdius, quia eſt ſe detegentis. Poſſet & ab aliis & quidem graviſſime, excipi. Ceſtii verbis videntur detegi alii: interim occaſionem ſollicitandi in ſocietatem facinoris filiam ſibi captabat mater.

Non ferebat, nec illam Triarii ſententiam] Sequentia ſi legeris, expectares hic *Ceſtii.* quod hic reponendum. errore librariorum irrepſit Triarius. Pergo dein: *quamvis aliter Haterius uſus eſt.* Imitatus erat Haterius Ceſtii ſententiam, ita ut nonnihil mutaret, quo lenius accideret ad aures. Et ſic tamen peccavit, ob ea, quæ in epilogo dixit. Quod fatetur his noſter ex mea emendatione: *Cum enim ad epilogum perveniſſet, dixit: Hoc loco,* &c. Ita jam Cimmeriæ tenebræ his locis ſunt diſpulſæ. Illud *dixit* flagitat ſenſus: vox *enim* cum unico ſoleat *n* notari, facile per præcedens *cum* ſit abſorptum. Et alioqui nulla audaciæ ſpecie, cum ſenſus huc cogit, inſeri poſſit. Bene autem Latinum eſſe, *quamvis uſus eſt,* oſtenderunt jam alii.

Inveniat, quemadmodum fleat] Lege: *Inveniam.* add. notam ſeq.

Aliquis, hoc eſt, imaginem fratris] Scripſiſſe credas Senecam: *Aliquis huc det imaginem fratris.* vel: *aliquis huc ferte imaginem fratris.* Terent. exemplo: *Aperite aliquis actutum oſtium.* Supra Haterius idem: *Non flet, quantum rea ſatis eſt. quemadmodum illi extorquebo lacrymas? afferte mihi imaginem fratris.*

Et ego nunc ſcio] Melius conveniret, *non neſcio.* Jam enim ante id ſcierat, ut quidem narrat Seneca.

Pag. 342. *Quid enim intelligi vult*] Puto *enim* non male hic poſitum, nec retulerim cum Petreio ad init. periodi præced. *cum ſciret.* Quod intelligen-

dum, quaſi continuandum præmiſſis: *Negabat ſe poſſe ferre, quod dixerat.*

Uſque in exilium] Nempe ambulare non poſſe, *verum eſt.*

Totam hac figura declamavit] Ne interrumpatur curſus orationis, ſcribe: *& totam.*

Vos illi poteſtis objicere?] Pal. *Vos huic.* nempe filiæ. Ut hic *objicere*, ita Controv. 12. *Ingenium illi conceſſit, ſermonem objecit.* Controv. 24. *Cum hæc à diſcipulis ſententia ei objiceretur.* cum exprobraretur, quod ſurripuiſſet.

Pag. 343. *Fuiſſe opus conſcia, & ſic tranſcurrit*] Male hæc habet non antiqua lectio: *fuiſſe opus & conſcia, ſic tranſcurrit*, &c. Igitur eam reduco. Schottus redundare judicat copulam, ſed aliud tunc egit. Patet enim pro *etiam* accipiendam, eoque ſenſu hic minime pro ſupervacua habendam.

Nemo te timebat propter ſororem] Quia privignus tuus ſororem ſibi habebat filiam tuam.

Fuſcus Arellius, cum eſſet ex Aſia] Lego: *ex Aſianis.* qui tumore delectabantur ſententiarum, quos inter noſter Hybream iſtum refert Controverſ. 2. fine. Subjicit enim poſtquam illius poſuerat ſententiam: *Grandaus Aſianus æque declamator.* Qui locus huic noſtro ſimillimus eſt. Etiam Controv. 24. Fuſcus hic Arellius Aſiani Rhetoris expreſſit ſententiam: *Et aiebat, non commendationis ſe id, aut furti, ſed exercitationis cauſa facere*, &c. vide locum.

Sed tranſtulit ad verbum quidem] Malim: *& ad verbum q.*

Pag. 344. *Cum accuſarem, objeci veneficium*] Lege: *non objecit veneficium.* filiæ nempe huic. nunc objicit demum. Cauſam ſubjicit Rhetor.

Videlicet ut ſciret, an ſatis torſiſſet] Ex vultu id meo ſciſcitabatur. Facit huc illud paulo ante poſitum: *Invenit quomodo damnata accuſaret, moriens occideret, torta torqueret.*

Difficilius eſt filios inquinare, quam perdere] *Inquinat*, dum imbuit filiam deteſtabili veneficiorum arte; ſive dum veneficam facit. *Perdere* ſtudet, dum falſo veneficii crimine accuſat, ſive dum fingit veneficam. Ad hoc impetu quandoque iræ & indignationis pervenitur; iſtud tardum eſt, quo minus à parentibus expectes.

Recte, cum damnareris, animoſa eras] Quia præcedit: *ſero feciſti*, &c. mallem: *Non recte, cum damnareris, a.e.* Aut ſi id nolis, legendum dein: *qua recte nihil potes facere.* Sic iſta quidem oratio deſultoria magis videbitur: ſed Rhetoribus ita agere quotidianum eſt.

Pag. 345. *In dolore tormentorum ſtupefacta*] Vel illud *in* hic redundat, ut ſæpe ἐν apud Græcos, de quo monui ad Controv. 17. aut pro *ex* accipiendum. Dialogo de orat. cap. 38. *Ita tamen ut omnia in foro, omnia in legibus, omnia apud prætores, gererentur.* Quintilian. declam. 308. *Si non eſt teſtamentum, ſicut non eſt, quia non in jure factum eſt.* Declam. 302. *In ludo fuit. fuerunt doctores, & medici & miniſtri: neque tamen in illo nomine tenentur.* Minime enim particulam *in* expunxerim. Poteſt huc referri illud Flori 3. 4. *Bibere in oſſibus capitum.* Seneca filius Agamem. 872.

Merumque in auro veteris Aſſarici trahunt.

Item illud verſ. 848. —— *Vidit*

Hippolite ferox pectore in medio rapi
Spolium.

Sulpitius Victor: *In eo loco eſt diſputatio in legibus ſimplex.* Emporius Rhetor: *Locus communis eſt inſignis & notabilis facti ad augendum pertinens executio.* Alcuinus in Dialog. *Negotium eſt ipſum factum, in quo inter accuſatorem & defenſorem controverſia eſt.*

Fortaſſe in hoc] Non commode ſatis hoc cohæret ſuperioribus. Suſpicabar excidiſſe iteratam vocem & fuiſſe: *Fortaſſe dixit in hoc.* Paſſim illud *dixit* ita brevibus intervallis ſæpius poſitum obſervabis.

Cum tum ira, tum odio furerem] Ven. *Tunc cum ira, tum odio.* Ead. Frob. & Cov. unde velim: *Tunc, cum ira, cum odio fur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

LIBER DECIMUS,

qui vulgo QUINTUS.

Pag. 346. JAm pudet, *quamdiu non ſeriam rem agam*] Venet. *Tanquam diu non ſeriam rem agam*. Ita & Eraſm. Pal. prior & tert. aliique. quod probo. Illud *non ſeriam rem* intellige, nullam ſeriam rem. *Non* & *nullus* promiſcue uſi antiqui. de quo dixi ad Controverſ. 2. Ipſe hæc exercitia Scholaſtica ſerius opponit præf. 1 Controv. *Aliquando etiam*, inquit, *ſeriam rem agenti & occupato, ſententia diu fruſtra quæſita intempeſtive moleſta eſt.* Adde Præf. 3 Controv. Quamplurima tamen his ſcriptis ſeria permiſcuiſſe Senecam res loquitur. Ipſaque hæc quamvis poſſint ſæpe levia videri, *ſeria ducunt*. Et patri proin dum his inſtruit libros, minime ſunt pudenda. Unde Seneca prudenter: *jam pudet, tanquam diu non ſeriam rem agam.* Et dein excuſat, quod dixit hoc in genere, quæ ſcivit omnia.

Leviter tractata delectant] Non video, qua ratione oppoſita ſint, *leviter tractata* & *contrectata*. In membranaceo, quo uſus eſt Gron. *leviter tacta*. Unde conjiciebam hæc inter ſe eſſe confuſa, & ita poſſe reſtitui: *Leviter attacta delectant. contrectata & leviter admota faſtidio ſunt.* Suet. de Orbilio: *Functuſque militia, ſtudia repetit: quæ jam inde à puero non leviter attigerat.*

Et admittite vel adactum jurejurando] Alii, quos nominat Gron. idem exhibent. Unde ſuſpicabar: *Amitti te.* Ut Plaut. Bacchid. 4.9.40. *Ut olim ille ſe blanditiis exemit & perſuaſit, ſe ut amitteret.* Men. 2.2.68. *Si pellexerunt, perditum mittunt domum.* pro dimittunt. Ita ſæpe alibi. Sunt tamen & codd. non levis fidei, qui *dimittite* repræſentant. Quod illi facile ſuppoſitum ab iis, qui verum non intelligebant. Lego dein, ſecutus auctoritatem & veſtigia Mss. *quo affirmem dixiſſe me, quæ memini, quæ ſcivi, quæque ad hanc rem pertinere credidi.* Pluribus iſtis verbis magis oſtendit; ſe ex animi loqui ſententia. Quia vero ſuſpicari poterant filii, quod pater ſenex, ſi tantum dixiſſet, *quæ memini*, plura ſecum communicandi detrectaret laborem, ideo addit, *quæ ſcivi*. Ne vero & hoc temere videretur dictum, addit iſta poſtrema. Illa vero, *quæque audivi*, omiſi exemplo Frob. & Venet. editt. Nec puto, ut quater repetatur *quæ*, genio & ſtylo convenire noſtri auctoris.

Suum populum habuit] Cum in Venet. Froben. & Cov. ſit, *habuerit*, illud amplector.

P. 347. *Quomodo Aſprenas aut Quintilianus ſenex declamaverit*] Ven. *Aſprenates*. Frob. & Cov. *Aſparenates*. Verumtamen nomen *Aſprenas* eſt in fin. Contr. 31. *Aſprenates*. Sed qui ita ſcripſit, eo labi potuit, quod erat illi in animo, ſequens: *Senes declamaverint*. Quomodo à Sen. fuiſſe ſcriptum pro certo credo. Nam alioquin, qui id facere de Aſprenate judicium poſſet, nihil ad rem pertinere, quomodo illud declamaverit, cum tam multa illius Rhetoris nec ab ipſo reprehenſa, his in Controverſiis & Suaſoriis poſuerit? Quintiliani quidem vidimus nulla: ſed obſecro, num veriſimile eſt vel hoc ipſo ex loco, aliqua illius, quæ dixerit, cum nondum ſenio imminutum aut languidum ingenium haberet, relata fuiſſe ab auctore noſtro, quæ interciderint, una cum reliqua illa & majore quidem horum ſcriptorum parte? Unicam illius ſententiam refert Controv. 33. Hac ipſa dein præfat. inter minus nobiles, ſive *neque clari nominis nec ignoti*, ut ait ipſe, judicat eſſe; non contemnit, quantum quidem intelligere poſſum. Quorum omnium reſpectu hac de emendatione æquos eſſe dubitaturos non arbitror.

Tranſeo iſtos] Lege: *Tranſeo & iſtos.* Nec ad Aſprenatem aut Quintilianum hæc ulla ex parte pertinent.

Sæpe dum amicitur, dicebat] Optimus ille Cov. *Dum admittitur, dicebat.* Unde ſenſui & loco idoneum eliciebam: *Sæpe, dum avide auditur, deſinebat.* Neſcio an verum ſit. Huic repe-

riundo videtur facere poſſe. Dein idem Covarruv. *Cupiebat aliquem evocare adverſariorum & in altercationes venire. Vires ſuas noverat.* Ven. ead. niſi quod, *in altercationem pervenire* quæ non mutem. Ex Pal. pr. cum Pinciano jam idem probavit Grut.

Pag. 348. *Verborum quoque non vulgarium gravitas*] Ven. Frob. Covarruv. multo brevius hoc modo: *Verborum quoque corporiſque mire ad auctoritatem oratoriam aptus.* Quod Senecæ poteſt eſſe, & iſta emblemata illius, à quo excerpta habemus.

Quantum oratorem præſtaret Scaurus] Ven. Frob. & Pal. voce amplius: *Ignaris Scaurus.* Cov. item, *Ignarus charus.* Suſpicor fuiſſe: *Quantum oratorem præſtaret ignavia Scaurus.* Ipſe ſic Scaurus agebat, quaſi negligentia & ignavia commendari vellet. Diverſum eveniſſe judicat Sen. qui mox etiam *longam imo perpetuam deſidiam* in eo notat.

Sed quam fortunæ imputares] Venet. & Pal. pr. *Sed quantum.* Covarr. *quam tum.* Lego: *& quam tum fortunæ imputares.*

Bene cum illis ignis egerat] Venet. & Cov. *cum illo.* Quod præfero. Senſus eſt: Felix erat, quod combuſtæ illius erant orationes. Nam iſte ignis, ut ita dicam, conſuluerat exiſtimationi Scauri. Ita quidam jocatus in Sporum puerum, quem pro uxore acceperat ſibi Nero: *Bene agi potuiſſe cum rebus humanis, ſi Domitius pater talem habuiſſet uxorem.* Sueton. Ner. cap. 28. Exempla ſatis obvia.

Sed extant libelli] Ven. Frob. Cov. *Sed ex his libellis.* Iidem dein: *Multo quidem ſolutiores ipſis actionibus.* Ut ſcripſerit auctor: *Sed & ex his libellis, qui cum fama ejus non pugnant, multo quidam ſolutiores ipſis actionibus.* Oſtendit quantum ad quoſdam libellorum, qui non indigni Scauro judicabantur, ſe in alia verſari ſententia.

Pag. 349. *Affectabat immo cenſorium ſupercilium*] Ven. Pal. pr. & Covarruv. *Affectantem immo.* Scio, quid placuerit aliis hoc de loco. Ipſe conjiciebam: *& quia putabat turpe ac frivolæ jactationis affectanti, & inter primos cenſorium ſupercilium, cum alius animo eſſet.* Poſtremis his judicium continetur Senecæ.

Qui per multa impedimenta eluctatus] Nec in Ven. nec in Frob. denique nec in Pal. pr. nec Cov. *per* apparet. Quare bene deletum illud vellet Gruterus. Tacit. Agric. cap. 17. *Super virtutem hoſtium, locorum quoque difficultates eluctatus.* Ita apud eundem: *inniti viarum ſpatia.* Item: *Elabi cuſtodiam.*

Pag. 350. *Quæ inter obſtantia erumpat*] Ven. Frob. Cov. *quæ ante obſtantia.* Unde emendavi: *quæ tanta obſtantia perrumpat.* Nempe ſummam egeſtatem infamiamque & odium.

Nemo erat, quin cum] Lege, inductis primis duabus vocibus, quia antiqui non agnoſcunt: *Quis non cum homini omnia objiceret, ingenio multum tribueret?*

Ut libertatis nomen excederet] Juriſconſultus in l. 24. D. depoſ. *Egreditur ea res depoſiti notiſſimos terminos.*

Libri incenderentur] Ven. Cov. Pal. *comburerentur.* Quod non eſt mutandum.

Poſt Ciceronem inventa eſt] An, *commenta.* Niſi quis accipiat *inventa eſt* pro *invenit.* Vide Lipſ. not. 36 ad 1 Ann. Tac. Paulo poſt tamen: *parum videlicet in pœnas notæ crudelitatis eſt.* Quare vulgatum vulgari etiam acceptum ratione tueor.

Et ſi quid ab omni patientia] Lege: *nec ſi quid.*

Pag. 351. *Magnam partem convolviſſe*] Ven. *Magnam partem libri illum cum volviſſe.* Pal. *convolviſſe.* Reliqua eadem. omnia recte. Divus Lucas c. 4. illud *convolvere* πτύσσειν vocat, eique ἀναπτύσσειν opponit. quod *replicare* Ciceroni aliiſque.

Monſtrabo vobis bellum libellum] Ven. *bellum vobis libellum.* ut dirimantur minuſque inter ſe duriter collidantur ejuſdem ſoni ſyllabæ.

Pag. 352. *Multum habuit ingenii, nihil cordis*] Illius eſt non vulgaria invenire, hujus videre ut ſenſus iis & ſanitas

tas conſtet. *Cor habere*, quod eſt, *corde ſapere* Plauto. cui id deerat Rhetori, is neceſſe eſt, ut inſana dixerit. qualia ſunt & hujus Muſæ, quæ ſubjungit Seneca.

De ſparſionibus, odoratos imbres] Antiqui: *odoratoriis imb.* Unde mallem: *odoratiores imbres.* & hoc verum eſſe exiſtimo.

Et in cultum viridium, Cælatas ſylvas] Multum de hoc & ſequenti loco laboravi. Tandem viam vidi, qua utrique ſuam ſanitatem (affectos enim eſſe patet) reſtituere poſſem. Tranſpoſitionis error omnis eſſe videtur. nempe quæ de pictura nunc legimus, de cultu viridium dixiſſe Muſam, & ſcripſiſſe Senecam arbitror: contra, quæ in cultum viridium hic dicta, eam ad illorum picturam pertinere. Reſcribo itaque: *& in cultum viridium, Nemora ſurgentia. & in picturam, Cælatas ſylvas. In picturam* nempe viridium, quæ ita picta, ut quaſi extra tabulam offerri oculis arbores viderentur. In metallis cælatura figuras extra materiei corpus prominentes oſtendit. Eo nimis adſpectum. Porro viridia intelligenda videntur, quæ habebant ſuper tecta. ut ſæpe in montibus ſunt nemora. Sed illud ne ſit, inſanum tamen eſt ſine dubio, ſi quis, quot viridaria ſunt, tot *ſurgere nemora* dixerit. Hujuſmodi de locis Quintil. 8. Inſtit. 6.

Noſtris ſepelitur ventribus] Ven. Froben. Pal. pr. Cov. *deponitur*. Quod forſan melius, inquit Gruterus. Ego non dubito, quin Senecæ ſit, & illud *ſepelitur*, tanquam interpretamentum expello, forte illius, qui excerpſit Plaut. *Ut me deponat vino, hanc affectat viam.* Virgil. *Urbem ſomno vinoque ſepultam.* Similia jam notarunt alii. Pulchre vero hujuſmodi de locis differit nobiliſſimus Schelius, maximum patriæ meæ decus, acerbo nimis funere ante hunc annum reip. ereptus, ad dialog. de orat. cap. 23.

Non ergo etſi jam manumiſſus eſt] *Nunc ergo.* quia nempe ita inſana auſus eſt. Erant autem Rhetores multi ſanguine ſervili ac liberti. Non videtur autem dein Seneca ſcripſiſſe aliter, quam: *debuit de corio ejus nobis ſatisfieri.* quia & ipſe ſic ſcribit Suaſ. ult. *afferri protinus flagra juſſit; & Ciceroni, ut oportuit, de corio Ceſtius ſatisfecit.* Qui hic dederunt, *nobis calceus fieri*, quod quamvis ſine riſu & cachinno legi non poſſit, occupat jam antiquos etiam codd. ita recte perſpexiſſe ſenſum hujus loci videntur, ut Dalechampius: cujus eſt: *Quamvis hoc loco Muſæ verba reprehendat Seneca, uſus tamen eſt ipſe ſub fin. ult. Suaſ.* An potuit infelicius?

Ne plura videantur, vel ſubjicietis vos] Ven. *Licet non plura videantur, vos ſubjiciatis.* Ita & Pal. pr. Cov. *licet & non.* quod amplector. Senſus eſt: licet nec plura videantur tolerabiliter dicta. ut & ſequens, *vos ſubjiciatis*, nempe interrogando, aut particulam eorum aliquam, quæ forte ab aliquo dicta audiſtis, referendo.

Sed ſibi nocuit] Multos ſibi in conciliando, non tantum ſententias corrumpendo.

Sed prava] Ipſas figuras, ſive contumelioſa, quem putamus habere fontem, niſi malam mentem, malum animum. Igitur hinc etiam non tantum ex ſequentibus colligas, Oſcum hunc ingenio malo pravoque fuiſſe. Quare ita ut ſubjicit, eum excepit ſalutans Pacatus.

Poteram, inquit, dicere, Ave Oſce] Ave in ſalutationibus matutinis ſolenne. Sed homini ſcordalo & uſque ad exemplum contumelioſo, non poterat à ſe impetrare, ut hoc diceret Pacatus. Quare imperfecta oratione: *Poteram, inquit, dicere, Ave Oſce.* non jubet ſalvere, tantum quod poſſit, ſi vellet ait. Objicit ſimul (eſt enim ambiguum) ſermonem, qui parum purus emendatuſque eſſet. Titinnius apud Feſtum: *Oſce & Volſce fabulantur: nam Latine neſciunt.* Senſu tamen alio: *verba Latina loqui noverat.* Vide quod in Paſſienum commentus eſt.

Ad contumelias omnium ingeniis interendas] Venet. Frob. Cov. *injungendas.* Recte. ita optimi, *injungere* non *munus*

tantum, ſed & *detrimentum*, item *injuriam*. Liv. *injuriam à nobis repulſam, tanquam aut facere, aut pati neceſſe ſit, injungimus aliis.* Quod qui neſciebant, iſtud Senecæ ierunt corruptum.

Prima ejus ſyllaba in Græcum mutata] Non eſt locus in toto hoc Seneca, qui magis torſerit, & plures eruditos. Cælius Rhodiginus *Phyſſienum* dixiſſe, pro *Paſſieno*, putat, veluti eſſet *mentulatus follis*. A φύση *follis*, & σίνθος *mentula*. Æmilius Ranconetus legebat: *prima ejus ſyllaba in Gras mutata*, nempe, ut *Paſſienum Graſſienum* vocaret, velut hircoſum, hircum olens, ut ſæpe libidinoſi. γράσος enim hircus eſt, ſive alarum fætor. Turnebus 3 adv. 8. quod præterii, ſuſpicabatur legendum: *in cra commutata*. & pro Paſſieno Craſſienum dixiſſe, ut craſſum, hebetem, tardum ſignificaret. Sed id obſcenum nomen recte dici, vellem exemplis oſtendiſſet. Hoc tamen utcunque habeat, ego Brodæi & Hadriani Junii in ſententiam, quam vel hanc Turnebi, vel iſtam Ranconeti, aut Rhodigini multo facilius tranſiero: qui ad πάσχειν & πασχητιᾶν alluſiſſe in iſta mutatione Oſcum putant. quod quia nemo non continuo eſſet intellecturus, ideo crediderim non expreſſiſſe Senecam ipſum illud obſcenum nomen. Præterea Oſcum ſuſpicabar tantum initium *Paſſieni* Græco pronunciaſſe more, quo magis attenderent homines, quid ex vulgato intelligi poſſet. Nam *pati* apud Latinos non minus, quam πάσχειν apud Græcos in obſcenis uſitatum eſt. Sed ſi *Paſſchienum* dixit, illa difficultas relinquitur, cur de prima tantum ſyllaba teſtetur Seneca, eam mutatam eſſe: nam profecto de ſecunda verius id dici poſſet. Dicam, quod multum meditato venit in mentem. nempe *mutata* vitioſum eſſe pro *imitata*, quæ duo paſſim promiſcue corrupta videre licet: Senecamque ſcripſiſſe, *Ille Paſſieno, prima ejus ſyllaba Græcum imitata, obſcœnum nomen impoſuit.* Verecundius Seneca recedens, quantum poteſt, ab obſcenitate, de prima tantum ſyllaba, quod dici, quantum ſignificationem attinet, de tota voce poſſet. Eſt porro in iſtis locutio, qualis illa Suaſor. 7. *Non laudabo municipem noſtrum bono verſu.* Item Controv. 2. *deteſtabili parricidio furvum diem.* id eſt, propter parricidium. quem ad locum plura hujus generis notavi, quæ paulatim cœperunt eſſe in deliciis.

Pag. 353. *Declamatori ſubtili, ſed arido*] Rationes Fabri me induxerunt, ut legerem: *ſubtili nec arido.* Sæpenumero fit, ut acuti ſint aridi. Hujus enim vitii ad confinium facile, niſi caveas diligenter, ſubtilitas accedit. Unde Lucius Senec. epiſt. 82. *Acuta ſunt iſta, quæ dicis. Nihil eſt acutius ariſta. quædam inutilia & inefficacia ipſa ſubtilitas reddit.*

Qui non intelligis te laterem lavare] Hæc accipio dicta in indocile illius ingenium, irritumque ſtudium imitandi Latronem, ejuſque exemplum exprimendi. Confer, quæ ſubjicit ipſe Seneca. Niſi illuc quoque reſpectum, quod fruſtra laboraret quærere ſibi vitam, quamvis coiiſſet ſocietatem, alioque jam cum Rhetore communem haberet Scholam, quo duorum inſtitutio, ars, ſcientia plures allicerent diſcipulos.

Dicebat valenter, ſed dure] Venet. & Pal. *violenter.* quod non ſpernendum. Præfat. 1 Controv. de Latrone: *Quotiens ex intervallo dixerat, multo acrius violentiuſque dicebat.*

Et ſimulationem actionis oratoriæ] Venet. & Pal. pr. *aſſimulationem.* nempe pro ſimplici id poſitum, ut paſſim apud Plaut. *aſſimulare* pro *ſimulare.*

Hæc, quæ meo Latroni ſubjicitur] Antiqui, *de pupillo, qui miſero Latroni ſubjicitur.* Nonnulli inter hos, *ſubjiciuntur*, item *hæc, quæ.* ut in vulgato. Vide ſi placet: *Hæc, quæ miror, cur Latroni ſubjiciatur.* Ipſe enim Capito auctor eſt ſine dubio; nec illius excedere captum debet videri. Latroni ſubjiciebatur, quia Latronis illi præſcribebatur nomen. Tanto autem *ſubjicere* hic idoneum magis, quod & ſignificationem habet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ſupponendi, ſubdendi, falſum in veri locum ponendi.

Bona fide Scholaſticus] Id eſt, plane pleneque. Ovid. lib. 3 de Ponto, Eleg. 7.

—— bene deſperare ſalutem,
Seque ſemel vera ſcire periſſe fide.

Florus 2. 1. *Cum bona fide adoleviſſet.* Turnebus minus commode explicat, ſine diſſimulatione.

Penes Latronem gloria fuiſſe, penes Gallionem palma] Nempe jam magnum ſibi olim favorem & famam adjunxerat & excitaverat Latro, ut laudibus ferrent, quicquid ab eo eſſet dictum. Quare, quamvis eſſet, qui diceret artificioſius, princeps tamen ſemper habebatur plurium non & eruditiſſimorum judicio, qui tribuiſſent palmam Gallioni. Hæc de verbis, ut leguntur vulgo. quæ non puto eſſe Senecæ, qui præfat. 4 Controv. *Latronem unicum declamatoriæ virtutis exemplum* appellat. Quo magis advertit me, quod in antiquis non reperiuntur illa: *penes Latronem gloria fuiſſet.* Eorumque ego jam ſequor lectionem, donec reperero melius. hoc modo: *Hi quoties non conflixiſſent, penes Gallionem palmam relinquam, ſi ita vobis videbitur. Ego vobis omnium feci poteſtatem. Hos*, &c. Turbas has nobis dedit conſarcinator centonum, qui dum ſuo jure Senecæ vexat ſcripta, præfationem pulcherrimam ita turpiter fœdavit. Poteſt tamen in iſta lectione aliud quid latere, quia aliquid habet contorti. Sed iſtud uſque dum inveſtigetur, ſimus hoc Catone contenti. Illud non temere factum, quod dixit; *ſi ita vobis videbitur.* Noverat inter neceſſitate arctiſſima junctos ſæpe maximam intercedere invidiam: quare ipſorum judicio rem ſubmittit, ſimulque & iſtos & Gallionem laudat. Vide ſupra & Schott. in vita hujus Gallionis. Porro cogitandum, num in iſtis, quæ præcedunt, reſpexerit ad τετράδια, quorum mentio apud divum Lucam in Actis cap. 12. Excubiæ ſingulæ quatuor ab militibus agebantur: hi τετράδιον dicti. Ad rem militarem pertinere ſuſpiceris eo etiam, quia hic pergit: *Quotiens hi non conflixiſſent.*

Pag. 354. *Sinite in partem abire*] Quid ſi: *ſinite inde partem habere.* Sumpta ab hiſtrionibus tranſlatione.

Cum in his ad ſocietatem] Venet. Pal. pr. Covarruv. *bonis.* unde *vobis* lego. Quod jam ante video Pinciano placuiſſe.

Erat, qui patremfam.] Vulgo: *Erat talis, ut patremf.*

Multum de viribus remiſerat] Venet. *Viribus dedefecerat.* Palat. pr. *defecerat.* Cov. *deſerat.* unde Schottus: *dempſerat.* Ipſe cogitaram: *deteruerat.* quod antiquum & probum, pro *detriverat.* Lipſ. ad 1 Hiſt. Tacit. nota 32. Simile quid in mente iis fuit, qui *deraſerat* ſcripſere. quod eſt in Pal. 4. quod corruptum in 3. *debiraſerat.* Etiam hoc loco: *viribus defectus erat*, poſſit alicui placere. Quia ita variant codd. nihil pro certo affirmem. Intellige vero hic de patre agi, quod & ex ſubjectis colligas, & ex Ven. item Pal. ubi eſt: *Turrinus pater & Clodius.*

Quantum valeret etiamſi ars abeſſet] Antiqui: *etiam narranti bene.* quæ quid ſibi velint, non video. Forte: *quantum valeret, etiam in oratione bona.* non tantum in declamatione. vide præfat. 1 Controv. Pergunt iidem: *ſed ſententias.*

Inſidioſe aliquid petentes] Venet. & nonnulli alii: *Inſidioſas aliquid potentes.* Lege: *inſidioſas & aliquid petentes.* Præfat. 3 Controv. *Omnia intenta & aliquid petentia.* ita lego.

Latro numquam ſolebat diſputare in convivio] Lego: *nonnumquam.* & poſt iſta: *aut aliquando declamare. poterat enim ex tempore.* Hæc ad verbum Ven. & Pal. pr. tantum inſerui *enim.*

Pag. 355. *Negabat itaque ulli placere poſſe*] Ven. & Pal. pr. *Negabat niſi actitata quoque illis placere poſſe.* Unde ſuſpiceris: *Negabat, niſi agitatione quoque ulli ſe placere poſſe.* Ipſa agitatione animus illi & vires ingeniumque augebantur. Igitur ſubjungitur: *niſi totum noſſet ſe & vires ſuas. niſi ex illarum fiducia aliis metuenda & prærupta aude-*

ret. Ita lego. poſterius *niſi* feci ex *noſ-ſe.* quod eo loco Ven. exhibet.

Turrinus contra nihil probare] Venet. & Frob. *Turrinus quoque.* Forte: *Turrinus Clodius.*

Cauſas nemo propoſuit diligentius] Piget jam fere in his plus ſumere laboris, ita incertum me faciunt diſtringuntque Mss. Omnia mala meritus eſt, qui corrupit ita deteſtabilem in modum has præfationes. En quam longe rurſus à vulgatis diſcedant codices primarii Venet. Pal. pr. & Cov. in quibus nulla harum hiſtoriolarum. paucis tantum illi: *cauſas nemo reſpondit paratius. & pecuniam itaque fecit & dignitatem. ut ſi quis illi deberet, ſcias loco fuiſſe.* Forte: *ut ſi quid illi deerat, ſcias locum fuiſſe.* ita & Cov. niſi quod: *defuiſſe. Facere* vero *pecuniam* non male. ut *facere corpus* apud Phædrum. *Facere pecuniæ ſummam.* Nepos Epam. 3. idem Hann. cap. 10. *magnam multitudinem ſerpentum confeciſſe*, id eſt, collegiſſe. An vero etiam *facere dignitatem* hoc ſenſu dixerint, id me dubitare fateor. Præterea iſta ex antiquis an veſtigia ſint veræ lectionis, id quoque neſcio. Nam iſtis quidem codicibus plurimum tribuo, & tamen vix induco in animum, uti credam, hæc auſum quemquam conficta infarcire ſcriptis Senecæ. Nam unde, niſi hinc ea haurire potuit? Multum etiam pro vulgatis facit, quod Schottus teſtatur, ea perantiqua manu ad oram Cov. cod. adſcripta fuiſſe.

Scias locum defuiſſe] Dum intra provinciam continetur, nec Romæ illi artem ſuam profitendi, & hinc ſibi quammaximam continuo famam circumdandi occaſio datur. Supra jam oſtendit inter eos fuiſſe hunc Turrinum, *quibus quo minus ad famam pervenerint, non ingenium defuit, ſed locus.*

Habet in dicendo paternam diligentiam] Venet. *in dicendo controverſiam diligentiam.* Forte Seneca ſcripſit: *in dicendis controverſiis paternam diligentiam.*

CONTROV. XXX.

Pag. 356. *Accuſat injuriarum pauperem*] Etiam illo id facere nomine potuit, quod eum ſordidatus pauper ſequebatur. l. 15. §. 27. D. de injur. *Proinde, quodcunque quis fecerit vel dixerit, ut alium infamet, erit actio injuriarum. Hæc autem fere ſunt, quæ ad infamiam alicujus fiunt, ut puta ad invidiam alicujus veſte lugubri utitur, aut ſquallida, aut ſi barbam demittat, aut capillos ſubmittat,* &c.

Noſtis populi loquacis ſuſpiciones] An *Notæ ei.* Nempe intellexerat hoc dictitare populum ex ſuſpicione, ſi peteret honores, pauperem tum ei adverſarium & accuſatorem futurum, qui illius vitam habebat cognitam, in eamque ſumma libertate eſſet dicturus. Quare eum ſuſtulit. Infra Oſcus: *Accuſa, inquit, ubi eſt, qui primo cœperat.*

Nunquam petiit?] Niſi quod judicium iſtud populi illi notum, conſiliumque patris mei metuebat.

Pag. 357. *Quis accuſare ſic loquentem poteſt?*] Hæc ſumpſerunt ex Epitome. Cov. *Quis hoc loquentem auderet accuſare?* Ita & Venet. niſi quod *hunc.* Malim, *hæc.*

Sordidatus cum criminibus meis ad vos veni] Scribo: *Sordidatus nunc criminibus non meis ad vos veni*, id eſt, propter crimina non mea, ſed divitis. Tacit. *Laborare legibus.* Curt. *Non luxuria laboramus, ſed bello.* De quibus alibi actum ſupra.

Mortuo patre meo] Junge hæc præcedentibus: *quia me accuſatorem non times mortuo patre meo.* qui in te ſine dubio ſubſcripturus erat. Ita video ante me emendaſſe & Pincianum.

Pag. 358. *Niſi invenero, cui induam*] Qui meum in luctum ſuccedat. Intelligit reum cædis paternæ.

Nihil amplius teſtari poſſum, quam hanc] Aliquid deeſt: nec enim iſta commodum effecerint ſenſum. Elegans eſſet: *Quid amas hanc vocem, Adhuc neſcio?* Ut pergat: *Delibero interim,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

rim, num induam veſtem, quam patri meo reliquit percuſſor. Unde major etiam tibi fiet invidia, quam adhuc facta eſt, quæ te tamen quammaxime cruciat.

Magiſtratus poſt terga ſua non ſummovent] Ven. Baſ. uterque, Eraſm. Pal. Cov. *Magiſtratus ſervos poſt.* Igitur lege: *Magiſtratui ſervi poſt terga ſua non ſummovent.* Lictorum eſt *ſummovere.* iidem è ſervis ſæpe. Unde lex Triumvirorum apud Dion. lib. 56. *Ne ſervi lictores eſſent.* Vide Lipſ. 1 Elect. c. 23.

Laceſſere nos ultro non ſolebat] Explicatur id verbis Latronis infra: *Non ſolebat vivo illo* (patre) *provocare nos ut reus fieret.*

Cujus neceſſarius] Poſſis: *Hujus.* Poſſis: *cuivis.* Secundum Ven. & Covar. eſſet: *Cui vis neceſſarium ita crudeliter i. p. dolorem?* Habent eadem, niſi quod *cujus.* Sed dein legendum omnino videtur: *Nihil fortius eſt, quam quod nec gemit.* ita tacet plane.

Erat virtus ſumma] Poſtrema hæc duo non agnoſcit Ven. nec alii, quantum ſuſpicor. Nam ab excerptis, credo, ſumpta ſunt. Et ſit integer ſenſus ſi legas: *& contumacis. Ignotum* pro ignobili poſuit. quibus promiſcue paſſim uſi auctores, uti notum. Mox: *nos nihil aliud, quam innocentes, inter quotidianas acies ſemper invicti.* Unde iſtam lectionem probo. in vulgato plus eſt jactantiæ, quam convenire videtur.

Dolor lacrymis effluit] Ovid.

Expletur lacrymis egeriturque dolor.

Unde:

—— eſt quædam flere voluptas.

Si quis omnium mortalium miſeriarum] Diſtinctione non bona & compendio ſcribendi corruptus & obſcuratus hic locus. Scribe: *Si quis omnium mortalium miſerrimorum inter neceſſarias* &c. *lacrymas, increditam adhuc inertiam miratus eſt,* &c. Covarruv. *miſerimi.*

Pag. 359. *Bello tument*] Quare privatim ſi filius infeſtus ſit inimicis patris, cui ille ſanguine eſt proximus, minus mirandum. nec eo nomine accuſandus eſt.

Pulchro objiciente furtorum crimina] Scribe: *pulchrum objicientem.* An vero hoc factum, *cum ille Cyprias opes liburnis per Tiberinum oſtium invexit.* ut verbis utar Flori, qui addit: *quæ res latius ærarium populi Romani, quam ullus triumphus implevit.*

M. Bruti ſacratiſſimam eloquentiam lacerat] Parum attente videntur legiſſe hæc Senecæ, qui iſta nobis obtruſerunt de eloquentia Bruti lacerata, cujus nullam hic factam mentionem, vel inde patet, quod finit Latro ſummatim rurſus attingens, quæ dixerat: *Solus hic eſt in veſtra civitate innocentior Catone, nobilior Metello, fortior Pompeio.* Nihil de ſancta Bruti eloquentia. Unde jam intelligimus, cur antiqui etiam codices, ne veſtigium quidem vocis *eloquentiam* oſtendant. Suſpicor ſcripſiſſe Senecam *contemneret.* (*Et M. Bruti pater atrociſſime eum lacerarat; cum quidem ejus civili ſanguine n. i. ſ. m. ſed infectas ait*) Apud Sueton. *Nec ſemel infectas adſpice cæde manus.* Hic autem Brutus, quem inter acutos oratores refert Cic. partium Marianarum fuit, victus à Pompeio, & tandem illius juſſu perfide, ut judicabant nonnulli, & crudeliter occiſus. Potuerunt hujuſmodi exprobrationes tranſverſum agere Pompeium. Forte tamen feciſſe voluit videri jure belli in eum, qui arma adverſus tulerat, nec veniam ac vitam impetraverat. Quod ſenſiſſe videtur Seneca, qui de illo, qui tantum male dixerat Pompeio: *adeo non timuit, ne eſſet reus, ut etiam diſertus eſſe curaverit.* Ita vulgo. Ipſe tamen non dubito, quin utcunque etiam iſta, quæ emendavi, legenda quis exiſtimet, hic tamen eſſe reſcribendum: *atque illi tamen, cum t. c. a. t. t. ſcinderent, adeo non timuerunt, ne eſſent rei, ut etiam diſerti eſſe curaverint.* Pertinent enim hæc ſine dubio ad duos, quorum alter objiciebat, digito caput uno quod ſcalperet Pompeius, alter vero ejuſdem elevabat triumphos. Illud *aurati currus* in ipſo carmine à poëta poſitum fuiſſe videtur. Illa de Bruto anteceſſerunt Pompeii triumphos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Pag. 360. *Omnia injuriæ genera comprehenſa ſunt*] Diſtingue: *Comprehenſa, ſunt; pulſare non licet,* &c. Non abeſt à veri vicinia hoc Latronis, imo veriſſimum eſt. Nam & Labeo Juriſconſultus in l. 1. D. de injur. *Injuriam fieri, aut re aut verbis. Re, quoties manus inferuntur, verbis autem quoties non manus inferuntur, convitium fit.* Paulus vero in 5 recept. ſent. tit. 4. *Injuriam patimur aut in corpus aut extra corpus. In corpus verberibus & illatione ſtupri. Extra corpus convitiis & famoſis libellis.* Quod idem eſt illi Labeonis, nam & pulſare intelligitur, qui ſtuprum infert. Plaut. Epid. 4. 1. 15. *Plane hic ille eſt, qui mihi in Epidauro primus pudicitiam pepulit.* Ipſe Paulus dein etiam: *Corpori injuria infertur, cum quis pulſatur, cuive ſtuprum infertur, aut de ſtupro interpellatur.* Præterea *convitium* appellatur infra, quod pauper ſordidatus ſequebatur divitem. Nam & tacitum convicium ſine dubio & exprobratio debet haberi: *Quæ res extra ordinem vindicatur, ita ut pulſatio pudoris pœna capitis vindicetur.* Etiam in legibus XII Tabb. tantum iſta fuiſſe injuriarum genera videntur. Unde non aſſentior Cornificio Herennium ſuum docenti, falſam eſſe definitionem hujuſmodi, *Si quis dicat injuriam nullam eſſe, niſi quæ ex pulſatione aut convitio conſtet.*

Quod nihil contra bonos mores fecit] Ven. *Quod ille c. b. m. fuit.* Lego: *Si quid ille contra bonos mores fecit.* Nempe judex condemna. Ridiculum vero illud injuriarum addi formulis, quia eo ipſo, quod dicam factam eſſe injuriam, & illud ſimul dico contra bonos mores aliquid eſſe factum. Videtur autem non ſolum ad convitia, ſed etiam ad pulſationem illud *contra bonos mores* retuliſſe Latro.

Licet ambulare, qua velis, ſumere] Fabri conjectura ſenſum dat ſatis dilucidum huic loco, nec immerito laudatur à Gronovio. Illud ſolum non probo, quod radicitus exturbet illud *ſumere.* Quod ego non dubito, quin fuerit, *funere.* & ſcripſiſſe Senecam mihi perſuadeo: *licet, inquit, flere, licet ambulare, qua velis, à funere. Qua velis* inquit, id eſt, qua via. Supra: *non ambulabis, inquit, eadem via, qua ego: non calcabis veſtigia mea.* item: *cur, inquit, me ſequeris? quaſi aliud iter pauperes, aliud divites habeant.*

Fruſtra ſuſpicari] Id eſt, temere ſuſpicari. Tacit. 3 Ann. 58. *fruſtra vulgatum dictitans.* Ita & Lat. Pac. pan. c. 22.

Pag. 361. *Committit injuriarum, inquit*] Lege: *Committit injuriam, inquit, ſiquidem non poſtulat, non accuſat.* Paulo ante etiam *injuriarum* pro *injuriam* corrupte. Illud autem *ſiquidem* eſt in Ven. & Pal.

Rufus Vibius hoc colore poſuit] Forſan: *hunc colorem præpoſuit.*

Periculum divitis] Unde illi periculum? Si forte compertum eſſet, illius conſilio mandatuve cædem eſſe perpetratam. Vide Vinnium ad Inſtit. §. 7. inſtit. *demandato.*

Pag. 362. *Quis impotens alius eſt*] Cov. *adeo es.* Lege igitur: *quis impotens adeo eſt?*

Inveniebat, qui illas unice ſuſpiceret] Legerim, *ſuſpicerent.*

Illum declamantem declaraſſe controverſiam de lenone] Offendit me: *declamantem declaraſſe.* Scripſiſſe Seneca videtur, *decoloraſſe.* Colorem enim habuit, quo lenonis factum inſigniter vituperaret & notaret. Elegantius eo etiam eſt, quod *decolorare* intelligi poſſit, ut *deformare.* Senſu, quo eſt ὑποτυπῶσαι. Vide Comment. ad Plaut. Pſeud. 2. 3. 11. Ita & *demoliri.* Vell. 1. 15. Auget enim quandoque *de* præpoſitio in compoſitis. Ulp. l. 1. D. depoſ.

Apud illum declamantem Albutius] Lego: *Declamans.* ut præf. 2 Contr. *Apud Blandum diutius, quam apud Fuſcum Arellium ſtuduit.* De ceteris ſequor conjecturam Gron.

Quibus invidere poterat] Quos ſe ſentiebat eſſe majores. Hos inter ponendus Latro haud dubie, quem ſuo more mox carpit. Videtur hic alius clariſſimo illo Rhetore, cujus ſæpe in his mentio.

Summa hominum admiratione circumferebantur] Hæc parentheſi includenda, quibus in tranſcurſu ſignificatur,

cur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

cur Albutius has ſententias improbaverit.

Lugent argumenta patres] An fuit: *Lugent inter purgamenta patres.* Quibus permiſti cineres. Nam & dum præcipitant in foveam juvenes, & dum ignis illos conſumens interim humum exſiccat, multum hujus collapſum ſit, quo obruerentur, & miſcerentur cineres, oſſa facilius reperta. de quibus ſubjungit, quod illa diviſerint. Conjectura, cui aliquis locus eo quoque eſſe potuit, quia alius horum juvenum alio procerior, eoque & oſſa longitudine diſtare debuerunt. Vocem *inter* repetii ex fine vocis, quæ præcedit.

Producta ſacerdos tuam] Ven. Eraſ. Pal. Covarr. *Producta ſacerdote ſtatuam.* Quare non impetrem à me, ut aliter, quam his veſtigiis quærere verum velim. Quod ecce tibi, niſi fallor: *Nec perductæ ſacerdotes ita urantur.* ut cineres ſint quærendi & ad lupanar. De Veſtalibus hæc intelligenda ſine dubio. ad quas eo reſpexiſſe videtur, quod & illæ in ſubterraneum ſpecum demiſſæ. Vide Dionyſ. Halic. 2. 68. Plin. 4. epiſt. 11. *Perductæ* intelligis, quæ ſui corporis viris fecit copiam. Antecedens honeſte poſitum pro conſequente. Ita & Sueton. Veſpaſ. c. 22. ubi itidem *producta*, pro *perducta* vitioſe. In Julio *deducta* ſenſu eod. c. 50.

Pag. 363. *Lupanar de quantum eſt*] Ven. *dhe quantum.* Pal. *de* ſuperſcripto *h.* Cov. *adæquatum.* Quare amplector priorem Gronov. conjecturam, quam veriſſimam eſſe etiam ipſa probat ratio. Nam ſi vellent monumentum extruere ſuis filiis, quod erant facturi ſine dubio, non poterant pati, ut illi conjunctum eſſet lupanar. quare imponebatur neceſſitas illud dejiciendi: Et pœna hæc quidem erat non injuſta in lenonem, qui accuſabatur iſtud propter factum reip. læſæ. Calp. Flacc. decl. 5. *Sed ipſis hoc turpe & defunctorum manibus graviſſimum, quos parentes habuerant chariſſimos, quod ut ipſi teſtabantur hoc in judicio, ſummæ pietatis & frugalitatis fuerant juvenes.* Vide iſtam Calpurnii decl. Ut autem hic *adæquare*, ita & Flor. 3. 10. *Alexiam ducentorum quinquaginta millium juventute ſubnixam flammis adæquavit.* item 1. 13. *Totam urbem igne, ferro, manibus exæquant.*

Ipſe utique laudabat. itaque docuerat] Venet. Pal. Cov. *Ipſe autem laudabat. Hæc autem docuerat.* Forte: *Ipſe autem ſe laudabat. hoc item debuerat: nam*, &c. Ironica ſunt: Et paſſim ita Seneca ad perſtringendum.

Ἔχει ἐχθρούς] Senſus aliquis ſit: Εἶχε ἐχθρούς. φύει τε τὰς ἀῤῥωστίας· ἡ γῆ καὶ αἴρειν δυναμένας, καὶ ἤτοι αἴρειν ὑδάτων [καὶ πυρὸς] γίνεται. *Habuit inimicos. Ipſa etiam terra producit valetudini contraria, & exitialia adeo. Undarum quoque eſt profecto, [& ignis] tollere homines.* Ut nihil neceſſe ſit te eſſe, qui occiderit. In his ἀῤῥωστίας valetudini noxia, & morbos inducentia intelligo: ut *mors* pro veneno. *ſopor* pro ſoporifero medicamento. *odium* pro odii potione. & ſimilia apud Quintilianos alioſque optimos.

Καὶ ποτὲ δεῖ ἂν εὕρω πένητα] Lego: δεῖ ἵν' εὕρω φονέα. *Et neceſſe eſt aliquando inveniam percuſſorem.* Injicit diviti metum.

Petit pro præmio ſtatuas patri] Lege: *accipit pro præmio.* Prima vox eſt in Ven. item Pal. pr. Eraſm. *accepit.* adde fin. Controv. Item *ſtatuis* lege. Vide fin. diviſ. ſed & vulgatum poteſt ferri. quia pluribus locis conſueverant ſtatuæ poni.

CONTROV. XXXI.

O*Pera ſua jactat*] Lege: *jactet.*

Pag. 364. *Filios fortes jungite*] Reſciſſa abdicatione. Forte dein: *diſſedimus.* &, *fuimus.* Nunc in gratiam nos reducite. Materia nunc diſcordiæ ſublata eſt.

Hanc emendationem] Uti ne faciam fortiter, aut ne præmium mihi vindicem, ſed cedam alteri.

Judicium vocatur] Lege: *In judicium vocat, quod.* Ita & in verbis Fulvii Sparſi. ubi vide. Tu abdicaſti me, quod tecum contendi de præmio. Sed quid eo factum judicio, quam quod contendi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

tendimus & comparavimus ſpolia, quæ retuleramus? Id autem fieri neceſſe erat, ut conſtare poſſet judici, uter eſſet præferendus. Infra: *Silentio virtutes noſtræ tranſiſſent, nunc illuſtratus es, dum conferuntur.* item: *putaſſe ſe ipſi patri honeſtius hoc eſſe, certe domus laudes utriuſque in foro inſpici.* Quia autem abdicatione imponebat neceſſitatem filio pater, ut ad judices eſſet eundum; inde filius: *In judicium vocat.* quia hujus rei pater cauſa erat. Ita ut *damnare* accuſare dicitur.

Ecce amitto] Id eſt, dimitto. quicquid ſperare poſſem videri hoc ex judicio. Ita *amittere* poſitum & in præfat. credas. ubi vide.

Ætatis cauſa agebatur] Confer initium coloris.

Pugnandum habebam non imperatori tantum] Juvenal. Sat. 10. verſ. 120.

Ingenio manus eſt & cervix caſa.

verſ. 333.

——— *rapitur miſer extinguendus*
Meſſallinæ oculis.

Id eſt, propter Meſſallinæ amorem. Iſta exempla non produxiſſem, niſi viderem hic docere virum eruditum hæc gemina eſſe iſtis Catulli:

——— *noli pugnare duobus.*

Virgil.

——— *Solus tibi certet Amyntas.*

item:

— *placitone etiam pugnabis amori?*

Imo hæc plane aliena ſunt.

Solebas enim] Lege: *ſolebaſne.* cum interrogatione.

Judicium vocas] Senſus eſt: *In judicium vocas.* Id eſt, abdicando cauſa es, cur, qui iſtos retulimus, nunc quæramus in judicio, uter injuriam fecerit: unde gloria iſta non leviter infuſcatur. *Duplicem* inquit, *triumphum.* quia dum refert triumphum filius, tantundem, imo plus gloriæ redundabat ad patrem. Supra: *ego vici, ſed omnes patri gratulati ſunt.* Similia multa in hac Controverſia.

Aiunt etiam nunc quidam] Ven. & Baſ. *ecce nunc.* quod non damno.

Pag. 365. *Quanto honeſtius modo pater & filius*] Ven. & Baſ. uterque non agnoſcunt: *Quanto honeſtius.* & ſalvo ſenſu abeſſe poſſunt. Sed legendum ſic erit, *contenderunt* ex Vatic. item *facturi.* Si vulgato nolumus ſubduci duas iſtas voces primas, emendandum: *contenderant. erat honeſtiorem facturus victum, uter viciſſet.* Nunc hoc judicio, quo contradico abdicanti, aliter res habet.

Dubito, quid faciam? Tace? ſed] Venet. *Taceam?* quomodo reſcribendum exiſtimaveram, priuſquam illam inſpexiſſem. Eſt oratio, qualis illa Terentii, Phorm. 1. 4. 8. *Quod cum audierit, quod ejus remedium inveniam iracundiæ? Loquarne? incendam. Taceam? inſtigem. purgem me? laterem lavem.*

Meas narrare non conceſſit] Hac enim me cauſa abdicavit, quod illas narrando effeci, ut victor diſcederem è judicio. Nunc igitur ſi rurſus narrem, magis etiam exacerbavero. Ven. *uni mihi meas.*

Hoc crimen] Simili ratione Tacit. 1 Hiſt. 59. *Nonium, Donatium, Romilium, Calpurnium, centuriones, de quibus ſupra retulimus, occidi juſſit, damnatos fidei crimine graviſſimo inter deſciſcentes.*

Ego præmium tantum habeo] Ven. & Covarr. *Ego patrem tuum habeo.* Unde Frob. *Ego patrem tantum h.* quod non diſplicet. Turrinus in diviſ. *plures tibi invidere cœperunt poſtquam victus es,* &c. vide locum.

Permittente lege fecit] Indubium eſt, hæc eſſe partem initii diviſionis. quod fuit hoc aut illi ſimillimum: Latro ſic diviſit: *An filius abdicari poſſit propter hoc, quod permittente lege fecit. Nemo, inquit, in eadem re & habet legem & timet. Contra ait: ſi quid fecit.* Nihil metuo, ne quicquam de his errem. Vide mihi quæſtionem ſecundam, ad quam hæc viam ſternit. Tantum an Latro diviſione hac ſit uſus, pro certo non affirmem. Credidi tamen, quia plerumque is loco primo dividit. & præterea, quia hoc ad exemplum diviſit in Controv. 4. & alibi. Illud *inquit, contra ait,* præfigitur ſententiis probantium improbantiumve, cum aliquid pro aut contra ſe introducitur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ducitur, & premitur. maxime illis uſi Rhetores, ubi dividunt, & quæſtiones ponunt. Confer diviſ. Controv. 23. & 27.

An abdicari etiam] Conjunge periodo, quæ præcedit: *fecit; an abdicari.* Prius membrum more ſolenni ex prima quæſtione repetitum.

Hoc jus majus eſt ceteris] Apud Quintil. declam. 4. vir fortis: *Eximius per magnorum operum reverentiam de neceſſitate parendi.*

Pag. 366. *Silentio virtutes noſtræ tranſiiſſent*] Cum in antiquis ſit *tranſtuliſſent*, hic ſcriptum fuiſſe potius credam: *tranſiviſſent.* Hæc ipſa etiam notare operæ pretium exiſtimet, qui noverit Ciceronis hoc: *Non reprehendo* ſcripſere: ſcripſerunt *eſſe verius ſentio.* item Quintiliani 1 Inſtit. cap. 6. *Multum enim litteratus, qui ſine aſpiratione & producta ſecunda ſyllaba ſalutavit*, aveto. *Iſte enim & calefacere dixerit potius, quam quod dicimus, & conſervaviſſe.* Paulo ante ejuſdem eſt: *His permittamus &* audiviſſe, *&* ſciviſſe, *&* tribunale, *&* faciliter *dicere.* Vide locum, ubi improbat, quod nonnulli *audaciter* potius dicant, quam *audacter.* Iſtud tamen non pravum eſſe Senecarum & Livii auctoritate illic teſtatur Gronov.

Nunc illuſtratus es] Nepos Themiſt. *Quo factum eſt, ut brevi illuſtraretur.*

Putavit eſſe tenendam] Suam ipſius ſententiam iſta de quæſtione poſuit in diviſione Contr. 8. quæ diverſa eſt.

Pag. 367. *Exaudiſſe quendam dicentem*] In vett. eſt: *ex ordine ſuo dicentem.* unde ſuſpicor ſcripſiſſe Senecam: *audiſſe ex ordine ſuo quendam dicentem.*

Cognovi, non quid imperares] Vat. Brug. Covarr. *cogitavi.* quod recipiendum.

Occaſionem beneficii quæſtu non concupivi] Cov. *quæſtum concupivi.* Vix ſatisfacere mihi hoc de loco potui. Ex iſta lectione Cov. cogitavi. *Occaſionem beneficii quæſitam concupivi: acceperam præmium. habet pater, & percipit.* Nam *alter* repetitum non eſt in Ven. Porro *alter* pro pater vitioſum etiam eſt in declam. Quintil. 16. Porro *concupivi* hic ut Controv. 29. *Triarius multo rem magis ineptam, quia non invenit illam, ſed concupivit.* Id eſt, ſumpta ab alio uſus eſt. Turrini vero ſenſum hujus illuſtrant loci: *Et cum dixiſſet, ſe præmia in patrem contuliſſe, dixit: Vici te, pater, ſed nempe vici tibi.*

Hoc enim modo legem, &c.] Ven. *Hoc enim vobis modo.* Pal. *vobis.* Quorum alterutrum proin recipiendum, cum non poſſit temere ita exaratum hic eſſe judicari.

Pag. 368. *Ad ruborem totius juventutis pertinere*] Cum *rubor* ſæpe pro pudore, cujus eſt ſignum, ponatur. *pudor* vero ſæpe ſit dedecus, *pudor eſt nil diſcere velle.* ita & in l. 2. C. de injur. maritus dicitur pati in uxoris pudore, id eſt, contumelia. Hinc & *rubor* eleganter hic, pro dedecore. Contra Virgil.

——— *ſcelus expendiſſe merentem*
Laocoonta ferunt.

Ubi *ſcelus* eſt pro pœna. pro conſequente antecedens. Ea ratione & *flagitium* pro dedecore antiquis eſt frequens.

Inter dignorum virorum exempla] Offendit me vox *dignorum*, nimis levis hic & plane putida. Scripſiſſe Seneca videtur: *divinorum.* intelligendique heroës, qui divum genus, & divinis honoribus coli conſueverant. Cicero 2 de legibus: *Quod autem ex hominum genere conſecratos, ſicut Herculem, & ceteros coli lex jubet, indicat omnium quidem animos immortales eſſe, ſed fortium bonorumque divinos.*

Venire in judicium] Senſus & oratio integra velit: *ſi venirem.* mox etiam; *in quo quid habeo?* lege.

Timeo ne ob hoc ipſum] Hæc quoque corrupta. Lege: *Non timeo.* & mox: *quod ego ſciam, an uſquam glorioſiores ſint.* Id quod iſto judicio ſum conſecutus, unice patri & familiæ imputandum.

Defunctorie cauſam meam egiſſem?] Præcedentia flagitant: *egi.* Perge dein: *Sed mihi notum non fuit filium cedere.* Objectio patris. Reſpondetur: *Quia parum erat, illi non putabat.* Judices vero

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ro *judicaverunt, non quod erat, ſed quod te malle crediderunt.* Verba ſunt Montani ſupra.

Ἠ' μῖν παρέστη τῷ τότε δικαστηρίῳ] Lege: ἐν τῷ τότε. Nam non ad hoc pertinent hæc judicium, ſed quo pater & filius antea contenderant de præmio. unde exacerbatus pater abdicaverat filium. Diverſum avo, ſi quis manium eſſet ſenſus, aut ille exiſteret ab inferis, placiturum eſſe, his oſtendit, maximumque potius gaviſurum gaudium, ſi nepotem filio videret fortiorem. Supra: *opta pater, ut à nepote vincaris.*

Pag. 369. Νὴ Δία μάλα χαίρων] Lego: χαίρω. νῦν ὁ τ' ἀρ. *His nunc de virtute certamen eſt.* Gaudio exultans dein rogat, quod videt: εἴπατε μῶν. *dicite, numquid hic patre fortior?* Nam Græcis ἀμείνων, ut Latinis *melior*, etiam fortiorem denotat. Supra Sparſus: *Solebas enim ſemper optare, ut contingeret tibi habere filium meliorem.* Ovid. 2 Faſtor.

Poſtmodo victa cades, melioribus Ardea reſtas.

Apoll. 3 Argon. 420. Ita & contra *deterior*. Plaut. Epid. 3. 4. & mox Labienus ex mea emendatione.

Dixit quod etiam deſertoribus licet] Ecquod vero jus deſertoribus? hi ſibi contubernales & contubernia ſuo ſibi arbitratu vindicare poſſunt? Non opinor. nec illa magno oratori Labieno ſententia eſſe potuit. Tu ſcribe: *deterioribus.* non ita fortibus, quam ego ſum. Diſtinguendum vero: *& dixit: quod etiam deterioribus licet; nolo habitare c. a. m. Non capit.*

CONTROV. XXXII.

IN *diverſa parte*] Sueton. Jul. *Diverſarum partium habebatur.* Id eſt, adverſarum.

Excuſavit victos, qui reſtituit] Lege: *quin reſtituit. Quin* frequens *quin etiam.* Virgil. 1 Æn.

——— *quin, aſpera Juno,* &c.

Conſilium in melius referet.

Mulierculæ caput] Quia proſcriptionis in tabula præmia erant decreta iis, qui capita proſcriptorum retuliſſent.

Quam periculoſe eum offendo] Hæc non mutarem, niſi reperiſſem in Ven. Pal. & Cov. *quam periculoſum, ſi eum offendo.* quod non fuerat præ illo aſpernandum.

Pag. 370. *Paterna ſatisfactio eſt*] Vide ſimilia ad Controv. 21.

Soli videbantur judicare dii poſſe] Quare ignoſcendum filiæ, quod diverſam ſecuta eſt partem, cum hujus non minus bona cauſa videretur.

Iraſcare, malo] Quam ſic te exorari patiare. Paulo poſt: *O novum monſtrum! irato victore vivendum eſt. exorato patre moriendum eſt.*

Si parricidium eſt fuiſſe in div. p.] Venet. *Si parricidium fuiſſet in div.* Credas fuiſſe: *Si parricidium fuiſſet, eſſe in d. p.*

Ubi ſtuduiſti?] Legendum: *ubi iſtud vidiſti? ubi audiſti?* Ita emendaveram, cum vidi Petreio jam hoc eſſe obſervatum, qui dubitat tamen.

Irato victore vivendum eſt] *Victor* hic pater eſt. qui quatenus *victor* & *iratus* in nemine ſævit. perque eum vivere licet, & ſi velis eum iratum permanere, vivendum eſt. Sed quatenus pater, non exoratur, niſi morte.

Pag. 371. *Uxor ſuas*] Eleganter *ſuas partes ſecuta* dicitur mulier, quæ ſequitur maritum ſuum, quippe cui individua vitæ ſocietate conjuncta eſt.

Optima civilis belli defenſio, oblivio eſt] Cum bellum civile geſtum & arma jam compoſita ſunt, optimum eſt, oblivisci: nam ſi factum defendere velis, quod fit etiam, ſi ſtringantur in acie gladii, & puniantur, qui arma contra geſſerant, tanquam facinoroſi. hinc rurſus facile in diſſenſiones & arma. Quare diſcordiarum civilium oblivio optima defenſio. Nam & defendendo & puniendo magis majorem nos culpæ in ſuſpicionem adducimus, & qui innocentes poteramus videri, noxii eſſe incipimus.

Ut victor inſanis] Ven. Eraſm. Pal. *pater noſter.* Cov. *aut tu pater noſter, aut victor inſanis.* Unde legerem: *An tu pater noſter? an victor? inſanus es.* In

Brug.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Brug. legitur: *inſanus.* Schotti, *aut tu pater inofficioſus*, &c. nimiſquam audax, imo & putidum eſt.

Nec etiam filiæ, ſi excanduit] Venet. *Et hoc etiam, ſi filiæ excanduit.*

Morere, inquit] In Ven. Baſ. utr. Covarr. non eſt *inquit*. Et ſalvo ſenſu abeſſe poterit.

Si durioribus utar] Vox *verbis* poſt *durioribus* excidiſſe videtur. Vox repetita omiſſa vitio pervulgato potuit & fine iſtius præcedentis vocis abſorberi. In Hedu. & Vat. *verbis* extare notant. Simile mendum in colore: nam ubi nunc emendate: *non ſubmiſſioribus verbis.* antiqui quidam: *ſubmiſſis oribus*, tantum.

Non patris regere] Controv. 11. *In hoc enim latam eſſe legem, ut pater à filio ſanari deberet, non ut regi.* Contr. 21. hic ipſe Latro: *Tu patrem debes dementem accuſare, non ſanum regere.*

Dicam in ſenatu non ſtulte ſententiam] Poſt vocem poſtremam Ven. Pal. Covarr. *dixi*. Igitur lego: *ſententiam, nec dixi.*

Pag. 372. *Partes male egi*] An officium patris minus recte ſum functus!

Cum illam ipſa natura publicis excepiſſet malis] Grypus Rex apud Juſtin. lib. 39. cap. 3. *A nullo unquam majorum ſuorum, inter tot domeſtica, tot externa bella, poſt victoriam in fœminas ſævitum: quas ſexus ipſe & pericula bellorum & ſævitia victorum eximat.*

Fortius tantum loqui liceat] Hæc lectio epitomæ, quam amplexus eſt Schottus. Vox *tantum* minime inſeram. Reliqua probe. quia ſunt in antiquis præter *patri*. Cov. tamen, *patres*. quare *patri* reſtituendum. Hæc autem, *vide, an ſub iis exemplis patri fortius loqui liceat*, ſic intelligenda, quaſi eſſet ſcriptum, *loqui non liceat*. Promiſcue enim in diviſionibus iſta ponunt Rhetores.

Morte penſaſſet?] Sine interrogatione ſcribam: *non penſaſſet.*

Res viri conſecuta eſt] Virgil. 3 Æn. *Res Agamemnonias victriciaque arma ſecutus.*

id eſt, partes Agamemnonis. Florus 4. 12. *Varus perditas res eodem, quo Cannenſem diem Paulus, & fato eſt, & animo ſecutus.* Unde cum in Ven. & Covar. hic ſit, *res viſa conſ.* conjeceram: *res viri victas conſecuta eſt.*

Pag. 373. *Hoc poſt bellum, immo poſt edictum*] Venuſtas his ſua & acumen perit, niſi interrogative legas: *Hoc poſt bellum* eſt factum, *imo poſt edictum*, quo ſancita eſt injuriarum oblivio?

Omnes enim dixerunt] Lege: *Omnes vero.* Verba ſunt ipſius Senecæ.

An etiam fratri iraſcitur?] Ven. *An & in hunc fratrem iraſcitur?* Ead. Pal. & Cov. quare velim: *An etiam huic fratri iraſcitur?* qui illius amore patrem non accuſat dementiæ.

Nos duces exoravimus] Duces nempe noſtrarum partium exoravimus, ne duriter conſulerent in captos. Ita enim futurum, ut noſtri liberi, qui diverſis in partibus eſſent, itidem ſæve haberentur. Hinc illi mitigati & victoria clementer exercita. Verba patrum, quorum liberi in partibus erant diverſis ex mea emendatione fuerint: *Ignoſcite nobis*; qui noſtris timemus liberis, ſi captivis ignoſcere non vultis. *Severi eſſemus, ſi liceret eſſe ſecuris. Severi* in ſumendis ſuppliciis, tollendiſque his captivis. Caute autem *ſeveri*, ne vel verbo ſævitiam agnoſcere videatur.

Ego durius loquar] Cov. *loquebar*. quod probandum: & dein legendum: *deprecaretur.*

Pag. 374. *Feciſſem, non magis tibi ego,* &c.] Petreius hæc explicat. Schottus diſtinguendo expedire rem tentat. Lege: *nec ſi rogaſſes, non minus ego tibi, quam ſorori tuæ maritus.* Quia tu me maximi facis, nec minori me proſequeris amore & affectu, quam ſoror tua ſuum maritum: ſi me rogaſſes pro ſorore, pro certo exoraſſes. minime difficilis fuiſſem. Faber ex epitome, quia habet, quod hic non extat: *Etiam morte patri quæſivit invidiam.* colligit aliquid deeſſe huic controverſiæ. Ego id inde non puto conſequi. quia paſſim ſuo arbitratu aſſuit epitomarum auctor.

CON-

CONTROV. XXXIII.

Quo factum eſt, ne læſi patres] Ven.& Cov. *in quo læſi patres.* Deinde Venet. *aut ut agnoſcant, a. r.* Cov. *agnoſcunt.* Vulgatum ab excerptis eſt deſumptum. Suſpicor ſcripſiſſe Senecam: *quo læſi patres liberos ſuos aut non agnoſcant, aut non recipiant.* Etiam *in quo* defendi poſſe videtur. Contr. 19. *Fortaſſe in dolore tormentorum ſtupefacta, neſcivit, quid loqueretur.*

Etiam confeſſas injurias tacent] Id eſt, manifeſtas, nec cuiquam latentes. Juſtin. lib. 8. cap. 4. *Theſſali Bœotiique erant ut profeſſum adverſum Phocenſes ducem Græciæ exhibeat.* Latin. Pac. paneg. cap. 39. *Cur non tuæ publicæque vindictæ confeſſam aliquam immortalis dei curam putemus annixam? Facere injurias* Terent. *muſſitare,* Adelph. 2. 1. 52. *quando eum quæſtum occeperis Accipiunda & muſſitanda injuria adoleſcentum eſt.* Ubi Donatus: *muſſitare* enim proprie eſt diſſimulandi cauſa tacere. Ad ſenſum facit illud Hiſpani: *Timeo ne hoc proſit reo; quod nemo ex his quemquam videri vult ſuum.*

Expoſitus quam tolli] Venet. & Cov. *expoſitus, quam agnoſcere.* Ab excerptis inſerta reliqua. Lego: *nihil eſſet miſerius expoſitis, quam agnoſci.* Nam redditi parentibus, quid aliud quam cruciari debuerunt quotidie debilitate ſua, qua & parentibus graviſſimo eſſent dolori. Juſtin. lib. 11. cap. 14 refert, Græcos octingentos admodum occurriſſe Alexandro poſt victum Darium ad Arbela, qui pœnam captivitatis truncati corporis parte tulerant. quibus quum data eſſet redeundi ad ſuos poteſtas, *agros accipere maluerunt, ne non tam gaudium ſui parentibus, quam deteſtandum ſui conſpectum reportarent.*

Huic cæci innitentes baculis vagantur] Ven. *Hinc cæci.* quod malo. ut &: *hinc trunca,* &c. In reliquis *huic* probum eſt.

Pag. 375. *Proceritas micabit*] Ven. Pal. Covarr. *mirabitur.* unde velim: *proceritatem mirabuntur.* Id eſt, intuebuntur cum admiratione. Juſtin. 5. 4. *Et univerſos quidem milites, præcipue tamen Alcibiadem, mirantur.* Prudent. Pſychom.

——— curru invecta vetuſto
Saucia mirantum capiebat corda virorum.

Item:

Dum currum varia gemmarum luce micantem
Mirantur.

quod paulo poſt idem exponit: *Defixus inhiant obtutibus.* Videbatur is, de quo hic Rhetor, illi poſſe proceritate fieri ſimilis, de quo Suet. Calig. c. 35. *Erat Eſius Proculus patre primipilari ob egregiam corporis amplitudinem & ſpeciem Coloſſeros dictus.*

Illi contractos pedes] Lege: *Confractos.*

Ita non ſic infelicius ſuperſunt] Ven. *Ita non in reliquis ſuperſunt, quam p. f.* Pal. *Ita non nunc, in rel.* Covarruv. ead. quæ Ven. niſi quod habet: *ſuperſunt, qui.* ut ſcripſiſſe videatur Seneca: *Ita nunc in reliquiis ſuperſunt, qui perituri fuerant?* Controv. 8. *Cadaver* pro ſenis corpore, in quo ſanguinis & vitæ non ita multum. Ut minus ſit mirum, ſi *reliquias* vocet corpora, ita infirmata & diminuta, ut vix corpora eſſe videantur. Apud Senecam filium Phœniſſ. 94. OEdipus excæcatus de ſe

——— funus extendis meum
Longaſque vivi ducis exequias patris.
Aliquando terra corpus inviſum tege.

Quanti ex his fortes viri?] Peſſime ſunt de Seneca meriti, qui excerptorum ope illi ſuccurrere voluerunt. Ubi paſſim emblemata auctoris, quæ ipſis vindicari & defendi jure poſſunt, non autem ſine flagitio ſcriptis Senecæ inferciri. Veluti iſta, non ſunt malæ Latinitatis, nec ſenſus abſurdi, ſed non ideo ſunt Senecæ. Quem ego hic ſcripſiſſe non dubito: *quid ſi aliquis ex iſtis futurus ſit tyrannicida? quid ſi ſacerdos?* quomodo Ven. Baſil. uterque, optimuſque Cov. niſi quod hic: *ex iis.* quæ nullius momenti diſcrepantia. Reſpicitur ad præced. *Eruantur, inquit, oculi illius, hujus præcidantur manus.* Ha-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

rum paſſim mentio cum agitur de tyrannicidis. Illorum etiam ubi de ſacerdote, lib. 4. controv. 2.

Pag. 376. *Puto, experieris*] Ven. Eraſm. Pal. *experireris*. Lego, *expertus re es*.

Surge tu] Supplica judicibus, genua prehende.

Sed quid excitaris?] Id eſt, ſurgere juberis. Sueton. Octav. 14. item Cic.

Adjiciamus aliquid ad quæſtum] Invidioſe, quæ dicere conſueverat dives, his repetit. ita & mox Arellius.

Quid infelix iſte peccavit aliud] Quaſi intercedens pro aliquo, quem mutilari juſſerat dives. Ut in verbis Arellii: *Præcidatur, inquit, lingua*, &c. Antea cogitaveram: *Ecquis inter infelices iſtos p. a.*

Si quis agnoverit ſuum] Male, qui velit, *ſuum patrem*. Lex eſt: *Expoſitum qui agnoverit, ſolutis alimentis recipiat*. Vide controv. 26.

Nemo agnoſcet] Pal. Cov. *Nemo, nemo agnoſcet*. Etiam Ven. geminat iſta.

Pag. 377. *Miſericordia publica alitur*] Cum in Venet. & Pal. ſit, *publicavit*, ſcribam, *publica vivit*. quod eſt & in Vatic.

Nulli plus reddunt] *Reddere* hic, ut *reditus*. Salmaſ. ad hiſtor. Aug. notat *redire* pro *ire*. adde l. 94. D. de verbor. ſign.

Via eſte, quas poteras] Covar. qui omnium optimus, *demaſti*. unde lego, *declamaſti, quæ poteras*. Vult quoſcunque declinaſſe omni ratione, *ut non rogaret, ut non acciperet*. Egregie miſeris etiam ultro porrigimus ſtipem.

Spiritum tibi non relinquerem] Ven. & Vat. *Spiritum tamen relinquerem tibi*. Unde lego: *Spiritum tandem non relinquerem tibi*. Irati oratio.

Fatis publicis] Bene Schottus, qui defendit antiquam lectionem, *ſacris p.* Nuptiæ, de quibus præceſſit, ſacris privatis celebrantur.

Hilaritati dicatis diebus] Venet. Pal. Cov. *An hilaritates dicatis diebus*. quod non mutem facile, cum etiam in Col. & Pal. quarto ſit, *in hilaritatem*. in tertio vero, *in hilaritate*. & præterea, cum illud legatur apud optimos, *dicare in ſervitutem, in fidem, in clientelam*.

A te fortaſſe aliquis] Intelligimus etiam tenuiſſimos ſtipem diis dare conſueſſe, quæ ſi ab iſto ita crudeli & nefario eſſet accepta, & portaretur ad deos, quid aliud, quam graviſſimam deorum iram concitare poſſet? Atque eo hanc pertinere orationem arbitrer. Facit huc, quod notat Caſaub. ad Sueton. Calig. cap. 40. Philonis Judæi extare commentariolum, cujus index περὶ τοῦ μίσθωμα πόρνης εἰς τὸ ἱερὸν μὴ προσδέχεσθαι, in quo ſtupris quæſita λήμματα αἰσχρὰ appellare ait. Si ingrata ſint diis, multo magis iſtis ab iſto ita fœdo homine profectis offendi debuerunt. Etiam Chriſtiani Theologi ex furtis aut male partis, ſi quis ſubveniat inopi, negant eo pacem veri dei impetrare poſſe. Stipes vero olim diis datas & ad res ſacras, ut ludos &c. jam olim docuit Lipſius ad 14 Annal. Tacit. nota 40.

Quoſdam ambitio gloriæ] Legendum, niſi fallor, *ambitio & gloria*.

Cum iſtum alant ii, qui ſe] Peſſime factum, quod iſta ab excerptis receperunt, & vera Senecæ exturbant. Summus Faber duxiſſe primus in errorem illos videtur, dum, rectam quidem ait iſtam videri antiquorum lectionem, *cum ſtipulant ii, qui* &c. ſed qui excerpta collegit, legiſſe videri, *cum iſtam alant, qui* &c. In ipſa tamen antiqua lectione, puto reſcribendum, *quem ſtipulant ii*. ad accuſandum nempe divitem, ipſiſque patrocinandum. Senſum pervidit ante me Faber. Ex his patet male Lectium judicare, meras tenebras antiqua eſſe in lectione: igitur reſcribit, quod vulgo legit. probat id Gruterus, & ſuo cum Lectio errat.

Quos affectus veſtros optare debeam, neſcio] Ille egregie doctus orare & blandiri, ut etiam doceat alios, vos, metuo, ne permoveat ad miſericordiam & abſolvendum. Et tamen hoc ipſum meis rationibus accommodatum eſſe poteſt, ut ſitis miſericordes. Nam tanto magis, ſi hujus narrare cœpero crimina, ira debebitis exardeſcere.

re. Quod expreſſum eſt iis, quæ ſequuntur, ubi minatur ſe hujus divitis & rei oſtenſurum crimina, quæ cum infamia ipſorum, qui imperant reip. & judicant, ſunt conjuncta.

Si verum fuerit] Ven. Eraſm. Baſ. uterque, Pal. Cov. *ſi otium fuerit*. unde conjicio, *niſi odioſum fuerit*. Innuens judices infamia flagrare, qui hunc hominem in civitate ita diu ſuo arbitratu ſævire permiſerint, ut ſuſpicio eſſe poſſet aliqua, non ignaris iis hæc eſſe facta.

At reum hunc nos publice paſcimus] Tanto minus eſt ferendus, quod non ſævus tantum, ſed deteſtabilem in modum avarus, civibuſque oneri damnoque eſt.

Exigitur à te talio] Malim, *exigatur à te talio*. pro, *ſi exigatur*. cujuſmodi de locis nonnulla dixi ad Calpurn.

Non incidit] Ven. Eraſ. Baſ. uterque, Pal. *inciderit*.

Omnes omnibus conferunt] Venet. & Frob. *Omnes homines congerit*. An vox una periit, fuitque, *conferre coëgit*.

Primum quod reip. crimen conſ. op.] Lege, *Primum, inquit, reip.* Ita conſuetudine pervulgata in his diviſionibus ſcriptum. Pergit Ven. Eraſ. Pal. aliique, *deinde hunc reum queri*. Scribe: *hujus reum*. & ſenſum habebis perſpicuum & accommodatiſſimum. Etiam ſecundam quæſtionem fecit: *An ſi læſa ſit reſp. ab hoc læſa ſit*.

Pag. 379. *Damnum, quod tu objicis non videbat*] Ven. Frob. Vat. Pal. abeſt negatio. Malim, *quis videbat?* incerta voce, ex fine præcedentis vocis.

Duo debilitantur, nondum reſp.] Cum de duobus & pluribus eodem in negotio ita jam præceſſerit, ineptum & putidum eſt, duorum hic rurſus fieri mentionem. De conjectura reſtituo: *Denuo debilitantur, nondum reſp. læſa*. Iſtud cauſæ fidens ſuæ dicit. Denuo ſi debilitare velim & magis etiam mancos & mutilos reddere; nondum tamen læſæ reip. accuſari potero.

Infantes perdidit & infelices] Frob. Ven. Pal. Cov. *Juvenes qui ſua de re infantes*. Ita & Eraſm. niſi, quod conjunctim *ſuadere*. Forte: *Non juvenes, aut qui ſuaderent; infantes perdidit & infelices*. Juvenes intelligo, qui ætatis ſunt militaris & operam patriæ manu navare poſſunt. Ipſa militaris ætas paſſim *juventus*, & *juvenes* ſæpe milites. Caſaub. adverſus Baron. ad apparat. Ann. prope fin. vide. *qui ſuadent*, eos accipio, qui ætate ſunt provectiores, quibuſque corpus, ingenium, ſapientia validum. Haſtæ juvenum, conſilia ſunt ſenum.

Attamen crudelem] Scribe, *Annon crudelem rem facit & laniſta?* Dein, *& leno, qui cogit invitas pati ſtuprum*. Ex mala lectione compendioſæ ſcripturæ ortum vitium, una tranſverſa lineola *annon* compendio ſcriptum ab *attamen* differt.

Quæ legi innititur] Brug. *mittitur*. Ven. *lege innititur*. Scribe: *Non potuit, inquit, ulla res lege damnari, quæ lege permittitur*. Ita paſſim rhetores poſt iſtam quæſtionem: *An teneatur, ſi fecit, quod ei facere licet*. Vidi ita jam eſſe emendatum ab aliis. utrum à libris, an ab ingenio, id me neſcire fateor.

Dices, an hoc licuerit facere] *Deinde, an hoc licuerit illi facere*. Hoc rectiſſime ſine dubio. Sed hinc intellige periodi præcedentis fine deeſſe, quod antea poſitum ſemel, hic repeti debuit. quo vitio vix ullum eſt aliud, quod ſæpius noſtrum infuſcaverit auctorem. Scribe: *ſi in agris meis arbuſta ſuccidere velim, dices, me remp. lædere?* vel, *dices, remp. lædi?*

Licuit, inquam. Expoſiti, inquit] Venet. *Licuit, inquit. Expoſit. in nullo num. ſunt*. quod malim.

Habent legem talionis] Pœna injuriarum lege XII tabularum propter membrum talio erat. §. 7. Inſtit. de injur.

Pag. 380. *Non poteſt, inquit*] Ven. & Pal. ſcribunt hic repetuntque quater: *Non poteſt, inquit, reſp.* Quæ quid ſibi velint vix exputo. niſi quod cogitabam lacunæ loco hæc eſſe ſcripta, quæ nata ſit, dum repetita omittuntur. Hoc, ſimileve poteſt dixiſſe Rhetor:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

tor: *Non poteſt, inquit, reſp. lædi in iis, quos non habebat. Nam lædi non poteſt, niſi in aliqua ſui parte.* Saltem ſenſu quid ſimile deſideratur. Quod judicabit, qui hæc conferet cum iis, quæ ante hæc diſſeruit Seneca. Hic velim in præcedentibus poni, quæ in fine repetuntur. ut iſtic factum videmus. Atque ita, quantum ad ſenſum, nihil eſt, quod hæreamus.

Non in ſenſu illos invenies] Quintil. declam. 278. *cujus tulerit nomen, in cujus cenſu delatus ſit.*

Quomodo cum illa quæſtio tractatur] Lege, *Sed dici tamen ſolet, quotiens illa quæſtio tractatur. An reſp. læſa ſit. totiens enim inter argumenta non læſæ reip. dicitur; ne potuit quidem*, &c. Ita jam quadrat illud ſequens: *Sed hæc quoque in illam incurrit, an læſa reſp. ſit.* omniſque ſublata difficultas.

Dicant illos per hunc tam miſere] Venet. & Baſ. uterque, omiſſis ceteris: *Dicant illum per hunc vivere.* Senſus ſit plenus: *Dum dicant, illos per hunc vivere.* Reliqua ab ingenio eſſe videntur illius, qui excerpſit.

Qui exponent filios] *Exponant* Venet. præfero.

Projiciunt magis, quam exponunt] Diſtinctio eo ſpectat, quod non ſemper voluntate & contemptu ſanguinis ac ſubolis expoſitionem fecerunt parentes. Quandoque enim & neceſſitate & metu periculoque ſubacti iſtiuſmodi conſilium capere debuerunt. Vel ſola Moſis hiſtoria id revincit. Diverſum tamen maxime id frequens. unde Quintil. Declam. 372. *Projicere* generatim pro exponere. Nam *projicere* ſæpe dicitur, qui vilem rem habet. Senec. filius in Epiſt. *Multi ſunt, qui non donant, ſed projiciunt.* Controv. 13. *quæ projicimus, vilia habemus.* Ead. *Non dimiſſa eſt ex arce, ſed projecta.* Vult exturbatam in publicum vi & contumelioſe, nullo generis habito, aut ſexus ſaltem reſpectu. Controv. 14. *Luxuria uſque eo ſe projecit, ut accuſetur.* Tacit. 1 Annal. 4. *quibus tam projecta ſenatus auctoritas*, id eſt, vilis. Etiam Ulpian. l. 50. D. de evict. *Sed ſi dolo rem viliori pretio projecerunt.* Item Javolenus l. 36. §. 1. mand. *rem viliori pretio abjicere.* ut & hic *projicere* & *abjicere* promiſcue ponit Rhetor. Adde Cujacium ad Afric. lib. 8. ad l. 34. mand. Ita & Græcis προΐεναι. Apollon. Rhod.

Aliqui etiam vernulas] Offendit me primum illud *vernulas.* nam cum de ingenuis agatur, qui de vernulis commode interponitur hic mentio? Hunc mihi ſcrupulum exemit Nonius, ubi docet, vernarum nomen pro convitio & maledicto habitum, quod eos etiam vernas appellarunt, qui vere ſacro nati eſſent, tanquam devotos ſacroſque & deteſtabiles. Porro cum ver eſſet ſacrum, reliqua quidem animalia docet Paulus ex Feſto, quæ proximo vere eſſent nata, immolaviſſe. Sed cum crudele videretur pueros & puellas innocentes interficere, perductos in adultam ætatem velabant, atque ita extra fines ſuos exigebant. Alii vero etiam expoſuiſſe natos videntur. atque eo hic pertinet locus. Vide Pithœum 1 adv. cap. 6.

Pag. 381. *Omine infauſto editos*] Temere ad hæc Schottus de monſtroſis partubus commentatur, quæ ad præcedentia, non autem ad hæc faciunt. In ſola hiſtoria auguſta plurima ſunt relata omina fauſta, infauſta, quæ contigerunt, dum aliqui naſcerentur.

Corpore invalidos] Quamvis non mutilatos atque infirmos, ſed viribus defectos, vel quia corpus eſt morbidum, vel quia vigor deeſt ſanguini. Tacit. 1 Ann. *Auguſtus ætate validus.*

Delicatis & formoſis debilibus] Supra: *Huic ſpecioſa facies eſt, poteſt formoſus mendicus eſſe: reliqua membra invalida ſint, ut fortunæ iniquitas in beneficia ſua ſævientis magis hominum animos pervellat.* Unde patet, quare formoſorum debilium hic fecerit mentionem.

Exciſorum greges] Venet. *Caſtratorum.*

Non curatis, quod iſti beati] Ex Ven. & Cov. conjicio hic fuiſſe: *Quam raro vobis in mentem venit.* Quemadmodum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

dum mox prius *non curatis*. Deinde vero: *In mentem vobis venit.* quod ſine interrogatione legendum. Dein perge: *quid illorum, qui fruſtra habent?* De iis autem, qui ſuppreſſi ergaſtulis, Sueton. Auguſt. 32.

Simplicitatem circumveniunt] Ven. *circumeunt.* quod non minus probum ſenſu eodem. Terent. Phorm. 4. *Facinus indignum Chreme, ſic circumiri.*

Speciosiſſimum quemque, maxime id. e.] Ven. & Covar. *ac maxime.* quod probandum. *Speciosos* accipio, quibus formæ eſt veneratio. Vide Juſtin. 13. 1. de ducibus Alexandri.

Uno verbo propiore uſus eſt] Antiqui in eo differunt, quod alii *propiore*, alii *propriore* exhibent. Sed conſenſu habent, *magis prop.* quod probandum, non exturbandum erat. Virg. notum eſt:

Quis queat optato magis eſſe beatior ævo?

cujuſmodi jam plurima notarunt alii: *Propius verbum* eſt, *crudelis.* cum *impium* vox ſit generalis. ita *homo*, vox eſt propior, quam *animal.*

Miſerabiliores dicant] Non dubito, quin *dicam* ſit à manu Senecæ.

Pag. 382. *Non mutuatos hanc ſententiam, ſed imitatos*] Ven. & Pal. *Non mutilati arti hoc ſententiam, ſed irritatos.* ead. Covar. niſi quod *mutuati.* Forte: *Non mutilaſſe artificium ſententiæ, ſed imitatos.* Controv. 24. *Do, inquit,* Arellius Fuſcus, *ut cum optimis ſententiis certem: nec illas corrumpere conor, ſed vincere.* Seneca hic modeſtiæ cauſa non dicit viciſſe Latinos, ſed imitatos artificium ſententiæ, quam dixerat Græcus. Fuerint tum temporis forte vel ex ipſis Græcis vel & Latinis æmulis, qui diverſum judicium facerent. à quibus ſe diſſentire hic fatetur Seneca, illiſque contradicit.

Utique ſi peperit, expoſuit] Hæc connectenda præcedentibus, legendumque: *ſtipem, utique ſi peperit, ſi expoſuit. O quam,* &c. Plus quam Græcus expreſſit, cujus ex verbis colligi poteſt, iſta dici de feminis, quæ pepererunt, & expoſuerunt, ut non plane & apertiſſime ſit dictum. Iſtud, *ſi expoſuit* conjeceram, quod dein & in Ven. exaratum vidi.

Τὰ μὲ τῶν ἄλλων ἐρωτᾷν, &c.] Vox excidit, qua inſerta reſtitui poterit locus. Lege, Τὰ μὲν τῶν ἄλλων τέκνα ἐρωτᾷν δεῖ γε, ὡς τρέφη. Deinde reſcribe ἀναπηρία. *Aliorum liberos interrogare quidem decet, quomodo aleris, vel alimini,* quod opus, quæ ars, qua toleratis vitam? An mare navigiis, an vomere ſcindere terram, an vero militare ſoletis, aliove quæſtu ſectari vitam: *noſtri vero inde aluntur, quod ſunt mutilati.* Omnes ſimili & infeliciſſima in conditione conſtituti. De omnibus una hac reſponſione, proh dolor! defungi poſſumus.

Latro Porcius virilius dixit] Dura hæc auribus meis oratio, nec ita ſcripſiſſe Senecam exiſtimem, ſed: *Hanc ſententiam Latro fortius & virilius dixit.* Controv. 8. *Hunc ſenſum à Latrone fortius dictum.* Controv. 14. Sententias fortes tribuit Latinis, illarum vero laudes Græcis ſubtrahit, quos eo etiam nomine contempſiſſe Latro videtur.

Et alios incurſantes] Malim, *incurvatos.* Supra: *alium diſtorquet, alium delumbat, alterius diminutas ſcapulas in deforme tuber extundit.*

Pag. 383. *Non numerabamus educatorem*] Ven. *numerabimus.* Ut ſuſpiceris, *nunc numerabimus* ſcripſiſſe Senecam. Eſt autem ſimilis huic ille Quintiliani locus in declam. 8. *Adjecit humanis calamitatibus ipſam ſanitatem, & morborum languoriſque violentiam medicinæ conceſſit.*

Τῶν ἐχόντων τι προσαγάγοι τις] Scribe, τῶν ἐχομένων τις προσαγάγοιτο. *qui aliqua ei,* cujus pulſaturi ſumus januam, *cognatione eſt junctus*, is *nobis dux ſit.*

Ὦ κακῶν ἀσυμφώνων!] Scribo, συμφωνιῶν. *O infauſtæ* & abominabiles *ſymphoniæ!* Symphoniaci etiam in familiis. Iſta emendatione jam apparet ſatis corruptam eſſe ſententiam.

In pœnas quoties tibi rem] Seneca filius OEdipo 942.

Solvendo non es. Illa, quæ leges ratas

Naturæ

Natura in uno vertit OEdipoda, novos
Commenta partus: ſuppliciis eadem meis
Novetur. iterum vivere atque iterum mori
Liceat, renaſci ſemper, ut toties nova
Supplicia pendas.

Quod de ſe nimium OEdipus dixiſſe tolerabile utcunque; de hoc educatore nimium inſanum eſt.

Labieni ſententiam ſeparavi] Poſt iſtas ſeparatim retuli.

Sed ubi quotidianum diurnum] Senſus eſt & oratio elegans: Scilicet illi quotidianum diurna & *mendicantium quæſtus recognoſcenti*, *Tu hodie minus attuliſti*. id eſt, minus, quam debes. Petron. *quicquid dixero, minus erit*. ita *plus*, item *minus*, *tempore*, vel *re*, vel *cauſa*, vel *loco ſolvere*.

Si ſic rogaſſes] Sic flens, ſic ejulans, inter rogandum, ut nunc, cum loris à me conciſus es.

Quem ad fingendas, &c.] Ipſe enim plurimas etiam optimorum Rhetorum ſententias in verſus ſuos tranſtulit. Controv. 10.

Pag. 384. *Oſtende nobis captivos*] Scribe, *captivos tuos*. ut ſupra dixerat hic Caſſius.

Oſtende nobis alumnos tuos] Nempe *alumnos* accipere poſſumus, & qui aluntur, & qui alunt. Tanto hoc elegantius, quia ambiguitas vocis manifeſte taxat educatorem. *Mercenarii* minus commode iſti debilitati & manci dicebantur, quia mercenarios intelligimus, qui mercede conducti aliis operam præſtant. ut dives potius mercenarius dicendus eſſet. Sed reſpectu alimentorum, quæ erant mercedis loco, mercenarios appellare voluit, aculeus iſte non ſatis eſt in promptu. Illud porro *captivos*, nihil habet, quod valde pungere divitem poſſet.

Porrigentem mendico] Videtur abeſſe vox *dicere* poſt *mendico*. Dein Cov. *qui dedit*. Igitur poſſis jam dubitare, num fuerit: *Et hic, qui dedit, fortaſſe pater eſt*. Et hoc enim infelicitatis ſummæ, ſi filio ſtipem det pater ignarus, dum mendicat. Adde quæ poſt Nicetæ ſententiam Græcam ſupra dicta ſunt.

Jacentis divulſæ patriæ] Lego, & *divulſæ*.

CONTROV. XXXIV.

QUam quem imitatus eſt] Et qui ſuos imitatores quam graviſſime ſolet punire. Poëta:

Fulmineo periit, imitator fulminis ictu.

Pag. 385. *Hominem merſit*] Hoc ſumptum ab epitome. Venet. *num ut naufragium pingerent, merſit*. Lege: *Navem, ut naufragium pingeret, merſit*. Vel vividiore ſententia: *Quis navem*. Contra Quintilianus, multis legati cunctatione, ut poſſet videri, fame extinctis. quum ille duplum dein frumentum attuliſſet: *Naufrago*, inquit, *tabulam abſtuliſti, mortuo applicas navem*.

In irato Philippo ſatis eſt] In tabula, qua Philippus iratus expreſſus, illiuſque ira conſternati aut cruciati, punitive alii.

Producitur, ſupervacuum eſt] Venet. *Producitur puer. S.* Ita & Eraſm. Baſil. uterque, Pal. & Cov. Lege igitur, *Producitur à puero*, id eſt, ſervo Parrhaſii aut & diſcipulo. Parrhaſius vero, quamvis videret ſenem miſeriarum tabe confectum, reductis introrſum oculis tam triſtem, quaſi jam tortus eſſet; tamen ſupervacuum eſt, inquit, quod huc adduxiſtis; in tormentis mihi videndus eſt. *Nondum, quantum ſatis in Prometheo poſſum cernere*. Ita enim emendo, quia Venet. Eraſm. Pal. item Cov. in marg. habent *cernere*, non *gemere*. Confer prioribus iſtis, quæ dixit Ceſtius.

Olynthius parum triſtis eſt, niſi qui] Scribe, *triſtis eſt viſus, qui*.

Templa præcluſimus] Dum patimur iſtam tabulam in templo poni. quæ quid aliud, quam inauditæ crudelitatis ſpecimen inter ſacra? Paulo ante: *Ædem Minervæ tanquam caſtra Macedonum fugiunt*. Minime igitur hæc mutanda.

Torqueatur] Venet. *Torquetur*. ead. mox, ut & Baſil. cum Covar. *moritur*, quæ proin non mutem.

Tantum porro Olynthius] Lego, *Tantum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

tum porro in Olynthios poſſit Parrhaſius. Sinite hanc illum poteſtatem habere. *quid ni? & oculos noſtros torquet.* Etiam Ven. Eraſ. Pal. *quid non? & oc.* Fecit ut dolerent & torquerentur oculi Athenienſibus, dum iſtam tabulam in templo ponit Minervæ. Flor. 2. 7. *Ne tamen doloris publici oculos ferrent.* Cicero: *Numquam tibi oculi doluiſſent, ſi in repulſa vultum Domitii vidiſſent.* De his jam dixerunt eruditi, quæ cum in promptu haberem, facilius iſta emendare potui.

Sit tibi ipſi exemplar] Froben. & Cov. *ne iſti ipſi.* Pal. *ne ſibi ipſi.* Lege: *ne ſitis ipſi exemplar.* Quibus minatur tortoribus, niſi ut ipſe velit, fungantur in torquendo Olynthio officium, & ſimul auget invidiam, qua ſic patet pluris eum etiam ſuos feciſſe tortores, quam iſtum ſenem Olynthium.

Pag. 386. *Dona ſolvuntur*] Cov. *ſolventur.* Nec quicquam putem mutandum præterea. Petreium moverunt excerpta, quorum tamen ſemper in his emendandis leviſſima debet eſſe auctoritas.

Supervacua, inquit, ſunt] Ad ſervos lorarios oratio. Fruſtra ſumpſiſtis operarum afferendi catenas, quibus me vinciatis, ne fugiam. Ultro ego Athenas fugerem, ſi alium eſſem dominum nactus. Quibus oſtenditur omnia cum humanitate conjuncta ſemper alios ab Athenienſibus exſpectaviſſe, quorum nunc opinionem & gloriam hoc facto Parrhaſius corrupit.

Sciebat te emptorem] Malim: *ſciebat te empturum.* Ita tuam jam ſibi ſævitiam notaverat, qui triſtiſſimis emptis eorumque calamitatibus delectabaris. quo magis alii, quos tu emeres, *miſerabantur omnes.* Infra: *Quid ais? Parum triſtis videtur, quem Philippus vendidit, emit Parrhaſius.* Item *Producitur ſenex nobilis flens, reſpiciens patriam. placuit iſti vultus infelix.* Perge dein: *At fortaſſe:* & ſenſum pete ex Gronovii nota, quæ locum illuſtrat.

Athenienſem vidiſſet & emptorem] Bene copulam expungit Gronovius, nec Ven. agnoſcit, emendationemque Gron. confirmat, totidem omnia verbis & litteris exhibens.

Quod ego fabuloſum eſſe non dubito] Lege: *Quidquid eſt, ego fabuloſum eſſe non dubito: ſed utrum vult, eligat Parrhaſius.* Nam poſſet dubitari, quod eſt de Prometheo traditum, an non in dulcedinem fabulæ compoſitum eſſet.

Parum pie, aut infami auctione imitatus eſt.] Ven. *Aut infamia vitio me.* Diu in his hæſi, ut & multis in aliis maximi momenti locis, quæ feliciter nihil deprædicans meam operam reſtitui. Forte & hunc reſtituero legens: *parum pia & infanda ratione imitatus eſt.* Saltem ſenſu quam maxime egregium eſt.

Per tot damna] Legere malim: *aut hunc per t. d.* Sic venuſta & vera erit oratio.

Talis in auctione Philippus] Malim: *Non talis.* ne ſua vis concidat orationi. Adde, quæ dixit Muſa.

Tantum patiendum eſt] Hæc blandientis ſunt Olynthii, quo remitterentur nonnihil tormenta.

Miſerrime ſenex] Hæc ab epitome infulſerunt, nulla neceſſitate.

Pag. 387. *His auctionem, cum exceptione feciſſes*] Malim: *hac.*

Temere ludat] Quippe non feliciter exprimens, quod pingere erat propoſitum.

An ſæviat] Ven. *ille ſæviat.* Forte: *in illum ſæviat.* Dein Cov. *Torque, aiebat.* quod receperim.

Eſſe debuit lacerati] id eſt, veriſimile eſt fuiſſe. quo de actum ad ſuaſor. 2.

Phintias omnia Parrhaſio] Ven. Eraſ. & Pal. *Phytia ſomnia Parrhaſi me tortor effecit.* Cov. *Plutia ſumma Paraſius tortore fecit.* unde conjeci: *Phidias omnia, Parrhaſi, ſine tortore feciſſet.* Ne Albutius ſubduxiſſe hoc Sparſo videatur. tum & litterarum huc ducunt veſtigia. Si quis malit, quod vidit Gronov. per me ſuo judicio fruatur.

Pag. 388. *Diligenter agit cauſam, ut Philippus*] Lege, ut his ſit ſenſus: *Indiligenter egit cauſam apud Philippum. Olynthius*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

thius non eſt. Ego pecuniam perdidi. Quare torquebo & exemplum ex eo ſumam, ut ita ſaltem mihi poſſit conſtare ratio. Verba cum aliis differentis Parrhaſii, ad minuendam crudelitatis infamiam. Reſpondet Rhetor: *Redi ad auctorem.* de voce *auctor* dixi ad controv. 15.

Ut non controverſiam] Ita Cov. Lege: *ut ſi.* quod quaſi optimis eſt. Etiam hos apud Rhetores ſupra notavi, niſi fallor.

Non duobus dicitur locis] Nempe in diviſione.

Si Parrhaſius reſponſurus non eſt] Expunge negationem, in quo non cunctaberis, ſi antecedentia ſatis diligenter conſideres. Ut & ea, quæ ſubjunguntur.

Pag. 389. *Debilitabat expoſitos*] Plenum ſit: *de eo, qui deb.*

Detractu quibuſdam] Dubites ad debilitantem hæc pertineant, an ad Gallionem dividentem. Certe Latro in diviſ. illius Controv. *Illi ſpem, tu inſtrumenta vivendi detrahis.* Item Gallio in colore: *Suſtuliſſe eos, qui jam relicti ſine ſpe vix ſpiritum traherent: quibus non injuria fieret, ſi aliquid detraheretur.* Ad Rhetorem minus commode retuleris, cum videatur in hac, quam in illa Controv. multo egiſſe latius.

An læſa ſit Reſp.] Ven. & Cov. in Marg. *An læſa ſit religio.*

Ita verum] Malim: *Ita eſt. Verum.* Objicientis adverſarii verba.

Quam ut labefactari tormentis captivi poſſit] Ven. Baſill. Cov. *labefactari ullo modo poſſit.* Reſcribe: *illo modo.* & habes veram lectionem. Vulgata deſumpta ex epitome.

Nondum de jure controverſiam facio] Quod mihi in meum competiit ſervum.

Si quis Olynthi depoſitum neg.] Ven. Frob. Pal. *Læſa eſt, inquit, reſp. læſa non ut exiſtimo aliquis Olynthi d. n. videbitur non hominem læſiſſe. Olynthiis tribuiſti, ut eod. loco.* Eadem Cov. optimus, excepto quod habet, *non niſi hominem læſiſſe.* unde legas: *Læſa non eſt, ut exiſtimo. Aliquis Olynthio depoſitum negaverit. Videbitur, non niſi hominem læſiſſe. Olynthiis tribuiſtis, ut eodem loco eſſent, quo Athenienſes.* nempe non plus decreto veſtro, quo ut liberi eſſent, & cives juſſiſtis. Vide paulo poſt. Offendit me tamen, quod *depoſiti* hic facit mentionem; nec exputo, cur id ſit factum. Cum de duriter habito Olynthio hic tractetur, in quo læſæ opinio humanitatis Athenienſium poſſit videri, ſuſpicari cœpi, & credere adeo, à Senecæ manu eſſe profectum: *Aliquis Olynthio hoſpitium negaverit.* De jure hoſpitii apud veteres res nota. Eſt quidem apud Plaut. Pœn. 5. 1. *Deum hoſpitalem & teſſeram mecum fero.* & ſumma religio erat hoſpitii. Sed deorum injurias diis curæ eſſe in multis voluerunt, nec propter eas continuo Reip. vel religionis læſæ accuſatio fuit.

Peccaverunt ergo & ſacerdotes] Ven. & Frob. *primo* pro *ergo.* quare malim hic *proinde.*

Quæ non licuit] Repetenda vox omiſſa. Scribe: *quæ facere non licuit.*

Pag. 390. *Opifex rerum imperitus*] Videtur eo adſpectum, quod opifices ex Inſtituto Erechtei ordo civium erant, ut & agricolæ, & paſtores, item, armati. Quod ille ab Ægyptiis ſuis acceptum, Athenas tranſtuliſſe videtur. Vide Diodor. Siculum 1. 74. Ubi id quoque refert, apud Ægyptios graviſſimam incurriſſe pœnam, ſi qui opifices Remp. capeſſere auſi eſſent, idque ex ea quoque, quantum videtur, cauſa, quod rerum imperiti, & ſuæ tantum artis gnari haberentur. Adde, quæ dixit Hiſpo Rom. in colore.

Quem ego emi belli jure] Perge poſt hæc ea, quæ excuſa ſunt, ſimilitudine præcedentium, ex iiſdem reſtituens: *id tueri vobis, Athenienſes, expedit.*

Quicquid eſt bello partum. Et eſt contra. At ille.] Ex his veſtigiis corruptiſſimum locum ſic emendo: *Quicquid eſt bello partum, perdetis. contra ait: Ille.* Cov. *ait ille.* unde poſtremum hoc firmatur. quæ quaſi formula eſt, qua in diviſionibus contradicentium ponunt rationes. illi ex adverſo plerumque reſpondet, *inquit*, ut paulo poſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Vis hoc ſcire ?] Ven. *Vis hoc ſcire jus.* Fuiſſe videtur : *Num in præteritum vis hoc fieri jus.* Pergit Cov. *Numquid is, qui.* quod amplector.

Percuſſit] Quia id, quod facto opus erat, factumque volebat paterfamilias, non eſt executus.

Pag. 391. *Ignorantiam illam excuſavit*] Lege : *Solam excuſavit.* Quod præterea objiciebatur, defendit.

In eoſdem ſenſus incurrunt] Diſtingue: *accuſaverunt. In eoſd.*

Τὰ σοί σε δῶρα ἐβασ.] Legeram : τὰ σά με δῶρα α. Cum dona ſint, non deberent eſſe tormento, nedum exitio. Nunc vulgatum explico ex iis, quæ Euctemon dixit. ubi vide. Hæc ſententia eo ipſo inſana judicari dein à Seneca videtur, quod obliqua eſt nimis, cui rectæ eſſe licet.

Pag. 392. *Corrupit duo maxima*] *Corrupit iſte.* Corrupit vero ignis & hominis uſum & laudem.

Sed egregie illam ſurripuerunt] Non ſatisfacit mihi, minimeque adeo placet illud *egregie.* Credo ſcripſiſſe Senecam. *E Græcis illam ſurripuerunt Euctemon, &c.*

Ἐπί σε τὶς πῦρ καὶ ἄνθρωπον] Lege: ὅτι σε τι πῦρ καὶ ἀνθρώπῳ. *Cur homini etiam adverſus te ignis eſt* datus ? ita mox : Δικαίως ὦ Προμηθεῦ. ἀλλά τι γὰρ πῦρ ἔκλεπτες ἀνθρώπῳ. Nempe ita fingitur, quaſi ipſe doleat Prometheus, cum hæc ita immania patrantur ipſius repræſentandæ pœnæ & dedecoris renovandæ memoriæ. Vide, quæ dixit Prometheus fine Controv. Illud *homini etiam* eo reſpicit, quod illius Promethei opera proprius adhuc deorum ignis cum hominibus erat communicatus.

Ἀλαίοσι Περμηθεῦ] Græca hæc non ſuo loco videntur inſerta, iiſque præſcribendus auctor *Damas*, qui nunc ſequitur. illique ſurrogandus Craton. ita denſiſſimæ huic loco tenebræ & difficultates removeri poſſunt. Scribendum igitur ſuſpicer : *Sanius quam Glycon, Damas.* Deinde hæc Græca, poſt quæ : *Craton corruptiſſime* Δικαίως &c. Nec refert, quod ſubjungit: *Hic eſt Craton venuſtiſſimus homo.* Nihilo ſecius enim peccare & corruptiſſime dicere potuit. Paulo poſt de Timagene : *diſertus homo & dicax, à quo multa improbe, ſed venuſte dicta.* Quid ? an non Gallionem ſummis laudibus extulit in epiſtola, quæ huic libro præfixa ? & tamen paulo ante *intolerabilem colorem* fuiſſe in hac Controv. idem teſtis eſt. Sed quid ſibi vult illud Ἀλαίοσι. Scribe : Ἀθηναίοισι Περμηθεῦ σέ τε γράφων &c. *Athenienſibus* illis humanitatis laude primis, *te pingens, Prometheu, aliquis, perdit extinguitque hominem.*

Δικαίως] Indignantis & in Promethea ſtomachantis oratio, quam paulo ante jam explanavi ad verba Euctemonis.

Et probomo & profeſſus] Monſtrum lectionis, nec quomodo ſit debellandum, pro certo ſcio. Poſt Schottum & Gronov. conjeci : *& probæ notæ profeſſor.* Notum eſt enim etiam *homines de meliore nota* recte dici. Perge dein : *Is in Aſinium.* Nam Græca Cæſari, ſed in Aſinium dicta ſunt. Quod ediderunt poſt Græca : *Hic Cæſari*, lege : *Hic & Cæſari.* Ex iſta autem connexione magis etiam, ut & ex ipſa orationis materia, intelligas hæc de Cratone referri ad docendum, venuſtiſſimum eum hominem fuiſſe, minime vero pertinere ad Aſinium. quare iſta emendatio neceſſaria fuit.

Menſe Decembri audiret, dixit] In MSS. reperit Schottus, *dixit*, μεταβοτακωρα ἔχρη. In quibus, quid lateat, quis pro certo affirmare auſit ? utinam plus exemplarium MSS. aut excerptorum ex iis mihi eſſet ad manum ! Nunc in Græcis ſolo ingenio rem gerere cogor. Quo hic ſenſum aliquem reperire poſſim, ut tamen, quantum ad verum, nihil niſi harioler. Ecce, quod potuit dixiſſe Crato ; Μετοπωρινὰ ὡραῖα ἐσθίειν χρή. *Autumnalia edere convenit, cum matura ſunt.* Sunt quædam pomorum, quæ autumno decutiuntur arboribus, nec matura tamen ſatis, eſuque ſunt grata ante menſem Decembrem. His deridiculi cauſa com-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

comparat, quæ dicere & docere publice ſoleret, quæ non videbantur poſſe placere Cæſari, niſi Decembri menſe.

Ἡλίου καίοντος] Simplex: Cum mihi, ô Cæſar, tua uti gratia, illiuſque ſplendore illuſtrari contingit, aliorum gratiam nihil facio.

Pag. 393. *Ne modum excedam, excurro &*] Ven. & Pal. *excedam, extunc et.* Nihil adhuc exſculpo, niſi quod video poſſe has eſſe reliquias vocis *excurrendo.* Dubito tamen an hoc ſit verum.

Εἰ πίνακι διὰ πύρου] Senſus eſt: εἰ ἐν πίνακι διὰ πυρὸς οὕτω ζῶα γράφεται πάνυ τυραννεύεται. *Si in tabula quæcunque animalia in igne ſic pingerentur, prorſus tyrannis exerceretur.*

Dixit enim, quod fieri non poteſt] Nec enim pictor ſanguine humano in tabula ſanguinem humanum imitari poſſit. qui cum ſuis non continetur venis, brevi tempore longe diverſum induit colorem & ſpeciem.

A Græcis Doron] Scribe *Dorion.* Ita enim Cov. ſententiam Dorionis, quæ corruptiſſima videbatur. vide Suaſor. 1. Hic *furioſe* judicat dixiſſe, an ea quoque cauſa, quod furibundi Ajacis intulit mentionem, ubi minus opportunum erat?

Τίς Οἰδιπους Αὐτη Αλι] Schottus ex MSS. τίς Οἰδίπους ες ΑΔι τίς Ατρ. Lego: τίς Οἰδίπους, Ἡρακλῆς τίς, τίς Ἀτρεὺς, οὗτος γράφει. *Pingit ille, quis Oedipus, quis Hercules, quis Atreus.* quorum ille in ſe, iſte in ſuos, hic in fratris liberos ſæviit. Supra *poſitæ ſunt picturæ Herculis liberos occidentis.* Hujuſmodi igitur picturis delectari ait Parrhaſium, in iis tempus & operam ponere, nulla interim, nec magnorum Deorum habita ratione, quippe quos pingere non curabat, nec metuebat inter hæc nefariæ immanitatis exempla. Initio Controv. *Pro Jupiter! quem enim melius invocem adverſus Parrhaſium, quam quem imitatus eſt?* quique ſui imitatores graviſſime punit. Ovid. *Fulmineo periit, imitator fulminis ictu.* Iſta ſequentibus Dorion ſignificaverit, quæ ſic habent ex mea conjectura: τὴν δὲ Ἥραν ζῆνά τε μύθους εἶδε. Ἀναζῇ Αἴας. *Junonem vero & Jovem pro fabula & figmentis habet. Reviviſcit Aiax.* Verterem ex Græcis: *ſcit eſſe fabulas.* Sed hæc eodem redeunt, ſi Græcum intelligas dictum ex ſententia pictoris, nihil dubitantis, quin iſta eſſent inania nomina & in vanum fabula ficta jocum.

Μή μοι Τρῳάδας, μηδὲ Νιόβην] Hæc quaſi ad quoſdam, qui ſuadent, ut Troadas pingeret, aut Nioben. Ne, inquit, mihi iſtas nunc memorate. Occaſio eſt pingendi Promethea: cui rei lento igne hunc Olynthium torquebo.

Ἐπίθες τῷ πυρὶ προγνωτὸν Προμηθέα] Legendum & diſtinguendum arbitror: Ἐπίθες τῷ πυρὶ προθύμως. Προμηθέα ἐπιγνώκῃ πᾶσα οἰκουμένη. *Imponite igni alacriter. Promethea agnoſcat totus terrarum orbis.* Id enim efficere potero, dum exemplum ſumo ex Olynthio inter graviſſima iſta tormenta.

Ex arido fatuus] Non hoc accipiendum, ut ſupra, *ex captivo cocus, ex coco lecticarius.* Sed *ex arido* dictum pro *aride.* ut *ex vero* pro *vere.* Sall. Colum. 5. 6. *Commendabilis ſucco ex auſtero dulci.* Cujuſmodi de locis egi ad Controv. 7. Nempe qui maxime inſaniunt in dicendo, plerumque ariditate laborare non ſolent. ut tamen in id vitium non raro incidant. Longinus περὶ ὕψους cap. 2. κακοὶ δὲ ὄγκοι καὶ ἐπὶ σωμάτων, καὶ λόγων, οἱ χαῦνοι καὶ ἀναλήθεις, καὶ δέποτε περιστάντες ἡμᾶς, εἰς τοὐναντίον. Οὐδὲν γάρ (φασι) ξηρότερον ὑδρωπικοῦ. Cic. in Bruto: *Sed cavenda eſt preſſo illi oratori inopia & jejunitas: amplum autem, inflatum & corruptum orationis genus.* Controv. 25. *Titus Livius de oratoribus, qui verba antiqua & ſordida conſectantur, & orationis obſcuritatem ſeveritatem putant, aiebat Miltiadem Rhetorem eleganter dixiſſe, ἐπὶ τὸ πλεῖστον μαίνονται. Tamen in iis etiam, ſi minus eſt inſaniæ, minus ſpei eſt. Illi, qui tument, & abundantia laborant, plus habent furoris, ſed plus etiam corporis. Semper autem ad ſanitatem proclivius eſt, quod poteſt detractio-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

tractione curari. Illi ſuccurri non poteſt, qui ſimul inſanit, & deficit. Hoc de genere erat hic Æmilianus. Locum iſtum integrum hic adſcribere viſum eſt, quia hunc unice illuſtrat. Ex quo ſimul apparet, non eſſe in laude ponendum, ſi quis Rhetorum dicatur *aridus.* Maxime id demonſtretur iſtis ex Controv. 13. *Buteo aridus quidem declamator, ſed prudens diviſor.* Quanquam iſto laboraret vitio, hæc tamen virtus in eo laudari poſſet, ut & in pleriſque Rhetorum aridorum, quod fidelius, quos propoſuerunt colores, tuentur, dum non facile abripiuntur. Controv. 9. Sed profecto *aridum* & *exuccum* in oratione probare non poſſis. Præfat. 3. Controv. *Memini admiratione Hermagoræ ſtupentem, ad imitationem ejus areſcere.* De eod. *Hermagoras aridas* (ita lego) *ſententias dicebat, ſed argutas.* Ejuſdem libri in dial. de orat. *aridiſſimi* dicuntur; non magis in laudem, quam quod in eod. Calvus *Ciceronem* judicat *exanguem* eſſe & *aridum.* Ubi, quamvis vulgatam lectionem tuearis, & *attritum* probes, tamen huc faciet. Adde Quintilian. 4. Inſtitut. cap. 2. Fortunatianus lib. 3. *Iσχνὸν uniforme eſt? non. nam eſt aut ſeverius, aut floridius. Iσχνῷ, quod eſt contrarium? aridum & ſiccum.*

Pag. 394. Αστεῖα ἐκπορθούμεθ'] Varie hæc ſe patiuntur emendari. Vide, ſi placet, Διά σε Παῤῥάσιε, ἄστεος ἐκπορθούμεθα, καὶ ὑμῶν ναὸν ἀφαγνίσαντα. *Propter te Parrhaſi, urbe abimus, qui & noſtrum violaſti templum.* Nec tantum hominum, ſed deorum contemptor es, nec in iſtos tantum, ſed & in hos ſævis. quo magis te expaveſcimus.

Iratum proditori ſuo Jovem] Non unius tantum proditoris ſcelere capta eſt Olynthus, nec unius hic facta mentio. Lege: *Iratum proditoribus Jovem.* ut ſupplicium, quo iſtos proditores dignos judicabat, & tandem mactaturus erat Jupiter, iſta tabula poneretur ante oculos.

In deſcriptione mortuorum] Emendaveram, *tormentorum*, cum vidi jam eſſe occupatum à Dalechampio. quem in eo tamen fugit ratio, quod dein, *Sic tene.* Verba vult eſſe Parrhaſii, ut ipſe dixerit. Imo ſenex ea dixit, odioſe inter graviſſimos tormentorum cruciatus, iſta repetens Parrhaſii verba, optanſque ut tandem morte finire dolores liceret. Etiam quod juſſu factum Parrhaſii, id ipſe feciſſe poteſt intelligi. Supra: *Etiamnum torque, etiamnum, bene habet, ſic tene.* Sparſi ſunt, qui à Latrone accepit, quod paulo ante teſtatus Seneca.

Dixiſſe non eodem modo] Nam illius in ſententia, ut & in iſta Sparſi, quam adduxi, hæc dicit Parrhaſius.

Ἄπιστος ἡ ὑπερφία πρὸς τὸ ἀρ.] Aliter hæc legenda ac diſtinguenda, quam adhuc factum. Nempe ſenſum habet: Ἄπιστος ἡ ὑπεροφία. Πρὸς τὸ ἀρ. εἶδος ἐβόα; Μένε. *Incredibile eſt, quam nihil fecerit* ſenem iſtum Olynthium. *Vultum quem vellet* ſenis inter tormenta ad pingendum *poſtquam vidit, exclamavit, Mane.* Sive, *ſic tene*, ut dixit Latro.

Hiſpo Ridcon' honeſte Romanus fecit] Cov. *Hiſperidion.* Lege: *Spiridion honeſtos Romanos fecit.* Ut ſupra: *Dii deæque te perdant! miſericordem Philippum feciſti.* Simile & illud Quintil. Declam. 6. *Quid enim paſſus ſum tam leve, ut non comparatio mei felices aliorum etiam miſerias faciat?* Item Declam. 12. *Credibiles fabulas fecimus, felices miſerias, ſcelera innocentia.*

Ut etiam aves advolarent operi] Ven. Eraſ. Pal. *Ut etiam admirationem faceret operi.* quibus ſi addas, quod flagitant ſequentia, *aveſque advolarent, quendam* &c. locus poſſit videri reſtitutus.

Quendam ex præſentibus dixiſſe] Ven. Eraſ. Baſill. & Cov. *ex præceptoribus.* quod & ſuperſcriptum Pal. qui habet, *ceptoribus.* teſtatur hæc Gruterus, & addit, forte fuerit: *carptoribus.* aut *ſpectatoribus.* Ipſe conjeceram *pictoribus.* unde factum *præceptoribus*, ab iis, qui perverſa & noxa diligentia compendii habuerunt rationem & curam, quod nullum vero in verbo erat.

Pag. 395. *Κατὰ τὰ ζῶα*] Animalia, id eſt, aves, quæ ad tabulam tuam advolant. Sunt enim vultures. quos timide Τάφους ἐμψύχους dixit Georg. Leontinus, notante Dion. Longino περὶ ὕψους cap. 2. eo carnivora erat pictura, quod illius cauſa conſumptus tormentis ſenex Olynthius.

Ὦ τοῦτο τὸ πῦρ εἰς θεούς] Lege: Μῶν τοῦτο τὸ πῦρ ἐστι θεῶν παρὰ κλαπῆναι. *An hoc eſt ignem ſurripuiſſe diis.* Dolentis & pœnitentis Promethei oratio. Simile forſan illud apud Senec. filium verſ. 1110. *Hoccine eſt formæ decus?* Val. Flaccus 1. Argon. 627.

Hoc erat illicitas temerare rudentibus undas,
Quod noſtri timuere patres.

CONTROV. XXXV.

NE dominus furtum nollet agnoſcere] Cov. *Ne dominus res ſuas non agnoſceret.* quod minime mutandum. Ead. Ven. niſi quod *ut dominus.* male.

Sollicitus erat, ne quod] Scribe: *Sollicitus non eram, ne, qui id perdiderat, quæreret.* Fabri conjecturam non fert Latinitatis ratio. Si iſtum vellet, quem ponit ſenſum, emendandum erat, *Sollicitus eram, ne quod perdiderat, non quæreretur.* & ſic tamen contorta nimis eſt oratio.

Pag. 396. *At illud*] Malim: *Atque illud.* Adde his Inſtit. de obl. quæ ex del. §. 4.

Habui, quod magno venderem] Clodius Turrinus mox: *Potui remp. magno vendere vel proditori.*

Repono] Lege: *Te interrogo. Si furtum eſt, reſponde.* Fiducia cauſæ ſuæ, quam iis, quæ præcedunt, ſtabilivit, his audet provocare magiſtratum adverſarium ſuum, quem minime decebat rem laudabiliſſimam, & reip. ſalutarem furti appellare nomine.

Potui remp. magno vendere] Et clam, ne quis reſciret, maximas opes mihi quærere. Quare ſuſpicio nulla eſſe debet, quod furtum facere voluerim, quod pro vero furto eſſet habendum. Quo de genere hoc meum non eſt, cæteroquin ipſe non indicaſſem. Præterea, quod exploratiſſimi juris eſt, nec *furtum ſine affectu furandi committur.*

Mille navium duces furto] Ven. Eraſ. Pal. Cov. *Mille navium domini Græci furto Trojam cœpiſtis.* quorum nulla nec littera mutanda eſt. Senſus gravitatis plenus hoc ait: Græci divini & humani juris peritiſſimi, humanitate principes, quanquam mille navium domini, tantaque potentia ſubnixi, tamen furto Trojam capere non erubuerunt.

Nemo cognoſcet] Malim: *agnoſcet*, ut init. Controv.

Nondum totum conſummavi officium] Plures enim & plura ſunt, de quibus pro concione indicare conſtitui. Hæc dicens ſimul in ſuſpicionem adducebat magiſtratum, qui concionari prohibebat, quaſi ſibi aut ſuis conſcientia proditionis metuens, prohiberet, ne indicium publice fieri poſſet. Conſcios plures eſſe ſignificat, ſubjungens: *non eſt tam anguſta reſp. ut ab uno opprimi poſſit.*

Tacet dominus] Lege: *Tacuit.* Nam dives ille jam ſupplicium tulerat, nec erat ſuperſtes. Accipienda autem iſta, *quotiens furtum meum protuli, tacuit dominus*, quaſi parentheſi eſſent incluſa. Perge dein: *Egone fur?* Ven. *ecce fur.* Unde cum & numerus & oratio flagitare viderentur, ita emendare cœpi.

Pag. 397. *Occidi quoquo modo jubet*] Ven. *Occidi jubet, quoque modo jubet.* Quod ſi recipimus, legendum dein, *nec de damnato.* Infames vero, quos inter fures, quaſi in civitate mortui ſunt. Ut minus ſit mirum, ſi furem magiſtratus, quamvis non damnatum, ipſo tamen jure infamem, concionari prohibeat.

Odit hoc vitium] Ven. *Offendit.* unde fecerim: *Offenditur hoc vitio.*

Non multum abeſt à proditore] Juſtin. 4. 3. *Auſi facinus nulli tyranno comparandum.* mox malim: *ſuſtulit, non, quod elegit* &c.

Effregit domum manu ſuſpenſa] Ven. *manus ſuſpenſa eluſit illum*; atque hæc

juncta

junɛta malim, ut *manu* tamen retineatur.

Non tunc primum fecit] Ven. *Non tamen pœnitet feciſſe.* Unde emendo: *Nunc tandem pœnitet feciſſe.* Sed ego ineptus jam, qui reſtituendis his centonibus, ſtudioſi forte alicujus arbitrio ſæpe non perinde conſutis quam diſcerptis, operam & tempus perdo. Ipſis aureis illis maximorum optimi aut huic proximi ſeculi ingeniorum monumentis, unde iſta excerpta, immori, non tantum immorari ſuave eſſet.

FINIS.

RE-

RERUM ET VERBORUM
IN
M. ANNÆO SENECA
MEMORABILIORUM
INDEX LOCUPLETISSIMUS.

A.

ABdicandus quia fratrem abdicatum adoptavit *contr.* 1
Abdicans patruus *contr.* 3 *lib.* 3. *epit.*
Abronus Silo Latronis auditor *ſuaſ.* 2
Abſolutoria ſententia *contr.* 2. *lib.* 6. *epit.*
Accuſatio & defenſio permixta *contr.* 22
Acetum vox ſordida *in præf. lib.* 3. *contr.*
Actii Poſtumi color *contr.* 21
Actio damni illati *contr.* 6. *lib.* 3. *epit.*
Actio dementiæ *contr.* 7 *lib.* 6. *epit.*
Actio inſcripti maleficii *in præf. lib.* 5. *epit.*
Actio malæ tractationis *contr.* 3. *lib.* 5. *epit.*
Actio veneficii *contr.* 4 *lib.* 6. *epit.*
Addeus Rhetor ex Aſianis non projecti nominis *contr.* 33
Addei dictum elegans *contr.* 25
Adoptandus poſt tres abdicatos *decl.* 1. *lib.* 2 *epit.*
in Adoptando quæ quærantur *contr.* 6
Adoptio fortunæ remedium eſt *contr.* 9
Adulter cenſorius *contr.* 15
Adulter tyranni & tyrannicida *contr.* 7. *lib.* 4 *epit.*
Adulterum cum adultera, qui deprehenderit, dum utrumque corpus interficiat, ſine fraude ſit *contr.* 4. 24 & *decl.* 3. *lib.* 2. *epit.*
Adultera venefica *contr.* 7 *lib.* 6. *epit.*
Adulterandum *contr.* 21
Adulterium liceat in matre & filio vindicare *contr.* 4
Adulterium marito conciliante *contr.* 7. *lib.* 7. *epit.*
Adulterio turpius matrimonium *contr.* 21
Adulterium veneficio deprehenſum *cap.* 6. *lib.* 6 *epit.*
Adultera tenui veſte perſpicua *decl.* 7. *lib.* 2 *epit.*
Advocatus *contr.* 1. & 6 *lib.* 6. *epit.*
Advocatus & patronus *contr.* 27
Advocati & clientes Catonis *contr.* 19
Advocatio *in præf. lib.* 3 *epit.*
Advocatione adeſſe *contr.* 27
Ædificiorum luxuria notata *contr.* 9
Ægris nihil magis prodeſt quam ab eo curari à quo volunt *contr.* 5 *lib.* 4. *epit.*
Ælii Tuberonis paupertas virtus fuit *contr.* 9
Æmilianus Græcus Rhetor *contr.* 34
Æmiliorum & Scipionum familias adoptio miſcuit *contr.* 9
Æquitatis quæſtio *contr.* 19. & 23
Æquitatis tractatio *contr.* 7. & 13
Æruginoſa manus *contr.* 2
Æſchines ex bonis declamatoribus *contr.* 8
Æſerninus. *vide* Marcellus Æſerninus.
Agamemnon de Iphigenia immolanda deliberat *ſuaſ.* 3
Age lege *decl.* 3. *lib.* 10 *epit.*
Agone, de victimis dici ſolitum *contr.* 11
Agrippa Vipſanii nomine ſublato M. Agrippam ſe dixit *contr.* 12
Agrippæ notata ignobilitas *ibid.*
Agrippæ filii à Cæſare Auguſto adoptandi *ibid.*
Agrotas Maſſilienſis incultus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

cultus declamator contr. 14
Ἀκεράσεις contr. 16
Albæ ſententiæ in præf. lib. 3. contr. id eſt apertæ, ſimplices, ſplendidæ. ibid.
Albinovanus Pedo, arbiter inter Ovidium & ejus amicos contr. 10. & decl. 2. lib. 2. epit.
Albinovani verſus ſuaſ. 1
Albutius Silus è primo declamatorum tetracolo in præf. lib. 5. contr.
Albutius Græcis præminet contr. 4. circa finem.
Colores miſcuit contr. 7 lib. 1
Cum codicillis ſedit apud Fabianum juniorem in præf. lib. 3. contr.
Faſtidioſus auditor declamantium contr. 30. prope finem.
Albutius figuram diviſit in controverſiam contr. 2
Albutius ſolebat in aliquas figuras controverſiam deſcribere contr. 13
Improbat Ceſtii diviſionem contr. 3
In ſcholis à Ceſtio præſertim contumelioſe acceptus in præf. lib. 3 contr. prope finem.
Albutius ſcholaſticus videri non vult ibid.
Albutius ſtupet Hermagoræ auditione ibid.
Albutius homo ſummæ probitatis, qui nec facere injuriam nec pati ſciret ibid.
Albutii Sili ſententiæ contr. 1. 4. 7. 8. 12. in præf. lib. 3. contr. 16. 17. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 30. 32. & 34
Albutii colores contr. 1. 2. 4. 5. 9. 16. 17. 18. 21. 22. 28. 29. 30. 31. 32. & 34
Albutii diviſio ſuaſ. 6 contr. 22. & 23
Albutii dictum obſcœnum contr. 5. prope finem.
Inconſtantia judicii in præf. lib. 3. contr.
Albutii narratio contr. 4 prope finem.
Albutii quæſtio contr. 19
Albutii ſententia à Meſſala improbata contr. 12 in diviſione.
Albutius ſententiam dixit dubiam inter admirantes & deridentes contr. 7. prope finem.
Albutii pulchra de Fabricio ſententia contr. 9
Albutii vitia & virtutes in dicendo in præf. lib. 3. contr.
Albutium antecedit Nicetes. contr. 4
Albutium unius figuræ crudelis eventus è foro fugavit in præf. lib. 3 contr.
Alexander magnus deliberat an Babyloniam intret ſuaſ. 4
Alexander monetur ne ultra Oceanum bellum moveat ſuaſ. 1
Alexander ab urbanitate Calliſthenis præceptoris lancea ſe vindicavit contr. 16
Alfius Flavus, etiam puer eloquentia notus contr. 1. prope finem.
Prætextatus apud Ceſtium declamabat ibid. & lib. 1. epit. contr. declam. 1
Alfii Flavi laus ibid.
Alfii Flavi ſententia à Ceſtio reprehenſa ibid.
Sententiæ contr 1. & 10 vide Flavius.
Allegii Flavii ſententiæ contr. 7. vide Anno.
Amas declamator contr. 4 ad finem.
In Amore facilius finem quam modum imperes contr. 10
Ampliata pœna contr. 3
Ampliatio non eſt damnantis ſed dubitantis ibid.
Ampliatur à Judicibus in pœnam d. loco.
Anatomiæ uſus contr. 34
Ancillarum labor contr. 15
Andreas Rhetor ſuaſ. 1 ad finem.
Animus immortalis ſuaſ. 6
Animoſe loqui contr. 24 in colore Montani.
Anſas mutare poculis alienis contr. 34
Antipophora contr. 7
Ἀντιμυκτηρίζειν ſuaſ. 1. in diviſ.
Antiphontis libri contr. 9
Antonius Atticus declamator ſuaſ. 2
Antonius liberum patrem imitans ſuaſ. 1
Antonius ſibi deſponſata Minerva dotis nomine mille talenta imperavit ibid. proſcriptum Ciceronem juſſit occidi contr. 17
Antonii deſcriptio ſuaſ. 7
Antonium an deprecetur Cicero deliberat ſuaſ. 6
In Antonium libelli contumelioſi propoſiti ſuaſ. 1
Aoriones ſuaſ. 1
Apatrius ſuaſ. 2. ad finem.
Apaturius contr. 34. ad finem.

Apol-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Apollodorus *contr.* 2
Apollodorus Brutidii præceptor & Attici Vipſanii *contr.* 13
Apollodorum ſequitur Turrinus Clodius *in præf. lib.* 5. *contr. ad finem præf.*
Apollodorus veneficii damnatus Maſſiliæ docuit *contr.* 13
Apollonius Græcus fatuam quæſtionem movet *contr.* 19. *in princ. diviſ.*
Archipiratæ filia *contr.* 6. *& epit. contr. decl.* 6
Ab Archipirata filio dimiſſus *contr.* 16
Arellii Fuſci auditor Naſo *contr.* 10
Arellii Fuſci auditor Fabianus *in proœm. lib.* 2 *contr.*
Fuſcus Arellius *ibid.*
Arellii Fuſci dicendi genus quale *ibid.*
Arellii Fuſci ſententiæ *contr.* 1. 11. 29. 31. 32 *&* 33
Arellii Fuſci patris ſententiæ *contr.* 1. 2. 3. 5. 6. 7. 9. 11. 12. 13. 14. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 24. 26. 29. 32. *&* 33. *vide reliqua in* Fuſcus & Q. Fuſcus.
Argentarius Græcus nunquam Græce declamavit *contr.* 26. *ad finem.*
Argentarius Ceſtii ſimius *ibid.*
Argentarii colores *contr.* 1. 2. 4. 11. 14. 17. 21. 22. 27. 28. *&* 29
Argentarius dixit, Quæritis quid iſti finem rapiendi fecerit? dies *controv.* 5
Argentarii vitioſe dictum *contr.* 25
Argentarii diviſio *ſuaſ.* 5
Non pudet vos &c.
Argentarii ſententia deridetur à Ceſtio *contr.* 5
Argentarii ſententiæ *contr.* 1. 2. 4. 5. 7. 14. 16. 21 29. 30. 33. *&* 34. *ſuaſ.* 3. 5. *&* 7
Argentarii narratio *contr.* 3
Argentarii quæſtio *contr.* 9
Argumenta argumentis colligere *in præf. lib.* 3 *contr.*
Argumentatio & color *contr.* 20
Ariſtides pauper *contr.* 9
Arma ſua perdens reus turpis turpe patrocinium *controv.* 4. *lib.* 4 *epit.*
Armare navem *contr.* 16
Armis ſepulcri victor *controv.* 4. *lib.* 4. *epit.*
Aruntius. *quære* Arruntius
Artemon declamator *controv.* 6. 7. 11. 30. *&* 33 *& ſuaſ.* 1
Artemonis ſententia *controv.* 25. *in fine*
Aſinius Gallus magnus orator Pollionis Aſinii frater *in proœm. lib.* 4 *epit. contr.*
Aſinius Pollio Cæſaris commendationem apud Paſſienum parvi facit *in proœm. epit. lib.* 3 *declam.*
Catonis accuſator *contr.* 19
Aſinius Pollio Ceſtio & Latroni poſtponitur *in proœm. lib.* 3. *epit. decl.*
Ciceroni infeſtus quæ de eo ſumpſerit *ſuaſ.* 6
Ciceroni invitus teſtimonium reddit *ſuaſ.* 7
Jocatus in Haterium
Latronem improbat *controv.* 11. *in diviſ.*
Quorundam colorem improbat *contr.* 6. *lib.* 4 *epit.*
Apollodorum reum veneficii defendit *contr.* 13. *in diviſ.*
Ridet declamatores
Sententiam Vibii Rufi probat *contr.* 25
Sententias Albutii albas vocat *in proœm. controv. lib.* 3
Sextilium Henam recitaturum Ciceronis laudes in ædibus Meſſalæ Corvini ferre non potuit *ſuaſ.* 6
Aſinius Pollio talentum Atticum remiſit in odium Atticorum *controv.* 34. *circa fin.*
Aſinius Pollio Triarii dictum deridet *contr.* 11
Aſinii Pollionis colores *contr.* 6. *&* 16
Conflictus cum Timagene *contr.* 34. *circa fin.*
Pollio dixit, inter patres & filios id ſolum judex putat licere quod oportet *controv.* 5. *lib.* 4 *epit.*
dictum de Metello excæcato *contr.* 2
Aſinii Pollionis hiſtoriæ *ſuaſor.* 7. *al. part.* 6. *in princ.*
Aſinius Pollio poëta *ſuaſ.* 2. *in princ. diviſ.*
Judicium de Fuſci explicationibus *ibid.*
Magnanimitas in morte filii ferenda *in proœm. lib.* 4. *epit.*
Nunquam admiſſa multitudine declamavit *lib.* 4 *epit.*
Præceptum de colore
Præceptum de diviſionibus & quæſtionibus *contr.* 13. *in diviſ.*
Sententiæ aliquot *contr.* 16
Virtutes & vitia in dicendo *in præf. epit. lib.* 4 ex Aſ-

ex Aſinii Pollionis oratione pro Lamia quædam *ſuaſ.* 7. *in princ. aliis part.* 6
Aſperatum æſtu *ſuaſ.* 3. *in princ.*
Aſprenatis ſententia laudata *contr.* 8. *Vide* L. & P. Aſprenas.
Attalus Stoicus philoſophus ſubtiliſſimus à Seiano circumſcriptus *ſuaſor.* 2. *circa princ. diviſion.*
Athenæ eloquentia inclitæ *ſuaſ.* 2
Athenienſes abdicato vicerunt duce *controv.* 8. *proxime ante diviſ.*
Athenienſes centum talenta ab Eleis petunt
Athenæ crudelitatis pretium habent *contr.* 34
Athenienſes Olynthiis tribuerunt ut eodem loco eſſent quo Athenienſes *ibid.*
Athenienſes deliberant de trophæis Perſicis *ſuaſ.* 5
Athenienſium blanditiæ ab Antonio caſtigatæ *ſuaſ.* 1. *in diviſ.*
Atheniēſi Minervæ ſponſalia mille talentis æſtimata *ibid.*
Athenienſium talentum *contr.* 34
Athleta aut pictes eſt *controv.* 4. *in colore circa fin.*
Atellanarū ſcriptor Pomponius *contr.* 18
Atticus naſus *ſuaſ.* 1
Atticus Vipſanius Apollodori diſcipulus *contr.* 13. *in princ. diviſ.*
Avaritia muliebrium vitiorum fundamentum *contr.* 15. *ad fin.*
Auctoritatis tabellas *controv.* 21. *circa fin.*
Auditoris appellatio, olim contumelioſa, nunc promiſcue pro diſcipulo accipitur *controv.* 25
Auditorum diligentia *ſuaſ.* 2. *circa fin.*
Aufidii Baſſi elogium de Cicerone *ſuaſ.* 7. *aliis part.* 6. Mortis Ciceronis hiſtoria *ibid.*
Auguſtus admiratione dignus ob permiſſam ſuo tempore liberalitatem loquendi *contr.* 12. *circa fin.*
Auguſtus queritur de Pollionis convivio dum ipſe Auguſtus lugeret facto *in proœm. lib.* 4. *epit.*
Auguſti elegans dictum de L. Vinicio *contr.* 4 *lib.* 2. *epit.* & *contr.* 13 *circa fin.*
Auguſti nepotes Lucius & Caius ex Agrippa genero *cont.* 12. *circa fin.*
Auguſti teſtimonium de Gavio Silone *in præf. lib.* 4. *contr. circa fin.*
Auguſti Cæſaris domum & commendationem recuſavit Aſinius Pollio *contr.* 34. *circa fin.*
Auguſti Cæſaris hiſtorias Timagenes ob ſibi interdictam illius domum combuſſit *contr.* 34
Auguſto Cæſare audiente declamavit Latro *controv.* 13. *circa fin.*
Avidienus Paulus *contr.* 17. *in fin.*
Avi & patris differentia *contr.* 28
Aurati currus *controv.* 30 *paulo ante diviſ.*

B.

Babyloniam an intret Alexander magnus *ſuaſ.* 4
Barba capilluſque Cretenſium magiſtratui ſubmittitur *controv.* 27 & *decl.* 4. *lib.* 9. *epit.*
Barbarus declamator *controv.* 14. & *ſuaſ.* 1
Baro ſcurra venuſtiſſimus, ejus in Gorgonium dictum *contr.* 7 *circa fin.*
Baſilii ſordidum dictum *contr.* 30. declamavit contr. de leone *ibid.*
Baſſi Julii ſententiæ *contr.* 12. 13. 19. 20. 21. 25 27, 31. 33. *circa princ.* & *ad fin.*
Baſſi amaritudo, & ſimulatio actionis oratoriæ improbatur *in præf. lib.* 5 *contr.* cum Sparſo certamen *ibid.*
Baſſus Aufidius *ſuaſ.* 7
Baſſus Sepulius. *vide* Sepulii.
Batyllus pantomimus *in præf. lib.* 5. *epit. declam.*
Emi belli jure *contr.* 34 quicquid bello partum noſtrum eſt. *ibid.* bona bello perdidi *contr.* 8 *lib.* 4. *epit.*
Belli civilis optima defenſio oblivio *contr.* 32 *in* Labieni
Belli deteſtatio *contr.* 9
Beneficium quo ſunt ſolutæ manus *contr.* 24 & *lib.* 9. *epit. contr. decl.* 1
Beneficium non eſt ſcelere abſtinere *contr.* 21. & *epit. contr. lib.* 7. *declam.* 6
Blandus eques Romanus primus Romæ docuit *circa fin. proœm. contr. lib.* 2. cum antea libertini docerent Rhetoricam *ibid.*
Blando accedit Buteo contra Latronem *contr.* 13

Blan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Blandum arguit Buteo *ibid.*
Blandi colores *contr.* 1. 9. 13. 17. 21. 22. *&* 31
Blandi declamatio figurata *contr.* 14
Blandus Ironice *contr.* 7
Blandus quæſtionem facit *contr.* 13
Blandi ſententiæ *contr.* 2. 7. 10. 14. 16. 20. 22. 23. 25. 27. 28. 29. *&* 33
Blandi ſententia laudata *contr.* 20. *circa fin.*
Blandi tractatio *contr.* 28
Brachium extra togam exerere olim nefas *controv.* 6. *lib.* 5. *epit.*
Brocco declamator *contr.* 9
Brutidii præceptor Apollodorus *contr.* 9. *circa fin.*
Brutidii & Syriaci contentio *ibid.*
Brutidii Nigri de morte Ciceronis *ſuaſor.* 7. *al. pars* 6
Bruti eloquentia notata *contr.* 30
Bruti liberorum cum Tarquiniis conjuratio *contr.* 9. *lib.* 3. *epit.*
Animadvertit Brutus in liberos non factos hoſtes, ſed futuros *contr.* 32. *in diviſ.*
Buccinare *in princ. præf. lib.* 3. *contr.*
Buteo aridus declamator, prudens diviſor *contr.* 13. contra Latronem ſentit *ibid.* Blando partim accedit, partim abſcedit *ibid.*
Buteonis auditor Gorgonius *contr.* 7
Buteonis color *contr.* 1. *&* 17. à Latrone notatus *contr.* 7
Buteonis dictum in narratione *contr.* 21. fatua quæſtio *contr.* 19
Buteonis ſententiæ *contr.* 17. 19, 29. *&* 32

C.

Cacozeliæ genus humillimum *ſuaſ.* 8
Cacozeliæ fœdum genus *contr.* 24. *in fin. &* 25
Cadaverum diſſectio *controv.* 34
Cæcus de publico mille denarios accipiat *contr.* 1. *lib.* 3. *epit.*
Cæci flere ſolent *contr.* 19
Cædis imprudentis damnatus quinquennio exulet *controv.* 3. *lib.* 4 *epit. & controv.* 2. *lib.* 6 *epit.*
Cæſar avertit oculos allato capite Pompeii *controv.* 32. *in princ.*
Caius Agrippæ filius Auguſti nepos *contr.* 12
Caius Cæſar in Lycia mortuus *in proœm. lib.* 4 *epit.*
C. Caſſii epiſtola ad M. Ciceronem *ſuaſ.* 1. iniquum calamitoſis & collapſis manum non porrigere *contr.* 1
Calceatus *contr.* 25
Caldi declamatores ſcholaſticis qui 31
Calliæ ingratus Cimon *contr.* 24
Callimachus *ibid.*
Calliſthenes ab Alexandro occiſus ob linguæ intemperantiam *ſuaſ.* 1
Calumniam jurare *controv.* 19
Calvus orator *in proœm. lib.* 1. *contr.* à Catonis circumventione liberavit Pollionẽ *contr.* 19. cum Cicerone de eloquentia certavit *ibid. & decl.* 5. *lib.* 6. *epit. contr.* è ſubſelliis ſuis, impetu elatus in adverſariorum partes tranſcurrit *contr.* 19
Calvum ob ſtaturæ exiguitatem Catullus Salaputium diſertum vocat *ibid.*
Calvi laus *ibid.* carmina *ibid.* oratio à Vatinio interpellata, dicens, ſi iſte diſertus, ideo me damnari oportet? *ibid.*
Camillus exul *ſuaſ.* 7
Canere claſſicum, ſymphoniam *contr.* 25. *in diviſ.*
Canem ad oſtium alligare *contr.* 30. *in fin.*
Canicii *ſuaſ.* 7
Cannenſi prælio P. R. in ſummas anguſtias redactus *controv.* 7. *lib.* 5 *epit.*
Cannenſis ruina Romanos ad ſervilem dilectum compulit *controv.* 27. *in fin.* 1. *part.*
in Capitolio caſa colitur *contr.* 9
Capitonis laus *in proœm. contr. lib.* 5.
Capitonis ſententiæ *controv.* 25
Capta & capti luminibus *contr.* 19
Captivorum auxilia contempta cum ſervorum deſideraret pop. Rom. *contr.* 7. *lib.* 5. *epit.*
Capturas tulit manus quæ Diis datura erat ſacra *contr.* 2
Carmen formoſum componere *cont.* 6. *lib.* 6. *epit.*
Carminis licentia tres aurati currus contempti *contr.* 30
Carthaginis delendæ negotium Scipioni datum *contr.* 8. magnum intervallum inter Carthaginem & Numantiam

tiam *ibid.*
Caſſii epiſtola ad Ciceronem *ſuaſ.* 1
CaſſiusSeverus nunquam ſine commentario dixit *in præf. lib.* 3. *epit.*
Caſſius Severus Ciceroni de Ceſtio in foro ſatisfecit *in fin. præf. lib.* 3. *epit.* 32
Qui alienas ſententias ſubripiunt, aſſimilat furibus alienis poculis anſas mutantibus *contr.* 34. *ad fin.* excuſat Publium *contr.* 18. ait Varium Geminum vivum conſilium Ciceroni dediſſe *ſuaſ.* 16
Caſſii Severi bellum dictum, Labieni libris combuſtis *in præf. lib.* 5. *contr. circa med.* elegantiſſimum ejus dictum in Clo. Sabinum Græce & Latine declamantem *contr.* 26. *in fin. & decl.* 3 *lib.* 9. *epit.*
Caſſii Severi ſententiæ *contr.* 18. *in fin. contr.* 25 *paulo ante diviſ. & contr.* 33. *in princ. & in fin.*
Caſſii Severi jocis materiam præbuit Haterius *in præf. epit. lib.* 4. *contr.*
Cathenatus *contr.* 25
Catilinæ propinqui: proſcriptum illum pertranſierunt *contr.* 17
Caſtitas non tantum refertur ad virginitatem: ſed ad omnium turpium obſcœnarumque æſtimationem *controv.* 2. *in princ. diviſ.*
Catius Criſpus *ſuaſ.* 2
Cato ſui homicida *ſuaſ.* 6 *& contr.* 4. *lib.* 8. *epit.*
Servus tortus Catonem conſcium furti dixit *controv.* 29. *& decl.* 6. *lib.* 9 *epit.*
M. Cato coloni ſui filiam duxit in uxorem *decl.* 6 *lib.* 7. *epit.*
Cato venenum vendidit *contr.* 4. *lib.* 6. *epit.*
à Catonis injuriis Pollionem Calvus liberat *controv.* 19
in Catone moderatio deſideratur *contr.* 12. *vide* M. Cato.
Catullus in hendecaſyllabis *contr.* 19
Cavete proditorem *contr.* 22. *& decl.* 7. *lib.* 7. *epit.*
Cauſæ Ciceroni, aliis controverſiæ *in præf. lib.* 1. *contr.*
Cella ſervi & cubiculum dominæ *contr.* 21
Cellula conſervulæ *ibid.*
Cellæ meretricum titulus inſcriptus *contr.* 2
Cenſoria oratio *in procem. lib.* 3. *epit. controv. in princ.*
Cenſorini belliſſimum dictum de iis qui honores ambitioſe petunt *in princ. epit contr. lib.* 3. *circa fin.*
Cenſorinus ſupercilium faciebat, cum alius animo eſſet *in præfat. lib.* 5 *contr.*
Cenſorius adulter *contr.* 15. *ad fin.*
Cenſu virtutes & honores diſtinguuntur *contr.* 9 *in part. altera* P. Latro. *lib.* 2. *epit. contr.* 1
Ceſtius pater *contr.* 14
Ceſtius Prætor. *ſuaſ.* 7. *circa fin.*
Ceſtius Pius Alſium Flavum auditorem ſuum objurgat *contr.* 14. De eodem judicium *contr.* 1 in Q. Vari ſententiam contumelioſus *contr.* 3 *circa fin.* Argentarium irridet *contr.* 5. Triarii ſententiam improbat *contr.* 6. *circa fin.*
Ceſtii Pii ſententiæ *ſuaſ.* 1. 3. *&* 5. *& contr.* 4. 5. 7. 9. 10. 11. 12. 16. *circa fin. contr.* 17. 18. 19. 21. 22. 23. 24. 26. 27. 28. 29. 33. *&* 34
Ceſtii colores *contr.* 1. 2. 3. 4. 9. 12. 13. 16. 17. 19. 22. 23. 24. *circa fin. &* 27
Ceſtius Ciceroni de corio ſuo ſatisfecit *ſuaſ.* 7
Ceſtius mordaciſſimus homo *in præf. lib.* 3. *contr. circa fin.*
Ceſtius homo Græcus Latinorum verborum inopia laboravit *contr.* 16. *circa fin.*
Ceſtius pueriliter ſe dixiſſe agnoſcit *contr.* 29. *in diviſ.* multa in Paſtorem Aetium, Albutium & Baſſum Julium *contr.* 3 *in fin.*
CeſtiusMurrhedium, Ruſum Vibium, Haterium & ſeipſum arguit *contr.* 19. *in diviſ.* Pollioni Meſſalæ & Paſſieno præfertur à ſcholaſticis *in præf. lib.* 3. *epit. controv.* vituperat ſententiæ genus ἠχῶ dictum *controv.* 22. *&* 30. Surdinum adoleſcentem ingenioſum objurgat *ſuaſ.* 7. *in fin.*
Ceſtii declamatio ſpecioſa *contr.* 1. deſcriptio *ſuaſor.* 2. dictum *contr.* 20
Ceſtii narratio *controv.* 3. *circa princ. controv.* 9. *&* 14
Ceſtii Pii de coloribus *contr.* 5. *&* 8. *lib.* 4. *epit.* Præceptum de ſuaſoriarum declamatione *ſuaſ.* 1. diviſio *contr.* 3. 5. *&* 20. *ſuaſ.* 2. 3. 5. *&* 6. quæſtiones *contr.* 1. 5. 8. *&* 10 tranſlatio *contr.* 33
Ceſtii ſententia in arguendo

guendo Fuſci Arellii colore *contr.* 11
Ceſtii faſtus Ciceroni ſe præferentis, & uti exceptus à Caſſio Severo *in præf. epit. decl. lib.* 3
Ceſtii Simius Argentarius *contr.* 26
Charybdis maris naufragium *ſuaſ.* 1
Chirographum cum abdicato *contr.* 1. *lib.* 6. *epit.*
tam cicatricoſo milite uti, erubeſcit reſpublica *contr.* 8
Cicero ab Antonio proſcriptus *contr.* 17
Cicero declamare ſolitus cum duobus grandibus prætextatis *in procem. lib.* 1. *contr.*
Cicero deliberat an Antonium deprecetur *ſuaſ.* 6
Deliberat an ſcripta ſua comburat *ſuaſ.* 7. Duabus ſellis ſedere ſolitus *contr.* 18
Ciceronis ætate omnis facundia Romana effloruit *in procem. contr.* Pomponii & Laberii vitia ad virtutum ſtudia tranſtulit *contr.* 18
Ciceronis comparatio cum illuſtribus viris *controv.* 17
Ciceronis dictum de morte *ibid.*
Ciceronis epitaphium è Livio *ſuaſ.* 7. *al. part.* 6
è Cremutio Cordo *ibid.*
ex Aſinio Pollione *ibid.*
è Cornelio Severo *ibid.*
Ciceronis interfector Popilius, quem defenderat Cicero *contr.* 17. Jocus in Laberium *contr.* 18 *circa fin.* Orationes olim à ſcholaſticis neglectæ *in præf. epit. decl.* Sententia *contr.* 4. Verba *ſuaſ.* 1 & 7
Cicero 64. annos pulchre exegit. *ſuaſ.* 7
De Ciceronis morte, & animo an voluerit Antonium deprecari, hiſtoricorum aliquot teſtimonia *ſuaſ.* 7. *al. pars* 6
Ciceronis vivam vocem audire potuit Seneca Rhetor *in præf. lib.* 1. *cont.*
Ciceroni de Corio Ceſtii ſatisfactum *ſuaſ.* 7. *in fin.*
Ciceronem in carminibus deſtituit eloquentia *in præf. lib.* 3. *epit.*
ad Ciceronem epiſtola Caſſii Severi *ſuaſ.* 1
In Cicerone conſtantia deſideratur *contr.* 12
Quædam antiqua & à Cicerone dicta à cæteris deinde deſerta *in præf. lib.* 4. *epit.*
Cum Cicerone de eloquentiæ principatu diſputavit Calvus *contr.* 19
Cicerone puero primus Latinus Rhetor Plotius *in præf. lib.* 2. *contr.*
Ciceronis filius *ſuaſ.* 7. *in fin. Vide* M. Tullius.
Cimber in carcere vidit imperantem *contr.* 17
Cimon ingratus Calliæ *contr.* 24
Circenſibus pompa odioſa *in præf. lib.* 1. *contr. in fin.*
Circumſcriptio
Circumſcriptores qui
Civili bello attenuatæ domus nobiles *in præf. lib.* 5 *contr.*
Claſſicum canere *contr.* 25 *in diviſ.*
Claudii Marcelli ſententia *ſuaſ.* 2. *vide* Marcellus Æſerninus.
Clementis juſti cenſura de quadam quæſtione *contr.* 11
Cleopatra Antonii uxor *ſuaſ.* 1. Deillii epiſtolæ laſcivæ ad Cleopatram *ibid.*
Clientes & advocati Catonis *contr.* 19
Clientium turba *contr.* 30
Clodius Sabinus. *Vide* Sabinus Clodius.
Clodii Turrini patris ſententiæ *contr.* 30. 31. 32. 33. 34. & 35. *reliqua in* Turrinus Clodius.
Cn. Pompeii adoleſcentis ſtultitia *ſuaſ.* 1
Codrus imperatoribus exemplum.
Cœtus quid & quando *contr.* 8. *lib.* 3. *epit.*
Cœtum & concurſum qui fecerit capitale ſit *ib.*
Cœna feralis *contr.* 25
Cognomentum *ſuaſ.* 2
Color actionis bonus *controv.* 25
Color & argumentatio *contr.* 20
Color improbatus à prudentibus *contr.* 16
Color & defenſio *contr.* 21
Color in narratione oſtendendus in argumentis, exſequendus & explendus *contr.* 17
Color mixtus *contr.* 6. *lib.* 4. *epit.*
Color ſimplex *contr.* 17 & 33
Color rectus in narratione *contr.* 16
Colores actione probandi *in præf. lib.* 5. *contr.*
Colores ſuos fidelius tuentur aridi declamatores *decl.* 1. *lib.* 2. *epit. decl. & contr.* 9
Colorum libros edidit Otho Junius *contr.* 3. *in fin.*
de Coloribus præceptum Ceſtii *contr.* 8. *lib.* 4. *epit.*
Colorare *contr.* 22
Comiſſator *contr.* 14
ſine Commentario nunquam dixit Caſſius Severus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

verus *in præfat. epit. lib.* 3
Commentarium in quo nudæ res ponuntur *ibid.*
Commentarium in quo res falſæ *ibid.*
Competitori liceat in competitorem dicere *contr.* 8. *lib.* 5. *epit.*
Conchylium ex omni rupe trahetur *decl.* 7. *lib.* 2 *epit. & contr.* 15
Concubia nox *contr.* 16
Confeſſio *contr.* 23
de Confeſſo magiſtratus ſumit ſupplicium *contr.* 23. à præparatione differt *ibid.*
Conjectura duplex *decl.* 3. *lib.* 7. *epit. decl.*
Conjecturalis controverſia *contr.* 17. & 22
Conſules ſummum imperium cedunt ſacerdoti *contr.* 2
Conſules Veſtali via cedunt *contr.* 8. *lib.* 6. *epit. contr.*
Controverſia de lenone *contr.* 30
Controverſia de illa quæ egit cum viro malæ tractationis *contr.* 7. *lib.* 4. *epit. declam.*
Controverſia ſcholaſtica *contr.* 34
Controverſia tota officii *contr.* 19
Controverſia quando facienda *contr.* 13
Controverſiæ poſitio *controv.* 30
Controverſiæ thema *controv.* 20
Controverſiam implere *in præf. lib.* 3. *contr.*
Controverſiæ Ciceroni cauſæ *in præf. lib.* 1. *controv.*
Controverſiæ ethicæ *controv.* 9
Controverſiæ quæ accuſationem habent quo ordine declamandæ *controv.* 20
Controverſiæ quædam in quibus factum defendi non poteſt, excuſari poteſt. *contr.* 25
Controverſiarum diviſio *contr.* 1
Convivere *contr.* 25
Convivium in foro *ibid.*
Cornelia
lex Cornelia *contr.* 9. *lib.* 3 *epit. contr.*
Cornelii Hiſponi colores *contr.* 1. 2. 11. 23. & 28
Color durus *ſuaſ.* 3. *contr.* 8
Cornelii Hiſponi ſententiæ *contr.* 1. 2. 3. *in fin. contr.* 8. 9. 11. 16. 17. 18. 21. 27. 29. 32. 33. & 34. *ſuaſ.* 3. & 6. *vide* Hiſpani.
Cornelii Spatini excerpta *ſuaſ.* 2
Cornelii Severi dictum à Porcello Grammatico notatũ *ſuaſ.* 2. verſus de morte Ciceronis *ſuaſ.* 7
Corporum in viribus imparitas *ſuaſ.* 2
Coruncanii quæ pompæ exempla *contr.* 9
Corvus Romæ ſcholam tentat; declamavit controverſiam ſummo illi qui Judæos ſubegerat (id eſt Pompeio Magno) de illa quæ apud matronas diſſerebat liberos non eſſe educandos *ſuaſ.* 2. *in fin.* ejus ſtupor *ibid.*
Cotula
Craſſus apud Romanos ditiſſimus, apud Parthos ſepulchro eget *contr.* 9. captus *contr.* 7. *lib.* 5. *epit.*
Cremutii Cordi teſtimonium de morte Ciceronis *ſuaſ.* 7
Creta provincia proconſularis *contr.* 27
Cretenſium magiſtratui barba capilluſque ſubmovebatur *ibid. & contr.* 4. *lib.* 9. *epit.*
Crœſus regum opulentiſſimus ad tormentum ductus eſt *contr.* 9
Crœſi filius naturalia vocis impedimenta in periculo patris rupit *contr.* 20. *circa fin.*
Criſpus antiquus rhetor *contr.* 19
Cruciatus *contr.* 21
Crudelitas ingenioſa *in præf. lib.* 5. *contr.*
Crux ſervi venenum ægro domino negantis *contr.* 9 *lib.* 3. *epit.*
Curator petitus apud prætorem urbanum *in fin. præf. lib.* 3. *epit.*
Cubiculum dominæ, cella ſervi *contr.* 21
Culeus ligneus *in fin. præf. lib.* 5. *contr.*
Currus aurati licentia carminis contempti *controv.* 30
Curſorum exercitatio *in præf. lib.* 4. *contr.*
Curtius ſui interfector.
Cyclops excæcatus *ſuaſ.* 2
Cynægirus Athenienſis nobilis *contr.* 24
Cyneæ Pyrrhi ad Romanos legati memoria *in præf. lib.* 1. *contr.*
Cyri Marilli Æſernini clauſulæ *ſuaſ.* 6

D.

DAmæ ſententia *ſuaſ.* 2
Damaſeticus *ſuaſ.* 1
Δάμας Σκόμβρος *contr.* 23
Damus.
Damnum qui ſciens dederit, reddat quadruplum, qui inſciens ſimplum *contr.* 5. *lib.* 5
Damni illati ſit actio *controv.* 6. *lib.* 3. *epit.*
Debilitans expoſitos *contr.* 23. *& decl.* 4. *lib.* 10. *epit.*

De-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Decembri tantum menſe Aſinius declamabat coram Cæſare *contr.*4. *circa fin.*
Decius patri cedere nolens *contr.*31
Declamandi exercitatio Melæ commendata *in præf. lib.* 2. *contr.*
Declamare *in præf. lib.*1. *contr.*
Declamatio & diviſio *in præf. lib.*3. *contr.*
Declamatio in figuras deſcribi ſolita *contr.*13
Declamatio ſcholaſtica ante Ciceronem & Calvum non inventa *in præf. lib.*1. *contr.*
in Declamatione & cauſarum actione cur multi ſibi impares *in præf. lib.* 3. *contr.*
Declamationes ſcholaſticæ quales *in præf. lib.* 4. *contr.*
Declamatores aridi fidelius colores perſequuntur *contr.* 9. *& decl.*1. *lib.* 2. *epit.*
Declamatores caldi vocati *ſuaſ.*3
Declamatores Græci rivales *contr.*14
qui Latine declamabant toga ſumpta, qui Græce palliati *contr.*26. *in fin.*
Declamatores novi *cont.*4
Declamatorum & oratorum de colore diſputatio *contr.*16
Declamatorum tetracolon primum *in præf. lib.* 5. *contr.*
Declamatorum vitia & incommoda *contr.* 23
Declamatori lex *in præf. lib.* 4. *epit. decl.*
Declamatoriæ virtutis unicum exemplum *in præfat. lib.* 4. *contr.*
Decollare *contr.* 25
Defendi & excuſari *contr.* 25. *decl.*4. *lib.*9. *epit.*
Defenſio & color *contr.*21
Deillius bellorum civilium deſultor *ſuaſ.* 1
Deillii epiſtolæ laſcivæ ad Cleopatram *ibid.*
Deillii jocus in Antonium.
Delibutus unguentis 126 *contr.*14
Delumbare *contr.*33
Demoſthenes Cytoy *ſuaſ.*1
Demoſthenes venenum habebat *contr.*18. *& decl.* 3. *lib.*7
Demoſthenis ad exemplum in actionibus compoſitio riget *cont.*19. *circa fin.*
Demens qui filio ceſſit uxorem *contr.*7. *lib.*7. *epit.*
Demens quod mori coëgerit filiam *contr.*33
Dementiæ accuſatur qui ſervo junxit filiam *contr.* 21
Dementiæ fit actio *contr.* 32. *& decl.*3. *lib.*3. *epit.*
Dentonis ſententia *contr.* 31
Deorum crimina in templis picta *contr.*34
Deos miſeri magis colunt quam beati *contr.*24
Deſertores *contr.*34
Deſinere ſcire non minor virtus quam ſcire diſcere *contr.* 21
Deſperatione ultima in furorem animus impellitur *decl.*7. *lib.*9
Deſpoliare *contr.*19
Deſpoſia *contr.*25
Deſultor bellorum civilium *ſuaſ.* 1
Diaria *contr.*27
Dies hic meus eſt *ſuaſ.*2
Dies parricidio furvus *contr.*1
Dii immortales lenti quidem, ſed certi vindices generis humani *in præf. lib.*5. *contr.* In caput invenientium regerunt quod quiſque alienis excogitavit ſuppliciis *ib.*
Dii immortales curam humanarum rerum agunt *contr.*3
Diligentia maximum etiam mediocris ingenii ſubſidium *in præf. lib.* 3. *epit.*
Diligenti ſtultitia nihil amabilius *contr.* 20
Diocles Cariſthius *cont.*1. 2.5.8.11.14. *&* 16
Dividere controverſiam *in præf. lib.* 4. *epit. contr.*
Diviſio controverſiarum antiqua & recens *contr.*1
Diviſio & declamatio *controv.*33
Diviſionem non exigit conjecturalis *contr.*18
Διόνυσος ſalutatus Antonius *ſuaſ.*1
Divinatio ſæpe fortuita *contr.*8. *lib.*5. *epit.*
Divite novitio nihil inſolentius *contr.*9
Divites uxores ſervitutem exigunt *contr.* 4
Divitum vitium graviſſimum *contr.*9
Divitum vituperium *cont.* 5. *lib.*5. *epit. & contr.*13
Divitiarum odium vanum gloriæ decus *contr.* 33
Divitiis carere tunc tormentum eſt cum illas ſenſeris *contr.*6
Diurnum quotidianum *contr.*33
Diurnum petere *contr.*1
D. Julius, *vide* Julius.
Dociſmo bello uſus Hiſpo Romanus *contr.*11. *circa fin.*
Dolores temperare magna ingenii pars *in præf. lib.* 4. *epit.*

Dolor

Dolor per lachrymas effluit *contr.* 30
Dolori ſilentium imperari non poteſt *contr.* 8. *lib.* 3. *epit.*
In Domitium Sabini urbanum dictum *cont.* 27
Domus cum tyranno incenſa *contr.* 6. *lib.* 3. *epit.*
Domus exuſta cum arbore *contr.* 5. *lib.* 5
Doron
Dorion *contr.* 8. *in fin.*
Dorionis ſententia diſertiſſima *ſuaſ.* 2. & *contr.* 24. *in fin.*
Dotalis ſervus cuſtos relictus *contr.* 21
Dotata quæ ſit *contr.* 6
Draconibus junctis Triptolemus ſulcavit auras *contr.* 34. *in fin.*
Durio *ſuaſ.* 2. *in fin.*

E.

Echo ſententiæ genus vituperatur *contr.* 22
Elii truncatum Phidiam Athenienſibus reddunt *contr.* 34
Eloquentia omnis circa Ciceronem effloruit *in præf. lib.* 1. *contr.* nulli tota contigit *in præf. lib.* 3. *epit.*
Plus in eloquentia proficitur quo plura exempla inſpecta ſunt *in præf. lib.* 1. *contr.*
Viris bonis ſolum convenit *in præf. lib.* 1. *contr.*
Eloquentiæ regula incerta *cont.* 29. ab Eloquentia facile in omnes artes decurſus *in præf. lib.* 2. *contr.*
Emancaſſe *contr.* 23
Emptionis tabellæ *cont.* 21
Emunire animum *cont.* 17
Epilogus *in præf. epit. lib.* 4. *contr. in præf. lib.* 3. *contr.* *contr.* 19. & 29
Epilogus defenſioni contextus *contr.* 20
Eques Romanus à plebe cenſu diſcernitur *contr.* 9. & 14
Equeſtria *contr.* 18
Ethicæ controverſiæ *contr.* 10
Ethicos dicere *contr.* 11. & 12
Euctemon levis ſed dulcis declamator *contr.* 1. 23. 25. & 30
Euctemonis ſententia *contr.* 34
Euctemonis jocus in Rhetorem puſillæ ſtaturæ *contr.* 19
Everritur ſanguis humanus *contr.* 25
Eurotas amnis Spartam alluit *ſuaſ.* 2
Euthicrates *contr.* 34
Exarmata navis *contr.* 16
Exarmatum navigium *ib.*
Exciſorum greges *contr.* 3. *lib.* 6. *epit.* & *decl.* 4. *lib.* 10. *epit.*
Excuſari & defendi *contr.* 25. & *decl.* 1. *lib.* 9. *epit.*
Exempla ad controverſiæ thema ſemper redigere ineptum *contr.* 6. *lib.* 6. *epit.*
Exempla tam vitandarum quam ſequendarum rerum ponenda *cont.* 12
Exercitatio quæ utilis *in præf. lib.* 4. *contr.*
Exoleti *contr.* 33. & *decl.* 4. *lib.* 10
Expoſitum qui agnoverit ſolutis alimentis recipiat *contr.* 26. & *decl.* 3. *lib.* 9.
Expoſita in nullo numero ſunt *contr.* 33
Extemporalis facultas *in præf. lib.* 3. *contr.*
Exul pater: fundo prohibitus *cont.* 2. *lib.* 6. *epit.*
Exulem tecto & cibo juvare non liceat *ibid.*

F.

Fabianus Papirius Philoſophus Junior Arbutio *in præf. lib.* 3. *cont.* Sextii & Arellii Fuſci auditor *in præf. lib.* 2. *contr.*
Fabianus Blandi diſcipulus *ibid.*
Fabiani Philoſophi color *contr.* 9. & 13
Color à Vinicio probatus *ibid.*
Fabiani Philoſophi encomium *in præf lib.* 2. *cont.* vitia in quæſtiones *ſuaſor.* 1. & *contr.* 11. Sententia laudata *cont.* 12. Sententiæ *cont.* 9. & 14. Plures reperies in Papirio
Fabius declamator *in præf. lib.* 5. *contr.*
Fabius Maximus primus vomicum morbum foro Romano intulit à Severo Caſſio notatus *contr.* 12
Fabii Max. ſententia nobilis *ibid.*
Fabricius Pyrrhi aurum recuſat *contr.* 2. *lib.* 5. *epit.* Samnitium munera ſpernit *contr.* 9
Fabricii pompæ exempla *contr.* 9
De Fabricio pulchra ſententia Albutii *ibid.*
Fabriciorum imagines Metellis patuerunt *ib.*
Facies decentior in qua aliquis nævus *contr.* 10. *contr.* 2. *lib.* 2. *epit.*
Facundia Romana omnis circa Ciceronem effloruit *in præf. lib.* 1. *contr.*
Famoſum carmen *cont.* 6. *lib.* 6. *epit.*
Faſciola *contr.* 19.

Fati

Fati maligna lex *in præf. lib.* 1. *contr.*
Fœlicitas illa magna quæ arbitrio ſuo conſtitit *ſuaſ.* 1
Fœlicitatis lubricitas *cont.* 9. *ſuaſ.* 2
Fœminarum fides in maritos *contr.* 10. 13. & 32. *& decl.* 2. *lib.* 2. *epit. cont.*
Feralia auſpicia *contr.* 33
Feriarum hilaritate, triſtitia diſcutitur *in præf. lib.* 1. *contr.*
Feſcennini *contr.* 21
Feſto die majorum imagines apertæ *ibid.*
Feſtis diebus licet prætorio prætexta toga uti *contr.* 8
Fictilibus Dii faciles *controv.* 9
Figura *contr.* 24. 29. *&* 33 egregia figura *ibid.*
Figura Albutio periculoſa *in præf. lib.* 3. *epit. decl.*
Figuræ declamationum *contr.* 13
Figurare *in præf. lib.* 3. *contr.*
Figurare egregie.
Filia conſcia in veneno privigni *controv.* 29. *& decl.* 9. *lib.* 9. *epit.*
Filia rapta patre exule *contr.* 3. *lib.* 4. *epit.*
Filius & pater luxurioſi *contr.* 14. *& decl.* 6. *lib.* 2. *epit.*
Filius ob non interfectam adulteram matrem abdicatur *contr.* 4. *& decl.* 4. *lib.* 1. *epit.*
Filiofamiliæ licet ſtipem porrigere mendico & humum cadaveri *contr.* 1. *in medio*
in Filium animadvertit Manlius *contr.* 3
Filium ex ancilla tollere liceat *contr.* 21
Potamon à funere filii in ſcholam ſe contulit & declamavit *ſuaſ.* 2
Lesbocles ob funus filii ſcholam ſolvit *ibid.*
A filio in arce pulſatus *decl.* 4. *lib.* 9. *epit.*
A filio ſervatus *contr.* 4. *lib.* 3. *epit.*
Flamininus Prætor inter cœnam reum puniens *contr.* 25.
Flavius Alfius à præceptore Ceſtio objurgatus *contr.* 14. *vide plura in* Alfius.
cogit Flere qui non ſinit *contr.* 1. *lib.* 4. *epit.*
Fletus humanarum neceſſitatum verecunda execratio eſt *contr.* 6. *lib.* 8. *epit.*
Florus Latronis auditor *contr.* 25
Flori dictum in Flamininum *ibid.*
Forecæ* *contr.* 19
Fœlicitas perſuaſit negligentiam *in præf. lib.* 3. *contr.*
Fortis nolens ad patrem fortem redire *contr.* 5. *lib.* 8 *epit.*
Fortis ſine manibus *contr.* 4. *& decl.* 4. *lib.* 1. *epit.*
Fortis vir non cedens forti patri *contr.* 31. *& decl.* 2. *lib.* 10
Fortiter qui ter fecerit, militia vacet *contr.* 8
Fortunæ ludus *contr.* 1. *lib.* 5. *epit.*
Fortunæ varietas *ſuaſ.* 1. *& contr.* 1
Qui fortunæ ſuccumbere neſciunt, magni illi viri *in præf. lib.* 4. *epit. contr.*
Forum harena, ſchola ludus *in præf. lib.* 3. *epit.*
Fratres pancratiaſtæ *contr.* 3. *lib.* 5. *epit.*
Fratres hoſtilis haſta non dividit in auctione *contr.* 26
Fulvii Sparſi ſententiæ *contr.* 4. 12. 13. 17. 19. 21. 24. 25. 27. 29. 30. 31. 32. *&* 34. *quære* Sparſus.
In funebrem lectum genialis lectus mutatus *contr.* 6. *lib.* 6.
Fur accuſator proditoris *contr.* 38. *& decl.* 6. *lib.* 6. *epit.*
Fur concione prohibeatur *contr.* 35. *& decl.* 6. *lib.* 10
Furius Saturninus *contr.* 21
Furtis noxaque ſolutus *contr.* 21
Furvus parricidio dies *contr.* 1
Fuſcus Arellius è primo declamatorum tetracolo *in præf. lib.* 5. *contr.* ex Aſia *contr.* 29. *circa fin.* egregie declamat *contr.* 6. improbatur à Latrone *contr.* 10. Sententiam Hybreæ ad verbum tranſtulit *cont.* 29. Græca in Latinũ exercitationis cauſa tranſtulit *contr.* 24. Suaſorias præſertim Græcas dixit libentiſſime *ſuaſ.* 4. Virgilii verſus voluit imitari *ſuaſ.* 3
Fuſci Arellii patris laus *ſuaſ.* 2. belle dictum *contr.* 20
Fuſci Arellii colores *contr.* 1. 2. 4. 7. 8. 10. 11. 14. 16. 17. 18. 22. 25. 27. 31. *&* 34. Color à Ceſtio improbatus *contr.* 11. Declamatio contra ſomnia & Deorum providentiam *ſuaſ.* 4. deſcriptiunculæ ex ſuaſoriis ſumptæ *ſuaſ.* 2
Fuſci Arellii patris diviſiones *contr.* 2. 3. 20. & 35. *ſuaſ.* 4. *contr.* 9. quæſtiones *contr.* 1. *&* 5.

ſententiæ *contr.*9.10. & 12. & *ſuaſ.*1
Arellii Fuſci auditor notatur *ſuaſ.* 4. *plura in* Arellius.
Fuſius Thrax *in præf. lib.*3. *epit.*
Futurorum ſcientia *ſuaſ.*4

G.

GAbii Sabini excerpta *contr.* 17. *vide infr.* Gabii
Galla Numiſa ex uncia patris hæres inſtituta *contr.*28
Gallio ex primo declamatorum tetracolo *in præf. lib.*5. *contr.* de declamatoribus dicere ſolitus, Plena Deo *ſuaſ.* 3
Gallio hortatur ad trophæa tollenda *ſuaſ.* 5. Idiotiſmo bene uſus *in præf. lib.*3. *contr.*
Gallio Othonis libros colorum vocat Antiphontis libros *contr.* 9. *lib.* 2
Gallionis colores *contr.* 6. 11. 12. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. & 33. Color intolerabilis *contr.*34
Gallionis dictum de Caſſio Severo *in præf. lib.* 3. *epit.* Diviſio *contr.*8. & 34. libellus *in præf. lib.* 5. *contr.* præceptum *contr.* 13
Gallionis quæſtiones *controv.* 1. 2. 9. 13. 17. 21. 30. 32. duræ *contr.* 24
Gallionis ſententiæ *contr.* 1. 21. & 31
Gallionis ſententia diſertiſſima *ſuaſ.* 5. reliquas ſententias quære in Junii Gallionis.
Gallus *contr.*8
Gallus Vibius non caſu ſed judicio inſanus *contr.* 9. *decl.* 1. *lib.* 2. *epit. decl.*
Galli Vibii color *contr.*25 Improba ſententia *controv.*20. *vid.* Vibii Galli.
Gargius *contr.*34
Gorgonii res ſtultiſſimæ *ſuaſ.*7
Garrulitas muliebris *controv.*13. *decl.*7. *lib.* 2
Gavii Sabini color. *contr.* 20. Sententiæ *contr.*16. & *ſuaſ.* 2. *vide* Gabii.
Gavii Silonis color *contr.* 31. 32. Sententiæ *contr.* 31. 32. & 34
de Gavio Silone teſtimonium Auguſti *in præf. lib.*5. *cont.*
Gemini fratres *contr.* 26
Geminus Varius hortatur Ciceronem ut Antonium deprecetur *ſuaſ.*6
Gemini Varii bellum dictum *contr.*16. *vid.* Varius Geminus.
Gener divitis inimici *contr.* 2
Gener qualis diligendus *contr.*21
Genialis lectus in funebrem mutatus *contr.*6. *lib.* 6. *epit.*
Germanicus navigans *ſuaſ.* 1
Gladiatores gravioribus armis diſcunt *in præf. lib.* 4. *contr.*
Glaucippus Cappadox *contr.* 25. *in fin.*
Glomerarius *contr.* 8. *circa fin.*
Glycon *contr.* 5. *in fin.* 7. *in fin.* 8. *in fin.* 11. *in fin.* 19. *in fin.* 27. *in fin.* 23. *in fin.* & 34
Glycon Scyridion *contr.* 9. *in fin.*
Glycon Syricon *contr.* 14. *circa fin.*
Glyconis dictum in Sabinum Clodium Græce & Latine declamantem.
Glyconis ſententiæ *contr.* 28. *in fin.* & *contr.* 34. Levis & Græca ſententia *contr.* 6. *in fin.* celebris ſententia *ſuaſ.* 1. Sententia pulcherrima *ſuaſ.* 2
Glyconi ſuaſoria bene proceſſit *ſuaſ.*1
Gorgias declamator *contr.* 4. inepto colore ſed dulci.
Gorgonius Buteonis auditor & ſcholæ ſucceſſor *contr.* 7. fœdo cacozeliæ genere uſus *contr.* 24
Gorgonii color *contr.*7
in Gorgonii vocem obtuſam dicterium *contr.*7. *in fin.*
Græcæ fabulæ in Latinum facilis tranſitus *ſuaſ.*7
Græce eloquentiæ in Latinam facilis tranſitus *contr.*33
Græcam facilitatem in Latinam linguam tranſtulit Haterius *in præf. lib.*4. *epit.*
Græci urbanè à Sabino deluſi.
Græcorum quæſtio Romanis auribus inſolita *contr.* 8
Græcorum improba quæſtio *in præf. lib.*1. *contr.*
Græculi jocus de dote ab Antonio exacta *ſuaſ.*1
Grammaticorum calumnia ab omnibus magnis ingeniis ſubmovenda *ſuaſ.*2
Granicus fluvius *ſuaſ.*1
Gurgitis luxuria *contr.*25

H.

HAſta in auctione non dividi fratres *cont.*26

Ha-

Haterius liberto ingenii ſui modum commiſit *in præf. lib.*4. *contr.* Quoties & quamdiu velles eandem rem dixit *ib.* Sæpe deriſum effugere non potuit *ib.* Solus ſuo tempore Græcam facilitatem in Latinam linguam tranſtulit *ib.* Sententia Hybreæ vertit *cont.* 28. *circa fin.* Triarii ſententia uſus *contr.*28

Haterium ſufflaminandum dixit Auguſtus *in præf. lib.* 4. *epit.*

Haterius promiſit oratorem & præſtitit *contr.*28

Haterii laus *in præf. lib.* 4. *epit. contr.* Colores *contr.* 16. *&* 27. mollities in morte filii *in præf. lib.* 4. *epit. contr.* à Ceſtio deridetur *contr.* 29. *in diviſ.* Sententia in deſcriptione Thermopilarum *ſuaſor.* 2. Urbanum dictum in Clodium Sabinum Græce & Latine declamantem *cont.*26. *& decl.* 3. *lib.*9. *epit.*

Herculis picturæ liberos occidentis.

Hæres mihi ſi quis intra decem menſes natus *contr.*33

Hæres ex uncia *cont.*28

Hæredem inſitivum tota familia expellere cupit *contr.* 9

Herius Pollionis Aſinii filius *in præf. lib.*4. *epit.*

Hermagoras Rhetor *contr.* 1.9.*&* 20. Rarus ſententiis ſed argutus *contr.*11. Schemata interdũ diu, interdum breviter perſequi ſolitus *ibid.*

ad Hermagoræ imitationem exarſit Albutius *in præf. lib.* 3. *contr.*

Hermeneumata *contr.*26. *in fin.*

Herodoti verba *ſuaſ.*2

Hexarida *cont.*34.*circa fin.*

Hiſpaniæ conſuetudinis eſt ita vivere utcumque res fert *in præf. lib.*1. *cont.*

Hiſpania provincia *in præfat. lib.*5. *contr.*

Hiſpani Cornelii ſententiæ *contr.* 9. *plura vide in* Cornelii Hiſpani.

Hiſponis Cornelii clauſulæ *contr.*13

Hiſpo Romanus *contr.*14

Hiſpo Romanus aſperiorem dicendi viam ſecutus *contr.* 26. bello dociſmo uſus *contr.*11. ſolus ex declamatoribus in Ciceronem invectus *controv.* 17. *&* 27. *in fin.*

Hiſponis Romani colores *contr.*6.10.11.12.13.14. 21. *in fin. contr.*22.24.30. *&* 34

Hiſponis Romani color durus *contr.* 17. dictum *contr.*20. quæſtiones *cont.* 19.*&* 24. ſententiæ *cont.* 9.12.& 34. *adde* Romani Hiſponis.

Homicida corrumpit hominem & ignem, duo maxima Promethei munera *contr.* 34. *in colore*

Homicida inſepultus abjiciatur *contr.*4. *lib.*8. *epit.*

Homicida ſui *ibid.*

Homicida ſui Cato *ibid.*

Homeri metaphraſis *ſuaſ.*1

Homeri verſus *cont.*7.*&* 8

de iis qui Honores petunt ambitioſe Cenſorini belliſſimum dictum *in fin. præf. lib.*3. *contr.*

quicquid aut Honoris aut præmii cauſa datur in utram partem ſumi liceat, alioqui deſinit præmium eſſe cui neceſſitas injungitur *contr.*8

Hoplomachi *in præf. lib.*3. *epit.*

Horatius Hetruſcus acies ſummovit corpore ſuo *contr.* 31. *in princ.*

Hortenſii cliens Pompeius *contr.*17

Hortenſii memoria *in præf. lib.*1. *contr.*

Hoſtem pop.R. nec veneno nec proditione vinci voluit *cont.*7. *lib.*4. *epit.*

Hoſtes patris lacrimis quandoque commoti *decl.*7. *lib.*7. *epit.*

Hybreas *contr.*8. 13.19. *&* 24

Hybreæ ſententia *ſuaſ.* 4. *&* *contr.* 29

Hybrias.

I.

IDiotiſmus eſt inter oratorias virtutes *in præf. lib.* 3. *contr.*

Imagines majorum feſtis diebus apertæ *contr.*21

Imitator nunquam fit par authori *in præf. lib.*1. *cont.*

Imperator crucifixus *cont.* 22

Imperator in bello ſummam poteſtatem habeat *contr.*7. *lib.*5

in Imperatoribus ſuis quam multa pop. Rom. tulerit *contr.* 25. *& decl.* 2. *lib.* 9. *epit.*

Implere controverſiam *in procœm. lib.*3. *contr.*

Implere locum *ibid.*

Impudica ſtetiſti ſic ornata ut populo placere poſſes, & ea veſte quam leno dederat *contr.*2

Impudicus concione prohibeatur *contr.*6. *l.*5. *epit.*

Inamabile *contr.* 20

Inceſta de ſaxo *contr.*3. *& decl.*3. *lib.* 1. *contr.*

Indenunciata arma *ſuaſ.*5

Indenunciata ſorte *ſuaſ.*2

Indiſcrete filius & privignus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

gnus *contr. 6. lib.4. epit.*
Infamis in nurum *contr.3. lib. 8. epit.*
Infatuare *ſuaſ.2. in fin.*
Ingenii laſſitudo occultior quam corporis *in procem. lib.1. contr.*
Ingenia magna in uno opere tantum non eminent *in procem. lib.3. epit. contr.*
Ingeniorum ſupplicia *in præf. lib.5. contr.*
Ingenium Ciceronis proſcribere non libuit triumviris *ibid.*
Ingenium immature magnum non eſt vitale *contr. 1. circa fin.*
Ingeniorum quotidiana decrementa *in præf. lib.1. contr.*
Ingeniorum imparitas unde *in præf.l.3. epit. cont.*
Ingrati ſit actio *contr.24. & decl.1. lib.9*
Inimicitiæ mortales eſſe debent *contr. 2. lib.5*
Injuriarum ſit actio *contr. 30. in princ.*
Innocentia magnum in periculis præſidiũ *cont.16*
Inſolitum omne etiam in turba notabile eſt *in præf. lib. 4. epit.*
In ſomniis prænunciantibus cognita res *contr. 22*
Inſpoliatus *contr.30*
Invidia nihil periculoſius *contr. 21*
Jovis Olympia.
Iphicrates reus.
Iphigenia an immolanda deliberatur *ſuaſ.3*
Iteratio earumdem rerum arguitur *contr.28*
Juba & Petreius *ſuaſ. 7. in fin.*
Judæi *ſuaſ.2*
Judex in foro cenſu legitur *contr.9*
Judex tabellam de reo latam revocare nequit *contr. 23. & decl.8. lib.7*
D. Julius Laberium in ludis productum equeſtri ordini reddidit *in contr. 18. & decl.3. lib.7. epit.*
D. Julii dictum victo Pharnace *ſuaſ.2*
Julii hoſpes *in procem. lib. 5. contr.*
Julii Baſſi ſententiæ. *vide ſupra in* Baſſi Julii.
in Julium Baſſum Ceſtii dicta *contr.3*
Julius Montanus. *vide* Montanus Julius.
Julii V. Othonis patris excerpta *ſuaſ. 8. vide* Junii Othonis.
Julius Sabinus homo urbaniſſimus *contr.27.* urbanitatis exempla *contr. 4. lib.9. epit. contr.*
Junii Baſſi ſententiæ *con.3*
Junii Gallionis ſententiæ *cont.1.2.5.10.11.13.14. 16.22.23.24.26.27.28. 30.31. & 33. vide ſupra* Gallio.
Junii Othonis patris ſententiæ *contr.1.15. & 18*
Junii Othonis vitium à Scauro notatum. *vide* Otho Junius.
Jusjurandum mariti & uxoris *contr.10*
Juſtus clemens Rhetor *contr. 11. in fin. diviſ.*
Juris quæſtio *cont.15.&20*
Jura per patris memoriam *in præf. lib. 3. contr.*
Jura naturæ apud piratas etiam ſacra ſunt *contr.16*
Jura naturæ magnis ſceleribus intereunt *contr.7*
Jura quædam non ſcripta, ſcriptis certiora *contr.1*
Jusjurandum jocoſum *contr. 10*
Juventutis deſidioſæ reprehenſio *in procem. lib.1. contr.*

L.

Laberius Pomponii vitium imitatus *cont.18*
Laberii jocus in Ciceronem *contr.8. in fin.*
Laberii mimi *cont.18. circa fin.*
Labienus Rabienus dictus *in præf. ib. 5. contr.* qui Labieni ſcripta comburenda cenſuit, ejus vivi ſcripta combuſta ſunt *ibid.*
Labienus cum recitaret hiſtoriam, magnam partem convolvit & dixit, quæ tranſeo poſt mortem meam legentur *in procem. lib.5. contr.*
Libris per inimicos combuſtis ſe vivum ſepulchro incluſit *ibid.*
Per multa impedimenta eluctatus ad ingenii famam pervenit *ibid.*
Labieni declamatio *contr. 23*
Laus *ibid.* reſcriptum pro Batillo Mæcenatis *ibid.* Sententiæ *contr.31.32. & 33*
Labor continuatus firmiores facit *contr.8*
Laconis capti verba *ſuaſ.2*
Lacones trecenti contra Xerxem miſſi deliberant de fuga *ſuaſ.2*
Laconum educatio *ibid.* ſine muris vivimus, ſine vita Laconis vincimus *ib.*
Lachrymæ nunquam opprimuntur imperio, ſed potius irritantur *contr.1. lib. 4. epit. contr.*
Lachrymæ pignora nolentium *contr. 23*
Lamia *contr. 21*
Laniſta *contr.23*
Laqueus inciſus *contr.1. lib.5. epit.*
Laſthenes Olynthum Philippo prodidit *cont.34*
Later-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Laternæ vocabulum ſordidum *in præf.lib.3. cont.*
Latina lingua non minus facultatis, licentiæ minus quam Græca habet *contr. 23*
Latinus Calumnia teſtis *contr. 27*
Latro orator. *vide* Porcius Latro.
Latronianus color *contr.7*
Lautumiæ *contr.34*
Lecticarius *contr.14*
Lectus Genialis in funebrem mutatus *contr. 6. lib. 6. epit.*
Lepidus declamator Neronis Præceptor *contr. 11. in fin.*
Lepidus vir egregius *in præf. lib.4. contr.*
Lepidus triumvirum ne quis putet male Antonio placuiſſe: alienæ dementiæ acceſſio : utriuſque collegæ mancipiũ, noſter dominus *ſuaſ.7*
Leonidæ ſententia *ſuaſ.2*
Lesbocles magni nominis ut filii mortem tulelit *ſuaſ.2*
Lesbocles Græcus *contr.8*
Lesboclis dictum *ibid.*
Lex Cornelia *contr.9. lib. 3. epit.*
Legis omnia verba in controverſiam vocanda *controv.2. in diviſ. Silo.Pom.*
Legis ſcriptum anguſtũ, interpretatio diffuſa.
Leges quæ argumentum præbuere declamationibus à Seneca relatis, & quæ in opere citantur.
Adulterum cum adultera qui deprehenderit, dum utrumque corpus interficiat, ſine fraude ſit *contr. 4. & decl. 4. lib. 1. epit. & decl. 1. lib. 9. epit.* Cœcus de publico accipiat mille denarios *cont. 1. lib.3. epit. contr.* Competitori liceat in competitorem dicere *contr.8. lib.5. epit. contr.* Cum filio tricenario pater patrimonium dividat *cont. 3. lib.3. epit.* De vi ſit actio *contr. 10. & decl. 5. lib. 9. epit.* De moribus ſit actio *contr.17. & decl. 2. lib.7.* Expoſitum qui agnoverit, ſolutis alimentis recipiat *contr.26. & decl.3. lib.9.epit.* Exulem tecto & cibo juvare non liceat *contr.2. lib.6. epit. contr.* Fur concione prohibeatur *contr. 6. lib. 10. epit. contr. & ſuaſ. 2.* Homicida inſepultus abjiciatur *decl.4. lib.8. epit.* Imperator in bello ſummam poteſtatem habeat *contr. 7. lib. 5.* Imprudentis cædis damnatus quinquennium exulet *contr. 2. lib. 6. epit.* Impudicus concione prohibeatur *contr.6. lib.5. epit. contr.* Inceſta de ſaxo dejiciatur *decl.3. lib.1. epit. decl. & contr. 3.* Injuriarum ſit actio *decl. 6. lib. 10. epit. decl.* Liberi parentes alant aut vinciantur *cont.1.7. decl.1. lib.1. epit. contr. & decl.7. ejuſdem libri. & decl. 4. lib.7. epit. contr.* Liceat adulterium in matre & filio vindicare *decl. 4. lib. 1. epit. contr.& contr.4.* Liceat filium ex ancilla tollere *contr.3. lib.6.epit.* Magiſtratus de confeſſo ſumat ſupplicium *contr. 23.* Majeſtatis læſæ ſit actio *decl.2. lib.9.epit.cont.* Major frater dividat patrimonium, minor eligat *contr. 3. lib. 6. epit.* Nocte portas aperire in bello non liceat *contr.7. lib. 5.* Pacta conventa legibus facta, rata ſint *decl. 3. lib.9. epit.contr.* Proditionis ſit actio *contr. 22.* Per vim metumque geſta irrita ſunto *contr. 11. & 8. lib. 4. epit.* Qui cœtum & concurſum fecerit, capitale eſto *contr. 8. lib.3.* Qui falſum teſtimonium dixerit, vinciatur apud eum in quem dixerit *cont.4. lib. 5. epit.* Qui patrem pulſaverit, manus ei præcidantur *contr. 4. lib. 9. epit. decl. contr.27.* Qui ſciens damnum dederit, reddat quadruplum, qui inſciens, ſimplum *contr.5. lib.5. epit.* Qui ter fortiter fecerit, militia vacet *decl.8. lib.1. epit.decl.10. contr.8.* Qui vim in judicio fecerit, capite puniatur *contr.5. lib.6.* Rapta raptoris aut mortem aut indotatas nuptias optet *contr.5. lib.1. epit. & contr.5. lib.5. epit.& cont. 3. lib.4. epit.& contr.* Raptor niſi ſuum & raptæ patrem intra trigeſimum diem exoraverit, pereat *contr. 11. decl. 3. lib. 2. epit.* Reip. læſæ ſit actio *contr.23. decl.4. lib. 10. epit. & decl. 5. lib. 10. epit. decl.* Sacerdos caſta è caſtis, pura è puris *decl.2. lib.1. epit. contr.& contr.2.* Servatus contra ſervatorem ne quam habeat actionem *contr. 9. lib.3. epit. decl.* Venefica torqueatur donec conſcios indicet *decl.6. lib.9. epit. decl. & cont.29.* Vir fortis quod præmium volet optet : plures judicio contendant *contr.31.*

&

& decl.2. lib.10. decl. Lexis.
Liberi patris trophæa *ſuaſor.*1
Liberi parentes alant aut vinciantur *contr.*17. *decl.* 1. *lib.*1. *epit. contr.decl.*7. *ejuſdem libri & decl.*4. *lib.* 7. *epit. contr.*
Nomina liberorum non reſponſura ſæpius appellare ſolatium *cont.* 1. *lib.* 4. *epit.*
Libertini præceptores Rhetorices *in præf. lib.* 2. *contr.*
Libros comburere res nova & inſueta *in præf. lib.* 5. *contr.*
Licent quædam, quæ tempore & loco mutato non licent *contr.* 25. *lib.* 4
Licinius Calvus. *quære* Calvus.
Licinii nepotis dictum *contr.*20. Sententia *contr.* 21. *in fin.* Inepta ſententia *cont.*23.*circa fin.* Stulta ſententia *ſuaſ.*2
Lictor meretricem ſummove *contr.* 25. Sacerdoti apparet *contr.* 2. Sacerdoti ſummovere juſſus *ibid.*
Ligarius à Cicerone defenſus *contr.* 33
Limo ſedere *ſuaſ.*1
Livius magnis viris funebres laudationes ſcripſit *ſuaſ.*7. *al. pars* 6
Livii Epitaphion Ciceroni redditum *ibid.*
Livii gener L. Magius *in præf. lib.*5. *contr.*
Livii narratio de Ciceronis fuga & morte. *quære* T. Livius.
Locus vel tractatio *contr.* 4. *in princ. diviſ.*
Locum implere *in præf. lib.*3. *contr.*
Lucius Agrippæ filius *controv.*12
Lucii color *contr.*11
Lucius Aruntius urget Albutium in judicio *in præf. lib.*3. *contr.*
Lucius Aſprenas *contr.* 8. *& in præf. lib.* 5. *contr.vide* Aſprenatis.
Lucii Lamiæ filius *contr.* 21. *circa fin.*
L. Magius Titi Livii gener *in præf. lib.*5. *contr.*
Lucius Vinicius ex tempore cauſas agit & ingenium in numerato habet *contr.* 13. *circa fin. & contr.*4. *lib.* 2. *epit.*
L. Vinicii cenſura de quodam Fabiani colore *cont.* 3. *circa fin.*
L. Vinicii excepta. *vide* Vinicius.
Lugens pauperis filius divitem ſequens *decl.*1.*lib.* 10. *epit.*1. *contr.*
Luculli avaritia.
Luculli luxuria *decl.* 2. *lib.*9. *epit.*
Luculli centurio Mithridatem occidere non potuit *contr.*16
Lunæ incrementum & decrementum *ſuaſ.*3
Lupa oblita feritatis velut fœtibus ſuis ubera præbuiſſe fertur *contr.* 33
Luxuria ingeniis mortifera *in præf. lib.*1. *contr.*
Luxuriæ deſcriptio *contr.* 10.*&* 14. ad delicias dementis luxuriæ lapis omnis eruitur *contr.*9
Luxurioſus à ſodalibus excæcatus *contr.lib.*3.*epit.*
Luxurioſi *contr.*14.*& decl.* 4. *lib.* 2. *epit. declam.*
Lycurgus *ſuaſ.* 2.*circa fin. contr.*12. *circa fin.*

M.

MÆcenas *ſuaſ.* 2
Mæcenas de Hyperbole *ſuaſ.*1
Mæcenatis dictum in Sabinum & Clodium Græce & Latine declamantes *contr.* 26. *in fin.*
Magiſterium matronarum in libidine *contr.* 2. *circa fin.*
Magiſtratus de confeſſo ſumat ſupplicium *contr.* 23
Magiſtratus Veſtali faſces ſubmittunt *contr.*3
Magius. *quære* L. Magius.
Majeſtatis actione vindicandum quicquid peccatur in eo quod ſub prætextu publicæ majeſtatis agitur *contr.* 25. *& decl.* 2. *lib.* 9. *epit. contr.*
Majeſtatis læſæ ſit actio *decl.* 2. *lib.*9. *epit. contr.*
Majeſtatem an lædat quiſquis in magiſtratum peccat *contr.* 26
Majeſtatem qui lædat 16
Maleficii inſcripti ſit actio *contr.*18
Major frater dividat patrimonium: minor eligat *contr.* 3. *lib.*6. *epit.*
Mamercus Scaurus. *vide* Scaurus.
Manlius animadvertit in filium *contr.* 3. *& decl.* 3. *lib.*10. *epit. contr.*
Manlii impotentia *decl.*2. *lib.*9. *epit.& decl.*3. *lib.*3. *epit.& cont.*25.*& cont.*32
Manus æruginoſa.
Manus pugnaces *contr.* 4. *in fin.*
Marcellus Æſerninus ſucceſſor eloquentiæ Aſianæ.
Marcellus Æſerninus nepos Pollionis *in præf. lib.* 4. *epit. contr.*
Marcelli Æſernini colores *contr.*17
Marcelli Æſernini ſententiæ *contr.*13. *item vide*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

de Claudii Marcelli.
Marcelli Marcii ſententia *contr.* 29
Marcelli Marcii mentio in ſcriptis Montani, narratio *contr.* 28
Marco Agrippæ ignobilitas exprobrata *contr.* 12
M. Bruti eloquentia lacerata *contr.* 30
M. Cato mori maluit, quam rogare vitam *ſuaſ.* 6. *in princ.*
M. Cato vivendi moriendique exemplum *ibid.*
M. Catonis divina vox de oratore *in præf. lib.* 1. *contr.*
M. Catoni furtum objectum. *vide* Cato.
M. Cicero in Metellum ſtrepit *contr.* 30
M. Lepidus. *vide* Lepidus.
M. Tullii Ciceronis filius Ceſtium flagris cecidit *ſuaſ.* 7
M. Tullii Ciceronis filius nihil ex paterno ingenio præter urbanitatem habuit *ſuaſ.* 7
Maria ſubmoventur projectis molibus *contr.* 5. *lib.* 5. *epit.*
Marillius Rhetor præceptor Latronis & Senecæ, homo ſatis aridus *contr.* 10. *in colore.*
Marillii ſententiæ *contr.* 1. 2. 3. 4. 10. 11. 17. 21. 32. *ſuaſ.* 1. *&* 2.
Marillii Colores *contr.* 1. 2. 10. dictum *contr.* 12. narratio *contr.* 17. ſententia à Latrone exoſculata *contr.* 2. veneficii damnatus Maſſiliæ docuit *contr.* 13
Mariſcæ *ſuaſ.* 2
Maritus omnis ſeculi miſerrimus *contr.* 15
Maritus uxorem tyranno pro ſe tortam ſterilitatis nomine dimittit *contr.* 13. *& decl.* 5. *lib.* 2. *epit.*
Mariti & uxoris jusjurandum *contr.* 10
Mariti petulantiam non timebit uxor, non verborum contumeliam, non pellicem, non repudium *decl.* 6. *lib.* 7. *epit. decl.*
Marinus exulem Minturnenſis palus non exhauſit *contr.* 17
Marius in crepidine qui viderat figuravit in ſella *contr.* 17
Marius ſuæ claritatis author *contr.* 6
Marius, ſupra crepidinem jacens Conſul *contr.* 1
Marium in carcere imperantem vidit Cimber *contr.* 17
Marius ſexto conſulatu Carthagine mendicat, ſeptimo imperat *contr.* 1
Mater cæca filium retinens *contr.* 19
Matrimonia grandia an onera *contr.* 9
Matrimonium omni adulterio turpius *contr.* 21. *circa princ.*
Matronæ pudicæ ornatus & inceſſus *contr.* 15
Matronarum in libidine magiſterium *contr.* 2. *ad fin.*
Mattea.
Maximus Stertinius *contr.* 9. *circa fin.*
Medicamentum malum, i. venenum *contr.* 18
Medicus privignus *cont.* 5. *lib.* 4. *epit. contr.*
Medici vetuerunt quenquam admitti *contr.* 28
Medici vim afferunt *contr.* 28
Medici ut vim morbi cognoſcant viſcera reſcindunt *contr.* 34
Medicina multi laboris & vigiliarum *contr.* 5. *lib.* 4. *epit.*
Mela *in præf. lib.* 5. *contr.*
Melæ laudatio & cohortatio *in præf. lib.* 2. *contr.*
Memoria, animi pars maxime delicata & fragilis *in præf. lib.* 1. *contr.*
Memoria tardior quorum ſtilus velox eſt *ibid.*
Memoriæ felicis aliquot exempla *ibid.*
Mendici debilitati *contr.* 33. *& decl.* 4. *lib.* 10. *epit.*
Mendicitate cenſeri *contr.* 14
Meneſtrati declamatoris ſententia corrupta *ſuaſ.* 1
Menſium decem alimenta matri reddere *contr.* 19
Menſularius *contr.* 24
Mentiri ſolenne amantibus *contr.* 10
Mentonis colores *contr.* 8. *&* 27
Mentonis ſententiæ *contr.* 5. 7. 14. 20. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 32
Meretrix crudelem facit *contr.* 25
Meretricium lenocinium *contr.* 15
Meretricum titulus & cellula *contr.* 2
Meſſalla Corvinus vocat Deillium deſultorem bellorum civilium *ſuaſor.* 1
Meſſalla exactiſſimi ingenii Latini ſermonis obſervator diligentiſſimus *contr.* 12
Meſſalla cognomentum vult dici non cognomen *ſuaſ.* 2. improbat Albutii ſententiam *contr.* 12. Virgilium corrigit *ſuaſ.* 2
Meſſalæ conſuetudo Gallionem interrogandi, nunquid plena Deo *ſuaſ.* 3. dictum in Latronem *contr.* 12. oratio diſertiſſima

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

ma pro Pytrodoro *ibid.*
ex Meſſallæ Corvini domo exiit Pollio, non ferens Ciceronis laudes recitantem *ſuaſ.7.al.pars 6.*
Meſſallæ Corvino ſcholaſtici Ceſtium & Latronem præferunt *in præf. lib. 3. epit. decl.*
Meſſius tertio cauſam dicens *contr.19*
Metellus cæcatus *contr. 2. lib. 4. epit.*
quis Metello nobilior *contr.30*
Metellus incendium extinxit in æde Veſtæ *decl. 1. lib.4. epit.*
Metellis Fabriciorum imagines patuerunt *cont.9*
Metrodorus *contr.34*
Militia vacet qui ter fortiter fecit *contr.8*
in Milonem recitaturus Ceſtius *in præf. lib. 3. epit.*
Miltiades Rhetor *contr.25*
Miltiades Græciæ ſervator, Perſarum vindex, Orientis domitor *contr.24.* peculatus damnatus in carcere deceſſit *ibid. & contr. 1. lib. 9. epit.*
Miltiadis cenſus Cimon filius *contr.24. & contr. 1. lib. 9. epit.*
nil tam Mimicum quam manifeſta præparatio *in præf. lib. 3. contr.*
Minerva Antonio deſponſa *ſuaſ. 1*
Minervæ ædes *decl. 5. lib. 10. epit. contr. & contr.34*
Minturnenſis palus Marium non exhauſit *contr. 17*
Miſeri plerumque ſuperſtitioſi *contr.23*
Miſericordia venali nihil turpius *in præf. lib.4. epit. contr.*
Miſſio *contr.29*
Mithridates venenum habuit *contr.18*
Mithridatem centurio occidere non potuit *controv. 16*
Mithridates parricida *ib. & decl. 1. lib.7. epit. cont.*
Moderatus declamator *in præf. lib. 5. contr.*
Montanus Julius egregius poëta *contr.16.*
Montanus Votienus toto animo ſcholaſticus erat *contr.20.* à Scauro Ovidius inter Oratores dictus *contr. 28. in fin. & decl. 5. lib. 9. epit.* à Vinicio accuſatus apud Cæſarem *contr. 20.* Cur nunquam declamaverit ne exercitatus quidem *in præf. lib. 4. contr.* Frequenter in ſcriptis ſuis Marcii Marcelli facit mentionem *contr.29.* Ineptias Rhetorum deridet *ibid.* probat Vibii Rufi ſententiam *cont.25.* Locum quendam pulcherrime tractavit *ibid.* Sparſi ſententiam arguit *contr.23*
Montanus rariſſimi, ſed non emendatiſſimi ingenii *contr.18. circa fin.*
Montani Votieni colores *contr. 29*
Montani Votieni oratio pro Galla Numiſia *cont. 28*
Montani Votieni quæſtiones *contr. 24. 25. 27. & 28.* ſententiæ *cont. 29. & 32.* Sententia à Vinicio deriſa *contr.20.* vitioſe dictum *contr.25*
Montani Votieni vitium earumdem rerum iteratio *contr. 29. & decl. 5. lib. 9. epit.* Ejus lumina orationis. *vide* Votienus Montanus.
Montaniana *contr.28*
Morbus vomicus *contr.12*
Morbi graves temerariis remediis curantur *contr. 5. lib. 4. epit.*
de Moribus ſit actio *contr. 17*
Morum humanorum varietas *contr.16*
Mors ultimorum malorum ſolatium *contr.2. lib.1*
Mortis multæ viæ *cont.16*
Mortem ſemper timere crudelius eſt quam mori *contr.5. lib.3. epit. contr.*
Mucius *contr.31*
Mucio Scævolæ *unde* cognomen.
Mucro pugnatorius *in præf. lib. 2. contr.*
Munerarii *in præf. lib. 4. epit.*
Muliebris garrulitas *contr. 13*
Muliebris pudicitiæ fundamentum *contr.15*
Muliebrium vitiorum fundamentum avaritia *contr. 15. & decl. 7. lib.2. epit. contr.*
Murrhedii Rhetoris obſcœnum dictum *contr.4.* ſtultiſſimus color *contr. 27.* Fatuæ ſententiæ *cont. 4. 20. 23. & 34.* Inſana ſententia *ſuaſ. 2.* Sententia à Ceſtio deriſa *in præf. lib. 5. contr.*
Murrhedii ſtupor *cont.17.* ſtupidum dictum *contr. 18.* tumidum dictum *contr. 25*
Murrhedii tetracolon *ib.*
Muſa Rhetor tumidus, multi ingenii, nullius cordis *in præf. lib. 5. contr.*
Muſæ ineptiæ *contr. 20*
Muſæ ſententiæ *contr.16. 18. 24. 25. 32. 34. 35*
Myoparo piratæ *contr. 2*
Mytrata concio *ſuaſ. 2*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

N.

NArbonenſis colonia *contr.* 20
In Narratione, coloris inſtrumenta non conſumenda *decl. lib.* 4. *epit. in fin.*
Naſo Arellii Fuſci & Latronis auditor *decl.* 2. *lib.* 2. *epit.* bonus declamator *contr.* 10
Naſo tutos voluit verſus quos amici rogarunt ut tolleret. Multas Latronis ſententias in ſuos verſus tranſtulit *contr.* 10 non ignoravit vitia ſua in carminibus *ibid.* quales controverſias declamaverit *ibid.*
Naſonis epiphonema *controv.* 33. *in fin.* Oratio velut ſolutum carmen *controv.* 10. tragœdia & ex hac verſus *ſuaſ.* 3. *vide* Ovidius.
Natura duplex *ſuaſ.* 3
Naturæ jura apud piratas ſacra *contr.* 16
Naturæ jura magnis ſceleribus intereunt *contr.* 7
Naufraga ratis *contr.* 16
In navigiis parva materia ſeparat à fato *ibid.*
Navis exarmata *ibid.*
Neceſſitas magnum humanæ infœlicitatis patrocinium *contr.* 27
Neceſſitas quicquid cogit, defendit *ibid.*
Neceſſitas lex temporis *contr.* 4. *lib.* 5. *& contr.* 15
Negotiator peregrinus *contr.* 7. *lib.* 2. *epit. contr.*
Nemora in culminibus mentita *contr.* 5. *lib.* 5. *epit.*
Nepos ex meretrice ſuſceptus adoptatur *cont.* 12
Nepos Mamilius *contr.* 21
Nepos Licinius. *Vide* Licinius.
Neronis præceptor Lepidus *contr.* 11
Nicetes *contr.* 4. 5. 7. 8. 25. 31. 33. 34. *& ſuaſ.* 2
Nicetes Albutium antecedit ſententia pulcherrima *contr.* 4. *in fin.*
Nicetes, plena Deo *ſuaſ.* 2
Nicetis ſententia *contr.* 25
Nicetem diſcipuli audire contenti *ibid.*
Nicocrates Lacon aridus & exſuccus declamator *contr.* 20. *in fin.*
Niger *ſuaſ.* 7
Niger Brutidius *controv.* 9 *Vide* Butridius.
Nobilium origo ab humilibus *contr.* 6
Notha denunciatur.
Nothi mater lecta pro parte.
Novercales oculi *decl.* 6 *lib.* 4. *epit.*
Novorum cupiditas *in præf. lib.* 4. *epit.*
Nox concubia *contr.* 16
Numantia magno tempore ante Carthaginem deleta *ibid.*
Numantinum bellũ *controv.* 8
Numenio veloces pedes, lentæ manus *in præf. lib.* 3. *epit. decl.*

O.

OBſcœni & impudici aliquando officioſi dicti *in præf. lib.* 4. *epit.*
Obſcœnitas verborum & ſenſuum vitanda declamatori *contr.* 4
Oceanus rerum extremum *ſuaſ.* 1
Oceani deſcriptio *ibid.*
Octavia Antonii uxor *ſuaſ.* 1. Sic offendere nihil crudelius, ut magis ſis offenſurus ſi ſatisfeceris *contr.* 12. *in fin.*
Odoratus imber *in præfat. lib.* 5. *contr.*
Officioſi impudici & obſcœni *in præf. lib.* 4. *epit.*
Officium non eſt beneficium *contr.* 13
Officium mihi non facis jocoſum *in præf. lib.* 4 *epit.* in officiis verſari *ib.*
Olympia parricidiis abſoluta *decl.* 3. *lib.* 5. *epit.*
Olynthius à pictore tortus *contr.* 34
Olynthiis conceſſum ut eodem loco eſſent quo & Athenienſes *contr.* 34
Olynthus capta à Philippo *decl.* 8. *lib.* 3. *epit.*
Omen infœlix navigationis *contr.* 16
Omen navigaturis *ibid.*
Omina nuptiis *contr.* 33 *& decl.* 4. *lib.* 10. *epit.*
Opera honeſta voluntas inchoat, occaſio perficit *contr.* 7. *lib.* 4. *epit.*
Oppius Flama Proconſul *contr.* 27. *& contr.* 4. 9. *epit.*
Optio mutanda raptore convicto *declam.* 8. *lib.* 7 *epit. & contr.* 23
Oraculum quid *in præfat. lib.* 1. *contr.*
Oratio cenſoria *in præfat. lib.* 3. *epit. decl.*
Orator non ex declamationibus æſtimandus *ib.*
Oratoris definitio ſecundum Latronem *in præf. lib.* 3. *epit. decl.*
Oratores alii à Rhetoribus *contr.* 16
Oratorum & declamatorum de colore diſputatio *ibid.*
Oratorium robur *in præf. lib.* 1. *contr.*
Orba poſt laqueum ſacrilega *contr.* 23
Oſcus nihil ſine ſchemate dixit, ideoque urbane à Pacato ſalutatus fuit *in præf. lib.* 5. *contr.*
Oſci ſenſus *contr.* 33. Sententia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

tentia *contr.* 30. 32. 35. *&* *ſuaſ.* 1. *in princ.* Color *contr.* 31. color Gallioni improbatus *contr.* 30
Oſculo rogaſti *contr.* 2
Oſſa patris inter nuptias ne referantur.
Oſſifragus *contr.* 33
Otho Junius pater ex ſomniatoribus totus, ubi color defecerat ſomniũ narrabat *contr.* 22. *circa fin.* colorum libros edidit *controv.* 9. *& decl.* 1. *lib.* 2. *epit.*
Otho deciſus *controv.* 34 quas controverſias bene dicere ſolitus *controv.* 9 Quos colores adhibere ſolitus *contr.* 9
Othonis Junii patris color *contr.* 9. 22. *& decl.* 8 *lib.* 4. *epit.* Color inſulſus *contr.* 3
Othonis Junii libri quatuor colorum à Gallione Antiphontis libri vocati *contr.* 9. *& decl.* 1. *lib.* 2. *epit.* *Vide* Junii Othonis.
Otryades *ſuaſ.* 2. Scaurus Montaninus inter Oratores Ovidium nuncupabat, quod neſciret quod bene ceſſiſſet relinquere *contr.* 28. *in fin.*
Ovidius ſeculum ſuum non artibus tantũ amatoriis, ſed ſententiis etiam implevit *controv.* 16 *& contr.* 7. *lib.* 3. *epit. decl.*
Ovidii verſus *contr.* 10. 28. 33. *& decl.* 7. *lib.* 3. *epit. declam.*
Ovidii cenſura de verſibus quibuſdam Varronis *contr.* 16

P.

PAcatus Rhetor Oſcum ſchemate ſalutat *in præf. lib.* 5. *contr.*
Pacta conventa legibus facta, rata ſint *contr.* 26 *& decl.* 3. *lib.* 9. *epit. decl.*
Pædagogia *contr.* 9
Pædagogus *contr.* 6. *lib.* 4 *epit. decl.*
Palladium *contr.* 2. *lib.* 4 *epit. contr.*
Pallium & toga *contr.* 26
Pammenes ex bonis declamatoribus *contr.* 4
Pancratiaſtæ fratres *contr.* 3. *lib.* 4. *epit.*
Papirii Fabiani ſententiæ *contr.* 10. 11. 12. 13. *reliqua vide in* Fabianus.
Pares rationes facere *controv.* 24
Paria nova *in præf. lib.* 4 *epit.*
Parricida æquis ſententiis abſolutus *contr.* 2. *lib.* 3 *epit.*
Parricidii damnatus alligans fratrem *contr.* 4. *lib.* 5. *epit.*
Parrhaſii pictoris Athenienſis Prometheus *controv.* 34. *& decl.* 5. *lib.* 10. *epit.*
Paſſienus vir eloquentiſſimus & primus ſui temporis orator *contr.* 13 Actionis ſubtilitatem in Latrone improbat *ibid.*
Paſſienus primo loco ſtans: à ſcholaſticis Cæſtio & Latroni poſtponitur *contr.* 13. improbat colorem Arellii *contr.* 17. colorem quendam improbat *contr.* 27
Paſſieni bellum dictum *contr.* 20. Color *contr.* 16. Diviſio *contr.* 27
Paſſieni in orando inæqualitas *in præf. lib.* 4. *epit.*
Paſſieni nomen in obſcœnum mutatum *in præf. lib.* 5. *contr.*
Paſſieni ſententiæ *cont.* 26. 32
Paſſieno commendatus à Cæſare Aſinius Pollio *contr.* 34
Paſtor Aetius Senator apud Ceſtium declamat *contr.* 3
Pater à ſepulchro liberorum à luxurioſo raptus *contr.* 1. *lib.* 4. *epit.*
Pater & filius luxurioſi *decl.* 6. *lib.* 2. *epit. & contr.* 14
Pater exul fundo prohibitus *contr.* 2. *lib.* 6. *epit.*
Pater filio manus præcidere jubet *contr.* 7
Pater patrimonium dividat cum filio tricenario *contr.* 3. *lib.* 3. *epit.*
Patris & avi differentia *contr.* 8. *& decl.* 5. *lib.* 9
Patrem qui pulſaverit manus ei præcidantur *decl.* 4. *lib.* 9. *epit. decl. & contr.* 27. *in princ.*
Pater à filio ſanari debet, non regi *contr.* 11. *in diviſ.*
Patre exule filia rapta *controv.* 3. *lib.* 4. *epit.* Inter patres & filios id tantum licet quod oportet *decl.* 5 *lib.* 4. *epit. contr.*
Paternus declamator *in præf. lib.* 5. *contr.*
Patriciorum nobilitas ut propagata *contr.* 9
Patrimonium major frater dividat, minor eligat *contr.* 3. *lib.* 6. *epit.*
Patronus *contr.* 17
Patronus & advocatus *contr.* 27
Patronus operas remiſſas repetens *contr.* 8. *lib.* 4 *epit.*
Patruus abdicans *decl.* 1 *lib.* 1. *epit. contr. & contr.* 1
Paulus Avidienus *cont.* 17
Pauperis filius lugens, divitem ſequens *contr.* 30 *& decl.* 1. *lib.* 10. *epit. contr.*
Pecunia malorum cauſa *contr.* 14

Pedo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Pedo. *vide* Albinovanus.
Penetralia *contr.* 21
Peregrinus negotiator *controv.* 15. *& decl.* 7. *lib.* 2. *epit.*
Perſicæ potentiæ vindex.
Perſica trophæa an tollenda deliberatur *ſuaſ.* 5
Peſtifera pondere ſubſidunt, innoxia ſuſpenduntur.
Petreius & Juba *ſuaſ.* 7. *in fin.*
Phaneus.
Pharnaces victus *ſuaſor.* 2 *in fin.*
Phidias fecit Jovem tonantem, & Minervam expreſſit, concepit deos & exhibuit *contr.* 34
Phidias amiſſis manibus *ibid.*
Phileros.
Philippus Olynthios captivos vendit *contr.* 34
Phintias.
Phocion pauper *contr.* 9
Phraſis *in præf. lib.* 3. *contr.*
Pietas *ſuaſ.* 7
Piratarum feritas & latrocinium *contr.* 6
Πίϑηκος *contr.* 26
Planci ſummi declamatoris judicium de quodam dicto Latronis & Lesbocles *contr.* 8
Platonis oratio pro Socrate ſcripta, nec patrono nec reo digna eſt *in præf. lib.* 3. *epit.*
Plena Deo. *ſuaſ.* 3
Plotius primus Latinus Romæ Rhetor *in præfat. lib.* 2. *contr.*
Plocion Rhetor *ſuaſ.* 1
Poëtæ Romani quæſtiones à Græcis dictas ſubripiunt *decl.* 1. *lib.* 9. *epit.*
Pollio. *vide* Aſinius Pollio.
Pompeius Magnus *contr.* 6
Pompeius contra piratas *contr.* 8
Pompeius ſe Hortenſii clientem fatetur *cont.* 17
Pompeii capite allato Cæſar oculos avertit *contr.* 32. *in princ.*
in Pompeium carmen compoſitum *contr.* 31
Pompeii Silonis ſententiæ *contr.* 1. 2. 5. 6. 11. 14. 16. 18. 26. 27. *ſuaſ.* 1. 2. 6. 7
Pomponius Atellanarum ſcriptor *contr.* 18. *circa fin.*
Pontifex Maximus caſtigat ſacerdotem redimentem aliquam è lupanari *contr.* 2
Popilius parricida à Cicerone defenſus *contr.* 17
Popilius Ciceronis interfector *ſuaſ.* 6
Popilius à paucis traditur Ciceronis interfector *contr.* 17
Populus Rom. nec veneno nec proditione vinci hoſtem voluit *contr.* 7. *lib.* 4. *epit.*
Pop. R. victor omnium gentium *contr.* 9
Porcellus Grammaticus ſolœciſmi arguit C. Severi carmen *ſuaſ.* 2
Porcius Latro è primo Rhetorum tetracolo *in præf. lib.* 5. *contr.* Declamationum exemplum, non magiſter *contr.* 25. diſcipulus Manlii Rhetoris *in præf. lib.* 1. *contr.* Sodalis & amicus Senecæ *ibid.*
Porcius Latro aiebat ſe ſcribere in animo *ibid.* Græcos contempſit & ignoravit *contr.* 33. audiendi negligentiā ſcholaſticis improbat *cont.* 19. quo dicebat impetu, ſcribebat *in præf. lib.* 1. *contr.* in convivio diſputare non ſolitus, at aliquando ex tempore declamare *in præf. lib.* 5. *contr.*
Porcius Latro Pollioni Meſſalæ & Paſſieno præfertur à ſcholaſticis *in præf. lib.* 3. *epit. decl.*
pro Ruſtico Porcio reo dicens ita fuit confuſus ut à ſolœciſmo inciperet *in præf. lib.* 4. *contr.* declamabat, nunquam declamantes audiebat *cont.* 25. quod imbecillum eſt quæſtionis loco non ponit *contr.* 11. in quadam controverſia prius defendit quam accuſavit *contr.* 20. Quale ſchema probet *controv.* 1. ſedens ſententiam quandam dixit *ſuaſ.* 1. à ſententia inepte tumultuoſa vindicatur *contr.* 25
Porcius Latro colorem quendam probat *contr.* 8. colores nonnullos improbat *ibid.* Blandi diviſiones improbans à Buteone arguitur *contr.* 13. Buteonis colorem improbat *contr.* 1. Marillii ſententiam exoſculatur *contr.* 2
à Pollione Aſinio notatur *contr.* 1
Popilii accuſationem improbat eundemque de moribus accuſat *cont.* 17. Silonem improbat *contr.* 14. *&* 23. Triarii ſententiam damnat *contr.* 6
Porcii Latronis auditor Abronus Silo *in præf. lib.* 1. *contr.*
Porcii diſcipuli contumeliæ cauſa auditores dicti *contr.* 25. *circa fin.*
Porcii Latronis imitatores Ovidius *contr.* 10. Sparſus *in præf. lib.* 5. *contr.*
Porcii Latronis colores *contr.* 1. 2. 4. 6. 7. 8. 9. 11. 12. 13.

12.13.16.17.18.21.22. 23.24.29.30.31. Comparatio cum Lesbocle *contr.*7
Porcii corpus natura ſolidum *in præf. lib.*1. *decl.*1. *ſuaſ.*1. Dicta *contr.*1. Diviſiones *contr.*2.3.4.11. 12.14.16.19.21.24.26. 30.31
Porcii error inexcuſabilis *contr.* 12. Ingenium divinum *in præf. lib.*1. *cont.* genus exercitationis *ibid.* memoria & natura felix *ibid.* opinio de colore & quæſtione *cont.*5. præcepta *contr.*11.19.*&* 22. quæſtiones *contr.*1.5.6. 9.13.23.28.32
Porcii Latronis ſententiæ *contr.*1.2.3.4.5.6.7.8.9. 10.11.12.13.14.15.16. 17.18.20.21.22.23.24. 25.27.28.29.30.32.33. 34.35.*& ſuaſ.*2.*&* 6
Porcii Latronis ſubtilitas in dicendo *in præf. lib.*1. *contr.*
Porcii Latronis ſententia celebris *cont.*12. ſententia è poëtæ verſibus *ſuaſ.* 2. ſententiæ tumidæ *ſuaſor.*6. tractatio *contr.*5
Porcii Latronis vox *in præfat.lib.*1. *contr.*
Porcio Latroni modus defuit in ſtudiorum intermiſſione, repetitione, ac continuatione *in præf. lib.*1. *contr.*
Porcio Latroni de colore controverſiam fecit Turrinus Clodius *in præf. lib.* 5. *contr.*
in Porcium Latronem dictum Meſſalæ *contr.*12
in Porcio Latrone actionis ſubtilitas improbatur *contr.*13
Porſena Rex *contr.*4.*lib.*8. *epit. contr.*
Portas nocte aperire in bello non liceat *contr.*7. *lib.*7. *epit. contr.*
Poſmos *contr.*13
Poſitio controverſiæ *contr.* 30
Poſtulare ingrati *in præf. lib.* 3. *epit. contr.*
Poſtulare ut Prætor nomen recipiat *contr.*33
Potamon magnus declamator Mitylenis à funere filii declamavit *ſuaſ.*2
Potatus *contr.*9
Potentia omnis nimia ſaluberrime brevitate conſtringitur *contr.*23
Potio ex parte mortifera *contr.*4. *lib.* 4. *epit.*
Præcucurri *contr.*29
Præmium eſſe deſinit cui neceſſitas injungitur *controv.*8
Præparatio manifeſta mimica *in præf. lib.*3. *contr.*
Præſagiis quibuſdam prænunciantibus *contr.*22
Præſidia magna non ſunt conſumenda *contr.*8
Prætexta ſordida *contr.*28
Prætexta toga, prætorio uti licet diebus feſtis *controv.*25
Prætor iter flexit à conſpectu exulis *contr.*17
Prætor ſacerdoti via cedit *contr.*2. & Veſtali *contr.* 8. *lib.*6. *epit. contr.*
Prætoris crudelitas *cont.*25
Prætores varii *in præf. lib.* 3. *epit.*
Prætoris cujuſdam ſententia obſcœna *contr.*4
Prævaricationem paciſci *contr.*29
Priami virgo *ſuaſ.*3
Privignus ab avo raptus novercæ *contr.*28.*& decl.* 5. *lib.*9. *epit.*
Privignus medicus *cont.*5. *lib.* 4. *epit.*
Probationes *in præf. lib.* 3. *controv.*
Problemata φιλοσοφούμενα *contr.*3
Proditionis ſit actio *contr.* 21
Proditione hoſtem vincere noluit P. Rom. *contr.* 7. *lib.* 4. *epit.*
Proditorem cavete *contr.* 22. *& decl.* 7. *lib.* 7. *epit. decl.*
Prohomo *contr.*34
Prometheus Parrhaſii *ib.*
Promethei duo maxima munera *ibid.*
Pronunciatio hiſtrionis *in præf. lib.*3. *epit.*
Proœmium *contr.* 35
Publiana ſententia *cont.*18
Publius Mimus defenditur à C. Severo *ibid.*
Publii Mimographi verſus aliquot *ibid.*
P. Aſprenatis colores & dictum *controv.* 4. *in fin. contr.*3.11.*&* 16
P. Aſprenatis ſententiæ *contr.*1. 2.8.9.14.23.25. *vide* Aſprenatis.
P. Vinicii ſententiæ *contr.* 2.*&* 4
Pudicæ ſæpius ſunt quibus mala facies, non quia animus, ſed quia corruptor deeſt *contr.*9
Pudicitiæ fructus *contr.*15 nulla ſatis Pudica de qua quæritur *contr.*2
Pudicitia precaria, tot intraverunt cellam tuam juvenes ebrii, gladiatores *contr.* 2
Puer publicus *contr.*12
Pugnatorius mucro *in procœmio contr. lib.*2
Pulcher Catonem furti accuſat *contr.*30
Puleium res ſordida *in præf. lib.* 3. *contr.*
Punitius nove ſumpſit ab omnibus bene dicta *contr.* 4
Pur-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Purgamenta *contr.25*
Pyctes *contr.3*
Pylades Pantomimus *in præf. lib.3. epit. decl.*
pro Pythodoro oratio Meſſalæ *contr.12*

Q.

QUæſtio & tractatio *contr. 1*
Quæſtio eſt quæ argumentis impleri poteſt *contr.5*
Quæſtio ex perſona & ex re *contr. 28*
Quæſtio Græcorum improba *contr.7*
Quæſtio improba in cauſa verecunda non eſt tentanda *contr.19*
Quæſtio juris & æquitatis *contr.19.& 23*
Quæſtio omnis implenda tanquam acceſſio, non tanquam ſumma *in præf. lib.3. contr.*
Quæſtio vocalis *contr.14*
Quæſtiones Albucii quales *in præf. lib.3. contr.*
Quæſtiones multæ Græcis ſubreptæ *contr.11*
Quæſtiones quædam inter res judicatas referendæ *contr.11*
Quæſtionum numerus minuendus *contr.22*
Quintilianus declamator *in præf. lib.5. contr.*
Quintiliani ſenſus *cont.33*
Quinquennis teſtis in procuratorem *contr. 20. & decl. 5. lib.7. epit.*
Q. Fuſcus *contr.7. vide* Arellius Fuſcus.
Q. Haterius pulcherrima uſus imagine *cont.6.in fi.*
Q.Haterii ſententiæ *contr. 16.17.23.& 29.ſuaſ.6. & 7*
Q. Pius *contr. 7*
Quotidianum diurnum *contr.33*

R.

RAbienus qui ante Labienus, ſic dictus, quia paſſim ordines hominesque laniabat *in præf. lib.5. contr.*
Rapta raptoris mortem aut indotatas nuptias optet *decl.1.lib.1. epit.decl. 8. lib.7.epit.contr.5. lib.3. epit.*
Raptam continens pater *contr. 5. lib. 3. epit.*
Raptarum duarum, altera mortem, altera nuptias optat *contr. 26. & decl.5. lib.1. contr.*
Raptor duarum *ibid.*
Raptor patrem ſuum non exorans *contr. 11. & decl. 3. lib.2. epit.*
Raptor niſi ſuum & raptæ patrem in 30 diem exoraverit, pereat *decl. 3. lib. 2. epit. & contr.11*
Raptor ſerotinus, reſiduus *contr. 23*
Raptore convicto optio mutanda *cont.25.& decl. 8. lib.7. epit.*
Raptus in veſte muliebri *contr.6. lib. 5. epit.*
Rationes pares facere *contr. 24*
Raucorum centum vocem habes *contr.7. ad fin.*
Regulus *contr.7. lib.5.epit.*
Remedia graviora periculis *contr.7. lib.6. epit.*
Reſp. quando læſa dicitur *contr.33. & 34*
Reip. læſæ actio.
Reſcriptum *in præf. lib.5. contr.*
Reſiduus raptor *contr.21*
Res tuas tibi habe *ſuaſ.1*
Res ſecundæ mire ſunt vitiis obtentui *decl.1.lib.9. epit.*
Rhetor Latinus primus Romæ docuit Plotius *in præf. lib. 2. contr.*
Rhetores alii ab oratoribus *contr.16*
Rhetorices præceptores olim libertini *in præf. lib. 2. contr.*
Rogandi genus eſt rogare non poſſe *contr.33*
Romæ ſchola tentata Summo illi qui Judæos ſubegerat *ſuaſ.2*
Romanæ gentis origo *controv. 33*
Romani Hiſponis ſententiæ, *vid.* Hiſpo Romanus.
Romanus pop. victor omnium gentium *contr.9*
Rom. populus ſolum Ciceronis ingenium par ſuo imperio habuit *in præf. lib.1. contr.*
Romulus *contr.17*
Rufus Vibius antiquo genere dixit *contr.25*
Rufi Vibii color *contr. 9. 11.14.30*
Rufi Vibii excerpta *cont.9*
Rufi Vibii ſententia à Ceſtio examinata *contr. 29*
Rufi Vibii ſententia probata Montano *contr. 75.* ſententia ſordidioris notæ *ibid. quære* Vibii Rufi.
Rugas ſcindere *contr.7*
Ruſticus Porcius propinquus Latronis *in præf. lib. 4. contr.*

S.

SAbinæ plures ſunt *controv.5. & decl.5. lib.1. epit.*
Sabinus in ſuis periculis ac miſeriis jocatur *contr. 27. & decl.3. lib.9. contr.*
Sabini urbanitatis exempla *decl.5. lib. 9. epit. & contr.27*
Sabini Aſidii Rhetoris ſcurrile dictum *ſuaſ.2*
in Sabinum Clodium uno die Græce & Latine decla-

declamantem multa urbane dicta *contr.* 26. & *decl.* 4. *lib. epit. contr.*
Sacerdos caſtigatus à S. Pontifice ſi quem è lupanari redemiſſet *contr.* 2
Sacerdos integri ſit corporis *contr.* 2. *lib.* 4. *contr.*
Sacerdos caſta è caſtis, pura è puris *decl.* 2. *lib.* 1. *epit. contr.* & *contr.* 2
Sacerdos nonniſi per Veſtem jurat *contr.* 8. *lib.* 6. *epit.*
Sacerdos proſtituta *contr.* 2. & *decl.* 2. *lib.* 1. *epit.*
Sacerdoti reverentia debetur *contr.* 2
Sacerdoti nocet mater inceſta *ibid.*
Sacerdoti lictor ſummovere, prætor via cedere, Conſules imperiū ſummum concedere ſoliti *contr.* 2
Sacerdotium proſtitutæ liberis non datur *contr.* 2
Sacrarium *ibid.*
Saguntini *contr.* 27
Saguntina fames *ibid.* patres non tantum ceciderunt, ſed & occiderunt *ibid.*
Salaputium diſertum *controv.* 19
Saluſtius paucis funebres orationes compoſuit *ſuaſor.* 7. *al. pars* 6
Saluſtii orationes in honorem hiſtoriarum leguntur *in præf. lib.* 3. *epit. contr.*
Saluſtii ſententia vincens Thucydideam brevitatem *contr.* 24
Samnitum munera Fabricius non accepit *cont.* 9. & 2. *lib.* 5
Sanguinarius *contr.* 8
Saconius Rhetor *ſuaſ.* 2
Saturnius Furius majus nomen in foro quam in declamationibus habuit *contr.* 21
Saxæ *ſuaſ.* 7
Scæva *in præf. lib.* 4. *epit. decl.*
Scaurus Mamercus magni, ſed neglecti ingenii *in præf. lib.* 5. *contr.*
Scaurus Mamercus majeſtatis reus *ſuaſ.* 2
in hoc familia Scaurorum extincta eſt *ibid.*
Scaurus Mamercus diſertiſſimus & venuſtiſſimus nullius ſtultitiam impunitam tranſire paſſus eſt *contr.* 4
Scaurus Montanum inter Oratores Ovidium vocat *contr.* 28. *in fin.* & *declam.* 5. *lib.* 9. *epit.*
Scauri dictum *cont.* 30. verum dictum *contr.* 28. & *decl.* 5. *lib.* 9. *epit.*
Scauri jocus in Junii Othonis vitium *contr.* 9. orationes ſeptem combuſtæ *in præf. lib.* 5. *controv.* ſententia *contr.* 31
Scaurorum familia in quo extincta *ſuaſ.* 1
Schema Albutio periculoſum *in præf. lib.* 3. *cont.*
Schemata non decori, ſed ſubſidii cauſa inventa *in præf. lib.* 1. *contr.*
Schola quaſi ludus eſt, forum harena *in præf. lib.* 3. *epit.*
Scholæ, obſoleta & ex quotidiano uſu repetita verba refugiunt *in præf. lib.* 4. *epit.*
Scholaſtica ſupervacua *ſuaſ.* 2
Scholaſticus videri non vult Albucius *in præf. lib.* 3. *contr.*
Scholaſticorum corruptum judicium de diſertis viris *in præf. lib.* 3. *epit. decl.*
Scholaſticorum morbus.
Scholaſticis audiendi negligentia exprobrata *controv.* 19
Scipio Æmilianus *contr.* 8
Scipio Gracchi inimicus, poſtea ſocer *contr.* 2. *lib.* 5. *epit.*
Scipio victus victoris vocem emittit *ſuaſ.* 6
Scipionum & Æmiliorum familias adoptio miſcuit *contr.* 9
Scobs in convivio ſparſa *contr.* 25
Sedens controverſiæ quæſtiones proponebat Latro *ſuaſ.* 1. *in præf. lib.* 1. *contr.*
Sedens dicere incipiebat Albutius *in præf. lib.* 3. *contr.*
Segrex exprobrator *contr.* 21
à Seiano circumſcriptus Attalus Stoicus ſolum vertit *ſuaſ.* 2
Sellis duabus ſedere *contr.* 18. & *decl.* 3. *lib.* 7. *epit.*
Senator poſt ſexageſimū & quintum annum in curiam venire non cogitur, nec vetatur *contr.* 8
Seneca pater amicus & ſodalis Porcii Latronis Alfium declamantem audit *controv.* 1. *prope fin.* diſcipulus Marillii Rhetoris *in fin. præfat. lib.* 1. *contr.* eloquentia claros audiit *ibid.*
Senecæ patris memoria excellens & bonæ fidei *ibid.*
Senecæ inſtitutum in controverſiis *ibid.*
Senecæ, quo minus Ciceronem audiret non ætas, ſed bella civilia obſtiterunt *ibid.*
Senecio *ſuaſ.* 2
Senecio non niſi grandia habere

habere volens, ideoque Grandio dictus *ſuaſ.* 2
Seianus in Sabinū *cont.* 27
Seniani ſtultæ & inſanæ ſententiæ *contr.* 25. *in fin.* & *contr.* 2. *lib.* 5. *epit.*
de Seniano dictum *contr.* 2. *lib.* 5. *epit.*
Sententia abſolutoria *controv.* 2. *lib.* 6. *epit.*
Sententiæ albæ *in præf. lib.* 3. *contr.*
Inter pares ſententias mitior vincat *decl.* 5. *lib.* 1. *epit. contr.*
Sententiæ declamationum *in præf. lib.* 1. *contr.*
Sententiarum alienarum ſurreptio arguitur *con.* 34
Sententiis æquis parricida abſolutus *con.* 2. *lib.* 2. *epit.*
Senum amor *contr.* 10
Sepulii Baſſi colores *contr.* 16. & 22
Sepulii Baſſi ſententiæ *contr.* 16. & 17
Sepeliri non poſſe quid in morte miſerius *contr.* 4. *lib.* 8. *epit.*
Sepultura omnibus natura data *cont.* 4. *lib.* 8. *epit.*
perdideras Sepulturā Curti, niſi in morte reperiſſes *contr.* 4. *lib.* 8. *epit.*
Serotinus raptor *contr.* 21. *ad fin.*
Servatus à filio *contr.* 16
Servatus contra ſervatorem ne quam habeat actionem *contr.* 16
Servius rex *contr.* 21. & *declam.* 6. *lib.* 7. *epit. contr.*
Servii regis humile nomen *contr.* 21
Servus extra convivium abductus verberatur *controv.* 25
de Servo ſupplicium non ubique, neque à quovis ſumitur *contr.* 25
Severus Caſſius cur ſibi impar in declamationibus *in præf. lib.* 3. *epit.*
Severus Caſſius nunquam ſine commentario dixit *ibid.*
Severi Caſſii laus & genus dicendi *ibid.* dictum in Fabium Maximum *contr.* 12. *reliqua habes in* Caſſius Severus.
Sextilium Enam poëtam Ciceronis encomium recitaturum Pollio Aſinius fugit *ſuaſ.* 6. *al.* 7
Sextii auditor Fabianus *in præf. lib.* 2. *contr.*
Silentio manu facto Sabinus inquit *decl.* 4. *lib.* 9. *epit.*
Siciliæ dominus *contr.* 8. *lib.* 5. *epit. contr.*
Silii Sparſi ſententiæ *controv.* 3
Silii Baſſi ſententiæ *contr.* 6. & 7
Silo Pantomimus fabulas ſcripſit *ſuaſ.* 2
Silo Gavius. *vid.* Gavii Silonis.
Silo Pompeius ſedens facundus eſt, ſed male declamat *controv.* 21. in vitium incidit *cont.* 25. per patronum accuſat patrem *controv.* 14. Triarii ſenſum improbat *cont.* 11
Silonis Pompeii color Latroni diſplicens *contr.* 23
Silonis Pompeii colores *contr.* 1. 2. 4. 7. 9. 17. 21. 23. 26. 33
Silonis Pompeii declamatio *contr.* 29. Declamatio Ceſtianæ præpoſita *ſuaſ.* 7
Silonis Pompeii diviſiones *contr.* 8
Silonis Pompeii locus communis in affectantes ſcientiam *ſuaſ.* 2
Silonis Pompeii quæſtiones *ſuaſ.* 6. *controv.* 7. 10. 11. 25. 31. *vide* Pompeii Silonis.
Simulatio luxuriæ ſignificanda, an profitenda *contr.* 14
Siſenna provocat Hortenſium ob memoriam *controv.* 9
Soleas poſcere *contr.* 25
Soles *ſuaſ.* 3
Somniator *contr.* 22
in Somniis laborare *in præf. lib.* 3. *epit.*
Sordes ponere *contr.* 8
Sordidata veſtis *contr.* 30
Sordidatus pater *contr.* 18
Sordidiſſimæ res *in præf. lib.* 3. *contr.*
Sororiæ nuptiæ *contr.* 21
Sparta *ſuaſ.* 2
Sparta armis inclyta *ibid.*
Sparſus Latronis imitator *in præf. lib.* 5. *contr.* inter ſcholaſticos ſanus. *decl.* 7. *lib.* 1. *epit. contr.* inter ſanos ſcholaſticus *ibid.*
Sparſi quæſtiones *cont.* 33. ſententia Montano improbata *ibid.* ſententiæ *contr.* 21. & 34
in Sparſum jocus Oſci *in præf. lib.* 5. *contr.*
plures Sparſi ſententias *vide in* Fulvii.
Spes ultimum ſolatium *contr.* 1. *lib.* 5. *epit.*
Spiridion *contr.* 34
Spoliarium *con.* 33. *in prin.*
Spongiæ, res ſordida *in præf. lib.* 3. *contr.*
Stultitia diligenti nil inamabilius *contr.* 20
Stuprator *ibid.*
Suaſoriæ ut declamandæ *ſuaſ.* 1
Subſellia excedere *cont.* 19
Subtilitatis vitium nimis ſe oſtendere *in præf. lib.* 1. *contr.*
Sufflaminandus *in præf. lib.* 4. *epit.*
Summo qui Judæos ſubegerat, ſchola Romæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

tentata *ſuaſ.2*
Supplicii deſcriptio *contr.* 25
Supplicia de ſtudiis ſumi, novum & inauditum *in præf. lib.5. contr.*
per Suſpiciones & figuras dicere *contr.* 16. *& decl.* 1. *lib.*7
Surdinus qui Græcas fabulas in Latinum convertit à Ceſtio objurgatur *ſuaſ.*7
Surdini elegans dictum *contr.*21
Syllæ crudelitas *contr.*25
Symphoniam canere *ibid.*
Syriacus Vallius *contr.*14. *in fin.*
Syriacus Vallius urbane à Julio Sabino exceptus *contr.*27
Syriaci Vallii color *cont.*1
Syriaci & Brutidii contentio *contr.*9
Syriaci diſerte dicta *ibid.*
Syriaci dictum contra Maximum Stertinium *contr.*9. *circa fin.*
Syriaci præceptor *contr.*9. *vide* Vallii Syriaci.

T.

TAbellam de reo latam judex non revocat *controv.*23
Tabellæ auctoritatis *contr.* 21
Tabellæ emptionis *ibid.*
Tabulæ teſtamenti *con.*26
Tabulis paribus abſolutio datur *contr.*2. *lib.*3. *epit.*
Talentum 24 ſeſtertia habet *contr.*34
Talionis lex *contr.*33
Talionem petere *contr.*1. *lib.*3. *epit.*
Tarpeii ſaxi deſcriptio *contr.* 3
Taxatione defungi *con.*27
Taygetus *ſuaſ.* 2
Templa piratis, lenonibus, gladiatoribus clauſa *contr.*2
Templa æque familiariter ſubeunt vulturii quam paſſeres aut columbæ *contr.*34. *in fin.*
Templa proſtitutis præcluſa *contr.*2
Templa plerumque nudantur pro rep. *contr.*4. *lib.* 4. *epit.*
Ter abdicatus venenum terens *contr.*18. *& decl.*3. *lib.*7
Ter fortis *decl.*8. *lib.*1. *epit.* *& contr.* 8
Terracinenſis colonia *in præf. lib.*5. *contr.*
Teſtimonium falſum qui dixerit, vinciatur apud eum in quem dixerit *contr.* 4. *lib.*5. *epit. contr.*
Teſtis quinquennis in procuratorem *decl.*5. *lib.* 7. *epit. contr.*
Tetracolon declamatorum *contr.* 29
Tetracolon Murrhedii *contr.*25. *circa fin.*
Thebæ ſacris inclytæ *ſua.*2
Thema *cont.*28
Thema controverſiæ *cont.* 20. *circa fin.*
Theodorus Syriaci præceptor *contr.* 9. *circa fin.*
Theodoto Suaſoriam declamavit Latro per triduum *contr.*12. *in fin. div.*
Thermopylæ *ſuaſ.* 2
Theſes *in præf. lib.*1. *contr.*
Thucydidis conſuetudo *ſuaſ.*22
Thucydidis præcipua virtus brevitas *contr.*24. *circa fin.*
Thucydidis ſententia brevis, victa à Salluſtiana *cont.*24. *& decl.*1. *l.*1. *cont.*
Thracum rex *contr.*20
Thracum cultu armati *ib.*
Thrax *in præf. lib.*3. *contr.*
Thuſcus hiſtoricus fatuus *ſuaſ.*2. *in fin.*
Thuſcus Scaurum Mamercum, in quo familia Scaurorum extincta eſt, reum fecit *ibid.*
Thyeſteo more furere *contr.*1.
Tiberius Theodoreus *ſuaſor.*3
Timagenes interdicta ſibi Cæſaris domo Auguſti hiſtorias combuſſit *contr.* 34. *circa fin.*
Timagenis conflictus cũ Aſinio *ibid.*
Tiro quis *in præf. lib.*3. *epit.*
Titulus cellæ meretricum ſuperpoſitus *contr.*2
T. Livius candidiſſimus magnorum ingeniorum æſtimator *ſua.*7. *al. pars* 6
T. Livius vituperat ſententiam Salluſtii è Thucydide tranſlatam *contr.* 24. *& decl.*1. *lib.*9. *epit.*
T. Livius de oratoribus qui verba antiqua & ſordida conſectantur *con.* 25. *circa fin.*
T. Livii gener L. Magius. *vide* T. Livius.
Togam Latine, pallium Græce declamantes aſſumebant *contr.*26. *in fin.*
Tortus ſervus Catonem furti conſcium dixit *controv.*29. *in fin.* 1. *par.*
Tractatio *in præf. lib.*4. *epit.*
Tractatio & quæſtio *cont.*1
Tractatio, vel locus *con.*24
Tractationis malæ ſit actio *contr.*3. *lib.*5. *epit.*
Tragicus verſus *contr.*1
Trecenti ab Imperatore non recepti *contr.*7. *lib.*5. *epit.*
Triarius compoſitione verborum belle cadentium ſcholaſticos delectabat *cont.*19. *in fi.* Surripuit ſententiam Glyconis

conis contr.24
Triarii colores contr. 2.3. 26.27.29.31. color ineptus contr. 21. & 25
Triarii dicta contr.5.25.& 34. dictum ab Aſinio Pollione deriſum cont.11
Triarii ſententiæ cont.4.5. 7.9.13.16.17.19.20.21
Triarii ſententia inepta contr. 29. ſententia inepta à Ceſtio & Latrone notata contr.6
Triarii ſenſus à Silone Pompeio improbatus contr.11
Tribada deprehendens & occidens contr.2. in fin.
Tribunal non licet convivali veſte conſcendere contr. 25
Tribunicia poteſtas contr. 9. lib.3. epit.
è Tribunis potentior qui intercedit contr.5
Tricolum contr.12.circa fi.
in Tricolis vitium notatum contr.25. circa fin.
Triptolemus junctis draconibus ſulcavit auras contr.34
Triſtitia feriarum hilaritate diſcutitur in præf. lib. 1. contr.
Troianus rex contr. 22
Tuber deforme contr.33
Turdus homo inviſus & inter infames contr.27
Turrinus Clodius dignitatem in Hiſpania habuit in præf. lib. 5. cont.
Turrini Clodii filius Senecæ liberis fraterno amore conjunctus in præf. lib. 5. contr.
Turrini Clodii laus in præ. lib. 5. contr.
Turrini Clodii colores ſuaſ.2. contr. 32. & 33. dictum controv.31. plura vide in Clodii.
Tyrannicida à piratis dimiſſus contr. 7. & decl.8. lib.1. contr.
Tyrannicida & adulter tyranni contr. 7. lib. 4. epit. contr.
Tyrannicidæ præmium detur ibid.
Tyrannicidium fortuitum vel coactum non honoratur ibid.
Tyrannus poſt abolitionem candidatus contr.8. lib.5. epit.

V.

Vacationem mihi peto ſuaſ.8
Vallii Syriaci ſententiæ con.1.21. quære Syriacus.
Varii Gemini colores cont. 16.21.22.23.& 28. dicta egregia contr. 20. & 21. dictum de Cæſaris magnitudine& humanitate contr.8. lib. 6. diviſiones contr.16.17. & 19. quæſtiones contr. 23. ſentententiæ cont.16.18.19.20. & 22
Varii Gemini ſententia à Caſſio Severo mire laudata ſuaſ. 5. quære etiam Geminus Varius.
Varronis verſus contr.16
Varus Quintilius Germanici gener, prætextatus declamat contr.3
Vatinius reus in media Calvi actione judices appellat contr.19
Verba calcata & obſoleta in præf. lib. 4. epit.
Verba legitima contr.25
Verba ſordida in præf. lib. 3. contr.
Verba ſupplicii legitima contr. 25
Venefica torqueatur, donec conſcios indicet contr.29
Veneficii ſit actio contr.4. & 6. lib.6. epit.
Venenum Cato vendidit contr.4. lib. 6. epit.
Venenum datum filio furenti contr.7. lib.3
Venenum habere quantũ ſcelus contr.9. lib.3. epit.
Venenum terens ter abdicatus contr.18. & decl.3. lib.7
Veneno hoſtem vincere noluit pop. Rom. contr. 7. lib. 4. contr.
Ventidii excerpta ſuaſ. 7
Ventilare in præf. lib.3. ep. ab omni Verborum obſcœnitate recedendum decl.2. lib.1. epit. decl.
Verecundia proxima innocentiæ contr.23
Verres Ciceronis reus à Pollione laudatus ſuaſ. 7. al. pars 6
Verſus interciſus aliud, aliud totus ſignificat controv. 16
Verſus virginis Veſtalis contr.8. lib.6. epit. contr.
Verrem proſcriptum amici tranſierunt contr. 17
Veſta de ſaxo invocata contr. 2
Veſtali faſces ſubmittuntur, conſules contr.8. lib. 6. epit. contr. & prætores via cedunt ibid.
Vetus rhetor ſtaturæ puſillæ & in eum Euctemonis jocus contr.19.
Vibii Calvi clauſulæ con.1
Vibii Furii ſententiæ ibid.
Vibii Galli narratio cont.3
Vibii Galli ineptum dictum contr.25
Vibii Galli ſententiæ cont. 4.9.20.22.23.34. quære Gallus Vibius.
Vibii Rufi dictum ſordidum controv. 26. dictum non malum ibid.
Vibii Rufi colores contr.3
Vibii Rufi ſententiæ cont. 7.11

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

7. 11. 18. 25. 26. 28. & 35. *quære* Rufus Vibius.
Vicarius Miltiadis, filius Cimon *contr.* 24
Vicarium dare *contr.* 5. *lib.* 8. *epit.*
Vicarium ſe dare *contr.* 24
Victor armis ſepulcri *cont.* 4. *lib.* 4. *epit.*
Victoris Statorii ſententia ſtulta *ſuaſ.* 2
Victricia arma *cont.* 4. *lib.* 4. *epit.*
Vindictæ cupiditate ardet animus *contr.* 24
Vinicius vir exactiſſimi ingenii, ineptias nec dicere, nec ferre poterat *decl.* 5. *lib.* 7. *epit.* & *con.* 20
Vinicius ſummus Ovidii amator *contr.* 33. *in fin.*
Vinicius Montanum accuſavit rogatus à colonia Narbonenſi *contr.* 20
Vinicius Seniani ſententiam deridet *ibid.*
Vinicii frater *contr.* 13. *vide* L. & P. Vinicius.
Vipſanius Agrippa aſſumpſit nomen Marci *contr.* 12
Vipſanius Atticus *contr.* 13
Vir fortis non cedens forti patri *contr.* 31. & *decl.* 2. *lib.* 10. *epit. decl.*
Vir fortis, quod præmium volet, optet. plures judicio contendant *contr.* 31. & *decl.* 2. *lib.* 10. *epit. decl.*
Vir fortis ſine manibus *cont.* 4. & *decl.* 4. *lib.* 4. *cont.*
Vir ter fortis *decl.* 8. *lib.* 1. *epit. contr.*
Virgilii verſus *ſuaſ.* 1. 2. 3. & 4
Virgilii verſus ex Varronis verſibus expreſſi *cont.* 16. *in fin.*
Virgilium ingenii felicitas in oratione ſoluta reliquit *in præf. lib.* 3. *contr.*
Virginitas illibata *contr.* 2
Virginem ſtuprare, piratis innocentia eſt *contr.* 2
Virtus loquax eſt *contr.* 31
Virtutes cenſu oſtenduntur *decl.* 7. *lib.* 1. *epit.*
Via injurioſa & ſalutaris *contr.* 28
Via ubi ſit *contr.* 26. 28. & 9. *lib.* 9. *epit.*
Vim in judicio qui fecerit, capite puniatur *contr.* 5. *lib.* 6. *epit.*
Vitiationis lex *contr.* 23
Vitiator *ibid.*
Vitium nullum ſine amore *contr.* 5
Vitia nemo quæ odit, imitatur *contr.* 14
Vitia non ſunt imitando caſtiganda *ibid.*
Vitia ſua quidam & intelligunt & amant *contr.* 29
Vitia ſua excuſare omnes quam effugere malunt *in præf. lib.* 3. *contr.*
Ad umbilicum uſque librum revolvere *ſuaſ.* 6
ex Uncia heres *contr.* 28. *circa fin.*
Volturii ad tabulam Parrhaſii *contr.* 34. *in fin.*
Voluntas inchoat honeſta opera, occaſio perficit *contr.* 11
Vomicus morbus *contr.* 12. *circa fin.*
Votieni Montani ſententiæ *contr.* 24. 26. 27. 28. 29. *Cætera vide in* Montanus Votienus.
Vox infuſcata *in præf. lib.* 1. *contr.*
Vox aliqua non tanquam ſententia repetenda *controv.* 18
Vox eliſa jejunio *contr.* 1
Vox dulcis & ſolida rara eſt *in præf. lib.* 3. *epit. decl.*
Urbanitas in regibus extimeſcenda *ſuaſ.* 1
Urbibus nemo aſcribit vitia ſingulorum *contr.* 7. *lib.* 9. *epit. contr.*
Uxor à tyranno pro marito torta *contr.* 13. & *decl.* 4. *lib.* 2. *epit.*
Uxor beata inſolens malum *contr.* 34
Uxor cujuſdam à peregrino mercatore heres conſtituta *contr.* 15. & *decl.* 7. *lib.* 2. *epit.*
Uxor mariti petulantiam, non verborum contumeliam, non pellicem, non repudium timebit *decl.* 6. *lib.* 7. *epit. decl.*
Uxor indotata raptoris pœna *contr.* 5.
Uxor in penetralia deducitur *contr.* 21
Uxoris & mariti jusjurandum *contr.* 10. & *decl.* 2. *lib.* 2
in Uxore ducenda quid ſpectandum *contr.* 6
Uxores divites ſervitutem exigunt *contr.* 5
Uxorius refugit uxorem *contr.* 7

X.

XErxes antiquior Demoſthene Cyptoi *ſuaſ.* 2. *in diviſ.*
Xerxe minante ſe redituum niſi trophæa tollerentur, an tollant Athenienſes deliberant *ſua.* 5

Z.

ZEno declamator *con.* 2
Zeuxis *contr.* 34

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 24 vol. 3